


222



c p bue

CATALOGVS GLORIAE MVNDI

D. BARTHOLO-  
MAEI CASSANAEI, BVR-  
GVNDI, APVD AQVAS SEXTIAS  
IN SENATV DECVRIAE PRAESI-  
dis, ac viri clarissimi.

IN QVO MVLTA PRAECLARA DE PRAEROGATIVIS,

*Præminentij, Maioritate, Præstantijs, & Excellentijs, continentur, quæ circa Honores, Laudes, Gloriam, Digni-  
tates, Commendationes, etiam Statum & Ordinem: non solum Cœlestium, verum etiam Terrestrium & In-  
fernorum, versantur. Maximè autem, quæ omni ferè Statui mortalium cuiuscun-  
que conditionis, ornamentum & decorum afferre  
possunt.*

OPVS AD OMNES PVBLICAS ET QVOTIDIANAS ACTIO.

*nes dirigendas, controuersiasque grauissimas dissoluendas, per-  
quām utilissimum:*

In XII. LIBROS diuisum.

*NVNC DENVO ACCVRATISSIME EMENDATVM, AC NOVIS FIGV-  
RIUS elegantisimè illustratum: ita ut facile omnes ceteras Editiones  
antecellere possit.*



*B. Gouheres.*

Francosurti ad Mœnum, Impensis Sigismundi Feyrabendij.

ANNO DOMINI, M. D. LXXIX.

JOHN RADCLIFFE LIBRARY

THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

REVERENDIS ET ILLV=  
STRIBVS DOMINIS, D. IOHANNI  
DANIELI, ET IOHANNI, FRATRIBVS, LIBERIS BARO-  
nibus in VVinnenburg & Beilstein, &c, nec non Cathedralium  
Ecclesiarum Colonensis, Argentinensis, & Leodiensis,  
Canonicis, Dominis suis summa ob-  
seruantia colendis.



**R**estotius uniuersitatis memorabiliores, ut sunt Honores, Dignitates, Excellentia hominis, ordo corporū cœlestium & terrestrium, locus spirituum etiam infernorum, aliaq[ue] multa præclara, permulti scriptores rerū clarissimi conscripsere. Earū vero cognitio adeo dulcis, adcovitis glorioſaq[ue] semper reputata est, ut clare constet, nō aliam ob causam, quam illarum amore atq[ue] desiderio plerosq[ue] relicto natali solo, relictis charis parētibus, coniugibus, liberis et amicis, cum maximis difficultatibus, periculis, curis, angustijs, ut aliquid experientur, remotissima transmarinas interdum assumpsisse peregrinationes: ut compertum habeamus, non hac tempestate nostra solum, verū ab exordio ferè mundi, omnes perquam maxime autoritatis, Prudentiae, Eruditio[n]is ab omnibus exsilitatos in Repub. pacis & belli tempore Magistros, Consiliarios, Indices, Censores, Administratores, Duces publico consensu electos ascen-

## P R A E F A T I O.

sōs ē esse, qui ad remota ras profecti, cūm alias artes, tum verò doctrinam  
 hanc penitus cognoverunt. Fieri enim non potest, ut is ad Rem pub. gubernandam  
 satis instructus sit, qui literarum & artium scientia destitutus, aut degustatas  
 torpore obruit & penitus extinguit. Verum vt in uno libro res illa conscripta  
 essent, facileque quando usus depositeret inuenirentur, magno iudicio atque  
 consilio undique conquisiuit, collegit, in librum hunc conscripsit, digessit iure-  
 consultus clarissimus atque celeberrimus Bartholomaeus Chassanæus, Pontificij  
 ac Cesarei lurius Doctor, ac in Balliuatibus seu prouincijs Heduen. ac Monti-  
 tisinerij Regij Aduocatus, non spe lucri vilius, non popularis aura ambitione,  
 verum enim verò tam libero & planè iucundo studio, quām rei ipsius mira dul-  
 cedine atque utilitate, congesit inquam, tum veteres tum recentes, vt ipsi stan-  
 quam ampli & sentiēmis atque optimis exemplis perspectis, vitam instituendo ho-  
 nestas & laudabiles actiones emulabundus homo sectaretur: culpabiles & ob-  
 scenas vitabiles prætereat, cognoseatq; quām pulchre & feliciter hodie, quām  
 item in culte & simpliciter olim primi mortalium à creatione sua ad generale us-  
 que diluvium, & ultrà multi seculis terra fusi vixerint: Cum in usu adhuc as-  
 signatum haberent nullum, mercimonia nulla, beneficia mutuò beneficij aqua-  
 rent. Nihil proprij cuique esset, quemadmodum aer & celum, ita terra & aqua  
 omnibus communes: Non honoribus, non diuījs inhiarent, cum quisque sibi &  
 a modum paucis contentus, in rure sub dio aut saltē umbrosa sub arbore ali-  
 qua humi: uice casa cum conforde, cum dulcibus natis securus & penè otiosus age-  
 ret. Quamuis autem illustris hic autor alias de omnibus legum candidatis opti-  
 niē sit meritus: tamen quanto iudicio atque diligentia omnia in hoc opere sint  
 conscripta, cūm ex dice id genere, tum verò maximè diligent cum alijs in hac  
 materia collatione facilē constat. Nam alij quidem nonnulli summam laudem es-  
 se iudicant per se tenuia & subtilia pleraque suis argutijs & nimia exquisitione  
 ac infinita eliminatione abducere ab intelligentia & cognitione communi, vt stu-  
 dio hoc unmodice. S: pientia non modo communis illa, sed planè euaneſcere ſapere ſo-  
 leant, vt q; in hoc operam ipsi dare, sibiq; glorioſum fore putare videantur, ſi non  
 abſque singulari attentione & maximo labore vel à pauciſsimis perſpici poſ-  
 ſint inuenta & tradita ſua. At hic noſter contrā ſummopere ſtudendum ſibi pu-  
 tavit, vt ſubtilissima quaq; commoda oratione velut in crasseſcerent fierent q; tra-  
 datione magis grandia & confiſcua. In hoc opere enim que a plerisq; ita tradun-  
 tur, vt propter rerum tenuitatem, orationisq; obſcuritatem à paucis certè recte  
 percipientur, ſic illuſtrauit, vt iam pueris quoque intellectu difficulta futura non  
 ſint. Quare meritò in eorum numero eſt habendus:

Qui vitam excoluere per artes,  
Quiq; ſui memores alios fecere merendo.

Nam præter optimarum artium atque ampliſſima iuridice facultatis va-  
 riā & multiplicem cognitionem, praefantifimum in eo fuit ingenium, acerri-  
 mum iudicium, veritatis singularis amor, incredibilis philoponia, ſumma dilige-  
 ntia, ſumma ſides, nulla arrogantia, nulla ſuperbia, nullus fastus. Ac ni-  
 bil quicquam in eo desiderari potuisse videretur, quod ad praefantifimum  
 lare consultum, & Præſidem optimum requiri ſoleat. Cum autem hunc auto-  
 rem & propter Latina dictioſis puritatem, & propter elegantem doctrinam;  
 ac inſi-

## P R A E F A T I O.

ac insignem multiplicium rerum experientiam summis laudibus vebi cognoscere, & immensam utilitatem, qua ex huius tanti viri limatis ac consummatis lucubrationibus ad industrium & vigilantem lectorem redundare posse videtur, mecum aliquantò diligentius expendisse. Tum verò illa ipsa Commentaria ante aliquot annos abhinc impressa inuentu rariora esse, ijsq; ut in transcriptionibus librorum fieri solet, mendas non paucas irrepisse animaduertit. Adhuc à viro clarissimo, Iure consulo celeberrimo, Doctore Iohanne Fichardo Comite Palatino, urbis nostra Aduocato dignissimo, alijsq; nonnullis tum officijs mei, tum utilitatibus publicè admonitus, meis impensis eum typis describendum esse receperisse, opcr& pretium me facturum putau, si eum multis editione priore mendis depravatum, obscuratum, suo nitori pristino, quoad fieri posset, restitui, figurisq; planè nouis illustrari, scq; ab interitu vindicari curarem. Mout me impensis laudatissimi Principis Augusti Cesaris exemplum, qui doctissimi Poëta Virgilij Poëmat a, que ille cremare testamento iussa, conseruāda putauit. Plus referre arbitratus, extare memoriam sempiternam Romani Imperij originis à tanto Poëta descriptæ, quam suprema voluntatis Religionem, publicis etiam Legibus sacrosanctam, non violare. Ait enim:

Frangatur potius Legum veneranda potestas,  
Quam tot congestos noctesq; diesq; labores  
Hauserit vna dies, &c.

Collatis igitur quotquot habere potui exemplaribus, scripta illa & bonitate & utilitate prestantia, ut quam fieri potuit emendatissimè in lucem prodirent curauit. Ceterum cùm opus hoc mea qualicunq; opera repurgatum, magnis quibusdam verè nobilibus in honore & dignitate constitutis viris commedaturus ac inscripturus esset, qui & ipsum & impensum ipsi recognoscendo ac elmando laborem meum ab iniqua maledicorum hominum censura malevolaq; obtrectatione vindicarent: Ad V.R.D. viri Reuerendi ac illustres hac Commentaria peculia riter cùm nominis vestri clarissimi inscriptione mittere, vestroq; acerrimo iudicio subiçere volui, quod V.R.D. doctrina & peritia bonarum literarum ac plurimarum optimarum rerum experientia singularis, in varijs negotijs ac consultationibus ita probata & cognita sit, ut de hoc genere scriptorum iudicij vestricalculo reportato, aliorum iniqua censuræ non sint extimescenda: nec ea cuiquam gratiora fore sperarem, quam utilitatem & prestantiam ipsorum intelligentibus. Nam (ut vulgo dici solet) artis cuiusq; index est optimus, qui eam cognoscit, nec scientia inimicum habet nisi ignorantem.

Deinde ut hac nunc upatione posteritati testatum facerem, V.R.D. ex eorum numero fuisse, qui Religionem, ac pietatis & aliarum optimarum artium studia, sibi curæ esse passi sunt. Quam rari enim nunc sint, qui in hanc curam incumbant ut literæ conserventur, proh dolor, res ipsa clamat, & quotidie nos omnes abunde experimur. Nihil enim, praesertim apudeos, qui præter generis nobilitatem & magnificas dimitias nihil habent de quo glorientur, ijs, qui doctrina exculti sunt, contemptus est. Quare in V.R.D. maximè laudandum omnibus venit, quod ad generis Nobilitatem & domesticum splendorem, scientiam optimarum artium & literarum studia, à quibus Nobilitas hodie mirifice abhorret, adiunxerit. Negatum ignorat, quantum hac adjumenti conferunt ijs, qui ad Concilia rerum

P R A E F A T I O.

granissimarum adhibentur: quod non solum ad moderandos affectus, quorum impetu precipites rapiuntur, quilibetis tincti non sunt, sed etiam ad multas causas recte dijudicandas plurimum conducant. Merito igitur eximiae illae virtutes per nos posteritati commendantur, ut omnibus innotescat, Deum nullo non tempore excitat esse nobilestum generetum virtutibus viros, qui literarum & bonarum artium conseruandarum curam in se suscepint. Vobis igitur Reuerendi Illustresq; viri, vestroq; patrocinio autorem hunc commendo ac consecro: vosq; rogo vehementer, ut eum pro vestra singulari, qua prestatis omnibus, humanitate; candido atq; beneuolo animo suscipias, vestroq; patrocinio contra maleulos protegatis & ut hanc compellationem meam benignè admittatis, institutum dedicationis probetis, meq; in numerum cultorum vestrorum referatis, etiam atq; etiam oro. Id quod si obtinero, uberrimos consilij mei fructus percipiam, ac nihil eorum que ad prædicationem & laudem V. R. D. pertinere poterunt, pretermittam. Quam ea valetudinis prosperitate, eog; rerum ac consiliorum felici successu flore reprecor, quo viri pietate, proauita, auita, paterna propriaq; virtute, meritisq; erga quamplurimos insignes, à bonis omnibus dignissimi iudicantur, ac metorum V.R.D. fauori commendo. Francofordia ad Mænum, Cal. Martij, anno Domini M. D. LXXIX.

V. R. D.

Obseruantissimus

Sigismundus Feyerabendt  
Bibliopola.

AVTORIS

# AVTORIS PROOEMIVM: SIVE AD LECTOREM P R A E F A T I O.

**V**ETERVM nos monet autoritas, patrum vestigia ( si à scopo veritatis & virtutis non deuiarint) imitari debere, & aliquo genere exercitationis animum pellere. Cum plurima mortalibus commoda per exercitationem, damna verò per segnitatem, eueniant. Nam si fidei Platonicæ non dissentiam, qui diu ab instituto opere desuescunt, & feriantur, ocij consuetudinem plerunque induunt, quam postmodum nisi grauari excre nequeunt. Ideo Appium Claudium dicere solitum accipimus (Valerio teste lib.7.tit.de sapienter dictis.c.2.) Negotium populo Romani potius quām otium committi debere, quoniam quidem exploratum habebat, ingenuos homines agitatem rerum, & exercitatione ad capessendam virtutem excitari. Contra verò ocio & quiete in defidiam, torpore, & socordiam resoluti, & prolabi. Emollit enim vires (vt inquit Menander) sicut rubigo ferrum. Propterea Alex.Macedo, quo die nihil gesferat, se non regnasse existimabat. Ideo recenset Guill.Leporeus Heduen.in tract.suo artis memoriatu, in c.otium.lib.4.Athenienes ignaos homines & languore marcescentes, qui vitam in gancis & popinis, alijsq; illecebrosis locis silentio transigebant, in forum protrahere solitos esse, eosque ut facinorosos plectere. Quod, teste Quintil. memoriam exercitatione redigendam cōuenit, ne nobis difficilis ignoroscere. Nam memoria, nisi exerceatur, cōfestim tabescit, solitoq; vigore destituitur. Et teste Cassiod.ii.variarum. in prologo: Aegrefcit ingenium, nisi iugilectione reparetur, cito expenditur horrea, quæ assidua non fuerint adiunctione fulcita: Theaurus quām facile profunditur, si nullis iterum pecuniis cōplatur. Sic & humanus sensus si cum alieno non sacerit inuento, cito potest flattenuari de proprio.

Hanc rem igitur (speciatissime lector) apud me anxie volutans, labore humeris, licet viribus imparem, imponere non veritus. (Ad hoc etiā me adhortante Ouid.ad Russinum,dicens) Ut defint vires, tamen est laudanda voluntas: Hunc gloria mundi Catalogum, vt vites ingenij excitarc, cōgerere non erubui. Sicut etenim diligenti cura pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sunt, minuic a necessitate est, vt asserit Iurisconsul. Calistratus in l. non intelligiur. §.diui frates. ff. de iure sicuti. Et vitium fuit ipsa suum cœlestiū iugis ab opere, aut studio, amantiq; longa ocia culpam. Diligentia ergo præferenda (cum mater omnium virtutum & operum sit) Desidia verò est valde animalium periculosa, atque miserabilis. Animum enim corruptit, teste Cicrone,4.Rhet. Et omnia ledit, vrin authent.de quæstore. §.hac omnia.coll.6.&l.penult. C.de anna except. Etiam Nouerca Eruditionis dicitur.cano.nihil.83.distinct. Exercitatione itaque valere solet ingenium, virtus studiorum augetur, memoria conseruatur, & remissi oscitantesque animi fiunt vegetiores. Vnde per exercitium lectionis quis reperit scientiam margaritarum. rex. in c. post translationem. §. verum. versicu.item si quis. de renunc. & legendo libros, melior & doctior quis efficitur. l.penult. in fin.ff.ad exhibendum. Et omneartificium per exercitium recipit incrementum. rex. in l.legatis seruis. §. ornariticibus. ff. de leg.3. & l.milites. C.de re milit.lib.12.vnde moraliter Ausonius Poeta Gallicus hominem pigrum insuis Epig. sic increpat:

*Sanus piger febiente multè est nequior.  
Potat duplum, dapesque duplices deuorat.*

Etiam diu Hieron.quantum oculum sit fugiendum, his verbis ostendit: Semper facito aliquid boni operis, vt te diabolus occupat et inueniat. relatus in c.nunquam.de consecra.distin.5.& ibidem. Scribantur & libri, & manus operetur cibos, & anima saturetur lectione: in desideriis autem est omnis ociosus.

Quapropter (lector attente) ne vitio illo desidia arguerer, & excusso negligentia somno, post Commentaria nostra super consuetudinibus ducatus Burgundiae, iamdiu absolute & in propatulo conspersa, huic operi animum applicui, in quo quedam non modica de prærogatiis, præminentij, præstauris & excellentijs, quæ circa Honores, Laudes, Gloriam, Dignitates, Commendationes, etiam statum & ordinem non solum Coelestium, verùm etiam Terrestrium & Infernorum, versantur, Deo autore tentare non erubui. Maximè circa ea, quæ omni serè statui mortalium, cuiuscunque conditio- nis fuerint, ornamenrum & decorum afferre posse, in hoc opus conieci. Eoque paulo audacior fa-ctus, quod ad hæc tempora mortalium nemo scriptis redegerit. Tum quia in Gymnasijs, tum etiam quia in Forensi vñu (vi spero) probabitur: Licet hoc opus nostrum non afferro tale: vt eruditum & ve-nustum habeatur: Ica ea est nostri latietas, si non solum circa iura Patriæ, verùm etiam pro com- muni

## P R A E F A T I O.

muni utilitate (cum honor omnes tangat) elaborasse videamur, & si apud rediuiuos eloquentia **C**millios oblectamentum, nedicam adiumentum reputetur. Cum diuersos diuersa iuuant, non omnibus horis omnia conueniant. Et nihil utilius in vita comperiet quisquam, quam noscere ordinem & finem sui status, de quibus est nobis hoc opere explicandum, ac propter inopinatum & praeponstrum (quod saepe motibus & actibus nocet) non eretur, curandum est. Vnde non immerito dicit Cicero in Paradox. Cum quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Perturbata autem semel ratione atque ordine, nihil possit agi, quo magis peccari posse videatur. Et scribitur ad Corinth. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Et vulgo dici solet, Vbi non est ordo, ibi est confusio. glo. in verbo, confusum. in §. inordinatum verò. in auth. de hæred. & Fale. coll. t. Ideo histrebus qua tractantur in vita, modum quandam adhibentes, & ordinem, honestetē, & decus conservabimus. Et licet omnes natura simus æquales, culpa tamen exigente, alij sunt superiores, alij inferiores. cano. de Constantinopolitana. 22. dist. vt superiores culpas puniant, & subdiros ad concordiam ducant. c. licet. 45. dist. & cano. fin. qui incipit, ad hoc. 89. dist. vbi inquit text. Ad hoc dispensationis prouiso, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contentio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differenter ordo seruaret. Quia vero quaque Creatura in una eadem que qualitate gubernare, vel viuere non potest, coelestium militiarū exemplar nos insinuit. Quia dum sunt Angeli, scilicet Archangeli: liquet, quia non sunt æquals, sed in potestate & ordine differunt alter ab altero. Etiam in ordo naturalis & haec iustitia est, vt minor seruari majori, vt dicit text. in c. c. l. ordo. 33. q. 5. Et verè quisque se ipsum agnoscere poterit, si nulli suum officium seu ministerium subtrahatur, si vniuersique sua iurisdictio seruatur, & ordo rerum non confundatur: nec superiores officia inferiorum sibi vendicent, nec inferiores ditionem, directionem, atque correctionem in non refuscent: quia tunc vniuersale bonum optimè gubernareretur. & nullus est, qui non tentatur aliqui obediens, alias a cephalus est. c. nulli. 93. dist. cum c. seq. Etiam absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. l. repetita. C. de Episc. & cler. l. consula. §. absurdum. C. de testa. & c. esto subiectus. 95. dist. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimis noxiū est, si singularerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. ca. p. 89. distinctio.

Sed hodie, proh dolor, complures cō præsumptionis, ac temeritatis fumo caligant, inanis gloria cupidi, honorum, magistratum, dignitatum & officiorum ambitioni, non vrofisunt, sed ad hoc, vt pratini. Contra quos c. fi. 40. dist. quicunque desiderauerit primatum, inueniet confusione in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur. Non enim qui maior fuerit in honore inter homines, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior: quia non gradus elegatiōr, sed vita melioris actio comparatur. c. sicut. 22. q. 4. & c. sunt non nulli. 16. q. & nemo sibi honorem assumere debet. tex. in c. in scripturis. §. 1. 8. q. 1. Salte in qui honore alios præstat, ita scientia præcellere debet, alias vilissimus est. tex. in c. vilissimus. 1. q. 1.

Sed quoniam nemo etiam reperitur adeo constans, fortis, & magnanimus, quin aliquando honoris & gloria stimulis exagitetur. Cum nullus exaltari aut reueneri renuat, aut ob benē & præclarę gesta, administrationem, literaturam, corporis elegantiam, vel ex altera nature largitate, seu fortunā, vel gratia donis, & huiusmodi, vt præclare distinxit Polyceraticus lib. 8. cap. 2. Quoniam virtus comitem secundum semper trahit honorem, velut corpus umbram, vt air Franc. Patritins. & teste Cicero in Paradoxis. vt quisque est maximè boni particeps, ita & laudabilis maximè. Neque est nullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeste possit gloriarī: & qui negligit famam suam, seu dignitatis statum, crudelis est. tex. c. in c. nolo. 12. q. 1. & habetur l. ad Corinth. 9. & respect tex. in c. sacerdos. l. qu. 2. expedit mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Et Tullius in l. Offic. Negligere quid de se quisquam tentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Et idem. Non minus promptiores esse debemus, atque parati dimicare de honore & gloria, quam de commodis nostris.

Nec etiam quis ita humilis, telogonus, seu inglorius esse debet, vt contemni se patiatur, nec plus subiici, quam expedit. tex. in c. ad inonendi. 2. qu. 7. Maximè contemni solet magistratus, ac regendi strangitur autoritas, dum nimium seruatur humilitas. tex. in cap. quando. 86. distinct. sed augere debet exingenio dignitatis statum & autoritatem, ne contemptibilis videatur. l. nec quicquam. §. circa. ff. de offic. procons. & legati. leg. obseruandum. de offic. præsid. ff. ideo medium tenendum est. glo. in verbo, aduocatos. in dist. §. circa. & gloss. in verbo, modum. in cap. 2. de offic. custodis. qua id comprobatis versibus:

*Cum media semper gaudebam ludere forma:  
Maior enim medijs gratia rebus ineſt.*

## P R A E F A T I O.

Et iterum :

*Inter vtrung, vola, medio tutissimisibus.*

Honores ergo ita prosequi possumus, dummodo declinemus ambitionem. Sed caendum est, ne virtutis specie decipiatur nos vitium, quia pauci hodie honores contemnunt. Cum ita maximè solēt homines affectare opes, voluptates, & honores, & gentes ambulant in vanitate sensus sui. Ad Epheſ. 4. Et volunt sciamant (prout dicit Christus de Scribis & Pharisaeis, Matth. 23. Mar. 12. & Luc. 11.) in stolis ambulare, in primis cathedris sedere in Synagogis, & primos recubitus in cœnis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Et multi ex Principibus magis dilexerunt gloriam hominum, quam gloriā Dei. Ioan. 14. Et unus petit sedere ad dexteram, & alter ad sinistram in gloria, ut habeatur Mar. 10. de filiis Zebedæi. Et est in honore placet, teste Auſonio in Ecloga de vita humana. Et quemadmodum res penè contra naturam est, ut quis sit sine peccato, text. est in cap. vnum. §. nomine. 25. distinet. ita dicendum est, quod rara avis est quæ non tendat in altum, nullusque respuit gloriā aut honorem. Et si quis reperiatur, quis est illi, & laudabimus eum? Ecclesi. 30. Felix ille tamen, coruo quoque ratiō albo, ait Iuuen. Saty. 7. Imò omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Item. 8. Ipsi etiam Philosophi in frontibus librorum, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inferunt. In illo enim, in quo prædicatione in gloriamq; despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. Ita inquit Cie. in suis Oratioibus. Et quia etiam honores quis interdum consequitur ex fortuna, & non ex virtute, sicut verè dicere possumus cum Virgilio in suo Opusculo Fortuna:

*Fortuna à meritis auget honoribus,  
Fortuna innocuos claudib⁹ afficit.*

Ita nec minus verè dicit Ouid. lib. 2. de Arte,  
*Curia pauperibus clausa est, dat cens⁹ honores.*

Et idem i. Faſtorum:

*In pretio premium nunc est, dat cens⁹ honores,  
Cens⁹ amicitias, pauper vbiq⁹ tacet.*

Et non solum omnia venalia Romæ, sed vbiq⁹, & sicut de moribus ultima fiet quæſtio (ait Iuuen. Saty. 3.) Sic & de sapientia, literatura & viriutibus. vnde emanauit adagium: Corehorus inter olera. Contra eos, qui magnis honoribus inhiant, cùm ipsi sint nihil. Sed non me rapit admiratio, quia sapienti plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna. Aristoteles in lib. de bon. fortu. & Boetius de consolatione Philosophiæ. lib. 1. metro 5.

*At perverſi reſident celo mores folio,  
Locet obſcuris condita virtus clara tenetbris.*

Ideo in his modestiæ partibus vtemur, si nimias libidines honoris, pecunia, similiūmque rerum virtuteparabimus, si vnamquamq; rem certo naturæ termino definiemus, si quod cuiq; satis est ostendemus, & si nimium progredi diffuadebimus, & modum vnicuique rei statuemus, vt inquit Cicero 111. Rhetor. nouæ. & Horatius 1. lib. sermonum sic ait:

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,  
Quos vltra, citraq; nequit confiterere rectum.*

Et Martialis:

*Illud quod medium eſt, atq; inter vtrumq; probatur,  
Nec volo quod cruciat, nec volo quod ſatiat.*

Nam ſæpe ex laudis præconio innascebitur superbiæ inflatio. c. ſunt plutiſimi. 6. q. 1. Et nemo plus æquo alium laudare debet, ne ſibi debitum subtrahat cum infert indebitum. c. nullus. 99. diſt. Nemo tamen niſi vanus falſo luctatur honore. Et hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis, ait ille moralifimus Cato. Cùm ſtulti honores ſæpe dat indignis (inquit Horatius i. sermonum.) Ideo eauere debemus in hiis, ne arctalogi aut arguti eſſe videantur. vnde Aristo. (vt refert Laertius in lib. de vita & moribus Philofophorum) dicebat de duobus hominum generibus vehementer admirari: de illo ſcilicet, in quo bona non ſunt, & haec ſi de ipſo dieantur, acceptat, & gaudet. Et de illo, de quo mala proferuntur, quæ in eo non ſunt, & inde turbatur. Natura quippe fermè omnium promptior est, ac paratior ad culpam, dum ea, quæ minus reſtè agi arbitramur, quam ad laudandum ca, quæ cum virtute fieri videntur.

Nee meab hoc instituto opere quispiam verborū buccinator teuocare potuit, verbis me laeſſans: quid te diebus noctibusque in torſcriptis torqueas, & vexes, cùm tota penè mundi machina turbetur per innumerofa interpretum & autorum volumina? Adeo, quod ea inolevit conſuetudo, vt ſi quis ſylabarins, aut ſemiuir literarum opus aliquod (quod aiunt) rudi Minervia compegerit, magis quam fabreficerit, dignum ſtatim existimemus, quodque lecturiant omnes & empturiant, quemadmodum

\*\* & anti-

## P R A E F A T I O.

& antiquis factum est temporibus. vt in l.1. §. nostram. ibi, nullis iurisperitis. & in l.2. §. hæc autem. C. de veteri iure enuclean. & iuxta dictum Horatij:

Scribimus indebit, docti, poemata pugnem.

Quia in primis responsum patet, quod multi orum hortatu & persuasionibus, quæ pra missa sunt, saltem in opere ordinato ad bonum, vt voluit Io. Faber Cancellarius Francicæ, & quidem meritissim⁹. in §. cumque hoc in proc. institutionum. vt hoc opnsiam incepsum perficerem, completemq; & ab solutum in apertum referrem, stimulatus sum. Nec ultra protelare, nec diem de die ducere valui, quin in lucem prodiret. Ad hoc eriam me hortante Ausonio Epigrammatista. dum sic inquit:

Gratia que tarda est, ingratia est, gratia namque  
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Nec etiam quis ignorat (nisi iners) quod scientia qualis est in homine publicanda licite venit, vt per eundem Cancellarium in d.l.2.C. de veteri iure enucle. comprobando prout habetur Prou. ii. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, pro quo facit text. in leg. annoram. ff. de extraor. crimin. & per dictum Senecæ. In hoc gaudeto aliquid addiscere vt doceam, nec vlla res me deleat, licet eximia & salutaris, quam mihi vni scitur sum. & Ecclesiast. 24. Videte, quod non tolum laboravi mihi, sed omnibus exquirerentibus disciplinam. Sapientia enim dando sit largior, retinēdo minoratur. Ideo dicit Hieto. ad Rusticum monachum, Ama scientiam scripturarum. vt in c. nunquam. de consecr. dist. 5. Et longo tempore discere, quæ postmodum doceas. c. sic viue. & c. si clericatur, 16. q. & plus proficit Doctor docendo, quam curatus sacramenta ministrando. vt colligitur in c. cùm ex eo. de elect. in 6. & nō sufficit tantum studuisse, sed & opera studijs facere oportet. argum. c. caute. 22. quaest. 5. Sicut nec prodelt tritcum seminare, & fructum eius non tollere: & domum construere, & non illuc habitare. vt ait text. in cap. quia lauditas. s. distinct. Et quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? & quis palpit gregem, & de laetè gregis non manducat? vt habetur priori ad Corinth. 9. & præclarè inquit Bald. in proœmio decretalium. Quemadmodum turpe est diuini decedere sine herede, ita miserrimum habenti gratiam intellectus posteris & studiosis nihil scriptum, tanquam hereditarium, relinquare.

Etiam multa chartis commendanda sunt, cum omnia simul memoria retineri non possint. vt in d.l.2. §. si quid autem. C. de vet. iur. enucle. Cum labilis sit. l. peregre. circa priu. ff. de acqui. post. Et nisi antiquorum dicta & gesta scriptis demandatae fuissent, in hominum memoria nullatenus versarentur. Ideo scripturarum omnium conservatio dici potest. Ea tamen præcipue scribenda & legenda sunt, atque mentibus insigenda, quæ memorabilia sunt, iuxta dictum Ausonij ad nepotem de studio, vbi ita inquit: Perlege quodcunque est memorabile. & rursus prima monebo. Perlege quodcunque est memorabile.

Nec puret quispam nos velle vti verbis antiquarijs, inusitatibus, aut obsoletis (quod & vetat Aulus Gellius no. 3. Attic. libr. ii. cap. 7.) vt lectorum unoquoque verbo suspensum teneant. Nescius videor si in cultum & in usitatum antiquarij sermonem cuiquam gratum existimat (sciant tamen rantium mihi displaceat, quantum literatis complacat Cicero) ideo Fauorinum imitabor consilientem, verbis præsentibus vtendum, & moribus præteritis vivendum. Ideo claro & familiari calamo intelligibili busque & inclaboratis sermonibus (in sequendo Senecam in lib. 5. Epist. 38. Epist.) procedemus. Ad cō, quod elementarij iuuenes in dicendorum cognitionem deueniant. Non autem grauiore aur scuero stylo, vt noster Budaeus, aur Alciatus (quibus audeo eloquentia brauium aſcīdere.) Quia nos factis & sententijs potius quam in verbis intendimus. (Abſit tamen dictis corum contraria niri.) Et teste Ambroſio secundum lo. Fab. in §. his itaque in proœmio institutionum. Melius est vt intelligent nos populi faciliter loquendo, quam si commandant grammatici obſcure loquendo, & doctrina prudentum facilis est. Prou. ii. Et verbis sententiæ præponenda sunt, vt animus corpori præponitur. c. sedulo. 38. dist. Nam Euangelium non consistit in verbis seu folijs scripturarum, nec sermonum, sed in radicationis, & sensu. tex. in c. Marchion. 1. q. 1.

Breuitate etiam (qua gaudent moderni, vt at glo. in le. ff. de eo, quod met. cau.) in hoc opere vti volui mus. iuxta tex. in d.l.2. §. contrarium. C. de vet. iure enucle. vbi inquit: Melius est pauca idonea effundere, quam multis in utilibus homines prægrauare. & vt Doctoris est, non superfluos nec verbosos commentarios facere, vt in l.1. ff. de orig. iur. Ita Aduocati canere debent ut verbolis vti affectionibus, vt vni. & tex. in l. n. §. in refutatorijs. C. de appell. pro quo etiam facit tex. in §. 1. ibi: ne verbosa fiat disputatio. init quod cum eo, qui in aliena potestate est, &c. Quia prolixitas seu superfluitas, & confusionem & difficultatem generat, vt est tex. in §. 1. ibi. & ibi gl. in proc. Greg. Frustra etenim fit per plura, quod potest fieri per pauciora. l. fi. Co. de don. vnde venustè & veridicè breuitatem laudat Ausonius in Epist. ad Paulinum suum, vbi ita inquit:

Eſt enim comu breuitas: ſic ſamarenatum  
Pythagoram docuiffe refert, cum multa loquaces

ambiguit

## ARGUMENTA XII. PARTIVM ISTIVS VOLVMINIS.

In quibus reconditas materias ad cuiusq; artis considerationum numeros inuenies, ordine isto inse-  
runtur.

- A**rgumenta prima Partis 80. considerationes continentis sequuntur.
1. Primum est de honore & eius descripione.
  2. Honor cunctis rebus praferendus est.
  3. De differentia honoris à laude & reuerentia.
  4. Honorem conferre, est Principis.
  5. Honores consequimur multis modis.
  6. Diuersa personarum genera mandantur honorari in sacra scriptura.
  7. Subditi honorem, reuerentiam, & seruitum domino praestare tenentur.
  8. Honor debetur pralatis, & superioribus ratione dignitatis & excellentiae.
  9. Honores aequaliter & gradatim distribuendi sunt.
  10. Honor a diuisi homines varijs modis.
  11. Diuersa sunt signa, quibus cognosci potest honorem adhiberi dicui.
  12. Dicitur magis honorari, qui sedet prope dominum.
  13. Honorari quis dicitur, ex quo in medio duorum vel plurium collocatur.
  14. Etiam honorari dicitur, qui sedet in principio sive in capite.
  15. Plus dicitur honorari, qui parieti est proximior.
  16. Qui proxime & immediate sedet, & subcribit primo loco post Episcopum, dicitur magis honorari.
  17. Qui prius nominatur, dicitur honorari.
  18. Honor est illi qui primò offert.
  19. Maximum signum honoris est in eo, qui primam rationem habet.
  20. Honor illi cui reuerentia exhibetur, quam minores maiores debet, & si minores maiores bonare debent.
  21. Superioris etiam inferiores honorare debent, si ab eis exceptent benevolē honorari.
  22. Honor conficit in melioribus & deliciaribus cibis.
  23. In vestibus pretiosioribus adhibetur honor.
  24. Honor sit in legati præstatio.
  25. Honor sit in hædis infitutio.
  26. Quis honorari dicitur in salutatione.
  27. Majoritas conficit in prærogativa ordinis.
  28. Majoritas conficit in prærogativa consecrationis.
  29. Majoritas babetur in prærogativa administrationis.
  30. Majoritas seu honor conficit in eo qui recumbit.
  31. Honor debetur ei qui est magna autoritatis.
  32. Honor conficit in commendatione noui præsidii.
  33. Quis collaudandus est de his qua bene meruit in exercito offici.
  34. Honor est in audeundo principem.

35. Honor conficit in electione statuae, & ibi describuntur qui statuae meruerint.
36. Honor conficit in triumphi receptione, & ibi leges, triumphi, & triumphatores plures ascribuntur.
37. Honor conficit in bibendo in auro, & se secundus post regem, vestiri purpura, & cognatus principis vocari.
38. Honor conficit in delatione armorum & insignium, ad cuius comprobacionem, & in ipsa materia armorum & insignium sunt centum conclusiones, quarum seriatim sequuntur argumenta.

### ARGUMENTA IN IPSAS CEN- TUM conclusiones.

1. Insignia regum Romanorum describuntur.
2. Diadema, corona, & sceptrum, sunt Imperatorū & regum insignia, & de diuersis coronarū generibus, & quibus dabantur.
3. Insignia seu ornamenta Pontificum & sacerdotum legis Moysæ, & quibus loco illorum hodie pontifices stantur.
4. Insignia Patriarcharum, cardinalium, & archiepiscoporum, ut sunt crux, galerus ruber & palium.
5. Mitra Episcopale insigne est, ut & dalmatica, chirothæca, annulus & baculus.
6. Pastores ecclesiastici, quare habent virgam, seu baculum, & quare datur principibus.
7. Latus clausus erat in signe senatorum, & de insignibus consulum, Augurum, Saliorum Martis, sacerdotum seu fratrum Arualium, & principis iudicium Agyptiorum.
8. Insignia militaria literatorum, & diuersorum ordinum.
9. De insigni Ducum, Comitum, & Marchionum, & test pileus dignitatis.
10. Arma originem habuerunt loco imaginum.
11. Arma seu insignia ad perpetuam hominū memoriam in plerisque locis apponuntur.
12. Honor est portare & habere arma.
13. Arma alicuius in opere eius sumptibus & liberalitate constricta affigi aut pingi possunt, nec abradiri debent, ut alterius arma ponantur.
14. Arma singularis dignitatis nemini alteri licet affigere seu deferre, nec in suo depingi facere, nisi in signum subiectio.
15. Arma seu imago principis in opere publico ponendi, & an priuato liceat sua ibi apponi facere, in-
16. Arma seu imago principis in opere publico ponendi, & an priuato liceat sua ibi apponi facere, in-

## P R A E F A T I O.

orum, præmittimus declarationem in prin. iuxta l.in prin. ff. si cer. pet. & in l.in princip. ff. de instit. & iure. Et ut recentet Pomponius post Q. Murius in le. 2. §. Seruius autem Sulpitius de orig. iur. ff. turpe esse patritio, & nobili viro, & causas oranti, ius in quo veraretur ignorare. Et qui vult intelligere principia, debet prius intelligere principia, & ad cognitionem particularium debet præcedere cognitionem generis, vt notatur per Docto. in d. leg. i. Essetque inconveniens omisissi initij, atque origine non repetita, interpretationem promittentibus protinus materiam aggredi. cum ipse præfationes & libentius nos ad lectionem præpositae materiae perducant, & eius evidentiorem intellectum praestent, ut in lega. de orig. iur. ff. Et in primis cum diuisio animum legentis inciteret, mentem intelligentis præparet, & memoriam artificiosè reformeret, secundum gloss. in verb. eadem. in §. igitur. in proœm. institutio-num. & in l.in prin. ybi not. de doli mali except. ff. & dicit Bal. in proœm. ff. forum. §. i. in prin. allegando Ambr. scire quid facias, nescire quo ordine id facias, non est perfecta cognitionis. & subiungit. Ideo bene est prius quam ad scientiam perueniat, modum docendi & ordinem præscribere, quo per ordinem res intellecte magis delectant animos, mentes nutritur, sensus magis illuminant, & memoriam reddunt clariorem. Et ut dicit Bal. in consil. Schilinatis, posito in rubr. Si quis aliquem restari prohibuerit. C. opus nostrum vitaretur, si ordo amitteretur. Sitque virilis diuisio secundum Barb. in rubr. de iudi. col. 2. & ea, quæ diuissimi traduntur, commodius & facilius inrelliguntur, vt in §. sed ne. Instit. de leg. Ideoque præfens opus diuidendio, duodecim continent partes. Terminos tamen, de quib' principialis questio futura est, ante definiemus seu describemus: quia, teste Cicero. in primo Offic. Omnis, quæ à ratione de aliqua re suscipitur in instituto, debet à diffinitione proficiisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur. Etiam aliquas ad materiam instructiones generales anteponemus. Et haec erit prima huius nostri operis pars.

Secunda vero dignitates, laudes, honores, gloriam, excellētiam, & decoramenta, tam viri, quam mulieris complectetur.

Tertia autem ordines cœlestium Spirituum, & locorum infernalium perscrutabitur.

Quarta dignitatem, honestatem, excellentiam, honorem, laudem & gloriam viris Ecclesiasticis attribuendas super omnes alios status humanos, & ordinem inter eos enarrabit.

Quinta excellentias Principum ad alios status, & quomodo, & in quibus ab omnibus sunt honori-randi, arque honores inter eos dilucidat.

Sexta postmodum officiarijs sacri Palatij domesticis, dignitates & honores debitos distribuet.

Septima complures dignitatis Officiariorum iustitia, tam Consistorij, seu Auditorij, tribunalis prætorij, quam aliarum sedium & præcedentias inter eos impartiuet.

Ottava laudes, honores, & præcedentias nobilium, tam inter se, quam quo ad alios cuiuscunq; statutus continebit.

Nona excellentias, prærogatiwas, præminentias laudum, gloriæ, & honorū militum adaperiet.

Decima dignitates, præstantias, & præminentias scientiarum, tam inter se, quam ad alias tres, & ordinem præcedendi inter viros literatos enucleabit.

Vndeclima de præcedentia Plebeiorum & Artificum inter eos discutiet.

Duodecima & ultimapars excellentias & laudes plurimum aliarum rerum, & tam cœlestium, quam terrestrium in suo genere & specie describet.

*Finis Proœmij.*

ARGV-

# A R G V M E N T O R V M.

- rumponi debet.*
- 72 *Arma secundum variationes ipsorum colores diuersi in eis ponuntur, & multifariam nominari debent.*
- 73 *In armoria nouem sunt signa.*
- 74 *Arma diuerso modo blasphemari, non dico blandiri sed recitanda & commemoranda alicuius virtutis gratia ubi quibusdam signis quempiam abunde sed revertere laudare debet, secundum diuersitatem signorum in eis appositorum.*
- 75 *Arma in multis alijs signis à nouem prænominatis compacta sunt.*
- 76 *Multa signa important in armis diminutionem seu depretionem.*
- 77 *Legitimati auportent arma plana & integra, ut armadomus à quadescenderunt.*
- 78 *Signum vocatum burla in armoria an sit color, & qualiter fiat & nominetur.*
- 79 *Arma etiam sunt ex bestiis, avibus, & pescibus, arboribus, herbis aut floribus.*
- 80 *Arma ex bestiis composta sunt perfectiorijs quæ ex avibus aut pescibus, & quæ ex avibus sunt sunt nobiliorijs quæ ex pescibus confecta sunt.*
- 81 *Arma ex avibus honestata, quomodo blasphemari debent.*
- 82 *In armis numerus animalium depictorum certus non minari debet.*
- 83 *Cues in armis depictæ secundum proprias naturas stare seuscere debent, & quid significent.*
- 84 *Arma ex bestiis protracta, a quibz. originem habuerunt, & designatione quarundam.*
- 85 *Animalia bruta secundum eorum nobiliorem actum in armis ponuntur.*
- 86 *Non solum animalia sed etiam quacunq; alia res secundum proportionem & qualitatem illi conuenienter in armis ponuntur.*
- 87 *Animalia etiam non ferocia in nobiliore eorum actu in armis pingi debent.*
- 88 *In armis per animalia dexter traductus, semper debet anteire & eleuari.*
- 89 *Insignia qualiter sint imprimenda in vexillis quæ excellunt portantur.*
- 90 *Insignia in vexillis affigendis in tubis qualiter pingi debent.*
- 91 *Vexilla quomodo fieri debent, ubi duo animalia se conficienda ponenda sunt.*
- 92 & 93 *Insignia super vestibus hominum, tam in parte anterior, quam posteriori qualiter fieri debent.*
- 94 *Arma in signis qualiter incidi debent.*
- 95 *Arma seu insignia in clypeis, in coopertorij lectorum & equorum, & super testis, quomodo componi debent.*
- 96 *Item in muris & parietibus.*
- 97 *Item in testudinibus & alijs locis conuenienter & quæ se habent ex calum.*
- 98 *Crux Christi in terra imprimi non debet, & ibi multa de laude crucis.*
- 99 *Crux Christi multipliciter figurata fuit.*
- 100 *Crux Christi quomodo fieri debet nos ea signando & muniendo.*
- RELIQVA ARGVMENTA AD CONSIDERATIONES PRIMÆ PARTIS.
- 39 *Inferior temerè se intrudens in locum maioris suo honore priuari debet.*
- 40 *Honor nō est suspiciendus, nisi prius is qui assequi illum optat, vires suas cum honoris onere metiat.*
- 41 *Nullus vñq; adeo honorandus est, quod per honorem superiacet & excedit alteri detrahatur.*
- 42 *Prae non sunt honore digni.*
- 43 *Fortuna bona facit homines honorari & exaltari.*
- 44 *In eligendo aliquem ad honorem decem sunt consideranda.*
- 45 *De laude & eius descriptione, & de distinctione ab honore.*
- 46 *Laus quæ fit de altero contingit quadrupliciter.*
- 47 *Propter virtutem quis est publicè laudandus & commendandus.*
- 48 *Fugienti est laudari à malis & improbis alias fecus.*
- 49 *Nullus plus debito & aquo alium laudare debet.*
- 50 *Perfecta laudatio quæ sit.*
- 51 *De gloria, quæ est effectus honoris & laudis, quid sit gloria, de laudis differentia ab honore.*
- 52 *Fundamentum glorie est humilitas.*
- 53 *Nemo gloriam respuit.*
- 54 *Gloria aut sit summum bonum.*
- 55 *Gloria ex virtute radicata non est fugienda.*
- 56 *Glorie cupiditas vitanda est.*
- 57 *Gloria cup iditas, & honoris concupiscentia multos pessundedit, & conculeauit.*
- 58 *Nihil apud dominandi & praesidendi cupidos, probitatis, aut fidei reperitur.*
- 59 *An homo gloriari debet, & si ipsum laudare, iactare, seu de bono commendare possit.*
- 60 *Homo gloriari non debet appetendo honorem non sibi debitum.*
- 61 *Quis debet esse contentus uno honore, & uno officio.*
- 62 *Quid virtus & unde vocetur.*
- 63 *Virtus est effectrix vita beate.*
- 64 *Virtus uberrimum alimentum est honor, & quomodo.*
- 65 *Propter virtutem multi ex infimo loco ad regna peruenierunt.*
- 66 *Quid sit dignitas, & de dignitatibus gradibus.*
- 67 *Quales sunt promouendi addignitates.*
- 68 *De privilegiis dignitatis.*
- 69 *Dignitatem assequendo, laborem, studium, curam, miseriaram, vigilias, & calamitates amplectimur.*
- 70 *Quid sit maiestas, & an sola sit in principe.*
- 71 *Quid sit reverentia, & cui debeat.*
- 72 *Subditi prælatos revereri debent.*
- 73 *Reverentia quæ debetur à vasallo domino, à filio patris, ab uxore viro, an remitti possit.*
- 74 *Reverentia quæ debetur viuo, debetur & mortuo.*
- 75 *Pro reverentia, quā quis exhibet alteri datur ei premium, cum ei accedat bona gratia.*
- 76 *Excellentia cadit in principem.*
- 77 *De ordine dignitatum, & qualiter sit obseruandus.*
- 78 *De dupli ordine, temporis, scilicet & qualitatibus.*

# INDEX

- Cum differentia.
- 17 *confuso principio.*  
*Subditus velupans armam sui principis, incurrit crimen lesse malefatis, & quomodo Iulius Caesar habuerit Aquilam pro armis, quibus vestitur Imperatores Romanorum. Et ibi de excellentia coloris nigri cuius est Aquila, & quibus armis vestitur Carolus Magnus. Et de armis regum Christianorum. Et quibus signis vestuntur in bello Franci, Burgundi, Angli, Scotti, Veneti, Suevi & Neapolitanii.*  
 18 *Violata armorum principis pena criminis lessamalefatis tenetur.*  
 19 *Dilecta armis supremorum principum, habent locum in armis inferiorum principum.*  
 20 *Nobles ex origine habent armacerta & distincta, nec licet alter illa deferre, etiam si sint de eadem agnatione & familia, nisi cum quadam differentia.*  
 21 *Inferiores, praesertim viles, turpes, & ignominiosae personae non possunt assumere nec portare arma nobilium, aliae tenentes penas falsi, & potest ei imbiberi.*  
 22 *Sicut non licet rituperosè, & in odium arma alterius usurpare, si nec rursum tauratur interesse publicum, & propter bonum commune ut evictetur scandalum & securia.*  
 23 *Ignobilis seu populari non licet armanobilis usurpare, nec ipsa ignobilis arma timbrata habere posset.*  
 24 *Bastardi seu illegitimi quomodo portent arma domus seu familia ex qua geniti sunt.*  
 25 *Vagalli quomodo armas acum armis dominicocollectare, & depingi facere possunt.*  
 26 *Adagnator spectatius & facultas gestandi armadomino.*  
 27 *Ignobiles & populares armalicie habent ex concessione principis.*  
 28 *Populares etiam auctoritate propria armas sibi assumerem posse.*  
 29 *Delincens ne patiens ponit armam in loco licito & permissio, qua actione teneatur.*  
 30 *Vsi fructuarins, quemadmodum & proprietarius in re in qua haberet usum fructum arma sua ponere posset.*  
 31 *Mercatores & artifices licite marchas & signa habere, & etiam mutare possunt.*  
 32 *Nullus debet mutare signum seu mercham suam in prae iudicium alterius & re publica detrimentum, nec usurpare signum alterius.*  
 33 *Notarins signum nec romens suum mutare debet, etiam nec signum alterius usurpare.*  
 34 *Nullus artifex seu faber aut hospes signum alterius accipere debet, aliae inhibito fieri possee.*  
 35 *Signum seu mercham mercatoris, an probationem vel presumptionem faciat in rebus in quibus sit.*  
 36 *Gloriosum & velut est habere arma a principe.*  
 37 *Arma agnitionis & familie transiunt & remanent plana & integras penes primogenitum.*  
 38 *Arma sunt transmissibilia ad posteros & successores secundum prioritatem & posterioritatem gradus.*  
 39 *Arma transiuntur ad succedentes multis modis*
- 40 *Quomodo arma transiunt ad cognatos & affines.*  
 41 *Idenitatis armorum inducit presumptionem agnitionis vel cognitionis.*  
 42 *Arma rebellium abradi debent, nec transiunt ad haeredes eorundem rebellium proditorum, seu salariorum.*  
 43 *Cum admodum an transiunt ad fideicommissarium.*  
 44 *Principes supremi an possint vendere, donare, aut alicio modo concedere arma seu insignia sua dignitatis.*  
 45 *Interior a principe an possit vendere aut alias aliena res sua arma.*  
 46 *An valeat legatum factum cum onere portandi non men & arma dominus.*  
 47 *Prescriptio an habeat locum in delatione armorum.*  
 48 *Cum pro armis seu insignijs duellum indici posset.*  
 49 *Arma sunt excellentiora ea dignitate aut officio per sonae egestantis.*  
 50 *Insignia seu vexilla civitatis societatis, vel exercitus penes quem remanere debent.*  
 51 *Signa artificij ratione loci ex privilegio decreta remanent penes illam qui in illo loco residet.*  
 52 *Officiales seu magistratus signa, aut insignia ratione officij seu magistrerij data & concessa habere debet.*  
 53 *Signa artificij communis approbatas penes existentes de communitatibus illius stationis, officiis seu ministis remanere debent.*  
 54 *Artifices venient eodem signo, si separantur, penes quem remanebit signum.*  
 55 *Arma an inducent probationem, iurisdictionem & dominium.*  
 56 *In omnibus principatis sunt certa arma soli principi competencia, & quaevis magis approximantur, & de eis participante, nobiliora consenserunt.*  
 57 *Habent officium aut dignitatem siarma a principio obtinuerit, excellentiora iudicantur.*  
 58 *De armis parum Francie, principi ex quibus consistant arma ducatus Burgundie, & de antiquis armis Heduorum, Bibraeorum, Druydom, & Alxiensem.*  
 59 *Arma sub diversis formis & typis sunt.*  
 60 *Arma tripliciter componuntur, metallis, scilicet, carbonibus & pennis.*  
 61 *De auro, & quid re praesentet.*  
 62 *De argento, & quid de signet.*  
 63 *De colori rubeo, & eius significatione.*  
 64 *Isthi tres colores, scilicet, aureus, argentus & rubicundus alijs sunt prestantiores.*  
 65 *De azureo colore, & quid per eum demonstretur.*  
 66 *De nigro colore, & de eius notificazione.*  
 67 *De viridi colore.*  
 68 *De purpureo colore.*  
 69 *Sintum armorum similes, aut ex metallo aut coloris.*  
 70 *Arma quo modo inter dum composta sint ex altera pennarum.*  
 71 *Color nobilior in nobiliore & superiori parte armorum.*

# A R G V M E N T O R V M.

- ¶ prophetas.
- 34 Doctores ecclesiae sunt honorandi.
  - 35 Præcipui inter doctores sunt quatuor Euangeliſtæ, & quis eorum maior, & quomodo figurantur.
  - 36 Post euangeliſtas quatuor doctores ecclesiae multum laudandi & honorandi sunt.
  - 37 De laude & honore innocentum.
  - 38 De laude & loco confessorum.
  - 39 De laude virginum, & laureola eorum.
  - 40 De laude & loco viridarum.
  - 41 De laude & loco coniugatorum.
  - 42 Debteris baptizatis, & an unus præferatur alterius.
  - 43 De loco puerorum non baptizatorum in iudicio universali.
  - 44 Nedium sancti sunt venerandi, sed etiam eorum reliquie.
  - 45 Nendum etiam sancti sunt honorandi, & eorum reliquie, verum etiam eorum imagines.
  - 46 Qui dicuntur sancti, & qui beati.
  - 47 Quis posſit sanctum canonizare. X
  - 48 Episcopus quem sanctum venerandum decernere potest sine populo.
  - 49 Quæ requirantur ad hoc ut quis posſit sanctus canonicari. X
  - 50 Quæ forma in canonizatione sanctorum seruanda sit.
- Q**uartæ partis argumenta, 86. considerationes amplectentia.
- 1 De equiparatione hierarchiarum militantium, ad hierarchias triumphantibus, & de ordinibus illarum.
  - 2 Status ecclesiasticus est præferendus temporaliter ratio ne institutionis.
  - 3 Sacerdotes sunt honorandi ratione meditationis, inter Deum & populum.
  - 4 Tum ratione principalitatis & vilitatis.
  - 5 Tum exemplo paganorum & infidelium.
  - 6 Tum propter eorum potestatem, quæ omnes alias excedit.
  - 7 Papa omnes dignitates mundi excellit.
  - 8 Cardinalis Hoftiensis ex privilegio secundum locum in consistorio obtinet.
  - 9 Quatuor patriarchæ primum locum post apostolicum obtinent.
  - 10 Cardinales alii dignitatibus præferuntur, & de eorum differentia.
  - 11 Cardinales præferuntur episcopis, & sic maior officio, minor vero ordine præfertur.
  - 12 Cardinales episcopi præferuntur aliis.
  - 13 Inter cardinales in cancellaria præfertur vicecancellarius.
  - 14 Camerarius habet dignitatem ultra alios ratione iurisdictionis.
  - 15 Cardinales presbyteri præferuntur diaconis.
**T**ertia consideratio. Virtutis vberimum ali mentuni est honor, ut ait Valerius lib. 2. de in stituti antiquis. & facit tex. in §. cumque. & §. in proce. insi. idco dicit Arist. honorem esse reuerentiam, & dignitatis collationem, quæ datur in resti monium virtutis. & dicit Arist. 8. Ethic. quod honor est præmium virtutis, & in 4. Eth. dicit, quod virtuti perfecte nō fiet vtiq; dignus honor. Lucas de Penna. in l. per singulas. C. de decu. lib. 10. Præmia autem honoris ponit Plutarchus in sua Politica. & Textor in sua officina. in c. præmia virtutis, & doctrinæ. f. 114. dc quibus alibi dicam. duo tamē elementa virtutum esse reor, honoris spem, & pœ nat metum. Illa quippe ad honesta studia alacriores reddit, hic depravatos impetus hebefere cogit, ratiore sc̄q; facit ad ea, qua rationis libra vi suntur semota. His ad terrorem incrementis audacia, pœnari genera octo legibus fanciri M. Tulius scribit, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominia, exilium, mortem, seruitutem. Et vide infra p. in §. & 64. confidratione.

Differunt tamē honor, & reuerentia, cum reue rentia ex vna parte sit principium motuum ad honорandum, in quantum s. aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquid, cum honorat. Exalita reu rentia est finis honoris, in quantum s. quis ad hoc honoratur, ut in reuerentia ab alijs habeatur. Honor ergo, ut dictum est, & exhibitio reuerentia in resti monium virtutis, secundum Philosophum 2. Eth. reuereri est actus timoris. ita dicit Anto. Flor. in 4. parte sui summ. ti. 5. § 1. dixi autem in prima consi deratione, & disturus sum in stra amplè de reuerentia in hac parte, in 71. confidratione.

Et etiam differt honor à laude, quia honor est propter se & in se, sed laus ordinatur ad aliud. Ideo honor est excellenter laude, ut dicit S. Th. in expositione super Psalterium, Psal. 40. col. 7. & in expositione eius super libros de anima. Et 2. q. 103. 1. dist. supra nu. 3. & 3. di. qu. 1. art. 2. & vt dicit idem Tho. 2. 2. quolib. 1. Sed honor est testimonium excellentiæ, que est in hominē, sed maximè secundū virtutem, idē secundum virtutem & dignitatem dantur honores, nec indignis debent dari, cum vt dicit Ar. 4. Eth. Prauus honore non est dignus, & conuersus in tyran. tendet ad noxam. c. licet. 45. d. Lucas de Pen. in d. l. per singulas. in fi. C. de decu. lib. 10. & in l. i. C. de veteranis. libr. 12. & in l. 2. in 4. col. C. de dig. lib. 12.

Quarta consideratio. Cūm honorem confer

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

3

men suffragarione temporis, aut merito laboris ad mundi honores indignum est perueniri. c. miramur. antefi. &c. dist.

**D**ecima consideratio. Diuersis & varijs modis honorādi sunt homines. Primus modus est, diligenter prestare auditū loquentibus, vnde Sapientia 8. dicitur. Loquente me respiciant. Secundus est loqui reuerenter. Eccles. 5. Honor est in sermone sensati. Tertius est, affurgere venienti. Lcu. 19. Coram cano capite consurge. Vnde iudices debent aduocatos in Consistorio, & Adiutorio recipere, & reuerentiam cum salutatione deferre, & sedēdi locum tribuere. l. f. C. de offi. diuer. iud. Et obsequium est in affurgendo, vt notatur in l. si nō fortē. §. libertos. in gl. magna. ff. de cōd. ind. & in Letiam 2. C. de obseq. patro. prafstan. Vnde refert Aul. Gellius noct. Atticarū. li. 6. c. 9. quōd Cn. Flavius Annij filius dicitur ad collegium venisse visere agrotum, & in condane postquam introiuit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant: iij cōtemnenentes eum (sorte quia paret libertino natus, aut quia scriba fuisset) affurgere nemo ei voluit. Cn. Flavius Annij filius adilis id arrisit. Sellam curulem insit ibi asserrī: eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, vtique iij omnes iunivitiderent se in sella curuli sedētēt. Et Imperator Antoninus Augustus cognomē Pius à p̄fectis praetorio salutauis paululum eis affurgit, vt in l. i. C. de sen. ps. Et reges episcopis affurgere debent. c. solit. de ma. & ob. vbi est tex. Quartus est, decenter affurgere sedētēt. Esa. 6. Vidi dominum sedētēt, & postea Seraphim stabant, &c. Quintus comitatis incidentem. 2. Reg. 15. Vniuersitserui cius ambulabunt iuxta eum, s. David, imitantes eum cum fugarerit de Ierusalem à facie Absalonis. Virg. Ipse uno graditur comitatus Achate. & ibi, magna tomante ceterua. Idem est in his, de quibus Cic. in Cat. ait. Hæc enim ipsa honorabilia, que videntur leuia atq; communia, salutaria appeti, decedi, affungi, deduci, reduci, consili. Item in lib. de Orato re. Cumq; maior natu, & cōfularis Sergium Galba aſſtaretur. Et Gellius lib. 2. c. 14. Scriptum est in antiquitatibus, vt à connitio seniorēs à minorib; domum reducerentur, cumq; morem Romanos accepisse à Lacedemonijs traditum est, qui Lycurgileibus tererunt. Sextus in signis humiliatiōnis, vt in clinatiōibus & huiusmodi. Eccl. 3. Ab hominib; honoratur, s. Deus. Septim⁹ in exhibitione fernitiorū, vt lotione pedum, & manuum, & huiusmodi. Eccl. 3. Quotimet Deum, honorat parentes. Hæc allegatio ad istud propositū non videtur aliquid facere: quicquid dicat Anto. Flo. sed melius dictum est hic ante in 6. consider. Sed mos laundi pedestram inter sacerdotes, quā laicos, fluxit ab instituto Christi, vt habetur Io. 13. de quo Polyo. de inuentoribus rerum li. 4. c. 10. Octauus in rerum honorabilium collatione, vt honorabilius ferculū, & huiusmodi. vnde Nu.

24. dicit Balach Balaam. Denouerā te honorare, si munieribus, sed & Deus priuauit te honore. Non nūs in proprie magnificientia depositione, vt depositio caput, & huiusmodi. Apoc. 4. Cūm gloriam & honorem darent illa quatuor animalia sedenti super thronum, & viginti quatuor seniorēs deponebant coronas, &c. Magistratibus verò, & alijs potenterib; caput aperimus, tanquam omnia nostra illis parere debent, ait Plutar. Hinc haud dubiè nobis mos est, & orare nudo capite, & superiorēs reuereri. Quod de oratione dicitur, vt habetur 1. ad Cor. 11. Omnis vir orans velato capite, deturpat caput suum, licet secus de muliere, vt ibi. Decimus est in alterius præpositione, in descendendo, in sedendo, in loquendo: de quib; singulis statim amplius dicam. Et hos deceū modos honorandi ponit Ant. Flor. in sua sum. in quarta pat. ut. 5. §. 2. in fin.

**V**ndecima consid. Alij modi honorandi aliquem ponuntur per Doct. nostros per diuer sa signa, quibus cognosci potest, quōd honor adhuc berur, & aliquam ponit Fcl. in rub. de ma. & obe. vbi primò dicit, q̄ inter alia signa honoris est, quod quis sedeat. Quoniam qui sedet, dicitur magis honorari, quām stans. Bal. in l. quoties. C. vbi senatores, vel claris, per illum tex. in ver. sedendi quoq;, in alia parte. vbi vir in dignitate constitutus litigans coram iudice, nō debet stare, sed sedere paullò inferius. & arguit Bal. ad Episcopum accusatū, qui nō debet stare coram iudice, sed sedere: quod tamen videtur esse intelligendum, dum eorum causa non agitur, allias secus, secundum gl. ibi in d. verbo, sedēdi, & etiam qui recumbit, maior est, quām qui ministrat. Luc. 22. Secundò dicitur major, & honoratur, qui sedet à dextris. Bal. in l. decernimus. in 3. no. C. de sacro. eccl. gl. in c. quām periculoseum. 7. q. 1. Facit ad hoc illud quod dicitur in Euangel. Vnum à dextris, & alium à sinistris. & est tex. in c. solit. in ver. hoc autem si prudenter. Ibi, in sinistra parte sedere. de mai. & obed. dicit enim Bar. in suo tract. de insigniis & armis. in 4. col. quōd dextera pars est principium motus. & in ista parte, in 38. consid. in 88. concl. Et plenē declarat Iaco. Bonaudi in glo. suis ad lo. de Terra rubea, in lib. suo devinea ecclesiæ. art. 2. primit tract. in 4. cōcl. in verbo à dextris. Quid autē dicitur à dextris, vel à sinistris, dicit Barth. Veron. in suo tract. de imperat. eligendo. in verb. ratione dignitatis, quod istud intelligendum est maximē, quādo insignia, literæ, vel figuræ in clypeis, cooperturis, vestibus, parietibus, vitrinis, vel in loco ad similitudinem cœli pinguntur: & in alijs etiam casib; vt habeatur plene p. Bar. in d. suo tract. de armis. & in tract. de insula. 13. col. cum seq. q. vlt. & pen. ante primā figuram, vbi omnino estvidendum, & ponit Bar. Veron. in loco hīc ante alle. Exemplum de Venetiis, q̄ malè ponunt in sigillis leonē in parte dextra, & ducem in parte sinistra, habendo respectum ad

## PRIMA PARS

Sexto & superioribus ad aliqua officia exercenda, vt oratores, & legati, & vicarij principum. ad Ph' 1.2. Eum cum omni honore habetore, & loquitor d. Epaphroditus missio ab eo ad eos: quod quo medofit, vide Bar. Cepollū in tract. suo de imperiis itum eligendo. in verbo, pro imperatore. 3. & 4. col. & dicam infra in 7. par. in 10. cōsider. vbi loquar de locutmentenibus regijs. Vnde quia missi à Nabuchod. reuersi sunt sine honore, turbatus est contra illos de Ierusalē, vt habetur Iud. c. 1. & vt habetur Paralip. 36. quia illi subsannabant nuncios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudcēbār. que Prophetis, idēc ascendit furor Domini in eos.

Septimò honorandi sunt religiosi. Aug. in regula. Honorate Deum in vobis in aicem, cuius tēpla facti estis. Templū materialē honoratur, quasi Deo dicatum: quātū magis rationale dicitur Deo per utrumque religionis, vt dixi supra in consideratio ne precedenti, ibi, sexto honorandi.

Ostauovt dicitur honorandi sunt senes, vt etiam dixi ante in praecedenti consideratione, ver. 3. honorandi sunt seniores, & habent Eccl. 14. Honora personam scnis. Similiter & priores in ordine, sicut antiquitus primogeniti, sicut Iacob à Pharaone.

Non omnes vniuersaliter inuicem. Rom. 12.  
Honores inuicem præuenientes, quoniam ut ait Arist. 6. Topic. Omnes honorem appetunt. & 1. Pet. 2. scribitur: Omnes honorate.

Decimò tuadde, quòd etiam medici sunt honorandi, ut habetur Eccl. 38. Honora medicum, eum propter necessitatem creauerit eum Dominus. dicam insitum in 10. parte, ybi describā de scientia medicinæ.

Vnde cùm honorandis est Deus. Prou. 3. & Ps. 23.1. Reg. 2. i. mò habetur 1. ad Tim. 1. Soli Deo honor, & gloria - & Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et honora Dominum de tua substancia. Et, Gloriam meam alteri non dabo. Ecl. 7. Honora Deum extota anima tua. & dicatur sum in fratre amplè in 3. par. in 1. 2. & 3. confid. & in ultima parte. in prima consider.

Duodecimò honorandis est maritus abvxore. Ester. i. Vxores deferant maritis suis honorē, quia maior dignitas est in sexu virili. l. i. ff. de senat. Inde vxor Philonis Philosophi in eccl. matronarū interrogata, cur coronam auream sicut ceteræ nō ferret, respondit: quod vix xvir latif habet ornamen-  
ti, viri virtutem, & honorem.

Decimotertiò, seruus debet honorare dominū  
suum, Malachia 2. dicam etiam istud in 11. parte.

Decimoquarto, Honor debetur operatibus bonum. ad Roin. 2.

Item, Honora patrem tuum, & matrem tuam.  
Exo.20. Deut. 6. Mat.15. & Mar.7. Eccl.7. Honora  
patrem tuum, & genitum matris tue ne obliuiscar-  
is. De quo Anton. in d. sua sum. in 4. par. tit. s.c. 9.

& Bernar. de Bustis in 1. pat. sui Rosatrij. ser. 20. in littera L. de quo infra in 11. part. in 16. confid. & supra in precedentibus confid. in si.

**S**eptima consid. Subditi tenentur præstare fer-  
suum, honorem, & reuerentiam domino. k  
1. C. de offi. præf. vigilū. l. portiores. C. de offi. reſt.  
prouin. Bal. in l. enm plures. C. de cōd. inst. dixi in  
Commentarijs nostris super consūe. ducatus Bur-  
eñd. in ti. des fiedz. 5. Le vassal. ing. l. quasi p̄totū.

**Q**taua con sid. Honor debetur omnibus pte  
latis, & superioribus ratione excellētā. Cul-

Latus, et periorum ratione executio-  
tus autem consistens in obsequio obedientia &  
beneficij, ratione gubernationis, etiā debet tur pr  
latis ex debito legali. Alijs autē in dignitatib<sup>z</sup> con  
stitutis ex debito morali, vt ample declarat S. Th.  
2.2.q.c.2.1.dist. supra secundū nu. & vt ibi dicit 2.  
dist. supra tertiu nu. Honor debetur constitutis in  
dignitatib. ratione excellētia, timor autem ratio  
ne potestatis, obedientia et iuris, & tributum, ratio  
ne gubernationis. Et ille honor qui debetur ratio  
ne excellētia est diuersus secundū diuersitatem  
excellētia. idem S. Th. 2.2.q.81.4.dist. per tot. &  
idem alio modo prosequitur quonodo q̄s hono  
ratur: q̄ dicit fieri quadrupliciter, scilicet virtutē pro  
priā, et virtuoso: vel pp̄ virtutē alteri, scilicet Dei. vel Co  
mitis: vt superioris: vel pp̄ signū virtutis, vt funes  
vel pp̄ participationē diuina bonitatis, vt dominī  
& parentis. ita dicit 2.2.q.63.3.dist. per totum.

Ettamen conditione inferiores debent praſta-  
re honore superiorib. vt si superiores id quod de-  
bent, non impendunt inferiorib. inferiores eiſ de-  
bitam obedientiam non impendant fruſtra. n. exi-  
git debitum, qui quod debet non impedit. ar. e.  
cito. 93. dist. 2. z. q. 5. c. de forma. ita dicit de Turre-  
cremata in e. cum beatus. 45. distinct.

**N**ona consideratio, Honores sunt & qualiter  
distribuendi. l. & eum. g. præses. ff. de mun.  
& hon. & etiam gradatim sunt & conferendi. l. vt gradatim.  
ff. de mun. & hon. & non maiorem honorem,  
nisi prius minorem suscepit, gerere potest.  
l. honor. g. gerendorum. ff. de mun. & hon. Pergradus enim est ad ordines ascendendum. c. sicut. 48.  
dist. easum enim appetit, qad summiloci fastigia  
postpositis gradibus per abrupta querit aëculum.  
non autem descendendum est. l. null. C. de numeris  
rarijs. vbi Lucas de Pen. libr. 12. In singulis autem  
gradibus ordinum, & honoribus conferendis in  
terstitia sunt seruanda. c. in singulis. 77. dist. & e. fe  
qu. & in C. de maneribus non continuandis. lib.  
10. Et genus humanum quidem confistere non  
posset, nisi quidam maiores, quidam minores inferent. c. ad hoc. 89. dist. sicut etiam in angelis, d.  
c. ad hoc. & notatur in c. de Constantinopolitana.  
22. dist. in fin. & gradus diuersi, & status in Ecclesi  
a confervant Ecclesiarum unitatem, d. c. ad hoc, &  
hoc plenè tractat Ambro. in 3. de offi. c. 4. fine ta

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

4

processionibus cedere debet primogenito, & ita dicit se semel respōdisse cuidam nobili Pietauēsi. Et facit quo ad nos in hac nostra patria ducat Bur gundiæ, vbi non est dabilis primogenitura, taliter, quod omnes filii æquitaliter succedunt. Si tamen fiat diuisio alicuius hereditatis, in qua quilibet habeat suam partem hereditatiām in tātā iūrisdictione, quantam alter habet, si sint ambo, aut omnes eiusdem parochia: est tamen deferendum per alios iuniores, & minorcs annis primogenito in oblationibus, & processionibus, & alijs actibus, in quibus potest adhiberi honor ita, quod ēr vxor primogeniti præcedere deberalā, & in oblationibus, & processionibus, in danda & oculanda pace, in deambulationibus, in coniuijs, & plurib⁹ alijs actib⁹: secundūq̄ ēt videlicet poteris ex dictis lo. Fabri. in d. s. aliam. instit. dc bonorum possessionib. **D**ecimanona confid. cſt. Maximum signū est honoris in eo, qui primam vocem haber, & debet primō loqui. Ecl. 22. Loquere major natu, decet enim te, &c. Et dicit Præposi. in c. episcopos. 37. dist. col. 2. quod qui dignior est, primō vorum dare debet, facit, quod dicitur Bal. in c. i. in tit. dc cōtrouer. seu. apud pares term. & Lu. Ro. in sing. suo & l. vbi dicunt, quod licet de iure in consilijs dandis senior primō loqui debeat, per text. in d. c. i. & Bal. ibi, in l. col. & facit tex. in l. fi. C. de tyro. lib. 12. & in l. 2. C. de primice. & in l. 2. C. dc præfet. præto. co. lib. 12. tamen iste vsus apud do. de Rota non seruat, qui iuxata minorcs in consilijs dandis primō loquuntur. Et dignior dicitur interdum propter antiquitatem, puta si primō fuit adeptus dignitatem, iuxta no. per Inno. in c. tua: extra de ma. & ob. & per Bar. in l. 1. ff. de albo scribit. & sic in capitulis, collegijs, seu vniuersitatib⁹ dignior semper cſt preferendus, vt antiquior Canonicus facit cōgregare Capituū. Aliquando dicitur dignior, q̄ clariorib⁹ fulget virtutibus. rex. est in auth. de monachis. s. pe. col. 1. Et sic quando vna res est cōmunis inter plures, & nō potest stare nisi penes vnum, vt sunt tabulae testamenti, seu aliud instrumentum, dignior est concedenda, vel apud seniorem depoñenda, vt l. fi. ff. de fid. inst. Et sic frater maior natu debet habere & custodiare claves castri. Item testibus deponentibus in pari numero, digniorib⁹ est credēdum. l. ob carmen. s. i. ff. de testi. Et dc materia dicam infrā, in 10. partc in 29. consideratione. dc doctotribus, qui primō vocem & opinionē dare debeant, seniores an iuniores.

**V**igesima confid. Honor illi cui reuerentia exhibetur, vt probatur in l. potioris. C. dc off. re. prouin. & in c. statuimus. & ibi gl. & doc. de ma. & obcd. & per gl. in l. 1. s. si vicinus. & ibi doc. ff. de aqua plu. arc. de quadix supra. Nam reuerentiam debet minor maiori impendere. gl. fi. in l. nihil omnino. C. de pal. fac. lar. lib. 12. & in inferiores iudices superioribus reuerentiam tribuere debent. vt est tex. in d. l. potioris. & in l. fi. C. dc offi. præf. vrbi. &

minorcs maiorib. debent honorem. l. 2. & fin. C. dc of. diu. iud. dixi in frā ista parte, in 71. conside. in c. reuerentia est honor. in fi. cum seq. maximē salutando Iacob. Rebuffi. in l. 2. C. de prox. sac. sc̄tin. lib. 12. de quo in frā.

**V**igesimaprīma confid. Non solum semper, & indeterminatē honor ab inferioribus debetur superioribus, sed etiā quandoq; superiores honorare debent inferiores, l. potioris. s. i. C. de offi. re. prouin. quoniam vt ait Hier. de quo habetur in c. esto subiectus. 95. d. Episcopi honorent clericos, quasi cler. vt ipsis episcopis a clericis quasi episcopi honor deferatur. Subiungitq; sc̄rum eftilud orat. Domin. cur ego, inquit, te habē in principem, cū tu me non habcas vt senatorem. de quo gl. circa initium in c. frustra. de re. iu. in 6. Cui & omnino simile est, & nefcio an idem sit, q̄ Hier. fortē memoria lapsus non minibus mutatis scripserit illud L. Crassi senatoris ad L. Philippum consulē. Non es mihi Philippus consul, quia nec tibi senatus sum, quodā Vale. Maximo traditum est li. 6. c. 8. & Quintil. li. 8. oratoriū institutionum. ti. de ornatu. ad fi. & lib. 11. ti. 1. Et ante eos Tullius li. 3. de Oratore. Quibus & simile est illud Platonis ad Dionysium Syracusanum: Si nostra tibi placent, nos quoq; honorare debes. Nūc autem tanquam ab initio tu ducas, ego sequar: honoratus enim à te, & te honorabo. Non honoratus aurem, congecam. Ad quod optimē facit tex. in c. cūm beatus. circa initium. 45. dist. ibi, ne dum incautē subdita percutiat membra: ipsa quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat. Ex quo notatur, q̄ si prælatū nō scrutat reuerentia subdito, nec subdit⁹ tenetur ei seruare, etiā text. in c. significasti, in fi. de ele. in c. ad decor. de inst. & q̄ no. gl. in verbo me. in d. c. esto. per tex. illum ibi. Frustra pectit debet, qui quod debet non impendit, & facit distū Plutarchi in lib. dc præceptis nuptial. quod senes honorabat Plato, vt iuuenes venerarentur, vt & illi erga ipsos verecundiam conseruarent: vbi enim in iuuenes pudorem senes abiiciunt, nulla in eos verecundia iuuenib⁹ residerat, ait Plato. Facit glo. in c. si duicturi. 32. q. 6. vbi ēt ait text. & quales volum' vxores nostras inuenire, & ipsa nos inueniant, & si intactam quærimus, intacti simus, de quo amplè per Tiraquellum in suis legibus connubialib⁹. in lege 13. Et aduerte in hoc, quod gl. sua seu Com mentarij ponuntur ante tex. & ibi scribit materiali: si amari volumus & cupimus ab uxoris. eas quoq; vicissim amemus: quod multis rationibus cōprobatur. Et facit tex. in l. si non fuerit. ff. de iurciu. p. que no. glo. & doc. ibi. q̄ si non facio quod debeo, sitamen non facis q̄ debes, non obtines. Et p. illū tex. dicit Bald. in c. i. in verbo, vel nō. in ti. qualiter do. p. priet. seu. priuetur. q̄ q̄ non facit q̄ debet, nō recipit q̄ oportet. q̄ & ipse Bald. dicit in l. post legatum. ff. de his quib⁹. vt indig. & vt voluerunt Inn. & lo. An. Car. & Panor. in c. suam. de poenit. quod cum

## P R I M A

contrarium. Quoniam ut dicit, imago impressa dicitur esse in latere dextro, qua nos respiciendo est respectu lateris sinistri nostri, sicut si quis faciem suam ad meam conuertat, latus cuius dextrum est respectu mei sinistrum, secundum Barth. in d. suo tract. Idem si imaginem nostram in speculo inspiciamus. Eadem autem in signis calata ab altera parte reperiatur, quoniam ciuiterna, non faciem inspicimus.

Deprinogenito, quomodo sedet ad dexteram, dicam infra in quinta parte, in 41. consideratione. **D**odecima consideratio est. Quis dicitur magis honorari, qui sedet prope dominum, & tanto maior, dignior dicitur, & altior. gl. notab. in §. aliam. in verbo, altiori. inst. de bo. pos. & ibi per Porcum, & Ang. & per lo. de lmo. in l. qui soluēdo. la 2. ff. de her. inst. Bal. in l. obseruare §. antequam verò iuxta fiff. de offi. proconfulis & leg. Et ideo, ut dicit Veron. in loco supra alleg. Adam, & Petrus magis honorantur, ex quo sunt proximiiores virgini, & de hoc honorē sedēdūt iuxta principem, habetur 2. Esdr. 3. c. & vide lo. de Terra rubea in loco allegato in precedenti consideratione.

**D**ecimatercia confid. Dicitur honorari quis, ex quo est in medio duorum, vel plurium: quoniam via Salutis in lugurthino: Apud Numinas locus dignior erat in medio, & ideo, ut dicit Veron. in loco supra all. dux Venetiarum stat in medio sex Confiliariorum. q̄ intellige, quoniam omnes sunt aequalis aliquali qualitate: sed si non esset aliqua aequalitas, semper maior deberet esse in eminentiori, & altiori loco. Sicut videmus quod cū aequalis Pater, aequalis Filius, aequalis Spiritus sanctus ideo Pater stat in medio, Filius ad exteram Patris, & Spiritus sanctus ad sinistram, ut dicam in 3. pat. in 1. 2. & 3. consi. Facit, quia mediocritas in electione loci maximē probatur: quoniam in cōfinio boni maliq; positā est. Et Ci. li. 1. off. eadem ratio est habenda vestitus, in quo sicut in pleriq; tēbus mediocritas optima est.

**D**ecimaquarta confid. Dicitur honorari, qui sedet in principio, sive in capite, & altiori loco, quod probatur, quia à digniorib. est inchoandum, ut est tex. cum glo. in §. fin. inst. de iure nat. gen. & ci. vnde Virg. in Buc. *A loe principum Mūje.* Facit ad hoc illud: In capite libri scriptum est de me. & ad hoc videtur tex. in l. 2. §. Seruus autem Sulpitius. ff. de ori. iu. vbi sic dicit: Seruus autem Sulpitius cum in causis orandis primum locum, aut certe post M. Tullium obtineret, & tex. in e. quia tū, so dist. ibi, à capite incipiente. Et ita per hæc tenet idem Veron. in loco hic ante alle. facit quod scribitur de Saule. li. 1. Re. 9. c. sic: Assūmens itaq; Samuel Saulcm, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati.

**D**ecimaquinta confi. Magis dicitur quis honorari, qui parieti magis est, proximus, ut pro-

## P A R S

batur in tex. cōm. gl. in d. §. aliam. & probatur in c. episcopos. 17. dist. vbi dicitur, q̄ episcopus in eccl. in consilio presbyterorum sublimior sedēt: quia locus ille dicitur dignior. Ita videmus seculari in tribunalibus, vbi ius redditur, & in locis, vbi nuptiū celebrantur. Ita etiam renet idem Veron. in loco prædicto. Ex quo etiam dicit, q; in cēdēdo ille, qui est iuxta parietem, dicitur esse in digniori, & nobiliore loco: quod comiter obseruamus, nisi tres essent personæ simul, ut dictum est: quia tunc esse in medio, est magis honorabile, si rum omnes tres sint eiusdem qualitatis, ne dicatur,

q̄ vltimus sit inferior, aliorū vnuſ præcedere debet, iuxta illud vulgare apud omnes: Et si tres ince dāt, vñ p̄cedere debet. Venerit amē seruār, q̄ esē latere dextro, & honorabilis, ut dicit Vero. vbi sup.

**D**ecimasexta confide. Qui sedet immediate post episcopum, & subscribit primo loco, dicitur esse in eminentiori loco. Fel. in rub. de ma. & cōbe. Car. in consi. 32. dicam infra in 4. par. Et qui primus est post principem. 2. Esdr. 3. c. Item quiprimum de ambulat, dicitur magis honorari, cū qui comitantur dicantur honorem sacre illi quē comitantur, ut dixi ante in confid. præced. & faciunt quae dicunt lo. de lmo. & Ang. in l. qui soluēdo. ff. de he. inst. & facit tex. in c. sedes Apostolica in ver. mihiores, & viiiores. extra de res. & qui præcedit maior est illo, q̄ subsequitur tex. in l. in fi. C. de p̄po. sacri cubi. li. 12. Et anteire quis dicitur in cōfido, loquēdo, sedes prior, locus cōpletior: decernēdo loquendiq; facultas antiquior, & vetustior. l. 1. & ibi gl. in ver. anteire. C. de cōfūlibus. Melior rex. in l. 2. C. de p̄f. p̄o. fine verbis, &c. li. 12.

**D**ecimaleptima confi. Qui prius nominatus dicitur honorari, p̄t dicit Bal. in auth. hoc amplius in vlt. col. C. de fidei. & probatur in c. si quis iusto impedimentoo. ibi, is qui primus de ele. lib. 6. & in l. seruus cōmunius ita. quod ibi no. Bar. ff. de st. seru. & faciunt, quia dicit d. meus lsi. in l. in prin. in 5. col. ff. de ver. ob. vbi dicit, quod de nominario debet fieri à digniori, quod ibi cōprobatur per multa. Facit, quia in concionando maiores præponi debet, & in omnibus facit tex. in auth. defens. ciuit. §. vlt. dum inquit, quia & maximorū, & mediocriū, & partuorū nobiscura est & ibi gl. in verbo maximorum. coll. 4. & p̄ ordo scripturæ, vel nominationis titulum consecrat p̄tationis, scribir Guil. Benedict. in rep. c. Ray. in verbo, testimonium. 2. nu. 28. extra de testamento. Consului in easū emergenti. in nominatione filiorū primi gradus & sedis, in cōfido meo incipiente: Le cas est tel., en pays de droit écrit.

**D**ecimaoctaua cōsider. Honor est illi, q̄ primus offert, & ideo primogenitus primus ante fratres offerre debet, ut dicit Martinus de Cazarijs tract. de primogenitura. Ex quo dicit lo. Sanxo. in suo Cōmentario consuetu. Turon. in ri. de succ. feud. att. 3. q̄ secundogenitus in oblationibus, & processio-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

5

**sc.** Item, Antoninus Imperator cognomēto Pius, tantum detulit senatui, quantum sibi priuatus ab alio principe deferri oportuit: vt ait Iul. Capitolinius in eius vira, maxime iurisperitus. Nam ipse à p̄fēctis p̄rōtōrō tunc amicis, & principalibus offīciorū & vtriusq; ordinis viris salutatus, eis aliquantulum aſurgit, vt est tex. in l. 1. C. de fent. paſſ. dixi ſupra in 21. confi. Et quando Papa ſcribit inſeriori, puta epifcopis aut regibus, quomodo de beatoſ eōſ ſalutare ponit Ioannes de Montholono in ſuo prompt. iuris, in ver. ſalutare articulo, ſalutare Pr̄ſcum & Aquilam.

Item etiam per par. l. Publia. §. Tirtius. & l. Quin tu. Cecilius. ff. depositi. Etiam infeſor superiori mandat ſalutem, excepto principe: quia ab infeſoribus non ſalutatur, exceptis quibusdam, qui bus in p̄vilegium conceditur, de quibus in l. 2. C. de prox. facr. ſcriniorū. l. 12. & in l. 1. C. de ſilēriarijs. co. lib. & poſt ſalutem datur potestas oſculandi, excepto Papa & Imp. qui oſculantur in pede. l. 1. C. de domeſt. & proteſt. dicam in ſra in 33. confi. 4. parte. Vnde fluit moſ deoſculandi pedes Papae aut Imperatoris, & oſculo ſalutandi: vide Polyd. de inuenio. rerum. lib. 4. c. 10. vbi etiam dicit. q̄ c̄ teri p̄ſuſiles dextram manū auerſā adueniuntib⁹ oſculandam potrigunt, & viri dextram dextre iungere ſolent ſalutationis cauſa.

Aduerte tamen, quod infeſores iudices ſcribē do iudicibus ſuperioribus, vt dominis de Parlamento, non debent ſe in ſubſcriptionibus ſuis no minare fratres. tex. eft in l. ſinguli. C. de offi. diuer ſorum iudicium.

**V**igeſima octaua cōſideratio. Maioritas etiam conſtituit in pr̄rogatiua ordinis. Nam presby. maior eft diacono. c. legimus. in ſi. 93. diſt. & c. ſtatim. ex tra. una. & obe.

**V**igeſima oactua cōſideratio. Maioritas etiam conſtituit in pr̄rogatiua cōſecrationis. vnde epifcopus eft maior presbytero, ideo magiſhono randus eft. c. olim, & c. epifcopus in ecclēſia. 95. diſt. & c. manus. de confec. diſt. 5. & c. perlecfis. ver. ade p̄fcopum. 23. diſt.

**V**igeſima nona cōſideratio. Maioritas habe tur in pr̄rogatiua administrationis: vnde Archidiaconus maior eft archiprefbytero, & ei o b̄dare debet. d. c. perlecfis. ver. archiprefbyter ve ro. 25. diſt.

Et cū ad p̄cedentia deueniatur ratione mai oritatis, propter quam quis laudatur, honoratur, & reueretur, videat plenē in quibus conſiftat hęc maioritas, per Fel. in rub. de ma. & obe. p Alberic. in ſuo Dictionario. in verbo, maior, & maioraſ. d. quibus ſuis locis dicetur: id ē circa ea aliter hic uon inſiſto.

**T**rigēſima confid. Etiam maioritas conſtituit & p̄cēminentia in eo qui recumbit, non in eo qui miniftrat. Luc. 22. quod tamen Christus nouit eſte inter ſuos diſcipulos, inter quos miniftri

bat. Lucae eodem loco. & Matth. 20. vbi inter illos ordinavit, quod maior eſſet minister. Et inter iſtos recubentes digniores ſunt, qui in primo ſcam no honoris recubunt: & communiter videmus in ſcamno quod eft verſus ignem, vel à latere dextro, ita quod dignior eft ſecundus illius ſcāni quā primus alterius, vt aliſ dicam.

**T**rigēſima prima cōſideratio eft. Honor etiā debetur, & defertur illi qui eft maximæ autoritatis, ſeu qui conſequitur laudem & honorem ex autoritate, ſacit tex. in c. dudum ad audientiam. circa medi. ibi, inuenimus quod pro p̄pofito ſanctorum Apoſtolorum autoritas faciebat, extra de ele. & in l. Quintus. §. Pomponius. ibi, ad authoritatem ſcribentis. & ibi, ſed ad autoritatē de functi conſeruandam id pertinebit. ff. de annuis leg. & in l. 3. §. 1. vers. quæ argumenta. ibi, aliā dignitas & autoritas conſirmat rei de qua quaritur fidem. ff. de ſcib. & in l. 2. §. poſt hos Q. Muius. ibi, ex quibus Gallum maximæ autoritatis. & in §. poſt hunc. in princip. & in §. primus diuus Auguſtus. ibi, vt maior iuris autoritas haberetur, & ibi, ſed plurimum in ciuitate authoritatis habuit. & ibi, ſed Proculi autoritas maior fuit. ff. de orig. iur. & in l. pe. §. Papinianus. ibi, & huiusmodi ſententia ſubtiliſſimum teſtem adducit Saluium Iulianum, ſummae autoritatis hominem. C. de cond. ind. & hoc modo affumitur authoritas hoc caſu, p quadam reputatione ſue aſtimatione, vt probatur in l. cognitionum. §. 1. & ibi glo. in verbo aſtimatio. ff. de var. & extraor. cogn. Sicut dicimus, q̄ hi maioris autoritatis ſunt qui habēt potestatem ſeu dignitatem. l. 1. ff. de albo ſcrib. & d. l. Quintus. §. 1. cum ſimilibus. Erat autem authoritas, ſue aſtimatio (quam vulgo reputationem appellamus) mul ti modis acquiritur, de quibus ſuis locis dicetur, & de his ſcribit alii qua Barth. Cepolla in ſuo tract. de Imp. eligendo. in ver. authoritatis. vbi multū commendat autoritatem, & autore Iofephō, ordo in Romanorum militia hic erat, vt milites ad centuriones, illi ad tribunos (quos Græci Chilarchos vocant, hoc eft, qui mille praerant hominibus) manē conuenirent ſalutatum: & ſic ordo dignitatum & autoritatum obſeruabatur.

**T**rigēſima ſeconda cōſideratio. Conſtituit etiam honor in commendatione noui p̄ſidis prouinciæ, in ſuo nouo & incundo aduentu in gredientiſ aliquid celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput: vt eft tex. in l. ſi in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput adueniēt Poteftas, deberet ſe commendare, laudesque ſuas cum grauitate audire, cum id prouinciales honori ſuo ſibi vendicent. ff. offi. procons. & leg. & iſtud communiter obſeruatur in Italia in aduentu noui Poteftatis: & apud nos non ſolū in aduentu noui regis, ſed & Gubern. noni alicuius patriæ, & nouorum Balliuorum in ſuis prouinciæ. vidi quæ dixi in fraſta parte in 47. confider. inci. ex quo ex laude.

## PRIMA PARS

cum aliquis tenetur aliquid dare aut facere ad hoc ut aliquid consequatur, non potest illud petere, nisi totum dederit aut fecerit. all. Panor. text. in l. Mxuius. & in l. cui fundus. ff. de cond. & dem. facit etiam text. in auct. dos data. C. de don. ante nup. vbi no. Bal. quod quidam facere, quod debet, non potest petere quod ei debetur. & in l. in testo. ita erat scriptum. ff. de cond. & dem. quem ad hoc propositum facit singularem Bal. In d. c. i. qualiter do. propri. scudi priuatur. & tex. in l. quero. §. inter. ff. loca. p. quem dicit Bal. in c. i. §. vlt. in fi. in tit. de formam fideli. in vi. sive. quod qui fidem non prasert, eam sperare non debet. Faciunt rex. in d. c. frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem a se prasert seruare recusat. & ibi gl. & doct. de reg. iu. in 6. Faciunt eti. in dicta Panor. in cons. 61. inci. videtur primo. col. 2. lib. 2. & Roma. cons. 204. incip. pro discutientia veritate. col. 2. vers. 2. idem probatur, & cons. 417. incip. in casu propositae consultationis. & Barba. cons. 306. incip. sapienter scripsit propheta. col. 12. vers. 2. praterea. & col. 13. & seq. in 2. vol. & cons. 73. incip. omnia que faciuntur. col. 11. & seq. eo vol. Corin. cons. 343. inci. in causa vertente. col. 2. ver. histamen non obstantibus. in 1. vol. Ant. Cor. set. in repe. c. grandi. charta 7. versi. nota ibi fidelitate. de supp. neg. prela. & ira alia sedixi in sancto contingenti. Errat, quia maior, & superior etiam in index minorem benignè & sine iniuria audire debet: cum possit vnius forsan & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare. tex. in l. i. §. sed neque. C. de vere. iur. enucle. & quod doq. reuelatur minori, quod maior nec sit. c. ad au dientiam, iuncta gl. i. circa si. de consuetudine, vide infra ista parte, in 26. consid.

**V**igesima secunda conside. Honor consistit in melioribus & delicioribus cibis conferendis. Quia in inferiori non sunt tales cibis conferendi, quales sunt superiori. Quoniam aliumenta debentur secundum qualitatem personarum. gl. in verb. vii. in c. episcopos. 10. q. 3. Ex quo dicit Floria. in l. sed & siquid. §. mancipiorum. ff. de viuis. quod alimenta sunt praestanda secundum ordinem dignitatum. Faciunt quod dicit Alex. cons. 70. in 4. vol. Maiora enim & deliciora debentur domicel Iis, & maiora monachis quam conuersis. facit tex. in l. seruis urbani, in prin. iuncta gl. in ver. cibarijs. ff. de leg. 3. vbi dicitur, quod rusticus non debet viti pullis, vel alij delicatis cibarijs, sed caseo, caseo, sa bis, & lardo: etiam grosso pane, & non albo, vt ibi dicit gl. in verbo ex libellis.

**V**igesimateria conside. In vestibus pretiosioribus adhibetur honor, vt haberetur per Florianum in d. §. mancipiorum. Hinc dicit Spec. tit. de adiutorio. §. sequitur videndum de vestibus. col. mih. 2. quod adiutorati indumentum debet pro grauitate & maiestate officij sui. Ideo dicit gl. in l. i. C. nulli licet in freuis. lib. ii. quod chlamys militem, purpura regem, stola sacerdotem, toga adiutoratum,

cuculla monachum demonstrat. quod dictum refert Bal. in c. causam. extra de prob. Faciunt quod cit Barba. in c. eum omnes. nu. 49. cu quatuor seq. extra de consti. vbi etiam plura de virtutibus resert. & dicam infra in 7. par. in 44. consid. vbi dicitur, quod adiutorati honestioribus vestimentis induti, sunt prascrendi. Et facit etiam dictum Sene-  
cæ ad uxorem Neronis: Induc te charissima vxor delicate, non propter te, sed propter honorē imperij. de quo dicto meminit Spec. vbi suprà alleg. tex. in c. 1. 21. q. 1. & in c. 2. de cust. eucha. subiungens, quod vestis debet esse conueniens statui, ordini, & officio. p. quo facit text. in arg. in l. id vestimentū. ff. de pecul. Et facit 2. Esd. c. 3. vbi appetet, quod de stiri purpura, est bonor.

**V**igesima quarta conside. Honos fit in legati præstatione. amicissimos. in prin. & ibi Bart. ff. de excu. tu. hinc est quod dicitur, quem non hono ro in præstatione legati, s. aut in institutione, non o nero, de quo plenē per Gui. Benedicti in sua repe. c. Raynurins. in verbo, si absq; liberis moreretur, in materia substitutionis fideicommissariæ, nu. 23. extra de testum.

**V**igesima quinta conside. In hæreditis institutio ne fit honor: quoniam in maximus est honor filio succedere patri titulo & iure, seu nomine institutionis, tanquam sit heres, ob quod dicit text. in leg. 1. in fi. c. de his qui sibi in testa. astri. quod pater filium in instituendo, & hæredem scribendo, dicitur fungi duplice officio, quod tendit in hono rem & sauorem filij. de quo in d. repe. c. Raynurins. in verb. in codem testamento relinqües. 1. nu. 31. 32. & 33. de test. in antiqu.

**V**igesima sexta conside. Quis dicitur honorari in salutatione: quoniam ex quo quis salutatur, honor oratur, vt dicit Jacob. Rebus. in l. in scris. C. de proximiis sacrotum scrin. lib. 12. vbi etiā dicit, quod salutando videtur fieri recuperantia, per l. fi. c. de offl. diuer. iud. & perl. peculium. C. de p. ximis sacr. scrin. Ideo vt dicit Spec. in tit. de adiutorio. §. iudex est reuenter fajitandus: immo per salutationem videtur esse remissiā iniuria. c. cum Adrianus. 63. dist. c. omnis qui. 24. q. 1. & ex non salutatione præsumitur quis inimicus, vt tener glo. fi. in d. c. cmm Adrianus. & all. c. cum super. de offl. dele. & dicit dominus meus Iason in l. apertissimi. col. 2. C. de iudicijs.

Videtur tamen, quod maiorum etiam porrigit salutem minori, vt patres filio: vt in c. 1. in princ. de feu. cogni. vt etiam videimus in literis regis, rex de rigendo literas suas exequendas, etiam nuncio, feu seruienti porrigit salutem, sic dicendo: Franciscus Dei gratia Francorum rex tali, &c. salutem. Vnde Traianus Imperator (vt Eutropius scribit) perspice amicos salutationis gratia visitauit. Quippe pse omnibus in omnias ex qualem exhibuit. Cuius perspæce tale erat dictum: Talem priuatim imp. per. esse oportere, quales priuatos sibi optat habe-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

6

## Pharamondus.

*Primo Pharamondus decimo siunxeris vnum  
Occupat, & Salique legis origo fuit.*

*Clodio.*

*Clodio succedit pacis seruator honestae,  
Quatuor incolumis corpore lustra videns.*

*Merouenus.*

*Merouenus sequitur, eoto qui iuuentior orbe,  
Tradidit decies annua iura pater.*

*Childericus.*

*Sex quater imperium Childericus possidet annis,  
Cum cœcō subito carpitur enē necrit.*

*Clodueus.*

*Et Clodueus fidei seruator, & equi,  
Gallica terdenis meſibus arua tener.*

*Childerburtus.*

*Iamq; quater decies nonus superadditur annus,  
Childeberte tuum cum decus orbe cadit.*

*Clotarii.*

*Quinque suo decades Clotarius addidit anno,  
Citamen immersum contegit vrnacaput.*

*Childricus.*

*Childricus decimo decies tres porrigit annos,  
Dicitur & probitas multa fuisse viro.*

*Gontranus.*

*Hunc celere sequitur Gontranus tramite princeps,  
Bisterna imperium seruat olympiade.*

*Childerburtus II.*

*Posterior dictus Childebertus praesidet annis  
Biſeptem, dur aſdiacet alter humo.*

*Thecodobertus.*

*Mox Theodobertus decimo cum iungere annos  
Septem, tunc per ſaorte relitus abit.*

*Theodoricus.*

*Vix vim addideras cum tu Theodorice, tandem  
Imperij celia protinus arce cadis.*

*Clotarius.*

*Vndeclisq; quatuor positi Clotarius armis,  
Insignis populo libera iura dedit.*

*Dagobertus.*

*Tum Dionysæ Dagobertus conditor adis,  
Biſeptem aſtates tradidit imperio.*

*Clodoucus.*

*Clodouc tibi decimo coniungere ſextum  
Non datur, in fatum tendere nemo potest.*

*Clotarius.*

*Cum tibi fallaci vultu fortuna minatur,  
Clotari, quartus respuit annus opes.*

*Childericus.*

*Et tandem decimus septem vix iungitur annus,  
Childrici nocuo cum perit enē decus.*

*Thecodorius.*

*Cirque nouem decem Theodoricus iunxerat annos,  
Cethereum celeri cum pede carpit iter.*

*Clodoucus.*

*Et Clodoucus ſola trieteride regnans,  
Saucius incerte cuiſide mortis abes.*

*Clodoucus.*

## Childebertus.

*Bis decies rutilans Phæbus compleuerat orbes,  
Cum Childeberti Gallica ſceptra ruunt.*

*Dagobertus.*

*Vnica cum ſoboles Dagoberus regna minifrat,  
Sed ſua ſub quarto lilia ſole cadunt.*

*Clotarius.*

*Inſignis eoſide Clotarius induit annos,  
Cuius inextincto nomine fama volat.*

*Childericus.*

*Vix adit imperium Childericus, fata repente  
Vertuntur, laſſu labitur ille graui.*

*Theodoricus.*

*Non puduit molli Theodoricie viuere luſtro,  
Sed retiro tandem viuſtus amore cadis.*

*Carolus Martellus.*

*Iam Martellus adeſt, bellū cui ſirma potefas,  
Imperium quinta linguit olympiade.*

*Pipinus Paruus.*

*Quinque ter atque tribus Gallis Pipinus habetar,  
Maxima cui paruo corpore virtus erat.*

*Carolus Magnus.*

*Maior hic imperio dominatur Carolus omni,  
Per binas hyemes luſtragi, iure nouem.*

*Ludouicus Pius.*

*Bis deniq; Pius Ludouicus quinque peractis  
Imperat, & mortis vulnere pulſus obit.*

*Carolus Caluus.*

*Carolus octauum terdenis præbuit annum,  
Hauſta ſed innocuo toxico corde nocent.*

*Ludouicus Balbus.*

*Et Balbus binis Ludouicus præbuit annis,  
Gallicanom modico robore ſceptra tenens.*

*Ludouicus III.*

*Heu Ludo nice tibi dextro quid ſceptra feruntur  
Sydere, cum luſtro tollitur umbra breui?*

*Carlonus.*

*Vix toridem regno Carlonus traditur, ecce  
Sydere a tenuis ſpiritus arce iacet.*

*Ludouicus iners.*

*Mox Ludouicus ades, Lachesis cui bina repente  
Tradiuit immixtis flamme luſtragi ſuo.*

*Carolus Simplex.*

*Biſeptemq; tribus regnauit Carolus annis,  
Ex humili ſimplex pectori diuſus erat.*

*Rodulphus.*

*Ter quater inſignis dominatur laude Rodulphus,  
Ecce repentino turbine pulſus abes.*

*Ludouicus III.*

*Ter numerant bis sex Ludouici tempora regis,  
Robore cui ſub ſunt parta trophae ſuo.*

*Lotharius.*

*Lothari primus terdenis iungitur annus,  
Gallia magnanimo tunc manet orba duce.*

*Ludouicus.*

*Cui ſoboles nulla eſt primoq; extintus in anno,  
Hac Ludouice breui ſunt data ſceptra die.*

*B 2*

*Hugo*

# PRIMA PARS

& dicit B.al.in confid. 418. in l.par. quod honor est, quando in iucunda visitatione domini sunt ei honorantia, sicut sunt xenia, caritatem, seu blanditiae, quae sunt pro ipso vitando vel misso ab eo, & similia, & ad istam honorificentiam pertinent omnes operae obsequiales & reuerentiales, quod videtur esse contra id, quod dicit confid. suo 335. in l. part. ubi dicit, quod honoris nomine continetur id quod est sine onere.

**T**rigesimateria confid.est. In eo, quod quis ratione majoritatis incurrit laudem & honorem de bonis operationib. seu beneficiis in repub. exhibitis, & impensis, collaudandus est publicis vobis, ne per silentium bonum quod fecit videatur incognitum, ut est tex. & doc. in l. vnic. C. de quaest. & magi. of. li. 12. Et in hoc delectatur princeps, cu[m] audit officiales suos collaudari a subditis de bono regime offici: & hoc casu admittit voces populi exclamantis, viuat talis, qui in officio se bene gessit, sicut faciunt Romani de Papa, vi dcent gl. & lo. de Platea in d.l. vnic. C. de quaestoriis. Et licet voces populi collaudando sint adiutatae d.l. vnic. & l. iussimus. C. de off. rect. punit. & f. renouam. in autem vt ordinariis praefecturis, coll. 5. faciunt quædicta sunt infra ista par. in 47. cōfid. inci. ex quo ex laude. Nō tamen in eligendo vel puniendo, si constat. ff. de appl. decurionum. C. de pœ. c. 2. de ele. & in c. de in literis. de excf. pl. & plenè declarat G. Benedicti in sua reper. c. Rayn. in ver. mortuo iraq. testatore. l. nu. 191. & 192. vsq; ad numerum 197. dixi supra in 32. consideratione.

**T**rigesimaquarta considerat. est. Honor etiam in audeundo principem, & alios iudices reuenter salutando cōsistit, vt dicit Ioannes de Platea Iarubri. C. de præpositis sacri cubiculi. lib. 12.

**T**rigesimaquinta consideratio est. Honor cōsistit & habetur in premium virtutis ex creatione statua in publicum. Cum olim multi fuerint honorati ex creatione statuarum, inter quos enumerat Textor Niuernensis in sua officina 49. qui faciunt honorati ex creatione statuarum. Et in tantum cōsistit honor in statua alicuius, quod si ipsa statua rumpatur, datur actio iniuriarum. l. si statua. & ibi doctores. ff. de iniurijs.

---

**Qui statuas meruerint, teste Textore Niuernensi, sunt sequentes.**

Sesostris	1	Verrius Flaccus	11
Ariphlogtros	2	Iscrates	12
Armodius	3	M. Claudius Marcellus	13
Astylus	4	Mutius Scaevola	14
Aiolyceus	5	Ptolemaeus Philopator	15
M. Portius Catō	6	Oppianus	16
T. Coruncanus	7	Horatius Cocles	17
Demetrius Phalerens	8	Demosthenes	18
Eunomius	9	Conon	19
Fauorius	10	Eusgoras	20

Mercurius	21	Claudius Imperator	38
Polydamus	22	Epicurus	37
Cylon	23	Iosephus	38
Oclaus orator	24	Minutius Augurinus	39
Vestrinus	25	Tribius	40
Nerua Imperator	26	L. Aelius	41
Archias	27	Numa	42
Claudianus	28	Seruius	43
Iunius rusticus	29	Gorgias Leontinus	44
Virgilius	30	Plato	45
Beroius	31	Chelia	46
Antonius Musa	32	Portena	47
Tanquil	33	Phocion	48
Pau. Atius	34	Lucullus	49
Phryne	35		

Mulieres etiam olim forte habuerunt statuas, cum Hyppiades statuae mulierum equestres vocabantur, cuiusmodi fuisse videntur Amazonum, quæ mortalium primæ equum scadere auctæ sunt, si Lysia oratori cœditur.

Qui autem fuerint qui primæ statuas inuenient, ponit Polydorus de inuentoribus rerum, li. 2. c. 13. & ibi ponit quomodo aliæ fuerint prohibita. Et de vsu imaginum, quomodo & in quibus olim vtebatur imaginibus, & qui poterant, scribit Budatus in suis annotationibus, in l. si. ff. de orig. iur. dicam statim, ex quo dixit, quod hodie loco imaginum posteriora tempora vntur armis. Hodie apud nos loco istatum statuarum in inferioribus à principib. sunt monumenta, seu sepulchra eleuata: alij faciunt ea extra & supra terram eleuari ex altitudine trium pedum vel circ. a. & supra magni, & latum lapide, vel marmorei ponii, non nunquam in medio chorii ecclesiarum, vt sunt patroli, & fundatores ecclesiarum, puta principes, duces, barones, & huiusmodi. Reges autem nostri faciunt sibi erigere statuas, & ex more cuique regi post eius morte erigitur statua in palatio Parisiensi: & fit talis quod per eam demonstratur, qualis fuerit regiminis: quoniam si fuerit bonus, prudens, & verus rex, sic quod suo tempore iustitiam administraverit, habet manus eleuatas, & in altum tendentes: si vero malus, aut vnicam, vel ambas habet deprebias, & basse tendentes: & per haec denotatur, quod fuit malus administrator iustitiae: quod timet Ludoivus xi. ne in statua eius post mortem fieret haec depressione manuum vel manus, cius vita durare fecit fieri suam statuam, & sunt nu. 62. vsq; ad Franciscum primum, qui hodie regnat: & quilibet ilorum habet suum epitaphium, per quod ostenditur, quot annis vixerit seu regnauerit. & licet ad me nullo modo deuenerint, tamen alia hic ex Chronicis, & Francorum gestis calculando illorum tempora descripti.

---

**De Regibus Franciæ Carmen.**  
A pice quo Franci regnarunt tempore reges,  
Quis prior & regum Gallica sceptra tulit.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

7

phalem currum sequentes diuersis conuitijs triumphantes incesserent, ne prosperè illa fortuna plus equo superbircnt & insolcscent. Sic triumphante Cæsare milites dixerunt: Gallias subegit Cæsar, Nicomedes Cæsarem. Item, Romani, seruare vxores, Mcchum caluum vobis adducimus.

Ventidium quoq; Bassum Pathico triumpho fecuti milites decantarunt: Qui mulos fricabat, faetus est consul.

Porrò lege caurum erat, ne dux triumphatus ante triumphi initium urbem ingredetur.

Item ne quis triumpharet, qui minus quam quinque hostium millia vna acie superasset.

Nulli item licuit triumphare, qui nec dictator, neq; prætor, necconsul res gestisseret. Nec pro instaurato sed aucto duntaxat imperio triumphus concedebatur.

Item nemini prius deccrnebatur triumphus, quin regionem (de qua triumphatus erat) successori pacata in reliquisset.

Itē poena à lege erat cōstituta ei, qui sup interfectorū uniuersi inentircut. Ideo triumphantes urbem ingressi de veritate apud censores iurabant.

Item triumphantes habebant lous insignia, faciemq; è rubrica illinibant, vt esset colotis etherei, scptrumq; gerebant.

Qui aut de diuictis regibus, & populis triūphauit (vt scripsit Tector in sua officina) sunt sequentes.

Lucius Atilius Calatinus triūphauit de Sardis.

Gn. Dominicus de Aruernis, & Batulo eorum ducc.

Liuius Salinator de Illyrijs seu de Hasdrubale, vt testatur Liuius libr o 37.

Marcus Attilius regulus de Salentinis.

Paulus Aemilius iunior de Liguribus, & Perseo Macdonum rege, cuius triumphi ordine pulchritudo recitat Philippus Bergomensis in suo supplemento Chronicorum.

Mcnenins Agrippa Lanatus de Sabinis.

Marcus Antonius triumuir de Armenia rege.

Marcus Aquilius consul de Aristonicus regc.

Iunius Bubulcus Brutor dictator Aequos subegit, ac die octaua de eisdem triumphauit.

Furius Camillus Veios decennali obsidione domuit, ac de eisdem triumphauit.

Sp. Cassio duo triumphi contigerunt.

Marcus Curius de Samnitibus & Sabinis.

Publius Decius iunior de Samnitibus.

Gn. Duilius primus de nauali victoria triumphauit.

Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis, Samnitibus, Vmbris, Marsis, ac Thuscis triumphauit.

Fabius Gurges de Samnitibus.

Q. Fat i as Max. de Ligurib. de Lybicis, Aethr. Sā nitibusq;, & alijs multis nationis triūphos s. egit.

Gneus Fulvius Flaccus de Samnitibus.

M. Fulvius nobilior ouauit de Aetolis, triūphauit de Ambraciensibus.

L. Lucretius Tricipitinus de Volscis.  
Marius de Theutonibus & Iugurtha.

Propertius libro 4.

Dij melius, quantus mulier foret in triumphus,  
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.

Q. Ce. Metellus de Iugurtha & Numidis.

L. Muinius de Achæis.

M. Horati⁹ cōsul de Sabinis sine autoritate senat⁹.  
L. Papirius Cursor de Samnitibus.

L. Papirius Crassus eius filius de Priernatibus.  
Gn. Pōpeius Magni Pōpeij pater de Picentib.

Pompeius Magnus de Larba, Mithridate, Ari-stobulo rege Iudæorum. Hic triumphus maximus ac splendidissimus omnium suit qui haec tenus Romanæ fuerunt.

Aul. Posthumus Tubero de Volscis.

L. Aemilius Paulus de Liguribus.

Q. Capitolinus quinques consul de Volscis.

Scipio Africanus de Hannibale, & Syphace Numidiæ rege, cuius triumphi formam Appianus historicus stylo diligenter prescripsit.

Sulpitius de reliquijs Brenni.

L. Valer. Valeſij filius de Veientibus, & Sabinis.

Val. Coruinus, qui sc̄ies fuit consul, de Sanitib.

L. Valerius Potitus de Volscis, & Aequis sine autoritate senatus.

M. Atilius Glabrio de Antiocho, & Actolis.

Aurelia. Imp. de Zenobia Palmirenorū regina.

Septimius Seuer. Imp. de Arabib. & Adiabenis.

Dagobertus Rex Francorum de Saxonibus,

Papyrius Naso de Corsis.

Iulius Cæsar, consecutis bellis, quinques triumphauit. primus triumphū egit Gallicum, sequētem Alexandrinum, deinde Ponticū, huic proximum Africanum, nouissimum Hispanensem.

Triūphauit Bacchus de Indis, & primus omniū triūphauit vectus Indico elephanto, vt scribit Diodorus, & diadema regiū ad triumphum inuenit.

Tatius de Sabinis.

Gordianus de Persis.

M. Claudius Marcellus de Hiberis.

Augustus currules triumphos tres egit: Dalmaticū, Aetiacum, Alexandrinum continuo triduo.

Antonius Cōmodus triūphauit de Germanis.

Domitianus de Dacis, & Catis.

Papyrius Cursor de Corsis in monte Albano.

Paulus Orosius, & cū eo Blondus Foroliuiensis

scribunt Romanos triumphos numero fuisse 330.

Vltimus omniū triumphauit Probus Imper. de Germanis & Bennijs omnium gentium serocijs.

Qui triumphabat, triplici iudicio honorabatur. Primò exercitus de triumpho decernendo duciudicabat, secundò senatus, tertio populus.

Erat autem triumphus omniū honorū qui à populo Romano dari solcbat maximus. Nā illa pōpa

solennis erat, qua siebat redeuntib. in urbem cū

victoria, vt dictum est. Et quicmadmodū Romani

victorib. Imp. suis magnum honorem, & triumphum

B 3 phum

# PRIMA PARS

Hugo Capetus.

*Virtus ipsa patet non cum vivitur anno,  
Conditur in uita forte Capetus humo.*

Robertus.

*Bis deciesq; quater dominatur iure Robertus,  
Qui prius hostilem terruit enemum.*

Henricus.

*Ter tribuum decades Henrici sata, nec rurquam  
Largior in magnorum re dextra fuit.*

Philippus.

*Sex decies tandem quartus tibi iungitur annus,  
Liberacum populo iura Philippe canis.*

Ludouicus Grossus.

*Iam Ludouicus adesq; morti sedille propinquus,  
Aler acum neuit bistris lustras oror.*

Ludouicus junior.

*Hincq; quater decies Ludouicus praefuit annis,  
Aq; tribus victo vitor ab hoste manet.*

Philippus Augustus.

*Gallorum totidem moderatur regna Philippus,  
Nobile cui valido corpore robur erat.*

Ludouicus VIII.

*Florida quam celeri truncantur flaminia motu,  
Sed prius autumnos ter Ludouice vides.*

Ludouicus Sanctus.

*Sancte quater decies annis cum quinque per alios,  
Imperium merito iam Ludouice tenet.*

Philippus Posterior.

*Vixit inaudita regno probitate coruscans,  
Posterior septem lustris Philippus habet.*

Philippus Pulcher.

*Iamq; quater septem Pulcher coniunxerat annos,  
Tunc immaturo labitur umbra die.*

Ludouicus Hutinus.

*Per binas hyemes regni vix sceptra feruntur,  
Cum Ludouice tibi trifilia fata nocent.*

Philippus Longus.

*Insignis sextum Longus numerauerat annum,  
Gratia cui grato corde virilis erat.*

Carolus Pulcher.

*Carolus binc sequitur, bina trieteride Gallis  
Præsider, & pulchro gravior ore fuit.*

Philippus Valesius.

*Felici validam moderari forte Valefi,  
Bis deciesq; tribus sceptra tenere datur.*

Ioannes.

*Tunc Ioanni nec non coniungere sextum,  
Toxica propulsis legibus Angla finunt.*

Carolus.

*Carle decennalifexsus cum iungitur annus,  
Tunc virtus Galli perditur omnibus humo.*

Carolus.

*Trifilia finumerant florentis tempora Carli,  
Hec deciesq; quater binaq; cernit hyems.*

Carolus.

*Sepius ex Anglo vietria dona rebelli,  
Tertia ter decies Carolus ecce tenet.*

Ludouicus XI.

*Cic Ludouicus adesq; clarus, nec iustior illo,  
Bistria, si memini, nunc sua lustra ferunt.*

Carolus VIII.

*Hofibus hic vilius vitor remeauit in orbem  
Carolus, & vilius posse tria lustra cadit.*

Ludouicus XII.

*Bis septemq; tribus Ludouicus presidet annis,  
Cuius & in toto floruit orbis decus.*

Franciscus.

*Iam Franciscus adesq; Galli, generosior illo  
Aler & in toto non fuit orbe prior.*

*Magnanimus bello (lustris vix quinque peractis)  
Cum decorat meritum parta corona caput.*

*Heluetios dextro domuit qui marter rebelles,  
Oppida vietria irudit & altam anu.*

*Impensisq; potens Anglo qui freua ferocie  
Sedulus, hic patrio ductus amore nimis,*

*Italiam petiit, Francum remeauit in orbem*

*Sepius, & pulsis hostibus vitor adesq;.*

**T**rigesimasexta consideratio est. Etiam honor consistit in triumphi receptione, cum duces belli, aut principes vietriani contra hostes, & inimicos obtinuerint, de victoria triumphabit: hoc est, in introitu ciuitatis auratis curribus vekebantur, quos albi trahebant equi, capite lauro coronato. Pompeij tamen currum in triumpho Aphri co traxerunt elephant. Quem imitatus Casar ve-  
tus est elephantis 40. dextra lquaque lychnos ge-  
stantib. autore Tranquil. Et Gordiano quadrigæ elephantorum decretæ sunt triumpho Persico. Habuit & Aurelianus currum cum quatuor cer-  
tuis iunctis.

Morisq; fuit vt in triumphantum currum sede  
rent eorum filii. Vnde & Aemilius Paulus specio-  
fissimo triumpho filium duxit, quem triduo post  
amisit.

Triumphantem sequebant laureati milites  
triumphantis, vt quia laurus semper viret, signu-  
esse trepibus florere.

Item capitui hostium dices in triumplo circum-  
uedi, præcedebant currum triumphalem.

Item triumphantis rem diuinam facientis ver-  
ba erant: Dij, quorum nata, & imperio nata,  
aucta est res Romana, eandem placati propitiati-  
que seruare.

Item moris erat consules ad coenam in uitarii à  
triumphante; deinde rogari, vt venire supersede-  
ret, ne esset aliquis maioris imperij & autoritatis  
triumphante.

Item in triumpho lignæ turres, & captarum  
urbium, arcium, & montium simulacra, omnium  
que vietrorum simulacra, aurum præterea & argē-  
tum ferebatur.

Moris item fuit Imperatoribus bellii ciuilis vi-  
etria quantumvis magna non triumphare, quia  
ciues non hostes occidissent.

Item vt milites & abiectissimi quique trium-  
phalem

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

3

merum autumant. Hi magistrab. ministrabant, fascesq; virgarum alligatos, cum securib. gestabat, & huiusmodi virgæ ex Betula arbore fieri consueverat, quæ est arbor Gallica, mirabilis candore atq; tenuitate, terribilis magistratum virgis secundū Plinium lib. 16. c. 19. naturalis historia.

**S**ecunda conclusio est. Etiam Diadema, & coronas sunt insignia Imperatorum, & etiam sceptrum, ut infra habetur in 5. part. in 19. confid. vbi ponitur etiam de rationali, de quo statim dictatus sum.

Sed prius videndum est varia esse generacoronarum, & qui primus eas inuenierit. Polydorus de inuentorib. rerum lib. 11. c. 17. refert, Lib erum patrem coronarum repertorem fuisse, qui primus omnium imposuit capitū suo coronam ex hedera. Moyses tanien qui mulris exatibus Liberū patrem præcessit, coronas aureas fecit secundum losphum in 3. & 8. antiquitatum. Aegypti regū (teste Cæliolectionum antiquarum lib. 13. c. 61.) mos fuit percutius, Diadema serpentis aspidis imaginē distincta gestare. Principio ex arborum rauis fieri coronas in ludis, & sacris certaminib. mos fuit. Postea varia florū mixtura componi ceperunt. Has Glycera primò adinuenit. Paulò post subiere quæ vocata sunt Aegyptiæ, sive Hyberna, sive è bracteis ligneis sive eburneis, & varijs colorib. infestis. Deinde subsecuta sunt è lamina ænea renui inaurata, aut argentea, quæ propter gracilitatem corolla dicuntur. Crassus autem primus suis ludis coronam aureis argenteisq; solijs dedit, & alij alias. Hinc deniq; multisvariè coronæ repertæ sunt, & in maximo pretio habitæ, præcipue apud Romanos, & tempore consulium. Erant enim milites coronæ, puta Triumphantis, qua donabantur, seu coronabantur in triumphis Imperatores, seu triumphantis dabatur, & ex lauro primitus fiebat: quoniam ea arbor præcipue est latitrix victoriarumq; nuncia: sed deinde ex auro fuit facta, & hac dicitur aurum corouarium, erantq; ciuidem & virtutis, & honoris præmia.

Muralis dabatur ei, qui primus murum hostium subiherat, seu in oppidum hostium per vim ascendisset, hæc etiam aurea erat, muri pinnis decorata.

Castrensis (quæ & vallaris dicitur, quia insigne valli castrensis haberet) similiter aurea erat. haec donabatur qui primus hostium castra pugnando introficeret, & irrupisset.

Naulis pariter aurea erat, & dabatur ei, qui primus maritimo prælio vi, & armis in hostium nauem translibat. Ea rostris nauium erat insignita.

Oleagina, quæ vñctores in Olympiaco certamine donabantur, vel ob conuersum hostem.

Oualis, quæ & myrtle dicebatur, dabatur his qui vrbem intrabant ouantes, quando bellum leuiter, & sine cruore perfecissent, deditione facta:

aut cum bella nō restē indicta essent nec cum iusto hoste gesta, aut cum hostium nomen humile esset, ut seruorum aut pirataruin.

Obsidionalis dabatur duci, qui exercitū suum ab obsidione hostiū liberasset, & dicta est graminea, quia siebat ex eo gramine, quod ibi natū fuerat ubi obsidebantur. Hanc S.P.Q.R. Fabio Maximo dedit secundo bello Punico, quod vrbem obfitione liberaliter. & hanc Plin. lib. 22. alijs nobis fuisse dicit.

Ciuica corona erat celeberrima, quā ciui sciuī, & quo in bello seruatus fuerat, & a morte liberaliter, testem vitæ salutisq; percepta dabat: & hæc siebat ex fronde querna: quoniam quercus primū mortalib. victum præbuit, qui glande vescebantur. vel quia loui (in cuius tutela sunt ciuitates) sacer querus est de hac Plin. li. 16. meminit, appellans eam militum virtutis insigne clarissimum. Vnde praecellere Antoninus Pius, teste Capitolino, Scipionis recolendam sententiam frequenter usurpabat, dictans, se malle vnum ciuem seruare, quā mille hostes occidere. Hanc consuetudinem ciuib. claris coronas dandi secundum Valerium lib. 12. de institutis antiquis, Athenienses primi omnī intriduxerunt, hoc honore laudatissimo virtutis alimento primū Periclem decorantes, & coronantes. L. Gel. vir censorius censuit Cic. consulem hac ornandum corona, & eius opera atrocissima illa Catilinae cōiuratio deleta vindicataq; fuisse.

Hederalis dabatur poëtis.

Populea dabatur iuuenib. virtutem imitantib. & has coronas posuit etiam Lucas de Pen. in rub. C. de auro coronario. lib. 10. Et dicit idem in l. 4. C. de vestib. oloberis. lib. 11. quod legitur in historiæ scholastica, quod quatuor sunt insignia regalia, scilicet purpura, fibula aurca, sceptrum & diadema. vel secundum Hugo. lib. 2. de sacramentis, sex sunt insignia quibus excellentia regalis ordinis ostenditur, & sacramentum iustum figuratur, puta Annulus, per quæ designatur fides. Armilla, per quā bona operatio. Sceptrū quo iustitia. Gladius, quo vindicta. Purpura, per quam reuerentia: & Diadema, per quod designatur in rege gloria.

**T**ertia conclusio est de rationali, quod erat olim insigne supremi, seu maximi sacerdotis. vel secundum Beroldum in Apuleium, Galerus, id est, pileus rotundus in modum galeæ factus, erat insigne pontificum. hodie vero est thiara. Guillelmus verò Durandus in suo rationali diuinorum officiorum lib. 3. c. de indumentis legalib. seu veteris testamenti dicit, quod secundum Mosai eam legem erant quatuor indumenta legalia tā minorib. sacerdotib. quam principi sacerdotum communia, de quibus legitur Exod. 28.

Primum dicebatur Manastasiū, quod Græcè bracce, Latinè verò sacerdotalia linea dici potest, de bysilo retorta contextum: quo vtcebantur pro eo, quod legitur Exo. 20. c. in fin. Non ascendas ad altare

# P R I M A P A R S

phum psallendo, & cantando impenderunt, qui hostibus superatis Romanam rediſſerit. Sicut iam 1. Reg. 17. legitur de Daud. quod postquam Goliam quinq. lapidibus occidit, & populum eius vicit, reuertit, cum magna gloria receptus est a suis, & mulieres in eius landem cecinierunt dicentes, Saul percuſſit mille, & Daud decē millia. Et Exo. 13. c. dicitur, quod quando Dominus liberauit Israēl de manu Aegypti, & viderunt Aegyptios mortuos superlirtus maris, tunc Moyses cecinir carmen hoc Domino: Cantemus Domino, gloriosē enim magnificatis est, equum, & ascenſore proiec̄cir in mari. Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & tu es mihi in sa. &c. Similiter Maria soror Mcysis & Aaron sumpsit tympanum in manu, egrifāque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris praeſentibus, & di- centes, Cantemus Domino, &c. Sed maior victoria, & triumphus, & de quo maior laudis honor impendi debet, est degloriosa & triumphantire ſurrexitione Imp. nostri Iefu Christi, qui magnificē triumphando ab inferis ad nos reuerſus fuit, vt per pulchritudinem ſcribit Ber. de Bustis in 2. parre sui Roſarij. fer. 17. in prin. Similiter Iudas Macab. ſuperat- is hostib. epinicia, ſolemnitate, festiuitate & gra- riarum actionē celebrauit pro parva victoria, vt habet 2. Mach. 8. ibi. Et cum epinicia agentia in Ieroſolymis. Erhabetur Apoc. 3. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vita, & conſitebor nomen eius co- ram patre meo, & coram angelis eius. Ideo triu- phantes indui debent, & ornari veſtimentis albis, vt fecit Iud. xi. habita victoria cōtra Genuenes, dum ingrederetur Genuam, anno 1508. dixi in- fra ista parte 28. conſidera. in 62. concl. Legitur & Iudith c. 15. quod postquam Iudith iniquitatem Ho- lofernem, & Aſſyrii viciſtū ſuerunt, omnes populi gaudebant enim mulieribus, & virginibus & iuue- nibus in organis & citharib. &c. seq. ſcribit quod tunc cantauit canonicum Domino; dicens: Incipi- te Domino in tympanis, cārate Domino in cym- balis, modulāmini illud psal. nouum, exultate & innocate nomen eius, &c. Et factum est post hanc, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum, & mox, vt purificati ſunt, ob- tulernnt omnes holocausta, & vora, & repromis- ſiones ſias. Erat autem populus incundus ſecū- dum faciem sanctorum, & per tres menses gaudi- um huius victoriae celebratum est cum Iudith.

Quis vero primus apud Rom. triumphum, aut ouationem duxerit, ſcribit Polyd. lib. 2. c. 16. de in- ventorib. & ibi de multis qui triumphaverunt. Plinius vero 7. nat. hist. inter plura alia de laude Cie. ait, quod primus in roga triumphum, lingue que lauream meruit.

Macrobius in Satut. dicit, Bullam esse inſigne triumphatum. Quomodo autem fiebat, ad quid & ubi portabatnr haec Bulla, vide Læpinum in

suo Diction. in verbo, Bulla. Toga regia, qua crā- auro, & purpura in rexta, qua reges vtebantur, à Liuio inter inſignia triumphantis numeratur, pur- pura autē vocata, & erat ſine pictura. Erant etiam alia ornementa triumphalia, vt Lin. tradit lib. 30. aurea corona, aurea parera, ſella curulis eburnea, ſcipio eburnea, toga pīcta, palmata tunica.

**T**rigesima prima conſideratio. Honor conſiſtit in bibendo in auro, eſſe ſecundum poſt regem, veſtiri purpura, & cognarum principis vo- cari, vt habetur 2. Eſdræ 3. c. maximē (vt dicit ibi text.) propter ſapientiam. Hinc videtur, quod doctores tanquam ſapiētes, & scientia praecel- lentes, parentes principis vocantur, per rex. & glo- li. In Ex diuī Pij. C. de loca. vbi Domirins Vlpianus quierat praefectus pratorio, ab Ale. Imperatore eius parens nuncupatur. Etiam antecclōes prin- cipis dicuntur, per tex. in ſ. cumque. & ibi not. per gl. & doct. in proceſio. In ſtutionem.

**T**rigesima etaua conſid. Etiam honor conſiſtit in delatione inſignium, & armorū. Nam qui maioribus inſignibus vntuntur, maioribus ho- noribus praefiſgent, & in digniori loco colloca- ti debet. Faciunt quę dicunt doct. in c. v. apostolice, de priuili. in 6. & in c. 1. 41. dist. cum text. in c. pen- extra de vi. & hon. cle. vbi ex qualitate, & pretioſi- rate ornementorum, augetur dignitas prærogati- na. vt dixi in ſtra in quarta par. in 32. conſideratione. ibi, duodecimo Abbates. Et quilibet digni- ras habens inſignia. Nam Papa imponit Fribi- ginni, Imperatori Diademā ſeu Inſula, Regi coro- na, Episcopo mitra, Atchiepiscopo pallium, Doctori biretum, vt dicit Luc. de Penna in l. mu- rileg. in prin. C. de de murilegulis. lib. ti. de quibus omnib. in ſtra dicam.

Hinc ſumptu. occaſione hic deſcribam de inſig- nibus diuerſorum ſtatuum mundi, & armis, tam principiū, dignitatū, quān̄ aliorū, & de his ſigillatim faciam cēnū conclusiones ſequen- tes, remiſſiōne tamq. interdum ad loca ſua in pre- ſenti opere taſta: & primō faciam decem de inſig- nibus, & aliaſ de armis.

**R**ima conſclusio fit de inſignibus re- gum Romanorū. Nam vt refert Polydorus de inuentorib. rerum lib. 2. c. 3. Romanorū regum inſignia erant, ſaſcescum ſecuri, corona au- rea, ſeila eburnea, trabec, curules, phalerā, annulli, paludamenta prætexta, toga pīcta, tunicae, pal- mata, & omnia denique decora, quib. imperiū di- gnitas eminebat. Ex diuodecim Thuseit populis (quos Tarquinii Priseus ſubegit) originem la- buere, quib. Tarquinii ſimulatque id ſenatus permisit primus vſus eſt. Verū Romulus ex mo- re duodecim Heturiaz populorum, qui ſingulos regi ſtatiū crearo liſtores dabant, antea- iz. liſtores aſſumpſit. Alij à nume. aulum, quæ au- gario regnum portenderant, cum ſecutum nu- merum

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

9

**N**on tamen scandali in ecclesia generetur, Ab-  
bates, & inferioris prelati exempti ab episcopis, si  
habent priuilegium portandi mitram, possunt  
statim vti in Concilij & synodis episcopalib. no  
tarien aureas vel argenteas laminas habentibus.  
**N**on exempti vero simplicibus, & albis, ac planis  
vtrantur. Ita est textus ad literam in d. c. vt aposto  
licæ de priuilegijs. in 6.

**A**dulerie quod exempti no possunt talia defer-  
re in potentia episcopi sive diocesis, nisi hoc habe  
ant ex speciali priuilegio, vt diez ibi tex. & Gemini  
niatus ex illo tex. per hec enim detrahitur honori  
episcopi. & ibi ponit Geminianus, qd exempti debet  
in ordinis præferti non exemplis. dixi alibi plenè.

**S**exta cœclusio ex præmissis est: quod & isti prin  
Scipes seu pastores habent aliud insigne, quod  
dicitur virga, seu baculus: quo vtutur maximus viri  
Ecclæsticæ. Vnde dicit tex. in c. inter dilectos. s.  
sed & contra. & ibi Bal. extra de fide instr. qd bacu  
lus est pastoris, & scepter est regis: & vt dicit Aug.  
Dathus lib. 3. suarum orationum, oratione 38. bo  
nus pastor, qui iuxta salvatoris vocem animam su  
am dat pro ouibus suis, quintuplicem virginem ge  
state perhibetur. Virginem disciplinæ, per quam au  
daciæ & improborum hominum insolentiam  
cōpescat. Virginem potestatis, per quam iustæ præ  
fit. Virginem cognitionis, & scientiæ, per quam in  
struat. Virginem custodiarum, per quam iustitiam, libe  
ralitatem, pacem, & legum disciplinam custodiat  
actucatur. Virginem miserationis, per quam te  
mperioribus, & iniuria laboribus, piè misericordi  
terebit, subuenient. Virginem debellationis, per quam  
violætiam assuecatur.

Datur igitur virga prætoribus, pp disciplinam.

Datur principibus, propter suminam regendi  
potestatem.

Datur senioribus, in quibus sapientiæ munus  
excellit.

Datur presidibus, ad custodiæ obcundam.

Datur regib. ad mansuetudinem, & clementi  
am exercendam.

Datur imperatoribus, ad hostilem impetu co  
ercendam, atque iniuria in propulsandam.

Et vt ibi dicit, assumpit Zacharias prophetam vi  
gas duas ac pavit gregem suum: ac duas virges qui  
dem dux sunt præclaræ eximiæ; vittutes altera  
iustitia, altera vero mansuetudo, per quas possit,  
qui imperat, parcer subiectis, & debellare super  
bos de quib. per prophetam Dominus: Visitabo,  
inquit, eos in virga ferrea. Virginem auream tenebat  
Affuerus Rex, eamq; flebatur ijs qui eius iniussu  
ipsius thalamum fuisser ingressi, vt liquidò patet  
populos ad obsequia atq; obedientiam principe  
rum etudiri oportere. Radamanthus, & Acacus,  
Platone testante, virginem tenent dñi iudicant. Mi  
nors vero considerans sedet solus, habens aureum  
sceptrum, vt de eo inquit Ulysses apud Homerū,  
vidisse sceptrum tenentem, iura mortuus dantem.

& in agistratus quoq; & rectum iudicij examen di  
spicere, & iustum iudicium debet iudicare. Nem  
pe virga hæc iustitiam designat, & potestatem. Vir  
ga directionis, inquit propheta, virga regni tui. Et  
virga quidem corripit delinquentes, quemadmo  
dum & baculus imbecilles tuerit, ac sustinet. Vir  
ga tua, ait propheta psal. 22. & baculus tuus, ipsa  
nie consolata sunt. Hæc virga, inquit, velut demis  
sa coelitus hostium vim arret, ac deuictat infidias,  
dicente propheta, psal. iii. Virgam virtutis tuae em  
mittet Deus ex Sion: dominate in medio inimico  
rum tuorum. Quod stara foederis in veteri testa  
mento duo continebat, scilicet manna, & virgam,  
satis argumenti esse debet, magna in hoc præcla  
ro insignia mysteria contineri; videlicet manna,  
vt denotaret in prælatis & pastorib. dulcedinem  
exhortationis ad bonum quo ad bonos: & virgam,  
vt denotaret correctionem quo ad malos, secun  
dum etiam quod lex hoc contingere debet secun  
dum philosophum 10. Ethicæ. vt refert. & sequitur  
Io. dc Turrecremata in c. disciplina. 45. dist. in r.  
col. pro quo facit tex. in c. omnis autem lex. 3. dist.  
& in c. facte sunt autem. l. 4. di. & in l. 1. c. vt elegan  
ter. sc. de iustitia, & iure.

Has duas virgas solent deferre, & gereret reges  
Franciae cum depinguntur, aut eorum imagines,  
seu statuæ fiunt, & eleuantur. Quoniam vnam vir  
gam portat in manu dextera: in qua supra in sum  
mitate virga est vnu lilyum, quod habet vim sce  
ptri, & ad instat sceptri fit. Alteram vero gerit in  
manu sinistra, in cuius apice est representatio  
manus, quod habet vim iustitiae, & illius adminis  
trationis: & modo quo iustitiam administraret  
& regnum gubernauerint habent prædictas  
manus. Quoniam si bene habent manus clavatas:  
quia iustitia, de coelo prospexit, quam manu de  
monstrat. si male, habent manus depresso, vt de  
notetur mala eorum administrationis iustitiae. Et sic  
illa manus posita super virginem denotat autoritatē,  
correctionē, dignitatem, & potestatē, quam debet  
habere princeps in subditos in virga pastorali.

Quæreret forsitan aliquis, quare summus Pon  
tifex non vritur virga pastorali, & tamen alij infe  
riores ea vtruntur, Guillelmus Durandus in dicto  
tertio lib. in c. de baculo, ponit rationē historiæ, &  
rationem mysticam.

Historia est, quoniam B. Petrus Apostolus Mar  
tialem discipulū suum (quem dominus inter disci  
pulos constituit, cum dixerit: Nisi efficiamini  
sicut parvulus iste, nō intrabitis in regnum coelo  
rum) misit cum quibusdam alijs ad predicandum  
Germanis, quo in via ad viginti dies, defuncto col  
lega eius redit ad nunciandum hoc Petro, cui Pe  
trus: Accipe hunc baculum, & tangens eum dic  
surge in nomine Domini, & prædica. Ille vero in  
vigissimo die à tempore mortis illius tetigit eum,  
& surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se  
amovit, & subditis dedit, nec recuperauit.

# P R I M A P A R S

altare meum per gradus, ne reueletur turpitudo tua. & Eze. 24. Fœminalia linea erunt in lumbis eorum.

Secundum Cathemone sine linea, quod nos subuculam, vel albam, eratq; bisfinum, & duplex.

Tertium Baltheus, i. zona, vel ciugulum latū, quasi digitis quatuor, contextum de bysso, purpura, & hyacintho, per quæ quatuor elementa significantur.

Quartum est Tiara, quod nos insulam vel mytram appellamus, à Tydari pontificali plurimum alitterens, quasi formam rotundæ cassidis representans.

Super hæc quatuor communia, quatuor proprijs indumentis pontifex vtebatur.

Primum erat tunica hyacinthina, quæ latine talaris dicitur, qua habebat pro finbris mala granata cum octoginta tintinnabulis anteis intercarlari modo disposita, vt audiatur sonus, cū Pontifex ingredereur Sanctuarium, ne forte moveretur.

Secundum erat Ephor, id est, Superhumeralē de quatuor predictis colorib; auroq; contextum, sine manicis, ad modum colobij, habens aperturam in pectori quandam, ad magnitudinem palmini, in qua Longior eiusdem mensuræ inserebatur. In cuius parte superiori videlicet super humeros insubinati erant auro duo lapides onychini, quibus duodecim nomina filiorum Israël erant insculpti, sex in uno, & sex in altero. Samuel autem, & David in duri leguntur Epiloi. illud erat lumen: & propriè quidem Ephorar dicebatur.

Tertium dicebatur Hesén, græcē Longion, latrīnè verò rationale vocatur, quod pontifex ferebat in pectori: dictum est autē ratione iudicij, quia ibi erat lapis in cuius splendorem sibi Deum esse propitium cognoscabant. Erat autem rationale quidem duplex in modum vnius palme de quatuor predictis colorib; auroque contextum, habens duodecim lapides per quatuor ordinēs. In primo Sardium, Topazium, & Smaragdū. In secundo Carbunculum, Sapphirinm, & laپideum. In tertio Ligurum, Achateum, & Amerystum. In quarto Chrysolithum, Onychinum, & Berillum: in quibus erant scripta duodecim nomina filiorum Israël in singulis singula, iuxta ordinem suæ nativitatis. Erant enī in eo scripta hæc duo nomina, hurim, & thumim, id est, vertatas, & disciplina.

Quartum, & vltimum erat capitisi ornementum, videlicet Tiara, seu Tydaris in acutum procedens, habens circulum aureum eum malis granatis, & floribus: ex qua supra frontem pendebat aurealana, quam Petalum dicunt, ad modum lunæ dimidiæ, in qua scriptum erat, Anoth Adonai, id est, Angelum nomen Domini. Tetragrammaton, id est, quatuor literarū, ne verò cum mouebatur Pontifex, moueretur & lamina, ligabatur

vitra, sen iunctura hyacinthina perspicua, quæ summitates posteriores diffundebat.

Noster ergo pontifex pro fœminalibus habet sandalia: pro linea, albam: pro baltheo, cingulum, pro poderi, tunicam: pro Ephor, amictum vel stolam, pro Longio, pallium, pro Tydaris seu Tiara, mitram: pro lamina, crucem: & quædam ex his diuersam habent formam ab illis, sed eandem figuram. haec ille. Et post historiam ibi pereum posita, vide quomodo declarat secundum Allegriam & tropologiam. Et aduerte quia Papa non vtitur baculo, sed tantum inferiores prælati, vt in praefata dicatur.

Aduerte etiam, quod chlamydem purpuream, tunicam hyacinthinam, coronam, frigium, lorū, & superhumeralē haberet ex concessione Constantini Imperatoris: vt dicit ipse Durandus in d. lib. 3. c. de mitra, & de hoc habetur in Cano. Constantinus 1. 96. distinctione.

**Q** Varta conclusio erit de insignibus Patriarcharum, Cardinalium, & Archiepiscoporum. Nam Patriarchæ, & Archiepiscopi habent crucem quam ante se descendi faciunt, vt habetur per Car. in ele 2. in prin de priuilegijs, habent & pallium, & etiam nonnulli episcopi, de quo dicturus sum in quarta parte, in 26. consideratione.

Innocentius 411. in Concilio Lugdunensi Cardinalibus insigne dedit, quod capite perpetuo deferre debent, hoc est, rubrum galerum. Idque diligenter seruatur secundum Gaguinum in suis Chronicis super Francorum gestis, in vita divi Ludouici.

**Q** Vinta concl. Episcopi verò habent mitram, quæ habet duo cornua, ad denotandum, quod debent scire vetus, & nouum testamentum: vt habetur per Archidiaconum, & Ioannem de Turrecrema, in c. disciplina, 45. dist. Et quod mitra sive episcopale, & pileus regale in signe, text. est. & ibi Bal. notar. in c. inter dilectos. §. fed contra. extra de fide inst. etiā initia episcopalis dicitur Cidaris.

Hæc verò unita est loco Tiara seu cidaris, vt dicit Durandus in loco predicto. Sed & alia sunt ornamenta Prælatorum, vt sunt Dalmatica, chirothecæ, annulus, & baculus, de quibus hic infra. & isto non vritur Papa. c. i. de sacra vñctio. ad fin. sed vñuntur episcopi, & compagis sandalijs. 93. d. c. cum nonnulli. §. compagis. & c. seq. & annulo. c. cleri. de vit. & hon. cl. extra. Et de his omnibus vide per dictum Durandum in prædicto loco, ybi ampliè.

Sed vñst talium Pontificalium non competit inferiorib; ab episcopis de iure communi: & ista omnia tendunt ad gloriam, honorem, & magnificientiam ecclesiæ, & non in amplitudinea officij dantur, quando conceduntur inferioribus prælati, puta abbatis. & ideo dicit Geminianus in c. vt apostolicæ de priuilegijs. in 6. q. hæc operat pontificalia in ipsis, quod genitalia in multis.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

10

quadam corona rotunda, non erecta, nec ascen-  
dente, in modum zonæ circumdantis pileum, &  
apud nos ita seruatur, ita quod licet duces habe-  
ant iura regalia, non tamē portant coronam cre-  
tam prout reges.

Et de huiusmodi pilei ducalis inuentione, seu  
introductione pro insigni seu insula, non video  
originem, nisi ea, quia cum capiebantur olim ser-  
ui aut captiui, sequebantur ducem in triumpho,  
& postea dcferabant pileum, vt de Tertio ca-  
pto à Scipione Africano, qui illū sequendo de-  
ferebat pileum in triumpho ipsius tanquam du-  
cis, vt resert Quintilianus in gladiatore, de quo  
meminit Lucas de Penna in l. murileguli. C. de  
Murilegulis. lib. 11. Ex quo postmodum in signum  
huius triumphi duces acceperunt pro coronat pi-  
leum, & iste modus apud nos obseruatur. Vel di-  
cendum videtur, quod huiusmodi mōs gerendi  
pileū perduces, vel comites est introductus ex eo,  
quod sicut olim flamines gentiliū inter alios tan-  
quam duces, & pastores suorum, portabant pileū,  
in quo erat desuper brevis virgula habens aliquid  
lang, vt dicit Albericus in suo Dictionario, in ver-  
bo, Flamines. ita hodie ille mōs remansit nō solū  
apud Cardinales, Episcopos, & pastores, sed etiam  
apud Duces, & principes, quod gerūt pileū in quo  
est zona circumdans eum in signum dignitatis, &  
præminentia inter alios, quia nō deferunt coro-  
nam quae solum regib. competit. Et hoc quoni-  
am in eodignitatis gradu videntur esse duces in  
secularitate, sicut flamines in spiritualitate, vt in-  
scribi examinabitur.

De iure reperio, quod pileus lineus, seu sericus,  
est in signe hodie prohibitu clericis, vt ait glo. in  
cle. 2. de vi. & ho. cle. apud Græcos tamen sacerdo-  
tes dcferabant in signum dignitatis, vt dicit ipse  
Lucas in dicto loco. Tamen quod ad Duces, Car-  
dinales, episcopos, protonotarios licet diuersimo  
dē, est multum in vsu. Et sicut pilos tegit, sttingit.  
& gubernat, ideo ctiā videtur quod dux suos sub-  
ditos tegere, & gubernare debet. Et est etiam insi-  
gne libertatis, quia magis debent esse liberi apud  
principem supremum, quām alij: quia antiquitus  
serui manumissi accipiebant pileum raso capite.  
facit lvnica. s. sed & qui. C. de latinalibertate tol-  
lenda.

Hic verò pileus istorū ducum designat præmi-  
nentiā supra alios, & cst in modū coronæ non ere-  
cta, vt dixi, & tali insigni solent vti duces in signū  
excellentiā, & dignitatis: quia excellentiorem, &  
digniorem gubernationem habent ceteris. Et

Isto etiā insigni vtuntur apud nos Præsidentes  
Parliamentorum, quia habent certum pileum ex  
nobili pano, rotundū, socratum, vt ita dicam, &  
vulgo dicitur vng mortier (Cum graues illi dcbe-  
ant esse) qui habet circuncirca vnā zonam expan-  
no auro, & suprā pilos sericeos, & auratos, ad de-  
notandum excellentiam illius status, & officij. Et

istud ornamentum seu insigne propriè dicitur fa-  
sciale: de quo plenē infra in 7. partc, in 24. confid.  
in c. generalis est. in ver. tantum est infra.

**D**ecima conclusio. Deueniendo amplius ad  
materiam armorum, & vnde originem ha-  
buerint, quę hodie ita sunt in vsu apud nos. In qua  
dico, quod tria fuerunt iura apud antiquos, Agna-  
tionis, Gentilitatis, & Stirpis: fed nobiliorum fu-  
isse videtur gentilitas, vt ex diffinitione Ciceronis  
apparet, eorum scilicet, qui imagines generis sui  
proferte poterāt. Inde Tranquil. in Vespasia. Fla-  
uia gens, inquit, obscura illa quidem ac sine ma-  
iorum imaginibus, sed tamen reipublicæ nequa-  
quam pœnitenda. Vnde imagines pro nobilitate  
generis accipi s̄pc solent. Cic. de lege agraria si-  
gnificate volens nouum hominem, id est, nulla  
generis nobilitate commendabilem, consulem  
tamen factū, ita ad populum inquit: Quemad-  
modum cum perebam, nulli me vobis autores  
generis mei commendarunt: sic si quid delique-  
ro, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis depre-  
centur. Idem in Pisonem: Obrepisti ad honores  
errore hominum, commendatione fumofarum  
imaginum, quare simile nihil habes præter colo-  
rem. Fumofas imagines appellauit Cicero anti-  
quissimi generis stemmata, vt legi omnino debe-  
at apud luuenalē: Fumofas equitum cum dictatore ma-  
gistro.

Hoc autem ius quæsiſſe se ab ædilitate gesta,  
his verbis resert Cicero ultima in Verrem actio-  
ne: Ob earum rerum laborem ac solicitudinem  
fructus illos datos, antiquorem in senatu senten-  
tiae dicendæ locum, togam prætextam, sellam cu-  
rulēm, ius, imagines ad memoriā posteritatem  
que prodendam.

Ex quo loco apparet, ex honoribus gestis imagi-  
nes familiarium comparari, aut etiam retineri fo-  
litas es. Vnde in principio legis agraria: Et in hoc  
more positum, quirites, institutoq; maiorū, vt hi  
qui beneficio vestro imagines familiae con-  
secuti sunt, eam primū habeant concessionem, qua  
gratiā beneficij vestri cum suorum laude con-  
iungant. Qua in oratione nonnulli aliquando di-  
gni majorū loco reperiūtur. Pleriq; autē hos per-  
ficiunt, vt tamē maiorib. eorū debitū eē videatur,  
vnde etiam quod postea solucretur, redundat.

Qui autem ius gentilitatis, & maiorum imagi-  
nes nullas habebant, hic terra filii, & à se orti, &  
homines noui vocabantur. Vnde Cic. in 7. cpi.  
Cornelius quidem tuus familiaris summo gene-  
re natus, terra filius. Summo autem genere natus,  
abeo per ironiam dicitur. Et Persius: Praſtō est mihi  
Manus hæres, progenies terra. Iuuenialis. Vnde fit  
vt malim fraterculas esse gigantum.

Hæ imagines etiam stemmata vocantur, vt per  
Satyricum. Stemmata quid faciunt?

Cerea autem erant simulachra per armaria di-  
posita. Vnde illud eiusdem:

# P R I M A P A R S

Innocentius verò Papa III. in Speculo ecclesiarum scriptis, quod beatus Petrus misit baculum suum Euchario Treverorum episcopo: quem vñā cū Valerio, & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonica destinauit. Cui successit Materius in episcopatu, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum vñq; hodie cū magna veneratione Treverensia ecclesia seruauit, & adhuc seruat, ino Papa in illa dioecesi vtitur baculo, & non alibi.

Mystica verò ratio est, quia baculus in summitate curuus est quasdam attahendū, qd in Romano Pontifice necesse nō est. Quia nullus ab eo finaliter diuerter pōt. Hæc ratio in hi videtur friuola, cū Romanus pontifex magis ad se habeat attrahere deuiantes, & errantes à fide catholica, qd alij prelati. Cum ex quo est caput ecclesia catholica; ad ipsum magis spectat purgare errores, qd ad mēbra. Et dicit Th. qd Papa nō habet coarctatā potestate, qua donatur in curatione baculi, vt dicit Fe. in ru. de const. col. 2. ver. bene facit quod no. B. Tho.

Præterea vt dicit idē Durandus, per baculum designatur coeratio, qd quia ceterit pontifices ab homine recipiunt, ideo à solis superiorib; baculos recipiunt, & habent. Romanus vero pōtifex, quia potestatē solo Dco accipit, baculum non habet. Hæc ratio adhuc non mihi videtur confona, eo quia etiā Romanus Pontifex potestatē saltem secundariō accipit ab electorib; secundū tex. in e. vbi periculū de electionib; in 9. In quo potius videretur, qd virgam, & baculum potius debet habere, quam alij. Quoniam cum capite, scilicet Christo, conuenit, debet illum habere, vt Christi potestate signaret: de qua habetur Psal. 44. Virga recta sive directionis virgaregnī tui: quia diluxisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Propter quod alibi dicitur: Reges eos in virga ferrea, duritia ferri vigorem signat aquitatis, qua Christus tanquam vas filii peccatores confringet. Verum potestas Christi nō solum est virga, sed baculus: quia non solum corripit, sed etiam sustinet. Vnde Psal. 22. iam superius all. Virgatua, & baculus tuus ipsa me consolat̄a sunt. Sic exemplo Christi summus pōtifex, tanquam eius vicarius, non debet esse sine baculo. Falte si non vult eo vti pro coactione, qd denotaret consolationē, sicut hodie videmus nostros summos pontifices esse multū consolatiōes, praetertim in concessione indulgentiarū, gratis, qd facere debet. & omnia sua conuertendo in defensionē Christianitatis, quæ iam his nostris temporib; tantā passa est, vt de expugnatione, & captiuitate Rhodi videamus, & adhuc non est sine magno periculo, qd multa patietur, propter gueras, & disensiones Christianorū, quæ nunc sunt inter principes Christianos, quas debet summus Pout. suo baculo sedare, & pacificare, illos compellendo ad pacem pro tutitione Christianitatis, illis auxilium, & favorem tamen in pecunijs, quam hominibus armatis præ-

stando. Ecce quomodo baculo sit ut debetur. Deus omnipotens in omnibus prouidat.

De insignib; verò principum, Imperatoris, licet & Regum, ponitur infra in s. part. in 19. cōfid. cum seq. vbi ponitur de Diademat, & Corona, quæ sunt insignia Imperatorum & Regum: etiam de Scroptō, vt iam prædictum est.

**S**eptima concl. Insignia senatorum, seu ordinis Senatorij erat latusclavius secundū Sueton, in vita Cæsaris dictatoris, & calcus lunatus, quatenus cōmuni nobilitatis fuisse putatur. lunatus, de Quintil. Appositam nigra lunam subtexit aliud. Cic. Philip. Est etiam Asinus quidam senator vulnarius lectus, ipse à se aperta curiam vidit, post Cæsaris mortē unituit calceos, pater conscriptus repente factus est, id est, lunatos calceos sumpsit.

Latusclavius, quod etiam latelaiuū dicitur, pro senatoria dignitate ponitur: & ins aurulon aurorum, pro equestrī ordine, vt dicit Budæus in l. vlt. de senatoribus. ff. vbi etiam rescribit, quod Latusclavius est tunica purpurea prætexta latior, & longior tunica vulgaris, ac discincta, cui toga superindubatur vñ tunica: & tali veste Tul. Hostilius primus est regis Romanis vñs est. Credo, quod hodie sit cappa seu illc mantellus magnus, latus, longus, & rubeus, quem deferunt præsidentes in Consistoriis seu Parlamentis, cum reddunt ius, & pronuntiant Arresta curiæ populo. Qui loculitorum etiam habent ostiarios cum virga alba, & tenui.

Legitimi apnd Plutarchum in proble. qd lictores cum leuci, & virgarū fascibus, prætexta vestis cum eburneo currū erant in insignia consulū. Sicut Liu. augurum secundū Cic. de diuina. Tunica picta, cum ænco pectoris regmine Saliorū Martis, vt inquit Liu. us lib. 1. ab urbe cōdita. Spicca corona, & alba in lila fratrib; Arualium, teste Gellio lib. 6. c. 7. p. principis iudicium Aegyptiorum, aurca catena ē collo suspensa, quæ pendebat signū, quod veritatem dicebant, auctor Diiodor lib. 2.

**O**cta conclusionis. Insignia militaria sunt plures. Ora, ensis scilicet, torques aureus, & calcaria deaurata: de quib; infra dixi in nonaparte, in pluribus considerationibus, & quemadmodum habent signum belli, ita caducuum est pacis.

De insignib; verò literariorum, infra dicatum in 10. part. in 36. cōfid. Nota tamen, quod sicut purpura est regnum, vt dixi, & probatur per totum tiuum de vestibus oloberis. lib. 11. C. & in l. f. C. qui militare non pos. lib. 12. ita chlamys militum, stola sacerdotum, toga adiutorum, habitus ruscorum, cuculla monachorum appellatur, vt in glor. in verb. fibulis. in l. vnic. C. nulli licere in fcnis. lib. 11. de quo meminit Bal. in c. causam. col. 1. extra de probationibus.

**N**ona conclu. Repetitur ex communī vsu. Niam aliud insigne, quod est Ducum, Comitum, & Marchionum: & est pileus circundatus quadam

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

II

Aduerte tamen, quod ponentesarma sua in ecclesijs quas faciunt, aut in ornamentijs, quae donat ecclesijs, perdunt meritum, vt tenet Ge. in c. duæ sunt. circa mc. 45. dist. quæ refert, & sequitur Bernardinus de Landtiano. in c. dilecta. in apostillis ad Pa norm. de exc. præla. extra.

**D**Ecim aqua consi. In sequendo doctrinam Bar. in suo tract. de insignibus & armis est, qd quædam sunt insignia, quæ competunt alicui ratione dignitatis, vel officij. Et sunt talia, quæ quilibet habens illa in dignitatem, vel illud officium, portare potest: non tamen licet alicui portare nisi habeat illam dignitatem, seu officium, pro quo al lego glo. in verbo dignitatem. in c. vt apostolica. de privilegijs. in c. facit text. in leg. i. & ibi doct. C. quæ res vendi non pos. vbi habetur, quod vestes, insignia, vel arma, & color es ipsius principis, nec minni a sumere licet.

Exemplificat Bar. in insignibus proconsularib. & legatorum, de quibus in l. i. ff. de offi. proconsulis, & legati. & l. sanctum. in prin. ff. de rerum diuti. vbi proconsul insignia sua, etiam extra iurisdictionem suam, portare potest. Nam sex fascibus tantum utrebatur. l. proconfules. ff. de offi. proconsuli. Et etiam legati Romani populi porabant verbebas (sunt satureias secundum gl. in d. l. sanctum.) id est, herbas seu frondes sacras, ne violarentur a populo vbi mircebatur, & ratione illius insignis erant in custodia Romanorum, ita qd dicebantur sancti, prout sancti habentur, vt dicit text. in l. vi. in prin. ff. delegationibus.

Similiter legati Græcorum ferre solebant, ne quis eos violaret, ea quæ vocantur ceritia, vt inq. tex. in d. l. sanctum.

Item archiepiscop° vti potest pallio in tota sua dioecesi & provincia, vt dicit tex. in c. cum sis. extra de auctori. & vbi pallij. Sicut hodie videm⁹ in clientulis seu seruientib. regis, qd offenduntur in exequendo mandata regia, habendo, & portando signum seu scutum regium, quod portare debent a insigni, & sunt in salua guardia regis natiua, ita quod grauius puniuntur qui eos offendunt.

Exemplificat etiam Bar. in insignibus episcoporum, que si quis non habens illam dignitatē portet, incurrit in crimen falsi. l. eos. §. vi. ff. defal. vbi habetur, quod portans insignia doctoratus, cūm non sit doctor, incurrit in pœnam falsi. Et idem dicendum est de quacunq; alia dignitate habēte certa & distincta in signia, de quibus supra dixi in nouem primis conclusionibus.

Et dicta Bar. in hac cōclusione sequitur Panor. in c. dilecta. in vlt. notab. de exc. præla. extra. Et Bonus de Curtili. in suo tract. nobilitatis, par. 2. vbi dicit, quod quædam sunt arma, seu insignia dignitatis, vel officij in riuero, vt episcopū, doctorum, rectorum & similiū, & talia solum deferri debent ab illis habentibus talem dignitatem aut officium, vthic patet.

Quædam autem sunt arma, seu insignia singularis dignitatis, quibus vtuntur reges, principes, duces, comires, & cæteri potentiores. Quædam vero sunt armæ priuatorum, sive nobilium, sive populariū, de quib⁹ particulariter infra ample diceuntur.

**D**Ecim aqua conclusio erit de insignib. sive armis cuiuslibet singularis dignitatis (vt vidimus in quolibet rege, qui habet sua insignia seu arma. Nam Rex Franciæ vnde cunq; sit, habet pro armis suis in campo azureo tria lilia aurea, & coronam suprà erectam. Imperator vero habet Aglam nigrum in campo aureo, & sic de singulis, prout infra dicetur, in 17. concl. de regibus Christianis, de Principibus Franciæ, & multis alijs.) Et talia nemini alteri licet deferre, seu assumere, vt tenet Bal. in l. i. C. quæ res vendi non pos. quia vt dici, propter hoc videtur se parem facere sicut Lucifer, qui voluit se pare facere Deo, & ideo deiectus fuit de paradyso. Nec etiam suis reb. depingere. l. i. C. de his, quæ pœna nomine, & in auth. de manatis principum. §. pe. colla. 3. & in l. i. C. vt ncimo priuatus, &c. vbi nō licet priuato apponere arma regis in sua domo. Dicit tamen ibi Albericus, qd vidit seruari, & quod quotidie seruatur contraria. Ideo Bar. in dicto tractatu dicit, quod hoc intelligendum est principaliter, sed accessoriè potest, puta, in signum subiec̄tionis supraponere insignibus proprijs insignia regis, comitis, domini, seu principis sui, & hoc de consuetudine seruatur, vt ibi dicit Bar. & ita etiam tenet Bonus de Curtili in suo tract. nobilitatis, in 2. parte. nu. 170. quod intellige dummodo non sit vilis persona, vt infra in 18. conclu. dicetur.

Sed vnde hoc quod videmus multos principes in Gallia, & Franciæ, qui vtuntur lilijs sicut Christianissimus Rex noster, & tamen soli regi fuerunt demissa & celitus proscrito suo: etiam illi simul fuit demissum oleum sacrum pro vñctione in eius coronatione fida, quod tamen alijs quam regi non competit. dicam infra ponendo illos, qui communiter in Gallia gestat lilia, ratione quorum videntur esse de maioribus, & magis honorari debent, cūm magis approximant sua arma armis supremi principis, quanto magis sunt conformia, & in minori differentia, tantò magis sunt honorabiliora.

Aduerte tamē, quod si arma alicuius principis sint picta in aliquo castro in signum subiec̄tionis, si quis tollat illa arma, dicitur tollere subiec̄tionē domino, & sic per dominū puniri potest tanquam rebellis, nisi aliter appareat de alia causa delendi, vt dicit Geminianus, & Cardinalis Alexander, in canone quæcunq; 30. distinet.

**D**Ecim a sexta concl. Arma, imago, seu nomen principis in opere publico, vt in inuris ciuitatis, & portis, in prætorijs iudicij, & domib. publicis, seu vniuersitatib. ponit & inscribi debet, p. text. in l. opus nonum. in s. ff. de operibus publicis. & in l. s. qui iudices. C. co. Quod etiam procedit in eo,

C 3 cuius

## PRIMA PAR'S

*Totaliter veteres exornent vndiq; cere  
Atria, nobilitas sola est, atq; vnicā virtus.*

Mos autē fuit olim Romæ, vt imagines maiores in funerib. ducerentur, ad gentilitatē ostendendā. id quod Cicero ostendit in secundo de oratore: Brute, quid sedes? quid anū illam patrinuntate vis tuo? quid illis omnibus, quorū imagines duci vides? quid maiorib. tuis? De anū Iunia agnata Brutū loquens, quæ funere efferebatur. Plin. lib. 35. c. 2. Apud maiores, inquit, in atris imagines erant, quæ pectarentur, expressi vultus singulis dispensabantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperq; desunto aliquo totus aderat familia eius, qui in quā fuerat, populus. Stemmatiā verò lineis discurrebat ad imagines pietas. Tablinā verò codicib. implebantur, & monumentis rerū in magistratu gestarum Aliæ in sorib. & eirca limina animorum ingentiū imagines erāt, affixis hostium spolijs, quæ nec emptori refingere licet: quæ etiā domini mutatis, dominis ornamenta erant, vt dicit Plinius.

Pro ijs, vt opinatur Budæus, posteriora tempora insignia gentilitia haberūt, quæ arma vulgo vocantur, quæ ipsa quoq; primum, vt simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclaræ gestarum decora. Quia tamen gestantim nōnulli hodie atque etiam pleriq; moribus ac vita instituto hoc certe persicunt, vt tantum maiorib. corum honoris debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur redundaret, vt Cice. dixit, haec enim Budæus. in l. fi. ff. de orig. iur.

Ex quib. cognoscimus, vnde habuerunt originem insignia seu arma, de quib. praesens est questio. Nam etiā Alex. Magnus in sequendo vestigia antiquorum, & prædecessorum, & volendo exaltare nomina Athletarū virtuosorum, & militū benevolentium, vt magis atq; magis animarentur ad decertandum contra hostes, & vt præmiarētur in honore sicut in premio: statuit consilio Aristotelis eius preceptoris donare, & tribuere militib. suis bene & validè certantibus & merentib. insignia, vexilla, & alia. Nam donis, & gratijs quis inuitatur ad bonū. notat Pet. de Anch. in cle. vni. 6. nositaque. in fi. de reliquijs & veneratione sancto runt. Item blandimentis, & honorib. c. qui synecra. 45. dist. & c. quan. pio 1. q. 2. notatur in l. 4. ff. de inossi. test. Item munierib. c. nimiñm. cum c. seq. & c. pe. 23. quæst. 4. facit l. 1. ff. deiust. & iu. ibi, bonos non solum metu pecunarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes. concordat e. non vos. c. r. a. initium. 23. q. 5. Hinc ea ipsa hodie in vulgari nostro vocantur Cortes d' armes. Ex quo fit ex obseruantia, quod milites principis, & alij portant sua insignia seu arma, vt inter alios cognoscantur, maximè in bello, quum ibi interiūnt cum eorum principe. facit l. sigmata, in his verbis ad imitationem tyronum. de fabricis lib. 11. C.

**V**Ndeceima concl. Arma seu Insignia etiā possuntur ad perpetuā hominū memoriam in multis locis, vt in sepulchris: vt habetur i. Macc. 13. c. ibi. Aedificavit Simon super sepulchrum fratris sui & fratrū aedificiū altum vissu lapide polito retro & ante. Et statuit septem pyramidas, vñ contra vnam parti & matri, & quatuor scatrib. & his circum posuit columnas magnas, & super columnas armas, ad memoriam eternā: & iuxta armas naues sculptas, quæ viderentur ab hominib. nauigantib. mare. Et i. Reg. 31. c. ibi: Posuerunt Philistini arma Saulis intersecti in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan.

**D**odecima concl. Non est dubium de iure, q; honor est portare arma, vehicula seu vexillalia honoratorū, & siorū prædecessorum: rex est in l. i. & ibi lo. de Pla. & in l. fin. C. de præpositis facti cubi li. 12. & in l. vni. C. de honoris. vehicu. li. i. & dicit Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de insti. subfi. q; portare arma est honor, vt etiā satis patet ex supra deducit. Et sicut nomen decorat. §. sed nos insti. ad Tertullianū ita & hæc arma decorant.

Vnde hæc fuit causa hæc inferendi materiam armorum hoc est insignium, non armorum ad bella necessariorum, cum alibi de his dicturus sum infra in nona parte. vbi describitur de arte militari: sed hic ponam quomodo laudantur & honorantur, aut landari poterunt homines in armis, seu scutis, secundum quod in eis apponuntur metallis, coloris, animalia, & alia. huiusmodi, quæ dant auctoritatem, & honorem seu laudem in illis.

Ehæc materia armorum generat arma: quoniam ut dicit Ouid. *Bella mouet clypeos, dīq; armis armis feruntur.* Quia de his sepe solet esse grandis quæstio inter nobiles, sicut videmus apud Ouidium. in 12. & 13. Metamorph. inter Aiacem, & Vlyssen pro armis ipsius Achillis. dicam latius infra in 48. conclusione.

**D**ecimateria cœlusiō. Donans seu legans pecuniam, yr. statal, quod opus putat templū, ad esercitū, hospitale, in agines, &c. nomen clarissima in eodem inscribere, ponere, seu depingi facere potest: nec debet abrudi, seu deleri, etiam ut alterius armis ponantur. tex. in l. quiliberalitate. in prin. & fin. ff. de op. pb. Notat Alberic. in l. legatum. per illum tex. in fi. ff. de admin. rerum adiunctitudinem pertinentium, facit tex. in l. fi. in fi. C. de statuis, vbi ait: sed eius cuius ad honorem petitur expensis proprijs statuam collocati præcipimus. Quod intelligi si donauerit sponte, & ex liberalitate, quia si coactus, vt sunt qui condemnantur a pudicis nos ad emendas ciuiles, non possunt procurare, vt sua arma apponantur in dictis operib. publicis factis ex illa mulcta, per dictū text. qui liberalitate. Amplia procedere, etiam si aliquam summanam, & non totam donauerit, quia talis donans etiam armis sua apponere poterit per dictū tex. in d. l. fi. ff. c. vide infra in 21. concl. vbi amplius.

Aduerte

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

12

po argenteo, & in sinistra Leone rubeo in campo argenteo cotisato, quatuor cotisis azureis: & in duabus partibus inferioribus in campo argenteo duobus Leonibus rubeis.

Rex Nauarriæ vtitur tribus Leopardis azureis in capo aureo, & tantum est diuersitas in colorib. ab armis regis Anglia.

Rex Portugalliax vtitur quinq; paruis leutis argenteis in campo azureo bordato bordatura rubea, & seminata tuttibus.

Rex Phrygia (quam Phrisiam vocant) vtitur p scuto capo argenteo seminato pluribus cordibus rubeis, & bēdato ex bēda aurea quatuor petiarū.

Rex Siciliax, & Ierusalem vtitur cruce aurea potentiata, eum quatuor erucibus seu croisetis aureis in campo argenteo: in parte superiori dextra, Liliis seminatis, seu insertis in medio partium superioris & inferioris: & ex latere sinistro parti superioris campo argenteo fessato tribus fessis rubeis in parte interiori: ex parte dextra tigno seu chevrono rubeo in campo rubeo: & sunt hodie arma quibus tuntur duces Lotharingia.

Rex Noruegia vtitur tribus coronis aureis in campo rubeo, & istis armis vrebatur Arthur dux Britannia, licet quandoque sit vsus multo magis pluribus coronis aureis seminatis seu respersis in campo azureo.

Rex Nauarræ habet in campo rubeo escarbunculum pometatum ex auro, & à certo tempore, ex quo de cenderunt tales reges à regibus Franciæ, assuntum in duabus partibus lilia aurea seminata, & conspersa in campo azureo cum banda argentea tendente à sinistra ad dextram.

Rex Maioricarum vtitur quatuor palis rubeis, & quatuor aureis.

Rex Poloniæ habet scutum rubrum quadripartitum in superiori parte dextra, & inferiore sinistra habet duas Aquilas argenteas, vim in qualibet parte. In partibus vero superiore sinistra, & inferiore dextera hominem argenteum super equo argenteo.

Rex Hungaria in campo argenteo habet quatuor gemellas rubeas.

Rex Hirlandiæ in campo rubeo habet Leonem argenteum.

Rex Hiberniæ habet regem aureum tenente in lilium in maiestate sedentem in campo nigro.

Presbiter Ioannes seu Janus Rex Iudia haberet, vt fertur, crucifixum nigrum duobus flagellis nigris in capo auro. De cuius dignitate, religione, leudeoitione, secta, & potentia, infra in finali parte, in 20. cōsi. in qua de nationib. Christianis locuti sumus.

*Vt manifestius res liqueat, referenda est hic arbor, in qua præcedentia arma figurantur.*

Sle legimus, quod certa sunt insignia diuersarū gentium, vt Romanorū Aquilæ, Scytharum

Fulmen, Filiorum Israël signum Thau, de quo infra 98. concl. Acypriorum Apis, hoc est, Bos. Sus Phrygum, Geminæ rotæ Corallorum, Thraciæ Mars, Arcus & pharetra Persarum, & ita de alijs, vt in arbore præcedenti patet. Deis attributa fuere etiam insignia, vt Fulmen Ioui, Tridens Neptuno, Framea Marti, Clava Herculi, & Baccho Thyrifus. Et ab Aquila, aquiliferi dicti sunt signiferi in Romana militia. Habuerunt & Romanj quatuor aliæ signa, videlicet Lupos, Minotauros, Equos, & Apros, quæ singulos ordines antebant; sed Marius in totum abesse aquit, sola Aquila pro signo relata: testis est Plinius libr. 10. c. 4. Scribit Vegetius, primum signum toti? legionis esse Aquilā, quam aquilifer portat. Idem Draconarios appellat signi serosa Draconibus, qui per singulas cohortes se rebant ad prælium. Franci vero vtuntur in p̄flio pro signo Crucis alba: Burgundi, Crux S. Andreæ rubea: Scotti vero alba: Angli, Crux rubea contra Francos, & crocis cōtra Scottos. Veneti Leone, Sucui Vrso, Senenses Lupa, Neapolitani Asino onerato elitella.

Decima oœtaua concl. Cūm hodie arma in locum imaginum, quæ olim fiebant, sunt subrogata, vt suprà dixi in 10. concl. ideo infertur, quod si cut violator statut, & imaginis principis tenetur eriminis leſe maiestatis. I. qui statuas. ff. ad legē Iuliam maiestatis, Lucas de Penna. in l. si qua. col. 1. C. de spectaculis. li. 11. & in l. prædia. C. de loca. p̄d. ciuii. &c. eodem li. 12. col. Ita etiam violator armorum principis tenetur poena eriminis leſe maiestatis, eum subrogatum sapiat naturam illius, in eius locum subrogatur, vt habetur plenè per doctores. maximè d. meum lafonem, in l. si cum 5. quod iniuriarum. ff. quiseautio. quod dieit esse verum idem d. meus ibi in dotabilibus, etiam si subrogatum in aliquo disparearet. & idem d. meus in l. possideri. col. 2. ff. de acq. pos. diei habere locum etiā in correctorijs. Facit etiam, quia statutum extenditur ad subrogatum. glo. singularis in ele. & si principalis. in verbo, principalis, in fi. glo. de res. la. Bu. in l. placet. C. de saeros. ecclie. Ant. de Bur. in c. fi. extra de consue. d. meus lafon in l. l. col. 2. ff. de vul. & pup. dixi in conclusione cōsuetudinum duatus Burgun. in gl. in verbo, interpretes. ver. 14. conclu. Et ideo etiam à simili, sicut non licet iuxta imaginis principis sordida signa apponere. d. le. si qua, ita iuxta arma principum non licet arma aut signa sordidorum hominum, & sic vilium personarum apponere. scetus de armis nobilium, vt infra in 25. conclu. ineip. licet valallus. & superius in 15. conclu.

Decimana nona conclusio erit talis, quod duæ conclusiones præcedentes extenduntur in omnibus alijs dignitatibus principaliorib. vni<sup>o</sup> potest uincia, vt in ducatibus, marchionatibus, & comitatibus, habentibus ex antiquo aliqua arma, & insignia dignitati ducali, marchionali, aut comitali

## PRIMA PARS

cuius pecunia id opus factum sit, pertex. in d. l. o-  
pus. sed non supra arnia principis. Quia nec præsi-  
dis licet nomen vel arma superscribere seu sup-  
ponere. l. nec præsidis. ff. eo. Cùm in opere publi-  
co nulli iudicium licere debet sua arma apponere,  
inconfuso principe, alijs reus maiestatis efficer-  
tur. d. l. si qui iudices.

Contrarium tamen de consuetudine seruatur  
secundum Salicerum in d. l. si qui. & Albericum de  
Rosate in l. quilibet. ff. eo. Nam hodie vide-  
mus, quod quando sicut opera publica, gubernatores  
patriarum in Francia, vel iudices arma sua  
eis imponunt, sed sub armis regis, quod potest fieri,  
vt dixi in præcedenti conclusione. Dicir etiam.  
text. in l. basilicam. C. eo. quod in basilica, quæ est  
domus regis, vel ecclesia sacra, non debent imagi-  
nes seu arma aliquius pingi: quod intellige propter  
supra in 13. concl. nisi expensis in rotu vel in par-  
te alicuius fuerit fabricata, quia tūc ralisarma seu  
nomen suum in eadem inscribere, vel depingi fa-  
cere potest.

**D**ecima septima conclu. Arma principum di-  
stincta, & separata ab alijs ratione sua digni-  
tatis non solùm non possunt tanquam propria ab  
alijs assumi, immo quod plus est, etiam non licet ea  
in domibus propriis depingere, & assumentes ea  
& portantes incurunt & incident in crimen fal-  
si, vt dixi supra in 14. concl. Immo quod plus est, dice-  
rem quod assumentes propria arma superemotum  
principum, & existentes in patria subditatali prin-  
cipi, incurunt crimen læse maiestatis: eò, quia ta-  
lis assunxit sibi honorem, & ponebatem quam nō  
habet. Per signum eum cognoscitur signatum. l.  
1. ff. si inrelligatur. ff. de adil. edict. stigmata. & ibi  
lo. de Plarea. C. de fabricensibus lib. 11. Tria enim  
lilia aurea in campo aureo, vt dixi, denotant insignia  
seu armas regis Francie. Ideo si quis illa assu-  
mat pro armis, videtur se velle dicere regem: qua-  
propter illi contradicere videtur. Omnis enim q  
se regem facit, contradicit Cæsari. lo. 22. c. Cùm e-  
nimir quis in se accipit iurisdictionem aut potesta-  
tem ultra quam habeat, aut habere debeat, puni-  
tur: vt dicit Lucas de Penna in l. i. in 10. & 11. col. c.  
C. vt nemo ad sum patrocinium suscipiat rusticis.  
nos. lib. 11. De isto scuto regio plura alibi dixi, seu-  
to non insisto, licet adhuc aliquid de eo infra.

Sic erit dicendum in omnibus alijs scutis seu ar-  
mis principum supremorum in suis regnis, princi-  
paribus, seu dominationibus, vt est in imperio Ro-  
mano, in quo est Aquila nigra, habens duo capira  
in campo aureo, quæ sunt arma seu insignia Ro-  
manorum Imperatorum, vt in fine huius cōclu-  
sionis patet. Et fuerunt primo arna lulij Cæsaris,  
qui Aquila inter copias armatorum in caput Cæ-  
saris residens, duos coruos hinc atque hinc illi mo-  
lestiam inferentes, morte affecit, quod eum sum-  
ma omniuim admiratione factum est. Hanc louis  
alitem Poëta confabulantur, vario quidem colo-

re, quem Mercurio a scriptum ferunt, obductum  
quadam nigredine superfluo: quod cùm augures  
animaduerissent, vi quadam belloq; dolis ac cal-  
liditate Cæsarc regnatrum vaticinati sunt. A  
quò tempore Imp. Romani pro armis ea Aquila  
vsi sunt in campo aureo sub colore nigro, vt præ-  
dictum est.

Legi tamen, quod C. Marius (cuius Cæsar Im-  
perator fuit sororius nepos) in secundo consulatu  
suo, qui septies consul fuit, Aquilam Romanis le-  
gionibus propriè dicauit: vr autor est Plinius lib.  
10. c. 4. de qua in fine istius cōclusionis. Sed ibi no-  
nat Plinius non ferè apud legiones Romanorum  
vnquam hybernatum in castis, vbi Aquilarum  
non fuerit iugum. Ex quo, vt opinor, adhuc hodie  
Aquila pro armis Imperij designata habet duo ca-  
pita, sed quas significations habeat, volens re-  
ferre omittere: & de ea in finali parte, in 80. consid.  
dicitur.

Et licet color niger sit infimus inter colores, vt  
infra patet, in 66. concl. Crederem ramen, quid  
inter Aquilas in armis apponi solitas, dignior sit  
aliqua nigra quam alterius coloris: eò, quia à mi-  
nor, & potentiori portatur, & etiam quicquid di-  
cant alii, videtur hie color nobilior & dignior pro-  
pter eius potentiam, & effectum. Nam licet de-  
omnibus alijs colorib; possit fieri nigrum, ita quod  
nigredio extinguit, supprimit, & offuscat omnes ca-  
lios colores, non tamen alii colores possunt ita  
delere, & extinguere nigrum, sicut nigrum deleret,  
obscurat, & extinguere alios: & sic videtur esse ma-  
joris potentia, & effectus quam alii: ppertea ma-  
jor honorari, & maior seu dignior reputari debet.

Carolus Magius tanquam Imperator & Rex  
Francie prædictis duobus armis simili iunctis in  
vno scuro vtebatur: sed Aquila à parte dextra, Li-  
lia autem à parte sinistra designabantur. De huic  
modo Aquila, latissima infra in ultima parte.

Idem est dicendum de omnibus armis aliorum  
principum, vt in Anglia, vbi rex Anglie habet pro  
armis tres Leopardo aureos in campo rubeo: sed  
vnde hoc, nisi quia asserit se esse ducem Norma-  
niæ (qui habet pro armis suis duos Leopardo) &  
ducem Aquitanie, qui vtitur, & habet vnum: &  
hos tres simili copulat, seu accumulat, & ponit, ra-  
tione regni. Et sic in Anglia qui vtitur Leopar-  
dis pro armis suis, cum aliquali ramen distinctio-  
ne, videntur esse de domo regia, & sic digniora ar-  
ma habere, & gestare.

Sic in Aragonia, vbi rex vtitur pro armis qua-  
tuor palis rubris, & armis quatuor aureis. Erratio  
ne regni Castellæ, & Hispanie, vtitur duobus Leo-  
nibus aureis, in duabus partibus scuti seu campi  
argentei, & in alijs duabus partibus, duabus tur-  
bus seu castellis aureis in campo rubeo.

Rex vero Cyri vtitur pro armis, & habet in  
parte superiori dextra vnam crucis poteciatam  
auream eū quatuor patuis erucibus aureis in can-  
poar.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

13

& iniūriōsissimum est videre arma agnationis ad extraneos deculata.

Hinc est, q̄ domus antiquorum, in quib. sunt arma prædecessorum, & imagines, seu stem mata, de iure prohibent vendi per tutorem & curatorem. Quoniam vt dicit tex. in l. quæ tutores. §. nec verò domum. C. de admi. tu. satis lugubre est, aut non videre maiorum imagines in domo propria fixas, aut videre rculfas. Ratio de promittit. Exempla prisorum virorum honoratorū nos animant ad eorum vestigia sequenda, quos solitos dicere legimus, cùm solas maiorum imagines intueretur, vchémētissimè sibi animad ad virtutē accendi: nec prudentissimi viris modicē succurrebūt effigies maiorum, cum titulus suis in prima parte ædi um poni soleat, vt eorum virtutes posteri non solū legerent, verū etiam imitarentur, & semper audire videantur poëticum illud dictum: *Ez pater Aeneas, & aunculus excitat Hector.*

Et de Theūnibocle tradunt veteres, quæ serunt stimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem: querēti quid ita ex tempore in publico verfaretur, res pōdiss: quia me trophaea Miliadiis de somno excitant. Et dicit Laetan. li. 1. Itaque homines corū simulacra finixerunt, vt habeant aliquorū ex imaginum contemplatione solatium. Et de materia amplè infra in 8. par. in 6. consider. ver. dicit tamen.

Hinc videmus, quod si sint aliqui de aliqua familiā, & casata antiqua, qui videant arma suorum prædecessorum depictā, aut alijs insculpta in aliquo loco publico: si quis velit ea amouere & pone res sua de nouo, etiam adificando nouum opus, q̄ potest ei prohiberi per iudicem ex officio suo, ex quo non est licitum abraderē antiqua, & ponere noua: vt dicit Bar. in l. qui liberalitate. §. nec eius nomine, per illum text. ff. de ope. pub. Vbi refert contra religiosos, qui capellas seu capellanas defunctorum aliquorum antiquarū fundatorum, vbi sunt eorum arma, attribuunt alij snouis, quod male faciunt, vt etiam dicit Luid. Ro. sing. suo 474. & refert lōnes de Terra rubea, in suo opere de via ecclesiā: tract. 3. art. 6. in 8. conclu. super glo. in verbō, damnabilis.

Et ide ovidi, quod cū in ecclesia Heduensē remoueretur quidam lapis magnus in modū tumbez, vbi erant arma & imago domini quondam Dautigneyo, conquestus est dominus Gerardus de Vienna, dominus dicti loci, tam ea ratione, quia do minus ipsi loci Dautigneyo, quam ea ratione, q̄ erat de agnatione illius prædecessi, cuius arma ibi posita erant & insculpta: & fuit necesse, quod in loco vbi construebatur capella noua, quod arma antiqua ibi reponerentur cum nouis, quod & æquum fuit, prout probat text. ad hoc expressus. quem etiam ad hoc allegauit in l. f. §. si quis. ff. de ope. pub. Ad q̄ facit tex. in l. si quādo. C. eo. vbi habetur: quoties opus publicis ut palatiū. ades sacre,

vel porticus, reparacione indiguerint: licitum est imagines, statuas, inscriptiones nominum, vel arma quorūcunq; deponere: sed refectis ædificijs, vnaquaq; remotare reportari, & proprio loco de nuo collocari debent. Sed in re priuata vendita, licitū est emptori rei emptę arma sua apponere, & alia si quæ sint affixa remouere. facit, quia satis absurdum est origine rei sublata, eius imaginem derelinqui se remanere. tex. in l. vnica. §. 1. C. de latina libertate tollen.

Ex dictis tamē Bar. in prædicto tra. in 2. col. sublimita istud dictum præcedens, s. de portu & delatione armorum, nisi essent exteri, seu ita de longinquō, vt esset talis distantia de uno loco ad alii, quod primus lædi nō posset. puta si Italus assūmat arma Theutonici, vel Anglici & econtra, vel Italus arma Hispani, certè, vt dicit Bart. in hōe non videtur generari preiudicium, nec scandalum inter eos. & dictum Barthol. sequitur Panormit. in c. dilecta. de excess. præl. & ampliè infra in 48. con clu. Et ideo ex quo in his, in quibus quadam factitate quis occupat sibi vsum, nō licet queri, nisi ex magna causa. l. pc. §. sunt autem qui putant. ff. ne quid in loco publico. Veli nisi etiam essent ita antiqua arma, quod amplius dici nequeat, quod sit aliquis in patria de familia illorū, qui talia arma antiquitus portabant, & descrebant, vt sunt quædam ex antiquis armis nouem heroum, qui dicuntur in vulgari, Lcus neuf preux. quorum tres erant Iudei, l. Iudas Machabæ⁹, Iosue, & Daud. Tres genitiles, seu pagani, Hector, Alexander Magnus, & Iulius Cæsar: & alij tres Christiani fuerunt, Carolus Magnus, Arthurus, seu Arthurius de Britannia, & Gaufredus, seu Godosredus Billonius: quorum quidem arma infra in 28. conclu. videre poteris. Item vt sunt arma militum (quos mensa rotundæ vocant) qui fuerunt numero centum, & septuaginta, qui omnes portabant arma diuersa, vt vide ri potest in quadam volumine, seu Romantio, q̄ vulgari nostro dicitur & intitulatur, Gyrō le courtoys. in prin. Et si quis velit videre, aut habere diuersitatem arinotum, recurrat ad illum locum. Maior tamē diuersitas erat in turri Daud. de qua Canticorum 4. c. Cū in ea erant mille clypei pendentes, de qua infra in 59. conclusi. ver. quandoque.

**V**igesima secunda conclu. In easū in quo oēs, & maiores & minores comprehenduntur, & est interesse, quod potest contingere ynumquāque in easū, scilicet quando quis odijs plenus, cuiusvitæ multi infidiantur, assumere arma seu insignia hominis quieti & pacifici, certè illius interest, & poterit facere prohiberi, si vituperosè porrabit, vt dictū est, multo fortius potest peti pro habito, ne ex hoc propter ynonei armorum aliis pro alio occidatur vel iniurietur.

Item dicendum est, si ex hoc pudor primi ali-

D quo

mitali conuenientia, quoniam debent a patre iudicari, eò, quia tales dignitatis habent iura regalia, maximè quando in eis succederunt prout in alijs dignitatibus, prout amplè dixi de ducatu Mediolani in Comment. nostrarum consuetudinum ducatus Burgund. tit. Des successions des bastardz. arr. 5. in confidib[us] positio, quo tenui, quod duces habent iura regalia. & ideo idem descendunt est in eis sicut in alijs principibus, de quibus ante dictum est.

**V**ulgissima est cœlestis est, quo ad arma nobilium. Nam certū est, quod nobiles ex origine, longa serie, & prosapia predecessorum habent sua arma, & insignia, & communiter à talis tempore cuius initij memoria non extat. In contrarium, omnes nobiles seu gentiles homines, vt ita loqsiā, habent & gerunt sua arma & insignia distincta & separata, nec unus pateretur, quod alter portat arma sua, etiam si esset de sua familia, domo, & nomine, nisi cum quadam differentia quam habent inter se, qua est videlicet, quod primogenitus familiae sita domus, portet ea plana & integra sine a liquali distinctione, vel additione. Alij verò postiores, quilibet eum quadam disrepantia. Et hoc de consuetudine quæ valeret in his, vt in descendentibus omnibus præterquam primogenito, velut in capite ponatur aliqua differentia, quæ medianente ab alijs discernatur, & cognoscatur, vr in l. C. quæ res ven. non pos. & ibi per doct. & sic illæ differentiae signa inducta sunt per regni consuetudinem, & talis consuetudo teneret secundum Bar. in tract. de insignibus & ar. que consuetudo vigeret, & visitata est in omnibus nobilium dominibus regis Francie, vr tenet Guillelmus de Montesferrat. in tract. suo de successione regum, in secundo dubio. nu. 18. in fin. exemplificat in domo D'Albret, & domo Darual, & sic de singulis. Que insignia & armaria licet sint omnibus & singulis de illa agnatione, etiam nobili communia. l. vel quæ pater. in prin. & l. familiaria. ff. de religiosis, & sump. sune. tamē illa differentia de consuetudine inducta (cūm de iure armā vni per divisionem vel differentiam assignari non possint. l. sepulchra. C. de religiosis, & sump. sunc.) non est communis, sed potius singularis & diversa, per quam unus quisque de illa agnatione dignoscitur, in qua linea descendentiū de illa nobili agnatione sit. an in linea primogenitorum, secundogenitorum vel tertio genitorum, vt dicit ibi idem de Montesferra. nu. 20. Ut videamus apud nos, domini Trimoli, habent tres Aglas azures in campo aureo cum tigno rubeo, quæ sunt integra, plana, & originalia armaria illius domi, quæ primogenitus haberet, & portaret, nec licet alteri eā portare, etiam si sit frater, nisi cū quadam distinctione, quæ sit multis fariam, vt hic infra videtur operari, in 76. concil. & sic de singulis. Et ista sunt, & sunt ad conservationem agnationis & domus, in hoc quod nemo assumat talia armaria, nisi sit de tali

domo & familia: cūm agnitionis seu familiæ dignitas semp debet esse salua, vt plenè infra in seq. concil. & vt per istam differentiam in insigni, & armis positam unus de agnatione, vel familia ab alijs & singulis de illa agnatione dignoscatur, & discernatur, splicet, vt nomini additur prænomen: vt in l. vnicā. C. de mutatione nominis. facit not. in processio Clemē. in gl. & in l. 2. ff. delibera. & posthūnis?

Sed quod ignobilibus non licet quo uols modo arma, seu insignia solis nobilib[us]. concessa, & inter nobiles visitata deserre, dicam infra in 23. concil. Non licet ignobili. Dux remissum post Bonum de Curtili in Commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgun. tit. Des in fons de plō: sieurs lietz. §. 4. in 1. gl. in vers. addirio. in fi.

**V**ulgissima prima concil. Quæ dicta sunt hincā tē in principalibus, idem est in nobilib[us]. ex antiqua prosapia habentib[us] in sua progenie & familia certa arma distincta ab alijs ratione antiquitatis domi. Quia tūc, si in patria & regione vbi sunt & morantur, possit eis esse decessus, quod inferio res minoris conditionis gestarent talia armaria, & quo eis prohiberi possit, ne talia portent, instantē parte. Puta si in ducatu Burgundie aliquis vellet assumere talia armaria quinon esset de domo, & casata, possit prohiberi à superiore: vt si quis vellet assumere armaria Trimoliorum (qui sorte à Timo: leone ducis Corinthiorum originem habuerint ut à Timo: eo monte Lydiæ, vt in vlt. parte, in cōsideratione, que tractat de excellēria vinorum, dicetur) possit ab eis prohiberi, vbi non esset de parentela. & idem de ceteris magnatib[us]. seu magnificis potentioribus & in nobilib[us]. in una patria. Quoniam alijs non licet portare talia armaria, nisi sine de casata, & domo illorum, & si portarent alii qui, possunt prohiberi, quoniam ex hoc iniuriariētur, quod inferiores qui non essent de corum parentela, se tales dicerent. notatur in d. c. cum dilecta. extra de excessib[us]. præl. immo dicit Bal. in l. 2. C. quæres vendi nō possunt, quod si quis assumat armaria, seu in signia alterius, quicq[ue]c longo tempore vñferat, tenet pœna falsi, vt lege allegatum, & comprobatum est supra. Ita etiam tenet Ioannes de Montolono concius, & contemporaneus noster in suo Promptuario iuriis. in verbo, armaria Maxime si sit talis, qui in sua agnatione habuisset, vel coniunctus fuisset, quod vituperio & ignominia possit ex hac ratione prohiberi, argu. l. 1. in C. de episcopali audientia. Et non solum principalis de casata potest talia prohibere, sed etiam qui bet alius etiam tertius, vt dicit Bar. in d. tract. de armis. arg. l. 1. C. de his, qui potenterum nominis titulos predijs affigunt, &c. & ita no. in verbi titulos. & in auth. de mandatis principiū. §. pe. coll. 3. Et facit ad hanc ratio Ange. de Perus. in cōs. suo 79. & cons. 23. in pe. col. vbi dicit, quod grauissimum, & innu-

tatem. Cūm ad solos agnatos cōpetat ius, & facultas portandi arma domus: tex. esse videtur in l. ius familiarium. C. de religio. & sumptibus funerum. quem ad hoc Joannes Sanxon alle. in d. c. 1. supra proximè allegato. dicam latius infra in 40. concl. Ethæc sunt quantum ad arma nobilium, & quæ cōpetunt nobilibus, de quib⁹ adhuc dicam quando fieri mentio, an translatæ ad successores, & quo modo, & in pluribus alijs conclusionibus.

**V**igesima septima cōclusio est circa populares, qui non habent arma propria: sed aut sibi assument ex concessione principis supremi, vel alterius domini, vt Bartolus, qui habuit à Carolo III. Imper. vt ipse, & careri sua agnatione leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portarent. Et tunc talibus licet portare talia arma sibi donata & concessa. & dicit Bar. in d. suo tract. ar inorum, in hoc non esse dubium. Quia disputare de potestate Principis est sacrilegium. l. 2. C. de criminis sacrilegi. Facit in rubro, & nigro. C. vt ne inimi liceat sine iudicis autoritate signa imprinire rebus quas alius detinet. optimus tex. in l. sacrilegi. de diuersis rescriptis. vbi notant Bald. & Pau. quod Imperator, seu Princeps supremus, vt Rex Franciæ, potest conferre dignitatē alicui non habenti, & nobilitate quemcumq; vult: & instar sacrilegi est reputare aliquem indignum quæ Princeps approbauit, vt in d. tex. cūm sit Deus in terris, notatur in l. iubemus. C. de sacros. eccl. de laude huiusmodi armorum & vtilitate infra dicetur, in 36. conclusione, incipiente. circa vtilitatem.

**V**igesima octava conclusio. Eriam populares propria autoritate arma sibi assumere posse, vt dicit Bar. in dicto loco. Sicut enim nomina inveniuntur ad cognoscendum homines. l. ad recognoscendos. C. de ingenuis manumisiss. ita etiam ista insignia ad hoc inuenta sunt, vt l. sanctum. §. 1. ff. de rerum diu. Sed talia nomina cuiilibet licet imponere sibi ad placitum. d. l. ad recognoscendos. & l. falsi. in prim. ff. de falsis. Ita etiam ista insignia cuiilibet licet portare, & impingere in suo, non tam in alieno: vt l. 2. C. vt nemini liceat sine iudicis autoritate, &c. & ibi notatur per gl. in verbo, a. liquis. facit c. dilecti. extra de concess. præbend. & quod ibi notatur per gl. Non inuenio illud c. dilecti, sub. tit. de concess. præb. allegatum per Bart. sed bene reperio c. dilecta. extra de excess. præla. q; bene videtur facere ad hoc cum gl. fi. Et ibi Pano. & Pe. de Anch. ponunt istam questionem cū sc. & ibidem tractatur ista materia.

Videretur quòd Bar. in hoc multum extēlo-  
cutus fuerit, & quod istud non sit indistinctè ve-  
rum, maximè in villanis seu rusticis non habentibus aliquam præminentiam aut dignitatem, seu  
nobilitatem: quoniam credo, quod talibus non  
sit licitum portare arma, hoc est scuta, in quibus  
sunt armæ, cum talia solum competant nobilibus  
ex aliqua nobilitate, quæ sunt plures, vt infra vide-

tur in octaua parte: & illis licet propria autoritate assumere aliqua arma, alijs non, propter visitatam & obseruatam in uolabilitate consuetudinē à tempore immemoriali, quo talibus solum competit usus armorum, & non villanis & rusticis.

Item & vt statim dicetur, si adhuc tales sibi assument arma, cauere debent, ne assumant arma aliquius antiquæ domus & familiæ iam talia habentis, & portantis, quoniam tune possit prohiberi, vt dictum est supra in 23. conclu.

Sed bene verum est, quod tales rusticæ & artifices possunt per se & propria autoritate assumere merchas, & signa quibus signare & mercare possunt opera sua, & suas res: sed ista non debent fieri ad formam, seu instar armorum, & ita videntur in telligēda verba Bartoli. De predictis merchis, seu signis insta videtur, in 31. conclu.

Comuniter tamē tenet secundum Pan. in c. dilecto. vt quilibet assumere possit sibi certa insignia sive arma. & de hoc truffantur villani à nobilibus, cum dicunt armæ sunt villanorum, quia sumpta sunt ad placitum, prout Accursius glossator iuris civilis in l. hæres. in gl. fi. ff. de l. hære. de domino Martino sic dicit, quod scutum suum albo nigro-que variabat, vt omnem telorum vitaret amaritudinem. Veruntamen vt dixi, omnia nomina p̄pria sumuntur ad placitum, vt unus ab altero cognoscatur iuribus praæal. quibus addo s. si quis in nomine. inst. de l. ita & arma potest q; assumere, vt vnaparentela discernatur ab alia, & non fiat alteri præiudicium: etiā dummodo talia arma ignobilium seu rusticorum non habeant galeam seu cassidem tymbratam, vt supra tactū est in 23. conclu. & expedita fieri, vt familiae distinguantur, & distincta cognoscantur, vt dictum est, & non sit idem de magistro Io. Grammatico, & Accursio iurisperito, vt vult gl. fi. in l. vnica. C. de professorib. quī, &c. lib. 12.

Si quis tamen velit assumere arma de nouo, debet assumere magis conformia suis cognatis aut affinis, vel patriæ sua, & etiam antiquioribus. & secundum quod videre protest & cognoscere q; eis magis conueniunt & approximant statui suo, tam ratione affinitatis, consanguinitatis, patriæ, loci, quam verbi seu sua qualitati & conditioni, & de multis alijs, vt infra dicam. Vnde referam, quia ad rem facit de Gordio patre regis Midæ opulentissimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura sumptus, ad regnum peruenit: quo potitus Gordium ciuitatem inter Asiam maiorē & minorē condidit, & à se denominavit, in qua templum Ioui consecravit, & non immemor, nec veritus originari conditionē, nec eam celans in coaratum (tanquam sortè propria arma, & insignia) quo aliquando fuis fuerat, posuit, & exloris, seu sunib. quibus boues in iugis tenuerat, nodum connexit miro artificio, vt neq; principiū, neq; exit⁹ deprehenderetur in eo, eumq; Ioui consecravit, donec

## PRIMA PARS

quo modo lēdatur, arg. d. l. mina. C. de epis. aud.  
& l. Iudæos quoſdam. C. de ludax.

Et hæc fieri debet per iudicis officium ad quem spectat qes popularis. l. i. §. quies ff. de officio praefecti vrbis. maximè si videat hoc ad scādalum posse esse & tendere, & ad dissensionem subditorum, etiam ex officio suo potest, vt C. de latina libertate tollēd. l. i. §. sed & qui domini, vbi circa eos, q̄ pilcati incedunt, lcx Iulia statuit, nc populus decipiatur, & expressius in cap. nonnullis. extra de ludiis.

**V**igesimateria conclusio. Non licet ignobilis assumere arma nobilis, & quæ solent portari per nobiles, nec insignia solis nobilibus concessa, & inter nobiles vistata, deferre: quia sic dicitur ne dum se nudo nomine nobilem asserere, sed etiam nobilium actus sacre: eam ob causam grauius puniendus est, quān si solum assereret se nobilem, quo casu tantum falsum committit, & potest tanquam falsarius puniri. Text. est & ibi Bart. in. eos. §. qui se pro militi. quem rectum ponderat ibi Bart. contra illos qui se asserunt doctores cū non sint. ff. de falsis. vbi dicit text. quod ille qui se pro inilitate gesit, & illicitis vīsus est in signibus, falso puniendus est, & videoas Fel. in c. 3. loco. col. 1. de probatio. dixi alibi. & ille text. multum facit pro hoc casu. & in his etiam vbi quis illicitis vīsus est in signibus. Facit quod not. Bald. in l. fucandæ. quæ est l. i. C. quæ res vend. non pos. dum allegat illud vulgare, quod non est lupus, non debet assumere cius pellē. amplè per Bonum de Curtili in tract. nobilitatis, 2. par. num. 178. vbi dicit, quod vbi in aliqua patria ait discretio seu doctrina, & in modo pingendi arma inter nobiles, & ignobiles, ignobilis non potest assumere arma nobilis, sed bene assumere potest iuxta ritum ignobilium, & popularium, vt infra patet in 28. conclusi. non iuxta ritum nobilium, qui non conuenit nisi nobilibus: vt apud nos non videtur honestum quid ignorabilis, & popularis in suis armis ponat supra arma sua galeam tymbratam, quod vulgo dicitur Heaulme, cum quadam elevatione, quam faciunt nobiles magnifici, supra quod ponunt quadam signum eliciunt, quod videtur solis nobilibus attribui, quod vulgariter dicitur Tymbre, de quo amplè infra in 49. conclu. Aliás etiam prohibere & impeditre potest nobilis, ne aliquis villanus vel rusticus nomen & arma sua domus vīsurpet, vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomen, vel arma immaclatorum assumat, quia cu iusque de genere interest claritatem & nobilitatem generis conferuari, ita tenet Guill. Benedicti in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelafiam. numer. 917. & plenè in verbo, Raynutius de Clera. nu. 57. & 58. extra de testam.

**V**igesimaquarta conclusio. Limitantur etiam præcedentes conclusiones in Bastardis, qui non portant arma domus nobilium, cū non

sint nobiles, vt dicit Bal. in l. cū legitimæ nuptiæ, ff. de stat. homi. idem Bald. in l. generaliter. §. si. C. de insl. & subsl. dixi amplè in commento super consuetudinibus ducatus Burgundia, in titu. Des successions des bastards. §. 3. in gloss. l. versiuxta prædicta: cum sequ. ideo non possunt assumere ea domus, vt dicit Guillielmus Benedicti in sua repe. c. Rayn. de Clera. nu. 31. de testamentis. vbi men concludit, q̄ istud non obseruat in Francia, quia bastardi portant arma domus, cum aliqua tamen barra, quæ incipit à sinistris, & tendit ad dextram: tendens & transuersans per medium scuti seu campi armorum. & ibi plenè vides de bastardis. & infra in 75. concil. ver. item arma, &c. Cum supradictis concordat commentum Cosma Guymier, in verbo, filii, tit. de numero & qualitate Cardinalium. §. sint viri. Quid autem delegitimiatis, vide infra in 77. concil. Sed de bastardi quomodo legitimæ illis præferri debent, latius discetur infra in II. part. in 15. consid.

**V**igesimaquinta conclu. Licit vasallus habet arma sua antiqua, & quæ potest vbi que portare, & depingere, non tamen ea potest depingere, aut insculpere seu depingi, aut insculpi facere, in locis vbi sunt arma sui domini, à quo tenet in feudum, saltem ita altè, sed cum aliqua depressione, aut diminutione. Puta si tantum cum vīsi sint arma sua domini ponere in loco superiori, sua vero in loco inferiori: aut arma domini à dextris, sua à sinistris. Et si sint duo arma seu insignia ponēda, vel insculpenda cum armis domini, debent poni arma domini in medio, vt dicam infra in 96. conclu. Quia talia sunt signa & loca honoris, vt dixi supra in hac prima parte, in 13. consid. cum duab. seq. Et de hoc est vniuersalis obseruantia in Gallia, ita quod aliqui habent consuetudines particulæ de his, vesti in patria Turonenſi: de qua per loan. Sanxon. tit. Des droitz de Chastelenie. c. i. in consuetudinibus patriæ Turonenſi, vbi ponit, quod vasallus non potest ponere sua arma, nec facere literam, seu ligaturam funebrem in ecclesia Castellanæ, quod est ratione congruum, vt minores maiores deferant, iuxta gl. si. in l. nihil omnino. C. de palatinis sacrarum largitionum. lib. 12. Etiam in delatione & prælatione armorum, in quib. consistit honor, vt hic ante dictum est in 12. conclu. & dicit Bal. in l. generaliter. §. fin. C. de insl. & subsl. quod portare arma est honor.

Adverte tam, quod arma posita iuxta arma principis, censentur ex eo nobiliora, facit, qui admittitur ad latus principis, ex eo illustrantur. text. est in l. vnic. ibi, quos nostri lateris comitatus illustrat. C. de præpositis librorum. lib. 12. & ibi not. Bal. illum text. pro collateralib. quia illustratur ab eo cui instant. & Fel. in c. pastoralis. de off. del.

**V**igesimasexta conclusio. Cognatis & assinibis non licet assumere, nec portare arma domus illius, vnde cognationem solam habent, aut affinitatem.

etiam in l.2. C.vt nemini licet sine iud. autor. signa impri. rebus quas alius detinet.

**T**rigesima concil. Non solum habens proprietatem in aliqua re arma sua potest facere pingere, sed etiam v/sufructarius in re in qua habet v/sufructum. l. exquisitum. §. sed si adium v/sufructus legatus sit. Natura filius, & lumina immittere eum posse, ait. sed & colores, & picturas, & marinora, poterit, & sigilla: & si quid ad domus ornarum pertinet. & no. ibi sigilla. ff. de v/sufructu. & ibi Ang. de Peru. & Flo. Quia per hoc non efficitur deterior conditio rei, neq; mutatur eius substantia, quoniam alias secus est, vt l. monumentorum. C. de reli. & l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. modis v/sufructu vel v/su amittatur. Ex quo dixi in casu emergenti, quod vidua post mortem mariti, que habet donariu in aliquo domo, seu in aliqua terra, & Signoria, potest ibidem ponere arma sua, prout eius maritus fecisset eius vita comite: sed tamen zona funebris in ecclesia pro ea fieri non potest. arg. d.l. monumentorum.

**T**rigesimaprima conclu. est circa merchas, & insignia mercatorum, & artificiū. & hoc causā dicendū videretur, quod vnicuique licet tales merchas, seu signa portare, & habere. Quoniam talia fiunt ad recognoscendas res suas & operas sua, seu artificia. vnde not. Bald. in aut. dos data. in magna lectura. C. de do. ante nu. quod ballæ mercatorū recognoscuntur ad signum, sicut supra dictum est i. 128. concil. quod nomina sunt inuenta ad cognoscendos homines. C. de ingenuis manumissis. & §. si quis in nomine insti. delega. Et licet vnicuique nomen suū mutare, & accipere ad placitum, dum modo absit fraus. l. vni. C. de muta. nomi. ideo videtur quod etiam signum, seu mercham mutare potest. De mutatione tamen nominis, vide Gem. in processu sexti. in 3. col. & Angelum in d. §. si quis in nomine. & per Doctores in d.l. vnicia.

Sed quid de armis, an licet ea variare, & mutare pro libito? videtur quod non: quia vt sepe dictū est, bonum est argumentum de nomine ad arma. Modo sic est, quod mutatio nominis videtur prohibita, vt in l. §. qui in rationib. ibi, vel rem auerint. & l. falsi nominis. ff. de falsis. & l. Titio, in prin. ff. ad unu. ideo nec arma mutare licet. Facit, quia nemini licet titulu semel assumptum variare, saltem sine scita principis. ex ratione. l. eos. §. qui se pro milite. & ibi Bal. ff. de fal. Item mutatio nominis non fit in imperatore, vt tener Bald. in proce. Gregoriano. col. l. igitur nec in alio inserente permitta esse videtur, cum dicat se dominū in terris, & eius dignitas alta est, vt per Bald. ibi. Item notarius non debet mutare nomen, nec signum, vt in proximae sequenti consideratione dicerur. In oppositum facit: quia quis dum dignitatem apostolatus assequitur, mutat nomen proprium p̄m̄ impositionis, vt tenet Bal. vbi supra. & illa in ratio dicitur gratiosa, idcirco variatio armorum

est licita. Ideo dic, quod sicut nomina bona possunt mutari, dummodo illa mutatio non sit caluniosa, captiosa, ignominiosa, & saltē: quia tunc prohibetur tanquam etiam gloria, iuribus prima parte allegatis. Sed illa est licita, quā damnum, fraudem, & deceptionem alteri non insert, nec infrete potest, vt dicit ibi Bald. in col. 2. & pro vtroq; casu est tex. in d.l. lynicam. C. de mutatione nominis.

**T**rigesimasecunda conclusio erit pro limitatione prædictæ conclusionis, quā fallit multis modis. Primò quando interesset multis seu cōtingere posset ex hoc interessere multorum: quod fieri potest, quando esset quidam faber expertus, & bene famatus, qui in gladijs suis seu alijs operibus aut artificijs facit certa signa, vel mercham, ex quibus opus talis magistri, seu artificis esse cognoscitur, & laudatur, vt per hoc tales merces melius vendantur, & audiū emantur.

Et ideo dicunt Bened. in d. suo tract. armorum, Pan. & Pet. de Anch. in c. dilecta. extra. de excessi prælat. sialius saceret tale signum, posset prohibiri, quia ex hoc communis bonum, seu re publica lauderetur, & decipi posset. Acciperetur enim & emeretur opus vnius (vt sepe fit) pro opere alterius. ar. l. C. de latina liber. toll. &c. à non nullis. extra de Iudeis.

Istud exēplificari potest in multis, maximè tempore nostro in quodā fabro cultellorū, qui dicebatur Vauldoirc, qui vtebatur certo signo pro sua mercha operi suo imprimenda. Nam sialius v/sufrupasset illud signum, potuisset ille, & quilibet alius depulpo cōqueri, & ad preces illorum per ludices prohiberi eidem v/supanti, potuisset etiā certisne tali signo vterentur, quod & sanctum fuit. ]

Sic etiam in oppido Belnensi, vbi erat quidam faber balistarum laudatissimus, & ingeniosus, qui ceteros in operis sui dignitate excellebat. Nam si aliquis signum suum accepisset, potuisset ad iustitiam illius, aut alterius de illo loco prohiberi, ne quisquam alias v/su fuisse, & sic de singulis. faciunt ad prædicta, quā retiget infra in 34. conclu.

Sicut videmus in Burgundia, dolia vinorum fiunt diuersa, & distincta ab alijs totius Galliæ: ita quod nulla prouincia est in Gallia, quæ vtatur dolij, seu vasis vinarijs ad mensuram, & sub forma, & modo quib. fabricantur in vrbe Belnensi, & in tota Burgundia.

Altisiodorense tamē ad emulacionem voluerunt facere similia vase, & dolia, vt carius, & citius venderent eorū vīna, & pro vīnis Burgundiæ, quod tamē fieri non potuit, nec debuit. Et ideo super hoc pendet processus Parisijs (vt audiui) Et pro certo iustē possunt, & potuerūt Burgundiū impeditre, & conqueri, ne fiant neq; fierent dolia ad vīnum vinorum ad instar suorū propter excellētiā vinorum Belnensium, & totius Burgundiæ,

## PRIMA PARS

qui cum soluat occurreret: vt recitat Guiliel. Benedicti in sua repe. c. Ray. in ver. Ray. de Clera. n. 25. de testamentis, & ibi reprehendit illos qui neglegto honore patris, se filios bastardos magnatū dicunt, vt illorum nomen & carnaeis nō debita occupent, de quo vide ibi plura exempla.

Et ita ut magis communiter videamus, assumētes de nouo arma, assumunt ea quæ magis suo nomine, aut cognomini approximātūr & cōuenient propter conformitatem, alludendo ad vocabulum cognominis, vt nomina sint consonantia reb. vulgaris. est & aliud. inst. de don. & siquidē data sunt ab antiquitate nomina significatiuā à parte rerum, vt Perrus, quia firmus vt petra. tex. & ibi glo. in auth. de desen. ciui. in prin. col. 3. & Lucius Lucullius, & Lucullus à luce. Puta si quis cognominetur de queru, assumit pro armis queru, vt in Papa Iulio II. qui dicebatur de Rouere, & assumpsit pro armis queru. Et rouere in vulgarī Italicō, est queru. Et illi qui vocātur de castro, aut castello, sumunt castrum seu castellum: qui verò cognominātūr de Loup, accipit lupum, & sic de singulis. Et licet propria nomina ad placuum imponantur, appellatiua tamē ab aliqua proprietate imponi solent, vt dicit Bal. in proce. intitulit. allegans. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1.

Sicut videre est multas familias Romanorum cognomina assumpsisse à leguminibus, & ab eare quam optimè scerrent, vt Fabij à faba cognomari, Ciceronis à Cicere, Lentuli seu Lentini à Lente, Pisones à piso, & sic de huiusmodi. & vt ait Plinius, fuerunt ab arboribus cognomina antiquis, vr Frondicio, qui præclara facinora Vulturum translatans fronde capiti imposita aduersus Hannibalem edidit. Item Cornutus ait: Q. Cincinnatus cum suum agrum & araret, & scerret, distatuar ei à populo Rom. delata est. Qui contra Samnites profectus viator extitit, qui à scerendo, Scerinus appellatus est. A pinsendo Pilumnus, qui primus pinsendi strumenti usum inuenit: & pilum, id est, instrumentum apnum ad terendum. Item ab herbis vt Laetucinij, à laetucis dicitur. Item à piscibus, vt Murena, quod sicut cognomē viri Romani, ab eo pisces deductum. vnde Ciceronis extat oratio pro Murena. Item Orato, quod cognomen fuit Sergij viri Romani, quod ab hoc pisces sortitus est. Cognomina etiam, vt inquit Varro, habentur à maiori & à minori pecore. A maiorī, vt Equitius, Taurus. A minori, vt Saprilus, Scropha, Portius, quod cognomen fuit Catonis Censorij, à porco trāctum. Quidam etiam à vestimento, vt Antoninus Caracalla.

Et assumendo antiqua arma (puta duos leones aureos eleuatos, se in uicem respiciētes in campo rubeo quæ fuerunt arma Hēctoris. Lyram auream in campo rubeo, quæ fuerunt arma Daniidis. Tres plūtracos virides in campo aureo, quæ fuerunt arma losue. Draconem rubeum in campo argen-

teo, quæ fuerunt arma Iude Maccabæi. In campo azureo regem in folio maiestatis sedentem aurum, quæ fuerunt arma Alexandri Magni. In campo azureo tres coronas anreas, quæ fuerunt arma Arthurii) non potest quis reprehendi, nec ab aliquo prohiberi, cūm nunc nō sint aliqui de parentela illorum, & ita de alijs similibus, de quo latissimē infra in 48. conclusione.

**V**igesima nona conclūsi. Si quis impeditat, ne arma sua aliquis ponat in loco, in quo pone potest, non patiente eidem honorem decerni, qui decerni potest, non tenetur actionem iniuriarum, vt est text. ad literam, in l. iniuriarum. i. §. si quis de honoribus decernēd̄is allicui passus non sit decerni, vt puta imaginem alicui, vel quid aliud tale, puta arma. ff. de iniurijs. quanvis, vt dicit tex. hoc contumeliae causa faciat. Intellige si fiat impedimentum antequam sint posita. sed postquam fuerint posita in aliquo loco: si amouentur, credo actionem iniuriarum esse ortam. Quoniam turpis eicitur, quām non admittitur hostes. tex. in c. que madmodum. §. alioquin. de iniurijs. extra. Ex quo dixi in casu emergenti, de quo infra 49. conclu. in fi. cum esset inter duos dominos contentio de quadam ecclesia, in cuius iuris dictione esset, & quis illorū sacre deberet zonam lugubrem, seu funebrem, in dicta Ecclesia: quod ex quo vnu superstes abraderet secerit zonam lugubrem, quam filii alterius præfusūtē secerant fieri, p. sepultura eorum patris, quod in hoc tenebatur actione iniuriarum. Quia non solum non passus est honorem decerni, sed decretum tulit, diminuendo eius dignitatem, quo eas tenetur actionem iniuriarum, vt est gl. in d. §. si quis, in verb. quid faciat. Idem dicendum est de eo, qui arma alicuius iam in aliquo loco depicta delectu, aut brāfit, quohiam hoc casu renetur actione iniuriarum, si talis, qui illa posuit, non poterat prohiberi illa ibi ponere, quoniam si potuit prohiberi per alium, videtur quod si ponat sine ciuis autoritate & licentia, possit per dictum, qui prohibere potuit, aut eius mandato, deleri, & abrādi. Quoniam ex quo per illum text. in d. §. si quis, potest impedi ne vtatur honore, & ne honor sibi decernatur: ita quod non potest hoc casu renerti actione iniuriarum. Multo ergo fortius si quis vtatur honore non sibi debito, potestralis honor impediri per illum cui preiudicari in honore, puta in appositione imaginis in uno loco, vel alicui alterius rei ad honorem tantum, vt est in appositione armorum.

Et ideo dicitur, quod si quis in re litigiosa ponat, aut pingere faciat arma sua, posunt ab aduersario deuastari, excidi, & arripi, per tex. in l. 2. C. vt nemo priuatus titulos pradijs suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat. & ita tenet Vincen. Cicalut in quodam tract. quem fecit de factis Principum. in c. de autoritate ecclesia. fol. 5. sed pro hoc ultimo dicto allego formaliorum text. in l. etiam

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

16

gno signata est l. quod si neque. §. ff. de periculo & commmodo rei venditæ. & c. si iudex. de sent. exc. in 6. Ad idem bene facit. l. quod i. c. quod quidam. in fin. & 23. q. 7. c. quemadmodum. de confec. dist. 4. c. postea signatur. 24. quæst. 2. c. sanè profertur. extra devoto magna. & c. fin. ibidem. & Ezechiel. c. 9. Transi per medium ciuitatem. & signa Thau. super frontes virorum gementium. & dolentium super abominationibus quæ flunt in medio eius. Et Luc. 20. Ostendite mihi numisma censu. At illi obtulerunt ei denarium. Cuius habet imaginem. & inscriptionem? Et respondentes dixerunt: Casar, & ait illis: Reddite ergo quod est Casaris, &c. Et Gene. 4. Posuit Dominus signum in Cayn. Ad ideam Exo. 12. quod verum dicit eis: Lucas de Penna si probetur impositio mercha. l. 3. C. de bonis vacantibus. lib. 10. & d. l. quod si neque. Quod videtur etiam esse verum. quo ad possessionem. & dominium. att. d. l. 3 & l. monumentorum. C. de relig. & sump. sum. & facit quod notatur in c. quanto. in gloss. in verbo. patris. de iure. extra. & in l. vnica. C. de nautis Tyberinis. lib. 11. Ita dicit Lucas de Penna in d. l. stigmata. & dixi in meo monologio. in verbo. mercha mercatoris. Dicit tamen Bald. in authen. dos data. C. de don. ante nup. quod facit tantum præsumptionem. vt in ballis mercatorum. si quod facit præsumi esse illius cuius est signum. De impressione armorum. inscriptione nominis. & imaginis probent. vide infra. in 55. conclusio.

**T**rigesima sexta conclusio circa vtilitatem armorum quæ quis habet à Principe versatur: de quibus. supra in 27. concl. in c. circa populares. an plus prospic. & an afferant aliam vtilitatem. quam si alias ea non habeat à Principe. In quo cōcludit Bart. in suo tract. de armis. quod magis prodest. & magis relevat habere arma à Principe. quam à se ipso. in multis.

Primò. quia est maioris dignitatis. sicut dicimus in testamento facto à Principe. vt in l. omnium. C. de testa.

Secundò. quia non possunt prohiberi ab alio illa portare. l. 2. C. de iure. & ff. de mino. 25. annis. l. minor autem magistratus. in princ. & §. 2. qui tex. benefacit cum dicat. quod aduersus sententiam Principis non admittitur quis ad pterendam restitutioinem in integrum. cum solus Princeps restitut aduersus suam sententiam. Quia nullus eo maior sit. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodium. de iact.

Credere doctrinam Bart. in hoc esse veram. dummodo Princeps non concessisset ei arma aliquius magnatis. seu domus. aut casu antiquæ: quia tale priuilegium concessum à Principe. intelligitur sine præiudicio tertij. tex. in l. 2. §. mero. ff. ne quid in loco publ. & l. 2. C. de preci. impe. off. Ideo si Princeps concederet arma alicui no-

ua. quæ quis non solitus est habere. nō potest prohibeti. Secus si solitus esset portare aliquis. & gesta re à tempore immemoriali: quia tunc posset querelare talis de suo interesse. & quod Princeps non intellexit illud fecisse in præiudicium illius: & sic ad instantiam illius prohiberi; nisi Princeps diceret. Non obstante. & cetera. quia tunc Princeps posset concedere. ar. notato. in l. f. C. si contra ius vcl vtilitatem pub.

Tertiò. quia si duo assumperint eadem arma. seu insignia. nec de prioritate nec postcritate appearat. præferat ille qui à Principe habuit. l. si duas. in prin. ff. de excu. tuto.

Quartò. quia si in exercitu esset. vel alio loco. & quereretur quis deberet præcedere. debent præferri illius arma. quæ à Principe sunt concessa. l. f. ff. de albo scrib. l. 1. C. de consulib. lib. 12. c. per rūas. extra de maio. & obed. & ar. d. l. si duas. in prin. ff. de excu. tut. Et dixi in pluribus locis. quod inter eiusdem qualitatis pares. semper præfertur. qui à Principe honoratus sit. seu aliquo munere donatus sit. tex. est ad hoc in l. restituendæ. in fin. C. de aduo. diuer. iud. & meritò illius est deferendum cum ratio priuilegij sit habenda. l. 3. ibi. nisi quis priuilegiatus veniat. ff. quod cum eo. qui in alie. potest. &c. Et sic intelligit Bar. prædicta procedere ceteris parib. scilicet quod alii à illi qui habent arma. sint æqualis dignitatis. alii à præferri debent arma illius qui esset in maiori dignitate. arg. ll. superius allegatarum. & qua ibi notantur. allegatum text. expressum in l. 1. ff. de albo scrib. Exemplifico. si aduocato fiscali alicuius alterius prouincia in Burgundia Princeps daret arma hodie. & ego eras assumerem propria autoritate: cum utrque sit aduocatus fiscalis. & sic paris dignitatis. ille. qui haberet à Principe præferretur. Sed si Cancellerius Francie. alii numeret sibi arina de nouo hodie. & Princeps hodie mihi cōcessisset. non essenti propter hoc præferendus. in d. ille. qui est maioris dignitatis. vt latius infra dicetur in 49. conclusio.

Et ideo cum arma donata à Principe maiorem autoritatem præfert. & prælationem. quam arma sumpta propria autoritate. nō mirum si Bar. gloriatibus in hoc. quod arma sibi fuerant concessa à Carolo III. Imp. qui sibi donavit. & ceteris de sua agnatione Leonem rubeum cum caudis duabus in capo aureo portare. vt dicit in d. suo tract. & dixi supra in d. 37. concl. vbi de materia.

**T**rigesima septima conclusio. attingendo materialm circa transmissionem armorum ad successores. est. quod arma vnius domus. familiæ. vel casata. remanent. & transeunt integraliter ad filium primogenitū tanquam digniorem: qui quidem illa debet. & potest portare integraplana. sive aliquo additione. vel diminutiōe. vt infra dixi in 76. concl. Eo quia primogenito debetur honor in omnibus. cum præferatur ceteris. & in mēsa. in oblationibus. & alijs multis de quibus infra

in

## PRIMA PARS

quia alijs cuenite posset, quod alia vina vendentur, & exponerentur venalia pro vinis Burgundiz, & diffamaretur, seu minueretur sana, & celebritas vinorum ipsius Burgundiae, etiam decipi possent multi emptores: ideo interesse tam publicum, quam priuatum considerandum est.

**T**rigesimateria concl. erit pro secunda limitatione antedictae conclusionis, qua fallit secundò in signis quib. vtuntur Notarij, qui semper uno signo vti debent, & mutare non debent, nec nomen, alij à tenetentut de falso. Bal. in l. comparationes. col. fi. C. de fid. inst. & in 1. cōst. C. & Lanfran. in c. quoniam. ver. instrumenta. col. 2. extra de probationib. Quia nullus potest assumere signum alterius notarij, nec eo vti: & si id faciat, incidit in crimen falsi, notatur in l. nemo. qua estl. fin. §. nec calidis. C. de accessorib. in. §. item Lex Cornelja. inst. de pub. iu. & in authen. de instrum. cantela, & fide. §. oportet autem. & quod ibi no. col. 6. vbi si quis signum alterius accipiat, potest prohiberi. ita etiam tenet loan. de Platea. in l. stigmata. C. de fabricensib. libr. ii. quia aliquando potest diffamari primus signans tali signo, si secundus non bene vteretur co. art. d. ca. dilecta. de exce. pral. extra. Et ibi Berna. de Landrino in apostolis ad Panormitanū allegans Bald. in sua disputatione, qua incipit, accusatus de vi turbatiua.

**T**rigesimaqua conclusio erit pro tertia limitatione præcedentis conclusionis in ordine 31. qua fallit tertio in signis quib. vtuntur fabricatores omnium rerum: quoniam etiam tales possunt ad reuestram eorum inhiberi facere, ne alij illo signo vtantur, vt supra dixi in concl. 32. Quia si sit bonus faber, p̄ctor, aut textor, & alius qui nō est ita peritus in arte, vteretur suo signo, potest ille bonus artifex, qui primò vtcebatur tali signo, diffamari in opere suo. Eius enim interest ne alias imperitus artifex tale signum assumat, ne confusio operum inducatur, & sic est primi boni, & periti artificis diffamatio, vt etiam tenet Bal. in l. 2. C. qua tes vend. non pot. & dicit Bal. in c. 4. col. 2. de iure, quod vnu mercator non potest apponere signum alterius mercatoris in ballis.

Idem etiam dicit Guillelmus Benedicti in sua repet. ca. Ray. in ver. Raynutiude Clera. num. 59. de testamento in hospite tenente diuerforium, seu hospitium. qui si primò accepit signum aliquod, seu inter signum, potest prohibetur in illo loco alius accipiat illud: quia sua interest si in illo loco, seu cinitate vbi habet tale signum, vel quia forte propter eius famam, & diligentiam seu prouidentiam, cuncti viatores, & hospites ad ipsum eurrebant & nunc diffamaretur, saltem sana talis hospitij diminueretur, si alius non aquè idoneus, fidelis, & seruitialis inter signum illud assumeret, quod non est tolerandum in præiudicium primi occupantis, & h. beutis tale signum, seu intefignum.

Vel quia sortè vnu mercator, vel alius artifex habet in sua domo expræscriptione aliqua insignia, quibus semper sui prædecessores si fuerunt per triginta annos, & ultra, vt dicit Bal. in l. 1. qua. in c. fucanda. in fin. C. qua res vendi non possunt, quem ibi vide pro materia. & facit pro hoc monumentorum. in fi. C. de relig. & sum. fu. Et prædicta intelligo vera, nisi esset magna distinzione loci de uno inter signo ad aliud, aut vnu vicus multum distaret ab alio, quia tunc in illis vicis longè distinbib. etiam in eadem ciuitate sepe simili inter signia (vt Parisijs) videntur esse appensa, licet plerunque in aliquib. differant ut vnum fiat parvum, aliud magnum, vel cum aliqua dissimilitudine, & discrepantia. pro quo faciunt dicta infra in 3. conclusione.

Et ex hac conculsione insero, quod caueat debet aduocatini se subsignent scripturis factis per procuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc si deueniant ad manus expertorum, & doctissimorum virorum, possent eorum fama attenuari: quia in his inspicitur signum aduocati se subserbentis, quod male obseruant aduocati Heduenses, qui ut plurimum subsignant scripturas per procuratores factas. quod tamen semper facere renui, & vidi multos in hoc decipi, & pœnitere, cum eorum scriptura declarabantur inadmissibilis, inciuiles, impertinentes, inceps, & nullæ, quod in eorum dedecus redidabat, ex quo non cogitauerunt, nec illas fecerant. Caueant ergo de cætero ne signa eorum talibus scripturis apponant, nisi ex fontib. propria procerescerint, & facit, quia inciuile est (nisi tota lege perspecta) dealiqua particula cuius proposita iudicari, vel respondere. I. inciuile. ff. de leg. facit etiam l. de his controvenerijs, in his verbis, inspecis cognitisq; verbis testamenti. ff. de transactiōne. & plerunque principium per fine m corrigitur. l. si tibi. in fine. ff. si certum petatur.

Et ampliando prædictam fallentiam videtur, quod apponere signum alienum, seu merchamlienam, in rebus suis sit prohibitum. l. 1. C. de nauibus excusandis. lib. ii. imo quod perdat rem sumam. d.l. 1. & l. sacrilegij. §. qui cum. ff. ad legem lullianam peculatorum. cum alijs allegatis per Lucam de Penna. in l. stigmata. C. de fabricensib. libr. ii. Et sic vnu mercator non potest nec debet apponere signum alterius mercatoris in ballis suis, vt dictum est hic ante.

**T**rigesimaquinta concl. erit de insigni, insigne, seu mercha mercatoris, an probet. loz de Platea. in d.l. stigmata. & Guillel. Benedicti ind. rep. c. Raynutiude. in ver. Ray. de Clera. de testamento. dicunt, quod talis mercha sufficit ad præbandum rerum dominium. facit c. displicet. 21. q. 4. ibi, & vos oues Christi estis, characterem dominicum portantes, secundum Lucam de Penna in d.l. stigmata. Eius enim res esse videtur, cuius si

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

17

in eorum hæredes, cum memoria eorum etiam destrui potest, & debet. l. si. C. ad legem lul. maiestatis. Et turpius ejicitur, quām non admittitur hostis. text. in c. quemadmodum. §. alioquin. extra de iure. Facit pro præsenti conclu. quia patre damnato de crimine lēsa maiestatis, amittit filius iura sepulchrorum, vt de hoc est easus specialis in l. l. §. interdum. ff. de suis & legit. hæredib. & vltra, talis filius amplius ad honores seu dignitates aspirare non potest. rex. in l. quisquis. §. i. ff. ad legem lul. maiestatis. quæ lex est canonizata in e. pen. §. quæst. i. & satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur autores, vt in e. licet. infra de restibus extra. In alijs verò delictis securus. l. 2. §. nullum patris delictum innocentii filio poenæ est. ideoque nec ordine decurionum aut cæteris honoribus propter eiusmodi causam prohibetur. ff. de decurionibus cum pluribus concor. in glo. ibi alleg.

**Q** Vadragcismatertia concl. Insignia, & arma domini non transeunt ad fideicommissarium, ita tenet G. Benedicti. in sua repe. e. Ray. in verbis. si absq; liberis. 2. de fideicommissaria substitutio. nu. 204. & 205. de testamentis, vbi in simili arguit de iure patronatis tam spirituali, quām temporali, seu seculari, cui aequiparat in hoc talia iura armorum, & insignium. Licet ius patronatus ad quocunque hæredes, etiam extraneos transferat. glo. in verbo. hæredes. in cle. 2. de iure patronatus. & glo. in cano. considerandum. 17. q. 7. Notat plenè Pan. in e. i. & in e. eum seculum. de iure patronatus. Non tamen (vt dicit) transeunt talia iura ad fideicommissarium, vbi est substitutio fideicommissaria, & obliqua: imo haec omnia remanent penes hæredem directum. l. quia perinde. vbi Bar. singulariter, & Alexan. ff. ad Treb. d. meus Ias. in l. precib. col. 12. C. de impuberum, & alijs subst. allegans I. molam, & Bal. in dicto loco per dictum G. Benedicti allegatum.

Dicit tamē Guido Pap. q. 57. quod tale ius patronatus seculare transit ad fideicommissarium facta restitutione, sed ante restitutionem remanet penes hæredem. Ideo videtur idem dicendum in armis & insignibus, quæ competunt alicui ratione familiae, aut domus. Sieut etiam videmus in iure sepulchrorum, aut monumentorum, quod etiam transit in fideicommissarium: imo etiam quod plus est, in legatariū. rex. est in l. monumen- ta. C. delegatis.

Ex predictis, & ex dictis Pan. in d. e. eū seculum. extradie iure patronatus, dicentes, ius patronatus vendi non posse simpliciter, aut alienari, sed bene cum vniuersitate, vt in d. e. eum seculum. insero sequentia.

Vnum videlicet, quod vendendo totam hæreditatem alicuius, seu successionem, quod in emptore in hæreditatis vniuersalis transibunt arma, & insignia, sicut transferuntur ius pa-

tronatus, eum de his fiat argumentum devno ad aliud, ex dictis G. Benedicti in d. c. Raynu.

Aliud verò erit, quod sicut non potest vendi ipsi patronatus de per se, nec legari, vt dicit Albe. de Ros. in d. l. monumen. ita nec arma de per se, aut insignia de per se vedi possunt, sed bene cum vniuersitate, quod tam en de vtroq; an sit verum, in sequentibus videbitur.

**Q** Vadragcisma quartæ conclusio ergo erit talis. An arma seu insignia sint in bonis, ita quod alienatione omnium, bonorum comprehendantur, eum transeant ad successores, vt supra dictum est in 37. cum duabus seq. conclu. videtur, quod sint in bonis. Ita conclusio erit tantum modo de armis, & insignibus principum supremorum: An videlicet possint vendere, aut alio modo concedere arma sua dignitatis supremæ, aut insignia in parte, vel in toto alijs suis inferioribus non habentibus facultatem illa portandi, aut ratione agnationis, aut alijs quo quis modo. Do exemplum in Imperatore, qui gestar Aquilam nigrum, in rege nostro qui habet tria Lilia aurea bene ordinata in campo azureo, & sic de alijs. An possint alijs concedere, quod sua arma portent in totum, cum aliqua diminutione, aur in parte. Et si faciant, an principes de eorum sanguine, aut ab antiquo talia arma portantes cum aliqua tamen diminutione possunt de hoc conqueri, & impedire, ne deferantur.

De armis autem regis Franciæ, inter alia arma principiū cum fuerint Clodoueo primo regi Francorū Christiano ecclitus demissa in baptismo illius, & coronatione, videtur quod non possint alijs concedi, nec quod sint in commercio ipsius, & quod solus ipse ea portare debeat, & habere sine aliqua diminutione. Alij verò de sanguine reali cum aliquai diminutione: & si concedat alijs, an quod excis videretur facere iniuriā, & inserre interesse & commodū dignitati regali, & illis de suo sanguine, & prosapia regali: & eum sit in corporale concernens non personam ipsius tantum sed regnum, & illos de sua agnatione, ex quo non percipitur commodum, videtur quod non possit alterci dare, aut alio modo alienare, cum pignoritalia iurari dari non possunt, vt dicit Bar. in l. si in qui. §. fin. ff. de pignoribus. dominus meus Ias. in §. item Seruiana. nu. 109. cum seq. inst. de actio.

Imo, & quod minus est, vestes regales non possunt vendi, nec per alios assumi, vt est text. in l. 1. & ibi Bal. C. quæ res vendi non poss. & l. 4. C. de vestibus oloberis. lib. 11. & amplè declarat Guil. de Montferrato in trac. allegato, de successione regnū in 2 dubio. Et de his iurib. regalib. quæ non possunt concedi per Principem, vide Lu. de Peñ. in l. contra publicam. C. de remili. lib. 12.

Hic tamen super præsenti dubio causa disputationis, & veritatis indagandæ ex doctrinis dictorum aliquid dicendū videtur, arguendo ad vtrans-

E que

## PRIMÀ PARS

in s. parte, in 41. consideratione. & portare arma est honor. vt sepe repetitum est supra. & dicit Bal. in l. fi. C. pro socio, quod arma, & nomē nobilium remanent apud principalem domus. Cum in illo tanquam in capite splendor genitrix sit & permaneat, argu. l. cum scimus. in fi. C. de agricolis. & censi. lib. II. quem allegat Vincentius Cigault in suo tract. de potestate ecclesiarum. Cum deterioris conditionis non sit quam pater. l. cum satis. C. eo. ti. & lib.

**T**rigesima octava concl. Arma sunt tantæ virtutis, quod transiunt in successores viiūs domus, seu agnationis. l. familiaria. cum l. seq. C. de religio. & sumpti. fune. & hoc secundum prioritatem gradus, vt in successione aliarum rerum, de quo inferius in 76. conclu. in fin. & amplè Guil. de Montferrat in tract. de successione regum, in secundo dubio. nu. 19. & supra in 20. conclu. Fait, quia filius familiam sequitur & agnationem patris. §. primo. ibi, quia quia sequuntur patris non in atri familiam sequuntur. institutio de legitim. agna. tutela. concordan. rex. in cap. 2. & ibi glossa in verbo. potestate. extra de conuersi. infidelium. & si de iure à patre. & non à matre. demoniinari debet. Item filius sequitur conditionem patris quo ad originem. Item sequitur patrem quo ad dignitatem. & honores. Item nationem patris, vt probat. & tenet Guil. Bened. in sua rep. c. Ray. in prin. de testamen.

**T**rigesima nona concl. Si sint plures successores, ad proximum transeunt arma in regula sine diminutione. Ad sequentes vero cum aliqua diminutione, aut cum appositione, seu additione aliquius rei, sic quod possint discerni ab armis principalib. integris, & planis. Sed quomodo hoc fiat infra dictum solum in 76. conclusio.

Et dicir Bar. vbi supra, quod istud licet, sicut licitum est addere cognominem nonini, aut illud inter duos eiusdem nominis: ex quo denotari posset diuersitas inter eos, sicut inter duos fratres eiusdem nominis dicitur viii. Ioannes junior, vel partus, alter vero loannes antiquior, vel magnus, &c. Et istud semper operatur antiquitas, seu primogenitura, quae debet habere aliquam prærogatiuam: & ex communione obseruantia in Gallia in quoenam, gaudiu sit, semper habet tanta præmineniam in armis, quod ea portat integra: sequentes vero cum aliqua adiectione, vt dixi supra in 20. conclu. & amplè declarat Guillelmus de Mōtferrato in tractatu de successione regum, in secundo dubio.

**Q**uadragesima prima conclu. Arma non transiunt ad cognatos, & affines. l. ius familiarium. C. de rel. & sumpti. fune. Et facit quia cognati descedentes ex coena, non sunt de familia. l. cum in adoptiuis. C. de adop. Sozinus in consi. suo 30. col. 3. Et sotor dicitur quasi seorsum nata, & à familia separata appellatur, vt dicit idem Sozi. in d. consi. per me allegato in Commentarij nostris super

consuetudinibus. ducatus Burgundia. ti. des droitz, & appartenances à gens mariez. §. 1. in gl. en puissance. de son mary. & ri. des successions. §. 12. in glossa. vbi dicitur quod agnationis dignitas semper debet esse salua, considerato in hoc, quod honor debet remanere apud agnationem, & sic cum arma sint honor domus, vt prædictum est, ad cognatos transire nō debet. Faciat etiam ad propositum, quæ dicit Ang. in consi. 169. & in consi. 281. supra allegat. Ita erimus tenet Bar. in d. tractatu de armis. Pet. de Anch. d. c. dilecta. de excess. præla. & loannes Sanxon. in dicto cap. 1. titul. des droitz de chastellenie. in consuetudinibus patris Turonensis.

Excomuni tamen obseruantia & vsu arma, dominus, seu familiæ transiunt ad cognatos, & affines, uno modo, videlicet enim adiunctione in una parte armorum: alterius familiæ ex parte sinistra maximè in descendentiib. ab illis, quia solent depingere aut depingi facere arma sua diuisa, & bipartita, ita, & in parte extra sunt arma patris, & in parte sinistra sunt arma matri. Quod quomodo fachereliceat, scilicet assimilere etiam nomen & arma matris, vel alterius, ponit Guill. Benedicti in sua rep. c. Rayn. in ver. Raynatus de Clera. nu. 44. de testamentis.

**Q**uadragesima prima conclu. Sicut identitas cognominis inducit presumptionem agnationis. l. cum precu. C. de liberali causa, ita etiam identitas armorum inducit presumptionem agnationis, aut cognationis. Quoniam sicut nomina imponuntur, & reperta sunt ad cognoscendos heroes, l. ad recognoscendos singulos nomina comparata. C. de ingenio manuum. & §. si quis nomine. inst. de legatis. Ita etiam arma, signa, seu insignia sunt & adiuncta sunt ad recognoscendas familias, & agnationes, quia per signum cognoscitur signum. facit tex. in l. 1. §. si intelligatur, ff. de adil. edict. facit l. quod si neque. §. fin. de per. & commo. rei vend. & l. stigma. ibi loan. de Plat. de fabricensib. lib. 11. C.

**Q**uadragesima secunda. conclu. Arma non transiunt ad hæredes, rebelliū, proditorum, seu falsatiorum, eò, quia quod fortius est, tales delinquentes iam haberent arma ante rebellionem, proditionem, aut falsitatem, defrui, deleri, & detrahi possent post talia delicta perpetrata, vbiunque essent depicta, seu affixa: vt dicit Batt. per tex. singularem in l. corum. ff. de pecc. itate net Lnd. Ro. singulari suo 474. in c. eorum arma, & singulari 666. & d. meus las in §. poenales. in 3. col. nu. 104. inst. de acto. & loannes de Terranea, in suo opere de vinea ecclæsia: tract. 3. l. 3. ff. de interdict. idem de bannitis. artic. 6. in materiæ bellionis: qui impunè possunt occidi, cum dicantur hostes. Bar. in l. amissione. §. deficienit. ff. de capitis diminu. Multo fortius ergo impeditur translatio, seu transmissio armorum prædictorum

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

18

quis nominari nomine alterius potest ex sua con-  
cessione, & illud ferre. d. i. hoc iure. §. si. ff. de dona.  
& l. sed scidum. in fi. ff. ad Tre. ergo & arma, cum  
parisificantur.

Decimò facit quia vt dicit Bal. in c. quanto, de  
iure. Nemo potest portare arma principis sine  
speciali priuilegio. allegat. l. 3. C. vt nemo priuatus  
titulos pradijs suis, vel vela regia suspendat. & l. 1.  
C. vt neminilic. sine iudicis autoritate signa im-  
primere rebus, &c. Ergo videtur quod cum spe-  
ciali priuilegio potest, quoniam hoc casu non est  
sublata potestas principi qui non possit facere, & prin-  
ceps potest omnia, vt dictum est.

Vnde decimò scribitur de multis imperatoribus,  
quod sibi sociū, & comitem imperij delegerunt.  
Assump̄it enim Gratianus Imperator Theodosi-  
um secum, qui cum eo, & Valentiniiano impera-  
uit, vt aperte testatur l. 1. C. de sum. tri. iuncta su-  
perscriptione eiusdem legis, vbi loquuntur Gra-  
tianus, Valentinianus, & Theodosius imperatores.  
Similiter Arcadius filius Theodosij assump̄it  
secum Honorium: & postea idem Honorius  
Theodosium iuniorem secum assump̄it in ad-  
ministratione imperij: & multi alij Imperatores  
ita fecerunt, vt perscrutanti historias, & superscrip-  
tiones legum apertum est fuerunt simul impe-  
ratores Diocletianus, & Maximianus, vt proba-  
tur in c. nunc autem. 20. dist. in illis verbis: si qui-  
dem tempore Diocletiani, & Maximiani Augu-  
storum. iuncta glo. l. ibi: in verbo, Diocletiani. &  
in l. si foror. iuncta superscriptione illius. C. de col.  
pro quo facit l. Romani. in glo. in ver. reges, in fi.  
de iure. Bal. in auth. ex testamento. col. fi. d. ti. de  
col. & in c. non autem & ibi glo. mag. 7. q. 1. vbi et-  
iam apparet, quod duo possunt esse episcopi in ea-  
dem diocesi.

Ex quibus patet Imperatorem a sum p̄fisse con-  
fortem, & ei concessisse iura imperij: ergo multo  
magisarma, & insignia: & ideo nunc posse portū  
suorum armorum concedere, arg. auth. multo  
magis. C. de epis. & cler.

Vltimò, certum est, quod apud populu primò  
fuit imperium, sed transstulit populus omne ius  
imperij, & dignitatē in principem, vt de hoc sunt  
tex. in l. 2. §. nouissim. ff. de orig. iuris. in l. in prin.  
ff. de constit. principum. & in §. scd & quod principi-  
pi. vbi sunt eadem verba, inst. de iure nat. genti-  
um & ciui. & firma in maner ralis translatio: cum  
itaque res de facilis redeat ad suam primāam na-  
turam, cano. ab exordio. cum gl. in verbo, ada. 35.  
dist. vulgato §. paetus ne peteret. ver. quoties. iul.  
§. sinus. ff. de pac. Si potuit populus oīnne ius im-  
perij principi cōcedere: videtur modò principem  
aliiquid de pertinentibus ad imperium in aliū  
transferre, seu alteri cōcedere posse: & sic portum  
suorum armorum inferiori, & cui voluerit, con-  
cedere potest.

In oppositum facere evidenter, quā ponit loan.

Andrea. & Inno. in c. inquisitioni. de scnt. exc. vbi  
dicunt non esse obediendum principi prcipien-  
ti aliquid, vnde sequi potest turbatio recipublicæ:  
& eos sequitur Panorm. in c. si quando. de rescrip.  
& Felyn. in c. quā in ecclesiis. col. 17. in fine. de  
constitutio. Sed si princeps concederet alteri portu-  
num suorum armorum, turbari posset status sui  
imperij, & dignitas decreceret. Nam plures de  
principatu sequentur deferentem arma prin-  
cipis quasi suū principem; propter signum quod  
repräsentat signatum, l. decernimus. ad fin. C. de  
aquæductu. lib. ii. l. dos data. C. de do. ante nup. c.  
ad audienciam. de falsis. & c. si iudex. de scnt. excom.  
in 6. idem esse. & habetur ad Galarh. 6. Stigmata  
Domini mei Iesu in corpore meo porto. Omisis  
vulgaribus. & quia possessio dignitatis probatur  
per insignia, vt dicit Bald. in l. si quām C. deseruit.  
& aqua. arbitrarentur quamplurimi deferen-  
tem insignia principis esse principem: vndc quasi  
principem eum sequentur, & venerantur, &  
exinde deciperentur, & turbarentur: ex quo sa-  
queretur faſtio, & diuſio in populo, & ex conse-  
quenti turbatio principatis, quare hoc non po-  
test princeps. Faciunt, que voluit Innoc. in tit. qui  
filii s̄nr legitimi. §. qualiter, & à quo. circa finem.  
vbi vult, quod princeps non potest facere aliquid  
vnde turbetur populus, & sequatur scandalum in  
populo.

Item quod rex illud facere nō possit, tanquam  
contra publicum, & vniuersalem regni & coronæ  
statum, & eius dimembrationem seu decolora-  
tionem, probat glo. in verbo, dispensare. in c. litera-  
ras. de ref. spo. & glo. in verb. supra ius. in c. propo-  
fit. de concess. præben. quæ gl. ab omnibus appro-  
bantur: nec valet dispositio seu concessio ex qua  
sequitur disformatio, & decoloratio communis  
& publici status, per text. in c. & si illa. ibi, illa ta-  
men magnopere præcauenda sunt, que recipi, &  
tolerari sine manifesta decoloratione non pos-  
sunt. l. q. 7. Ad hoc facit dictum Inno. in c. inno-  
tuit, de ele. quem sequitur Pan. in c. ad hoc sumus.  
de rescrip. in fi. vbi dicit Papam sine causa non de-  
bere vti plenitudine potestatis: nec tolerandus est  
princeps sine magna causa sibi & alijs manifestè  
aliiquid contra vniuersale statutum ecclesiæ, vel  
regni faciens, vr clare decidit idem Inn. in c. quan-  
to. dc consuetudine.

Confirmatur per id quod ponit Bart. in d. suo  
tract. de armis. vers. 3. iudex. vbi dicit, iudicem pos-  
se prohibere, nc aliquis ferat arma alterius, si hoc  
in scđalum, diffensionem, seu deceptionem sub-  
ditorum videbit fieri. & allegat pro hoc c. in non  
nullis. de Iudeis & Saracenis, vbi habetur, quod  
error, confusio, & scandalum, oritur ex eo, quod  
Iudei, & Saraceni nō discernunt habitu Christianis.  
Quod dictum Bar. corroboro ex eo, quod  
ad omne in ambiguitatem tollendam habitus  
non uitiorum à professorum habitu distinguuntur  
bet.

E 2 bet.

# PRIMA PARS

que partem. & tandem omissis disputationibus  
concludam:

Primo pro parte affirmativa, quod possit princeps concedere alicui, etiam inferiori, quod arma sua detinet, probatur sic. Nam nemini est dubium, omnibus sit ad instar sacrilegij, de potestate principis disputare, vult gata l.2. C. de erimine sacrilegij, & gaomne, q[uo]d vult princeps facit, necei dicere quidquiam potest, cur hoc faciat? Eccle. 8.c. in memoriam. 19. distin. d. meus Ias. in l. rescripta. col. 1. C. de precib. imperatori offerendis. Et quod vult fieri, profecto habetur. l. apud eum. ff. de manumisso. & est apud eum pro ratione voluntas. l.1. ff. de const. principum. Mutat enim naturas. l.1. C. d[icit] ex x. act. Nec de facto eius est dubitandum, quia dicitur habere nomen diuinum ad exemplum diuinae maiestatis. l. quicunque. C. de fundis patrum. lib. 11. Diuinitatem namque in labijs regijs est. Prouer. 16. Et ideo, sicut mentiri Deo, vel Papae est sacrilegium. c. serpens. iunctaglo. de pa. distin. l. ita de Principe falso referre, temerarium, & pericolosum est. Quia namque circunscripta autoritate principis de principe dispatare licet, art. l. Aemilius, vbi n[on] Bald. ff. de minoribus. Salna in omnibus autoritate eius, pro clucidatione dubij adducuntur sequentia.

Primo, q[uo]d possit princeps concedere inferiori delationem suorum armorum, satis videtur probatum ex iam deductis. Ex quib[us] patet principem multo maiora posse, ergo hoc quod minus est potest, per regulam iuris: Cuilicet, quod est plus, licet utique quod est minus. c. eni[us] licet. d[icit] ex. int. lib. 6. Nec debet, cui quod plus est licet, quod minus est, non licere. l. non debet. ff. co. ti.

Secundo, de eo iure, quod quis habet, potest ad libitum disponere. l. si domus. ff. si. in fin. verbis. ff. de le. l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. & vend. facit. l. in re mādatis. C. mādati. vbi dicitur quod rei sui quilibet est moderator, & arbitrus. Et nihil tam conueniens est equitatu naturali, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haberet. q[uo]d per traditionem. insit. de rerum diuisi. Ex quib[us] sequitur, quod princeps suis armis uti potest ad libitum, & sic corum portum inferiori, & cui volet, concedere potest.

Tertio cuilibet licitum est assumere arma prout vult, ut supra dixi in 28. conclu. dummodo non edat in iniuriam, aut praedictum alterius. decisio est Barto. in suo tract. de insignibus & armis. Et Pan. in c. dilecta. de excip. præl. Tenet Paris de Puteo in tract. quem fecit de re milita. & duello. lib. 6.c. antepe. Bonus de Curtuli in tracta. nobilitatis. nu. 172. tertia par. Ergo & mutare arma propria, & ea ad illum transferre. Et sic etiam licete debet principi, qui ab vniuersali non est exclusus, verum iure communi viri, ut priuatus. l. iustas. C. de iure sive lib. 10. l.2. C. de pe. here. l. cum heredes. C. qui rest. sae. poss.

Quarto nomina possunt assumi, & mutationem placitum. l. vnic. C. de muta. nomi. possunt etiam concedi, & transfreri. l. hoc iure. q[uo]d si ibi, si iurasse nomine meum latrunt. ff. de dona. l. facta. q[uo]d sub conditione, in illis verbis, nihil malum est, honesti nominis nomen assumere. ff. ad Treb. Ergo & arma seu insignia possunt concedi, & transfreri, tenet consequentia ex eo, quod valet argumentum de nominib. ad arma, seu insignia: quia sicut nomina inveniuntur ad recognoscendum, vulgari. l. ad recognoscendos. C. de inge. & manumis. ff. si quis in nomine. institu. de leg. ita & insignia. l. sanctum. & de rer. diui. & ita tenet Bart. in tract. suo de insignib. & armis. col. 2. & dictum est supra in d. 28. concl. in c. etiam poplars.

Quinto faciunt pro hac parte, quæ ponunt Feudum in ti. quæ sunt regalia. vbi tenent, quod princeps potest iura regalia concedere: & hoc teneretur. And. de l[ib]er. in d. t. de sum. m. vbi dicit, quod si princeps generaliter, & indefinitè concedit, videtur cōcessisse omnia quæ personæ principis coherent: & sic concedere potest delationem armorum suorum, quæ dicitur esse de legalibus principiis: sicut enim insignia regalia.

Sexto condicere leges, est de principiis pertinentibus. ad principem solum. l. si. C. de legib. Et tamen senatus legem facit de autoritate principiis. l. non ambigitur. ff. de leg. Idem praefectus præto. l.2. C. de officiis. præsec. præto. orientis. si hoc maximum imperij & potestatis signum concedit princeps: simili ter portu armorum suorum concedere potest, cum non possit assignari congrua ratio differentia.

Septimo ad idem potest princeps comiti, & alijs inferiori ieiūcendere, quod monachis faciat, ita cœnet Host. in summa. de censib. sed hoc non est minus, quām deferre insignia principis, vt clarū est, ergo portum suorum armorum cōcedere potest, iuxta regulam iuris iam all. quæ vult quod qui potest plus, potest minus, & tantundem. l. cui pasto ff. de seruis exportant. l. non debet eui quod plus est. ff. de reg. iu. & c. cui licet. de reg. iu. in 6.

Ostatu[m], facit quod scribitur Ester. 6.c. Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestib[us] regijs, & imponi super equeum, qui de sella regis est, & accipere regiū diadema super caput suū: quod factum suum Mardochæo ex regis Aſsueri precepto. Ex quo approbatur principem concessisse inferiori portum suorum armorum, & sic nunc concedere posse. facit rex. in c. antiqua. de princi. q[uo]d dominice, vbi summus pontifex concedit legato suo, quod viatur insignibus pontificalib[us]. scilicet ueste rubea, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis.

Nonò probatur arguendo de nominibus ad arma, quod est validum, ut deductum est. Duocenim codem nomine vocari possunt. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. l. si quis feru. q[uo]d si inter eos. ff. de leg. 2. Ergo duo eadem ferre possunt. Et quis

publicæ per vnum consulatur. l.2.§. nouissimè. ff. de ori. iu. quia tunc vtile bonum optimè gubernatur, si nulli suum officium seu ministerium subtrahatur, si vnicuique sua iurisdictio & dignitatum otio seruetur, nec superiores officia inferiorum sibi vendicent, nec inferiores ditionem, directionem, atque correctionem non resugerent. Etiā absurdum est, si promiscuis aetibus rerum turbentur officia. l. repetita. C. de episc. & cle. & l. consil. §. absurdum. C. de testamentis. & cap. esto subiectus. 95. dist. & indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio. Sed ex concessione suorum armorum princeps induceret disfornitatem in populo, & republica, & poneret corruptibilitatem & scandalum in ipso. Cum tamen deceat imperiale solertia mita reipublicæ curam gerere, & subiecto ruin coin modis inuestigare, vt regni utilitas incorrupta persisterat, & singulorum status iugiter seruitur illas. c. imperiale in prin. de prohibita seu di alienatio. per frid. in vībus feudorum. Faciunt que ponit dominus Prepositus. in ti. qui seu dare poslunt. col. 5. in vīb. seu. vbi dicit, quod temissio facta per Principem, si nocet reipublice non vallet. alleg. at pro hoc d. c. imperialē, & Bal. in e. cū causam. de prob. vbi tenet quod non licet principi eximere viscera imperij, & cum sequitur Barbatia ibi, dicens in 5. col. quod princeps nō potest subuertire imperij maiestatem, ne dicatur homicida sua dignitatis. Sicut enim tutor debet esse ad ministrator pupilli, & nō spoliator. l. qui fundum. §. si tutor. ff. de vīfa. pro empro. Ita rex non debet esse destruktō, aut diminutor maiestatis regni. faciunt, que ponit Old. in consi. 231. Et que ad plenū differit Lucas de Pen. in l. quicunq;. de omni agro deserito. lib. 11. C.

Præterea pro hac parte videatur multum strin gere, quod dicit Martinus Laudensis in suo tract. de principe. verl. 305. videlicet, quod bona & naturales consuetudines ligant principem. all. Bald. in c. 1. qui seuda dare possit. in §. f. vbi ita tenet: quia vt ipse inquit, potētius est ius naturale quam principatus. Vnde insert post gl. quod non potest deuovere vasallum sine conuicta culpa. facit, quia p. consuetudo dat, homo auferre non potest. auth. quod locum. C. si mulier secundo nupserit. l. si arrogator. §. sed ante impuberi. ff. de adop.

Facit etiam quod scribitur Deut. c. 21. Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odiosem, non poterit filium dilecta sacre primo genitum. supple: quia ex consuetudine ius primogeniturae & comperit. Si ergo ius primogeniturae, & acquiritur ex consuetudine, non potest alteri concedi per patrem, ex consequenti nec arma quae an nixa sunt dignitati primogeniturae. habet enim accessoriæ primogenitus arma domus, & ea consuetuare debet, vt dixi supra in 37. conclu.

Modò verū est, quod princeps ex naturali con-

suetudine desert arma dignitatis, s. principatus, ergo alteri concedere non potest immurando dicta consuetudinem.

Maximè rex Franciæ non potest alteri concede re portum suorum armorum, quæ habet non solum ex consuetudine, sed ex diuina revelatione, seu transuisione, vt sepe dictum est. Diuinus enim regi Clodouco fuerunt lilia de célo missa: quibus ipse, & qui secuti sunt reges Franciæ pro ar mis seu insignib. ab illo tempore vñ sunt: loco tri um busonum, & vtentur in perpetuum.

Insuper arma ad honorem dignitatis noscuntur deputata, vt in hoc dignoscatur à ceteris omnib. Et soli principi ordinata sunt, quia solus cætros omnes antecellit. Rex enim super omnia præcel lit, vt scribitur 3. Esd. c. 4. Cū igitur nō habeat princeps parē, nec patiatur confortē, arma sua, q. sunt signa superexcellētia, alteri cōccidere nō debet: sed nec pati, q. aliquis ali⁹ deserat, iuxta illud Apostoli: Gloriam meam alteri nō dabo, maximè q. a sacerdoti præindictum reipublice & subiectis, qui ar mis, propter signatum honorem, debent.

Et facit nam sicut videamus, quod non licet pri uariis deferre vestes oloberas, auratas, seu sericas, aut purpureas l. 1. 2. 3. & 4. C. de vestib. oloberis. lib. 11. Et hoc, vt dicunt ibi doct. ne priuati parificent se principib. ita quod talia faciētes incident in eri men laſa maiestatis. d. 1. 3. Si ergo à simili, imo à maiori, cū maior autoritas principis denotetur, in insignib. & armis sua dignitatis, quam in vestib. nō licet alicui alteri in inferiori armis, & in signia principis deferre, quod credo esse verum sua auctoritate, sed quia cum concessione principis licet alicui existenti in ministerio principis ex concessione illius, vt ornati or sit cum eo defretre rales vestes, vt in d. l. 2. & ibi loan. de Platea. Ideo vide tur, quod idem in armis. Sed cū princeps pos sit tales vestes auferre, cum recedit ab eo ministri, ar. l. id vestimentū. ff. de peculio. & notatur in l. in his. §. in gl. f. ff. solu. ma. Ergo videtur, q. si princeps alicui concedat talia arma, quod tamen poterit eidem auferre quando voluerit, vt statim dicerur.

Facit vltra quod dicit Bal. in e. licet causam. de probationib. quod licet imperator vel rex possit donare ecclesiæ ciuitates & castra, non tamen claves imperij: quia esset causa destructionis imperij: sed certè maius videretur tradere arma quam claves, quia arma sequentur subditi, quietiam claves obseruare poscent.

Etiā facit, quia rex vendens oppidum cū merito mixto imperio & iurisdictione, etiam in se nihil tetinet, nō videtur transstulisse in emptorem ius regium, vt tenet laeobinus de S. Geor. in l. imperij. in l. lectura. col. 3. ff. de iuris. om. iud. Alberi. in l. fi. in fi. C. eo. ti. de quo vide Guillel. Benedicti in repe. e. Ray. in verbo, & vxorē nomine Adelasia, nu. 217. in fi. eum duob. sequenti. de testament. sed

# PRIMA PARS

bet. text. in c. pen. de regularibus. Et per habitum meretrix à matrona, & virgo ab ancilla discernitur. c. in audientia. extra de sen. exc. l. itē apud La- beonem. s. si quis virgines. ff. de iniū. l. mīmā. C. dzepl. audien. & in authen. de sanctū. epif. s. pen. colla. 2.

Irem habitus clericorum discernitur, & diuer- sificatur ab habitu laicali. d.c. in audientia. c. cleri- ci. de vi. & ho. cler. prout & in coma discerni de- bent. c. si vero aliquis de sen. exc. si quis. & c. cleri- cius. de vi. & ho. cler. Et per habitus dissimiles mo- nachi & religiosi diuersarum professionum seu regularum cognoscuntur. c. Deus. d. t. de vi. & ho. cler. Item viri à seminis per crines, vestes & orna- menta. c. si qua soemina 1. & 2. dist. c. mulier. 33. q. 5. prout etiā liber à seruo distinguirur per pileum. vni. s. sed & qui in domini sun⁹ pileati incedunt, qui tun allicoma uittebantur. vt dicit ibi text. & gl. in verb. additis. s. si. insti. de libertinis. Et di- eti sunt serui pileati, qui pilco imposito vendebantur. Nam teste Budao in suis annot. in pande- etis, in l. f. ff. de orig. iur. Gellius scriptum retulit libr. 7. his verbis: Pileatos seruos venum solitos ire, quorum nomine vendori nihil praestaret, Caius Sabinus iurisperitus scriptum reliquit. Cuiusrei causam esse ait, quod huiusmodi con- ditionis mancipia insignia esse in vendendo de- berent, vt emptores errare, & capi non possent, neq; lex vendendi operienda esset, sed oculis per- cipiente quodnam es̄t mancipiorum genus. Si- cut antiquitus mancipia iure belli capta coronis induita venibant, & idecirco dicebantur sub cor- onis venire. Nam vt ea corona signum erat ca- pitorum vernalium, ita pileus impositus demon- strabat eiusmodi seruos vanundari, quorum no- mine emptori vendori nihil praestaret. Quomo- do quis talis es̄t presumitur primas acie, qualem- zeum indicant vestes, & qualiter ex vestibus, & or- natu presumatur pro & contra aliquem. Et quod ornatu debent es̄t conuenientia statui, ordi- ni, & officio, traxat Spe. ti. de aduocato. s. 2.

Conclusio itaque ex prae dictis à simili, si arma principis non differrent ab armis alterius, oritur confusio, error, & scandalū in populo. Vnde nō vi- detur hoc posse princeps facere, qui suos subditos congregare, & eō seruare debet in pace perpetua, exemplo regis summi, & pacifici, qui disposuit sibi subditos fore pacificos & modestos, & eos con- gregare quemadmodum gallina congregat pul- los sub alas. Et potest corroborari per id quod di- cir. gl. in c. fi. in ver. ad nos. 9. q. vlt. que habet quod Papa non potest omnes episcopos deponere, quia sic vniuersalem ecclesiam turbaret. & gl. fi. in c. a- postilla. 8. q. 1. quā dicit, quod Papa non potest sibi facere successorem: quia hoc es̄t immurare ita- tum ecclesie, quā videtur multum singularis pro decisione presentis casus. Quia cum ex dicta con- fessione possit sequi deceptio & perturbatio sub-

ditorū, sequeretur inde immutatio status impe- riū aut regni, quare hoc nō videtur posse princeps.

Item ex tali concessione videretur communi- cata, & diuisa imperialis dignitas seu regia, quā ta- men incommunicabilis, & indiuisibilis est. c. prate- rea ducatus, marchia, comitatus, de cetero non diuidatur. de prohibita feudalitate. per Fridericū in vii. seu. & ita tenet Cyn. in l. si vina matre. C. de bon. mater. Bal. in auri. hoc amplius. C. de fidei, qui ctiā dicit in c. cū nostrum. de ele. quod regnū non potest esse commune, cum certa prouincia seu regnū vnum regem habere debet. c. 3. 6. q. 3.

Irem si admitteretur dicta concessio. videretur duo es̄t principes, signum enim vt dictum est, repreäsentat signatum. & hoc es̄t nō potest. Nam vt dicit Philos. 12. Metaphy. Entia nolunt male disponi. pluralitas principiatum mala, vnu ergo Princeps. concordat c. in apibus. 7. quāst. 1. ponde- rat illis verbis. Imperator vnu, & regnum, non capit duos, vt eleganter scribi. Caius lib. Icetan- riquarum 13. c. 11. Facit c. non autem iuncta gl. sin- eadem causa & q. quā dicitur monstrum es̄t, vbi sunt duo capita, & l. non sunt liberi. iuncta glo. In ver. prodigiosum. ff. de sta. homi. & formalis text. in c. quoniam, de officio iud. ordinarij. vbi est te- prohibemus antem omnino ne vna eademq; ci- uitatis siue diœcessis diuersos pontifices habeat, tan- quam vnu corpus diuersa capita quasi monstra.

Ex quo insertur quod duo Cæsares esse nō pos- sunt simul, & eodem tempore, ne sequatur inde euidentis re publicæ status perturbatio & consilio. Facit, quod dicit Bal. in c. si quis. quo tempore in- illes inuestitū petere debeat, in vbi. seu. vbi dicit, quod princeps non potest partem ciuitatis alienare, & partē retinere, propter perturbationem populi. Cum ergo non possint verè es̄t duo prin- cipes, nec repreäsentatiū. Quoniam siq; nō po- test plns operari quām veritas. l. legem. C. locata & l. qui ad certum. ff. eodem.

Facit ad hoc elegans decisio Bal. in c. generalis de seudo defuncti contentio si inter dominum & agnatos vasallii in vbi. seu. vbi determinatur specie, quod rex Francie nō potest alienare vnam de ciuitatibus regni sui inuitis ciuibis alleg. Host. in cap. dilecti filii. de ma. & obe. & ibi Ioan. And. in nouella. quos se quiritur d. las. in s. item Semina. num. 10. insti. de act. ideo à fortiori, nec arma regni inuitis principalibus alienare poterit: & sub litis interest nō perdere. d. Pan. in cons. 3. in s. q. in 2. vol.

Item non potest princeps disformare princ- patum. c. intellec̄to. de iure in. dicto cano. in ap- bus, ponderatis illis verbis, & omnis ordo suis te- storibus mittitur. Vbi enim singuli singulis digni- ratib. præsunt, decoratur ordo. vbi autem duovini dignitati præponuntur, decoloratur status & ordo. Et ad imperium seu regnum deuentum est, vre- publica

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

20

Ergo rex in totum concederet armas sua, ita quod amplius illa deferre non posset, esset sibi in deder-  
eus maximum, abdicando a se ea que in signum  
supremæ dignitatis & excellentiæ fuerunt sibi esse  
litus demissa, ut dixi supra & amplè in s. par. vbi de  
rege Francie, & eius excellentia, seu dignitate. Sed  
sicut aliquibus sui regni comitibus. & inferiorib.  
vtilitatem, commodum & honorem regni zelan-  
tib. aliqua regalia concedere potest, non vniuersa:  
ita etiam aliquip, sui regni Christi fidelib. obali-  
quam causam eos fidei Christianæ sibi commissæ  
in delatione dicitur armorum associando, vt si-  
miores sint, & in fide Christiana, & in subiectione  
ipsius, potest particulariter eisdem imparcendo ali-  
quid de honore, quem vult eis tribui, cōcedere, q  
deferat partē armorum suorū. Sicut fecit Aspernus  
rex (qui regnauit ab India vsq; Aethiopiam super  
327. pūncias) de Mardochao ludao quem hono-  
tare voluit, ordinando quod indueretur vestibus  
regis, & diadema regiū iup caput suum impone-  
retur. dc quo habetur Ester 6.c. & 8. in fine.

Sed enim Ludouici Francorum regis vndeccimi  
tempore multis sicut concessum, quod deferrat  
lilia in armis suis: an rex successor posset illas con-  
cessiones renocare? Videretur quod non, cum de-  
ceat priuilegium Principis esse mansurum, & be-  
neficio Principis nos iuuari oportet, non decipi.  
Cogita ex his quæ ante dicta suntip Commentaria-  
riis nostris super consuetudinibus ducatus Burgu-  
dæ, tit. Des iustices, arti. 5. ingl. Si n'a grace, quasi  
in fine. ibi. Iterius quæro. vbi posui, an priuilegi-  
um Principis posset reuocari.

Ceterem tamen, q' cessantibus prædictis can-  
sis, videlicet atq' non essent Principes, aut de  
illis quos sibi associare potest ad fidem Christianam,  
vt sunt milites ordinis, aut qui tali ordinis associari  
possint, & debet de honestate, vt sunt magnates,  
quod honestus & melius facret si prædictas con-  
cessiones renocaret, maximè in subditis. In alijs ve-  
rò est dubium ex dictis Fel. & aliorum in c. nouit.  
de iudicij. per me allegarum in loco hic ante cita-  
to: vbi videntur concludere, quod priuilegia extra  
neis concessa, non possint reuocari.

**Q**uod vagrissima quinta cōcl. erit de armis infe-  
riorū Princeps cōcessis, an possint vendi, an  
alio quocunq; titulo per hæredem, vel alium ha-  
bentem certa arma domus aut familiae alienari,  
ita quod eius hæredes non possint amplius talia ar-  
ma deferre, aut gestare.

Circa istud considerandum est, q' aut sunt arma,  
que competit alicui ratione sua personæ, & offi-  
cij eidem concessi, & tūc videtur q' non cō quia q's  
vendendo arma sua, & signa, videtur incidere in vi-  
tuperium. argu. l. quædam. ff. de pœnis. & l. 2. in fi.  
ff. de capt. & postlini. reuer. per quos text. ita vide-  
tur tenere Alber. de Rosate in l. si vt certo. q'. vñque  
adeo. in quaſtione, An vendito equo, videtur vñ  
cōfia ſella. ff. comodati. vbi dicit, quod ſi arma pa-

trifia. ſint in ſella vendita cum equo. Eò quia talis  
ſella magis videtur respicere personā domini, quā  
equi, ex quo nō videtur vñdidiſſe, ar. l. dcernim⁹.  
q'. vniuersos. C. de aq'ductu. lib. 11. vbi signa hydro-  
philatorū dantur ſuccelſorib. ergo nō poſſunt per  
cos alienari in p̄t̄iudiciū eorū ſuccelſorū, & in l.  
ſtigmata. dc fabricē ſib. c. lib. 11. C. vbi puniūtur qui  
a fabricensib. talia signa illos latitando euellūt, aut  
ſubripiunt, ex quo videntur talia signa respicere per-  
ſonam habentū ipsa aut arma. Cū ergo videātur  
respicere perſonam, extinguitur cum perſona, &  
ſic post mortem eotū transire debent ad eorū ſuc-  
celſores, ita q' non poſſunt in p̄t̄iudiciū ſuccelſorū  
alienari. Aut verò competūt alicui ranquā  
existenti de aliqua agnatione, aut familia antiqua,  
& eſt quod dāi quod datur vñ cuique agnationi  
ſeu familiæ, quod non videtur poſſe transire extra  
illū. Cū ſint arma inuenta ad cognoscendas  
agnatiōes, familias & domos, ſi. ut nō ina ad reco-  
gnoscendos homines. dixi ſupra in plurib. locis. &  
cōmuniſ viſ: vtendi in talib. eſt, quod gradatim  
deueniant ad ſuccelſores de familia & agnatione  
cum diſtinctiōnib. quas ſupra dixi in 39. conclu.

Sicut in ſimili videmus, de verbo familiæ pro-  
lato, quod intelligitur ordine ſuccelſuo, vt dicūt  
Ang. & d. m. laſon. in l. fi. C. dc vcr. ſig. & Bar. in l.  
ſi cognatiſ. ff. dc rebus dubijs. col. fi. Barb. conf. 27.  
in 11. col. in 1. vol.

Et q' cōmuniſ viſis vtendi in hiſ considerandus  
ſit, tenet Bar. in l. Labeo. ff. dc ſuppellec̄tili legata.  
Quoniam ab eo, quod ſolidum eſt fieri, bonum eſt  
ar. l. quod ſi nolit. q'. aſidua. ff. de adil. edi. notatur  
plenē per d. meum laſin l. certi condic̄tio. q'. ſi nū-  
mos. ff. ſi cer. pet. Barb. & Fel. in c. cū M. Ferrea. extra  
de confi. & idem Fel. in c. ex literis in ver. ſeptima  
& vlt. de fid. instr. & dicit Bal. in l. ſi prædiūm. col. 4.  
C. de adil. actio. quod frequētia actus multum o-  
peratur. Imo illud quod in obſeruantia, & mori-  
bus vñtentium obſeruat, eſt tātē efficaciæ, quod  
tollit ſtatutum in contrarium, dominus meus laſ.  
in l. rem non nouam. in prima & ſecunda col. C.  
de iudi.

Et ex quo conſuetudo generalis vtendi in Gal-  
lia debet iſtud ius agnatis ſuccelſorib. non poſſet  
tale ius ei tolli per homines, cum quod conſuetu-  
do dat, homo tollere non poſſet. auth. q' locum.  
C. ſi mulier ſecondo nupt. l. ſi. arrogat. q'. ſed an  
impuberi. ff. de adop. Conſuetudo. n. in vnaquaq;  
regione eſt omnium dignitatū & iuriſdiſtiōnū  
origo, forma, & principium, vt in l. missi opinato-  
res. ibi, dum dicit: cōſuetudine feruata regionum,  
de exactoribus tributorum. libr. 10. & leg. l. ibi, ſic  
ut plectendi conſuetudo criminis habet. de peti.  
bono. ſubla. co. lib. C. l. obſeruare. q'. hoc etiam ibi.  
Magni enim faciunt prouinciales feruare ſibi con-  
ſuetudinem iſlam, & huiusmodi prærogatiuas. &  
in l. ſi in aliquam ibi, & ferias ſectūdum mores &  
conſuetudines, quæ retro obtinuit dare. ff. de  
offi.

## PRIMA PARS

nihil magis potest esse ius regium, quā arma, praesertim regis Franciæ, cum ei diuinatus tanquam regi fuerint demissa & concepta, ut dictum est, igitur. Et dicit Bal. consi. 207. inci. ego puto. libr. 3. §<sup>p</sup> super vexilla inuictissimi Francorum regis nemo præsumat honorem.

Item ut decidit de Rosellis in d. suo tract. de potestate Imperatoris & Papæ. fol. 20. col. 3. circa medium, Papa non potest sedem Romanam mutare, & alibi caput constituere, nec Romanam Ecclesiæ alteri vniire, neelicer ei testamentum facere quo ad papatum, ut probat gl. sing. in e. apostolica. 8. q. 1. secundum Francum in rubr. de testamen. in 6.

Item etiam Reges, Duxes, Comites, vel Marchiones, de suis dignitatibus testari non possunt, praesertim rex Franciæ testari non potest de suo regno, etiam primogenitum, cui debetur, heredem instituendo: cum primogenito debatur ex sola consuetudine regni, quæ hoc introducit in honorem, & saepe regni, ut integrum permaneat, & non dividatur, ut tener Guill. Benedicti in repe. e. Ray. in verbo, in eodem testamento relinquens. nu. 147. cuin tribus seq. extra de testamentis. & regnum est quid indivisibile. Cy. in l. si viva matre. C. de bonis mater. Bal. in auth. hoc amplius. C. ne fideicomissi. & in successione regni non habent locum iura legitima, ne fiat diuisio regni. gl. in e. non licet de voto, & voti redempti.

Ergo à simili, sicut non potest princeps dignitatem suam immutare, ita nec signa ipsius dignitatis, sed alteri concedere: quia per hoc viderentur duo capita in eodem corpore, quod esset monstrum, vt iam dixi allegando tex. pro hoc in e. quoniam. §. 1. de o. i. iud. ordinarij. & in l. non sunt liberi. iuncta gl. si. ff. de statu hominum.

Aduic in istando pro hac parte possent adduci, quæ per Lucam de Penna amplissimè traduntur in l. contra publicam. de re mil. libr. 12. C. vbi per multa decedit, regem nō posse committere alij in signia regalia. cō. 7. Cui decisioni assentire videtur Guill. de Montserrat. in suo tract. de sueceſ. regū. in conclusione secundi dubij. cum quibus videatur decadendum pro hac parte secunda, non obstantibus deductis pro parte affirmativa. Quib. facile respondere, si hanc secundam partem negatiuam tenere vellem. Sed quia in hoc passu volo deuiare ab eo, quod diu obseruatum est: cum vt dicit Alex. in consi. suo 27. inci. viso libello. col. 4. in l. vol. Non est decadendum à communis obseruantiæ, & minime mutanda sunt, quæ certa interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib. Nec facilè discedi debet ab eo, quod diu visum æquum est. l. in reb. de const. princip. & quia alias sic practicatum extitit. Lapis alle. 52. & faciunt quæ dixi in Commentariis nostris super consuetudinib. ducauti Burgund. tit. Des confiscaſ. §. 1. in glo. l. ibi, pro hac secunda parte.

Ideo in sequendo id, quod vsq; nunc communitas factum est in Gallia, nec reprobando quod tantis fuit approbatum, & vsq; in hodiernum d. em obseruatum, videlicet, quod principes etiam supremi possint eti inferioribus suis concedere licentiam, seu potestatem deferendi, saltem comunicare aliquid de armis suis. Non tamen priuatiuē ad suam dignitatem, in totum ea alterare. Et quod princeps arma sua omnino à se non debet abdicare, & in alium transferre, sed retinere debet integra, & plana patet, arg. l. pe. ff. de off. preſidis. & per notata in glo. in verbo, ad alium, in causa præterea ducatus, de prohibita feudi alienat. per Fridericum in vsibus feudo. Teneo primam opinionem.

Et pro certo si vsque nunc non fuisset obseruatum, nec factum in regno, & nunc rex veller facere de nouo, ego dicere quod rex Franciæ nō debet, nec possit permittere, aut concedere, quod alios in suo regno portaret tria lilia aurea in campo azureo plana, & integra præter ipsum, aurilles qui essent de agnitione, & profapia regali, & tales qui essent successibilis in regno, ex quo fuerunt pœnitentia armæ coelitus demissa regi Clodouao in assumptione corona, & diadematis, vt dixi. & videntur illi esse data in excellentiam illius dignitatis galis inter alios, ex quo non licet alteri se cum dignitate sociari, nisi sit capax illius eo modo quo ad illam deuenitur, s. per successionem.

**Q**uinquagesima prima conclusio. Vbi sunt aliqua signa vniuersi artificij in quibus principaliter operatur & attenditur qualitas loci ex beneficio, seu ex præiuglio, apud illum remanebunt insignia seu signa, apud quem remanet locus siue ex beneficio, seu ex præiuglio, siue iure proprietatis, siue iure conditionis, siue in mala fide ibi remaneret toto tempore vita quo ibi remanebit: ita, quod ibi illo signo vt prohiberi non potest, quod videtur eidem competere, sicut in characteri iurib. rebus, quæ adhærent rei. ar. l. omnia constitui. §. fin. ff. de seru. rust. prædio. l. 2. §. fin. & l. seq. ff. si seruitus vendicetur. l. v. usfructus, & l. seq. ff. quenadmo. seruitus annullatur. Ponit exemplum Bar. in quodam castro cuius nomen est Fabrianum, vbi artificium faciendi chartas viget principaliter, ibique sunt edificia multa deputata ad hoc, & ex quibusdam edificijs meliores char-

tæ veniunt: quia vt dicit Pli. spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, leuor hoc est leuitas, complanatio, seu terfitudo.

**Q**uinquagesima secunda concl. Si ratione alii cuius officij debeat remanere aliqua signa, seu insignia alicui, si eadem conducatur officium tanto tempore quo durabit cōdictio officij, tanto tempore durabunt, & remanebunt apud illum insignia alius officij: arg. l. sed addes. §. illud. ff. locati. Exemplum de inofficio maioris Sine muri in Auxero. Nam apud eos conduitur, & cum sint ibi insignia illius officij, quæ seruiunt communatati, seu vniuersitatibus illius loci, tanto tempore quo conduitur maioritas, tanto tempore remanent apud eum illa insignia, quæ competit ratione dicti officij maioritatis, scilicet insignia, seu signa quibus signantur, & marcantur mensuræ tam vi-norum, quam bladorum, & alia huiusmodi.

Et istud facit ad omnia officia temporalia habentia ratione officij quædam insignia: pone in sigilla, vestem, cappam, seu mantellum, aut caputum, maslam, quæ deseruiunt officio, quia durante officio, remanebunt apud tales officiarios, & finito illo transfeunt ad successores officiarios, siue habeant ex concessione Principis, siue ex elec-tione, siue ex conductione, alijs quoquis modo.

**Q**uinquagesima tercia concl. Quædam vero sunt insignia artificij in quo principaliter bonitas artificij operatur, & isto casu si stant plures in una statione illius artificij, omnes possunt vt illo signo, quasi magister principalis illius stationis approbet illa opera, vt in auth. de tabellionibus. §. nos autem. & ibi notatur gloss. in verbo, ipsi per se, colla. 4. Barto. in d. tractatu exemplificat in signis quæ apponuntur in spatis, gladiis, & alijs operibus metallorum. In argento tamen & auro duo signa, seu marce communiter apponuntur, saltem apponi deberent: vnum quod est debet communice omnium ad denotandum omnibus, quod opus est argenteum, vel aeneum. Alterum vero signum illius operatoris seu artificis, ad designandum, quod opus est factum à tali artifice, inter quos vt plurimum lata differentia, vt dicit tex. in l. artifices, longa differentia est, & ingenij, & naturæ, & doctrina, & institutionis. ff. de solutio-nibus. Facit, quia sapientia vniuersis plus valet, quam alterius, vt in §. nam & ita. inst. de societate.

**Q**uinquagesima quarta conclusio. Si sint plures in una statione vntentes uno signo, si sepa-rentur, remanebit signum penes magistrum illius stationis, vel illum qui principalis & maior erat inter eos, argumento l. si. ff. de fide instr. quod in-tellige verum, quando est disparitas inter eos, ita quod unus est maior alijs. Secus si æquales, quia tunc forte dirimendum est, apud quem remanere debeat. dicit. l. si quæ sunt cautiones. ff. fam. ercif.

## PRIMA PARS

Cum ergo sit consuetudo expressa in aliis quibus partibus & prouinciis Franciæ (cui Burgundia subiicitur, cum sit de feudo, & paritate Francie) quod etiam vasalli castellanorum simplices, dummodo habeant iurisdictionem supremam sine aliqua dignitate, aut habeant aliquidius in ecclesia, seu ex consuetudine, vel ex antiqua fundatione, etiam in iuris castellanis possunt litram, & tymbram sacre in eorum armis, ut habetur in consuetudinibus patriæ Turonensis, sibi de iurib. castellanis, §. 3. Ideo videtur dicendum, quod haec preeminentia seu prerogativa, & facultates debentur non solum ratione dignitatis, aut officij, verum etiam ratione & excusa alteri iustitiae, cum iurisdictione tribuat dignitatem. dictum est singulare Bal. in c. vniuersitatis, §. capitulo. quis dicatur dux, marchio, comes, in vsibus seu dorum, & dixi infra in 11. parte, in 7. confid.

Si ergo etiam in dictis locis possint tales facultates, & preeminentia cōpetere habentibus, tantum modo iurisdictionem, & vasallis castellanorum: multo fortius competere poterunt vasallis principum habentibus iurisdictionem altam, & si in illis locis, multo fortius in Burgundia, vbi dominii habent res altam iurisdictionem, habent etiam in multis jura regalia, quoniam percipiunt confiscationes damnatorum, ut in t. des. confiscations, art. 1. in li. consuetudinario ducatus Bur. Habet & ius bannizandi, faciendo proclamata, tenendi foreas, & flumina bannalia, quae sunt de regularibus & alia huiuscmodi plura eisdem sunt concessa: ergo à sortiori habent superadietas facultates, & preminentias, quae non reperiuntur esse expressè referuatae Principi, & cum solū fiant ex consuetudine, aut ex quadam laudabilis obseruantia in ipsi pompis funeralibus, principiū, magnatum, & aliorum dominiorum: ideo dicendum est, quod non tanquam sunt permisī, immo etiā viles, & honesta, & quam plurimū laudanda, ut dixi infra in 2. par. in consideratione, vbi sit mentio de honorib. exhibendis in sepul. & funeralib. mortuorum. Et cum talia non reperiuntur dominis habentibus, altam iurisdictionem prohibita, quare non videantur illis permitti, cum quod non est prohibitum, permittit esse censetur. nec non. §. sed quod est. ff. ex quib. cau. maio. in l. scientiam. §. qui cum angl. permittunt. ff. ad legem Aq. notariorum in l. certa forma. in gl. fi. C. de iu. fisci libr. 10. & cui licet plus, liget & minus. c. cui licet. de re. iu. in 6. & l. non debet, cui plus licet. ff. e. facit. l. 1. §. 1. ibi: & hi quibus non interdictur testimonium, nec valla legē à die cendo testimonio excusat. ff. de testibus. & quod noui mutari, stat text. in l. saeimus. §. 1. C. de test. & l. praecipiū. in sin. C. de appellatiōnibus.

Maximè etiam cum tales zona non sint de referuatis Principi, immo ex communi visu, qui in his multitudinibus attenditur, ut dixi in multis locis, Principes & magnates in dignitate constituti non so-

lent has zonas facere, verum loco illarum cinguntur, & ornantur ecclesiæ vbi sepeliuntur pannis, aulaneis, aut sericis nigris intus, & foris. Inferiores ramenta principib. qui non possunt comedere cingere ecclesiæ ex dictis pannis, solent facere has zonas, seu littas ex pictura nigra, vbi sephuntur, dummodo ibi habent iurisdictionem omnimodam, aut sunt patroni, & fundatores in illis. De ratione iurisdictionis dixi, de iure vero patratus patet, cō quia habet ius honorificum, & debetur ei honor. & si in vita (vt clarè probat Rothes de Curre in suo tracta. de iure patro. in verb. honorificum) ita etiam in morte & in sepultura, ut dixi infra in 2. par. in 5. confid.

Et cum aliis suislem interrogatus de quodam nobilis huius patriæ, qui habebat altam iurisdictionem in cancellio cuiusdam ecclesiæ parochialis, cō quia circum circa dictum cancellum, & in ambitu illius iurisdictionem habebat: in eo consequenti, ecclesia, qua est in finib. sue iurisdictionis existentes in illa parte cancelli, erat & in sua iurisdictione. arg. notariorum in c. si diligēti. & ibi Hug. Pan. & Henricus Boich. extra de loro comp. Quidem nobilis erat in dignitate constitutus: quoniam erat praepositus laborū vnius societatis: scđnum militum armorum, quem in vulgari dicunt Porte de fenseigne dñe bande, qui sunt in dignitate, seu ordine clarissimatus, ut est tex. in lvnica & ibi Lucas de Pen. C. de praepositis laborum. dñi eo casu, quod vti poterat in pompis funeralibus, tali facultate, præminentia, & prærogativa faciendo zonam in dicta ecclesia: cum notorium sit etiam ex generali consuetudine Franciæ, quid Capitaneibellii (qui etiam tamen in dignitate etiam clarissimus essent) vtantur talib. iurib. & facultatibus, immo maiori, cum ante se deferre faciant & galeam, & vexilla militaria quib. vtebantur in exercitu. Id ergo erit dictum de dictis praepositis laborum, cum sint eiūdēm dignitatis. Et credere, quod tales praepositi laborum etiam possent in coram pompis funeralibus, deserri facere vexillum, cum sit apud nos officium seu dignitas, quae non conceditur ab ipso Capitano, sed à Principe. Degale autem quod ante se deserri possit, etiam si non est eques auratus, non dubito. Militibus autem equestribus ante eorum corpora in pompis funeribus deseruntur & galea, tunica militaris, cinctus calcaria, manica, les genteletz, &c. de huiusmodi dicam infra in d. 2. par. eū tales habeant dignitatem, ut habetur in l. & ibi no. C. de equestri dignib. 12.

Eraduerte, quod littera, & zona idem sunt, sed zona non cingitur nec clauditur ab omni parte, littera vero sic: hanc differentiam accepi à nonnullis nobilibus patriæ Turonensis, qui his maxime videntur.

**Q**uinquagesima conel. Insignia, seu vexillia, alicuius societatis, seu exercitus, habentis Ca-

Et quia ex domo Aurelianensi orti sunt comites Angolismenses, ideo armilla portant cum ista distinctione seu additione, scilicet quia cum lambentib. habent tria crescentia rubea, hoc est, troys crescentis de quelle tauri lambeaux. de quibus meminit amplè Guillelmus de Montferrato in tractatu suo de successione regum in secundo dubio. nn. 6.

Sic dicendum est de comite Niuerensi, qui pro armis etiam vtitur trib. liliis aureis in campo azureo, cum bordatur a composta ex auro, & rubeo, & que participat de vtroq; & tantum de uno quantum de altero.

Pariter in comite Dunensi, quietiam in campo azureo habet tria lilia aurea pro armis: sed cum banda composta partim ex argento, & partim ex colore rubeo tendente à dextra ad sinistram.

Plures sunt alii principes qui in suis armis apponunt lilia tanquam existentes de sanguine & progenie regali: vt fuerunt duxes Burgun. descendentes ex Philippo le Hardy, hoc est audacis cognomine, duce Burgun, filio praefati Ioannis regis Franciae. Item duxes Bituricen. Andegan. & Memortij. Item comes Artesij. Nec alii talia arma portant, nec portare debent, nisi sint exprosapia regali, & descenderint aliquo modo ex progenie regali.

Aduerte tamen quod omnes dominus à stirpe regia masculina descendentes signatae & differentias, characteres, & accidentia continentis in armis suis, vt supra vistum est, cum eis differant, sunt separare: quia cum in armis sit quædam differentia sine signum, per quam, se si quod cognoscitur & dignoscitur ab armis vnius ab armis alterius: imo denotat separationem, & diversitatem, vt in I. quod si neque in §. materia libi, quas emptor signasset. ff. de pericu. & commo. rei ven. & illud signum denonstrat aliquid prater id, quod in se est, scilicet domum, in quib. apponitur, & dicitur quoddam accidens, quod per se non stat, vt in I. pacta. ff. de contrah. emp. & in I. Valerianus. ff. preto. stipul. & in d. §. materia. cum igitur differant, sunt separata, vt in c. suscepimus. in fi. de reser. lib. 6. & in l. fin. ff. de calumniato. & plenè de materia per G. de Montferrato in tract. de successione regum. in 2. dubio. nu. 7.

Reperio tamen, quod domini de Turnone de Delphinatu, licet non sint principes, nec de principib. Franciae, portant & habent arma bipertita. & in media parte campi à parte dextra habent leo nem. adetenni, quæ sunt arma Troia, in altera verò parte sunt lilia seminata, quæ sunt arma Fracie, vt refert lo. de Maire in Illustrationib. Galliar. lib. 3. c. incipiente touchant la cite de Troie. Ex quo constat esse eortos à nobili, & antiqua progenie, scilicet à Troianis, vt ibidem dicitur, & describitur. etiam presumendum est quod dicta lilia

à regibus Franciae cis concessa fuere: quod an fieri possit, supra videre potes in 44. coniunctione.

Similiter Florentini habitent pro armis, & insignibus suis vnum lilyum, quae arma (vt legi) habitent ab anno Domini 1265. & cōfisdem tunc donati sunt à Carolo, tunc comite Andegauensi, Provincia, & Cenomani, fratre diui Ludouici Francorum regis, tum quia benignè receptus in eorum ciuitate, tum quia sibi fauerent, dum iter faceret vna cum exercitu copioso ad Siciliam, causa dicti regni adipiscendi, quod sibi donauerat Vrbanus II. Papa: quia detinebatur à Naufrido hoste, & persecutore ecclesie Romana. Florentiam tamen denominavit (vt legi) Carolus Magnus Francorum rex à liliorum florib. Francorum insignibus.

**Q**uinagesima septima concl. Excellentia armorum etiam denotatur, & designatur ex cōcētione principis primæua, ratione officiū aut dignitatis, de quo supra in 26. cōcl. vt suit in Carolo Magno, qui constituit, creauit & ordinauit 12. parcs Franciae, & vnicuique dedit & attribuit arma propria, ratione paritatis, vt in paribus viris ecclesiasticis, quibus concessit vt in armis eorum vterentur liliis aureis. Maximè quinque paribus ecclesiasticis habentibus cam pum armorum eorumdem azureum, cui adaptari posunt lilia aurea: sed quia campus armorum episcopi Beluacensis. vnu sexparibus ecclesiasticis est aureus, in quo non posunt adaptari lilia aurea, ne sit metallum supra metallū, alijs falsificaretur arma eiusdem, ideo non habet aliqualia, prout archiepiscopus Rhemensis, & ceteri alij episcopi parcs Franciae.

Ceteris verò paribus Franciae, scilicet sexlaicis dedit & concessit ipse Carolus Magnus arma etiam distincta, & separata, vt tandem cognoscentur, & distinguenterint inter eos ratione paritatis.

**Q**uinagesima octaua concl. Primo enim duci Burgundia (cui nomen Sanxon erat) dedit pro armis suis in campo azureo vnam costitam anti extribus petijs, seu partibus separatis, & dinisis cum vna bordatura ex rubeo, quæ in vulgari nostro dicuntur, à vne cotiso dora troys piecis borde de grecule, vt aspetunt nonnulli. Et hæc prædicta arma semper soliti fuerunt portare duces Burgundia ratione ducatus Burgundia existentes de paritate. Imo qui in ipso ducatur vntetur prædictis armis, præsumuntur, & vt andeam dicere, dicuntur esse de prosapia ducum Burgun. sicur est videre in illis de Monteacuto, qui talia arma habebant, cum aliquali tamen distinctione.

Nonnulli tamen alias mihi retulerunt, quod ista bordatura (vt ita loquar) non debet apponi in armis principalibus ducis Burgundia, cō quia bor-

## PRIMA PARS

**H**ec autem maioritas consideratur ex multis, vt quia pater cum filiis, vel quia frater antiquior cum junioribus, vel quia unus erat primo solus qui vocavit alios secum in illa societate, vel alij s pluribus modis quibus potest arbitrari ista maioritas seu superioritas inter plures, quibus in dict. l.fin.

**Q**uinquagesima quinta concl. Arma depicta. In muro probant murum esse illius, saltem pro illa parte vbi sunt sua arma depicta. I. qui liberaliter. & ibi Bar. in f. ff. de ope publicis. Et ibi dicit Bart. nota. contra illos qui abradunt arma aliquis & ita dicit Boerius in consilio in c. quo habent parietem communem. positi post Cōmentaria cōsuctudinē septenā Bituricē.

Evidenter arma aliquo modo probare iurisdictionem & dominium, quoniam etiam ut vide mus mensurā locorum debent signari armis dominorum. l.2. C. de frumento Alexandrino. l.ii. Licit olim signabantur nominib. dominorum, hodie vero armis. Cum arma sint additamenta ad recognitionem agnationis, & nobilium, ut ante dixi in 20. concl. circa fin. Et ut communiter obseruat in reb. in quib. qui habet autoritatem, facit nomen suum scribi & apponi, ut dicit lacob. Rebuffi in d.l.2. vt in in omnētis, ecclesijs, capellis, & edificijs, & palatijs, quorū nominum loco hodie apponuntur per nobiles arma, ut dicitur hic, & etiam per Guid. Pap. q. sua 49. & Bal. in ti. qualiter feudum alienari possit. circa f. principij. ex quib. constat, quod probari possit in hoc & dominium, & iurisdictio per appositionē armorum in locis publicis. Sed vñs sc̄e habet vbi plebejī & ignobilis apponunt nomē, nobilis & domini apponunt arma sua. Sed an tales inscriptiones probet, videatur amplē per glossā in verbo. patris. & cīl. i doc. extra de iure. Fel. in c. cum causam. col. 3. ad fi. de prob. Ang. & Ias. in §. pœnales. col. 3. inst. de actio. Bar. in l. monumētorum. C. de religiosis. vbi renet quod sic, quoniam continet quid possibil. facit gl. singularis in verbo, scribēbat. in c. pul satus. 3. q. 7. & in c. sanē. 2. in gl. dicitius. 24. q. 2. & de imagine impressa in nummo, vide hic antē in 35. conclusionē.

**Q**uinquagesima sexta conclu. Perstringendo paucis materiam armorum circa maioritatem, dignitatem, seu excellentiam ipsorum, quod in unoquoq; principatu & potentiātū seu regno sunt arma principis certa & determinata, quæ sunt illi dara & attributa in signum præminentia dignitatis, & autoritatis, & quæ necmō aliis illo modo, quo portat ille princeps, gestare potest nec debet, ut in regno Franciæ sunt tria lilia auræ in campo azureo, quæ sunt arma regis Franciæ coelitus de misa, ut dixi supra in 15. conclu. & dicam insta.

Et habentes arma sua quæ magis illis approximantur, & aliquid habent ex illis lilijs, dicuntur esse digniores, & habere arma digniora. Istud pro-

batur arg. tex in c. perlectis. 25. dist. & per glossā in verbo, altiori. in aliam verò. insti. de bon. pos. per quam glossā probatur, quod maior est & altior alijs qui proximior est domino, & magis stat prope dominum. facit text. in l. i. ibi : pœna enim sc̄rilegij similis erit, si his honorificentia non deferratur, qui contingere nostram purpuram digni sunt estimati. Et ibi not. in glossā fin. quod quem princeps honorat, ab omnibus est honorandus, quæ pro hoc alleg. multos text. C. de domeſcijs. lib. 12. Item ad prædicta facit text. in l. vnica. C. de præpositis laborum. C. e. lib. vbi dicit: Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

Cum ergo arma alicuius magis approximantur seu assimilantur armis principis, dicitur ille esse maior in armis, & digniora habere arma.

Sicut videmus in domo de Borbonio, quæ habet tria lilia aurea in campo azureo: sed ad denotandum, quod est princeps seu rege nostro minor & inferior, habet cum illis bendam rubeam tendentem à dextra ad sinistram.

Sed unde hoc quod habet talia arma, cum descendenter ex rege Franciæ scilicet Ludouico, à quo descendenter Robertus eius filius, comes Claromerten. & ab ipso Roberto Ludouicus de Borbonio primus dux Borbonij? A quo quidem Ludouico descendenter Petrus i. dux Borbonij, & Ioannes comes de la Marche, & ab illo Ioanne descendit Ioannes de Borbonio etiam comes dicti loci, à quo descendit Ludouicus comes Vindocinensis, qui portat arma de Borbonio cum aliqua distinctione, quia in banda sunt tres leones argentei, qui sunt tantummodo politi, ad denotandum quod non sunt primarij, seu principales de dicta domo Borbonia: sed iam sunt descendentes, & filii secundogeniti, quia secundogenitus non portat arma plana, seu integræ domus principalis à qua descendit, ut dixi supra in 20. conclu.

Sic etiam ex Ioanne rege Franciæ descendit Philippus 3. eius filius, qui fuit rex, & exco orsus est Ludouicus comes Eboracensis. ex quo descendit Philippus rex Nauarra, ratione cuius originis reges Nauarra portant in parte scutis suorum armorum lilia cum banda argentea tendente à sinistra ad dextram.

Similiter ex prædicto Philippo descendit Carolus comes Alenconien. & iste Carolus, & alij sc̄e que nunc, ratione quorum, quia sunt de propria, & sanguine reali, portabant tria lilia aurea in campo azureo circumdata seu bordata vna bordaturae seminata ex besanis argenteis.

Eodem modo ex ipso Ioanne rege Franciæ descendenter duces Aurelianens. ex quo portabant pro arnis tria lilia aurea in campo azureo habentia desuper tria lambentia argentea, troy lambeaux dargent, in vulgari.

quod latius infra dicam in ult. par. in 17. & 59. const. vtebatur pro corum armis anguib. in campo azurco. habebant enim in parte superiori ramum visci quercini ei, yng ramicul de gnyg de chalne, & in parte inferiori unum cumulum paruorum, anguium, sive serpentium argenteorum, quasi tunc nascientium, qui vulgo dicitur conus de serpens dargent, vt hac forma seu pictura demonstratur.

### Augustudunensem Druidum insignia.



Anguum & visci ad eosdem apostrophe disticha.  
Querimus in omnes Druidi insignia a suis,

*Cugumum risco religione subes.*

Alexiensis etiam tunc habebant arma, seu insignia, in quibus erat bos aureus in campo viridi, exiens de nube argentea.

### Alexiensium insignia.



Effigiat bovis apostrophe disticha.  
En Deo ista suo posuit monumenta popello,  
*Cui flatur fides, nominis, cuiq. modos.*

Sed non mihi videntur habere apparentiā vetiatis prædicta arma Alexiensium. Cum Hercules Lybicus, quam Alexi. im construxit, pro insigni & armis vtebatur leone magno rubeo radente, & coronato, vt resert lo. le Maire in Illustrationib. Galiae, lib. i. c. ii. in si. post lo. Annim in 7. libr. Commentariorum ad Berosum. Vel potius dicerem,

quod Alcixenses etiam serpentibus sicut Hedui, & Bibraetenses in armis corum uti solabant, cū Hercules dictus angnifer, serpentarius, anguitenens, sive ophiuchus.

In sequendo vero modum Heduorum, & tanquam ciuii, & alumnus huissē ciuitatis, ballinatus, & dicecensis Hedenensis, pro armis habeo leonem, & eo in cisdem vtor: sed diuersimodè. Quoniam in armis nostrae ciuitatis est rubens in campo aureo, vt supra proxime dixi: ego vero cum bipartitum habeo, s. in parte superiori, aureum in campo azureo, & in parte inferiore pro alia media parte, azureum in campo anteō habētem per medium unum filatum argenteum, & in dicta parte superiori rapientem seu radentem super mola molendinaria argentea, & super illa cum rapacitate trascuntcm.

Et non mirum si iconē assumpsit in armis, cum tanquam Heduis insequor naturam Heduēsum, qui habent tertiam iconis faciem pro horoscopo suo, qua est martis, sed leo solis totus est domus, & sol ascendens significat, quod leonibus delectantur, cosquē pingunt in vexillis, tessellis, pistromatibus, aulaeis, & id genus vt iam dixi in Commentariis nostris super procerio confuetudinum ducatus Burgun. in gl. messire Ferry de Chigny. vbi cœlestes influxus siderum ciuitatis Heduensis describuntur.

Proseguendo tamen principale nostrum intentum post arma ducatus seu ducis Burgun. sunt arma ducatus Normādia, quae sunt, in campo rubeo duo leopardi aurici, & est secundus dux in regno par Franciæ, secundum institutionem regis Caroli Magni.

Et maior videtur in Normandia, qui habet leopardum pro armis suis in campo rubeo, cum aliqua tamen distinctione, puta aliquo addito, vel diminuto. Si tamen aliquis filius regis Franciæ haberet nunc ducatum Normandie pro appanagio, pro armis vteretur principaliter, & in parte dextra in quartelato, seu quadripartito superiori, & inferiori à sinistris liliis auricis cū aliqua difference à corona regia, & in parte sinistra superiori, & dextera inferiori ratione dignitatis & officij (quia par Franciæ) vteretur armis ipsius ducatus, s. duob. leopardis aureis, aut uno tātum, cum aliquali discrepancy, vt dictū est supra, aut per Bordaturā, bendā, aut alia, vt infra dicetur. Et quando talia arma accrescant filii regum Franciæ, cū dignitatib. vide Guil. de Montefer. in suo tract. in successione Regum, q. 2. ibi, & descendendo ad aliam partem huiusmodi dubij, an arma eidem Francisco accrescant.

Post istum ducatum etiam est alius ducatus (eu ius dux erat de paribus Franciæ in ordine tertius) qui dicitur ducatus Aquitania, & habet pro armis suis in campo rubeo leopardum aureum, de quo dicendum est, vt de praecedenti. Itcm similiter dicendum est de tribus comitib. secularib. pari-

# P R I M A P A R S

Antiqua Heduorum insignia.



Leoninarum faucium ac serpentum disticha  
Apostrophe.

*Nos Drius Herculeo finxit propignore vinclas,  
Hedua vincla fletit; vincla solutariauit.*

Fuerunt & tunc temporis multi ex Heduorum confederatis, qui anguib vrbabantur. Maximè Bibractensis (qui erant ex vrbe Bibractis, q̄ erat vbi Heduorum, & de clientele corū) & labebant in capo azurco duos angues argenteos in medio simul colligatos, & viperinis orbib. se implicates in modum laqueiamoris, dunt lacz damours, Gallicè, & capita corū elcuata quasi simul colligata, curvata à capite vsq; ad colligationē, & à colligatione media vsq; ad finē cāpi partis inferioris caudas lōgas, tenues, pēdētes, & in sine retortas, & in medio campi à quolibet latere prædictorū duorum anguium, duo capita aurea leonum, vt in frapater.

Insignia Bibracteorum.



Insignis huius ad Heduos disticha Apostrophe.  
*Cugustudunc cognatos anguib angues  
cerne, Bibractem dum liquet esse fidem.*

Druides verò Heduorum qui tunc habitabant in quadam loco, hodiernis temporibus mons Druidum dictus, distans à nostra ciuitate Heduensi per vnum milliare, vbi adhuc testant vestigia loci habitationis eorum : de quo

litura est quedam diminutio ab armis principatus. Et ideo cum nulla alia reperiantur apud nos nullia, qua sint principalia alicuius principatus, detur quod talis bordatura seu circumpositio & colore rubeo non debeat in cūdem armis apponi, sed quod fuit quedam additio in armis alicuius descendētis è domo ducum Burgund. ad denotandum differentiam inter principalia arma dominus ducis Burgun. qua debent esse plana, & descendētis, puta secundogeniti.

Sed quicquid sit, ego credo quod arma ducis Burgun. qua habuit & habebat Sanxon dux Burgun. tempore ipsius Caroli Magni Franciæ regis, erat cornuta sexpartita ex auro, & azurco aquatiter partito in campo rubeo. Et istud mihi magis videtur consonare veritati.

Erista arma sunt, & compertunt duci Burgun. non ratione originis, sed ratione paritatis, seu dignitatis, cum sit pētinus pat Fraciæ, & parium decanus. Et ideo videretur, quod descendētis excēs non deberent vii talib. armis, saltem nisi primo genitus ducis, si sic esset, quod essent donata ratione dignitatis seu paritatis. Sed potius videtur dieendum, quod sint arma patriæ seu principatus Burgun. & quod prīceps Burgundiæ, etiam ante tempora Caroli Magni talia arma portabant. Et istud credo verius.

Nos verò Hedui habemus nunc & à tempore ducum Burgun. in armis nostræ ciuitatis Heduensis pro capite scutum seu arma ducatus Burgū. ad denotandum nos Heduos velle esse subditos principi, & illi subiici & obedire. Cum in signum superioritatis sint superposita arma principis, prout supra dixi in concl. 25. quæ in c. licet vasallus habeat arma, &c. Et pro parte inferiori habemus leonem rubeum in campo aureo.

Audiuitamen à maioriibus nostris, quod alijs Hedui vtebantur pro armis ciuitatis, capiūbus aprorū nigris in campo aurco. & hoc ante rempora Philippi le Hardi ducis Burgun. Licet tamen ante aduentum Christi vterentur alijs armis, vt statim dicam.

Nam eo tempore quo ciuitas Heduorum erat principalis ciuitas, & caput Celtaarum, & quo Druides regnabant, & ipsi Hedui principatum sere totius Galliæ obtinebant, in capite armorum eundem ipsi Hedui habebant duo capitale leonum aurea, in campo azurco, & in inferiori parte habebant in campo rubeo tres angues argenteos in modum trium annulorum, seu circulorum inter secolligatos, & reuelatos, habentes & ponentes in ore corum caudas cum tali rotunditate, quod erant in gyrum, seu in figuram orbis, prout sequitur.

Hi autem Salij omnes iactatores quidam erāt, & laudatores armatorum deorum.

Nec hoc beneficio diuino soli Romani potiti sunt, sed & Franci qui habent sua arma cœlitus de infinita, quæ sunt lilia: & etiam vexillū, seu signum militare, quod Aurißlamnam vocant, de quibus Gaguginus super gestis Francorum lib. 1. in vita regis Clodouci ita resert: Non prateribo adijcere q̄ nullo certo autore, sed per fœrante ad hanc meam ætatem fama, vulgatum accepi, fuisse regibus Francis busones tres, nobilitatis quidem insignie, sed Clodouco Christianis saeculis hortatu Clotildis Burgun. cius vxoris Christianae initio demissum cœlo esse id, quod nunc reges gestant lilia aurea, quibus subest cœli fereni color, quem azurcum Franci dicunt. Huius miraculi fons testis ab incolis ostenditur, qui propœ diuini Bartholomæ monasterium (quod gaudiū ballis appellatur) habitant: de quo scuto amplius infra in 5. par. in 31. consider. Traditione est quoque pannum sacerdotum rubrum instar signi militaris quadrati, miro fulgore splendetem, diuinitus esse exceptum, quo in expeditionibus contra fidei Christianæ hostes pro signo Fraci reges tererent. huicq; vexillo non men Antiflammani haëc tenus permanuisse, diuq; à Dionysianis & nobitis asseruatum esse. Sed aburentib; signo aduersus Christicolas regib; illud euaniisse. Alterum tamen nō dissimili forma instauratum esse, quod ab episcopis & loci abbate consecratum inter lacra asseruatur. Sunt tamen, qui hoc celeste beneficium Carolo Magno collatum fuisse cōtent. Sed haec tamen de his, ad ancilia reuertamur, quæ forte his modis fieri potuerunt.

Quandoque etiam fiunt in forma quadranguli, ieu tetragone, & fiunt in modum tesserae. Cūm tessera Græcæ, Latinæ quatuor dicitur. vnde & id dicitur, quo d' omni ex parte quadratum est.

Noī nunquam certai apponuntur arma in clypeis, prout fecit Danid, qui fecit turrin ex qua peditabat in ille clypei omnis armaturæ fortium: vt habet nr Cantic. 4. Vtinam possem scire differentias illorum & quorum fuerint: & credo quod sic rūt insignia & arma mille magnatum, tam parentum, quam amicorum, aut sibi subditorum, quæ posuit in milles clypeis pendentib; ex dicta turre: & sufficeret mihi habere sensum literalem, in quo explicarentur arma seu in signia cuiusq; clypei, & relinquenter sensum moralem, allegoricum, & anagogicum dominis Theologis. Et licet in ultro interrogauerim de his, pro certo tamen omnes ignorant, & dicunt quod nunquam fuit talis turris materialis: quod non credo, cum de ea non fusisset facta mentio ad comparationem alteri? Nec istud est mirum. Nam teste Pl. lib. 35. c. 1. Ap. Claudius, qui cōsul cum Seruilio fuit, suorum clypeos iu sacro vel publico priuatim dicare primus instituit. Potius enim iu Bellona æde maiores suos, plausque in excelsō spectari, & titulos honorū legi.

Decorares tisque, si liberorum turbæ parvulis imaginib; seu nidum aliquem sobolis pariter ostendat. Quales clypeos nemo non gaudēs fauenſq; aspicit. Post eum M. Aemilius collega in consula- tu Q. Lucretij, nō in basilica modò Aemilia, verū & domui sua posuit: id quoque Martio exemplo. Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est (vt infra etiam dicitur) continebantur imagines (vnde & nomen habuere clypearum) non vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit à cluedo, plenam videlicet faciem reddi in scuto cuiusque qui fucrit visus illo. Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines, secundumque in castis tulere. Certè captis eis, tales Asdrubalis inuenit Q. Marcius Scipionum in Hispania vltor. Isq; clypeus supra fores Capitolinae adis visq; ad incendium primum fuit. Maiorum quidem nostrorum tanta securitas in ea re annotatur, vt L. Manlio, Q. Fulvio consilibus M. Aufidius tutela Capitolij redemptor docucrit patres, argenteos esse clypeos, qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabatur. hæc Plin.

Clypei autem sunt maiora scuta, & peditū tantum, vt docet Scrutius. Scuta equitum. vnde Liu. lib. 6. Clypcis ante Romanii vñi sunt, deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecerit, dicitur clypei, quod celeri rotum corpus, & possum duci in vulgari, tagte ou espauoir. vcl à glypo, & melius, i. sculpi deriuatur, quasi glyptos, hoc est, sculptus. Scutis enim, qualib; apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypearum, vt restis est Plin. loco prælegato, & fiunt sub quacunque figura.



Vmbo vero diciatur media pars clypei eminentior, licet quādoque prototo. Parma vero scutum rotundum dicitur, q̄ è medio in omnes partes sit par, & ē breue, quo pedites, & expediti milites utrebantur. apud nos dici potest, bouclier. Pelta vero scutum breuissimum in modum lunæ iam mediæ. alijs vero, & aliter fieri possunt scuta sub diuersis formis, vt inferius patet. Exagesima conclu. Arma pinguntur & fiunt. Sunt ex metallo aut ex coloribus, aut ex pennis, de pennis Gallicæ, secundū Armoristas. Et quantum ad metallæ, tantum sunt duo, ex quib; depinguntur, & effigiatur arma seu insignia, aurum s. & argentum, que pinguntur in colorib; aureis, seu flaviis, & albis, & sunt alij quatuor colorcs, prim⁹ quæ azurum vocant, azur, secundus estrubeus, gueules, sinopis sinoble, & alij sinople, qui est viridis coloris, tertius & quartus est niger, q̄ dicitur sable, & de his

# PRIMA PARS

buss Franciæ, videlicet de comite Flandriæ, qui habet in campo aureo leonem nigrum.

Et de comite Campaniæ, qui habet in campo azurro potentiam contra potentiam auream, potence contra potenciam dor, Gallicè, cuin benda argentea.

Itein de comite Tholofano qui habet in campo rubeo vnam crucem auream, & supra illam apolliam crucem rubream.

Ex prætaxis infertur, quod habentes aliquid de dictis armis in patria post arma Principis, illa sunt principaliora, & ipsi dicuntur excellentiores & digniores: & sic consequenter secundum quod approximantur maiorib. maiores reputantur, per glo. notabilem in di. s. alias. inst. de bonorum possessionibus & magis honorari & priuilegari debet, vt dicit al. Vnica. C. de præpositis laborum. lib. ii.

Sunt & fuerunt plures alij principes in Gallia habentes alia. arma antiqua ratione & ex causa antiquitatis corum domus & familiæ, vt sunt illi de Fuxo, qui dicebantur comites Fuxi, de foyes Galliæ, & habebant pro armis suis in scuto quartelato, seu quadripartito in prima parte superiori & ultima inferiori ex auro duas vaccas rubeas itinerantes, seu tranfuentes, & in alijs duabus partibus palos aureos & rubeos.

Erfic nobiles qui in dicto comitatu vtūtut pro armis suis, aut vaccis rubeis, aut palis prædicti coloris magis approxiñari, seu attinere videntur domini illius principis quam alij, & sic maiores censendi sunt.

Etiam comes Arminiaci scutum quartelatum argenteo & rubeo, pro armis gestare solebat, cuius scuti prima pars superior, & ultima inferior erant argenteæ cum duob. leonib. azurcis. Alia autem in duas partes scuti crant rubeæ, cum duob. leopardis leonatis. Ex quo qui adhuc illis, aut aliqua potestate contenta in illis, vtuntur, maiores & honoratores alij in illo loco esse dicuntur.

Sic etiam in ducatu Mediolanensi, vera & antiqua arma ipsius sunt serpens, seu coluber azureus in campo aureo tenens in ore puerum nudum rubri coloris. Et qui ibi illo colubro vtuntur in armis, de primisibus illius ducatus, & de familia duum ortum habere dicuntur, vt sunt Vicecomites.

**Q**uinquagesima nona conclusa. Arma seu insignia quandoque sunt pingüta, aut figurata in scutis, non unquam in clypeis, interdum in parmis, quandoque vero in tessera, aut alijs. Sed sunt scuta diversis modis, aliquando in forma trigonali, triquetra, seu trianguli, quæ tribus lineis constare videtur, vt sunt magis communiter apud nos hoc modo.

Licer videatur, quod scuta fieri decheant in forma rotunda ad modum scutelle, quæ sit rotunda, & concava, vnde videmus, quod moneta aurca,

qua est rotunda, in qua imprimitur arma principis dicitur, & vocatur in vulgari numero scutum, quia est rotundum, & olim arma (vt videre est) nullibi siebant, nisi prius facta rotunditate, in qua in rotundate pingebantur, & scutum

ta armigerorum quibus se defendunt, sicut antiquitus, & adhuc vt plurimum sunt rotunda, inde in Gallico dicuntur rondelles, & sic sunt biculata.



Quandoque vero sunt non rotunda, sed ex vitro que latere recisa: ita quod nullus angulus videtur potest, vt sumum insimum, eius latitudine percutat, & dicitur arcile.

Alij describuntur aliter ancilia scuta,

& dicuntur secundum eos, quæ oras, id est, extremitates habent in similitudinem laborum seu cubiti, in quo est decens flexura, seu curvatura brachii. Fertur regnante Numa Pompilio breue scutum de celo lapsum, quod pestilentiae remedium fuit, quo ciuitas laborabat tunc: de quo Ouid. lib. 4. Fast.

*Ecce leni scutum versatur leviter aura,  
Decidit, à populo clamor ad astra venit.*

Et libro quinto:

*Atq[ue] ancile vocant, quod ab omni parte recisum est.  
Quaq[ue] oculis spectat, angulus omnis absit.*

Confulti deinde aruspices responderunt ibi futurum totius orbis imperium, vbi scutum illud seruaretur. Licet alij dicant vnam editam vocem de celo de hoc, quo accepto respicio, & honoris gratia, & quo ide in tutius seruaretur, ne ah hostibus surripi, seu internosci posset, Numa Pompilio duodecim alia ad similitudinem eelestis illius Mamurio fabricari iussit, quae fuere in templo Martis deposita. Et cum duodecim sacerdotes expatiis spectatissimos iuuenes Numa ipsi Marti Gradino delegisset, illi que dedisset insignia, tunica pictas, & super tunicas æneum pectori reginens, sit ipsa celestia arma, quæ ancilia nominantur, suspensa collo abillis per urbem portari, cum salutat, tripudij carmina decantari: & Salii dictis sunt altu. Vnde Ouid.

*Iam dederat Salii à saltu nomina dicta,  
Armaq[ue], & ad certos verba canenda modos.*

Hic color cōparatur conchis, vñionib. margari tis exluminatis, hoc est perlis, quæ sunt lapides pre ciosi. Denotat infantiam à 7. annis vñq; ad 15. cōparatur luna, denotat spem, in eo figuratur dies lunæ, & in cōplexionib. significat hominē phlegmati cū, denotat integratē. Nam solus hic color sicut rūs, candidus, purus & mīnime inquinatus est. Itē & per argentum eloquentia de signatur c. legim⁹. ver. legitur 37. dist. de quo in præced. confid.

**S**Exagēsimatertia concl. Color rubeus, qui figu Stratignem, qui est super alia elementa, & nobilius elementum est, & corpus post sole secundario luminosum, & p̄g eius nobilitatem nulli licet por tare vestes comptas seu tintas eius colore, vt le. 2. 4. 5. de vestib. olōb. li. ii. vbi exp̄ressè dicitur, quod dictus color est nobilior alijs.

Hic color rubeus multos colores comprehen dit, sanguineum, croceum, aureum, austrinum, fuluum, flauum, tubidum, phœnicium, rutilum, Intenm, spadicum. Hi enim colores rubei seu rufi coloris sunt, vt aequentes eum, quasi incidentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro insu scantes. Gel. lib. i. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter oſtrum, aliter erocum: has singu las iuſtivariates latina oratio singulis proprijsq; vocabulis non demonstrat, omnia ista significat vna ruboris appellatione.

Hic color æquiparatur lapidi precioso qui dici tū rubeus, rubis gallicè, significat audaciā, altitudinē, virilitatem, in homine à 35. an. vñq; ad 50. æ quiparatur Choleris, denotat charitatem. Marti comparatur & diei Martis. Alij dicunt diei fabba thi: de quatuor elemētis igni: de duodecim signis Arieti, Léoni, & Sagittario.

**S**Exagēsimaquarta concl. Trcs colores supradisti multum placent, & sunt commēdabiles in armarijs, quoniam vñ habetur Canti. 4. Dilect⁹ me⁹ candidus, & rubicundus, caput eius aurum optimū. Ecce ergo quomodo inter colores aurū cōst̄ preciosius, & debet esse in superiori loco, scapite, vt dixi supra in 6. concl. Sed an color azureus sit p̄ se rendus argenteo seu colori albo, vide in cōcl. seq.

**S**Exagēsimaquinta conclu. Nobilior color post Strubecum est azureus, qui sortè cœruleo dicitur. Per eum enim figuratur nobilis aer, qui est corpus transparens, & diaphanū, & maximē receptuum lucis, & est elementum sequens postignem nobilius alijs. Vnde prædicti colores propter id quod repræsentant, dicuntur nobiliores.

Comparatur iste color Sapphiro, qui est lapis preciosus habēs multas virtutes, & singularitates in se, de quib. p. G. Benedicti. in d. sua rep. c. Raynius. in verbo, duas habens filias, nume. 114. & 115. de testamentis. & dicam infra in 5. part. in 22. consideratione.

In virtutibus verò denotat pulchritudinem, ca ſtitatem, humilitatem, ſanētatem, & denotio neam, vt dicit ibi G. Benedicti: & puritatem à 15.

annis vñq; ad 25. Aequiparatur sanguini, seu homi ni sanguineo. Figurat louem tanquā sit color coeli, & denotat iuſtitiā. Hæc omnia sunt dilucidāda in laudando aliquem in armis suis. Alij aliter dicunt in metallis, & complexionib. capias diuersitati secundū varietates morū hominū. De colore tamē azureo, & eius excellētia scribit Joan. Ludo. Viuald⁹ in suo trāct. de vita animæ ſenſitua. articulo. de laudib. ac triumphis triū liliōrum Frāciae. q. 1. & H. Benedi. in sua repe. c. Ray. in verbo, duas ha bens filias. nu. 113. vñq; ad nu. 114. vbi dicit, quod p̄dicti tres colores, rubeus, & aureus sunt nobiliores colores in armarijs & insigniis.

**S**Exagēsimasexta concl. Color niger est infim⁹ Nā prædictis, q̄ magis appropinquat tenebris, ex quo per contrarium colores qui magis appropinquant luci, sunt nobiliores, vt dicit Bart. in d. trāct. de armis, quoniam, vt dicit Arist. in libr. de ſenſu, & ſenſato. Colores sunt aut magis, aut minus nobiles, secundū quod magis appropinquant albedini aut nigrinū: ex quo sequitur, quod color niger est infimus ab alijs omnibus, & niger proprie fuscus dicitur: est enim contrarius albo. per trāſlationem tamē quandoq; ponitur pro malo: vnde Iuuen. Nigrum in candida vertunt. Solebat enim priſci quod bonum, & laudabile erat creta, vel albalinea notare: contra, quod turpe fuisset nigrō signabant. vnde Persius: *Quæcumq; ſequenda ſor tent, & quaeritanda viciſſim, Illa prius creta, mox hac carbone notaſi.*

Et dicitur in Commento Valerij maximi, in ti. de his, qui ex inimicis coniuncti sunt amicitia. ſuper c. i. vt color niger tristern, ita candidus latum facit. Funesti homines atra, hoc est, nigra veste induuntur, qua sine dubio tristitiam repreſentat: contrà dignitates petentes candidati erant, i. can dida veste induiti. dicitur tamen Canti. 5. quod ad laudem Virginis Mariæ intelligi potest: Comæ eius ſicut elate palmarum, nigræ quasi coru⁹. Nam ibi Canti. i. habetur. Nigra ſum, ſed formosa. Ad hac faciunt dieta in 17. concl. ſuper ver. & licet color niger. Hic enim color affimilatur adamanti, a vng. dyamant, qui cōſt̄ lapis pretiosus, & ſignificatur per hunc colorē melanocholia, ſimplicitas & decrepitas, ſeu in oris, & inter planetas denotat Saturnum, inter virtutes prudentiam, inter dies diem Veneris, inter metalla ferrum, ex quo confe citur nigrum, inter elemēta terrā: hinc est p̄ in ar maria dicitur ſabulū, quod armariſtæ vocat ſable.

**S**Exagēsimafeptima concl. Ex quo viridis color non multum participat de nigro, non est ita infimus ſicut color niger, licet non ſit ita nobilis, ſicut alijs colores: prater nigrum. Tamen, vt quidam volunt, quia non numeratur inter quatuor elementa, est minus nobilis color: ſed ſolū ſignificat ligna, prata, plantas, campos, arbores, her basque viridantes. Comparatur latitiae, & iuuentuti, & est ſimilis ſmaragdo lapidi precioso. Et di

## PRIMA PARS

his omnib. sex fit unus aliis color mixtus, qm in armaria dicitur purpureus. Sunt & in armaria duæ penna, scilicet hermines, & vair, & à nonnullis balius colot dicitur, & de uno quoque in conclu. seq. dicam.

Aduerte tamen prius ad vnum, quod aurum secundum Polydorum Virgilium de inuentoribus rerum lib. 2. c. 19. in prin. vt Plinio placet, Cadmus Phœnix ad Pangum montem inuenit, secundum alios Thoas, & Eäclius in Panchaia, aut Sol Oceanii filius. Argentum verò Eriethonicus Atheniensis a Cecus. Sed magis placer Polydoro ad Pangum montem Thraciæ hæc metallæ primùm inuenta fuisse, cum ibi teste Herodoto lib. 7. aurum & argen. maximè abundant.

Colores verò primùm inuenit Cleopantus Corinthius, secundum Polydorumeo. libr. c. pe. circa fi. Et de excellentia colorum scribitur infra in vlt. par. in 93. consid.

**S**Exagesima prima conclu. Ex metallo quod aurum dicitur, quia preciosissimum est, fit color aureus, qui est nobilior ceteris respectu rei quam representat secundum se. Per eum enim representatur lux. Si quis velle figurare radios solis, qui est corpus magis luminosissimum, hoc non posset congruentius facere quam per radios aureos. Cōstat autem quod nil lucce nobilius, epistola inter claras. C. de sum. tri. ibi, nihil est quod lumine clarior præfulget, & auth. habita. C. ne filius pro parte ibi. totus mundus illuminatur. Et ideo in sacra pagina pro re maximæ excellentiæ figuratur, vt Ma. 7. Fulgebunt iusti sicut sol, & Ma. 23. Replender facies ciui sicut sol. Et propter ciui nobilitatem nulli licet portare vestes auricas, nisi principi. l. 2. C. de vestib. oloberis, & auratis, lib. 11. & habetur Ps. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et paulo post: Omnis gloria eius filii regis abim⁹ in fimbrijs aureis circumamita varietatib.

Vnde secundum Isidorum aurum dicitur ab aura, id est, splendore, ut dicit lib. 16. c. 17. vel habetur de natura rerum, quod aurum est in corporibus, sicut sol inter stellas. Sol autem dicitur rex stellarum, & lunæ carum. Sic aurum est rex corporalium rerum, & mensura omnium. Et plenè de eius excellentia ponit G. Benedicti in sua repe. ca. Ray. in verbo, duas habens filias, à nu. tio. vsq; ad nu. 170. de testamento, & dicam infra in 5. part. in 31. conclu. & in fina. par. in 93. consid. Et hoc mettallū seu hic color inter planetas significat solem, assimilatus topazio, qui est lapis preciosiss., & in rebus mundanis figurat diuitias. In extatibus denotat adolescentiam à 25. an. In virtutibus Theologalibus fidem, sapientiam, fidelitatem, & multas alias, quas declarat ipse G. Benedicti in loco supra alleg. Et refert Cœlius lib. aurum antiquarum letationum 4. c. 24. in fi. aurum esse sapientiæ, argentum verò naturalium notitiam. Porro, inquit, il-

lud autem est omni censi maius, quo ab Hebreis Aegyptios fuisse spoliatos, sanctæ produnt literæ. Etenim sic aurum nomine Christianæ veritatis allatores diuinorum cognitionem inrelegunt. Vt argumentum symbolice scientiam rerum à Deo condatarum signare tradunt. Porro in Apocalypsi Ioannes Theologus & diuinitatis intimus, & sine patre contemplator, ac, ut sic dixerim, à secretis, vbi aurum ignitum censeretur mendum, non alius quam ipsum hoc intelligendum prudentibus reliquit. Sed & magie illud aurum infans oblatu Christo, non aliud (vt opinatur Cœlius) habuerit sensum. pro quo allego text. in cap. legimus. ver. magi quoque 37. dist. & ibi Are. quia it, quod in auto- stedit regis potentia, & inter dies dominicæ dīem, atque vt finiam, inter alia aurum cunctis corporibus nobilius est, & rex corum ac dominus: nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corruptitur aut minuitur, nec comburunt illud sulphura, quæ alia comburunt corpora. Natura quippe eius & complexio recta est, ex qua maximè in hoc denotat, & figurat constantiam. Hæc sunt ex quibus laudantur homines gestantes talia arma.

**S**Exagesima secunda conclusio. Inter colores in compositione armorum accipimus pro secundo metallo argentum, quod argyrion Græcæ dicitur: vnde argyrapidas dicimus eos, qui argentea seuta ferunt, sicut chrysapidas ab aureis clipeis Lampr. Alexander Imperator Romanus non folium fecit chrysapidas, sed & argyrapidas, p quod argentum representatur color alb. seu candidus, p quæ figuratur aqua, quæ est post actem nobilis elementum: eo quia in armaria approximatibus lucentibus, seu magis appropinquat luci, vt dicit Bar. in tract. de armis. in 5. col. & omnes colores suscipit, & non suscipitur ab alijs. l. 3. C. de vestibus olob. li. ii. & denotat victoriam, ex quo triumphates vestiri debent indumentis albis, vt dixi ante 39. conclu. vnde sancti qui per fidem viceerunt, vñ fuerū à Ioanne flantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, Apocal. 7. Et Christi videntia in eius transfiguratione facta sunt alba sicut nix, Mat. 17. Mar. 9. & Luc. 9. in c. quod quidam 1. q. 1. Et cum hoc significat puritatem & innocentiam. & habetur Mat. vlt. vbi dicitur de Christo, q. apparuit in resurrectione in vestimentis albis sicut nix, ut purus, innocens, & viator. & Ioan. vlt. c. dicitur, quod Maria vidit duos angelos in albis, sedentes in monumento, vbi positum erat corpus Iesu. & Acto. 10. dicitur, quod angelus stetit ante Pe-trum in vesta candida.

Nec præter secundum, argentum, autore Plinio, quam aurum militari bus signis suis familiarius, quod longius fulget. Et licet sit alius color nobilior, tamen ponitur hic pro secundo, eo quia est metallum, ex quo non videntur arma esse bene conuenientia immo falsa, nisi sit in scuto atmorum unum ex metallis, prout statim dicitur.

rent, & an essent falsa, nec ne, scirent causam rei, & inquirerent quare sic portaretur, vt exinde memoria foret perpetua de tali victoria: vnde propter hoc non reputantur falsa, sed sunt vera, & q̄a princeps ita voluit, non est amplius disputandum nec improbandum quod fecit, ne erimine sacrilegij notati simus, iuxta l.2. C. de cri. sacer. Vbi autem aliud portaret metallum supra metallum, aut colorem supra colorem, reputarentur arma sua falsa, vt d. est.

**S**eptuagesima concl. De duabus pēnis, de deux Spennes gallicē, qua sic nominantur in armaria, vna dicta est vulgariter Vair, hoc est varium, altera hermines. Vair verò habet quendam colorēm qui dicunt Bleu, & alium colorēm album (quia ex argento & azureo sit). Hermines est in modum albi & nigri (quia ex argento & nigro sit) sed magis participat de albo quam de nigro.

rem. Imo etiam crux extraneis, & Iudeis quandoque prodest. Facit quod dicit gl. in e. postquam in ver. interemptionis. de conf. dist. 4. dc Iudeo qui signauerat, scū supra fc posuerat signū crucis, cui Diabolus nocere non potuit, sed dixit: Iuueni vas vacuum, sed signatum. De qua historia loquitur Pan. in c. quod quidā de poen. & remiss. Alias duas virtutes signi crucis ponit Io. de Turre. in d. ca. Ecclesiasticarum. quia virtus est contra vitiorum testamenta, & ut diuinæ benedictionis dexteram homo consequatur. Sieut Ephraim cōscutus est benedictionē cæcellatis manib. Iacob, in modū crucis super eū. de quo infra in seq. cōcl. Et de benedictione crucis Christi habetur Sapien. 14. in prin. & dc cīs inuentione eleganter scripsit Polydor⁹ de inuētorib. rerū. lib. 5. c. 6. in fi. Helena (inquit) mater Constantini imperatoris, religione insigni a pietate mulier, p quietem monita Ieroſolymam petiit quæsumū dominicam crucen, vnde huniāna salus pependisset. Ita fortè accidit, ut Veneris simulachrum eo esset loci ab impijs orthodoxæ fidei persecutorib. collocatum, quo omne dominice passionis monumentū aboleretur: Christiani, Venerē loco Saluatoris adorarent. Ceterū loco rudetib. purgato, crux reperta est, & cum illa duqalig, vnde duo pependerat latrones. Sed titul⁹ ille, Iesu Nazarenus Rex Iudeorū, & si vetusta p̄p̄modum abolitus, indicio suit ut crux vera agnosceretur, quæ admota mulieri defunctæ vitā illico resstiruit. His & in viciniorib. sibi parte retributionem Constantinus princeps motus, edito veniuit quenquā deinceps eo crucis supplicio necari. Sic res, quæ antea mortalib. p̄bro fuerat, veneratio in æc. honori esse, & haberi coepit. Id postea volucrū Theod. & Valen. seruari, qui (ut supra in prin. dīctū est) lege prohibuerunt signum Saluatoris in solo vel in silice, aut in marmore humi positis insculpi, ne s. hominum pedibus calcaretur. Vnde importunum, & contra religionem videre est, p̄ssim hodie in templis signum illud, id est, no mē ipsius Salvatoris in ære vel lapidib. quib. mortuorum sepulchra teguntur, incisum. Itcm erueces ac diuiniū imagines impressas, quæ assiduis calcantum vestigijs obtrita latè resplendent.

**N**Onagefima nona & penultima conclusio sit talis, quod Crux Christi multipliciter figurata fuit in veteri testamento.

Primo reperitur figura in signo Thau, de quo dicitur Exod. 12. quod cum anglus primogenita Aegypti debcret occidere, p̄ceptum est filiis Israhel, ut de sanguine agnivtrunq; postem liniret in modum Thau literæ, que facta est in modum crucis. Nam & Thau Gallicum positum inuenies pro cruce apud celeberrimos authores, quam ad eum construere modum Galli consueuerant. Author est Cœlius lib. antiquarum lect. 6. c. 8.

Itē secundō Ezech. 9. vbi propheta legitur audī usse dominum dicentem ad virum vestitum li-

neis

## P R I M A P A R S

patte superiore super veste hominis, put hie proxime decisum est: & ibidem ulterius fortificat Bar. prædicta, ponendo aliquem velle fetibere Latinæ inspeculis alieuius, quod absque dubio incipiat à parte sinistra, quoniam illo respōsum legēdo erit dextra, ut ample demonstrat, & supra ostēsum est.

**N**onagesima quarta conclu. Secundum eundem Bar. loco quo supra literæ & arma semper debent incidi in sigillis per conuersum, quando fit sigillum ad finem imprimendi in ceram vel aliam materialm, & remanet rectum, & sic inspicciendus finis ad quem sit, non id quod fit, & sic sit in eo quod vulgo dieimus vng cachet, aut in ligneto cuiusvis persona, quibus signantur seu sigillantur literæ missiva. Si tamē in aliqua re incideretur, insculperetur seu confiare tur non ad sigillandum, sed vt sic est & remanet, tunc directe incidi, insculpi seu confilari debet.

**N**onagesima quinta conclu. Arma quandoq; depinguntur in elyceis, & tunc etiā pars clypei quo secundum naturam portandi respicit lat' dextrum. Illa enim aliūmitur vt potior, ita quod dignior pars armorum debet illam partem trespicere, vt ex his, quæ supra dicta sunt, patet.

Interdum arma portatur & depinguntur in cooperatorijs equorum seu phaleris, & tunc sive sit à dextra parte sive sinistra, pars nobilior respiceretur debet caput equi. Monstrorum enim & abhorrenorum est, quod unus caput equi respiceret, & aliud caudam. Hoc autem quod nulli licet, magis accideret, & cum deberent stare in fronte vel in croupa seu cauda, tunc latus dextrum respiceretur secundum ea quæ supra posita sunt.

Nonnunquam arma depinguntur in cooperatis sive operimentis tectorum domus, vel quotumque ædificiorum, & tunc deberet inspici ea res in qua deberet depingi, cum stat in suo proprio esse.

In cooperatorijs lectorum sunt quædam partes, quæ circa lectum iacent, quædam quæ planæ iacent supra, & in parte iacenti forma pingendi sumitur à forma hominij iacentis in lecto: in parte vero pendente in loco assimilitur forma pingendi armæ à forma hominij recte iacentis seu extantis, vt sit in peristromatibus sive aulaeis, cortinis, conopeis, tentorijs sive velis, & papilionibus lineis, vel lanceis, seu bombycinis, qui toto circundantur ad areendum eulices & museas.

**N**onagesima sexta conclu. Arma ēt quandoq; insculpuntur, depinguntur, & figurantur in muris, parietibus & alijs locis stabilib. & firmis: & tunc secundum eundem Bar. in loco sāpè allegato: aut locus, in quo depinguntur si habet vt paries, & tunc consideratur, quod paries voluat faciem illam versus nos, & sic latus dextrum parietis cognoscetis, & sic facies pars nobilior armorum voluantur versus partem dextram.

Quod tamen limitat Bar. ibi, nisi ex causa: puta

si in medio vnius parietis depingatur statua principis aut eius arma vel alterius magnifici: tunc a lix imagines vel arma, quæ ab vtrahq; parte depinguntur, debent illam statuauit vel illius armare pīcere, non inspecto à dextris vel sinistris voluant, ad similitudinem trium hominum circa dominum existentium: homines enim se voluant versus eā pro quo vide supra in 25. conclu. quæ incipit, licet vasallus. Et practica istius limitationis euīq; redit intentu patet apud Diuinationem in ingressu, & supra portam hospitalis sancti Spiritus, ubi armatum Burgū. in medio sunt collocatae, & pīcta, plāta; alia arma magnatum, & heroum à duob. latrib. circumstante pīcta.

**N**onagesima septima conclu. Silocus ubi pīgitur habet se vt ecclēsum, veluti camerā aulae, tunc cognoscēdum est vbi dieatur caputale seu cameræ, postea finge hominem iacentem & vultum versus nos voluenter, ex quo confideranda est pars dextra & sinistra, & sic modus deprendi cognoscetur, & ingressus. Si vero locū pingendus haberet se, vt terra, tunc eodem modo considera caput & pedes, & effinge hominem ac tem ibi, & voluenter vultum versus nos, & tunc cognoscitur dextra & sinistra, ex quo inuenientur modus deprendi rationabilis. ita dicit Bar. tractat de insignibus & armis in fine.

**N**onagesima octava conclu. Non licet aliquid signum portant Christiani. Signū enim distinctivum est seruorum Dei Iesu Christi domini nostri. Vnde Damasee. Hoc nobis signum datum est super frontem, per ipsum enim sideles ab inhibet. distamus & cognoscimur, hoc certe est signum Dei viui, quo signatur serui Dei, de quo loquitur Apo. 7. Vidi angelum descedentem ab alto, habentem signum Dei viui, & clamauit vox magna quatuor angelis, quib. datū est nocere terra, & mari, dicens: Nolite nocere terra & mari, que arborib. quoad vsque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Et in omnibus negotiis nostris semper præponimus signum erueis, etiam in bello, vnde Eusebius libro Ecclesiastico huius. author est, Constantimum imperatorem die quo cum Maxentio tyranno, & leuisissimo Christianorum persecutore ad pontē Milii non pro ab urbe Roma cōflixerit, seteno puroq; ecclō cruci vidisse, eamq; adorasse, ac audita superna vocem,

Constan-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

37

petit. Peperit enim ei gloriam, de qua habetur ad Hebr. 2. Vidimus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Peperit inquit gloriam crucis crucifixos, sicut scribitur ad Philip. 2. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. Hanc quia gloriam huiusmodi illi à Deo asumpto peperit, & nobis insuper vitam & gloriam aeternam contulit, gloria esse promeruit. Ideo crux Christi honoranda, collaudanda, & a Christianis gloriificanda probatur. Sed querit ibi Petrus, an sit adoranda? Et dicit quid non, adoratione latraria, quia dicitur cultus soli Deo competens: quia habetur Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ratio, quia sicut ordine ipso creationis creator creaturae, quae creauit, meritio iusteque praesertim: sic decebat ut prelatio ipsa aliquo signo congruo signaretur. Signatur igitur prelata creaturis deitas sacrificiorum signo: signatur isto, signatur multiplici quod nunc agitur Christiani populi sacramento. Nisi intelligatur quod adorare id est, & tantum importet quod venerari honore Deo debito: & hac adoratione adoramus Christum, non tantum Dei sed & hominis filium. Adoramus & crucem, immo in cruce ipsum (qui Deus & homo est) crucifixum. Neque quantuni in ipso est, aut lignum colimus, aut lignum adoramus: quia soli Deo est seruendum ipsum adorando, ut ante dictum est. Sed dum crucem (ut ait Petrus) me adorare dico, crucifixum dominum Deum meum esse, meq; illi soli seruire debere profiteor. Et iuxta istum intellectum ecclesia catholica laudabiliter devotione se adorare pronuntiat non solum crucei domini, sed & passionem eius, mortem, ac resurrectionem, atque ascensionem. Siccum dicimus mortem domini, resurrectionem, ascensionem adoramus: hoc est dominum mortuum, resurgentem, ascendentem: aut dominum, qui mortuus est, qui resurrexit, qui ascendit, adorare nos profiteamur.

Et per ista infert Petrus, ibi, quod hoc priuilegium crucis dominice datum est, ut in creaturis sola post filium hominum, qui & filius Dei est, adoranda esse creditur, quatenus in morte domini, quam in cruce passus est, sine in summamque salutis humanae constituta esse sciamus.

Reperitur & aliis adorationis modus, quo humana hominibus, impendenda reverentia tantum signatur. Et ista adoratio dulia vocatur, & impeditur homini, vel angelo. Hoc magnus ille patriarcha Abraham adorauit populum terrae, filios videlicet Heth, de quo Gen. 23. Hoc Loth (testimonio quoque Petri apostoli) iustus, subueriores Sodomotum angelos adorauit. 2. Petr. & Gen. 19. hoc fratres Joseph, cum prostrati adorauerunt. Ge. 50. Hoc Ioseph Princeps militiae domini angelum. Ios. 5. Hoc propheta Nathan Daniel regem. 2. Reg. 1. Hoc fortassis, & si malum, Nabuchodonosor prophetam Daniel adorauit, ut Dan. 2. scribitur. Neque e-

nim credendum est sanctos homines, vel sanctos Angelos cultum soli Deo debitum, aut hominibus impendisse, aut sibi impedi aequanimiter tolerasse. Vnde clarum est modum hunc non esse adorationis diuinæ, sed venerationis humanæ: nec esse singulare illud insigne deitatis, sed officiosam, & communem exhibitionem honoris. Sed speciale illud omnem creaturam refugit, generale istud tam creatori quam creaturæ rationali inferuit. Nam irrationali honorem vel modicum exhibere, & autoritas prohibet, & ratio dissuaderet. Cum tamen vel sanctorum pignoribus, vel sacris locis, vestibul, vel vasibus, vel quibuslibet huiusmodi reb. honor, & reverentia deserunt, non quia sunt insensibilia, pulchra, suavia, preciosa, vel quolibet modo corporaliter hominii, accōmoda, fieri creditur, sed quia Deo, vel sanctis eius perpetuo cum eo vietur, in his honor congruus exhibetur. Si igitur & hoc nido crux domini adoranda, id est, honoranda suscipitur, nec impium est, nec erroneum, sed pius, & salutiferum. Pium, quia à rectâ fidei tramite non discordat. Salutiferum, quia saltem pīs adoratoribus seu veneratoribus comparat. Licet ergo primo vel secundo modo crucem domini adorare, ut in primo non tam ipsa quam Deus adoretur, in secundo non tanq; ipsa quam Deus honoretur: illo modo colatur in cruce crucifixus, isto veneretur in ligno author eius, illo cultus diuinus ipsi Deo & crucem exhibetur, isto cōmuni multorum honor per eandem erucem eidem Deo, cui debetur honor & gloria, impendatur.

**C**entesima, & finalis conclu. edoceat quō signum crucis fieri debeat. Circa id in primis scitu dignum est, & ex notatis p Hugo. in suo apparatu, & Guillelmum Durandi in suo rationali, Ioannē de Turrecremata in c. Ecclesiasticarum II. diffin. colligit tres differentias in signo crucis faciendo.

Quidam enim (ut dicit) signant se à fronte ad dextram & inde in sinistram, propter tres personas Trinitatis, quæ in ipsa signatione crucis nominantur. Et ita isti signum crucis in forma quadam triangulari perficiunt, sicut erat signum Thau: de quo in praecedenti conclusione dictum est.

Alij verò in figura quadrangulari signant & muniant se signo crucis, à fronte deorsum facientes signum crucis ad designandum descendens filij ad terram, secundum illud: inclinavit coelos, & descendit. Deinde transiit in dexteram, & de dextera in sinistram terminando ibi signum crucis: rū ad designandum, & aeterna quæ per dexteram, temporalibus, quæ per sinistram significantur, anteponendis sunt. Tum ad deum onstrandum, & Christus de ludeis ad gentes transiuit.

Alij verò signando, signum crucis incipiunt à parte superiori, quæ partē signat, deinde decidunt ad inferiorem, quæ mundum designat, posita à sinistra, quæ infernum significat, producent ad dextram, quæ coelū denotat, & ibi signum terminant,

K nant,

## PRIMA PARS

ncishabentem atramentarium scriptoris iulum-  
bis suis. Transi per medianam ciuitatem, & signa  
Thau in frontib. eorum virorum dolentium & ge-  
mentium. Post hæc dicit septem viris: Trâsite per  
medianam ciuitatem, & persecutite omnem sup quæ  
non videritis Thau, nemini parcent oculi vestri.  
Tertiò figurata fuit in cæcillatione manus Iacob  
super Ephraim & Manasses. Legitur enim Gen. 48.  
quod cum Ioseph applicuerit Manassen & Ephra-  
im ad Iacob, statuens maiorem ad dextram, & mi-  
norem ad sinistram, ut eis secundum ordinem be-  
nediceret. Iacob manus commutans in modum  
crucis cancellans dexteram super caput Ephraim  
minoris, & sinistram super caput Manasses maio-  
ris, & ita benedixit illis. Porro qdæ de cruce mentio  
est, nō graueum pimerit hinc, quæ in primis studio  
forū digna aurib. arbitramur, ex monumentis ex-  
cerpta clarissimis, pricipiæ ex Cœlio loco superi  
citat. Siquidem traditum est (inquit Cœlius). ab  
Arabit. crucis figuræ videri ceteras quotquot sint  
præstare, quoniam superficies prima cruce descri-  
batur. Sic enim in primis longitudinē habet at-  
que latitudinem, primaq; hæc figura est omnium  
recta quā maxime, constansq; rectis angulis qua-  
tuor. Effigies vero cœlestium, maximè per resti-  
tutionem angularium radiorumq; resulant. Tunc  
enim stellarum potestas praualet, quando cœli  
quatuor habeant angulos vel cardines potius, ori-  
entis videlicet, occidētisq; & medij vtrinq; cœli.  
Sic vero dispositæ radios ira cœli iuncti in se inuicem,  
vt erucē inde cœli suuant. Propterea cœleste crucis ve-  
res dicebant, tum stellarum fortitudine factam,  
tum earudem fortitudinis suscepit aculum. Ideo  
que habere summa in imaginib. potestatem, ac  
vires, & spiritus suscipere planetarum. Quæ opini-  
o ab Aegyptiis initia duxit, confirmataq; vel pre-  
cipiæ est, inter quorum characteres crux erat insig-  
nus, vitæ corū more futuram significans. Proinde  
figuram enīmodi Serapidei seu Olyris peccatori in-  
sculpebant. Adiicit Hierony. aues in surrectum se  
attolentes crucis exprimere figuram, quod adora-  
rans homo, & natans item facit: sed & nauis an-  
tenna cruci assimilata sufflatur. Scribit porro Sui-  
das Theodosio imperante, cum æquarent solo  
Grecorum templo, in Serapidei sacrario hierogly-  
phicas esse coperatas literas, quæ crucis præferrent  
formam. Cæterum qdæ ad crucis pertinet excellen-  
tiæ, apud Aegyptios ante Christum humana salu-  
tis autorem incenarrabilem: nō tam munera stellarum  
testimonium suisse contendierim, quæ virtutis  
præstigiū, quām à diuinissimo corpore sue-  
rat acceptura. Nec illud omiserim diuinam, vt equi-  
dem reor, agente vi, suisse in adoratione veterum  
crucis itē figurā summè religiosam. Quoniam in ve-  
neratione supplici, dum ori dextram adorauerit,  
indice super pollicē residentē, quod & tempestate  
hac serē à pluriq; fit, ex osculabatur. Quod Plinius  
quoq; significasse videtur. In aorando (inquit)

dextram ad osculum referimus, totumq; corpus  
circumagimus. Et in Apologia item Apuleius si-  
fanū aliquod prætereat, necas habet adorādi grā-  
tia manū labris admoucre. Hinc saeculum opinan-  
tur, vt Hebrai iuxta linguæ suæ proprietatem de  
osculationem ponant pro veneratione. qd Hiero-  
nymus aduersus Russinū notatum reliquit. Hæ-  
Cœli.

De laudib. S. Crucis scripsit egregiè & deuote  
Rabanus Episcopus Maguntinensis libtos duos, par-  
tim metricos, partim prosaicos, quos habeo non  
impresiōs. De quibus laudibus aliquid recitat an-  
toninus in 2. par. suarum historiarum tit. 14. c. 5. §.  
2. Et de crucis gloria, & laudibus copiosè & fan-  
tē scribit Petrus Abbas Cluniacen. lib. 1. Epi. inter-  
prans dictum Mat. 24. dum ait. Virtutes celo-  
rum mouebuntur, & tunc apparabit signum f  
hominis in cœlo, & illud Elsa. 5. dum dicit: Et le-  
bit dominus signum in nationib. vbi hoc ser-  
Signum leuatum in nationes crux est, & appar-  
bit signum filii hominis in cœlo crux est, quæ qdæ  
in signum à Christo leuata, nationes totius  
ad fidē salutis æternæ à quatuor ventis congre-  
quia, vt ait propheta El. 5. Et congregabit pr  
gos Isracl, & dispersos Iuda colliget à quatuor ven-  
tis. Et in vltimo Christi iudicio ad eandem æterni  
salutem & gloriam à quatuor ventis, vt habet  
Matthæi loco præal. & initiet filius hominis an-  
gelos suos cum tuba & voce magna, & congrega-  
bit electos eius à quatuor ventis, hoc est, de toto  
mundo electos in cœlo apparet convocat, sum-  
mo ab eis honore colēda creditur, dicitur, & pra-  
dicatur. An nō (vt ibi ait) dignum sit, vt quā ad fa-  
luitus humana causa in cōmendandā cœlum exhibet,  
terra respuat? An dignū sit, vt cā homines ab-  
iiciat, quā angeli honorant? An non honorat, quā  
do cōmoris ad iudicium cœli virtutib. ipsam mā-  
do iudicādo, secū pariter representat? Nāq dim.  
virtutes cœlorū mouebuntur, ipse subdidit. Ene  
apparabit signū filii hominis in cœlo. Cumē, hoc  
signū crux Christi sit, cum virtutes cœlorum, ho-  
est, ordo totus cœlestium spirituum desuper ven-  
ens apparuit, tunc & ipsa pariter in cœlo fugie-  
bit. Fulgebit in cœlo, vt discant terrigenæ no-  
posse sibi consensum esse ad cœlos, nisi per ipsa-  
fe posse fieri socios angelorum. Non estigitu ho-  
noranda ab hominib. quæ angelicum eis honore  
præparat? Nō est glorificanda à mortalib. quæ in-  
mortalem eis gloriam præstat? Non est vt vitam  
& salutisera adoranda, quæ vitam mortuis beati,  
quæ salutem perditis conferre æternam? Et plane  
velint nolint hæretici, vitalis, quia vitæ salutem  
quia salutem: honorabilis, quia honorem: amabilis  
quia amor: admirabilis, quia admiratione: felis  
quia felicitatem: nobilis, quia nobilitatem: beatu-  
quia beatitudinem: glorioſa, quia gloriam præsta-  
ternā. Qui idecirco crucē oderunt, qd domi. toris  
diligat cam, qd non solūm nobis, sed ipsi gloriæ

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

38

**Q**uadragesima teria confid. Fortuna bona facit homines exaltari, & honorari. Nam maiori dignitas procedit ex ea. l. digna vox, & ibi nota tur in verbo, principatum. C. de leg. subiungens versus:

*Sifortuna volet, fies de rhetore consul.*

*Si volet hac eadem, fies de consule rhetor.*

Notat Iacobus Rebuffi in lvnica. C. de comiti bus & tribunis scholarum. lib. 12. vel quia cōstituti in dignitatibus maximis, vt plurimi prospérat, & magis honorantur. facit. l. ad splendidiores. & ibi Luc. de Pen. C. de diuersis officijs. libr. 12. rāmen fortuna quandoque dat honores iūmeritis. vnde Virg. in suo opūculo de fortuna, ait:

*Fortuna immeritos auget honoribus,*

*Fortuna innocuos clādibus afficit.*

Nec minus vērē dixisse videtur Ouid. libr. 3. de arte:

*Curia pauperibus clausa est, da census honores,*

*Et idem in primo Fastorum :*

*In precio precium nunc es ē, da census honores,*

*Census amicitiās, pauper vbiq. iacet.*

Etnon solum omnia venalia Roma, sed vbiq. Item sicut de morib. vltima fit quaſtio, ita de literaturā, & prudentiā, sed non est mirandum, quia ſepe vbi plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna. Arist. de bono fortunā, & Boetius de con fol. philos. lib. 1. metro. 5.

*At peruersi resident celso more folio,*

*Lato obfusis condita virtus clarat tenebris.*

Sed videtur, quod dignitates, & honores à Deo, & non ex casu, & fortuna præstentur, cum à Deo est omnis potestas, ad Roma. 8. c. quid culpatur. 23. q. 1. & omnia à Deo. Bona. n. & mala, vita & mortis, paupertas, & honestas à Deo sint. Eccl. 11. Vnde Romanum imperium non fortuna, sed diuinitati propria decurrit. tex. in l. fi. in prin. C. de off. magistris. vnde reges nostri in suis rescriptis ſēpe dicunt: Talis Dei gratia Francorum Rex. de matre ratiam plenē per Lucan. de Penna in d. le. vni ca. C. de comiti. & trib. schola.

**Q**uadragesima quarta confid. In eligendo aliquem ad honorem, siue minus personale, de cem sunt consideranda, quae scripta sunt in glossa rubricaria, C. quemadmodum ciuilia munera in dicuntur, lib. 10. & etiam refert Barthol. Capol. in tract. de imperatore. in fine versie. circa hāc. & lo. de Plat. in d. rubr. vbi plura alia addit.

Primum ergo est, persona indicentis, vt habe atiur iudicione indicendi, vt sunt decuriones, qui posunt distribuere officia, & eligere officiales, vt in l. 2. C. de decurionib. co. lib. 10. & comes rerū priuatarum in creando ſiſceprores, vtl. super creandis. de iure fisci. C. co. lib. Item decuriones, hoc est, consules ciuitatis, iudicio præſidum prouinciarum eligunt Irenarcham (hoc est, quem præpositū in marchallorum vocamus) vt ait text. in l. vni ca. C. de Irenarchis. lib. 11.

Secundum, modus & ordo, vr persona eius cui indicitur non grauetur ultra modum, sed secundum aequalitatem, vtl. fi. C. quemadmo. ciui. munera. & vt in ordine primo vocetur pater, si est habilis, quam filius: & primogenitus, quam secundo genitus. l. in successione. & l. neminem. C. de decuri. & l. 3. §. de filijs familias. & quemadmodū pater pro his teneatur. eod. lib. 10. C.

Tertiū est habilitas, scilicet an persona cui in iungitur, sit habilis & idonea, vel non, tex. in l. honor. §. de honorib. & in l. v. gradatim. in princ. ibi, sciendum est hoc esse obſeruandum, si donec sint. fl. de mune. & hono.

Quartum, eius origo. tex. in d. §. de honorib. vt si non sit origine ingenuus, sed libertinus, officia ingenuorum non concedantur ei, niſi impetrat ſet ius annulorum aureorum, aut reſtitutionem natalium, aliās incidunt in l. Julian. Viſcelliam, vt in l. 1. C. ſi seruus aut libert. lib. 10. & in l. vni ca. C. ad leg. Viſcelli. & intellige de origine propria, vel paterna, vel expriuilegio, vel etiam incolatus. l. 1. & l. ciues. C. de incol. & l. in filijs. & l. exemplo. C. de decu. lib. 10. Attendi etiam debet, an ſit maſculus vel femina, an ſit minor, vel infirmus: vel aliam inhabilitatē habeat, vt dicit lo. de Plat. in d. rub. C. quemadmodum ciuilia munera, &c.

Quintum confiderādum, ſcīlicet facultates, an in iūnctō muneri ſufficere poſlit. tex. in d. §. de honorib. aliās ſi non ſit ſufficiens ad complēdū nūnus ſibi in iūnctū ſiſcipere non debet. Vnde dicitur:

*Quis sua meritū pondera, ferre potes ē.*

Et facit dictum Horatij:

*Sumite materiam vestris quiſcribitis etiam viribus.*

Quod ſicut iam intelligas diuites eſſe prapone dos pauperibus in electione honorum seu officiorum, recte ſentis: vt etiam inquit text. in leg. ad ſubeunda. cum pluribus concordantij. C. de decurionibus.

Sextum, cōſuetudo. Nam in delatione officiorum ſeruanda eſt conſuetudo loci, vt vult §. de honorib. ſuperius allegatus. & rex. in d. l. ſuper creandis. C. de iure fisci. & in l. non tantum. ff. de decurionibus.

Septimum, vt potiores, & idoneores elegantur. d. l. ad ſubcunda. l. honores. in prin. ff. de decur. l. v. gradatim. in prin. ibi, ſi idonei ſunt. & l. honor. §. ff. de mune. & hono.

Ottavum conſiderandum, ſcīlicet ordo gradinum, vt quis prius vocetur ad minores, quam ad maiores. d. l. vt gradatim in prin. & l. honor. §. gerendorum. ff. de munerib. & l. 2. C. quemadmodum ciuilia, lib. 10. & l. quae ut illiter. in prin. ff. de neg. geſt. & ibi deciditur, quod expenſe conuicta & rationabiles ſaſta pro alio, vt honores aſſequuntur, peti poſſunt. cum prædictis l. concordant tex. in c. ſi officia. 59. diſt. & in cap. legimus. in fi. 93. diſt. Alioquin caſum appetere videtur, qui ad ſummi

## PRIMA PARS

nant, fulti autoritate illa, Egressus eius à patre, excutius usque ad inferos, recessus ad sèdem Dci. & est lie versi hymni: Veni redemptor gentium. à D. Ambr. compositi. nam Christus descendit de celo in mundum, de mundo in infernum, de inferno ascendit in celum, vbi sedet ad dexteram patris, & isto modo dicunt signum crucis debere fieri, Archid. Gemi. & Card. Alex. in d.c. ecclastica rum. & ibi loan. de Turrecremara probat huc modum signandi de signo quadrangulari esse meliorum, quinque rationibus, & etiam, quod terminari debet in dexteram comprobatur pluribus rationibus. Ideo reprobatis aliis duobus, primis modis signandi signo crucis tanquam non bonis nec visitatis, tertium modum tanquam communem, & ab omnibus approbatum, religioniq; nostra conuenientem, dico esse insequendum.

**T**rigesimana consider. continuando maneriam nostrā honoratiā (eu satis de armis & honorib. causa corundem impētus disceptauerim?) sit talis: Si inferior temerē inrudat se in loco maiorem, maiores honorem quam ei debeatur asſumendo, sc̄u usurpando, debet suo honore priuari, & alio proprio expelli, ultimūque post alios in opprobrium ponit. cap. precipimus. 93. distinct. facit I. neminem. C. de officio magistri officiorum, quod limitat Fel. in rub. de ma. & obe. Nisi minor est subſtitutus maior, quia iunc in actu, in quo est vicarius ius, ſedebit in loco maioris: quem textum in hoc extollit Lu. Ro. singulari 340. quoniam vice rector honoratur ut rector, dixi infra in 6. par. in confid. vbi de gubernatoribus patriaratum ſcribitur. Et facit quia ex quo subſtitutus loco maioris habet maiorem administrationem: ita maior ei minori subſtituto reuerentiam praſare debet. gl. in ſumma. 93. distinct.

**Q**uadragesima confid. Honor non eſt ſuſcipiens, niſi prius is qui adipisci deſiderat, vires tuas cum honoris onere metiat. 1. q. 1. c. non eſt. Ad honores autem fine labore non petuentur. 1. 1. C. de excuſationib. arificium. libr. 10. Imò etiam ſi digno conſerbarur, cum meru ſuſcipiēdus eſt. 63. dist. c. Valentianus. & d. c. non eſt. Et ne- mo debet ſibi honorem affluere, ſed qui à domino vocatnr, quemadmodum Aton. ca. qualiter. extra de ele. c. in ſcripturis. 8. q. 1. verū contemnenti & fugienti offertendus non eſt. d. c. in ſcripturis. & c. ſicut. 1. q. 1. & 1. ſi quenquam. C. de epifco. & cler. ita dicit Luc. de Pen. in 1. filios. C. de decurio. libr. 10. Sicut tamen scientia cupiditas non eſt arguenda, ſed commendanda. 1. apud Julianum. ff. de ficio committariis libertaribus. vbi Pomponius ait. Nam ego diſcendi cupiditate, quam ſola viuendi rationem optimam in octauum & ſeptuagesimum annum exatidu duxi, memor ſum eius lenitiae, quam dixiſe ſcritur lillianus: Eſi alterum pedem in ſepulchro haberē, adhuc addiſere quidem vellem. Sic & honoris, ſecundum quod nota-

tur per Lucam de Penna in 1. 2. per illum tex. C. de his qui ſponte munera publica ſubent, cod. lib. decimo.

**Q**uadragesima prima confid. Nullus ita honorandus eſt, quod per huiusmodi honores exceſſuum vni alteri detrahatur. 29. dist. ca. nulli in fi. &c. ecclæſia. Nec honorabilius quid exhibetur. dum eſt vni, vnde alij ſeruſuloſo corde moueantur. c. decimas. 16. q. 7. & faciunt notata in c. ſtamni- mus. extra de ma. & obe. Spec. in titu. de lega. §. 2. ante verſiculum patet ergo. & in tit. de diſputatio. & allegatio. §. 6. incipiente. ſatis clarè. in princip. Quia quando aliquem exceſſiuē quis commen- dat, alios tali nūia prædicatione vituperat. arg. sed ſi quia. in proœmio Digestorum. & l. nec que- quam. §. obſtruare. fi. de offi. proconf. & leg. c. gu- lis. 25. dist. &c. nomen extra de præſumptio. Vnde Egæſippus de bello Iudaico. Vo. honore congre- prolequimur, vt neq; immoderatus, neque infu- imus honor sit. Aliud inflat, aliud exasperat, que- cunque portionis vnicuique ſuppetit, impa- riar. Non enim quis delectat tātum eum, que ſupra menſtrum honorat, quantum lredit, cu- cui debitus negat, & plernique vterque eorum offenditur, vbi prelationis adulatio eſt. & Ant. dicit. Polit. Quod in honorato alios videntes ho- noratos faciunt, & rurſi in honorationem amato- res honoris grauit̄ ferunt. Et qui dehonore paupi- pendit, ſecundum eundem in thetorica. vi- deatur c. ecce. & cap. nullis. 99. distinct. quem alle- gat Luc. de Pen. in 1. 2. col. 2. C. de proximis ſac- rum ſcriniorum. lib. 12. Turpius tamen eſt frigida- laudari, quām acerbius vituperari, ait Aul. Gellius. lib. noētiū Attic. 19. c. 2. Et de huiusmodi lau- dib. etiam (ſicut inquit Salustius de Carthaginē) melius eſt tacere, quām paucā dicere, ſaltem vbi non pauci commemoranda eſcent.

**Q**uadragesima ſecondū confiſ. Praui non ſunt honore digni, quia honor eſt p̄miūm- ratiſ, & virtute perfecta non eſt condignus honor. Arist. Ethic. 4. Benemeritis iigitur, & ſtudioſi ho- nor impendendus eſt: quia honor magis eſt in ho- norante quām in honorato, ait Arist. Ethic. 1. & Bald. in proœmio ſeudorum. Eruditus Cic. in lib. orationum: Is magis gloria excellat & honor, qui virtute pluriūm p̄ficit, & ſi illa audat illeſi- luſtribus conſerbe, & ampliſſimiſ honorib. inha- reaudent, dicetur in eis adagium Polydoti: Niſi cum fidibus graculo, niſil cum amataſino ſuſi. & habetur Prover. 26. Quomodo niſi in æſtate, & plu- riæ in melle, ſic indecenſe eſt ſluto gloria, & in- emplum culpa vehementer extenditur, cūm po- reuerentia ſtatus peccator honoratur, cap. nemo 83. distin. Nec hic debet minor iraſci, ſi in aior pr̄latuſ eſt. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Ex quib. videtur quod infames non poſſunt coſcludere ad emendando- norabilem, vt dixi ſtra in yndecima parte, in- consider.

quis se in suo officio laudabiliter habuerit, publicè commendandusest, facit dictum Psalmista 32. Rectos decet collaudatio. & text. in l. iustissimos. C. de off. recto. prouin. & quæ dixi supra in 32. confid. Sicut enim ignis aura flante fit grandior, ita bona mentis studia commendatione proficiunt, vt ait Gregorius in registro, libr. 6. c. 109. vnde Cassiodorus primo variarum epistolarum, 33. Debetis bene agentibus, vt eos laudis vestra comittetur assensus. Nam si equorum cursus hominum clamoribus incitantur, & insonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas operetur, quanto magis homines inde stimulari posse credimus, quos ad laudis auditatem natos singulariter inueniemus? Hinc etiam Hiero. in 15. epist. ad Marcellam. Nemo reprehendat, quod in epistolis aliquos laudamus, aut carpitus. Cum in arguendis malis sit correccio cæterorum, & in optimis prædicandis bonorum ad virtutis studia incitentur: in eo etiam aliquando si qui boni sint, si tamen quid male agant, propter corum virtutes non omnino reprehendendi sunt, vt dicit Luc. de Pen. in l. si. C. de numerarijs. lib. 12. & facit ad prædicta dictum Ouidij in Ponto, Laudataq; virtus Crœsus, & immensus gloria calcar habet. dicam infra ista par. in 74. confidere.

**Q**uadragesima octava confid. Aug. in sermone de die sua consecrationis dicebat, A malè viventibus nolo, & detestor laudari. Laudati autem à bene viventib. si dicā nolo, mentior: si dicā volo tunc ne sim humanitatis appetentia, q; soliditatis. Quid ergo dicā, nec plenē nolo, nec nolo, nō plenē nolo in laude humana periclitari: nō plenē volo, ne ingratia sint quib; prædico, facit quod notat. 31. dist. c. tenere. vbi pater quod licet iusto se laudare, prima quæstio. 6. c. sicut is. & cap. in scripturis. 8. q. 1. & Lucas de Pen. in l. i. C. de agentibus. in re. in fi. lib. 2. vbi ponit proprietates ambitiosi, & in l. fi. C. de coartalibus. lib. 12. dicam infra in 2. par.

**Q**uadragesima nona confi. Quod ex quo sæpe ex laudis præconio innascitur superbia inflatio. c. sunt plurimi. 6. q. 1. nullus plus æquo debet laudare alium, ne sibi debitum subtrahat cum insert in debitum, c. nullus. 99. distinet. Nemotamen nisi vanus falso lætatur honore, & hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis, prout ait Cato moralis. Et vt ait Horatius in primo sermoni: Stultus honores sæpe dat indignis, vnde Arist. vt refert Laertius de vita, & moribus philosophorum, dicebat de diobus hominum generibus velie menter admirari, scilicet de illo in quo bona non sunt, & tamen si de ipso dicantur, acceptat, & gaudet. Et de illo de quo mala præferuntur, quæ in re non sunt, & inde turbatur. Inter cetera tamen adiuvet, quod natura promptior est ac parati or ad culpandum ea quæ minus recte agi arbitramur, quæ ad laudandum illa, quæ videntur fieri cum virtute.

**V**adragesima consi. erit ex dictis Platonis in lib. de Amore. c. 2. vbi dicit, quod perfecta laudatio est quæ præcedentem rei recenset originem, præsentem formam narrat, sequente ostendit euentus. Ab antecedentibus res quæque laudatur, vt nobilis, præsentibus magna, a sequentibus vt utilis: quare ex tribus illis via hæc in laudibus concluditur, nobilitas, magnitudo, atq; utilitas, & ex illis tribus multum ibi laudat amorem, de quo infra dicam in vlt. par. Et infra dicam in d. par. in 38. confid. à præterito, præsenti, vel futuro quilibet debet laudari, quod idem est vt supra dictum est.

**V**inquadragesima prima consideratio. Ex quo gloria est effectus honoris, & laudis, post honorem, & laudem de ea dicendum est. Et est effectus illorum, vt dictum est, cù quia ex hoc quod testificamur de bonitate alicuius, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum, & hoc importat nomen gloria, vt dicit Antoninus Florentinus in prima part. tit. 3. c. 1. §. 3.

Dicitur enim gloria quasi clara. vnde Beatus Ambro. super epist. ad Romanos. Gloria est clara cum laude notitia, vt resert Anto. Florentinus in quarta parte sua summa, tit. 5. ca. 10. §. 1. Et secundum Ciceronem in Rhetoricis, gloria est frequens de aliquo summa, cum laude. vel secundum eundem in oratione pro M. Marcello, est illustris, & promulgata multorum, & magnorum, vel in suis ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum, vel etiam secundum eundem, est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute, vel secundum Aug. est iudicium hominum bene de hominibus opinantium. & vt ait Lucas de Pen. in l. qui publici. C. de his qui sponte munera subeunt. lib. 10. quod gloria dupliciter sumitur. uno modo propriè provana gloria. Alio modo propriè sumpta est frequens fama cū laude notitia, secundum Ambr. vt supra. vel gloria quasi glarea, id est gerens lauream secundum etymologiam, quam, vt dicit, facit Catholicum, sed secundum Tullium. Tuscula. questionum, gloria est solida quædam res, & expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum incorrupta, vox bene iudicantium de excellenti virtute, ea virtutis reponit. tanquam imago gloria, quæque recte factorum plerumque comes est, non est bonis viris repudianda, &c. vt ibi.

Differunt tamen gloria, & honor, quia propriæ gloria est in se ad alios, honor vero in se ab aliis, & secundum B. Tho. 2. 2. quæst. 132. art. 3. quod sicut magnanimus est circa honorem, ita & circa gloriam. Vnde, & sicut magnanimus moderatè vtiatur honore, ita & moderatè vtiatur gloria: gloriatur tamen magnanimus circa res magnas non circa modicas, vt dicit Antonius Florent. in 1. par. sua summa, titu. 3. cap. 1. §. 3. & ibi dicit. quod

## P R I M A P A R S

loci fastigia, postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. c. sicut. 48. dist. & est tex. ad literam in l. nemini ad subsi. C. de consulibus & non spargen dis. lib. 12.

Nonum, ut curialis vnius curiarum non eligatur ad honores alterius curiarum, cu non debet quis eodem tempore habere plura officia. c. singula. 89. dist. & in l. i. C. quemadmodum ciuilia munera. &c. Sicut non potest esse monachus vel abbas in pluribus monasterijs. cap. fi. extra dereligionis dominibus. Sicut autem de iure nullus pofet praesci in diuersis Ecclesijs secularibus. c. de mulra. extra de præben. & officia ecclesi. singula singulis personis sunt distribuenda. c. i. 89. d. c. cum ex iniuncto. & c. sicut. de hære. ext.

Dicimum, ut quis non cogatur continuare illud idem vel aliud officium, sed habeat vacationem, & interualla legitima. le. pen. eadem rubr. C. quemadmodum ciuilia munera. & l. i. & 2. C. de munerib. & honorib. non continuandis, &c. Et de interuallis. eodem lib. 10. & hoc verum, nisi necessitas aliud expoſcar. d. l. pen. & l. i. vt gradatim. §. quoties. & l. honi. in fi. ff. de munerib. ita quod propter necessitatem quis admittitur, qui aliam non admittetur.

Addit ad precedētia loan. de Platea in dict. rub. C. quemadmodum ciuilia munera inducuntur, quod etiam consideratur morum honestas, & vitalia laudabilis, & laboris prolixitas, & stipendiiorum merita. Hi enim ad honores seu dignitates eligen- di sunt, quos mortali honestas commendat. l. magistri. infra de professorib. & medicis. libr. 10. & l. vni- ca. C. de professorib. qui in vrbe Constanti. lib. 12. Et ad honoris augmentum, non ambitione, sed labore conuenit peruenire. l. contra re publicam. C. de militi. & l. fi. C. de tyronib. co. lib. 12. Labores enim & stipendiadiagnates tribuunt, non suffragia ineditata. l. scirijs. C. de Palatinis. l. i. C. de caſtreñianis. d. libr. 12. le. nemo. C. de offi. magistri officiorum. & l. virtutum. C. de status, & imaginibus. de quibus omnib. supra & infra ista parte pleni- nus & optimè liqueat, & liquebit.

**V**adragesima quinta confi. est circa laudem. Er procius declaratione dico, quod laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis secundum Arist. libr. 1. & tertio Rhero. & B. Tho. super Ps. 17. Et dicitur à laudo verbo, quod verbum extollo aliquando significat, ut apud Horatium: Laudabut alij claram Rhodon, aut Mirilenem. Aliquando idem, quod nō mino. Plautus: Id ut scias louem suumun: testem laudo.

E tians, & laudatio differunt, quia laudatio est oratio ipsa laudantis, laudes continens ipsius laudati. Laus vero est virtus ipsa non aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Vnde Virg. *Primum merui qui laude coronam.* dicta laus à populo, quod propriæ laus sit populi de aliquo recta loquentis.

Et laus distinguitur ab honore dupliciter:

Primò, quia laus consistit in solis signis verborum: honor autem in quibuscumq; signis, & secundum hoc laus in honore.

Secundo modo, quia per exhibitionem honoris redimimus testimonium bonitatis de excellencia alicuius absolutè, sed per laudem testificamus de bonitate alicuius in ordine ad finem, sicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem est etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed iam sunt in fine, ut dicit Florentius in dicta sua sum. par. 4. c. 10. tit. 5. §. 1.

**V**adragesima sexta confi. Laus quæ fit de quaero, contingit quadrupliciter. Primò, propter Deus honoretur, & hoc est bonum. Sic sacerdos summus loach. laudauit Iudith de occisione Holoserni, & liberatione populi, dicens: Judith. Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israël, tu honorificentia populi nostri, eo quod dilexeris castum.

Secundò laudatur quis virtuosè, ut nō defecat in tribulatione positus, sed cōsoletur. Si claudes fuit Noemi, & Ruth Moabitides afflictæ, & deperatae à Booz, ut consolarentur. Ruth. 3.

Tertiò, ut virtus in proximo augatur, & in bono proficere conetur: quoniam virtus, secundum Senecam, laudata crescit. & iuuenalis Satyrus prima, *Probitas laudatur, & alget.* Et vt ait Iulius Cæsus de gestis Cæsar: Laudis cupiditas & timor ignominie ad virtutem excitat. Et vt ait Arist. lib. 3. sua Rhetorica nouæ: Neque solùm laudis causa rectum sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas. & Ouid. de Pontio. lib. 4. Elegiarum:

*Excitat auditor studium, laudataq; virtus  
Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Et ista laus, de qua intendimus tangere principaliiter.

Quartò, ut quis erat mitius correctionem. sc. Apostolus laudabat mirabiliter Corinthios n. princ. sua epist. primæ, dicens: In omnibus dignitates sancti estis in illo, ira, vt nihil vobis deficit in gratia. Et paulo post de multis reprehendit, & de ista cum precedente facit tantum unum modum. Ant. Flo. in 2. par. sua summæ titu. 10. c. 2. §. 1. & ibi dicit, quod etiam quatuor modis contingit aliquem inordinatè laudare, quod non est bonus, sed quia nō est materia præsentis speculationis: illum ibi recurre, sed solùm de laude, quæ debetur, de qua Arist. 2. Ethic.

Ad magnam enim laudem consequendam quantum requiratur, quod fiat à magno, magnomodo, & de magnis sanctis, & de magnis personis, ut declarat Ant. Florent. in sua sum. 4. par. tit. 15. In Cantico B. Mariæ. Virg. §. 3.

**V**adragesima septima confi. Et quoex laude virtuosi homines disponuntur amplius ad bene agendum, & ad virtutem, quod si bene quis

Hannibal P̄enorū ille inclytissimus Imperator apud Silium, alloquens milites in pugna Cannensi, mercedem laborū fitorū solā gloriam effevult. Sic. n. inquit: Milii magna satis sat vera si per quē bellandi merces sit gloria, cetera vobis vincentur.

Quid inulta? non solum magni in re militari duces, & egregij in administratione recipublica ciues glorię in hiant, & amplectantur, sed etiam scriptores ferme omnes hanc glorię veluti prēmium vberriū suarum lucubrationi spectare videntur. Illi quoq; philosophi qui libros scripsérunt de gloria contemnenda, sua nomina in titulo inscripsérunt, & in liminari pagina lectori ari voluerunt.

Quid? nonne & opifices ipsi gloria ducti nobilitati volunt? vt de Phydia in ista dicemus, in 2. cōsid. post istā, qui nomen in clypeo Mincruæ inclusit.

Sauros quoq; & Batrachus suis impensa cōstruxisse produntur templū octauis porticib. inclusa, incriptionem sperantes: qua negata, hoc tantum alio in dō usurparunt, in columnarum. n. epistylis insculpsérunt Ranam atq; Lacertam tanquam nominum eorum arguimena. Sauros. n. Grēcē Lacerta, & Batrachos, Rana significat.

Quid. n. ipse Beroaldus in dicto opere de seipso, quoniā liber & sibi, vt de se aliiquid attingat, illud Horatianum aslūmendo.

*Gaudeo quod spēlant oculi me mille loquente.*

Hinc est quod etiam alios in sequendo nomen suum in operibus suis intitulauit.

Sed an hoc licitum sit, & fieri possit tractat amīplo. An. in suis mercurialibus, in vlt. q. quæ est multum notabilis, & singularis, & quam statim in fine huiusc partis positurus sum.

Plures alii sunt qui posuerunt felicitatē in gloria, elatione, & ambitione, quos enumerat Textor Niuerensis in sua officina, in c. glorioſis, superbi, elati, & ambitioniſ: quos vide, & ibi inuenies quosdam, sed non omnes, quoniam pauci sunt qui se abscondant à calore eius.

Tandem tamen concludit ipse Beroaldus ubi supra, quod hæc gloria non videtur esse finis ille felicitatis quem querimus, cum sit res caduca, & in tra breue ſeculū flaccidat, cū aliunde pendeat, & de ſummo bono credi nefas eſt: magis. n. in laudib. quā in laudato confitit gloria, quia nihil aliud eſt, quā opinatio de aliena virtute bene ſentientium.

Huc addit, φ philosophi, & cū primis diuis Augustinus amore laudis & gloria feruentissimum vitium eſt dixerunt. hinc illud Horatianum.

*Laudis amore tumet.*

Hinc illa Persiana inordacitas.

*Egregium cum me dicat victria, non credam.*

Et illud:

*Sed relli finem, extremum, effere recuso.*

Euge tuum & bellē.

Exclamat tragicus poëta, O doxa, O doxa, O glo-

ria, O gloria, Quid aliud eſt quā aurium inflatio magna? Hinc Democritus Abderites philosophus laetus eſt, quod Athenis multos annos vixerit, ignotus illi in urbi. Veni, inquit, Athenas, & nemo me nouit.

Anneus Seneca decenter ait: Qui vixit notus omnibus, ignotus moritur sibi. Et ab Horatio luculentus dictum eſt.

*Nec vixit mal, quinatus moriens, felicit.*

Neminem tamen sanorum dicam virorum, qui aliquando gloriā amore non caperetur.

Quis enim philosophorum illius amore vñquam caruit? Quis vñquam sumimus Imperator, aut quis clarus miles exituit, qui gloriā admonitus, quicquid arduum ausis eſt, nō gesserit? Quis tam Platonem ad tanta tanq; atdua discedat animavit? Gloria. Quis illius discipulum Aristot. post tam multa tamq; præclarissima à ſe ferme in omniscibilium genere cōscripta magistro, & ei à quo filii loco, & honore ſemper habitus fuſſet, cōtrariari, & magistri aduersari opinionib. cogit? Gloria. Inuidit profecto tantus gloria zelus ei à quo ſuperari ſolo illa exitate ſe poſſe ſentiebat. Quis Diozenem (vt ad Cynicos & qui ſumimam ſordidamq; inopiam pati videri volunt) ad id vita genus perdiuit, vt id magis mori ſit quā viuere? Gloria. Quis, vt finem ex philosophis demus exemplis, Epicurum ſumma, & continentissima vi- tē hominem coegit quo docti oratione, de voluptate ita diſſerere, vt in illa ſumimum bonum eſt constitutet? Gloria. Quis, vt ad militares deſcendamus, Scæuolam regis occidendi cupidum cum in cæde etrasset, manum vreco coegit? Gloria. Quis Coelitem vitoris exercitū ſolum reſiſtre fecit? Gloria. Quis Curtium in hiatum ſe protriperet? Quis Marium consuli à quo obſcrubatur inuidere? Quis Syllam aduersum Marium tanta bella mioueret? Quis Caſarem armis cinctum maximam orbis partem inuadere? Quis illius ætatis Scipionem? Quis Catonem ſibi manus infeſte? Quis Hannibalem transire alpes? Quis Philemne fratres viuos ſe terra obrui? Quis Alexandrum? Quis Herculem? Quis Cyrum? Quis Perſeum, tanta ſubire belli discrimina? Quis Zophirū Perlam ſibi autes, & naſum ſccare induxit? fatebi- mur profecto, gloria.

Nec illud tamen à vera abhorrentis lege egerunt. Nemipe plerique cum Iudæi, rum Christiani ſimile eadem gloriæ auditate peregrerunt, & horum præberr exempla friuolum eſt notum eſt, cum eriam ſupra exatatem noſtram, noſtræ quoque æfatis literati omnes eadem via pergere vi- deamus.

D. Tho. pleruntq; à Ioanne Scoto ſuo diſcipulo in de rediuina opinionibus (quam Thelogiam appellat) carpitur. Identiſdem feciſle Thomam in Albectum, quem ob excellentiam Magnum appellaſt, vulgata fama eſt.

Noſtræ

## PRIMA PARS

gloria operatur, quod quis excellentiam consequitur, quando est appetitua ad bonum, quod naturaliter amat & honoratur a cunctis, & ideo sicut per gloriam, quae est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus diuinis, ita per gloriam quae est apud homines consequitur quis ex excellentiam quae est in rebus humanis. & ibi ponit de vano gloria, quae multum est uitanda.

**Q**uinquagesima secunda consideratio est, quod fundamentum gloriae est humilitas, quoniam ut habetur Job, 21. in si. Qui humiliterus fuerit, erit in gloria. & Proverb. 39. Nam humilem spiritu suscipiet gloria. & vide Luc. de Pen. in I. humiliioribus. C. de susce. lib. 30.

**Q**uinquagesima terceta consideratio est. Gloriarum cupidas est frequens, & quotidiana, ita, quod nemo est qui eam non desideret, teste Valerio lib. 8. dicente: Neminem esse tam humilem tamque abiectam conditionis, quem gloria dulcedo non demulcent, & tangat. quem refert Lucas de Pen. in I. 2. in 2. col. C. de his qui sponte munera publica subeunt vbi etiam ad hanc plura alia dicta allegat, & Cicerone in Tusculanis questionibus assertente, quod honos alit artes, omnesque incendiuntur ad studia gloria laudis. & ex 1. officiorum lib. eiusdem. Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercede rerum gloriarum desideret præter hanc gloriam, & laudis. & Balbi in suo dialogo post Cicc. Omnes studio laudis trahimur, & optimus quisque maximè cupiditate gloriae incenditur. An erit qui velle recusat os populi metuisse, ait Peritus satyra prima, & Horatius in sermonib. lib. 1. Sed iugente trahit confitit gloriam currus. Non minus ignotos generos. unde Socrates solitus erat dicere, via ad gloriam proximan esse, & quasi compendiariam: quod intellegitur, si quis id ageret, ut qualis haberet vellet, talis esset, alijs fortis est & magnanimi viri gloria non appetere: sed sola suorum recte factorum conscientia contentos esse. Vnde communiter dicitur: Sapientius maior gloria pretare debet, ut dicit G. Benedictus in sua reper. c. Rayn. in verbo, condidit, primo nu. 51. de testam. & propterea dicit Chrysostom. 4. Sigloriari cupis, gloriam despice, & omnibus gloriisfieri.

Sed quicquid sit gloria, & honor, sunt de genere delectabilissimorum, quia sit phantasia vnicuique qui honoratur, quod sit talis, ut dicit Arist. 2. Rhetoricus allegatus per Luc. de Pen. in l. 2. C. de proximis sacrorum scriiniorum. li. 2. & dixi supra.

**Q**uinquagesima quarta consideratio. Hinc Beronald. in suo tract. de felicitate, vbi querit, An gloria sit summum bonum, sic ait: Quanto honestior videri debet sententia illorum, qui summum bonum felicitatemq; in honore, & gloria collocauerunt, videtur ferme haec fuisse summa boni in summis Imperatorib. Romanorū, Gracorum, Barbarorum, qui voluntates omnes contempse-

runt, qui dies, noctesq; in laborib. militarib. canthlauerunt, qui vigilarunt, sudarunt, alserunt, hoc solum, ut gloriis vinerent, gloriiosiores morerentur, de quib. illud est poeta Satyrici: Adbec se Romanus granuq; & Barbarus Induperator, Erxu, cauas discriminis atq; laboris Inde habuit. Tantum maior fama sitis est quam virtutis. In Romanorum laudem dicit Salustius: Laudis audi, pecunie liberales erant: gloriam ingentem, diuitias honestas volebant. Hanc gloriam, vi inquit eleganter duus Augustinus, ardentissime dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, propter hanc & in oris dubitarunt, ceteras cupiditates huius viuus cupiditate prelerunt.

Hæc gloria veluti finis sœlicitatis, Fabios, Matellos, Africanos Cæsares, incitauit, inflammauit, stimulauit ad res magnas fortis animo capientes. De hac cecinit Valerius Flaccus.

*Tuscola annos mentem paratis gloria.*

Hanc Silius Italicus faciem honeste mentis pellat, cum ait:

*Aripuit traxi virum fax menti: honesta gloria.*

*Mortales ad laudem, & gloriam geniti sunt.*

*Ad laudes genitum capiat si munera diuum.*

*Felix ad laudes hominum genus.*

Scribunt historici, quod Themistocles Atheniensis noctu ambulabat in publico, quod somnum oculis capere non posset: querentibus humiliisque vigilia causa, respondebat: Milciadis trophaeis & gloria sc̄ ex somno suscitari.

Demosthenes oratorum apud Graecos clarissimus validè latatus est gloria susurro, quandoanus Attica aqua ferens, ita alteri in susurauit, hic est ille Demosth.

Alex. qui ex reb. gestis nomen Magni sibi inuenit, pectus insatiabile laudis fuit, qui plusquam pars sit titulus gloriae, Anaxagora referente immobile esse mundos ex authoritate Democriti præceptoris. Heu me miserum, inquit, quæ ne uno quidem mundo sum potitus. Hinc eu illud.

*Vnus Pelleo inueni non sufficit orbis.*

Hinc contraria illa est apud Senecam famigerata: Alexander orbi terrarum magnus est: orbis Alexandro angustus est. Idem cum in Sigmo ad Achillis tumulum adstiterit: O fortunatus, inquit Adolescens, qui tuæ virtutis præconem Homrum inuenetas. Quod apud Silium vestibus modulatis sic expreßum est:

*Felix acicida cui talis contigitore.*

*Gentibus offendit, crevit tua carmine virtus.*

Cæsar cum apud Herculis templū in Hispaniæ gestas ab Alexandro ( vt inquit Plutarchus) contemplatur in pictura, ingenuit illacrymantq; veluti ignauiam suam pertutus, quod nihil tum memorabile à se actum esset in eaestate, quia iam Alexander orbem terrarum subegisset. Han-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

41

sicio innotescere non dubitatunt, vt de Pausania nobili adolescenti, qui Philippum Macedoniam regem Alexandri Magni patrem interfecit, vt tali parricidio immortilitatem sibi compararet.

Et de Phlegio seu Herostrato, qui gloriae cupiditate templum Diana incendit, & comburi fecit, vt sui nominis memoria oblitterari non posset, atq; perpetuaretur, vt referat hæc duo exempla Valerius loco quo supra, & multa alia ibi videre poteris, quæ demonstrant non solum in magnis viris, sed etiam in alijs affectus gloriae affuisse. vide Textorem in loco supra allegato.

**Q**uinquagesima oœtaua consi. Nihil apud dominandi, & praesidendi cupidos probitatis aut fidei est, quod multis exemplis demonstratur, & ostenditur.

Et primò Cain libidine dominandi, & praesidendi, & vt solus dominaretur, & præcesset ceteris, ac predam suam liberius exerceret, fratrem suum Abel interfecit, vt habetur Gen. 4. vnde Proba mulier in suo Centone ait:

Tunc gemini fratres adolent dum altaria cœdis,  
Alter in alterius prælato innudit honore.

Etiam habetur 2. Paralipomenon 21. c. Iotam enim filius losaphat regis Iuda, gladio sex fratres suis occidit, vt bona corum possideret, & regnum suum ampliare, solusq; dominaretur, atq; illi sibi honor tribueretur.

Referit etiam Orosius, quod Romulus fratrem suum Rhemium interfecit, vt regnaret sibi, & totus honor eidem cederet. & etiā habetur 1. Mach. 1. & 2. c. ibi Surrexerunt in Hierusalem filii Belial introducentes ritū gentium. vbi habetur, quod Iesu & Iohann, qui de principatu futuro & dominatio-ne pœnitentia cogitantes, ex eo quod Onias primogenitus Simonis sacerdotum principis liberis careret, vt unus alterum perderet, Deo Israel penitus derelicto, ad Antiochum regem Asyria se contulerit, ritum prophananum in ciuitate Dei initiante: ex quo tanta succedit tribulatio, vt ibi habetur plenē.

Et etiā habetur de Etheocle & Polynice fratribus, quibus Oedipus rex Thebarum corum pater regnum alteris auni regendum dimisit: verum cū Etheocles maior natu, anno præfecto, fratri cedere noluisset, cupiditate dominandi motu sui propterea bellum, contrahit deniq; vtriusq; copijs, ambo mutuis scilicet vulneribus interfecerunt.

Virgilius in culice:

At discordantes Cadmeos sanguine fratres  
Iam truculent, se uni, infestaq; vulnera corpus  
Alter in alterius iamq; adulteratus; veterque  
Impia germani manat quod sanguine dextra.

Athila tex Pannonia reuersus è Gallia Budā, fratrem (qui regnum occupauerat) vt dominaretur de medio sustulit.

Antiochus Magnus Seleuci filius mortuo pa-

tre, fratrem vita exiit, vt solus principaretur & regno frueretur.

Fernandus rex Castellæ Sanctij filius Garsiam fratrem regem Nauarrę peremuit, vt Nauarram ipsam suo adiiceret regno, vñq; adeo libido principia non præscripsit sibi modum.

Nempricus filius Maddā rex Britanniae Malym fratrem exiit vita, vñeo mortuo principaretur.

Cunedagius quoque non alia ratione fratrem Morganum occidit, quo tempore Roma condita est, vt resert Volaterranus.

Canisgnorus Veronensem princeps moriens, Antonium, & Bartholomaeum filios reliquit heredes, quorum Bartholomaeus Antonium fratrem è medio sustulit, quem in principatu consortem aut parem, serre non poterat.

Cambyses Persum regi visus est per quietem nuntius ad eñ, dicens Merigidem fratrem solio sedere regio, qua ille visione consernatus Prexaspē Persum ad eum intercindendum misit. Trogus, & Herodotus authores.

Canis Grandis Veronensem princeps fratrem Erigamū (qui dum abcesset, Veronam inuaserat) foris reuersus obesum vicit, vietum morti dedit.

Perinus Fregotus Genuensem princeps, Nicolaum fratrem doctrina moribusq; insignem ob suspicionem principatus affectati interfecit.

Pinus Ordelaphus Foroliuensis, vt solus regnaret, Franciscum fratrem trucidauit, cuius liberis in exilium missis. Author Volaterranus.

Ptolemaeus Philadelphus Argenm fratrem (a quo insidias parari sibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Magenomine (qui Cyrenis imperabat) vt solus imperaret, bellum indicit.

Franciscus & Ludouicus Gonzaga, Vgolinum fratrem simulata amicitia ad coenam in uitatum adorti sunt, & interfecerunt: sola ad facinus inuidia moti, quod Guido Gonzaga pater, Mantuanorū dux, ei soli principatum reliquisset.

Frotho Danorum rex tres habuit liberos, Haldanum, Roem, & Scatomem, quibus mortuo patre æqua incessit regnandi cupiditas: quo factum est, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnum parricidio suscepit. Autor Saxo Grammaticus.

Feugo quoque Horuendilium Danorum regem fratrem suum insidijs circumuenit, atque vñbi parricidio datus est locus, cruenta manu functam mentis libidinem satiauit, vt eo mortuo regnaret.

Herminefredus Berthariū fratrem vi oppresit, vt sibi soli trāquillius, & securius apud Thurigos liceret regnare. Autor Gregorius Turonen.

Orta inter Dardanum, & Iasium contentionem, Dardanus superior fratrem peremuit: adeo consorte necesse potestas, adeo rara est in necessarios charitas, vbi illa dominandilibido mentes hominū titillat.

## PRIMA PARS

Nostræ autem ætatis scholastici, quid aliud in suis gymnasij agunt, quam ut clariores ingenio & doctrina se demonstrare possint?

**Q**uinquagesima quinta confit. Gloria que ex virtute procedit non est fugienda, aut alteri danda, iuxta Esaiæ dictum 42. Gloriam meam alteri non dabo. & Archi. in c. caendum. in fin. de pecc. dij. 3. & Baruch 4. Ne trades alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti aliena. & Apo. 1. ad Cor. 9. Bonum est mihi mori, quam ut gloriam meam quiesuacuer. c. sacerdos. circa si. 1. q. 2. & vulgo dicitur. Honorem meum nemini dabo. &, qui non diligit honorem suum, sur est ipius, & homicida. Er qui neglit famam suam, crudelis est. 12. q. 1. c. nolo. Capolla in tract. de Imper. militum eligendo. in verbo, autoritaris. Quod intellige, ut dictum est, dummodo procedat à virtute. Quoniam, ut ait Valerius de institutis antiquis, verryimum alimenorum virtutis est honor, eximiusq; virtutis minister est, ut ait Arist. 8. Ethic. & Justinianus in authen. de monachis. §. ordinatione vero abbaria. colla. i. in quam sententiam incidit Ouid. in Pontra.

*Laudataq; virtus*

*Crescit, & immensum gloriae calcar habet.*

Er Cic. in lib. de officiis. nihil esse in vita magnopere experendum, nisi laudem atq; honestatem: in ea autem persequenda, omnes cruciat corpus, omnia pericula mortis atq; exilio, parui esse ducenta. Et Valerius libr. 4. ri. de Abstinentia, & continentia: De publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administranti officio accede re debet, ut ibi de Paulo Aemilio exemplum patet, qui præclarè actuū secum existinuit, quod ex Victoria contra Xerxem Persarum regem parta, alij pecuniam, ipse vero gloria occupaver, memoriamq; non in tempore fecisset. Nam gloria cupiditas, & timor ignominie ad virtutem excitant, ut refert Cæsar in suis Commentariis lib. 7. & ut ait Cice. in orationib. Est in virtute a censoris, ut is gloria magis excellat, qui virtute plurimus præster. Igitur rectè ex sententia eiusdem Cic. 2. officiorum dicebatur sic: Præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiaria m diebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberet vellet, talis esset. Quod si qui in simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modò sermone, sed etiam vultu stablem se gloriam consequi posse dicenter, vehementer erant. Veraenim gloria radices agit atque etiam propagatur, fista omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simu latum quicquam potest esse diuturnum. dixi hic antè.

**Q**uinquagesima sexta confit. Gloria cupiditas cauenda est, ut ait Cice. i. officiis. Eripit enim liberate in, pro qua magianum viris omnis debet esse contentio, quoniam etiam, ut Sapiens ait: *Quid valet hic mundus, quid gloria, quid triumphus:*

*Pot miserum funus, puluis & umbras sumus. Et vilius estius in libro de vita & moribus philosophorum restarur: Scipio Africanus solitus erat dicere, nullam pestem fuisse maiorem, quam gloria cupitatam, ex qua ob certamen honoris & gloriae iniurias maximas inter amicissimos saepe excitavimus. Sitq; gloria cupiditas, stultitia, test. C. ce. lib. veteris rhero. Et ut habetur lib. 9. Quintus Curtius de gestis Alexandri: Avaritia gloria & insatiable cupidio famæ nihil in iuvi, nihil renouari videri sinat. Auidi milites sunt & pecunia, & gloria similis: fortuna reb. famam præmium quæ concurrit, & iniliti pro brumis plerisque verit in gloriam vulgi, ut dicit Tibul. in Elegia 10. libr. 4. quæ quantacunque sit, rota est brevis planeq; inanis, & nemo nisi vanus falso latatur honore secundum Polycratum de nugis curialium in suo prologo. Audi sententiam Fran. Petrar. Gaudeo, magna inueni gloriam, respondeo, magna in exiguo quæliter explicentur non intelligo, si remorum silorum angustias metiat, magnam lucis gloriam non posse esse fateberis. Nam & liquidò certum, quænam sit hæc moralis atq; terrena gloria magnitudo, si tamen præfulgens & digna sit tibi gloria gaude, non quod habeas, sed quod meruisse miserrimaq; est omnino ambitio, bonorumque contentio, quoniam nihil laudabilis, nihil magno atque præclaro viro dignius placibilitate, que clemens, ut ex Cic. i. officio. secerni potest. **Q**uinquagesima septima confit. Ipsa gloria cu piditas, & honoris concupiscentia multos perfundit, seu decepit. Nonnullos enim legimus, qui à parentium inclita nobilitate degenerarunt, & honore domus postposito, ad vilia officia conuolarunt: ut refert Valerius in 8. de cupiditate gloriae, de Quinto Fabio Romano, qui deridet clara & nobilissima Fabiorum secta, pictore effetus fuit, ut nomen suum in publico pingens, carcer æternum, de claro genere faciens se sedundum.*

Alios vero qui de statu infimo deitate gloriae volentes, aut fuerunt in vertice deorum nomina sua includere, ut de Phidia staurario legitur apud eundem Valerium eisdem lib. & ti. & apud Cic. libr. 1. Tuscule. questionum, qui clypeo Mineru effigiem suam inclusit, ita inseparabiliter: quæ oculi, rota operis colligatio solueretur, rememorans Luciferum qui dixerat: Ponam scđem meum ab aquilone, & ero similis altissimo. de quo Esaiæ 14.

Alios vero qui scipios interfecerunt, ut Empedocles, ut refert Textor in sua officiis. c. arrogantes superbi, glorirosi, ambicioosi. & in c. qui se occident, & videas plures casus, in quib. ambitio multos decepit per Texto. in d. c. arrogantes, superbi, glorirosi, ambicioosi.

Ceteros vero qui cum virtute gloriam, & famam asséquiri non possent, scelerib. insigniis maleficio

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

42

**L**aus in ore proprio sordeſcit. de quo habetur in ea. si quis verò non obediat. 11. q. 3. & Iо. de Platea. in proceſſio. iſti. §. quorum. Et etiam habetur per Apost. & Ro. 1. Dicentes ſe eſſe ſapiētes, ſtulti ſunt. Ait enī Bernardus in lib. de improbatione vitiorum. c. 2. *Vana ſuperborum vacua iactantia men-tem.* Et ideo inquit Seneca lib. 2. de beneficijs. Re- trahenda inanis iactatio, reſloquunt nobis ta- centibus, quoniam, vt habetur in gl. in proceſſio inſtit. §. cunq; hoc. & in auth. de monachis. §. ſan- cimius. ibi: & impedimento eorum tolerantiam. coll. 1. & in auth. de qu. extio. circa prin. ibi: ut ille ex ipſo rerum experimento. coll. 7. Opus lau- dat magiſtrum. Et Paulus 2. ad Corinth. 10. in fin. ait. Non enim qui ſeipſum commendat, ille pro- batus eſt, ſed quem Deus commendat. Etymū ſequiſque ſequi debet conſilium Amb. de quo 6. q. 1. c. imitare, quod nemo debet ſe iactare, vt doceſt de Petro, quife iactauit dicendō: Et ſi omnes ſcan- daliſati ſuerint in te, &c. & tamen Chriftum ne- gauit, & de Dauidē qui dixit, Ego dixi in abundan- tia mea, non mouebor in æternum. Et tamen hanc fuisse iactantiam dixit, cum dixit: Auertiſſi faciem tuam à me, & fætus ſum cōuictus. Ideo nos hortatur Sapiens Proverb. 20. Laude te ali- us, & non os tuum: aliena labia, & non lingua tua. Nam etiam iactans ſe bono gratiam Dei effundit, quoniam vt habetur Ecc. 20. Et omnia bona per- dit, quoniam vt ait Greg. in moralibus. O quam inſcriſſi ſunt qui affectant laudes hominum in ſe- metiſpiſ, diſſipant ſructus laborum: dumque ſe alienis oculis oſtendere appetunt, dannant quod agunt. Ille increprobantur opinio & actus illorum, qui cum aliquid in ecclesijs & intuui pietatis & ecclieſia faciunt, in eis arna ſua aut inſignia po- nunt, quoniam ex hoc videntur conſequi præ- miū, ſcilicet glorię & laudis mundi, & amittunt fructum quodā Deo percipere deberent, vt nota- tur per doct. in apost. ad Pan. in c. dilecta. extra de excessibus pral. vbi al. egatur Gemi. in cap. due ſunt. 45. diſtinguit. qui dicit: Nota contra illos qui cum in ecclesijs quid faciunt, ibi inſignia eorum po- nunt.

**Q**uinquagesima nona conſideratio erit, qđ et- iam quandoq; licetum eſt ſe iactare & com- mendare de bono, ſecundum loan. de Platea in proceſſio iſti. & ibi Angelus in §. quorum. facien- do diſtincionem inter commendationem ne- ceſſariam, vtilem, & voluntariam, notoriā, aut non notoriā. Neceſſariam diſcunt permiſſam, vtputain eo quiveniam iatatis impetrat, qui non aliter admittitur niſi morum ſuorum iuſtituta, probitatēque animi vita honoreſt edocear. Io. m̄nes. C. de his qui veniā iatatis impeta. & niſi commendatio ſit intentio querentis aut peten- tis, vt. vniueſque C. de proximis ſacer. ſer. in lib. 12. Utilem etiam permiſſam, videlicet, cum nouus rector proinceſia commendat ſe à bono regimi-

ne & iuſtitia, pro benevolentia ſubditorum con- ſequenda. Iſſolent. §. ante omnia. ff. de off. procon. & leg. 31. di. c. tenere debet. Voluntariam etiam notoriā permittunt legit̄, vt in §. quorum. in proceſſo. iſti. & C. de nouo codi. compo. in prin. Nō notoriā, dum tamen modica ſit, etiam permittunt, iuxta illud:

*Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe,  
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.*

Iſta eſt doctrina legiſtarum, in d. §. quorum. ſu- pra allegato. & vide etiam Albericum de Rofate in l. 1. C. de nouo codice compo. Theologiverò aliter ſentiant, & dicunt, quod iactare, laudare, ſeu commendare contingit pluribus modis, qui tres ponunt permifſos.

Primo videlicet quando quis ſe laudat ſeu co- mendat propter bonum propriæ fama, vt ſciliſet homo poſſit faluare ſuam bonam famam. Sicut Samuel ſe laudauit poſquam ſenuit coram filiis Iſrael, vt habetur 1. Reg. 12. dicens ad filios Iſrael: Itaq; conuerſatus ſum coram vobis ab adolescence in ea vſque ad hanc diem. Ecce ego prästo ſum, loquimini de me coram domino, & eoram Chriſto eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim vel a- ſiū, ſi que in piam calumniatiſ ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiusquam accepi, & cōtem- nam illud, hodieque reſtituam vobis. Et poſthoc ſubdit: Teſtis eſt mihi dominus, quia non inue- niens in manu mea quippiam malum. Sic etiam ſimi- li modocum quis inculpatuſ in iuſtè, veletiam timet in iuſtè inculpari, poſter in tali caſu in quo inculpatuſ, ſeipſum laudare ad conſeruandum bonam famam ſuam. Imo hoc caſu tenetur ad conſeruandam bonam famam ſuam, aliās crude- lis eſſet: cum crudelis ſit, qui famam ſuam negli- git. 12. q. 1. c. nolo. & gloss. in proceſſio decreta. in verbo, prodiga. & habetur Prover. 22. Melius eſt nomen bonum quam diuicia multa. & Hugo de S. Viſtore. Nō ſufficit nobis vita sancta, niſi ſit bona fama. Vnde etiam dicit Aug. quod ſunt duo neceſſaria, ſciliſet conſientia & bona fama. Conſientia propter recipiſum: & fama bona propter proximum. Et iſta commendatio quandoq; eſt neceſſitatis: quando ſciliſet quis inculpatuſ de delicto, vt habetur de purga. can. per totum.

Secundò potest quis ſe laudare propter chari- tam Dei ac illius gloriā, gratias ſibi à Deo con- cefſas, non ad ſe, ſed ad Dei honorem referendo. Et de hoc inquit Cypria. in epiftola ad Donatum. Odioſa iactatio non eſt, quamuis non iactatum eſſe poſſit, ſed gratum, quicquid non hominis virtuti aſcribitur, ſed de Dei munere p̄dicatorum. Sic fecit gloriſa virgo Maria, qua ececinis Luc. 1. Magnificat anima mea dominum &c. Et ſequi- tur. Quia respexit humilitatem ancillæ ſue, ecce enim ex hoc beatā medieſent omnes generatiōes.

Tertiò potest quis ſe laudare propter charita- tem proximi, ne ſciliſet ſcādaliſet propter ver-

# PRIMA PARS

Bela rex Pannoniae Polonorum copijs instrutus, Andream fratrem bello aggressus est, partaque victoria interfecit viatum.

Tiphon Aegyptius fratrem suum Osyridem peremisit, inuidia accensus, autores Berolus & Seneca de sacris Aegyptiorum. Diodorus item, com pertum est (inquit) Osyridem Aegypto iuste regnante à Tiphone fratre impio ac nefario interemptū, quem in sex & viginti partes dissestum, cui libet corum qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, ut ipsos defensores custodesque regni fidoshaberent.

Henricus cognomento Clericus Anglorum rex, Robertum fratrem hostem habuit, quem in bello capti, oculis primū aulsiis, in carcere detrusit, ac demum pedore, & inedia ibidem mori fecit. Volaterr.

Ludovicus x. Francorum rex contra ducem Aquitaniam fratrem suum bellū mouit, quo tempore mortuus est.

Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mithridatem fratrem suum obsedit Babyloniam, factaque ditione in conspectu omnium, quamvis suppli cem, interfecit. Deus te perdat ambitio, quæ fratres armas in fratum viscerā, quæque securum à nato non sinis esse patrem.

Iugurtha Manastabilis filius nothus, fratres suos Adherbalem, & Hiempalem Micipsa patrui sui filios interfecit, ut solus Numidis imperaret. autus Salust.

Friola Alfonsi Catholici filius rex Hispania, ab Aurelio fratre interfecitus, cum ann. 12. regnafet. hæc exempla ponit Textor in sua officina, in c. paradicę, ver. interfectores fratrum aut sororum. vbi multos ponit fratres, qui occiderunt fratres, & sorores.

Legitur etiam de Perpenna cōsule, qui regnandi cupiditate Sertoriū inter epulas incautum occidit, ut solus in Hispania principaretur.

Amilius Numitorem, Artabanus Xerxem, Athalia vniuersum Dauidis semen interfecerunt, vt apud suos dominarentur.

Spitneus rex Boemorum dominandi libidine bellum gessit cum fratre Vratislao.

Eraclius Phocā interfecit, ut solus imperaret.

Constantinus Imp. Ireneū matrem expulit, ut solus imperaret. hæc exempla ponit idem Textor in sua officina c. arrogantes, superbis, glorioſi, ambitiosi.

Resert etiam Gaguinus lib. i. c. antepe. quod in regno Franciæ post Clodouai regis obitum, cui quatuor liberi successerunt, duo ambitione dominiandi & regni usurpandi, ut reliquias præferrentur, occisi sunt.

Hac enim gloria videtur multa attulisse incōmoda & damna & angelicæ naturæ, ut habetur de Lucifero qui voluit fieri similis altissimo, ut habetur Isa. 14. & à humana natura. Gen. 8. Eritis si-

cut dij scientes bonum & malum. Ex quo videtur, quod gloria nō est multum apperenda: quoniam etiam scriptum est: Ne glorieris in crastinū, ignorans quod superuenientura pariat dies. Proverb. Et hoc quoniam homo cum in honore eslet non intellexit, comparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis. Psal. 48. notat Arch. in c. principio. de poen. dist. 2. Homo enim vanitatis similis factus est, dies eius sicut umbra præterit. psal. 103. & est tex. in c. si. §. charitas. de poen. dist. 2. Sicut umbra sunt honiñis dies. Job. 13. Et quasi putredo consumēdus, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Job. 14. c. Nec plus gloriatur vnu quā alter quoniam vnu est in toto itus omnibus ad vitam, & similis exitus. Sap. 7. & habet Eccl. 7. quod sicut egressus est de vero matris nubes, sic reuerteret, & nihil auferet secum de labore suo. Nescit enim homo sineum suum, sed sive pices capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplò tempus superuenient. Eccl. 10. c. Et vñ ait Cic. lib. 3. de oratore: O fallaces hominum spem fragilemq; fortunam, & inest nostras conceptiones, quæ mediocri spacio tñ stranguntur, corrūt, & cum ipso cursu ante obtundunt, quām portum conspicere valuerint: & tamen per habenda est prouidentia, & consideratio funera mortis. Ut enim dicitur in vita B. Ioannis eleemosynarij, antiquitus postquam imperator coronabatur, statim ingrediebantur ad eum adificatores monumentorum, dicentes eidein: De quali metallo iubet imperium fieri monumentum tuum? ei insinuantes, quod cum sis homo corruptibilis, & transitorius, curam habet o tui ipsius, & pie regnum dispone. & habetur Eccl. 14. Cm enim morietur homo, harreditabit serpentes, & belus, & vermes. Et omnis caro sicut scenum vetetur. Eccl. 28. Et vanitas vanitatum, & omnia vanitas Eccl. c. 1. Vnuersa enim vanitas omnis hominuens. Psal. 88. Vnde ut habetur in lib. de contentu mundi:

*Quid valet hic mundus, quid gloria, quid auctoritate?*  
*Posse miserum fuisse puluis & umbras sumus.*

Eramplissime de huiusmodi gloria fugienda vide Petrum Antrarien. in sua summa de laetationibus. de quinto vitio superbie, vbi ponit in probationem illius gloria & superbie per lñvel circa, ad quem recurre in omni statu. sed q; extra propositum, non infisto. Maxime etiam gloriarri non debet se iactando, & sic seipsum laudando, quoniam, ut ait Ari. 4. Ethic. iactator maximus vituperandus est. Et Cic. libr. 1. officiorum ait. Turpe est de seipso prædicare. Et, ut ait Quintil. lib. 8. de oratoria institutione: Virtus est iactatio, inserta; audientibus nō modo fastidium, sed etiam alijs plerunque odium. Ideo dicitur φ. iactato nocet nō solum ip̄s, sed etiam alijs. Er habetur c. si quis i. q. 2. Et in communione prouerbiodicitur.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

43

**Q**ui hic de bono laudari appetit, spem perdit, & gloriā mercedis in futurū non recipit. Vnde Chrysost. super Matth. O insipiens quid tibi profest illa laudatio post mortem, si vbi eris non laudaris? Vnde noui solum cauere debemus ne bona opera iactanter proferamus, sed etiam diligenter cauere debemus, ne in elatione mentis de bonis nostris extollainus: vt docet exemplo de quo habetur in sermonibus discipuli, sermone 17. vbi quadam ex supradictis extraxi, de quo amplè infra dicam.

Vnde cīm cuius se laudat de peccato mortali, & de his loquitur Salomon Prover. 2. ca. Qui gloriantur cū mal fecerint, & exultant in reb. peccatis. Et David Psal. 51. Qui gloriatur in maliitia. & habetur Esa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma in prædicauerunt. De quo etiam delicto iactatio nis hoc casu quomodo sit de iure puniendum, notatur in c. quam sit. de excess. præla. vbi dicit Petrus de Anch. quod de crimine laudari est crimen gracie, vnde allegat Senecam de quatuor virtutibus. Tam turpe tibi sit laudari à turpib⁹, quam si laude ris ob turpia, & maximè reprobatur in clericis ut ibi. Imo etiam sapientis in sapientia sua non debet gloriari. ut habetur Hier. 9. Non gloriatur sapientis in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in dignitate: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & noscere me.

Duodecimō cum quis se iactat & laudat, vt aliquem decipiat, vt puta dicens se expertum esse in aliqua scientia, & in ea magna comodiā fecisse, allicit homines ad se, & in manibus suis se ponat cum damno, & periculo eorum. De talibus loquitur Arist. 4. Ethic. Turpior est, qui causa lucri se iactat, quā n̄ qui causa glorie vel honoris. Et ibidem dicit Philosophus. Iactator fngit de se maiora existere, quandoq; nullius gratia, i. ex vanitate, quādo que honoris & gloria, quandoq; gratia argenti: & hoc cati si faciat cum damno aliorum, est prohibi tum, cū sit maxime quædam similitudo, cum iactator simulari cœtib⁹ aliquia inesse, quæ n̄ sunt, vel si sunt simulari cœtē maiora quām sint, vt ait Arist. vbi supra. Si tamen dicat veritatem & non deroget alijs, licetum est laudare se apud eos quibus quis est ignotus, vt dicit Ber. de Bust. in 2. pat. Rosarij. ser. 9. part. 2. in litera E, vbi in dicto sermone multa ex predictis dicit.

Decimocertū die quod huiusmodi vanagloria seu iactantia est euitanda trib. de causis, vt amplè dicit Antoninus Flo. in sua sum. 2. par. ti. 4. c. 1. §. fi. & in §. 1. 2. & 3. ponit materiam inanis, & vanagloria quæ dicitur iactantia: ad quem recurre. Et dicit idem Ant. ead. part. ii. 10. cap. 2. §. 1. quod alios laudare contingit quadrupliciter, vt ibi per eum, Exagēsima consi. Homo n̄ debet gloriari ap- Spetendo honorem terrenū non sibi debitum, quoniam ad honores mundi sine suffragio tempo ris aut sine merito laboris, velle promoueri, dici-

tur ambitio, quæ non est permissa, cū sit inordinata appetitus honoris terreni & amplitudinis dignitatis. c. miramur. in fi. 61. di. Et ideo, vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 131. arti. 2. & Alexander de Alis in 2. par. summa: in tract. de ambitione, est peccatum. Quia cum honor sit præmium virtutis, Arist. 4. Ethic. Ambitus desiderat præsidentiam, & regimen, quod nō debetur nisi virtuosis, & per cōsequens non sibi. Imo etiam si est sacerdos, ex ambitione fit indignus. i. q. 1. c. principatus. Miserrimaque est omnino ambitio honorum quæ contentio, vt am plè habetur per Lucam de Pen. in l. omnium infi. C. de decu. lib. 10. Refert Cice. lib. 1. officiorum. vn de dicitur Eccle. 9. Noli querere ducatum ab homine, nec à rege cathedram honoris. Et ratio potest assignari, quæ habetur Sapientiae. Judiciū du rissimum his, qui p̄funt, fieri. & dicit tex. in c. mul ti. 40. dist. Quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet cōfusione in cœlo, nec inter seruos Christi computatur, qui de primatu tractauerit. & in cap. principatus i. quæstio. Principatus, quem metus extorsit, aut ambitio occupavit, & si actibus suis vel moribus non offendat, ipsius ramen initij est perniciosus exemplo. c. sicut is. i. qu. 6. & habetur in cap. in scripturis. 8. q. 1. Sicut qui in uitatis renuit, quæsus resfigit, est sacræ altaribus remittendus: sic qui vltro ambigit, vel importunum se gerit, procil dubio est repellendas. Et dominus Iesus Christus contra ambitionem Phariseorum inquit, Mat. 22. Amant primos accubitus in coenis, primas cathedras in synagogis, & salutari in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Nam huiusmodi ambitio totum ferè mundum cōturbat, denique Ecclesiasticus destruit. c. nihil de ele. Ambitio enim causa est omnium malorum, & ideo vitanda, vt peccatum mortale, vt dicit Card. in cle. 1. in 3. & 4. notab. de regularibus. & est reprobanda per eundem Card. in d. cle. 1. & in cle. fi. de ele. Imo dicit Albericus de Rosa. in rubr. C. ad legem Iuliam de ambitu. quod dispositio vniuersi quæ in prædictis usurpat tam in brachio seculari, quām Ecclesiastico, mundum in malo statu in quo est ponit. & dicit text. in cap. omnes huius seculi 47. distinct. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes, sunt in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria visque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, nec parvum in labore quidem subsistunt, vt ibi amplè. Et dicitur per Ambrosium super Lucam. Sæpe quos vita nulla delectant, quos nulla potius mouere luxuria, nullaque avaritia, facit ambitio curiosos. Et vt ait Aug. super Psal. 1. Nō est ferè quisquam, qui carcat amor dominandi, & humanam non appetat gloriam. dixi supra in præfatione. Imo etiam & ambitio de iure digestorum, & C. est reprobata. ff. & C. ad legem Iuliam de ambitu. Et ideo de iure nostro videndum est nunquid liceat appetere officium vel dignitatem. Salyc. in dict. le. vñica. C.

L 3 ad

## PRIMA PARS

ba derrahentiū: quoniam vt dicitur in e. sunt plurimi. 6. q. 1. Sunt plūtimi qui viam moresque bonorum amplius quam debent laudant: ideo permittit Deus malos in obreētationem, & obiurgationem protūnpercere, vt si qua elatio ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Quia de re quia se penumero de bonis viris & cūlīs pusilli malorum disfamationib. seā daliizantur, licitum est quandoq; virtutes aperire, sicut fecit B. Aug. qui in sermone qui legitur in festo eius, dicit, Charitati vestra de nobis sp̄is hodie sermo reddendus est. Quia enim vt ait apostolus, Spec̄ aculum facti sumus mundo, angelis, & hominib. qui nos amant, querunt quod laudent in nobis. Qui vero nos oderunt, querunt quod detrahant nobis. Nos autem in vtroq; medio constituti adiuante Deo vitam & famam nostram sic custodiō debemus, vt non erubescant de detractorib. laudatores. Cuius doctrinā sequi volentes debent seruare doctrinam, quam ponit author ad Rudium lib. 2. dicens:

*Ce quisquis famam cupiat retinere celebrem,  
Omnibus hic studeat gratus adesse bonis.  
Si miris curritis, tractabilis, ar̄, benignus,  
Sableuer ut nomen proferat amasum.  
Et si displiceat prauis, non sollicitetur,  
Quis nisi fit prauus nemo placere potest.  
Verum profiteor, simul omnibus opto placere,  
Sine quoque saltem gliscere bonis.*

Quarto etiam licitum est se laudare pro redificatione liberorum ac proximorum. Vnde cum B. Paulus haberet de se predicare Corinthiis ab eo ad fidem conuersis, post recessum eius cum seduci fuissem à quibuidam pseudoprophetis, qui Paulo detraxerant, vt eius predicationem contemni sacerdot, ipse Paulus zelo & charitate salutis eorum ductus mirabilia de se resert, vt eos ad fidem veram renouaret, vt habetur 2. ad Corin. 11. & 12. capitulo, vbi dicit se nihil minus fecisse à magnis apostolis. Et alio loco dicit, quā abundantius his omnib. laborari. Et deinde iactat se de his quę passus est: postmodum dicit se raptum suisse usque ad tertium ecclsum, & vidisse quā non licet homini loqui. & dicit etiam se habere Spiritum sanctum. 23. q. 1. c. sic enim, circa fin. & multa alia in sui commendationem, de quo habetur, & alijs hic ante dicit per Antoninum Flor. in sua sum. 2. parte tit. 4. c. 4. §. 2. & ibi in illo titulo ponuntur aliqui casus ex predictis, quem videatis. Eriam B. Aug. dicit se parem prophetis 23. quæst. 4. c. ccce. & Deus le ore proprio commendauit, dicendose iactant. c. tenere debet ecclesia. 31. dist. Ita dicit Albericus in dict. l. 1. C. de nouo codi. compo. & Christi actio nostra est instruō. c. legitur. 71. distinet ergo, & nos commendare possumus.

Quinto licitum est alieni se laudare, & commendare, quando est in tribulatione, & oppressionē de benefactis suis, ne in desperationem in-

ciderat. Vnde Job turbatus, & ab amicis calumniatus se laudauit, vt habetur 29. cap. Oculus tuus exco, pes claudio, manus debili, & pater eram quondam pauperum. Eu habetur de S. Antonio, quod cum plus deprimeretur à diabolo, plus exaltabat.

Sexto licitum est se laudare, vt cuitemur malum vel periculum, non tamen deficiendo à veritate, prout fecit Paulus, qui se cinem Romanum dixit, propter quod sicut dimissus liber qui tenebatur captivus. Act. 25. c. Imo etiam quo ad Deum licitum est se laudare coram eo ad sublimationem sp̄i, & vt tenetur periculum, prout fecit Ezechias rex Iuda, vt habetur Esa. 28. c. vbi dicitur: Agrotanit Ezechias usque ad mortem, & introiuit ad eum Esaias propheta, & dixit ei: Dispone domum tuā, quia morieris & non viues. Et conuictus Ezechias faciem suam ad parietem, orauit ad dominum, & dixit: Obscero domine me mēto quomodo ambulauerim corāte in veritate & corde perfecto, & quod bonū est, in oculis tuis fecerim. Et vide ad hoc eundem Antonium in loco hic antē allegato.

In omnip̄ibus autem his est prohibita iactanta ultra pradiatos, ita quod semper aut est veniale peccatum, aut mortale. Veniale videlicet in cau, scilicet cum aliquid dicit in sui commendationem, quod certum est verum, & non iniuriat nec de proximo, sed aut quia nō est nec in necessarium nec vtile, sed cum aliqual inanigloria, & in hoc pacto pauci inueniuntur iniuriantur, vt ait Greg. in 31. c. moralium. Et ista iactantia magis minuit laudis praecōnium si sit aliquid, vt multi cupid laudis faciunt, vt dicit Valerius. Et iste septimus est modus iactantia: De his dicitur prout Cato: Necie collaudes, &c. hoc sciunt, stulti quos gloriantur inanis.

Ostendo et. iactit alicui se laudare aut iactare contra honorem Dei, vt fecit Senacherib dicens, quod Deus non posset liberare populum suum ab eius potentia, de quo habetur 4. Reg. 19. Et modo multi delinquunt etiam mortaliter, cum dicunt, Deum non posse facere, quin talia peteant.

Nonò contingit aliquando quod quamuis latet se in continuālē proximi, sicut Pharisēus laudando vituperabat publicanum, de quo Luc. 18. & Golias dicens, Ego exprobraui agminib. illā hodie, qui suo proprio gladio à Davide caput truncatus est, vt habetur 1. Reg. 17. c.

Decimò quis se laudando de bono opere principaliter, & finaliter vt laudem humanam habeat at quā p̄apponit Deo, peccat: & ex hoc potest damnari, vt habetur de quoddam Pharisēo Luc. 18. c. Qui decimas dedit, & duos dies in hebdomada ieiunavit, eum de his bonis operibus se iactauit, & in eisdem vanā gloriam quaſiuit. Ex quo pericolum est, se in bonis operibus iactare, de sum. bo-

est l.princeps. ff. de legib. vnde Papa etiam si officia temporalia vendere potest, prout vendit, vt di-  
ctum est ante, igitur, &c. licet tamen non congruat honestati. Quia venditionem iustitiae presum-  
ptiuè dicitur tollere, in auth. vt iudices sine quo-  
quo suffra. sicut vbi est pulcher tex. prohibens ven-  
ditionem huiusmodi officiorum. ex consilio vxori-  
us Iustiniani facta est illa ordinatio, quod dc cathe-  
tro officia iudicaturæ non vendantur. Imo iudic-  
es deinceps faciunt sine quoquo suffr. Et de hoc  
etiam est ordinatio Ludouici beati, de qua men-  
tionem fecit Gagiinus lib. 6. c. 2. & Ludouicus 12.  
ordinatio sua 40. quæ est approbativa, & con-  
fortativa aliarum ordinationum regiarum, vide-  
licer Caroli 7. ordinatione sua 97. Et Caroli 8. or-  
dinatione sua 68. de quibus per d. Guil. Benedicti  
in sua solenni repe. c. Ray. in ver. duas habens fili-  
as. vbi ponit multa alia exempla, quæ causa breuitatis  
non infero. Et facit, quia iurisdictiones & ho-  
nores veniales esse non possunt. d. auth. vt iudices.  
& l. quisquis. C. si cer. pet. Nec iustitia venalis esse  
debet. Quini inò res malè agitur, cū quod virtute  
fieri debet, pecunia tentatur, vt dicit Tul. Cie. quē  
refert Bal. in d.l. Barbarii. in 2. col. vbi in vnaquaque  
lectura amplè tractat hanc materiam, quam  
videas. Et facit etiam in l. bacchij. C. de muri legul.  
lib. 11. Quia officia vendi non possunt. Et dicit ibi glo.  
illud est simoniacum. facit tex. in l. lege Iulia. & in  
l. fi. 1. q. 1. & est casus in c. i. iuncta glossa. ibi super ver-  
bo, consuetudines, de magistris. quæ dicit. quod  
talia emete, est quasi simoniacum. facit gl. in d.l. 1.  
ff. ad legem Iuliām. de ambitu. vbi Bar. dicit, quod  
illud quod canouitæ vocant simoniām, legistæ  
vocant ambitum, qui committitur in re de emptio  
ne pecunia ria officiorum: & ibi plura alia dicit di-  
ctus Benedicti, qui ultra dicit, quod quicquid de in  
re communī ordinationibus regijs & alio modo  
sit prohibiunt, hodie non instamus in istis, quia  
temporale, & spirituale, & etiam omnia, venaliti-  
e exposta sunt, & omnia pecunia obciidunt. Eccl.  
10. prout dicit Lucas de Pen. in d.l. bacchij. vbi di-  
cit, quod de hac materia parum scribit, quia omni  
bus pontificibus, regibus, & principibus nota est  
plus exercendo, quam in libris studendo: ex quo  
nobis succedunt illa, de quib. in auth. vt iudices, si-  
ne quoquo suffragio, & peiora, vt videamus quotidi-  
die in oculis nostris.

Imo, quod plus est, multominus licet emere ta-  
lia officia, & dignitates. & ad illa ambire per pe-  
cuniā: cum etiam non licet sola voluntate di-  
gnitatem, vel officium appetere, vel desiderare si-  
ne peccato, vt ante dictum est. Et vt dicit Aug. lib.  
9. de ciuitate Dei. Locus (inquit) superior etiā ad-  
ministretur, vt decet, indecenter tamen appeti-  
tur: vnde sine causa, & ratione, Hala, magister e-  
quitum, Spurium Melium regnum Romanorum  
affectionatum occidit, vt refert Valerius lib. 5.  
tit. de ingratia. quod sibi fuit reputatum ad maxi-

mam reipublica gratitudinem, & obsequium, &  
vt idem Valerius lib. 6. tit. de seueritate, ait, Par in-  
dignatio ciuitatis aduersus Sputium Cassium eru-  
pit, cui plus suspicio concupite dominationis no-  
cuit, quam tres magistri, consulatus ac duo specio  
fissimi triumphi profuerunt. Senatus enim popu-  
lusque Romanus non contentus cum capitali sup-  
plicia afficeret, interempto domum superiecerit. vt  
penatum quoque strage puniererit. In solo autem  
ædem Telluris fecit: itaque quod prius domineili-  
um potentissimi fuerat, nun religiose seueritatis  
monumentum est. hec dicit Valerius vbi supra. Et  
dicit text. in l. i. C. de comitibus. & tribunis schola-  
rum. lib. 12. quod dignitates, & dominationes de-  
pendent à casu, & fortuna: quod dicit esse verum  
lo. de Platea. in d.l. 1. prout ista adhærent, aut illi,  
sed non in abstracto, quoniam à Deo emanauerunt,  
in auth. quō oporteat episcopos. in prin. col. 1. & in  
c. solita. dc maior. & obedi. extra. Vnde dicit Ber.  
Quoties hominibus praesc̄ desidero, Deum me-  
um præire contendo, & tunc non sapio quæ Dei  
sunt. Pariter dicit Chrysost. super Matthæuni. Qui  
cunque desiderauit primatum in terra, inueniet  
cōfusione in cœlo. c. multi. 40. dist. & dixi supra,  
quod nobis Christus etiam ostendit, qui aufugit  
cū eum regem facere voluerunt. Ioan. 6. ob quod  
dicit Apostolus ad Hebr. 5. Nemo sibi assūmat ho-  
norem, nisi qui vocatus fuerit sicut Aaron. sic &  
Christus non semet ipsum clarificauit, vt pontifex  
fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es  
tu, ego hodie genui te. quemadmodum, & alibi di-  
citur. Tu es fæderos in æternum secundum ordi-  
nem Melchisædech.

Et de multis qui regna, & dignitates respuebāt,  
refert G. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verb. du-  
as habens filias, extra de testamentis, vt de Numa  
Pompilio, prout refert Plutarchus de Scipione Afri-  
cano, vt etiam refert Valerius lib. 4. titu. de mo-  
deratione animi, qui recusauit statuas, & stemma-  
ta in comitio, in rostris, in sella denique Louis Ca-  
pitolini. Et Marcus Fabius, vt ait Plinius libr. 2.  
Oblatum à senatu triumphum laudabili animi  
modestia contempnit. Denique Caius Claudius  
Nero secundum Liuum lib. 7. decados 3. Trium-  
phum à senatu decretum cum Liuio consule recu-  
fauit, Liuumque triumphantem equo sequutus  
est. Cato etiam (Plutarchio teste in vita eius) nul-  
lam sibi pasus est statuam poni, inquiens, malle vt  
postei interrogarent, cur Catoni non posita esset  
statua, quam eur posita esset. Et de Labeone qui  
noluit cum offerretur ab Augusto consulatus quo  
subiectus fieret, & honorē suscipieret, vt l. 2. §. post  
hunc. ff. de orig. iur. Vnde Valerius tit. 5. de indul-  
gentia patrum in liberos. Latierant qui regna de  
ponebant, & tristes cum dababantur. de quibus ibi  
per eum amplè.

De huiusmodi materia ambitionis amplissimè  
per Antoninum Flor. in sua summ. part. 2. li. 3. c. 5.  
vbi

# P R I M A P A R S

ad legem Iu. de ambitu. examinando hanc matriam, dicit. Aut est quæstio de iam præsidente & habente officium aut dignitatem. Et tunc, vt dicit, non licet eidem illud officium repeteret, vt finito tempore statuto possit illud cōtinuare etiam si illud precib. porrectis obtineret à principe, vt d.l. 1. Si tamen princeps proprio motu ex privilegio illud confirmaret, tunc illud continuare & exercere posset, vt gl. lib. in d.l. i. Quoniam, vt dicit ibi Sal. tunc non creditur ob importunitatem petentis fecisse, nec creditur eum rem publicam & subditos lâdere, cùm non sit credendum principem, cuius est proprium subiectorum commoda inuestigare, illum motu proprio concessisse, nisi exigente siuorum experientia meritorum. Alij autem inferiores à principe nō possunt illum etiam motu proprio confirmare, nū in defectum aliorum, in auth. de defenso. ciuita. §. fi. & in l. honor. §. fi. ff. de mun. & honorib. & in l. nemo. C. de offi. assesso. & tales qui talia officia petunt per ambitionem sibi cōtinuari etiam per rescriptum principis, nisi sit motu proprio, primitur officio & pœna deputationis. d.l. i. quod male obseruat officiarj nostræ ciuitatis & alienorū locorum hui? patriæ, qui semper volunt singulis annis continuari in electionibus que sunt, & multas profectiones pro continuatione eorum in officijs faciunt: etiam ut plerique vñdimus s̄que ad decennium, sicut officia sunt annalia, ex quo non adiungunt ad hæc legem, ideo caueant in futurum.

At verò loquitur in non præsidente seu non habente officium illud, tamen aut dignitatem appetente, & tunc appetit solum moribus & virtutib. quæ operantur in illo, & hoc est permisum l. 2. C. de offi. recto. promulgat. l. licet. C. de assesso. l. magistris. C. de professio. & medicis. & facit l. contra publicam. C. de re mili. libr. 12. vbi dicit. Ad honoris augmentum non ambitione sed labore vnumquemque conuenient enire. Et hic modus erat in introducione apud Romanos, cum in signum huius quod soli viri uos ad dignitates promoveri deberent, duo construxerunt temploa contigua in urbe, vnum dea virtutis, aliud dea honoris. Ita tamen ut ad templum dea honoris non esset ascensus, nisi per templum virtutis. refert Aug. 4. de ciuitate Dei. & Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarij, sermone 9. litera H.

Aut quis appetit dignitatem, verbo & procuratione, & tunc aut solius vt præsit & reparet quod cadere videbat: & ei licet, & commandandus est. s. q. t. e. qui episcopatum, & notarium in l. si quenquam. C. de epi. & cle. & haberetur ad Tino. 3. vbi habetur. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Aut ut præsit tantum, & tunc si dignitas est spiritualis, non licet nedum pretio, sed nec prece nee verbo. d.l. si quenquam. Ratio, quia preces animabus non licet, quas Deus omnes fecit aequaliter, vt in auth. de monachis, in prin. col. 1. Non tamē est,

dicit Sal. quod de iure canonico sit simoniaicus, quia tantum preces effundit: sed in hoc casu de considerante episcopatum alter sentit S. Tho. 2. 2. q. 18. art. 1. vbi dicit, quod in episcopatu tria possunt desiderari.

Prium est principale & finale, s. episcopalis. perario, per quam utilitati proximorum attenditur, secundum illud Io. vlt. Paſce oves meas. & hoc secundum sicut est laudabile, & meritorium: verum quia talis actus episcopalis habet annexam cœlum dinem: hodie præsumptuosum videtur quod aliquis præcisè appetat ad hoc, vt subditis prosit, manifesta necessitate urgente: quia locus superior sicut quo populus regi non potest, & sita administretur, vt decet, tamen indecoriter appetit. s. q. 1. d.c. qui episcopatum.

Alia autem duo desideranda in episcopatu sunt excellenter gradus, quia episcopus super alios constituit, ac reverentia & honor ei exhibetur. Et ista appetere est præsumptuosum. vnde inq. Chy. post. in Matth. Opus quidem desiderare bonum, bonum est. Primum autem honoris cōcupere, vanitas. Dicitamen Ang. de Peru. in l. 1. C. de ambitu, quod si aliquis fuerit electus ad episcopatum, potest petere se confirmari, vt dicit lo. A. c. cupientes. ver. post obtentum. de ele. in 6. Et tales qui per ambitionem habuerint prælatas remanentes in alie confolati, cùm difficile sit, vi no pagantur exitu, quæ malo sint inchoata ambitionis principio. i. q. 1. c. principatus, cum etiam utili casum querat, qui per ambitionem ad honoris fastigia per abrupta concendit. c. sicut. 44. d. s. & c. sicut. 1. q. 6. Quid dicendum erit de illis, qui tales prælatas ascimunt, aut per promissionem peccatarum ad prælaturas eliguntur, aut alio modo promouentur ræcco, & excusata. Redendo vñdigreli fueramus, aut verò quis appetit dignitatem, aut officium unius temporale, aut publicè & palam, aut occulte & clam. Et quia haec distinctio nō placet Sal. non insisto. Ideo prosequendo die, aut dignitas non habet iurisdictionem annexam, & non preces sed etiam pretio publicè, & palam petre, vel eriam claram mediante suffragatore: le. 1. 1. prin. & l. toties. §. 1. de pollicit. Et istud bene obiciatur in Francia. Quoniam officia temporalia, s. non habentia iurisdictionem annexam, sunt iuris, sicut officia Papæ in curia Romana, vt dicit Ang. in d. l. t. Ant verò habet officium, dignitas & iurisdictionem annexam, & tunc non potest inferiore à principe per preces, aut precium, quod præsumeretur subditos granare, vt in auth. indices sine quoquo suffragio. col. 2. A principe tamen potest petere & prece, cùm in eo ceseret lexibilitas de ambitu. l. 1. in princ. ff. ad legem Julianam de ambitu. Quinimo & pretio de eius potentia aboluta, vt dicit Bal. in l. Barbarius. ff. de offi. pt. Hoc enim prohibitum non inuenitur de iure diuino, sed tantum ciuili, cui p̄tineps supremus non sub-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

45

Et Claudianus decenter his versibus virtutem describit, cum ait.

- *Ipsa quidem virrus pretium sibi solaq. latē*
- *Fortunae securitatis, nec fascibus ullis*
- *Erigitur, plausus petit clare scere vulgi.*
- *Nil opis externa cupiens, nil indiget alaudis.*
- 1. *Diuini animos suis immotaque cunctis*
- 2. *Casibus, ex alta mortalita despicit arce.*

Erat Horatius:

*Virtus repulsa nescia fōrdida, Intaminatis fulget horribus.* Hac Beroaldus in sua declamatione de excellentia Philosophi, medici, & oratoris. & ibi animus sit summa felicitas de per se, quonodo virtutes naturaliter appetuntur, & de multis alijs circa virtutem vide in Sophologio Sapientia. c. 1. 2. 3. & 4.

**S**Exagesima quarta consideratio est. Virtutis uberrimum alimentum est honor, teste Valerio, de Institutis antiquis lib. 2. & Aristor. s. Ethico. & in auth. de monachis. 5. ordinatione. collatio. i. & vt ait Franciscus patritius lib. 3. de institutione reipublica titu. 6. virtus secum semper habet comitem honorem, veluti corpus umbram, laudataque crescit. vide quā supradixi in 3. & 5. considerationibus. Et ipsa virtus est animi habitus naturæ in modo rarioe conuentaneus, habens in se plures partes, vel est affectio constans conueniensq; laudabiles efficiens eos in quibus est, & ipsa per se sua sponte separata etiam virtute, laudabilis, & ex virtute gloriosus, efficitur: quoniam bonorum laborum gloriosus est fructus, vt habetur Sapientia cap. 3.

Ex quibus fatis constat virtutem esse præambulam ad honorem, laudem, & gloriam: & virtus est, quæ extollit hominem, & super astra mortales collocat. Seneca epistola sua 83. lmo homines dij dicuntur sibi propter virtutum excellentiam, Arist. 4. Ethic. Virtuti enim perfectæ non siet condignus honor. Idem Arist. Ethico. 8. Honor est præmium virtutis, & premia virtuosis dandasunt. le. 2. C. de statuis & imagi.

**S**Exagesima quinta consideratio. Quod propter virtutem multi ex infimo loco ad regnum peruerunt, vt habeatº de Saul, qui pafcebat asinas. 1. Regum. 9. & Iosephus lib. 6. antiquitatum. c. 4. & David oues, vt ibi 16. c. Iosephus cod. lib. c. 9. & tamen iuvenes, ambo reges facti sunt propter virtutem.

• Ottus Tullij Hostilius, vt Valerius ait lib. 3. tit. de his, qui infimo loco nati, clari emerunt, nunquam nisi agreble tugurium habuit, cuius parentes penè incogniti sunt, illique diu pectoris pafcen di cura fuit, postea vero Romanum Imperium rexit.

Ventidius Bassus adeo fordido natus est loco, vt viatum a grē sibi quereret adolescentem, denūm tamen cum in Caſi Cæſaris benevolentiam intreripſisset, ciui patrocinio, & fauore, factus est pri-

mum tribunus plebis, mox prætor, inde pontifex, & consul ad extreum: qui prius curandis mulis viatum sibi queritabat, coconcedit gloriæ, & autoritatis, vt primus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit. cui eius gloriæ usque adeo innudit populus Romanus, vt sequentes in eum versiculi vulgo iactati sint:

*Concurrite omnes, augures, aruspices,  
Portentum inusitatum, conflatum est, recens.  
Nam mulos qui fricabat, consil factus est.*

Aurhor Gellius lib. 15. c. 4.

Quintius Cincinnatus cum agrum coleret, sudore deserto prætextata accepit togam, & ab atra condescendit ad dictaturam.

Tullius quoque Seruius, verna, & ancillæ filius, Romanis principatus est propter virtutes. Pariter Attilius ab aratro vocatus, & Constantinus ex patrissimo, postquam Helenam duxit in uxorem, ac Theodosius primo stabularius, Imperatores, ac iūtæ in erito facti claruerunt: quæ etiam Helena inter Britannos humili loco orta est. De Marco Porcio Catone refert Valerius loco supra allegato, qui apud Tusculanum vicum agreble tugurio natus, illius tantæ fuit in urbe dignitas, vt Senatorum ordinem auxerit, ipsam quoq; Seuatus maiestatem suo splendore decorauit. Orosio referente nonnullum Caium Marij humi super crepidinum iacentem, à parentibus infirmis penè soli didissimum ortum traxisse nonimus, tamen secundum Romæ triūphum egit.

Telephantes cum antea currus factaret, tandem rex Lydorum factus est.

Agathocles è sigulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit, vnde apud Ausonium sic inducitur loquens, Rex ego qui sum Sicaniæ, sigulo sum genitore satus.

Tamberlanus à tenera ætate Porcius, Scytharum rex effectus fuit, refert P. Bergomensis, lib. 14. sui supplementi Chronicarum.

Lamisius infans in Piscina repertus Lombardorum rex fuit.

Nartes eunuchus è Chattulario patritiam consecutus est dignitatem, & toti Italij principatum, vt refert Bergomensis, lib. 10.

Ptolemaeus, filius Lagi, ex Gregorio Alexandri milite factus est rex Aegypti, refert Bergomensis, lib. 7.

Valentinianus Imperator, parrem habuit funes torquentem.

Mauritius Cappadox, è famulo, & excubitore imperii adeptus est post Tyberium secundum, refert idem Bergomensis, lib. 10.

Primitlaus rex Boemorum ab ineunte ætate bulcus erat, & armamentarius.

Hyperbolus Chremydis filius, qui prius lucras factitabat, Athenis tandem principatus est.

Darius, Hydaspis filius? Cyri primum exitit Phaethonphorus, & lictorio sanctus est munere, rex postea Persarum factus.

M

Macedo-

# PRIMA PARS

vbi amplè, & alto stylo tractat hanc materiam: & ibi ponit, An si licitum appetere honores. §. 1. & 2. & in §. 3. an si licitum appetere episcopatum, vbi declarat. c. qui episcopatum desiderat. supra allegatum. & in §. 4. utrum licitum sit appetere honores, & alias dignitates ecclesiasticas seu officia, vel beneficia curata infra dignitatem episcopalem, & in §. 5. & quid de officijs, & dignitatibus seculari- bus.

**S**Exagēsimaprīma considerat. Licet ut hic ante dicitur non licet ambire, seu appetere dignitatem aut officium, tamen etiam aduertendum est, quod vbi licitum esse appetere officium, homo contentus esse debet vno, nec duo officia petere aut tenere potest. text. est ad literam in le. i. C. quemadmodum ciuilia munera indicuntur, libr. 10. & haberetur in leg. quisquis. C. de cohortalibus principib. & c. libr. 12. Vbi Bart. dicit, quod duo etiam officia non licet simul habere. & Iacobus Rebusti. in d. l. i. C. quemadmodum ciuilia munera. & in l. aeternam. C. de murilegulis, lib. 11. & l. vni- ca. vbi idem Iacobus. C. quib. ad conductionem prediorum fiscalium accedere non licet. libr. 11. Nec etiam duos honores. le. libertus. §. præscriptus ad munera. & l. fin. C. de assessorib. & l. quisquis. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. Nec etiam duas militias. l. his quidam. §. in postremo. C. qui militare non possunt. libr. 12. Et dicit Lucas de Pen. in l. i. C. de primicerio. libr. 12. Quia unum solum officium vix dignè quis potest implore. c. i. de con- stitutio. lib. 6. & quod ibi notat Archidiaconus: & ibi plenè perecum, quem videas. Et istud obser- uatur in regno Francie, quod quis non potest tenere duo officia principis sine dispensatione. Hinc Quintus Mutius Volutij audit or homo questori noluit ultra proficere, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. l. 2. §. Serui autem versi, sunt codem tempore. sc. de origine iuris.

Et apud Francos Gaguinus li. 9. c. 3. refert, quod cum Ioannes Solleuillus homo sine controuersia eruditus, & iustus, duo gubernacula in urbe Parisiensi sibi gesistet, non inscius quātū sollicitudinis erat utriq; officio inservire, regē Carolum v. i. adiuit, enarrāt curas quā bino magistratu incumbenter, alteri, vix se satis posse orare, ut sc. vno abdicare posset: deputatur in eius locum Ioan. Iuuenellus inter Parlamenteos aduocatos boni nominis, & probitatis vir. haec recitat Guilelmus Benedicti in fūrepe. c. Raynitius. in verbo, duashabens filias. extra dictamentis.

In spiritualibus autem quomodo non licet appetere plura beneficia, vide in c. de multa. de præb. extra in cle. cūm plures. co. tit. in extrauganti exer- trabilis. co. tit. non insisto: quia non est præsentis speculacionis.

**S**Exagēsimaseunda consideratio circa virtutem. Derit, q; virtus vocata est ex eo, quod suis virib. nitens, non supereret aduersis, secundum Bo-

tium, tertio de consolatione. prosa vltima. Vel virtus est, qua bonum facit habentem, & op' eius bonum reddit, vt habetur 2. Ethic. vel vt dicitur Lucas de Penna in le. vni. C. de metropoli. Beryo. in 3. col. dicitur etiam virtus, vt habetur in libro de spiritu & anima: mentis habitus bene institutus. Vel virtus est bona qualitas mentis, quarede viuit, qua nemo male vtiatur, qua deus q; in nobis sine nobis operatur. Et vt ibi dicit sunt septem virtutes, tres theologicæ: scilicet fides, spes, & charitas, & quatuor cardinales, iustitia, fortitudo, prudencia, & temperantia, de quib. ibi videre poteremus: & infra in fin. in 25. consideratione diceatur.

**S**Exagēsimateria consideratio. Virtus est. **S**ætrix viræ beatæ. hinc Horatius: *Ad summam ipsius, vno minor es. C. Ioue, diues, liber, honoratus, pulcherrimus, regum.* Et vtat Seneca in libro ad Galonem de vita beatæ. Altum quiddam est excellum, & regale, inuenitum: infatigabilem virtutem in tem- ple inuenies, in foro, in curia, pro iuris statim, puluerulentam, coloratam, callosas habentem, huic sententiæ subscrabit Silius, à quo vita

ita describitur:

*Frons hirta, nec vñquam composta mutata comes, Stans vultus & ore:*

*Incessuq; viro propior letiq; pudoris.*

*Celjahumeros, nuae & fulgebant flamme pale.*

Et ait Ouid.

*Iunia virtutinulla es. Cyria.*

Horatius vero virrum sic distinxit.

*Virtus es. Virtus fugere, & sapientia prima futu- ri caruisse.*

Lucilius satyræ conditor, virtutem his versibus enarrat:

*Virtus est homini scire id quod quæque habeatres.*

*Virtus scire homini rectum & utile quid sit bonum.*

*Quæ bona, quæ mala, ite quid inutile, turpe, inhumane.*

*Virtus quarendæ rei finem scire modumq;.*

*Virtus diuinis præsumptum persolvere posse.*

*Virtus id dare quod re ipsa debetur honori.*

*Honestem esse atq; inimicum hominum morumq; malorum.*

*Contraria defensionem hominum morumq; honorum.*

*Hos magnificare, his bene velle, his vivere amicorum.*

*Commoda præterea patriæ sibi prima putare.*

*Deinde parentum, tertia iam postremq; nostra.*

Et vt ait Plautus in Amphitryone. *Virtus omnes rebus autem proficit: libertas, salus, vita, res, pa- tes, patria, & progeniati rutantur, seruatur: virtus omnis in se habet.*

*Omnia ad suum bona quem penes es. Virum*

*Seneca lib. Epistolarum 9. ad Lucilium: Virtus*

*qui est recta rario. Et Augustinus, Virtus est ar- enæ bene viuendi. Vnde Horatius: *Vilim argenteum & auro, virtutibus aurum: Virtus es. medium rumrum, & virum redatulum.**

Cicerio putat in Tufilius questionib. ad bene viuendum satis posse virtutem, cui astipulatur Silius. *Ipsa quidem virtus plu-*

*met pulcherrima merces.*

est præmium.l.vt virtutum.C. de statuis & imaginib. cle. cupientes, de pœnis.glo. in c. ecclie siastis. 12. quæst.2. Nec carere debet effectu.c.vlt.de cle. ric. excom. ministran.

Illam verò diffinitionem virtutis cum diuisione, acqnsitione, duratione, connexione, & operatione ponit amplissimè Ant. Floren. in sua summa. par. 4. ti. 1. per rotum. & quædam per Dominicum Nanum in polyantœ. in verb. vñctus. Et de commendatione virtutis dicit Laetantius, quod nos facit immortales, & pares diis. vt amplè declarat Bonus de Curtili in suo tract. nobilitatis. in secunda part. nu. 47. dicam latius in sua materia: in pluribus & diversis locis. Imo ex multis comprobatur P. Beroaldus in opere de Felicitate, quod virtus est effectrix vita beatæ: quoniam (vitæ) seuerissimum philosophorum summum bonum in honesto, hoc est, in ipsa virtute posuerunt: existimantes solum sapientem esse omnia. vt supra dixi in 63. consideratione.

**S**eptuagesima sexta confid. Cùm ergo ex virtute deueniatur ad dignitates, faciatque hominem gloria decorari.l.nullus. C. de decurionib. li. 10. & Lucas de Pen. in l. obſistere. C. de anno. & tribut. lib. 10. & in l. murileguli. C. de murilegulis. lib. 11. Vel dic etiam, quod dignitas est quicquid à principe iniungitur, prout colligitur ex l. nemo perfectus. C. de dignita.

Hinc dicitur, quod cocus principis habet dignitatem. Romanus sing. suo 690. licet aliæ sit officium, rex. est iuncta gl. in l. legatis. in glo. 1. ff. de leg. 3. siue artificium si sit cucus optimus. l. si quid vendor. §. vendor qui optimum. ff. de adil. edict. bene facit quæ dicit Ang. in §. fi. in l. col. instit. de except. per rect. in l. 1. C. de mandatis principum. & in l. laudabile. C. de adiutoriis diuerso. iud. quod fæcretarij principis habet dignitatem. sequitur Fel. in c. fraternitatis. col. 2. de hæreticis. sic etiam licet medici simpliciter per se non habeant dignitatem (cùm obstetricibus equiparentur) tamen si sit medicus principis, habet dignitatem. Bartol. in l. omnes. l. a. 3. C. de decurio. lib. 10. Imo omnes famulantes principi, vt notatur in leg. vñica. C. de comiti. & archidia. libr. 12. cod. quia tales habent aliquod onus cùs iniunctum à priuice. ita videtur sentire Bonus de Curtili in situ tractu. nobilitatis in 3. part. numer. 54. vsque ad numerum 158. & ibi videtur insister, an habens officium dicatur habeat dignitatem, in quo multum ponderat confuse-

tudinem, vel statutum. dicam infra in 8. part. in 19. confid. ideo non aliter nunc insisto.

Et ista diætio dignitas quandoq; ponitur profama. l. 3. C. de re militari. lib. 11. Quandoq; pro conditio. l. n. eos autem. in fi. ff. de verb. sign. interdum pro potestate. l. 1. ff. de offic. quæstoris. quoniam qui potestatem gerit, eam dignè gerere debet, ipsa dignus esse. Imo etiam potestas potest sine administratione esse, & haec vocatur dignitas honoraria. l. fin. C. de dignit. l. fina. vt dignitatum ordo seretur. lib. 12. Imo etiam quandoque ponitur pro publico honore. l. generali. C. de decur. lib. 10. & l. fi. C. qui milit. non possunt. lib. 12. l. pe. §. fi. ff. qui mil. non possunt. Aliquando pro bona opinione vel statu. l. si quid. ff. de vñfru. & l. 4. ff. de ventre in possesso. mittendo. glo. in l. maiorem. in verb. dignitatis. ff. de pac. Quandoque sumitur pro ordine Ecclesiastico, qui dicitur dignitas siue honor. l. q. i. c. reperimus. in fi. Quandoque pro ordine. 4. dist. c. deniq;. Quandoq; pro officio quod habet dignitatem annexam, vt in titulo, de præb. & digni. & in c. de multa. eo. tit. & ita loquitur glo. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de ambitu. quæ dicit officia ibi numerata esse dignitates. Quandoque etiam sumitur pro potentia natura tributa cuilibet, quia cum homo sit dignior omni creatura. l. iustissimè. ff. de adil. edict. dicam infra in 1. consideratione cunctæ partis. Quandoque sumitur pro singulari potestate, quia secularis potestates dicuntur. 23. q. 3. c. administratores. & in l. 1. in princ. ff. de officio quæstoris.

Vnde omnis, qui præfet cognitioni villa, vel castelli, dicitur habere dignitatem, argumento notatorum extra, de præb. c. cum olim. in nouella. & Bal. in c. i. in titu. quis dicatur dux, Marchio, comes. Imo etiam habens milites sub se dicitur habere dignitatem, arg. cap. ius naturale. si. distin. & leg. magisteria. & quod ibi notatur. C. de iuris d. om. iud. Quandoque etiam sumitur pro quadam præminentia, prout notat Archid. in c. i. de confuc. lib. 6. vnde Oldradus confi. 163. dicit, quod dignitas est quædam præminentia cum administratione. Quandoque etiam accipitur pro quadam qualitate quæ facit personam differre à plebeis, & ista est nobilitas, de qua dicam infra in octaua parte amplissimè. Et magis digni maioribus præmijs sunt extollendi. c. dicat. 23. q. 5. notatur in c. de multa. in fi. de præb. c. statuimus. de maio. & obedien. & hoc siue in militibus coelectis militiæ siue armatae, vt notat Petrus de Ancha. in c. vñico. per illum text. de reliquijs & venerat. sanctorum, in 6.

Alio modo consideratur prout constat in nomine sui generis, nec habet nomen speciale, vt est decurio. l. p. urij. in prin. ff. de decurio. & c. sc. militem & prebbyterum & similes. le. ne quis. C. vt ne mo priuatus.

Alio etiam modo vt sunt dignitates quæ no-

# PRIMA PARS

Macedonum rex Archelaus, natus est Symicne  
matre serua.

Mandro, fuit quispiam, qui ex nauiculario fa-  
ctus est Imperator. hinc adagium fuit: & Mandro-  
ni filia nauis.

Bonosus Imperator, filius fuit Pedagogi litera-  
rii, auctore Vopisco.

Gordius ab agricultuta ad Imperium euestus  
est.

Lycastus & Parrhasius à Philonomia matre ex-  
positi, & à Tilipho pastore nutriti, Arcadiæ regno  
tandem præfuerunt.

Sadrage filius Dagoberti pedagogus è ludi ma-  
gistro dux Aquitania.

Cornelius Sylla, ex Nicopolis meretriculæ si-  
nū assūmptus, super Cymbricos Marij triumphos  
sēpētū confulatus Imperijs, dicituris que af-  
fecit.

Ioannes Zymiscenus prius ludi magistrum ege-  
rat, Imperiali tamen dignitate tandem functus  
est.

Rhemus & Romulus, ex lupa nutriti, & ta-  
men urbis conditores fuerunt, & regnauit Rhemu-  
sus. Bergomensis libr. 4. & hi omnes ex infimo  
loco, & ex paruis parentibus propter eorum virtutes  
ad regna perinenerunt: de quibus etiam fit  
mentio per Capollam in tractat. de Imperat. mi-  
lit. eligend. versi. pro Imperatore. col. 12. vbi ponit  
inter ceteros de Pet. & Iacobo qui pescatores fue-  
runt, vt no. lo. An. in c. venerabil. de præbend. in  
nouella. :

Cœlestinus v. ex Anachoreta factus est Pôtifex  
max. referunt Bergomensis, lib. 13.

Imo etiam plures fuerunt, qui licet bastardi es-  
sent, & illegitimi, propter eorum excellentes vir-  
tutes ad apicem Papatus deuenierunt, vt fuerunt Fe-  
lix, Romanus i i. Gelasius ex parte episcopo, na-  
tione Afer. Agapitus natione Romanus, ex patre  
Gordiano presbytero, & Osius. Bonifacius, Agapi-  
tus, & alij de quibz habetur 56. dist. ferè per totum.  
& in c. Osius. ibidem.

Nicolaus v. natione Lunen. seu Genue. patria,  
Sarzanen. humili natus loco, & professione medi-  
cus ad sumnum rādem pontificatum peruectus,  
refert idem Bergomensis, lib. 15.

Innocentius v i i. ab ineunte ætate coactus est  
ob paupertatem famulari. & inter Alphonsi Siciliæ  
regis ministros vietū sibi cōparare: mox tamen Si-  
xto v i i. in pontificatu successit: & vt dicit Bergo-  
men. li. 16. inter Cardinales erat etiam pauperior.

Pius ii. ob parentum paupertatem peregrinari  
coactus est, & vietū emendicare, prouectio factus  
succeslit Calisto v i i.

Sixtus i. pastore patre natus, post Alexandrum  
pontificem, ad summum pontificem concordit.  
Bergomensis, lib. 8.

His annumerandi sunt Iulius Papa v i i. qui ex na-  
uiculario patre, tandem cum tanta gloria esse-

fus est summus Pontifex, quod non potest ultra  
dici.

Et etiam Adrianus huius nominis vi. qui C. C.  
roli Austriaci archiducis Austriae, & Imperator  
pedagogus fuit, non ex nobili genere natus, vi pe-  
nuerunt orbem euolat fama, ob eius ingentilis  
mas virtutes, à Cardinalibus incognitus, spiritu  
fancto inspirante in summum Pontificem electus  
est. Hic vir doctissimus, & probissimus reputatur  
& vidi, & legi quodlibet ab ea composta, quæ  
mihi videntur recto tramite, & recta via ordina-  
ta, & videtur ex suis dictis insequuntur veritatem, non  
discurrendo per me indicata suffragia, qui hoc an-  
no Do. M. D. xxi i. in mense Septembri, migra-  
uit in cœlos.

Plures alij præter dignitates imperiales, regales,  
& pontificales ex sola eorum virtute ad alias digni-  
tates eucti sunt, vt de Demosthenes fabri filio, quæ  
clarissimus euasit philophorus, vnde Sydonius. fi-  
bro, p̄genitus, spacio cui patre polita eloquij plus  
lingua fuit. Idem. Qui fabro genitore procreans,  
oris maluit expolire linguam.

Aesopus tragœdus cum hystrionica attens  
eretur, & tamen eusatis ditissimus.

Gadareus sophista, q̄ prius more mendicope-  
grinabatur, Maximiani beneficio consulatum ad-  
ceptus est.

Adrianus, & Marcus Antoninus principes, Ar-  
rianum historicum euererunt ad consularem di-  
gnitatem.

Cyrus Panapolyta beneficio Theodosii impe-  
ratoris & Eudoxiæ vxoris eiusdem, præsul factus  
est.

T. Corruncanus è plebe factus est consul maxi-  
mus.

C. Marius senior septies consul Arpinas fuit, ob  
feura prognatus origine.

Terentius Varro fordo natus loco, tandem  
stura & duabus axilitatibus functus est.

Ioannes Campanus, qui infans pascendis ob-  
bus reimpus contrierat, tandem beneficio Pijii  
præfatus est.

L. Tarius Ruffus natalium humilitate, consul  
tum militari industria meritus est, autore Plinio.

Euripides ex matre oleorum venditrice, eusatis  
poëta clarissimus.

Plures alij adepti fuerunt maximas laudes  
glorias ob eorum virtutes, quos cum aliquibus  
supradictis enumerat Textor Niuerensis in in-  
officina, in cap. qui ex humili fortuna clari &  
dilecti eusaserunt. Alios verò enumerat G. Beneti  
in sua repet. cap. Raynut. in versi. condidit pri-  
mo num. 38. extra de testament. quod cum talia  
virtute consequntur, est vndiq; appetenda, & an-  
plexanda: & illa quæ in radice rationis non in foli  
verborum consistit. i. qu. i. ca. marchio. &c. Basili-  
des. quoniam, vt dixi supra, illius laus in actione  
consistit, & meritò: quoniam ex ea sperandum

Lucam de Penna in l.t. C. de vetera. lib. 12. vnde Gre. in registro. li. 4. c. 68. Quomodo autem suscep-  
to pastorali onere habere serenitatem cogita-  
tionum possit, eum scriptum sit : Ecce gigantes  
geminus sub aquis, quod satis ibi per Lucam expo-  
nit, ubi etiam dicit, quod dignitas habet onera  
annexa. nec auctore. ff. de collat. bonorum. l.  
continent. ff. quod metus causa. facit 40. distin. c.  
ante. & sicut patrimonium non sine labore con-  
sequimur, sic nec beneficia ecclesiastica, nec ho-  
norum insignia, nec stipendia. Luc. in l.t. C. de  
metallariis. lib. 11.

**S**eptuagesima confid. Maiestas est, virutis, &  
probatis quadam excellentia, sine magistra-  
tu, sine imperio, sine fortuna, ad minuculo, hono-  
ratum reddens hominem. Et sic maiestas est ho-  
nor longus, id est diutinus etiam post mortem,  
eternus sine honore, id est, magistratu publico, vt  
dicit & refert G. Bened. in sua repe. c. Rayn. in ver-  
testamentum. primo nu. 45. de testamētis. sed ta-  
men quicquid dicit eadē in principē, vt in proce-  
ssu. in princ. & in rege. vt in l. reginae. C. vt nemo  
privatus. & in prætor. vt in l. pen. in fi. ff. de iust. &  
iu. & in quolibet iudice, vt in C. & ff. ad l. lul. in aie.  
Et dicitur maiestas, id est, maior status. c. felicis.  
de poenis, lib. 6. c. 1. co. ti. cū ibi notatis. c. 2. de sta-  
mon. c. pastor. de sen. & re iud. per Valer. li. 2. c. de  
maiestate. vel in major potestas. Luc. de Pen. in l. vlt.  
C. de delato. lib. 10. vbi ponit differentiam inter  
maiestatem & dignit. vel dicitur maiestas autorita-  
tas sacra, qua in terris post supernum honorem  
secundo loco posita habetur, vt in §. arripiat. ibi,  
qui merito post supernum honorem secundo lo-  
co posita sunt, in auth. vt omnes obidiant iudici-  
bus prouinciarum, colla. 5. Et in sacra maiestate  
solum beneplacitum proratione est, dummodo  
honor inde nō asservatur rationi naturali: quia ſuc-  
tate beneplacitum incivile & illegitimum eſſet,  
vt in l. Marcel. in fi. ff. de reg. iu. In publica vero au-  
toritate disciplina atteditur, hoc est, doctrina populi  
cum increpatio: quæ quidem increpatio  
sacra autoritatim summa non congruit, cui etiam  
dedit deus leges esse subditas, vt ipse princeps sit  
animata lex scriptarum legum, vt in auth. de con-  
ſulibus in fi. collatio. Qui autem publicam disci-  
plinam agunt, multa prudentia primò imbuti es-  
ſe debent, vt ex coram prudentia autoritas asse-  
quatur, prout lex dicit Platonem fuisse virum pri-  
mò summa prudentia, deinde summa autorita-  
tis, vt in l. 2. ff. de nundinis. Princeps autem qui  
maiestatem habet, primò auctoritate fulget, quia à  
deosecundis in terris habetur, allegato §. arripi-  
at. & secundò prudentia ipso pro eximo ornatu  
& illustri decore appetet.

All autem duces & barones habent maiestatē, vide infra in 5. parte. in fin. in consideratione  
incipiente, Alij autem inferiores, quæ est in ordi-  
ne 36.

**S**eptuagesima prima consideratio. Reuerentia  
est honor qui exhibetur cum paurore, vt dicit  
Arch. in c. 2. de offi. dele. in 6. & ibi Dominicus de  
S. Gemi. & est inter maiores & minores, vt not.  
Ioan. And. in c. non est sine culpa. de regularibus.  
in 6. Et alicui exhibetur ratione dignitatis, vel po-  
testatis. c. viſis. 16. q. 2. vt dicit Tullius in Retho. Re-  
uerentia est virtus aliqua prælatione sublimatis  
debita honorificationis cultum exhibens. Sed  
veneratio est virtus, qua reuerentiam exhibemus  
maioribus, in corporis humiliatione, gestu, nutu,  
& verborum emissione. Ita dicit Luc. de Pen. in l.  
1. in 2. col. C. de collegatis. lib. 11. & de huiusmodi  
desciptionibus reuerentiae & venerationis, vide  
Ioan. de Terra rubea cum gloss. Iacobi Bonaudi  
in suo tract. de vinea ecclesiae, arti. 3. tertij tract. in  
verbo, honorificate. Dicit tamen S. Thom. 2. 2.  
quaest. 13. 1. distin. supra numerum primum, quod  
reuerentia non est honor: sed motuum hono-  
rantis, & finis aliorum. & ibid. quaestione 104. 2.  
distin. supra numerum quartum, dicit, quod  
reuerentia directe respicit personam excellen-  
tem: ideo secundum diuersas rationes excellen-  
tiae, diuersa sunt species eius, vt de pluribus po-  
nam in hoc libro, secundum ordinem di-  
gnitatum, in quolibet suo statu & ordine.  
de hac reuerentia vide Polycratium libro 5.  
cap. 4.

Veleriam die, quod reuerentia est honor exhibi-  
tus, in testimonium virtutis. Et est timor initia-  
lis & castus, & potest capi in hono & in malo, sicut  
etiam confusio, id est, erubescencia, secundū Thomam super psal. 34. Et ideo cum nec dæmones,  
nec damnati, nec irrationabiles, ullam habeant  
virtutem, eisdem nulla debetur reuerentia, nec  
honor, prout dicit sanctus Thom. in 3. par. d. 9.  
quaest. 2. hinc Boetius de philosophica consola-  
tione, lib. 3. Nō possumus ob honores reuerentia  
iudicare dignos, quos ipsis honoribus iudicamus  
indignos. Et ideo boni reuerendi sunt ne offendan-  
tur, ne fortasse per eos ille prouocetur ad  
iram, qui corum corda semper iuhabitat, vt di-  
cit Greg. super Ezechielem. Inferiores enim suis  
potioribus debent reuerentiam exhibere. I. poti-  
oris. C. de offi. rectoris prouinciae. c. statuimus,  
extra de maiestate, & obedientia. Nec debet iu-  
nior ex hoc irasci, quod maior ei præfertur. 11  
quaest. 3. cap. qui refert. vide Lucam de Pen-  
na in l. 1. Cod. de consulibus. libro 12. dixi supra  
amplius in 20. consideratione incip. honor est  
illi.

**S**eptuagesima secunda confid. Subditi præla-  
tos reuereri debent, eis effectum dilectionis  
impendendo. 95. d. c. csto. 2. q. 3. c. habcripsiſ obedi-  
diendo. 93. distin. §. 1. & c. sequenti. & 2. q. 2. c.  
sacerdotes, eis communicando & subsequendo,  
95. distin. c. non oportet, eorum officium temera-  
riè non usurpando, eadem distinctione. c. pref-  
M 3 byter.

## PRIMA PARS

men habent speciale, & per suos gradus nominantur, vt sunt superillustres, illustres, spectabiles, clarissimi, & infimi. de quibus Lucas de Penna, in rubrica de dignitatibus, ponit versus sequentes.

*Illiſtri primus, medius spectabilis, imus*

*(Vt lex testatur) clarissimus esse probatur.*

*Et superillustri preponitur omnibus istis.*

Et etiam istas quinque dignitates ponit Io. de Platea, in l. si. C. de decurio, lib. 10. vbi ponit 12. dignitates videlicet superillustres, vt sunt Imperator, Papa, & quilibet rex in suo regno, non cognoscens superiorem, vt est Rex noster, quidicitur Imperator. Patrius, qui apud nos dicitur Cancellarius, & Consul, loco cuius sunt duodecim patres Francia. Illustres, v. sunt praefectus pratorio qui dicitur praesidens. Senator, qui dicitur consularius, & inter istos multatij enumerantur. Praefectus urbis, loco cuius est hodie praepositus Parisien. Comes donationum quae sunt in curia principis. Praefectus pratorio militaris annonae. Proconsul. Comes eterni priuatarum, qui apud nos est magister domus. & Comites prouinciarum gerentes, qui hodie apud nos sunt gubernatores prouinciarum. de quibus iuxta dicitur suis locis. Et sunt etiam questores sacri palati, qui dicuntur generales seu thesaurarii.

Spectabiles sunt proximi sacrorum scriniorum, praesides prouinciarum, aduocati fiscales, principes agentium in rebus. Quandoque etiam dicuntur clarissimi.

Clarissimi etiam sunt rectores ciuitatum, seu defensores qui habent merum & mixtum imperium, sunt Portestate Italicae, & alii Portestate apud nos, qui habent merum imperium, vt sunt in pluribus locis.

Infimi vero sunt iudices pedanai, magistratus Municipales, cognoscentes usque ad certam summam, aut certam rem: & isti infimi licet non habeant merum imperium, tamen possunt causas delegare, & vicarios seu locum tenentes constitucere. no. gl. si. in l. si. C. de sententia ex periculo recit. Quod facit contra scabinos nostrorum ciuitatis Heduens, qui dicunt quod Virgobretus noster, hoc est maior, non potest committere vicarium in sua absentia: immo & antiquior corum debet iurisdictionem exercere. De supradictis omnibus dignitatibus suo loco dicemus: & de istis quinque gradibus, vide amplissime infra in 7. par. in princ.

Aliquando etiam sumitur dignitas pro quadam gradu dignitatis a principe vel superiori collata, vt est dignitas dueatus, marchionatus, comitatus & similes: de quibus per totum tit. C. de dig. usque ad tit. de re mili. lib. 12. Et de his quomodo assumatur videatur per Lucam de Pe. loco supra alle. & Cezollam in tra. de imperio militum eligen. in vet. dignitatis. vbi allegat plura alia loca que videre poteris.

**S**Exagesima optima consil. Lucas de Penna in d. Scrub. C. de dignit. libr. 12. dicit, quod ad digni-

tates assumendi sunt viri nobiles, prudentes, fideles, optimi sibi consici, pro mentis integritate, qui pro sua fide ac industria nec fallant, nec fallantur, tam moribus optimis praediti, quam scientia peritiamq; rerum habentes. Et ibi ponit, quod ad dignitates minus idonei non sunt assumendi, quem vide quia est extra propositum, ideo non insisto.

**S**Exagesima octava consil. Dignitas habet miseria priuilegia qua ponit Cezolla in tract. de Imperatore eligendo, in verbo dignitas. vbi ponit dignita priuilegia, & duo alia ponit Lucas de Penna in l. obstat. C. de annonis & tributis, libr. 10. Vnum videlicet, quod sacit hominem gloria decolori. l. nullus. C. de decurio. libr. 10. Lexitiam gaudiumque in eo generat. l. 3. §. his addimus. C. de Lentia. lib. 12. Tertio, ultra per eum ibi posita cagittas superueniens operatur, quod excusat eum ab eo, quod prius promiserat, secundum Bal. in l. quisquis. in si. C. de epif. & cler. Hinc per hoc Bonus de Curtili in sua tract. nobilitatis, in 3. pat. nu. 23. dicit, quod homo manus mortuæ, quietatur ad coruas, si post efficiatur docttor, aut c. quatuor alijs dignitatem, liberatur, & estimatis ab illis coruicis, per text. quæ ad hoc poterant. l. interdum. si. de operis liber. & dicit Fel. in c. quoniam abbas. in 5. col. versi. querit hic abbas. de officio deleg. quod dignitas mutat conditionem personam faciunt quæ die it Bal. in l. quisquis. in si. C. de epif. & cler. q. intellige non diminundo, sed pullulando, & augmentando, quoniam, v. ait G. de Montferato in trac. de successione regum. in priu. nu. 5. ho non, & dignitas personæ superueniens, eiusdem personæ qualiter atem non mutat neque extinguit, sed potius illam pullulat, & augmentat. l. falsa denitatio. §. sed it cuiuslibi. Nam honor eius auctus est, non conditio mutata. si. de condit. & demon. & l. pe. ff. de senatoriis. & ex dignitate q. efficiuntur monouers, & imminutur ei cot aliud, v. 1. Reg. c. vbi dicitur: Num & Saul inter Prophetas? f. q. quæ dicit D. meus las in l. nō solū. §. morte in r. col. ff. de no. oper. nūc. vbi dicit, q. verecundus casus ac si quis esset obligatus. Faciunt etiam quæ dicit Barb. in conf. 60. in 1. col. & seq. in 1. vol. & dicit D. meus las in §. quadr. in 10. col. in situ. dea. & Fely. in c. cum omnis in 7. col. extra, de consil.

Et his diebus milii euuenit casis de quodam tario regio, q. terras suas, & hereditagia in loco a nūm mortuæ habebat, & per homines loci illastri, & laborate faciebat: domini⁹ volebat eugenere ad faciendū corucas. Dixi, attenta eius qualitate, cum illi fuisset verecundum & inhonestum corucas facere, q. non tenebarat ad illas, & q. eis imminutis, immo solū tenentut ad tales corucas, sciunt illas facere ex natura sui artificij, & secundum naturam illorum, & adhuc penderat processus.

**S**Exagesima nona eōsid. Quod dignitatē acquiſtendo & regendo conſequimur labore, studiū curam, miseriā, vigiliā, & calamitatē secundum

Lucam

eclesia triumphanti sunt nouem ordines de signari per nouem lapides. de pœni. d.i.c. principium ita in ecclesia militanti, quos habes. c.clero. 21.d. c.cuni in ecclesia nihil debeat esse inordinatum & i.d.c.miratur. Et ideo quanto aliquid ordinariū est, tanto id melius, & perfectius l.2. §. 1. ff. ad Vellecia. Itadicit Lucas de Pen. in rub. C. vt dignitatis ordo seruetur. l.12. Et proprius ordo dicitur, eum diuersarum rerum vel personarum, vnaquaque proprium locum tenet. Arch. in c. decernimus in prin. 10. q. 1. graduum enim & ordinum distributio vnitatem in ecclesia conseruat. d. c. ad hoc. vbi glo. & Arch. 89. dist. super c. liceat. 45. dist. quod amplissimè & eleganti stylo declarat lodo-cus Cli&. in suo Antiluther. c.2. & 3. in 3. lib. Ratio autem ordinis obseruandi inter personas, ponitur in c. fin. in princ. 89. dist. vbi dicitur. Ad hoc, dispensationis prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate concordio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi eam magnus ordo differenter seruaret. & ibi gloss. allegar. Apost. dicentem. Duna mundus iste durabit, homines praesunt hominibus, dæmones dæmonibus, angelis angelis. Cum enim Deus erit omnia in omnibus cessabit omnis prælatio, non tamen ordo vel maioritas. Aliquis enim maior erit alio, quoniam in domo patris mei multæ mansiones sunt. c. in domo. de pœnit. d.4.

In omnibus enim actibus & virtutib. est ordo, & vt in secundum ordinem, secundum Arist. 3. Ethicorum. Et ideo, vbi sunt plura ordinata in unum, oportet esse aliquod vniuersale regimen, supra particularia regimina, & ad hoc est facta prælatio inter ministros, vt not. glo. & Doct. in c. legimus 93. dist. Et etiam dicit Tull. lib. 1. officiorum, quod ordo propriè est compositio rerum in artis, & commodatis: prout etiam dicit Luc. de Pen. in l. his quidem. C. qui milit. non pos. in 2. col. lib. 12. Potest autem ordo multipliciter considerari, vt infra dicam. Nam vt haberetur in c. conuenit. de confec. distinct. 5. Conuenit ordinem & qualiter ab omnibus custodiri, nec debet turbari ordo offici. I. quisquis. in fin. & ibi gloss. fin. C. de postulan.

Et ordo est etiam vniuersiusque rei figura substantia, vt inquit Bald. in cons. schifmatis, quod posuit postrub. si quis alteri, vel sibi. & testatur D. Ambr. quem recitat Bald. in proœ. digestorum. in prin. & dixi satis ample supra in proœ. luius libri. Vdalricus Zasius in repe. l.2. ff. de cor. iu. in §. posthunc maxima autoritatis. in glos. in equestri ordine. dicit, quod est discretio status hominum conditioni accommodatus. Et Origen. in Leuit.

c.4. ordines duodecim rationalis creaturæ esse, ex 12. tribub. collegit. de quibus infra dicam in sequenti parte.

Ordo etiam rem decorat l. numerarios. & ibi Luc. de Pen. C. de apparitorib. magistrorum militum. lib. 12.

**S**eptuagesima octaua consi. Duplex est ordo, Stemporis felicitatis & qualitatis. De ordine temporis habetur in l.1. C. consulib. l.12. & de præpositis sacri cubiculi. l.1. C. co. lib. & de proximis scororum scriniorum. l.1. vnicuique. & de tyronibus. l.1. C. co. lib. de quo infra in plurib. locis dicam, & maxime in vlt. par. De ordine qualitatis seu maioritatis, de quo est nunc quæstio in partib. sequentib. quasi in omnibus. & de quo habetur in rubro & nigro, vt dignitatum ordo seruetur. C. lib. 12. & hic ordo potior est primo: quia, vbi habet locum, ordo qualitatis, de ordinis temporis non curatur, vt inst. l.1. de consulibus in fin. & C. qui accus. posunt l.1. in fin. Vnde immutatio operis præsertim origini carnis. 22. q. 2. §. item opponitur quod Iacob. ita dicit Luc. de Pen. in rub. C. vt dig. ordo seruetur. Et ideo dicit Iacob. Rebuffi. in d. l.1. C. de consulib. lib. 12. quod ordo temporis seruat. tantum inter existentes in dignitate æquali: sed vbi sunt inæquales dignitates, non seruat ordo temporis, sed ille est prior alij, qui meruit maiorem dignitatem, vt ibi amplè per eum.

**S**eptuagesima nona consideratio, quod adhuc Salio respectu, triplex ordo.

Primus est, vnius rei ad se ipsam in esse producendam, vt in sententia, ad quam recte faciendam, seruandus est ordo iudicij præced. prolatam, C. de sent. & interl. om. iii.

Secundus ordo est temporis, vt quia una res est prior tempore, quam alia, tunc in honorib. ordinandis non præsертur prior, sed potior, l. honores. ff. de decurio. l. ad subeunda. C. de dccc. lib. 10. Sed in iam ordinatis inuicem præferendis, seruat ordo, tam temporis, quam qualitatis, vt dixi in præce. consi. dicam infra in vlt. par.

Tertius est ordo, qui non attenditur, quando constat de mente contraria. l. nec enim ff. de solutio. quoniam quandoque verba transposita & vt plurimum, idem significant, l.1. C. qui accus. non pos. l. quidam ff. de pecul. lega. l. præposteri. C. de testa. vbi do. meus lason. l. cum pater. §. si fidei tuç. ff. de leg. 2. & hoc quia sensum & non verba spe-ctamus. l.3. §. cum dominio. ff. de adi. leg. & declaratur quandoque mens ex conceptione sermonis, & personarum affectione, vr vult gloss. in d. l. cum pater. §. à te rogo. ff. de lega. 2. Si autem non potest constare de mente, non recessimus ab ordine scripturae. l.1. §. is qui nauem. ver. in reigitur dubia. ff. de exercitoria. & ita dicit Ioan. de Platea in l.2. C. vt dignitatum ordo seruetur. & dicam plura infra de hoc brocardico, An ordo scripturæ attēdatur, videatur Fel. in rub. de maiestate & obe.

## PRIMA PARS

byret.eorū statuta seruando. 7.q.1.quia.&c.si quis extra de maioria, & obedien. co. temerariē non arguendo, vel iudicando. 21.d.c.nolite. & eorum defectus non reuelando, sed potius contegendo. 97. distin. c. in scripturis. & dicit tex. in c. regnum. 23.q.5. Ipsis autem principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiam seruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud decum p̄m̄ia inuenire non poterit. Sic etiam filius patri, & vxor marito tenetur reuerentiam p̄f̄are. 23.q.5.ca. est ordo. ita dicit Lucas de Penna in d.l.C. de collegiatis. libr. 11. Imo etiam reuerentia debetur in utili prelato, quādiu sustinetur. c. si fortassis. 16.q.6. Nec dignitas regia, vel imperialis vituperanda est, si Rex aut Imperator tyranice seuiat, vt est textus in c. neque. 24. q.6. Imo etiam reuerentia debetur ab exceptis. Bal. in l. si. per illum text. verbi. ibi. per hunc. C. de bonis libertorum, & dicam infra in 4. parte. & ibi etiam Bal. in verbi. vlt. nota. dicit, quod reuerentia debetur naturali, nec potest reuerentia pacto remitti, prout dicit Bal. in l. libert. in 2. col. pone, ego promitto. C. de operis libertorum. Ita quicquidetur ad reuerentiam alicui, nō potest vocare tale in ius sine venia, vt dicit Specu. in tit. de auctore in 11. colum. in fin. Sed nunquid editum. quod nō credo indistincte verum. Cum princeps reuerentia exhibeat iurisperitos ob finem meritum. l. quicquid. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. & tanen non est verum, quod eos non posset in ius vocare sine venia. Dictamen, quod princeps hoc facit, non quād teneatur, sed tantum ex urbanitate, & ob finem meritum, & propter honorem scientiae, adeo quod nominatio opiniones corum exprimitur rescripto. vt in lege. si purc. ff. de fideicō. libert. & hoc, studiorum labor, iustè meretur. l. 1. C. de assē.

**S**eptuagesimateria confid. Reuerentia, quae debetur a vasallo domino remitti potest, cum videatur deberti ratione contractus secundum Bal. in l. 1. in 52. q. ff. de rer. diui. & in c. si. caurio. defi. instru. Secus autem in reuerentia, quae debetur ratione personæ, vt est illa quae debetur à filio patri, ab uxore marito, à indice doctori, vt dicit G. Benedicti in sua repe. c. Raynati. in ver. duas habens filias. nu. 234. de res̄ta. & idem de illa quae debetur episcopo, de quo per. cano. in c. cum venerabilis. de res̄t. & dicit<sup>9</sup> sum infra in 4. par. in 28. consider.

**S**eptuagesimaquarta confid. Reuerentia quae debetur viuo, debetur & mortuo, vt dicit text. in l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de exce. ibi: semper enim reuerentia ei adhibenda estram viuo quam mortuo. & ibi, namq; conuenit tam viuo quam mortuo patrono à liberto honorem exhiberi. de quo honore exhibendo circa corpus mortuum seu reuerentia, infra dicam in 2. parte. ins. confidatione, vbi amplē.

**S**eptuagesimaquinta confid. Pro reuerentia quā quis facit alteri: datur ei p̄m̄iu, cū ei accedat

bona gratia, vt habet Ecl. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accederet tibi bona gratia. Laudabilē nam quae discretumque est reuerentiam & honorē exhibere priorib. dicit tex. in c. sicut inquit. in pr. 2. q.7. facit tex. in c. ex ore. in fi. de priuilegijs. etiam si inutiles sint, dummodo tolerentur. dixi ante & videatis conciuem & contemporaneum nostrū de Montholono in suo proposituario iuris. in ver. reuerentia.

Aduerte ad id quod dicit Luc. de Pēna in d.l. C. de collegiatis. an faciendo reuerentia, ut p̄p̄ sitoci cū quo de prepositurali litigatur, iuri suo propere renunciare videatur. videantur notata in c. ex ore. extra de his, que sunt à maiori partē c. vbi videtur dicendum quād sic.

**S**eptuagesimasexta confi. Excellentia proprie. Cadit in principē, vt notatur in c. 1. de proba. vbi imperator scribit regi Anglia, & vt titul his verbis: Tua excellentia. Tamē etiam p̄fectus urb. dicit excellentissimus, vt in l. tam dementia. c. de epis. audi. & etiā questor dicitur excellētiss. us. vt in l. si quando. C. de appell. Ex quo non in dicitur excellētia cadit in principē: & ratione & lentit. quis p̄fertur quia aliās non p̄fertur, ut dicit glossa in l. 1. C. de ano. ciui. lib. 11. vbi dicit. o. fischolaris sit excellens, debet præcedere doct. d. meus las in l. cum quid. in l. eccl. in 4. col. ff. sc̄pet. Et etiam minor excellens debet præcedere seniorē, vt plenē habetur per G. Benedicti in suā repe c. Raynati. in ver. Adiecte impuberi. au. 2. de testa. Et alia quā sunt ratione excellētia personae, ponit Spec. in t. de arbit. §. 2. verbi. & Alex. in d.l. cum quid. & dicam infra in 10. parte in 30. consideratione. vbi ponam, quod iunior doct. excellens, p̄fertur antiquiori indocto.

**S**eptuagesimaseptima cōsid. est. Quodv̄ cogit. Sc̄atur, quis honor, quā laus, quā gloria dignitatem habentibus sint deferenda, & quomodo inter illos sit seruandus ordo, & quomodo quisque agnoscerē debet ordinem suum, & quād dignum sit eo ordine quem suscipit, intelligere. & ita actus suos, sermonem, incessum, habitum, modarare. Ideo videndum est quid sit ordo. Vnde ait Aug. de ciuita. Dei li. 29. Ordo est parium dispergium eternum, sua cuique loca tribuens dispergō. & dicitur ab ordine: & ordino ab ore dicit quod idem est quod dispono, quasi ore pronuntiatur quis cuique locuſeſt debeat. A quo ordo, diptio gradus, & ordinarium, in quo ordo seruandus & maximē ordo in dignitatib. est seruandus. l. 6. de primiceri & secundicer. & toto t. vt dignit. ordo serueretur. C. l. 12. & bonum confitit in ordine secundum Aug. in li. de natura boni. & ordo dat receptionem 7.q.1.c. nihil. Nullius quippe vniuersitatis administrario gercretur, neque subsister posset, nisi eam magnus ordo differētia seruaret. c. ad hoc. 89. d. vbi habetur quod ecclesiasticis militantis & triumphantis duplex est ordo, & sicut in c. clefa

# SECVNDA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

A Barthol. à Chassaneo humanorum Iurium Doc. Patrono Heduorum  
fiscali, editi: dignitates, laudes, & excellentias hominis, præ-  
cipue mulierum, complectens:

*Divisa in unam & quadraginta Considerationes.*

In primis, pro clariori subsequentium in relatu, duas primas præmitto Considerationes,  
tanquam ferè vniuersales ad huius operis materias.



IT ergo Prima: Omniū En-  
tium quatuor sunt genera.  
Primū est earum rerum, quæ  
habent esse tantum, & harum  
multiformis est differentia.  
Nam & si in hoc uno conu-  
niant, quod habent esse, reci-  
piunt tamen hoc esse ita quidem clarius, ista verò  
obscuriss. Inter elementa enim aqua dignior est  
terra, & ignis supra aquam & acrem multò præcla-  
rior. Dixa inferius in vlt. par. in 12. confide. Ille gra-  
duis complectitur cuncta, quæ generantur in visc-  
ribus terra, ut sunt mineralia, & metallū omnia,  
argentū, viuum, plumbū, ferrum, cuprū, stannū,  
argentum, & aurum. Quod autem istorum altero  
sit præstatiū, etiam narravi in d. pat. in 95. confid.

In hoc gradu est lassarium, quod aurum pretio  
superat, sulphur, saphetra, sal gemma, & cūtī lapi-  
des pretiosi, vñ sunt carbunculus, hyacinthina, smaragdus,  
amethystus, ropaziū, coralū. Hi omnes magni sunt  
pretij, pulchritudinis, & virtutis. De quib. videre  
poteris aliquid in d. par. vlt. in 91. confide. In hoc  
præterea gradu sunt omnes coeli, omnia corpora  
celestia, omnes sphærae, sidera, & septem planeta-  
rum lumina. De quibus etiam in dicta finali parte.  
Artificialia quoq; ad istum referuntur gradum.

Quæ, & si inter se de nobilitate compugnant, vt in  
fra dicti sum in 11. par. in hoc tamē cuncta con-  
ueniunt, quod cūtī tantum habent, & non viuere.  
Secundus gradus est earum rerum, quæ habent  
esse, & viuere, cuiusmodi sunt omnes planetæ, ar-  
bores, & herbae. Hic nempe vitam suam oculis no-  
stris insinuat, dum videmus eas sursum, deorsum,  
ante & retro, ad dextram sinistramq; moueri. At-  
trahunt & habent è terra suum, vnde se nutrit,   
elementum, crescent, augmentantur, & florēs,  
frondes, fructus seminaq; pducunt. Habent enim  
intrat virutem quandam, qua facilè ita perfici-  
ant. Sub isto gradu innumerabiles ponuntur ar-  
borum, & herbarum species: quarum inter se fru-  
ctus, sapores, odores, virtutes, coloresq; longissi-  
mè separantur. Omnipotens vna viuendi ratio, sed no-  
bilitas dignitasq; non vna, prout etiam in d. parr.  
dicetur, in 88. 89. & 90. considerationib.

Tertius gradus est corū etiam quæ habent esse,

viuere, & sentire: & in hoc sunt cuncta animantia.  
Ad sensum enim visus requiritur & auditus, gu-  
stus, odoratus, & tactus. Ad istum gradum referun-  
tur cuncta quæ momentur in terris vel in aquis, vel  
quæ in liquido aere peruelit. De his infra, in 78.  
80. & 81. considerationibus diētæ vltimæ partis.

Quartus gradus est corū quæ habent esse, viue-  
re, sentire, & intelligere: & in hoc est homo, cui  
præter esse, viuere, & sentire, subest etiā intellige-  
re, discernere, velle & nolle libere. Solo enim arbi-  
trio ascendit homo supra cetera animantia: qui  
pōtū indicare, ratiocinari, & susceptibilis fieri expe-  
rientialia, artis, scientiæ, atq; doctrinæ. In hoc etiam  
sunt angeli & demones, boni & mali, cum demoni  
etiam in bonā partē olim accipiebatur, & erat  
nomen dæmonis veterib. honestū, vt ait Cælius  
lib. antiquarum lectionū primo c. 23. & c. sequenti.  
Vbi, & Platonico schola assūrit, rationalis na-  
turæ gradus esse tres, nō digniratis tantum maiestate  
inter punctos adiunctosq; sed etiā locorū inter-  
capidine. Nam immortalib. diis summā attri-  
buunt sedem, hoc est cœlestē. Sed horū alias dici,  
& esse intelligibiles, ab omni materia contruber-  
nio sémotos, quorū parens princepsq; is sit, quem  
rerum conditorē opificemq; veneramus, maiestat-  
is amplitudine vltra mundana, sanctū, & huma-  
no sermone inenarrabile, sed ne mente quidē fa-  
cile apprehendibile. Quisquis est, quantuscunque,  
vñus est, veru, bonus, veritas vna, bona, bonitas v-  
na, vera. Cæteri non tā dij, q̄ ministri. Visibiles De-  
os intelligunt cœlestia corpora, atq; hic gradus v-  
tiq; vñus, qui & primus. Imū verò tener numifima  
præcelīs diuinitas. Eximiū, homo, cuius eminē-  
tissimā naturā cœlitib. ferē comparē, cōtendunt.  
Mediū vero inter hosce extremos gradum, à lunæ  
collimitio ad nos vñq; expansum īa habent, quos à  
scientiæ magnitudine prisci dæmones vocarunt.  
Hos, tanquā interpretes quodā, & salutigerulos  
arbitrati sunt priores: qui cōcepta à nobis vota ad  
Deos deferrēt, & illinc ad nos diuina munera rese-  
rebantur. Hos Romani veteres medioxumos nūcu-  
parūt: q̄ insiti ex suis, ratione, ac loco, & potestate,  
diis summis sint minores: hominum natura velut  
cōplacitū est antiquis: vtiq; maiores. Hęc Cælius.  
Et de isto tertio gradu, & primo dicā in 3. par. De se  
cundo

## PRIMA PARS

obe. & in e. cum dilecta. de rescri. vbi ponit quinq. que limitationes. & do. m. eu. Iason in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. Benedictu sin sua repetitione e. Raynuti. in verbo, testamentum. 2. nu. 3. de testamen. dicit, quod procedere contingit trib. modis feliciter tempore, ordine natura, & iuris fictio- ne, seu ingenio intellectus. vide ibi.

**O**ctuagesima consideratio. Quia, licet ordo in dignitatib. sit seruandus, quod etiam in alijs est seruandus. Primi. in subeundis munericib. lib. si. quemadmodum ciuilia mune. inducuntur. lib. 10. C. & l. 1. C. de munericib. patrimo. cod. lib.

Secundo. in debitoribus fisci conuenientis. I. quoniam Angerio. C. de conuenient. fisci debito. lib. 10. quo quis ordine conueniatur, per totum.

Tertio. in liberalib. l. generaliter. §. si quis alienum. versi. si quis ergo. ff. de fideicommiss. libertatis.

Quarto. in pignoribus. l. 2. C. qui potio. in pig. hab.

Quinto. in petitionib. à diuersis in iudicio propositis. l. qui prior. ff. de indi.

Sexto. in executione rei iudicatae. l. ordo. C. de exe. rei iudi. & l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Qui si non seruetur, auctus est nullus. Fel. in e. cum dilecta in 6. col. extra de rescr. lo. de lmo. in d. §. in venditione. & maximè quando executio fit ab executori, vt dicit Alexan. in consi. s. in 3. col. in 2. vol.

Septimo. in petitionibus ab eodem propositis l. ordinarij. C. de rei vindicatione.

Octauo. in testamentis. l. qui soluendo. 2. ff. de her. in si. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. subst. Ista ponit Ioan. de Platea in l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur. lib. 12.

Nono. in visitatione fienda per episcopum, vel alium habentem ius visitandi. c. i. de censib. in 6.

Decimo. in electionib. fiendis. c. quia propter & ibi notatur, extra de electionib. ita quod non debet fieri præposterior requisitorum ad elec-

nem, vt notant lo. And. & Panor. in d. c. qui propter in 5. & 6. col.

Vndeceimò, in confirmatione electionis: quoniam prius debet fieri inquisitio de processu electionis, de meritis, & dignitate vel in dignitate ipsi elec. eti, per ipsum confirmatorem, quam electus confirmetur, alia confirmatio non teneret. c. prouida. & c. f. de electionib. in 6. & ibi Dominicus & Philippus Francus, & amplè de his duob. per Pe. de Braxio in suo directorio electionū, 3. partec. vbi multa de materia ordinis, & ibi ponit tripl. cem esse ordinem. de quib. dixi in pœced. conf.

Duodecimò, in euangelij, vbi primo in ordine ponuntur euang. Matthæi, quia primus scriptor Euangeliū in Iudea, vt habetur in argumen. in euangeliū secundum Matthæum, & ibi X. colaus de Lyra.

Decimotertiò, Etiam Deus precipit nomina filiorū Israël scribi in veste Aaron, iuxta ordinem nativitatis eorum. Exod. 28. & habetur per Lucan. de Pen. in l. 3. in prin. C. de tyronib. lib. 12.

Decimoquartò, in onerib. ordo est seruandus. l. ordine. ff. de leg. 3. l. 3. §. præfens. ff. de munericib. honorib. gloss. in l. vni. C. de potoriib. ad munera nominandis. lib. 10.

Decimoquintò, ordo seruandus est eorum quæ lege ponuntur, vt l. si. C. de officio præfetti vbi secundum gl. 1. in l. 2. ff. de ad op. & sic vbi legalis paternitas eō trahitur, primò interrogatur pater quām filius. d. l. 2. vbi, quia is qui adoptat rogatur, id est interrogatur. ff. de adopti. per quem text. d. gl. 1. insert. quod sponsus primo deberet interrogari in matrimonio contrahendo, quām sponsa, & ad illud propositum, illam gloss. singularizavit ibi Bald.

Decimosextò, in iudiciis, vt in l. prolata. C. de sent. & interloc. om. iud. & C. de ordine iudiciorum: & de ordine cognitionum. & in his iudicis non seruetur, an auctus sit nullus. Alb. de Roel. 1. in 5. col. de nouo cod. comp.

*Prima partis Catalogi Gloria Mundi finis.*

SECVN.

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

50

brutis sentire & fructus pereipere. De his duobus, Gandinus in loco hic ante allegato, allegat rex. in l. qui vas. §. cx furtius. ff. de fur. & in l. in pecudum. ff. de fur. Habet & tertio cum angelis intelligere, ex quo facta est anima rationalis, ut Deum intellegere, intelligendo amaret, amando possidet & possidendo frueretur.

Memoriam, magni Nini Assyriotum regis vxoris, anno à nativitate Abrahæ duodecimo, regnandi frigide tota pruriens, petijisse fertur à marito Nino, ut quinque tantum dies imperaret, & sceptro viceretur, quod cum exorasset, satellitus iussit, Ninum vt interficeret. Hoc itaq; modo regnum consecuta, Asyrijs dominata est, & quadraginta duobus annis regnauit. Hæc quippe mortuo marito, cum iuuacula admodum haberetur, eiusque vnicus filius nomine Ninus, puertenellus esset, non exti in ans rutum esse, impetum tāgantandifilio tenello comunitre, cum esset animo ingenti, quodam muliebri astu malitia exagitata (vt Iustinus in primo Epitomarum ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit, non contenta à viro acquisitos terminos tueri, Aethiopiam suo adiecit imperio, Indis etiam bellum inculit implacabile, quo prater illam, & magnum Alexandrum, necno viuquam intrare praesumpit. Multasque ciuitates alias condidit, & fē moralium usum primo exagitauit. Hæc & plura referunt Philippus Bergomensis libr. 3. Et habetur in historia scholastica, & secundum Lyram Genes. 9. cap. suipet verbo, & ingentia facta peregit. Et quadam ex supra dictis dicit Textor in sua Officina. c. mulieres bellicose. Et C. Benedicti in sua repet. c. Raynut. in verbo, duas habens filias. in initio. extra de testamentis. Vbi etiam dicit, quod Pythagoras Ponti regina, suscep- pro regno, multa in Ponto gesit prælia, cui ob eius virtutes Tyberini & Caldei vique in Colchide in seī vltro subdidere. Hæc quippe suis insignis mulier, ut describit Philippus Bergomensis in suo supplemento Chronicarum, libr. septimo, quem tamen non allegat Benedicti in loco hic ante allegato.

Dicit etiā de Cleopatra, Aegypti regina, quod cum Antonio eius viro in Attico bello fuit, imo, cum mortuo iam Cætare, Antonium laicuientibus mordisca oculis, & in amorem sui pellexisset, prater Syriae & Arabie regnum, ausa est imperium quoq; Romanum sperare. Quim ergo magis in dies cresceret libido principandi, imperium ipium ab Antonio petere non dubitauit. Quod cum exortasset, sumptis cui eo armis, in Augustum, eius generum Agrippam, copias duxit, mouitq; bellum, cuius fortuna anceps aliquandiu pependit. hæc Textor in sua officina, loco hic ante allegato, & Bergomensis in lib. 7.

De Marthefia, Marsepia, & Lapedone quæ succurrunt primæ reginæ Amazonum, quomodo floruerunt in exercitu armorum, ponit Philippus Berg. lib. 2. Et ibi ponit, quomodo Amazonum mulierum tanta fuit virtus, quod relicto virorū & prin-

cipari, & commercio, solæ sibi imperauerunt, & libertatem armis defenderunt.

De Mannia seu Mannica Aegyptiotum habetur, quod ante Christum 377. regnauit in Aegypto, & desunctor eius vita sua gentis gubernatrix inscipiens, ob animi prestantiam vitibus auctis, Romanis quam maximè formidabilis fuit, & frequentibus bellis Romanorum opes attrivit. Etiam Palæstinorum, & Arabum limites, oppidanastuit, hoc dicit Philippus Bergomensis, libr. 9. & Benedicti in loco supra allegato. tacendo autem.

Pentesilea, Amazonum regina, mulierem aspernata molliciem, operib; semper, quæ virtutem innutrita est. Troianis fauit contra Græcos, & fitq; vixillifera, & turmas equitum duxit. Vide Proper. lib. 5. sic ait:

*Cusaferox ab equo quandam oppugnare sagittis.  
Motu Danaum Pentesilea rates.*

*Aurea cui postquam nudauit casida frontem,  
Vicit victorem candida forma virum.*

Et Virg. lib. 1. Acneidos:

*Ducit Amazonum lunatis agmina petiis,*

*Pentesilea furens, medijsq; in millibus ardet.*

*Aurea subnæctens exerta cingula mamme*

*Bellatrix, audetq; viris comurrere virgo.*

Et ut Pamphilus:

*Non probopeluitas inter qua tela ceteruat,*

*Hætore sub forti sanguinolenta tuli.*

Hæc Textor ubi supradicta. Et plura etiam de ea dicunt Bergomensis lib. 4. & Benedicti in loco hic ante allegato, tacens autem.

De Camilla, Volscorum regina, dicit Textor, quod cum unabui ipsius manifestum futuræ virtutis limen promitteret. Nam ab ipsa iam tum infanti: non molliculus inuoluta est pānis, non à blandientibus nutriculis educata, sed à patre Merito in medijs siluatum latebris ferino lacte pastu. Relictis demum crepundijs, paulò prouocatis, neque tractandis insuevit lanis, nec fuso, & pensa manibus accepit, sed scutis amicta per fundas coepit circumagere, complicate arcus, iugitas torquere, ceruos & capreas lassare cursu. Ca virtuti, id est studium virginitatis. Orto demum inter Turnum, & Aeneam bello, Rurulis adhæsi, & duxit copiatum: quam ei virtutem vix in fin. 7. sic describit:

*Ilos super aduenit Volfa de gente Camilla,  
Agmen agente equitum, & florentes ære ceteruat.*

*Bellatrix, non illa colo, calathifue Minerue,*

*Famineas affuetas manus, sed prælia virgo*

*Dura fati, cur fuq; pedum præuertere ventos*

*Illa, vel intata, & getea per summa volaret*

*Gramina, nec teneras cursu laſſet aristas.*

*Vel mare per medium fluctus uſpensatamenti,*

*Ferret iter, celeres nec tingeret aquæ repletas.*

Hæc Textor ubi supra.

Et de ea Philippus Bergomensis libr. 4. & Bene-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

55

robustissima, & illustrissima sc̄imina: vt refert Bergomensis, lib. 13.

Ioannactiam, regina Neapolitana, soror regis Ladislai huius nominis secundi, virilem animum in pectori gerebat, vt dicit idem Bergomensis, lib. 4.

Non sunt tacenda mulieres, de quibus Luc. 24. quae sequabantur dominum cuncte ad passionem, plangentes, & lamentantes, & non terrebantur villa armaturam militum suriosa securitia, & etiam habetur loan. 20. vnde de illis potuit, & potest dicere dominus illud Boetij:

*Has altè nullus potuit per vincere terror,  
Ne nostrum comites proferentur iter.*

Ad tot milia mulierum conuentus est animus, quæ sc̄ifissima tormenta, crudelissimasq; ceq; des, pro Christi amore fortiter, & cum magna fortitudine & patientia tolerauere, vt patet de Vrsula, & undecim millibus puellis eius, & de pluribus alijs, vt habetur per Bern. de Bustis in secunda part. sui Rotarij, sermone 28. in princi.

**N**ona considerat. Mulieres etiam ex sapientia, & scientia, quandoque laudem meruerunt, prout & laudandas sunt. Quoniam sapientia mulier ad. fecit domum, Proverbiorum 14. Et multæ mulieres fuerunt doctæ, quæ in multis scientijs claruerunt. & Texor in sua officina, in e. mulieres doctæ enumerat 64. & ultra, quæ multum doctæ fuerunt, quas hic enumerare intendo cum pluribus alijs.

Primo, secundum numerum illius, ponit tres Corinnas, quarum una fuit Thebana, altera Thebæa, alia Ouidiana dicitur, cum charifissima illi poeta fuit. Prima Thebana, seu Tanagrea Arche Iodori & Proceratia filia, & Myrthidis discipula, quæ Lyricorum principem Tyndarum quinque vicisse, & epigrammatum quinq; libros edidisse fuit. Et de hac Propertius, lib. 2.

*Et suacum antiquæ committit scripta Corinna.*

Satrius, lib. 5. Syl.

*Sophrona q; implicitu tenuisq; arcana Corinna.*

Baptista Pius.

*Nectetig dulcem trina Corinna lyram.*

Idem.

*Non tres dulcilo quo preflent sermone Corinna.*

Politianus.

*Sed Tanagrea suo mox iure poetria risit.*

Secunda fuit Thebæa, veterum quoq; monumentis celebrata.

Tertia floruit Ouidij temporib. poetæ clarissime de hac Martialis:

*Notas Nafonem sola Corinna sum.*

De Myrthide, Politianus in nutritia facit mentionem, de qua infra dicam. & Franciscus patritius in lib. 4. tit. 6. de institutione reipublice. vbi dicit, quod habuit magnam laudem, sed longè fuit præstantior eius discipula Corinna, de qua hic ante.

De Erinna, poetria Veia aut Delia, (estenim Delos in insula prope Gydron) floruit Dionysij Syracusei temporibus: scripsit Doricalingua elegans poema trecentis versibus absolutum. Alia item epigrammata. ferunt eius carmina ad Himericam accessisse maiestatem. mortua est annos 19. nata. de hac Propertius lib. 2.

*Carminaq; Erinnes non putat æqua fuis.*

Baptista Pius.

*Erinnam credet Gracia docta suam.*

Idem.

*Non melior coluisse sacras Erinna sorores.*

Fuit contemporanea Sapphus. In eam elegans est apud Grecos distichon, cuius talis habetur sensus. Quanto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tantò Sapphus gloria Erinna hexametris præcellit.

Sappho, Lesbia, Lyrica, floruit temporibus Alcæi, & Stefchori poetarum. Maritum habuit Cercylam ditissimum virum ex Andro. ex quo filiam suscepit Clio nomine. scripsit Lyricorum lib. 9. præterea Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodas, carminis Sapphico (cuius in uertrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicant alias fuisse Lesbiā, poëtriā quoq; quæ adolescentem Phaonem adamauerit, & e Leucade in aquas se dimiserit. utrancunque fucrit, vnam tantum commendant Latinopœta.

Statius lib. 5. Syl.

*Stefchorusq; ferox, saltusq; ingressa viriles*

*Non formidata temeraria Leucade Sappho.*

Sydonius.

*Aut quod compofuit puella Lesbi.*

Baptista Pius.

*Mæcula quoque fūos cantat moritura calores,*

*Leucadij Sappho crimen, honorū freti.*

Philippus Bergomensis verò, lib. 4. sui supplemeni Chronicarum, dicit, quod Sappho Eresia, diuini ingenij poetrix, anno mundi 4576. claruit, & plectrum prima inuenit: hæc viro ditissimo nupsit, ex quo Didam filium suscepit, habuitq; discipulas Anagoram, Myleiam, Congillam, Colophoniam, Euthemiam, & Salamynam: quæ setiam Lyricos quodā versus docuit: scripsit autem hæc modulos Lyricos, epigrammata, Elegiam, Iambos, & Monodas. Fuit quoque vates nobilissima. Et ex his dictis, à Philippo Bergomensi sunt annuleranda hic sex mulieres doctæ, de quibus non meniuit Textor: videlicet prædictæ Anagora, Miliesia, Congilla, Colophoniam, Euthemia & Salamy na: ex quo ex supradictis iam connumerabis 12. mulieres doctæ & scientiam habentes.

Pro 13. ergo anumerabis Pollam argētariam, quæ Lucani fuit vxor, vt testatur Martialis.

*Hac est illa dies, quæ magni consilia partus,*

*Lucanum populus, & tibi Polla dedit.*

Tanta fuis sic dicitur doctrina, vt maritum iuue rit in emendandistribus primis libris Pharsalia.

O 3

Statius

## SECUNDA PARS

tur, nectamen simis (quem nodo colligunt) infra genua descedit, altera papilla intracta seruatur, qua muliebris sexus liberos alant. Adurit destra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrant.

Stroza pater lib.1. Eroticon, de quibusdam sic minit:

*Virginicas vltro seruata, & bellicar virtus,  
Magnum Orihyia contribuire decus.  
Lampedon Hippolytem, Menalipem Jane videmus  
illustres inter nomen habere viros.  
His quoq; se comitem merito Marthesia iungit,  
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.*

De qua Harpalice haberetur in margarita poëtice, part.2. tractatio.2. de commendationib; oratione 17. vbi multum amplè laudantur mulieres.

Hinc & vltterius dicit idem Textor, quod Laccinæ mulieres, virorum obibant munera, sese in gymnasio, in bello, in venatione excrētes: haec cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descederunt.

Olim Germanorū mulieres, inclinata acim, & iam ad Triarios vergentem restituerunt.

Bellouacæ mulieres, à Carolo Burgundorum duce, longa obsidione fatigatæ, incenia defendebunt, & obfessorebunt; è scalis in fossam vrbis deterrunt, reportatis ad suos vexillis.

Recitat Philippus Bergomensis in suo supplemento Chronicarum lib.8. Quod cū Maximinus Imperator Romanorum, Aquileiam obsedit, in ea obsidione foeminae Aquilencies tantæ fuerunt magnanimitatis, vt cum nerui, & funes, ad a cendas sagittas, viris decidunt, sibijs capillos capitis praeviderunt, & ex ipsis funes arcuū fecerunt, vnde postea in earam gloria templum Veneri calue senatus dedicauit.

Refert etiam Berg. lib.12. quod in captione Calcidis Euboæ ciuitatis, quæ nūc dicitur Nigropōs, cuius est Episcopusquidā noster Canonicus Hedensis, suffraganeus ep̄i Hednen. qui dicitur magister Philip. Brunet, doct. in Theologia, vir quidā doctissimus, & literatus, fuerunt repente multæ mulieres armatae, mortuæ in strage dictæ ciuitatis, & hoc suit anno Christi 1471. vt ibidem refert Bergomen.

Gaditanæ mulieres à partu statim surgunt, misteriaq; domus obcent.

Margaria, Henrici sexti Britanica regis cōiuncta, aciem viri deficientem restituit.

Portia autem, cū apud Philip. Macedonia cam pos Brutum matutum mortuum intellectissit, q; ferrum non dabatur, ore ardentes carbones hauit. Margaria poetica vbi supra.

Lesbia puella, murorum parte machinis Turcarum deiecta, oppidanis fugam, aut dedicationem meditantibus salutē peperit. Obtulit enim se primam impetui, & iaculis inimicorum, pro tutan dis ipsiis muris.

Amalasumpta, Gothorum regina, principata

cū apud Rauennam, Burgundiones, & Alemanos, Liguriā populantes, Italia pepulit, adiunctor Theodato, quem regni cōsortem suscepserat, & plura alia Bergomen. lib.9.

Maria Puteolana, à Puteolis Cāpaniæ vrbe nomen adepta, bellica virtute maxime floruit etate Francicæ Petrarchæ. Erat laborum apprimē pennis. Ab ipsa iam inde adolescentia abstinebat. Noctes perpetuas quandoq; vigilabat, nec dormiebat, nisi coacta. Idq; sub dio, & humi recinas capit in scutum pro pulchriari, inter armatos rebatur. Quod quamvis impudentia speciem pesseras, nihil tamē vehementius curauit quam studium virginitatis, in qua permāst ad mortem vñq; cultum corporis alpernabatur, quib; artibus bellicosa admodum facta est.

Bona, Longobarda bellatrix, itidem puella, fuit anno domini 1468. nupsit Brunorio Parmegilio bellatori. A tencris annis lustrabat si in venaticibus stipata canibus. Maritum in ora difcūlinis cōcomitabatur, quem, quum Alfonsus rex Sicilia aliquando cōtra de causa in vincula concisisset, misera captiuī feminina, ad diueris principes, instar Pegasarij cursor cōcurrerit, tabes literas & patrocinium obtineret, pro viri salute, quod obtinuit.

De Ioanna, puella Franciæ, habetur apud Gaguini, quod gladio in bello vrebatur, quem nata erat in templo diux Catharinæ, cōstante in agro Tironum. vtraque pars lilijs insculptæ, quem peti sibi afferrari, licet in unquam eo in loco fuisset. & regnante Carolo vii. de quo per Gaguini & suis Chronicis, lib.10. Cum Angli omnia populi caula passim irrumperent, & iam profvero fortuna zephyro adiuti, nihil sibi non pollicerentur, desperatis Gallorum rex abfuit ipsa Ioannavix, quæ attritos Gallos animans ad vltionem, & libertatis gloriam: prima belli campum ingressa, non prius suos hortari, & ipsa certare desit, quām bitem in fugam vtererit, reportata victoria.

De ea etiam habetur per Berg. lib. 15. vbi dicitur quod Carolus vii. Francorum rex, auspicio & cōfūtū huius puellæ, regnum perdītissimum recuperauit. & G. Benedicti. in sua repte. c. Rayn. in veta diuinas habens filias. num. 14. extra de testa. vbi post verba Gaguini. Et vide etiam text. in loco huc teat alleg.

De Elisabetha autem Ferdinandi regis Aragonum vxore, & Hispaniarum regina, quanta fuerit circa arma, quantum pro fide Christiana debuerit, Granatarios, & alios populos finitimos iugando, & ad fidem Christianam reducendo, testifat Bergomen. libr.16. vbi amplè.

His posset annumerari Ioāna, Caroli Calabriæ ducis filia, quæ fuit potentia, moribus & animo robusta.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

56

Alpaides virgo, cum religionem in magno cultu amplectetur, cœlitus incruit, scripturæ sacræ, bibliorumq; sensum percipere.

Quid de Catharina Senen. dicemus? Nam ad eò in sacris literis profecit, ut libros scriperit cum theologorum doctrina conferendos, & maximæ sanctitatis fuit, ut refert Bergomen. lib. 14.

De Delbora, quam n. 32. annumerabimus, dicens cum Bergomensili. 4. quod propheta fuit Hebraeorum de tribu Esraim progenita, vaticinio claruit.

Hildegardis, virgo Germana, quæ fuit abbatissa, ut refert Bergom. lib. 12. patria Maguntina, spiritu quodam imbuta propheticō, multa prædixit de futuris, scriptisq; aliquot catholicae doctrinae libros: hanc epist. suis dignatus est beatus Bernardus. Scriptis super Benedicti disciplina, uriginta theologicas questiones eruditissimè absoluīt. Excellentium virtute virorum vitas scripsit, de altaris sacramento, Homiliae in euangelij, præterea in medicina, quæ simplicia, & quæ cœp̄ posita, tollens ageritudinibus profluit. Item carinina, & epistles, testimonio apostolicæ autoritatis comprobatas, quo factum est, ut Eugenius tertius, Anastasius quartus, Adrianus quartus pontifices: Conratus tertius, & Federicus primus Cæsares, ad eam plerunque scripserint. Plures alios libros scripsit, quos enumerat Bergomensis in loco supra allegato.

Ioanna Anglicæ, ab Ephebis virum mentita, Athenas se contulit, vbi studiosæ literis adeo operam impariuit, ut Romam rediens, paucos haberet doctrina pares, & sacris literis: vnde tantum apud omnes benevolentia, & autoritas, sibi demeruit, ut artibus illis pontificatum sit adepta post Leonem quartum, cum vir esse crederetur, de ea etiam incinit Bergomensis. lib. 11.

Luccia nimia, autote Plinio, centum annis in scena pronunciavit.

Lasteniam Mantineam, & Axiothcam Phliasiam, Platone etiā præceptore, scribit Plutarch. ornatuq; interim virili, auditorium ingressas, hæc Textor vbi supra. Ex quibus iam connicratæ sunt 37. mulieres doctrinae & prudentes.

Pro 38 annumerabitur Michale Centaura, quæ docuit Thessalas remedium amoris.

Dyotima, & Aspasia, mulieres in philosophicis promeruerunt disciplinis, ut alteram Dyotimam appellare magistram, alterius lectionibus intercessione non erubuerit Socrates, philosophorum omnium optimus.

Laetantius ait, philosophus, nullas vñquā mulieres philosophari docuisse, præter vnam ex omni memoria, Themistem. Sed quænam hæc, & cuias fuerit, non docet.

Arete mulier, eo doctrinæ cōfēndit, ut filium etiā institueret, qui appellatus est Aristippus, fuit Cyrenaica, & Aristippi patris Socrati dogmæ se-

cuta est. Mortuo patre, scholam rexit in philosophia magno & frequenti auditorio.

Pro 42. hic anno etimus Nicostratam vaticinatricem clarissimam mulierem, quæ Arcadica de carminibus carmine cognomina ta est. Ostia Tyberis intrans in Palatino monte, vbi nunc Roma habetur, descendit, in quo Euandro ciui filio regge constituto, cum ipsa Graiarum literarum doctissima esset, atq; versatilis ingenij, incolasq; sive uestres compreserit, nouos literarum characteres inuenit, eosq; canere coniunctionem, atq; sonos edocuit: cuius admirati rudes posteri, eam non mulierem humanam, sed Deam arbitrati sunt. Vnde Virg. viii. Aen.

*Tum rex (inquit) Euandrus Romanæ conditor arcis,  
Fortuna omnipotens & ineluctabilis fatum  
Me patria pulsum pelagi extrema sequentem  
His posuere locis, matrisq; egere tremenda  
Carmentis Nymphæ monitu & deus autor Apollo.*

Et hoc idem, Ovidius libro Fastorum affirmat: vnde ē margaritam poeticiā oratione qua supra. Et ibi etiam fit mentio de Ilide filia Inachij, quæ non solum terræ cultum, & lini usum, sed & quod præstatiū, apud Aegyptios literas inuenit, ex quo diuinos honoros afferca est, teste Philippo Bergomensi, libro 3. vbi amplè dc ea.

Ceres etiam suit diuinis honorib. exaltata, ex quo prima agrorum cultum excogitauit, ut refert idem Bergomensis, in loco hic ante allegato, & in margarita poetica, in oratione hic ante dicta, & vt dicit sophologium sapientia. lib. 1.c. 3. Feminae omnes artes inuenierunt, & etiam habetur in margarita poetica, in loco hic ante allegato.

Quid de Amesia, quam eò quod sub scēmina forma virilem animū gereret, Androgynem vocauerit? Ea apud prætores maximo populi consilio causam egit, & prima actione à cunctis penè iudicijs liberata est, ut habetur in oratione supra dicta.

Et pro 45. addemus Gaiam Afraniam, Lucij senatori vxorem, quæ ita litib. & caulis apta fuit, ut apud plures magistratus sapissimè oratæ dicatur.

Dama, Pythagoræ filia, & ipsa philosophiae sectatrix, ingenium & doctrinam in exponentibus parentis sententiarum inuolucris excircuit.

Thargeliam quoque foeminam sola illustravit philosophia.

Ferunt & Muscam, poctiam suisse Lyricā, quæ & epigrammata scriperit, & Lyricos nouos.

Semyamira, Heliogabali imperatoris mater, sapientia fuit, & multa inaudita fecit, ut dicā infra.

Sempronia literis Gracis & Larini docta fuit, ut dicit Salustius in Catilina. G. Benedicti in sua repet. c. Raynitius. in verbo, cuidam Petro tradiderunt nu. 64. de testa. Sed quoniam ha duæ mulieres in honesta fuerunt, & luxuriosè vixerunt, non ponam eas in numero illustrium & probatum mulierum.

Refert

## S E C V N D A P A R S

Statius.lib.ii.

*Huc castæ titulum decusq; Pollie,  
Lucunda dabis alloquitione.*

Sidonius.

Quid, quod duplicitibus iugata tediis argentaria  
Polla dat poetas. Eadem, inceptos à marito per-  
multos versus, perficiebat pari grauitate & ele-  
gantia.

Pro 14. annumerabis Aspasiam mulierem Mi-  
lesiam, quæ doctrinæ fama claruit. Periclis magi-  
sta, & tandem vxor suit: in studijs philosophicis  
abundè promouit, rhetorice exercuit, & tem-  
pore Socratis doctissima, à qua Socratem philo-  
sophum sanctum se dicisse quædam non puden-  
te cōfiteri, vt habetur in margarita poetica 2. par-  
te, tractatu 2. oratione 17.

Cleobulina, Cleoboli Lidij (qui fuit vñus ex se-  
ptem sapientib. Græciæ) filia, scripsit ænigmata  
quædam hexametris versibus, quorum vñus ad-  
huc extare fertur:

*Eſc' vñus genitor, nati bona pignorabit ſex,  
Triginta, euius nate, ſed diſpare forma.  
Hæ niueæ aſpettu, nigræ q; coloribus illæ  
Aeg., immortales omnes, moriuntur ad vñam.*

Et de ea etiam facit mentionem Bergo. lib. 4.  
cum loquitur de Cleobolo eius patre.

Pro 16. inuenies Cornificiam, fôrem Corni-  
ficij poeta: quæ & ipsa fuit poetrix memorata di-  
gnissima, & ipsa tempore suo, quod fuit anno 33. ante  
Christi aduentum, tanto poeticò effulgit  
dogmate, vt non Italico lacte nutrita, sed Castalia  
videretur latice. Cornificio prædicto germano  
fratri, & quæ effet gloria illustris: hæc quippe, non  
contenta pulcherrimi valuisse verbis, nîf vñt He-  
lycon carinē deſcriberet, atq; plurima & insignia  
descripsit epigrammata, quæ tempore diui Hieronimi,  
vt ipse teſſatur, extabantur: quibus virtutibus  
perpetuum sibi acquisiuit nomen. hæc Phil-  
lippus Bergomensis, lib. 7.

Lilia, Lelij filia reddidisse dicitur in loquendo  
paternam eloquentiam elegantiorem.

Hortensia, Hortensi Romani oratoris filia,  
post patrem non solum patris facundiam, & do-  
ctrinam amplexa fuit, sed etiam ipsius pronunci-  
andi splendorem seruauit, quem scilicet oportu-  
nitas exquisiuit, & qui ſepſiſimè in viris doctissi-  
mis deficere conſueuit. hæc, & alia dicit Philippus  
Bergomensis, lib. 7. Eiusdem oratio apud trium-  
uiros habita legitur, non tantum in ſexus hono-  
rem, vt per Valerium, lib. 8. ti. de mulieribus cau-  
ſidicis, in fin. Liciñia quoque Lucij Crassi filiæ,  
quarum in dicendo lepos ab eorum patre ema-  
nauit.

Mutia duæ filiæ ab vtroq; parente eloquenti-  
am didicere.

Pro 20. annumerabis Corneliam, vxorem Africani & matrem Gracchorum, quæ epistolæ re-  
liqui ornatissimè scriptas: vnde & filiorum flu-

xit eloquentia. vnde Quintilianus. Nam Gra-  
chorum eloquentia (inquit) multum contu-  
cecepimus Corneliam matrem, cuius do-  
minus fermo, in posteros quoque est epistolis tr-  
ditus.

Anastasia, illuſtrissima Romana mulier, Publ-  
Romani potentissimi vxor, diſcipula Grisogon-  
i fuit, eius mariti simulato morbo toru-  
cuius auit. Scriptis epistolæ ad Grisogonum. Hæ  
enim bonarum literarum eruditissima fuit, ut  
fert Bergomensis, lib. 8.

Damophila Graeca, quam hic ponam pto.:  
vxor Pamphili, ſocia Sapphus poetrix, poemata  
ſcripsit amatoria, & laudes Diana.

Hyptathia, mulier Alexandrina Theonis geo-  
metra filia, & vxor Isidori philosophi, vixit impe-  
rante Archadio, ſcripsit in Astronomiam, proli-  
fa eſt Alexandria varia disciplinaruin genera, ma-  
gno, & frequentia auditorio, conuolantibusq; in-  
matim & vndiq; diſcipulis.

Lcontiuim, Graeca adolescentula, inter pzd  
etis mulieres doctas erit, cum philosophicas  
ſciplinas adeo ſectata fuerit, vt etiam non dub-  
uerit, cum magna ſui nominis laude, in Theo-  
phrastum phil. alioqui laudatissimum, ſcriberet.  
Pamphila ſcripsit commentarios in grammatica  
tatur a Gellio.

Praxilla Sicyonia, fuit poetria, quæ in ſuis ca-  
minibus, Adonidem induxit ab inferi interrogatum,  
quid apud ſuperos pulcherrimum relique-  
rit respōdere, ſolem, cucumeres, mala: quod cum  
vehementer inſulfum videretur cucumeres &  
mala cum ſole componere, fluxit inde proue:  
Stultior Praxilla Adonide, in homines nullius in-  
dici.

Phemone, prima Apollinis Delphici vates  
iſſe, carmenq; Heroicum inuenitſe dicitur aut  
Textor, vbi ſupra.

Sofipatra, vates fuit Lyda multis diſciplinis  
præditissima, quam propriece creditum eſt à  
minibus quibusdam fuisse educatam.

Theano, mulier fuit apud Locros in Lyca  
præcellens. alia fuit, Metapontina ſeu Creſſa-  
næ, mulier Pythagoræ, vxor Brotini Crotoni-  
ta, quæ ſubſcripsit commentarios in philoſophia  
pocimata quoq; & apophthegmata Pythagoræ.

Pro 30. ponemus Zenobiam, de qua iam ſup  
diſtum eſt. Quæ licet bellatrix fucrit, vt dicitur  
eſt, tamen Græci, Aegyptijsq; ſermonis eruditissi-  
ma fuit, & Latinis non ignara. Scripte epitomena  
Orientalē, Alexadrinamq; hifta. Herenniam  
& Tymolaum filios, literis erudiuit, elegans  
orationes ad milites ſuos plerunque lab-  
quas galeata recitabat. Et, vt rati Bergoni. lib. 8. a  
Aegyptiarum ac Græcarū literarum, non meo-  
riter eruditæ, quarum luffragio, omnes hiſt. i. a  
Latinas, quam Græcas, & Barbaras, ſummo studio  
vidit, & memoria commendauit.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

57

pupillus educari debeat. Quia antiquitus mos erat mulieres legere grammaticam.

Manto, Tyrcis et vatis filia (qua Mantua nomine indidit) doctrina quoque & vaticinijs claruit: adeo, vt ex pecudum libris, extorumq; intuitu futura præsentis eret, ac præfigeret.

Catharina virgo, Costi Alexandriæ regis filia, sacræ literis partim studio, partim diuini spiritus afflata, adeo fuit imbuta, vt accersitos à patre vnde doctissimos viros & philosophos, ad suadend im idolatria, refellendamq; vniuersi Dei religionem, viuacissim terruerit argumentis, sicut que opinioni attraxerit, nedum non succubuerit eorum rationibus. Et, vt dicit Bergomen. lib. 8. Et si illius præceptorum ignotemus, tanta catum rerum scientia præditam legimus, vt mirabile vi- sum sit, quod in tam tenera ætate cum omnibus certainam disputationis suscepit.

Fuit & alia Catharina, ducissa Mediolani, quam Philippus Bergomensis, lib. suo 14. dicit suisse memoratu dignissimam, & prudentissimam.

Fabiola, Romana mulier, quum magno studio sacras literas amplectetur, prophetias, euangelia, & psalmos frequentissime reueluebat, vt iterataplerunq; lectio, amorem diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret vehementius: unde & beatus Hieronymus, librum de ueste sacerdotali, eidem nuncupauit.

Marcella Romana, propter sacras literas (quas egregiè callebat) frequentib. epistolis, à beato Hieronymo fulnata est. Ad eam enim scripsit de contemptu mundi. De decem nominibus, quibus apud Hebreos dicitur Deus, de fide nostra, & hereticorum doctrina, de blasphemia in Spiritum sanctum, de studio Theophilii episcopi Alexandriani, & alia id genus permulta.

Eustochia, Paulæ mulieris Romana filia, Latinarum, Hebraicarum, & Graecarum literarum studijs plurimum excelluit. Vnde & suo tempore, nouū orbis prodigium vocata est, ingenii sacræ literis deuouit. maximè atq; adeo, vt psalmos Hebraicæ legeret cursim, & mira celeritate, qua in re, amorem beati Hieronymi multū sibi demeruit.

Gnebria, mulier natione Verognæ, tempore Pj secundi Pontificis Romani, sua egregia eruditio meruit nomine immortale. Epistolas scripsit luculentas, & maxima resertas doctrina recitabat decoro gestu, voce virili, permixta suavitate.

Constantia, Alexandri Sfortiæ vxor, numeratur inter claras mulieres & excellentes doctrina: & erit hæc pro 77. ab infancia bonis disciplinis operam dedit, adeo, vt imperata quoq; disertissime loqueretur, habebat assidue præ manus opera Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Ciceronis, & Lætantij: valebat etiam scribendis ex tempore carminib. non sine magna multorum admiratione, quod sine præceptore cerebatur didicisse.

Nec defuit tam illustris & eminē gerumen simile. Habnit enim filiam Baptistam nomine, tanta doctrina, vt doctissimos quoque sua terneret eloquentia.

De quibusdam mulieribus supradictis facit mentionem Politianus in Nutritia:

*Non illi Praxilla suis prædotis agit Nosis  
Contulerint myrthiis modos non dulcis Agaclos  
Non Anyte, non qua versus Erinna trecentos  
Caftalio seu melle rigat, non candida Myto,  
Non Tellella ferox, non qua cani Egidase,  
Pallados effusum crimen ritata Corinna.*

Pro 79. his adiungimus Mariæ, Aaron & Moyfi germanam, qua prophetissa fuit, vt dieit Bergomensis lib. 3.

Consilio & sapientia Clotildis, (qua filia regis Burgund. erat) Clodoueus rex Franciæ eius maritus, protochristianus baptismi lauacrum promeruit, vt refect Gaguinus, lib. i.e. 8. & Benedicti ampliè in sua repetitione. in verbo, duas habens filias. nro. 80. & 81. quem non repeto. Refect etiam idem Benedicti, vbi supra, num. 15. quod Boetius habuit vxor prudentissimam, nomine Elphe, qua hymnum fecit Oliuæ binæ de Petro & Paulo apostolis.

Refect etiam Ioannes Andreæ, literatissimam habuisse vxorem, qua sibi & Cyno legum doctori compatri multoties de difficultibus iuris respondebat.

Sic & Ioannis Calderini vxor secundum Panormitanum, c. cum inter vniuersas. in fi. de electiobus.

Item & Philippus apostolus quatuor habebat filias virgines prophetantes, vt habetur Actuum 21. Et de alijs quibusdam per Benedicti in lib. hic ante allegato.

His adiungenda sunt nouem Musæ, videlicet Calliope, Clio, Thalia, Euterpe, Melpomene, Polymnia, Erato, Terpsichore, & Vrania: quas poetæ fingunt esse Louis, & Memoriae filias, quod doctū oporteat esse secunda memoria. & Carminum inuentrices fuerunt de quibus Textor in loco supra allegato.

Non relinquenda sunt decem Sibyllæ, videlicet Persica, Cumea, Cumana, Tyburtina, Lybica, Erythrea, Helleponia, Delphica, Samia, Phrygia. Haec fuerunt primis seculis puellæ vaticino spiritu afflatae, & futura presagientes, quas Sibyllas dixerunt: deinceps autem scribit fuisse Varro. Cumana proprio nomine vocatur Amalthea, à Virgilio Deiphobe: libris huius, non secus ac diuinis oraculis, in imperij administratione populus Romanus semper vsus est. Tyburtinæ veteres Alburneum appellarunt. Politianus in Nutritia quafda enumerat his verbis:

*Quin & veteres promptere Sibyllæ  
Carmen, Amalthea & fati Marpesia diues,  
Herophileq; Idea genus prædotisq; Sabbe.*

P Demo.

## S E C V N D A P A R S

Resert Textor supra in sua officina, quod multo  
rum carminum auctrix fuit Charixena, cuius me-  
minit Aristophanes Cynicus.

Celebratur item Mero condito in Neptunum  
hymno.

Fuit Agallis Corcyra, illustris in arte grammatica,  
cui inuentum pilæ nonnulli ascribunt.

Teleslam, in poetica illustrem, celebrat Pan-  
fanias, cui etiam apud Argos, ante Veneris tem-  
plum statua sit ereta, hanc Fulgosum Thefelidem  
vocat.

Pro 53. ponemus Oldam, prophetissam Sellum  
summi sacerdotis Hebræorum vxorem, & Helchia  
maximi Hebræorum pontificis matrem, quæ an-  
no mundi 4576. fuit, & losia regi vaticinando  
multa prædictit, & præfertim Ierosolymorū euer-  
sionem, populi ipsius captiuitatem, vt patet 4. Re-  
gum, c. 22.

Hetyna postrix, anno mundi 4364. claruit, &  
multa laude digna conscripsit, quæ Naætanabo  
regi Aegypti, vsq; in Aethiopiam expulso, reditū  
suum prædictit, de his diuab. Philippus Bergomensis,  
in lib. 4. & 5. meminir: & Benedicti in loco su-  
pra allegato tacendo autorem.

His adiiciemus Didonē Phœnicam, Lili Phœ-  
nicum regis, filiam, quæ populo legē & normam  
vinendi dedit. Decius laude, honore & virtute  
Virgilius i. Aen. cum dicit:

*Iura dabit legesq; viris.*

Et de ea Philippus Bergomensis, lib. 4.

Hiparchia mulier Græca, philosophicis disci-  
plinis valde excelluit.

Cassandra, Priami filia, vaticinio, & doctrina il-  
lustris habita est.

Aliam Cassandra, Venetiam puellam, Polirianus  
magnis laudib. commendat, quam ait pro la-  
na librum, pro fuso calatum, stylum pro acutra-  
tasse, latinasq; epistolas scripsisse. Sic enim de ea  
in principio cuiusdam epistola meminit: O de-  
cus Italæ virgo, quas dicere grates quas vr referre  
parem, quod eriam honore me tuarū literarum  
non dedignaris? & vltra alia dicit Textor ibi.

Statius Papinius vxorem habuit nomine Clau-  
diam, magno ingenio doctrinaque non vulgari  
præditam.

Eudoria, Theodori iunioris vxor, præter cgre-  
giam formam, singularemque pudicitiam, etiam  
literis excelluit, adeo vt librum quendam emi-  
serit.

De Abigail habetur i. Regum 25. c. quod mulier  
prudentissima fuit, & ob eius prudentiā, mari-  
tum suum Nabal à morte eripuit.

Ystrina, Scytharum regina, Atipythis vxor, Sy-  
lem filium Græcam linguam literasq; edocuit  
author Herodotus.

Themistoclea, soror fuit Pythagoras, cuius pla-  
citis & opinionib. plerisq; in locis, vltus est Pytha-  
goras.

Proba Valeria, quam Centonam vocat Mar-  
ita poetica, in oratione, qua supranum. 69.  
Grecis Latinisque literis eruditissima, truncans  
Virgilij versus ad fidem & mysteria catholice  
religionis conuertit. Fecitq; de Christi gestis, & de  
cius morte, opus nobilissimum, quod Centona  
appellavit, hinc Centona dicta est. Et de ea Bergo-  
mensis lib. 9.

Pro 65. ponemus Elizabetham, abbatissam  
Germanicam, qua multas orationes ad sui co-  
uictus sorores, conscripsit, opusq; de vijs, qui  
ad Deum itur.

Baptista prima, Galcatij Malatesta Pisauriensis  
principis, filia, & Guidoni Monteseltrensi Urbina  
comiti matrimonio copulata, cum doctri-  
num vitis plerisque magna sui laude dispergaw  
Libros quoq; de humana stagiilitate, & de veran-  
ligione, conscripsit.

Itala Nouarolla, Veronen. philosophiam re-  
bo & opere professa est, scripsit quandoque ad  
colum quintum, & Pium secundum Pontificis  
Scriptis quoque dialogum, quo disputatione  
grauius peccauerit, Adamne, an Euia, quibus  
dibus literarum adiecit perpetuum virginitas  
votum.

Damisella Triulcia, Mediolauensis virginis  
la, annos amplius 14. nata, iam excepit eloquentiam  
infuscere, bonasq; imbibere disciplinas, adeo  
nouum in terris prodigium videretur, in literis  
imbura ita proscicit, vt cum Latinè vel scriberet,  
vel loqueretur, omnes trahebat admiratione  
fuit etiam tenaci memoria, vt vel Mithridati p  
haberetur. Nam, si quein vel publicè concionantem  
aut declamantem audiret, reuersa à cōfess  
omnia ad vnguem verbatim, syllabatimq; re-  
tebat. Latinis insuper non contenta literis, Gra-  
eciarum studio deflagravit, quas vñq; ad proupi  
& peculiarem didicit sermonem. Et de hac ma-  
dicit Textor in loco supra allegato, vbi ponit  
sequens. de ea:

*Quid facit in terris Damisella Triulcia? cælum  
Ingenijs debet talib; nbe effe domus.  
Atq; sic, quid facias, flores cum coniuge Ditis  
Non legis, ad flygior verapare lacus.  
Cura tua es ē virtus, & iter mediari ad aſtra,  
Nam virtus comites collit ad aſtris.*

Minera, Louis primi filia, nō aliam ob cau-  
in numerum deorū relata, quā propter bonū  
attium (quarum sicut inuentrix) peritiam: vñ  
& veteres illę Athenę sui nominis immortales  
mituunt & sum. & vt habetur in margarita poetarū  
par. 2. trac. 2. oratione 17. fuerunt plures Mineræ.  
Aduertendum est etiam, quoniam, vt habent  
sophologio sapientia, l. 3. Omnes serè artes faciā  
inuentā à mulierib. Et ibi ponit aliquas ex his ac  
rasse patriam, & fecisse ea qua viri fecisse ne  
uiscent, vt dicit lo. Neuizan in tua silua uuptiā dicit gl. in verb. instrueretur. in l. qui sihi sū. s. vt  
pupils

Sesostrates, Aegyptiorum rex, qui ceteros omnes gloria, & terum magnitudine, excessit, vxoris consilio vñsi, sc̄e vxoremq; suam, & liberos, partim graui, inopinatoque periculo liberavit. Nam, cum illum frater, a quo nihil tale reformidabat, initiatū excepisset, domumq; siccæ exterius materia, circumstipasset, re intellecta, extemplo cum vxore deliberavit. Nam, & vxorem secum duxerat, eaq; suadente, vt duos ex sex liberis, super ardentem pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi transeuntes, euaderent, ita fecit: & duabus tantum filiis ita incensis, ceteri cum patre, matreque fuere seruati. Testis Herodotus in Euterpe.

Plutarchus, in libro de virtutibus mulierum, narrat historiam de Pythei vxore, quæ Xerxis temporibus claruit: de quo etiam meminit Plinius. lib. 33. c. 10. Quæ viro omnium per id tempus distinquo, auro, tenui in hianti, & auris odinas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum, esset reuersus, & cęnam parari postulasset, aut eam mensam apponi iussit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obsidia, ac primo quidem aspectu, gauisus est Pytheus, miro artificio singula elaborata conspiciens. Inde aspectu iam abundè satiatus, præcepit cibum auferri. Verum mulier, cuncta que postulassem, ex auro concinnata afferrit iussit. Cumque ille iracundia percitus, famem namq; & bilis nasum conciunt, esurire se vociferatur, neque se aurum id temporis exposcere. Sapienter, inquit vxor, Tu nullum rei, prater hanc vnam habenda facultatem præbes. Omnis enim viorum cura, omnisque ars, tuo iussu, in auro sodindo occupata est, vt nemo iam agros colat, nemo fruges ferat, necno arbores plantet. Quæ viria castratione permotus Pytheus, negotium haud quaque penitus omittrens, quintam in dunatax ciuium partem in opere continuuit, reliquos, tum agriculturæ, tum ceteris artibus, operam dare præcepit:

Aurelius viator, quo loco Constantij imperatoris vitam describit, sc̄eminarum (inquit) præcepta, sc̄e maritos iuare. Namque (vt de ceteris taceam) Pompeia Plotina (incredibile dictu) quantum auxerit gloriam Traiani, cuius procuratores, cum prouincias calumnijs agitarent, ad eo, vt unus ex his dicereur locupletissimum quemque ita conuenire. Quare habes tertius? pone quod habes. Illa maritum castigauit, atque increpans, quod laudis sua esset incuriosus, tales redidit, vt postea exactiones improbas detestans, siueum lienem vocaret, quod eo crescente, artus resiliui tabescunt.

Ataulphus, Gothorum Rex, in animo habuit, Romam à se receptam, funditus cuertere, diuersoq; urbem loco statuere, Gothiamq; pro Roma nominare, à Cæsarum Augustorumq; memoria, prorsus abolita, Ataulphi appellatione in posteros

transmittere. Verum, Placidæ coniugis, seu Placidæ Honorij sororis suasu, adeo est mutatus, vt breui, non hostis, sed amicus, non urbis eversor, sed instaurator sit vocatus, de quo meminerunt Paulus Orosius. c. 123. & Paulus diaconus de gestis Roman. lib. 13.

Dominica, vxor Valentis imperat. Gothos ad cuerendum Constantinopolim irruentes, pacauit.

Pompeia Plautina, Julianum imp. maritum suum aueritab ab extorquenda à populo pecunia, & colligendo fisco. testis est Sex. Aurelius. & sic periuntur sc̄emina, quæ maximi quandoque boni authores extiterunt.

Eiam narrat Seneca lib. 1. de Clementia. c. 5. quod, quum quidam Rex, non posset potentia quandam suum destruere inimicum, Reginam consuluit coniugē suam: quæ tale regi dedit consilium, Fac domine, quod medici facere solent, quia, vbi vistata remedia minimè prosunt, tentant contraria: si seueritate nihil prosecisti, nunc tenta, quomodo cedar tibi clementia: ignoscē illi. Quod ille gauisus, annuit, factoq; adimpleuit, & contulit ei consulatum: ex quo habuit cum amicissimum fidelissimumq; hæredem. de quo infra dicitur.

Reserteriam Cassiodorus, post Theodosium, in tripartita historia, lib. 9. c. 31. ad Theodosij Imperatoris sanctitatem, multum cōtulisse vxorem, quæ vitum sapius diuinæ leges admonebat, eiq; frequenter dicebat: Oportet te semper marite cogitare, quid duduſi suisti, quid modo sis: Hæc si sc̄i per cogitaueris, ingratius benefactor in non eris, sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis autem.

Saxo, grammaticus in historia Danica, li. 9. tradit, Regnerum, Danorum Regem sexagesimum secundum, Vnithferici filij mortem adeo molestè tulisse, vt obstinato ad nioriendum luetu, corpuleculo per summam animi ægritudinem afficerit. Quem vxor, virilem supergesu fiduciam, imbecillitatis in crepitum, virili adhortatione firmauit, reuocatumque à moerore, animum armis impensis tractare, perdocuit: affirmans, fortissimum patrem, cruentos filij cineres, iusius armis, quām lachrymis expiaturn. Ad cuius monitum, Regnerus, discessu mœstitia habitu, depositisque doloris insignib; laccentem reuocauit audaciam, breuiq; hostem, qui filium interemerat, comprehendit: adeo (inquit Saxo) interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia.

Profit & consilium Clotildis filia Regis Burund. cuius cōsilio Clodouæus, Rex Franciæ, eius maritus, Cliristianus effectus fuit: vt reser Gaginus li. i.e. 8. de gestis Francorum. & post eū G. Benedicti ample in sua rep. c. Ray. in verbo, duas habens filias. nu. 81. & dixi in præcedenti consideratione, vbi etiam de vxoribus lo. And. & Cald.

## SECUNDA PARS

*Demoq; Phigoq; & verignara Phaenisi,  
Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia longos  
Phemonoe commenta pedes, & filia Glanci.*

Hæc Textor, vbi supra ponēs nomina plurium  
fœminarum illustr. nos remittens de reliquis ad  
Plutar. & ad Strozam, qui his versibus quasdam  
enumerat:

*Mornamiam Tomyrim, fortē propone Camillam,  
Et subeat menti Penthesilea tue.  
Addo & Amazonias reliqua de stirps orores,  
Refice Carmentam, refice Penelopem.  
Ulra nephas animo propriaq; Lucretia dextra  
Inuitio occurret clara pudore tibi.  
At rapidum nando transmittere Clalia Tybrim  
Aut, suis animis præmia digna tulit.  
Quid te commemorem vestalis Claudia virgo,  
Quæ sterit attoniti vindice fratris bonos?  
Quis tecum digni nomen Corneliatollat  
Laudibus, aut animum Portia castatum?  
Quis te prætercat generosi pectoris Ester,  
Non bene damnatos protinus vlyra Syros?  
Quisne Palestina genitam te stirpe virago  
Spem taceat, patria sub fidumq; tuc?  
Si fortasse petes exensi la recutias, nonne  
Cognita perpetua laude Mathildis erit?  
Sponte opibus spretis regum v'iolanta reliquit,  
Sequens acri fociam maluit effe chori.*

Et Benedicti in iam dicta sua repe. in loco supra  
alleg. dicit, quod plures aliae fœminæ Romanae, in  
quibus literaria dignitas seruata est, vsq; ad Hier.  
tempora quib. omnia fermè scripta & editiones  
dicauit suas, vt vñs sit Paulam, Blesstellam, Aletā,  
Assellā, Cellantī, multasq; alias, non minus q; il-  
lū temporis viros, dignas, meritasq; duxisse: quin-  
bus suos dedicaret libros, suumq; desudaret ingen-  
ium. Plures ex his etiam enumerat Jacobus Ma-  
gnus suo Sophologio sapientiae, li. i. c. 3. vbi ponit  
fœminas, quæ inueniuntur quædā artes, vt ibi per  
eum. Et Celsius lib. 8. antiquarum actionum. c. 1.  
Vnde multum inuehit Franciscus patritius, l. 4. ti.  
6. de institutione reipublicæ, quod nunctanta de-  
fida torpeant mulieres nostræ, vt pro miraculo  
quod ammodo videretur, si quas primorib. labris  
literas attigerint, licet tanta copia doctissimarum  
fœminarum apud antiquos fuerit: vñctiam inue-  
hit Benedicti in loco supra allegato, volentes inser-  
re dolendum, quod hodie fœmina non vacant li-  
teris: quod tamen non videretur mihi esse vtile,  
& ipsi, & maritis, & reipublicæ, propter multas ra-  
tiones quas dicere possem. Sed inde tacebo, cum  
tantum intentionis meæ sit tangere in omnib. ea  
solum, quæ tangunt laudem, honorem, & gloriam,  
non quæ faciant ad dæcūs, vituperium, aut op-  
probrium alicuius, sed alio forrè loco de his dice-  
mus. Et potest videri per Ioannem Neuianum. in sua  
filia nuptiali, in octaua ampliatione sue quæstio-

nis, vbi ponitur si licitum ducere vxore in dœcis.  
Nescio si his debeam adiungere Scymiam, matrem Heliogabali, quæ semper in senatu intr-  
fuit cum alijs senatorib. & fuit in senatu præla-  
ira quod nihil scerè, nisi ea disponente, senatus pe-  
agere poterat, sententiamq; sui, more ceterorū  
de agendis dicebat: quod mulieri nunquam co-  
tagiis legitur. Conuentum mulierum ordina-  
quibus potestateni præbuit, & præslit, ut sena-  
tori more, de moribus circa statum tractarent. Et  
huic senati principissæ fuit, vt Philippus Berg-  
ensis in suo supplemento, li. 8. quæ anno Christi  
224. regnabat. Refert etiam Textor in suis Epith-  
esis. in verb. Galli. Quia apud Gallias fuerunt sap-  
tentissimæ mulieres Gallicæ, quæ secundum mo-  
rem antiqui, quum de pace bellone contul-  
tur, adhibebantur. Si qua tunc inter socios inc-  
disset controuersia, mulieres tenebant arbitram.  
Pocrea in secdere (quod sauxerit cum Hanniba-  
voluerunt, vt si quis Gallorum ab aliquo Cartha-  
gensem in iuria affectus, quereretur, eius rea-  
dex esset Carthaginem magistratus. Sin Ca-  
thaginem quicquam ab vilo Gallorum  
qui quipiam passus esset, Gallicas mulieres ea  
rei iudicium facere. & alibi de his dictum est.

**D**ecima consideratio. Non solum mulies-  
taudantur ex sapientia, verum etiam ex  
consilio: quoniam etiam in his quæ ad cura  
virorum spectant, sumendum est, & ab uxori  
bus consilium, vt ex exemplis & doctrinis Augusti  
& Iustiniani imperatorum probatur. Nam Augustus,  
vt ait Seneca, de clementia, Linia rorosum  
filios suis est, etiani in magnis reb. atq; eius opera  
innatam quandam severitatem extutus, clementiam  
induit. Iustinianus vero, in arduis etiæ negotiis,  
& ad summam rerum pertinentib. uxori  
consilij participem fecit: vt ipse satetur in aut  
iudicis sine quoquo suffra. §. haec autem omnia  
col. 2. & ibi Accursius annorat in verbo, reue-  
dissimam. sumendum esse ab uxore consilium &  
illum tex. etiam ad hoc ponderat lo. An. in e.  
prior. de reg. iu. libro 6. in c. mercurialibus. De-  
mens la. in l. 1. colum. 2. ad fi. fl. de legibus. Alber-  
cus in l. aduersus. C. de criminis expilat. har. &  
Host. in summa, ri. de matrimonio. §. i. colum.  
ver. fed & in eo habent. facit etiam tex. in l. bene  
Zenone. §. pc. in fin. C. de quadri. pr. descriptione  
vbi Iustinianus dicit, qui. n. suis consiliis suis  
laboribus proto orbis terrarum, die, nocte  
laborant, quare non habent dignam suam præ-  
rogativa fortunam? quem tex. ad hoc allegat Be-  
baria in cle. i. in 6. charta. in paruis. de elec.

Exemplo, nobis est ille bonus pater multarum  
gentium Abraham, cum diuine acepisset con-  
sum Saræ vxoris monensis, vt Agar ancillam, &  
filium eius ejecret, statim audiuit à domino. Omnia  
quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Gen.  
21. c.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

59

Primus, si cum volueris egredi extra locum tuę habitationis, & vxor tua tibidixerit, & consuluerit, bibendum esse antequam excas, crede illi.

Secundus, si cum vxori tua quandoq; dixeris, ille te velle dare vestem pretiosam, causa ornatus, similem eius vicinae, & dixerit alio tempore reservuandam, crede illi.

Tertius, si cum noctu aut diu in palestrę venerea illam amplexatus semel fueris, & iterum concubere velis, si dixerit tibi vxor tua sat esse, crede illi, quoniam in his tribus optimū erit cius consilium: quoniam verò videtur de raro contingenti enire, ideo videtur charius & utilius: cum quę rara sunt, chariora videntur.

Et pro certo, nisi es sit intētōnis nostrae in hoc opere, recēfēre tantum qua laudem cōcernunt, libenter adducere, in nullo alio casu consilijs mulierum esse credendum, cum sit fragile & debile, vt satis declarat Tiraquellus in dictis legib. con nubialib. in prima l. ad quem te remitto, tāquam ad solitum de ipsis mulieribus malè dicere, ferē in toto illo opere.

**V**Ndecim a cōsid. Etiam fœmina laudem mēratur, & honorari debet ex virginitate. Cum virginitas ipsa Dei templum sit, & qui eam habet, fortitudine in habere dicitur, secundū Aug. de ciuitate Deilic. 2.c.26.1antaq; est vis probitatis & castitatis, vt penē omnis eius laude mouatur humana natura. Et virginitas virtus estanī, comitem que secum habet fortitudinem. 32.q.5.e. ita nc aliqui. Et de laude, excellentia, & priuilegijs virginū, diffusē in proxima sequenti parte, in 39. consider. scribitur. Et inter cæteras virtutes mulierum pudicitia præfertur, vt habetur in Margaria poētica, 2. parte, tractatuz. oratione 17. in princi. Et de huiusmodi virtute, satis amplē habetur in Rosario B. de Bustis. in 2. part. sermo. 28. vbi de virginitate ponit in litera B.C.D.E.F.G. &c. Et in litera Y. antea ponitur de pudicitia, in quibus locis enumerantur aliquæ, quæ fuitūt laudata, ex pudicitia, vt Sufanna, & Sophronia. Sed quia istud es sit nimis fatidio sum, omnes pudicas, & virgines, ennumerare non insisto: cum non sit ita nouum sicut de doctis, & magnanimitatem habentibus. Etiam Textor in sua officina ponit quasdam virginies Vestales. De laude etiam virginum vide Iacobum Nigrum in suo Sophologio sapientiae, lib. 10. ca. 16. vbi multa ponit de virginibus. Vide etiam de laude & eius priuilegio pulchra, quæ dicit Pan. & alij in c. causam matrimonij. extra de probat. & Lud. Romanus in consil. suo 500. incipiente: vos estis lux mundi. vbi est oratio per eum facta in con silio Basilien. Quæ quidem virginitas (si semel annissā fuerit) amplius reparari nō potest, secundū Aug. vt dicit gl. in l. 1. C. de rapto. virg. Cui concordat Ouid. lib. Epistolarum. Nulla, inquit, reparabilis arte laſa pudicitia est, & castitas præfertur vi tr. text. in leg. 2. §. initium. ss. de origine iuris. Ete-

nim hæc castitas virginalis nobilior ceteris: in cuius signum virgines Laureolam portant. c. si Paulus. 32. qu. 5. imo pro virginitate sua conseruanda, Daphnes, Pencī filia, tota in Laurum conuera fuit. lib. 1. Metamorphoscos: vt ex ea Laurea corona triumphantē Imperatores, Ioui provictoria in Capitolio sacrificaturi, in posterum ornarentur:

*Cui Deus, at quoniam coniunx mea non potes esse,  
Arbor eris certò dixit: mea semper habebunt  
Te coma, te cithara, te nostra Laurepharetra.  
Tuducibus letis aderis, cum leta triumphum  
Vox canet, & longas vident Capitolia pompas.  
Tu quoq; perpetuus semper gerefondis honores.*

Hoc dicit Gui. Benedicti in sua repet. c. Ray. in verbo cuidam Petro tradiderunt. nu. 46. de testamento. Et de laude virginitatis videoas Osium Episcopum Cordubensem, qui fecit librum unum, & lulianus. Episcopus ecclesiæ Tholetanae, fecit librum unum, & Saluianus librostres. De excellētia etiam huiusmodi virginitatis ponit amplē loc. docus Clithoueus, in suo Antiluthero. cap. 39. Et dicit G. Benedicti, in loco hic ante allc. triplicem esse castitatem, virginalem scilicet, qua propriè virginitas appellatur, de qua hic, & in locis suprà allegatis, vbi multæ enumerantur virgines, qua plurimæ regerunt pro carum virginitate confruāda, vt etiam de filiabus Scedali (qua Hippo & Miletia dicebantur) in Leuctris oppido Bæotiae, quo ore landanda sunt, quas traditū est (vt ait Hicronymus contra Iouinianum) absente patre, duos iuuenes Spartanos præterentes, iure hospitijs suscepisse, qui multum vino indulgentes, viam per noctem intulere virginibus: quæ amissa pudicitia, noientes supervivere, mutuis conciderunt vulneribus. Et vt resert Cœlius, lib. antiquarum lectiōnum 7. c. 28. maxima virginitas & castitas obseruat̄ur apud Chios. Nam nullum adulterium, neque illegitimus concubitus (quod est maximum temperantia muliebris argumentum) ex Chio (vt ait) memoratur prodijis.

Legitur quod Britora, nympha Cretensis, cū esset formosa, perpetuoq; virginitatis voto venatio ni vacaret, ad vim & stuprū Minois regis declinandum, se in aquas dedit præcipitem.

Item Thexena mulier à Philippi Macedonum regis militibus in mari septa, cum nullum salutis effugium videret, in mare sedeciebat, idq; ne in regis potestatē veniret. & vide Plu. in 2. tri. castitatis. & Ang. lib. 1. de ciuitate Dei. cap. 26. vbi fit mentio de his, quæ se necauerunt, & in flumium proicerunt: vt infestatores sua pudicitiae deuitarent: sed ibi commentator dicit, se nullibi legisse de virginibus Christianis, quæ sic se occiderint, quia Deus præbuit auxilium virginibus, vt sua virginitatis seruarent decorem. *Quis Luciam eripuit de tot malis? Quis Agnetem? Quis Apolloniā? Quis Catharinā? vere Christus Iesus ob gratiam virginitatis.*

## SECUNDA PARS

Juguldis, soror Childeberti, Hermogilium, Lemigildi Gororum regis filium, & maritū suum, ad Christianam convertit pietatem.

Profluit & consilium Theodelinda, Lougobardorum Reginæ viris suis, cum sua ipsius opera, & pia suatione, Eutharim, priorem maritum, multo mutiore fecisse scribirur, ad verā pietatem ampliexandam longè promovere. Sed & Agilalphum maritum posteriorem, præsercetum virum, dixerere monendo, veritatisq; lucem oculis admouendo, eò traxit, ut omnib; suæ gentis author fuerit à malorum dæmonum cultu, detestandaq; hæresi, se vindicandi.

Quo etiam tempore Brunechildis, pari studio, Childebertum, Francorum Regem ipsius virum, cō quoq; impulit, vt Tassilonem, Bauarię Regem, ea lege constitueret, vtā Selauorum gente bello infectanda, non prius desisteret, quād ad Christi fidem amplectendam subegisset.

Lacedæmonij etiam, nō minus publica quā in priuata consilia, cum mulierib; communicabant, vt scribi Plutarchus tū in comparatione Numæ, ac Lycurgi, tum in vita Agidis, & Arist. politico, 2. c. 7. inulta in Lacedæmoniorum principatu, à mulierib; administrabantur.

Apud prisco quoq; Athenienses, non minus famigerabilem Grecorum gentem, mulieres, publicis consultationibus interesse, suffragiaq; ferre solitas, testis est Varro.

Germani item, inesse sanctum aliquid & prouidum foemini putant, nec aut consilia earū aspernantur, aut responſa negligunt, vt Cor. Tacitus scribit, in lib. de morib. Germania.

Apud Gallos, gentem nostram, olim consuetudo fuit, vt, quoties de bello cis esset, aut pace, consultandum, mulieres quoq; eiusmodi cōsultationib; administerentur. Præterea, si qua aduersus socios incideret eō troueria, eam ex mulierum sententia componere consuecerant, vt referat Plutarchus libro de virtutib. mulierū. Dixi ante in præcedenti consideratione, vbi de sapientia, & prudentia mulierum. Et de conditionib; pacis inter Hannibalem, & Gallos, quod mulieres iudeabāt de emissiis per Gallos, dixi in finali parte, in 17. consi. in c. aliam orbis diuisionem. versiculo, vnde & apud &c. cum versic. seq.

Socrates, in libro de republica quinto, dicit, nō omnino esse areendum mulierum genus ab administranda republica, si qua modo reperiatur idonea: quin præcipit. non magistratus tantum, sed omnia, & publica, & priuata, tum pacis, tum belli studia, mulierib; cum viris, communia fieri. Sed in ea re, illum reprehendit Lætantius libro diuinarij institutionum 3. c. 22. Ethæc non sine ratione dicuntur, quoniam, vt in præcedenti consideratione dixi, aliquid iudicij, & discretionis habent, prout facit texti in l. cum prætor. §. pen. ff. de iudicijs. concordat tex. in c. infamis. 3. q. 7. probat

illud Pro. 13. Sapiens mulier edificat domum suam. & Prou. 19. Domus, & dominiæ, dantur a parentibus, à domino autem vxor prudens, vt recte Ioan. Fabri. in rub. inst. de nuptijs. & Lnc. de Persona. in l. 2. col. pe. C. quando & quibus quarta par debetur. lib. 10. & dixi in commentarijs nostris, super consuetudinibus ducatus Burgundia: in l. 10. Des droictz & appartenances agens matrici, in rub. & etiam Regum 10. c. fit mentio de quadam muliere sapienti, facit etiam text. loquens de mulieribus in c. viduas, le premier. ibi maioris sapientiae, & consilii existunt, 27. q. 1. & in c. si aliquæ 22. quæst. 4. vbi prudentis quoque scimus & meutio.

Ex quibus concludit Tiraquellus, in suis legi connubialibus in l. 11. quæ est, quod in his etiam quæ ad virorum curam pertinent, ab uxoris ipsi consilium sumant: quod, cum seximæ sint ne omnino expertes sapientia, consilii, & prudentie possint subire quandoque dare consilium. facit tex. in l. si quis decedens. §. P. P. P. s. de mini. tutorum. Ideo admodum seite dicit Cœneus consi. 36. in cap. quo ad primum consilitionis articulum. col. 7. versi. & constat, quod illud statutum. lib. 3. quod non semper spernit mulieris consilium, prout nec spreuit Ioan. And. consilium sua uxoris Milantie. cum illud referat in c. cum secundum Apost. de præbendis: vbi dicit, se ab ea didicisse, quod si nomina (vt pleraque alia) in foro venderentur, pulchra quidem, parentibus esse magno pretio emenda, vt filiis impunerent. Eandemq; vt doctam, se aliquando consuluisse afferit, in c. prior. col. pen. de teg. iur. in 6. in Mercurialib. Nec eriam spreuit Ioan. Cald. consilium sua uxori: scum, vt inquit in c. fin. de ren. & post eum Pan. in c. e. cum intervinet sas. in fin. de elect. ipsum Calderinum consuluisse xvotem, ac coniuvator tenetura hora prandij, mittet, conuinias, vt veniant, quæ satis aquæ respondit, & foeminas, & forenses, csc̄ mītendum, quiseñālē non ingerunt: nō etiam ad alios, nisi esent græ personæ: de quo, etiam per Collecta. in c. a. cor. goriano. col. 5. versi. quaro. quidam scholaris.

Aduerte ad dictum Philippi Decij in l. familiæ. col. 2. versi. 3. postulare ff. de re. iu. quod, licet mulier prohibetur postulare, potestamen in merita consulere.

Ex quibus dictis, videamus, certos casus, in quibus consilia mulierum fuerint salubria: ideo talibus aut similibus, videtur esse illis credendum. Et inter alia, aduerte ad consilii Saræ, quoniam exemplo illius, si vxor tua consiluerit te a gredi ad ancillam, crede illi, si sit pulchra, alias no: sed hæc temporibus mulieres hoc de raro contingenit, consulunt.

Adde alio tres casus ultra predictos, in quibus credendum est vxori, & non ultra.

vtribidieit tex.C.ad Officianum. Etiam Imperator castitatis est amator. text. in auth. quib. modis natura. efficiuntur legit. §. nouimus. col. 6. de quo per G. Benedicti in sua re. c. Ray. in verbo, cuidam Petro tradidunt. nu. 69. cum trib. seq. extra de te stam. vbi dicit, quod libido in potente & honorato est deterior, & quod ob virtutem luxuria plures reges fuerunt interfecti, & expulsi a regno: & ibi vide pulchra exempla de castitate & pudicitia antiquorum principum.

**D**ecimatercia consi. Quod mulieres laudantur ex clementia & liberalitate: vt habetur p Bern. de Bustis eodem serm. 28. in prim. in 2. part. in litera Z. & de liberalitate reginae Sabiae exemplificat. Quid venit à finibus terra ad audiendam sapientiam Salomonis, & donauit ei 120. talenta auri, & aromata multa, gemmasq; preciosas, vt habetur 3. Reg. 10. c. Et quedam semina nomine Busta ditissima, Mariam à senatu Romanorum hostem indicat, in suam domum reduxit, vt refert Margarita poetica in oratione 17. supra alleg. Et unum actum clementiae narrat Seneca lib. 1. de clementia. c. 5. Quod cum quendam Rex non posset potentia quenda suum destruere inimicum, Reginam coniugem suam, qua tale regi dedit cōsilium: Fac domine, q̄ medici facere solent. Quia, vbi visitata remedia minime prosumt, tentat cōtraria. Si scueritate nihil proscisti, nūc tenta, quomodo cedat tibi clementia: ignoscē illi. Quod & tacitum est, vt de hoc attestatur Benedicti in d. rep. c. Raynu. in verbo, duas habens filias. nu. 19. extra de cella.

**D**ecimaquarta consi. Quod mulier timens Deum, ipsa laudabitur, vt habetur prouerb. vlt. & Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosarij. serm. 28. in 2. par. illius. in litera E. Adde etiam, q̄ mulier timens maritum, consequitur honorē, quoniam scripū est ad Eph. 5. Vnde quisq; vxorē, sicut scripsum, diligat: vxor autē timeat utrum suum, de quoā nobis dictum est in rub. Des dicoitz, & appartenāces agens mariez, in cōmentarijs consuetudinū ducatus Burgun. Laudem etenim conueint, si viris se subiceerint, dicit Plutarchus in praecipuis coniubialib. dicam alibi, & Ilic ante in consideratione ante proximam.

**D**ecimaquinta consi. Lans mulierum consistit etiam in deuotione & pietate, vt amplè declarat idem Bernardinus de Bustis in d. serm. 28. in 2. part. sui Rosarij. Et ibi ponit de multis, quae pectate, & clementia mortæ, multa seruitia impenderunt sanctis. Etiam habetur per Albertum de Eyb, in sua margarita poetica. in d. 2. par. tract. 2. oratione 17. vbi ponit de Antigona, Oedippi filia, de Claudia, Vestali virginē, & de Aemilia, virginē Vestali, & virginibus Spartanis. Vide Franciscum Patrium, libr. 4. iit. 5. de institutione recipublicæ: vbi amplè commendat laudem mulierum in virginitate, de qua supra.

**D**ecimasexta consi. Gloria etiam mulierum cōsistit in gratiositate, quoniam, vt habetur Pron. II. mulier grata inueniet gloriam, vt fecit Ester, q̄ pp eius gratiositatē fuit cōiuncta matrimonio regi Assuero, repudiata Vasthi eius prima vxore. Ester 1. & 2. & dicam infra. Et hec gratiositas cōsistit in modestia, quæ multum commendatur in mulieribus, vt inquit Epictetus philosphus in enchiridio cap. 155 vbi de officio viri erga vxorem dicit. Monenda igitur sunt apud nos mulieres, in honore esse, nihil ob alind, nisi, vt mode stetint, & virum reverentur. Etiam cōsistit hęc gratiositas in modo, qui multum in vxoribus & foeminis attenditur, & est pulcherrima virtus: vnde Horatius:

*Omnibus add: modum, modus est pulcherrima virtus.*

Et stat vulgare prouerbium, En drap couleur, En vin saueur, En advocat eloquence, Eten semme contenance. Ediuerso, si vxor non inuenierit gratiam in oculis viri, scribet libellum repudij, vt habetur Deut. 24. c.

**D**ecimaseptima consi. Quod etiam mulieres ex misericordia laudantur poti? quam viri, quoniam, vitat Arist. 8. lib. de animalib. Mulier viro misericordior est, ita dicit Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosarij. sermone 28. 2. parte. litera E. Et vbi non est mulier, ingemiscit egens. Eccl. 36. in fi.

**D**ecimaoctava consider. Mulieres etiam propter earū diligentiam laudantur, quoniam, vt habetur Prouerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo.

**D**ecimanona consi. Mulieres etiam sunt laudandæ, quoniam sunt sagaciores viris. gl. fi. in l. siā sponfo. C. de donante nup. in l. 2. C. de his, qui veniam atq; impet. Joan. de Montaigne. in tractatu suo de bigamia. 1. q. col. 20. & sequ. Et prudētia mulieris multum solet mederi vitijs matitorum. Ut Vbertinus super Epist. Ciceronis 25. in cipiente Non potuit. & habetur Prouerb. 14. Mulier sapiens adificabit dominum suam. Et propter mulierem bonam, saluaris est vit malus. Et sagacitas, seu sapientia carum, ita antiquitus apud Gallos reputabatur, quod cum discordia esset, adhibebantur mulieres pro pace componenda. Et mos antiquus erat, quod, si qua tunc inter socios incidisset controvērsia, mulieres sedebant arbitræ. Propter quod sancxtunt Galli cum Hannibale: vt si quis Gallorum se à Carthaginem aliquid iniuria affectū quereretur, eius rei iudex esset Catthaginem magistratus: sin Catthaginem quisquam ab illo Gallorum iniusti quipiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere: vt refert Textor in suis Epitheris, in verbo Galli. & in hoc constat, quod etiam mulieres sunt sapientes: inō ab eis est exquirendū consilium, vt constat de lustiniano, qui quæsijt consiliū à Theodora ci° uxore, vt habetur in auth. vt iudices

## S E C V N D A P A R S

tatis. Virginitatem omnibus præsert virtutibus, & ad eam sequendam omnes inuitat Petri Abbas Cluniacen.lib.6.liarum Epistolarum, epist.40. quæ est exhortatoria, & missa ad sanctimoniales Marchiacenses (quæ sunt in dioecesi Heduensti super Ligerim) ut in virginitatis felici proposito perseuerent, exemplo sanctorum virginum, & martyrum.

Secunda verò castitas dicitur continentia, seu vidualis, de qua infra prope, in 20. consid. & amplè in 3. par. sequente, in 40. consi.

Tertia est, quæ pudicitia appellatur, quæ est in legitimè coniugatis, de qua faciam considerationem sequentem. Et de his tribus scilicet virginibus, continentibus, & coniugatis facit tres ordines in Ecclesia Dei, gl. fi. in decretali, firmiter credimus, in fi. de summa tri. &c. Christus tamen, vt ibi ait, plus amar virgines, quæm alios, quia sponte tribunt, quod sibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent, quæm coniugati: quia non expedit homini ad regna ecclesiastica tendenti, accipere vxorem. tex. c. 33. qui sit. 33. qu. 5. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ, cum liceret nobis etiam nō impendere, tamen causa dilectionis impendimus: ut est tex. in c. iam nunc. 23. q. 1. dicit tamen tex. illius decretalis. in fi. Non solum virginis & continentes, verùm etiam coniugati, per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

**D**odecima consid. Sicut ornat virum fidelitas, ita mulierem castitas: quæ etiam est in matrimonio, vt dixi, & probat tex. in c. Nicena. ibi, honorabiles confessus nuptias, & castitatem, dicens esse cum propria coniuge concubitum. 31. dist. facit I. mulier. §. cum proponeret. ibi, quod & mulierem pudicitia, & patris voto congruebat. ff. ad Trebellianum.

Et in confirmatione huiusmodi castitatis plurimum laudentur mulieres, vt legitur de illa nobili Lucretia, totius pudicitia & castitatis gemma, à Tarquinio Superbo, licet vi oppressa, proximis, & Collatino eius marito, cum dignitate in toro violato sedare noluit, simul conuocatis, gladio se transfixit.

De Penelope Vlyssis regis coniuge pulcherri-malegitur, quod ob suam turandom pudicitiam, & in arto seruandam fidelitatem, multasà suis processis pertulit iniurias, tamē nulla vñquam molestia à proposito fidei mariti diuelli potuit: Lanificio, & absentiam mariri solabatur, & procos frustrabatur, quibus se concessuram absoluta tela pollicebatur. Sed, vt eos longius frustraretur, nocture retezebat, quod interdiu texuisse. Quo factum est, vt Penelope haec venusta inuenis, solatio viri, in Troiano decennalibello persistentis, deflita, illibati decoris, atque intemperata pudicitia matronis omnibus semper exemplum sanctissimum fuit, in

qua plus laudatur mentis fidelitas, quam pudicitia effectus. unde Tibullus:

*Castæ precor coniunx maneas, sanctiij pudoris.  
Nec sis casta metu, quæso, sed mente fideli.*

Nam animus & propositum distinguunt; leficia. l. iniuria. ff. de furtis. Hinc teste Coelio antiquarum lectionum septimo, c. 27. scribit Herony. doctissimi viri esse sententiam, pudicitia imprimis esse retinendam, quoniam ea amissione minis ruit virtus, & in ea decoris muliebris certe principatus. Hæc pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimunt; ornat pulchram, viros quidem cōsulare illustres effert in æternum nomen eloquentia, claritas literis gloria, & ex deuictis gentib. arreptus triumphus parem quodaunmodo Deo facit. Multa però sunt, quæ ingeniorum fertilitate, nobilitate adoptent præsignem. Perpropria mulieris virtus pudicitia censemur. Hæc Lucretiam Brutus quæuit, nec si an etiam prætrulerit, quoniam Brutus non posse seruitutem pati, à scemina comm. edidicit. Hæc exqnauit Corneliam Gracchum, parem alteri Brutus Portiam fecit: & ibi laudellas Patauinias in verecundia, dicens: Duriam in virginibus præscæ castitatis vestigia, non nisi operta facie producent visendis in p. cum, velut dicentes subinde illud Hictonymus: pistola ad Demetriadem virginem. Cuius dicitur qui coniugari cupiunt, bene considerent. Illa exquit, sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habet apertos socios, quæ se nescit pulchram, quæ negligit fort. bonum, quæ procedens in publicum, non pede & colla denudat, nec reuocato pallio, ceruices ariet: sed vix uno oculo (qui vita necessarius est) patiente graditur. In hoc dignum seiu illud occurrir, quod in Græcorum historia obseruatum est. Si quidem apud Spartanos diu obtinuisse legem, vt aperta facie virgo, at conuclata nupta, in patulo viscerentur. Cuius eam Charilaus redi rationem, quoniam virginibus viros sibi progre re necessarium sit. Mulieribus autem, quos comparant, custodiare. Obseruatum & illud, Chalidonias mulierem cum fernæ morem, vt si in aliis viros, & magistratus potissimum incidente dimidium retergerent facie: quia à viduis coesa consuetudo procepit, & in eas quæ iunctæ virarent. Hunc morem etiam apud nos in Burgundia obseruari videntur. Mulier autem in signum evanuidit, subiecitionis & reverentia, debet vix caput suum: vt habetur i. ad Cor. 11. & recitat. q. 3. in prin. & c. hac imago. & c. pen. 33. qu. 5. Vox Linus ex mandato Petri confituit, ne qua mulier nisi velato capite, templum ingredieretur.

Imperatore etiam pudicitiam semper esse colendam censuit. Tex. est in l. si qua illustris. ibi, ipsa pudicitia, quam semper colendam censemus. Musæ in ingenuis, & nobilibus seu illustribus quibus castitatis obseruantia præcipuum debitum est.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

61

non insisto. Et etiam, quia matri monum est can-  
sa conseruandi genus humanum, ideo facio con-  
siderationem sequentem pro laude mulierum se-  
cundo nubentium. Sed quoniam hic loquitur de  
viduitate, quae dicitur vidua, vide amplè Benedi-  
cti in sua repe. c. Rayn. in verbo, cuidam Petro tra-  
diderunt, nu. 48. de testa: & ibi in verbo, & vxor cm  
nomine Adelafiam, vbi & viduitatem priuilegiapo-  
nit. nu. 806. cum sequenti. Et vidua retinet priuile-  
gia omnia defuncti mariti, quibus ipso viuente  
fruebatur: quia in eo gloria defuncti meritò reluc-  
et. & dicit Bal. in l. pignoris. C. de pign. actio. qd vi  
dua alicuius relicta, mortui viri est imago. Et plu-  
ra scripsi infra in sequenti part. in 9. consid. de sta-  
tutis: al. & de ciuis laudibus, & quod præfertur an-  
te statutum coniugalem.

**V**igesima prima consi. Quod ita mulieres sunt  
laudare propter conseruationem generis  
humani, quod breui tempore peritum est, ni  
si hic muliebris sexus esset.

Mulieres enim sunt, quæ familias, quæ respu-  
blicas, quæ totam denique conditionem restauran-  
t. Et quod mains est, immortalem reddunt. Et  
ideo, vt dicit Albertus de Eyb. in sua margarita  
poëtica, in 2. part. tract. 2. in oratione 17. H. ec Romanus  
vrbis conditor intelligens, quando fœminis  
carceret, cum Sabinis bellum graue inire non  
dubitauit. Cognoscerebat enim huiusmodi impe-  
riam, si mulieres non affuissent, paucissimis esse  
duraturum dieb. Dicā infra amplius in hoc tract.  
in 9. par. in 12. consideracione; vbi ponam, qd con-  
iungati, tanquam existentes in dignitate, præferun-  
t eæteris non coniugatis.

**V**igesima secunda consid. Mulier propter eius  
pulchritudinem & formositatem laudanda  
est. Quoniam, vt ait Albertus de Eyb. in sua mar-  
garita. in 2. part. tra. i.e. 4. de auctoritat. Lucij Ap-  
pulij: virgo formosa, & si sit oppido pauper, tam ē  
abundē dotata est: & propter pulchritudinem sa-  
cilius maritatur: de quo etiam per Coelium li. 13.  
antiquarum le. & c. 7. & 8. & 9. vbi amplè laudat, &  
extollit pulchritudinem, maximè in muliere, no-  
tatur in l. si voluntate. C. de dotis promisi. Dixi in  
consuetudinibus nostris ducatus Burgun. in rubr.  
Des droitz, & appartenen. à gens mariez. Vbi  
dixi, quod mulieri formosè nubendum est. Et  
tantum pulchritudo mulieris allicit homines,  
quod ab ea non possunt separari, vt habetur 3. Es-  
dræ 4. c. vbi habetur. Mulier pulchra, & fortis, &  
dominans regi, vt non possint homines à mulie-  
ribus separari. de quo per Ant. Flor. in sua sum. 1.  
par. lib. i.e. 2. §. 2. vbi ponit, quomodo anima signa-  
tur per pulchram mulierem. Sed caudum est,  
ne quis, sitali nubat, quandoque legat titulum ad  
Cornelianum: quoniam, vt ait Albertus in loco  
hic ante alleg. in to. c. illius 2. partis, & primi tracta-  
tus. Mulier speciosa, & pulchra, templum est super-

cloacam ædificatum: cum lis sit cum forma iuncta  
pudicitia.

*Corporis egregij miseros trepidosq; parentes  
Semper habet, rara ejus adeo concordia forma:  
Atque pudicitia sanctos habet horrida mores.  
Tradiderit dominus.*

*Et formosis lenitas semper amica fuit. Et difficile est  
cufodire quam plurimi amant, vt satis colligitur  
ex dictis lo. Neuzani Astensis in sua silva nuptiali,  
in ampliatione 7. in vcr. quarto iuxta prædicta  
sunt duo. vbi ponit, quid operetur pulchritudo  
mulieris. Et ibi dicit, quod debet habere triginta  
quatuor, ad hoc, vt sit pulchra, quæ his versibus i-  
bi positis continentur:*

*Triginta hac habeat, quæ vultus formosa vocari  
Fæmina, sic Helenam famam iussisse refert.  
Albaria, & totidem nigra, & tria rubra aquella,  
Tres habent longas, tres totidemq; breves.  
Tres crassas, totidem graciles, tria stricta, tot ampla.  
Sint ibidem huius forme sint quoq; paruaria.  
Alba cutes, niuci dentes, albii capilli,  
Nigri oculi, cunnus, nigra supercilias.  
Labra, gena, arg. vngues rubri, sit corpore longa,  
Et longi crines, sit quoque longa manus.  
Sintq; breves dentes, auris, pes, pectora lata,  
Et clunes, distent ipsa supercilias.  
Cunnus, & os strictum, strigunt vbi cingula, stricta:  
Sint coxa, & collus, vulnaq; turgidula.  
Subtile digitis, crines, & labra puellis,  
Parvus sit nasus, parva mamilla, caput.  
Cum nulla aut rara sint ha, formosa vocari  
Nulla puella potest, rara puella potest.*

Non aliter hic insisto circa talia, cum satis, & vlt  
tra, quæ decens sit, ponatur in dicta silva nu-  
p:ia.

De his tamen supradictis, & alijs, quæ faciunt  
ad corporalem pulchritudinem mulieris. Et ha-  
betur Canr. 4. vbi primo commendatur mulier ex  
pulchritudine. Secundò, ex simplicitate aspectus,  
quod multum facit ad gratiositatē mulieris. Ter-  
tiò, ex pulchra membrori dispositione, & hoc est  
qd dicitur: habet pulchrum corpus, facit l. vel. pter  
ui. ff. de ædil. edict. Quartò, ex capillis ordinatè dis-  
positis, & compositis, vnde habetur 1. ad Corinth.  
ii. Mulier, si comam nutriat, gloria est illi. Qui-  
ntò, ex dentibus albis bene ordinatis, quia dentes,  
seu vngues, non debent esse scabri, seu fôrdidi. Se-  
xtò, vbi superiores dentes decenti ordine corre-  
spondent inferiorib. sicut gemelli adinuicem. Se-  
ptimò, vbi non est dentium fractus, putrefactio,  
seu commotio. de quo laudatur Moyies Deut. 34.  
quia, cui os solcet ex corporis vitio, morbosæ est. Ie.  
qui clavum. §. fi. ff. c. Octauò, vbi est rubedo inla-  
bijs, quæ rubedo iuxta albedinem facit ad deco-  
rem. Nonò, vbi mulier habet eloquium dulce, &  
gratuitum omnibus audentibus ipsum. Nam, si  
balbecit, nō placet. facit l. i. §. sed sciendum. ff. eo.  
Vndecimò, vbi habet collum rectum, & decenter

Q eleua-

## SECUNDA PARS

dices sine quoquo suffragio. in §. cogitatio. ver. sed neque sufficiemus. vbi gl. in verbo. coniugem. al- legat Catonem. Barbatia in cle. 1. col. 14. de cle. D. meus las. in 1. i. in 2. col. ff. de legi. vbi etiam allegat Io. An. dicentem. se ab uxore sua didicisse. bona no- mina magno pretio esse emenda.

**V**igesima confidit. Laudandæ etiam sunt mulie- res. in seruanda viduitate. propter signum cha- ritatis. vt s. ostendat vxor. quantum amauerit vi- rum. Vnde. vt refert Virg. in 4. Aeneidos. dicebat Dido vidua:

*Ille meos primus qui me sibi iunxit amores*

*Abstulit, ille habuit secum, seruetque sepulchro.*

Quos allegat Lucas de Penna in l. mulier est. 1. col. C. de incolis. vbi amplè commendat viduita- tem. & Hieronymus ētra lounianum scribit de Valeria. nobili Romana. Quæ Seruo viro suo morruo. nulli nubere volebat. Cum rogaretur se- cundum virum accipere. respondit. se non posse hoc facere. quia primus adhuc viuebat. Quam di- enim vixero. vir meus per amorem viuet in corde meo. Putabat enim virum sibi quæ animo ge- stabat. à cuius memoria ne mors quidem cum cri- pere poterat. O sententiam singularem. & exel- lentissimam matrimoniam dignam. quæ declaratur. non corporis illecebris. sed animi affectu. matrimoniu- um tueri. Quod quidem probauit Democritus Atheniensis filia. Quæ quamvis virgo esset. eñ au- diuisset Leosthenis Iponsi mortem. qui in bello Lemniaco occubuerat. scipsum interemit: asserēs quanquam intraea esset corpore. tamē si alterum cogeretur accipere. secundum deciperet. cū priori animo nupsisset. hæc Franciscus Patriitus. lib. 4. tit. 5. de insit. rei publicæ. vbi dicit. quod licet ma- joris amoris vinculum sit. & ingenui esset animi. non nisi vni viro coniugi: & in hac re tuturis na- turam imitari: quam natura indagatores diligen- tiissimi asserunt. si parem amiserit. nunquam alte- rius commixtionem querere. Et etiam. quoniam vetustissimi Romani cam fœminam corona pu- diciter honestabant. quæ vno contenta matrimo- nio tantum fuisset. perpetuq; viduitate. corrupti animi synceritatem ostendisset. Impatiens enim libidinis videtur illa. quæ rursus nubit. & præcipue. si liberoshabet. matrimonij pignora: & mor- tuum virum facie ac nomine exprimētes. Quain quidem sententiam Elisa verbis elegantiissimè ex primere videtur Maro Mantuan. cum se viduam ac desertam quereretur his versib.

*Saltem si qua mibi de te fuisceptus fuisses*

*Ante fugam siboles. si quis mibi parvulus aula*

*Luderet Aeneas. qui tecum oriferret,*

*Non equidem omnino capta aut deserta viderer.*

Quid. quod ea. quæ rursus nubit. impia in libe- ros esse cernitur. Quos orbatos patre. & ab omni- bus destitutos. quali in lumine vita negligit. eo er- iam tempore. quo magis parentis ope indigere vi- dentur. Quæ ratio quidem omnibus persuadere

debet. vt videtur. Cum liberis pudicitiam seruat. nec rursus fortunam experiantur. à qua semper de- ceperat. vix meliorem sortem desperare possunt. cum honori ac liberis omnino male consulant.

Auia Romana nobilitatis animum ostendit. cum eius propinquiac necessarij ei suaderent. n alteri nubent. cum integra adhuc extate. & facta optima esset: inquit enim. se nequaquam esse in- flaturam. Nam si virum inuenero vt ante habeo. nolo perpetuo formidare. ne perdam. Sin malum. Quid enim habeo malum experiri. cū optimam priorem suerim experta? Illata enim priors fa- sapienter fecisse videtur. si maritali fortuna re- sus se credere noluit.

Sed Portia. minor Catonis filia. firma ac con- na sententia declaravit. quid pudicam scimina- debeat. Nam cum apud eam. vt moris est. la- detur mulier quadam. que rursus nuptiæ. tunc inquit. Nam neque felix. neque benemerita. aut pudica esse potest scimina. quæ secundabit. Laudat sum opere Plutar. Cornelius. Grati- rum matri. viduitatem. Ad hanc ferè sentit. Cornelia filiorum. & familiæ uera suscepit. nō mortem virilalem se præbuit. vt nou[m] male. fuluisse Tyberius videretur. qui pro eius fulu- cubuit. Nam Ptolemai regis nuptias respuit. Et cum ille regnum. & communionem diademata sibi offerret. vidua quā regia esse maluit. Hz. Patriitus vbi supra. Et Hieronymus narrat in loco supra alleg. quod Martia. Caronis filia. cum nol- nubere. sed virum desuntum semper lugeret. in- terrogata. quem diem ultimum haberet. uelus re- spondit. quem & vite.

Et. vt ait Berg. de Bustis in ser. 28. in litera T.V. X.Y.Z. Viduitas in multis alijs commendatur. Et comendationem huius viduitatis etiam am- ponit Luc. de Pen. in l. mulieres. supra alleg. Et si calitas continentalis. quæ dicitur viduitas. filio tempore continetur. non procul distat à mi- nitate. §. optimum itaq; est. in auct. de nondi- go secundum nubentes.

Sed vt dicit Patriitus in loco supra alleg. Toli- bilius agunt. qui in primo extatis flore. ad secundam nuptias transferunt. si liberisarent. Studiænamque singula animalia a sobolem propagare. & libe- rorum gratia se colloccare potius. quā libidinis aquius omnino esse videtur.

Sed si qua impatiens libidinis esset. ne sine re- caste degere posset. optimi consilij esse puto. Rursum nubat. malo siquidem laude viduitatis. reat. quā pudicitia. Illa enim sine ignominia turpitudine. hæc autem non sine probro ad es- core mittitur. Et propterea de iure statutum est. in sequendo dictum Apostoli 1. ad Cor. 7. in fi. Nō tuo viro. mulier nubat in domino. c. cum secun- dum. & c. super illa. extra de sec. nupt. dixi in fin. Des enfans de plusiens licet. in confuetudinibus nostris. & non est praesentis speculationis, iugur-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

62

sunt. *O quām te fieri Catulla vellem Formosam minus,  
aut magis pudicam.*

*Propertius formam suę Cinthia sicut comen-  
dat:*

*Et quæcumq; tulit formosū temporis etas,  
Cynthia non illas nomen habere sinat.* Idem.

*Illiſ formosæ veniat chorus heroīna.*

*Quos dedit argius Dardana præda viris.*

*Quarum nullatua, fuorii mibi Cynthia forma*

*Gratior.* Idem.

*Fuluacoma eſc; longa quoque manus & maxima toto  
Corpo, & incedit vel Ioue dignaſoror.* Idem.

*Lilia non dominas ſuę magis alba mea.* Idem.

*Poſt Helenam hec terraſ formæ ſecunda redit.*

*Hac ego non miror ſi flagret noſtra iuuentus,*

*Pulchrius hac fuerat Troia perire tibi.*

*Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.*

*Si quis vult ſama tabulaſ anteire retuſas,*

*Ilic dominam exemplo ponat in arte meam.*

*Herodotus ait Candaulis Sardinum Tyranni  
vxorem foeminarum omnium fuisse pulcherri-  
mani.*

*Deiopœa nymphæ.* Virg. Aen. i.

*Sunt mihi hiſ ſeptem præflantia corpore Nymphæ,*

*Quarum que formæ pulcherrima Deiopœam*

*Connubio iungam ſtabili propriaſ dicabo.*

*Dido.* Idein Virg. Aen. lib. ii.

*En regia ad templum formæ pulcherrima Dido*

*Incepit.*

*Dceanira Herculis vxor.* Ouid. lib. ix.

*Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures*

*Deianiratua, quondam pulcherrima virgo.*

*Multorumque ſuit ſpes inuidiſ ſaſ procorum.*

*Deiph. vxor Thidei, Adrastii filia.* Statius l. xi.

Theb.

*Egregiam. Cogiam neſ formæ laude ſecundam*

*Deiphilem.*

*Euridice Orphei vxor.* Quintianus libr. ii. Or-

phoeſ.

*Hæc ſata Mercurio Euridice formosa puellas*

*Tam viſa eſc; ſuperare pareſcaleſtibus aulis,*

*Quam iucunda Venus dominas ſupereminet oēs.* Idē.

*Venerat Euridice ſparſis formosa capillæ,*

*Cui teretes digiti, cui flava monilia vultus*

*Syderei, incerto rubris candore papillæ.*

*De Fabula.* Martialis lib. ii.

*Bella eſt non inimicis & puella, verum eſt*

*Eduies, qui enim potest negare?*

*Galathæ nymphæ.* Ouid. lib. xiii.

*Candidior ſolio niuei Galathæ aliquiftri,*

*Floridior prato, longo procerior alno,*

*Splendidior vitro, tenero laſticior hædo,*

*Leuior aſſiduo detritis & quore conchis.*

*Solidus hyberniſ, effluia gratior umbra,*

*Nobilior pomis, platanis conficitur alia,*

*Lucidior glacie, matru dulcior vua,*

*Mollior & cigni plumbis, & latte coaſto,*

*Et (ſi non fugas) riguo formosior horto.*

*Glycera.* Horatius lib. i. Carm.

*Vrit me Glycera nitor ſplendens Paris*

*Marmore purius, vrit grata proteruitas.*

*Eryulus nimium lubricus affici.*

*Veteres fabulosè confinxerūt Gorgonem pro-  
ptci eximium venustatis decus, mentis inopes, &  
ſtupidos reddentem ſpectatores, in ſaxa deformiaſ-  
ſe. Cœlius lib. antiquarum leſt. 14. c. 9.*

*Celebratur etiam Herniones Menelai filię pul-  
chritudo. Vnde Propertius lib. i.*

*Tulicet Antiope formam Niſteidos,*

*Et tu Spartanam referas laudibus Hermionem.*

*Fuit tam elegans & concinna Hippodamia  
pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias cele-  
brata ſint certamina Procorum. In quibus, quum  
victor enaſſiſ Pelops, puellam duxit vxorē. Pro-  
pertius.*

*Nec Porygium falſò traxit candore maritum,*

*Adiecta externis Hippodamia rotis.*

*Sed facies aderat nullis obnōxia gemmis,*

*Qualis Apelleis eſt color in tabulis.*

*Idem libr. i. Hippodamiam voeat Hyscom-  
achu, quod propter eum ortuſ ſit bellum Cen-  
tauromorū.*

*Qualis & Hyscomache Lapiſhæ genus heroinæ,*

*Centauris medio grata apina mero.*

*Hiera, fuit vxor Telephi, mulier omniū (quas  
Proteſilaus vidit) maxima & puleherrima.*

*Propofita de muliebri pulchritudine certami-  
na plerisq; in locis legim⁹ ſicuti in Cereris Eleuſi-  
na ſcelto, ꝑ Alpheū, vbi viðrix Hrodice meruit  
palmam. Cœlius lib. antiquarum leſt. 13. c. 9.*

*Hypſipyle.* Statius lib. 4.

*Errantes ſubito pulchram in mærore tueruntur*

*Hypſipylem.* Fuit Thoantis filia, à quo Thoan-

*tias appell.*

*Lauiniæ formæ ſuit origo bellii inter Aeneam &  
Turnum, quorum uterque eam ſibi vxorem dari  
volet. Virg. libr. 12. Flauos eius erincs, & roſeas  
appellat genas, vbi ait:*

*Filiaprima manu flauos Lauinia crines,*

*Et roſeas lauia tagenas.*

*Catullus de ſua Lesbia ſic inquit:*

*Lesbia formosa eſc; que quum pulcherrima tota eſt,*

*Tum onib; vna omnes ſurripuit Veneres.*

*De Laodomia Catullus. Quo tibi cum eſi pulcher  
rima Laodomia.*

*Lais Corinthia, mcretrix ſuit ſpeciosif. Ouid. i.*

Eleg.

*Qualiter in thalamos formosa Semiramis iſſe*

*Dicitur, & multus Lais amata viris.*

*Lycoris, Corn. Galli amataſ. Martial. lib. vi.*

*Fæmina preferriri potuit tibi nulla Lycori. Prop. lib. i.*

*Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus*

*Mortuus inferna vñhera lauit aqua.*

*Lucretia formam tanti fecerunt Romani, vt  
eam ſuis inonumentis vbiique celebrauerint, &  
vindicauerint à mortalitate: nec ſolum ob eximi-*

*Q. 2 am*

## SECUNDA PARS

eleatum. Duodecimò, vbi habet vbera conformatia non nimis elenata, sed deceter in quantum facit ad ostensionem muliebris sexus.

Sed tamen aduertatur, quae sint mulieres, & secundum memoria dignæ, propter eorum pulchritudinem: fuerunt sequentes:

Amaryllis puella. Virgilius.

*Formosam resonare doces Amaryllida fuis.*

Aegle nymphæ. Virg. Ecl. vi.

*Aegle Nay adam pulcherrima.*

Atalanta, puella fuit in Archadia, & Iasij filia liberali admodum forma.

Ouid.lib.8.

Venit Athalante Schænei pulcherrima virgo.

Rasibus huic summa mordet fibula vestem,

Crinis erit simplex nodum collectus in unum.

Talis erat cultus facies, quam dicere verè

*Virgineam in pueru, puerilem in virginem posse.*

Ariadne, filia Minois, forma fuit eleganti, quæ propterea Bacchus duxit in vxorem, cuiusq; coronam stellis ornata, in astra retulit. Catul. de ea & Theseo loquens, sic inquit:

*Hunc simul ac cupido confixit lumine virgo,*

*Regia quam suaves expirans coitus odores.*

*Lectulus in molli complexu matris alebat,*

*Quales aurora per pinguit flumina Myrthos.*

*Aurauæ distinctos educit verna colores.*

*Nou prius ex illo flagrantia declinavit*

*Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam.*

Autiopa, filia Niobei, & vxor Lyci, regis Theba rum, speciosissimam propter formam à loue aduata est: ex quo Zetum, & Amphionem suscepit.

Properrius.

*Tulicet Antiopæ formam Nycteidos, & tu*

*Sparthanam referas laudibus Hermionem.*

Argia, Adrasti Arginorū regis filia, & vxor Poly nicis, tuit iridein mitru in modum speciosa.

Statius lib. l. Thebaidos.

Egregiam Argiam nec forma laude secundam Deiphilem.

Aeginam, Asopi regis Beotia filiam, ob excellente pulchritudinem, adamauit Iupiter: iacutique eum ea in specie ignis.

Ouidius.

*Cureus ut Danaen Afopia lauferit ignis.*

Agaristam, Clithætis filiam, adeo formosam extitisse, scribit Herod. vt ad habendas eius nuptias celebrata fuit Procorum spectacula, & certamina, quo speciosissimi quiq; Græcia adolescentes confluxerunt.

Barynes, ni eretis formam, commendat Horat. lib. 2. Carm. dicēs: Nulla si iuri tibi peierati Pax Barine nouiſſet r̄ngquam. Dente si nigro fieres, vel uno Turpior r̄ngus, Credere, sed tu simul obligasti Perfidū votis caput, eniſſeis Pulchrior multo, iuuenum que prodid Publica cura.

Bryseis fuit adeo formosa, vt Achilles amore eius conflagrauerit, eamque, quamvis ancillam,

plusquam puellas omnes adamauerit. Horat. *Prius in folientem, serua Brys' nubo colore Mouit Achlem.* Propriet. lib. II.

*Omnia formosam propter Bryseida pessas,*

*Tautus in erepto, fuit amore dolor.*

Credibile est, Berlabœ, Vrix vxor, elegati fuit se forma, quæ sapienti illū Regem & Prophetam sancti David, vñq; adeo titillauerit, vt sollicitationis oblitio, adulterio, & homicidio. (Vrix n. de uouit morti) suam contaminauerit sanctitatem.

Vnde Stroza patet.

*Ille sacri rates operis Iessia proles,*

*Prefecti populo quem Deus ipse suo,*

*Berlabœ caput forma, tibi magne Cupido*

*Cesit, nec Salomon tutior ipse fuit.*

Resert Phil. Ber. lib. suo 5. Chronicarum, quod Ester Hebreæ, Abiachil, Mardochai fratribus, ex tribu Beniamini, mulier fuit speciosissima, & omnium oculis gratiosissima: quæ ob eius pulchritudinem cum rege Assuero matrimonio coniuncta est: haberetur Ester 2. de qua dixi in §. in glo. Et puissance de son mary. in tit. Des droitz & appeten. in confuctudinib. nostris ducatus Buren.

De Chione, Dedalionis filia. Idem Ouid. xii. Metam.

*Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma,*  
*Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.*

Cenis, puella Thessala, à Neptuno compresæ pulcherrima fuit. Idem Ouid. lib. xii. Metam.

*Clara decorè fuit proles Elateia Canis:*

*Tessalidum virgo pulcherrima.*

Calisto. Idem Ouid. lib. 11. Fast.

*Fædera seruasset si non formosa fuisse.*

Haec non eset hic ponenda, quoniam formositæ non rendit ad cius laudem.

Celeno forma fuit. Idem Ouid. lib. 4. Fast.

*Neptuno Halcyonem & te formosa Celeno.*

Calipso, Oceanii & Tethys filia pulcherrima fuit. Ouid. de Ponto.

*An graue sex annis pulchram souisse Calypson,*

*Aequoreæ fuit concubuisse Deæ?*

Idem lib. 11. de Arte.

*Littore confiterant, illic quoque pulchra Calypso.*

Cydippe ab Acontio ob formam adamata est.

Ouidius in Epistolis.

*Si effusa formosam minus, petere modeſte,*

*Autadæ facie coginur effe tua.*

*Tu facis hoc, oculi tui, quibus ignea cendunt*

*Sydera, qui flamma causa fuere meæ.*

*Hoc faciunt flaxi crines, & eburnea ceruix,*

*Quæ, precor veniant in meacolla manus.*

*Et decor & vultus sine rusticitate pudentes,*

*Et Thetidis quales vix reor esse pedes.*

Catera si possem laudare, beatior effem.

*Nec dubito, totum quin tua pars sit opus.*

*Hac ego compulsius, non est mirabile, forma*

*Sipignus volvi vocis habere tua.*

Catulla. Mart. lib. 8. Formosissima, que fuere, id sunt.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

63

*Sit uenisse pariter certamen in illud,*

*In dubium Veneris palma futura fuit.*

*Magna quidem de te rumor praeconta fecit,*

*Nullaque facie nescia terra tua es.*

*Nec tibi par vquam Pbyrgiae, nec solis abortu,*

*Inter formosa altera nomen habet.*

*Credis & hoc nobis, minor es tua gloria vero,*

*Fama de forma penè maligna tua es.*

Propertius lib. 2.

*Poët Helenam hac terris formam secundare dedit:*

*Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,*

*Vel Priamus bellum cuius probanda fuit.*

Pamphilus.

*Cui modo cedebat formosa Tyndaris ore.*

Baptista Pius.

*Carmine formosa es Cycno generata lacena,*

*Qua quandam in cineres Troia superbaruit.*

I Socrates orationem scripsit de laudib. Helene;

vbi cumulatissime formam eius commendat.

Textor Niern. in sua officina volens denota-

re, & describere pulchritudinem mulieris, finxit

se habere Damifellam pulchram, quam his versi-

bus comendat:

*Floricom quid adhuc Damifella quis sis in horto?*

*Et rosum pubens occultit herba caput.*

*Egregdere, atq; animos populus si pace theatris,*

*Vt Pbyrgias taceat publica sana Deas.*

*Fatiloqui aufer palmas, pretiumq; Sybillis:*

*Liur erit formae buccina magnatua.*

*Nec timetas, quod sis in agro generata nuvofo,*

*Terra rufa fructuosa surgit aprica iugo.*

*Nunq; tibi similem nullus parit angulus orbis,*

*Pulchrior & nulla rivuit in yrbe Venus.*

*P: et rea nunquid Dryads in montibus altis,*

*Nunquid in herbis ero viuit Oreas agro?*

*Quid iuri Hippolyto, quid Apolline pulchri?, aut quid*

*Candidum nato Myrrha decora tuo?*

*Hipplacuzre camenfylue, montesq; supini,*

*Hipplacuzr violis! aduriosus ager.*

*Vrbanas alijs mirentur, amentq; puellas,*

*Tumibi pre cunctis, o Damifella places.*

*Sic inquam, Damifella places, vt fordeat illa,*

*Quam peperit gelido lucida concha mari.*

*Et tacularitis cultus que decor q; Diana,*

*Caque cerebrigena forma venustadea.*

*Hic oculis si quando tuos contemplos ocellos,*

*Has mihi qui venas acius igne coquunt.*

*Cyclogenam pra te iuro nibil esse pueram,*

*Qua Danae cecidit Troia superbarogis.*

*Vix, & in modicas soluit me flamma fauillas,*

*Caque animo vires deficient cadunt.*

*Nefelum tantus vigilem ne concremat aſſus,*

*Lampadē ſopitum me quoq; torret amor.*

*Nam mihi duni thalamo comes effe vi: deris eodem,*

*Aetereo nolle proximus effe Ioui.*

*Mula quidem in tenero surgunt tunc gaudia ſomno,*

*Felicemque malus me facit effe ſofor.*

*Verum ego quum falsa delusus imagine iurgo,*

*Et ſomni video ſpem cecidiſſe mei.*

*Quaſe gotūn lacrymas, & que ſuſpiria mitto,*

*Maximus ex oculo riuis veroq; fluit.*

*Vis dicam Damifella, thymo mihi dulcior Hybla,*

*Suauior atq; tuo terra Gilſſa croco.*

*Non ita flammisera Briareus torretur in Aetna,*

*Vt tua me facies, vt tua formia coquit.*

*Tuſti quidem Grae ſpeciſtor anſere Læda,*

*Pulchrior es prima, candidior q; niue.*

*Blanda tibi ceruix fragrat, quod & Attica cera,*

*Et quod virginæ alia ſecta manu.*

*Leuior effe tibi fronte detrahit in litora concha,*

*Pulchrior & cycnis vnde Cayſtra tuis.*

*Si talēm in vincis Venerem Gradue teneres,*

*Plus tibi quām cœlum vincula grata forent.*

*Sed quem non faciunt gemipoma ardere papilla,*

*Rugofa quanuus fronte (Catoni eat?)*

*Quaſe go quum video (Libitinam afferte ministri)*

*Mammarum in tutus me facit exanimem.*

*Ergo breuem exanguis fuderor corpore vitam,*

*Hoc habeat carmen, qui tecet offa, lapis.*

*Non iaculis, nec aquis perijt, bibitoq; veneno,*

*Quem breuis anguſto contegit verna loco.*

*Hunc cupomofa ſecti ardere papilla,*

*Acrior Etheis o Damifella regis.*

*Cetera quid memorem venerande in ſignia formæ?*

*Sunt tibi quos crines vellet habere Venus.*

*Inq; genis arder rubri tibi flamma pyropi,*

*Molior Hybleis effe tua lingua roſis.*

*Quis tam formoſo vollet ſub corpore fulcrum,*

*Cul per quem incedit pes tuis? effe lapis?*

*O quoties volvi, mutato vt corpore pules,*

*In thalamo fierem te recubante tuo.*

*Ifſtuſis oculis (quum vult exurere diuos)*

*Accendit faculas delicioſus amor.*

*Dum loqueris, ſedet in tenero tibi juada labello,*

*Cecropis vngens oninia verba fauis.*

*Dum ridaſ, ſlido tanta eſſe tibi gratia rifuſi,*

*Iratum vſi facias ponere tela ſouem.*

*Dum varias lepidis im: les concentibus aura*

*Auricuſi veniunt ad tua verba dei.*

*Eſſe in ſemine virtus tibi maſcula ſexu,*

*Quid ſibi Saturni filia maius habet?*

*Nec minor eſſe forma morum preſgnis boneſtaſ,*

*Qua potes Argolicam vincere Penelope.*

*Tota Deo incumbens, nitidus, ſimplex, ſine ſaffu,*

*Sermone aque ipſo tota pudica thoro.*

*Tam tua te virtus, quām regia forma venuſtas,*

*Quicquid agis, calum totaq; terra probane.*

*At caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)*

*Te premat ignotis ſubdola forma Dei.*

*Fecit olorinæ Læda ſuccinere penne.*

*Quem timet aſtriferi machina tota poli,*

*Et Danae luſit ſicuti mutatus in aurum,*

*In tauro ſemper, in Satyrum Aſterien.*

*Te quoque (nicaucas) eludet imagine ſalfa:*

*Vrit enim ſummos hæc tua forma deos.*

*Vrit, & ipſe ſuo Neptunus in eoque referuet.*

## S E C V N D A P A R S

am pulchritudinem, verum etiam ob castitatem,  
quod vim Tarquinii gladio sit vulta.

Lycaste, Priami filia, tanta fuit pulchritudinis,  
ut Polydamas, Anthenoris ex Iheano Hecuba, so-  
lore filius, illam ex concubina vxorem sibi copu-  
lauerit. Fuit & alia Lycaste, quae ob pulchritudinem  
Venus vocabatur.

Laura, auctor Plutarchus, puella fuit speciosissi-  
ma Denetris adamata, quae & tibiis optimis ce-  
ci, & dicitur. Haec primo canendi modulandiq;  
suauitate, gratiam sibi apud omnes comparauit.

Maria, Atlantis filia. Ouid.lib.5.Fast.

*Quarum Matas sua forma super afferores*

*Traditur, & summo concubuisse Ioui.*

Omphale, regina Lydorum, fuit facie adeo prae-  
stanti, ut eis submiserit Hercules. Proper.  
lib.3.

*Omphale in tantum formæ procerè fit honorem,*  
*Lydia Gygeo in tanta puella lacu.*

*Vi qui pacato flatuisset in orbe columnas,*  
*Tam dura trahere mollia persa manu.*

Plutarchus in Lucullo scribit Preciam quan-  
dam fuisse in urbe Roma fœminam venustate for-  
me nulli secundam, qua sua pulchritudine Cer-  
rhegum sibi adeo deuinxerit, ut nihil probaretur  
Cethego, quod Precia non iussisset.

Panthea, vxor fuit Aceratae viri nobilis apud  
Persas, quae Cyrus expugnatis Assyriorum castris,  
duxerat captiuam. Abradora autem absente, & apud  
Bactrianos legatum agente, Araspes Medo seruan-  
tia tradita est, qui apud Cyruum affirmauit nondū  
esse ortam, aut omnino inuentam tota Asia pul-  
chritorem.

Sulpitia & formæ commendat Tibul.1.4.dicens.

*Illi ex oculis quam vult exurere diuos,*

*Accendit geminas lampades acer amor.*

*Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,*  
*Componit furtim subsequiturq; decor.*

*Seu soluit crines, fusi deceperit capillis,*  
*Seu compis compis est veneranda comis.*

*Vrit, seu Tyria voluit procedere palla,*

*Vrit, seu niuea candida vesti venit.*

Fuit etiam in Semiramis eximia pulchritu-  
do, & facies imperio digna. Vnde & mortuo mari-  
no, Persis imperavit visuque ad prouectam filij er-  
atem. Ouid.lib.1.Eleg.

*Qualiter in thalamos formosa Semiramis iisse Dicitur.*

Sisigambis, vxor Dario, nulli sue artatis fœmina-  
na pulchritudine esset, teste Curio. Quam tamē,  
victo Dario, Alexander non solun non violauit,  
sed & sumiam adhibuit curam, ne quis captiuo  
corpori illuderet.

Saxo Grammaticus lib.8. Danicae historiae scri-  
bit Suauitatem reginam, tanta fuisse pulchritudi-  
nis, ut quā vinceta loris, exposita esset equinus cal-  
cib; obterenda, ipsis quoq; iumentis horrore fin-  
erit, artus eximio decore præditos, torpidis lacera-  
re vestigijs.

Thysbe, amasia Pyrami. Ouid.li.1111. Metam.  
Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alia  
Cleria (qua oriens habuit) prælatapuellæ,  
Contigua habuere domos.

Thetidem, deam Matis poëta niueam, & fo-  
mosam faciunt, quod perpetuis aquis ablueret  
Catillus:

*Tene Theti tenuit pulcherrima Neptunum.*

Tyro puella, Salmoeni filia, ob formam aliæ  
potu adamata est. De hac Propertius lib.ii.

*Vobis cum est Iope, vobis cum candida Tyræ.*

Baptista Pius.

Carmine conspicua est Tyro Pegasea puella. Idem  
Est Helenæ formosa illæ, est candida Tyræ.

Violantillam, Stella poeta vxorem, meliusve  
bis commendat Statius lib.1. Syl. sed maximeve  
Venerem sic inducit loquente:

*Hanc ergo formæ*

*Egregium mirata decus, cui gloria partum*

*Et generis certabat honor, tellure cadentem*

*Excepit, sicut si nū, nec collagenash;*

*Comere, nec pinguis crinem deducere animo*

*Cessavit mea nata manus, mihi dulcis imago*

*Profluit, celè procul a pice frontis honor.*

*Sugestumq; comæ, Latias mette quid ultra*

*Emineat matres, quantum Latonia Nymphas*

*Virgo preit, quantum q; egomet, Nereidas exio.*

Idem paulo post.

*Actu pulcherrima forma,*

*Italidum tandem merito posse jam marito.*

Sunt & alia per multa puellæ, in quibus elegi-  
fuisse pulchritudo memoratur ut Pasiphae, Ar-  
adne, Berenice, Herinone, Briseis, Penelope, De-  
damia, Ersilia, vxor Romuli, Ero, Virginia, Anzu-  
rete, Antigonc, Arachne, Arethusa, Arfione, Po-  
lyxena, Pelagia, Lycaste, locasta, Hecuba, Calli-  
dra, Hesperic, Cleopata, Chelia, Illia, Sibyllæ, Vé-  
les, Heroïne & alia propè infinita. Quas, quicke-  
volet, authores reuolnat. Stroza patrl. 6. Eto.  
con de quibusdam sic minunit:

*Tali era virgo Cenea, talis & altum*

*Per mare Dicteo velta a puella boue.*

*Tali era fului decepta cupidinæ ymbi,*

*Et quam sub fallo lusi in ore Deus.*

*Tali era etiam Omphalo celberrimacanta,*

*Talis & Ideorupta Lacena proco. Item Pam-*

*Oebalides, Cyprissus, Hylas, Diadumenus At-*

*Pbyrx puer, & filio Parthenopenis equo.*

*Cuius & in premio posuit miserabilis ora,*

*Quum Stygiæ vates iret ad antra donut.*

Helenæ forma, poëta omnibus cantatissima  
laudem meruisset maximam, nisi ca Troiæ ruinam,  
belliq; decepnalis causam artulisset. At nemoc  
cui non sit odio, quum tantæ cladi & calamitas  
venit in mentem. Paris apud Ouidium formam  
illam Veneri comparar, dicens :

*His similes vultus (quantum reminiscor) habebat,*

*Venit in arbitrium quem Cytherea meum.*

adjudicauerit, in hoc errauerit, necne. Primo, de hac contentione decantatissima, quæ inter lunonem, Palladem, & Venerem sunt, cuius Paris arbitratur, victoriam Veneri tribuit, quod egerim tulerunt Iuno, & Pallas, non tam irata, quod essent viætæ à Veneri, quia, quod sua soror, ma sprcta suis est, ut mire expressit Vir. circa initium Aen. cum inquit de luno nolam loquens:

*Necum etiam causæ irarum faciū, dolores  
Excederant animo, manet alta mente reposum  
Iudicij Paridis, pretorij iniuria forma.*

Item, grauit. comparantur personis, vt supra prop̄. in 37. consideratione.

Item, sicut ad personas egregias, propter eorum dignitatem, miratur ad inramenū præstandum vulgata. ad personas egregias. ff. de iure. Sic pariter ad mulieres (ne dicam dominas, vt ibi exemplificat gl.) propter honestatem, & reuerentiam.

secundum Bal. in c. qui testium. extra de testibus. Quia non decet eas coetib. virotum commissari, quas sexus pudicitia, ab eorum consortio fecit alienas. l. fin. C. de arbi. Nec omnibus perperam naturalis pudor se manifestare concedit. §. cū itaq; supra allegato.

Item, vt testis est Papinianus in l. vxorē, in prin. ff. de lega. tertio. marit⁹ quidā (q̄ beneficio affectio nis, & pietatis, s̄c̄ motus fuerat erga eā) vxorem suam dominā appellat in suo testamento, & Oui.

*Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.*

Id est ami. am. vt aliqui exponunt, sed capi potest pro vxore, sicut dominus pro marito. Virg. li. 4. Acneidum. *Connubia nostra Repulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.* vt supra satis probè dixi.

Item, Scavola in re consulto argutissimo auto-re. l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis legatis. vxor à marito, Domina sanctissima nuncupatur, vt supra amplè dictum est ista parte, in 31. consideratione inc. mulieres ex hoc etiam laudantur.

Item, Iustinianus Imperator, coniugem suam nomine Theodoram (cuius consilio administrationū, seno officiorū venditio reuocata fuit) Reuerendissimam intitulat, vt patet in auth. vi. iudices sine quoquo suffragio. §. hæc autem omnia. collat. 2. de quibus paulò ante dictum est in 37. consideratione, incipiente Honor deferendus est.

Et non solum vxor Regis (licet regnum sibi non pertineat) Regina vocabitur, vt est casus secundū Pan. & alios in c. dilecti. extra de arbitris. enī radij coruscabat. l. fœminæ. ff. de senatoribus. Et rationabiliter Regina appellatur, etiam secundū communem vñū loquendi, quo vxores, dignitatem mariti, in honorem decorantur: verum etiam vidua Regis relicta, durante viduitate, vocabitur Regina. videtur pro hoc text. iuncta superscriptione: in capitulo cum deuotissimam. cum cap. sequente. 12. quæst. secunda, & hoc modo loquendū etiam vñū, vt quandiu vidua permanet, dignitate mariti desunt, post illius morrem sicut in vita decoretur. Cum vidua sit mariti mortui imago, ipsum repræsentans, secundū Bald. in l. pignoris. C. de pignoratitia actione, pro quo est text. in c. ex parte, extra de foro competet.

Aduerte tamen, cūm vxor tali priuilegio vñatur iure mariti, & in cōsequentiam dignitatis mariti est priuilegiata, ideo relicta, vel commissa, vxori Regis, vel Comitis, licet sub nomine dignitatis regis, vel comitalis (enī dignitatem habeat ex persona mariti, & non sua) non transibunt ad successorem, ipsa mortua: quod secus esset in Rege, casus est in l. quod principio cum l. seq. ff. de lega. 2. vbi Bar. & alij.

*Finis Secundæ partis Catalogi Glorie Mundi.*

# TERTIA PARS CATALOGI GLORIAE MUNDI, ERIT DE ORDINE COELESTIVM CORPORVM, ET DE LOCIS SPIRITVVM etiam infernalium.

QVINQUAGINTA CONSIDERATIONES HABET.



**P**O expeditione huius tertiae partis, que est de ordine cœlesti, ad quem omnes alij ordines sumunt exemplum, vt dicam in sequenti parte: & Cœlestibus, ordine, sedes prima datur, ait Claudianus. Quoniam licet ratione naturali, istud non sit bene cognoscibile, aut scibile, secundum illud Iob 38. Nunquid nosti ordinem coeli, & pones rationem eius in terra quasi dicat. Non, sed per reuelationem dininam aliquid scitum est. vnde Paulus scriuit per reuelationem. A quo B. Dionysius, qui in sexto capitulo cœlestis hierarchia, distinguit tres hierarchias angelorum, ex quibus facit nouem ordines: & ex dictis ibi, & quæ infra dicentur, videatur dicendum principaliter, quod sint duodecim sedes principales in paradyso, videlicet: Sedes ipsius Trinitatis, & deitatis. Sedes filij respectu humanitatis. Sedes beatissima Virginis Mariæ. Et nouem alias sedes, nouem ordinum. Ioannes vero vidit sedes multas positas in Cœlo, vt habetur Apocalyp. 4. de quibus statim dicam.

**C**onsideratio ergo prima erit. Quod cum Deo sedes per sanctos prophetas attribuuntur, vt Esaïa 66. Cœlum mihi sedes est. Et Dan. 7. Aspicerem, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedis: quod Deus noster sedes super ihronum & agno. Vnde habetur Apoc. 7. Vbi dicit Ioannes, quod vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedes super thronum, & agno: Et omnes angeli, stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium &c. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Benedictio, & claritas, & sapientia & gratiarum actio, honor, & virtus, & sortitudo Deo nostro in secula seculorum, amen. Et habetur Esaïa 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, & plena erat domus à maiestate eius, & ex qua sub ipso erant, replebant templum: Seraphim stabant super illud, sex ales vni, & sex ales a teri, duabus ve labant faciem eius, &c. Et volabat alter ad alterum: & dicebant: Sanctus Sanctus Sanctus Dominus exercituum. plena est omnis terra gloria eius. Et procedebant vigintiquatuor seniores ante seden-

tem in throno, & adorabant viuentem in seculo & emittebat coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine Deus noster accipere gloriam honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia propter voluntatem erant, & creata sunt tibi ea habetur Apoc. 4. Et ecce sedes posita erat in cœlo & supra sedem sedens, & in circuitu sedis sedens 24. Et iris erat in circuitu sedis similis visionis firmagdinæ. Quæ autem sint huiusmodi sedilia. Et etiam quæ dicitur, & super thronos 24. seru res sedentes, circum amicti stolis albis, & in capi bus corum coronas aureas, qui sint isti 24. seru res, sedentes super throno. Et sicut sint adhuc des existentes super thronum illius: vide in apoc. prædictis per Doctores ad quos te remitto, emittit materia eorum. Et sufficit mihi generaliter, ad propositum materia mea. In specciamen, de explanatione harum sedium ponitur ciuius & contemporaneus noster Ioannes de Monthelon, in suo promptuario iuris, in verbo, videtur secundo articulo. Quæ cum non faciant sedes & finitas ab his, quæ infra dicentur, non aliter in ille-

Sed etiam aduertendum est, quod theologi matis nominati, nuncupatum Deum laudant, cum ipsum omnium authorem, multis predicant ministeriis, ex omnium creaturarum considerante nuptis. Vt Bonum, Luc. 18. Nemo bonus nisi Deus. Vt Pulchrum, Cant. 1. Ecce tu pulcher es leche, & decorus. Sicut sapientem, Iob 9. Sapientia cordis est, & fortis robore. Sicut diligibilem, Cant. 5. Guttur eius suauissimum, & torus, desiderabilis. Vt magnitudine excedentem omnib. Ipsa enim Deus excelsior cœlo est. Et quid facies, profundior in seculo. Iob. 11. Et vnde cognoscetis, longiora mensura eius, & latior mari: vnde ipse Deus spiritibus, & cordibus vestris est, secundu[m] proprietatis, Sapi. 7. Et per nationes in animas sanctas transferit, & in corporibus, prima ad Cor. 6. 19. nequit, quoniam membra vestra templum spiritus sancti, qui in vobis est? Et paulo post: Conificate, & portate Deum in corpore vestro. Iacob. 1. Psalm. 10. Dominus in templo sancto tuo. Dominus in cœlo sedes eius. In terra, Jerem. 22. Nam quid non cœlum, & terram ego impleo dicens: minus & simul in eodem, hoc est in eadem natura, & secundu[m] idem aut eundem esse. In mundo, I. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Circa mundum, Sap. 1. Spiritus domini repletus est in terrarum, & hoc quod continet omnia scientia habet vocis. Supra mundum, Esa. 66. Cœlum nubibus seden-

est, tercia autem scabellum pedum meorum. Supercolectem, Psal. 112. Excelsum super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius. Super substantiam. Mat. 6. Panem nostrum superstantiam, da nobis hodie. Solem, Malach. 4. Vobis tributum nomen meum orietur sol institutus. Stellam, Apoc. 22. ego sum genus, & radix David, stella splendida, & matutina. Igneum, Deut. 4. & Pau. ad Heb. 12. Deus noster ignis consumens est. Et ideo dicitur Exod. 3. Apparuit dominus Moysi in flamme, de medio rubi. Aquam, Io. 7. Qui credit in me, sicut scriptura dicit, fluminis de ventre eius fluenter aqua viua. Spiritu roris, Osee 14. Ego quasi ros. Nube, Osee 6. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Lapidem, Psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt adficiantes, hic factus est in caput anguli. Petram, Iad Cor. 10. Petra autem erat Christus. Electrum, Ezechiel. Et splendor in circuio eius, & de medio eius quasi species electri. Existente, Job 14. Num erui qui solus. Ut seculorum Authorem, Eecl. 24. Ego feci in caelis, & rogi regi lumen indecisiens, & sicut nebula tesi omnem terram. Rurum enimdem libri 18. Qui viuit in aeternum creavit omnia simus. Lucem, Ioan. 1. Deus lux est. Ut induitorem vite, Act. 17. In ipso enim viuinus, mouemur, & sumus. Ut sapientiam, Sap. 5. Et tecum sapientia tua, quae nouit opera tua. Ut mentem, Job 10. Licet haec celis in corde tuo, ramen scio, quia unius forum memineris. Ut verbum, Psal. 32. Verbo domini eterni firmati sunt, & spiritu oris eius omnibus virtus eorum. Ut scientiam, ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, nec est illa creatura inconfusa. Ut fatus omnino scientiae in se eminentissime continent. Ad Colos. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae abconditi. Ut virtutem, prima ad Cor. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Ut protectorem, Quoniam, ut ait Psal. 17. in Deo meo transgrediar muri. Deus meus, impollutus via eius, protector est omnium sperantium in se. Et Dei est adiuvare, 2. Paral. 25. Ut potentem, Psal. 23. Dominus fortis & potens. dominus potens in praelio. Ut antiquum dierum, Dani. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Ut insenescibile. Et habet ample per Diophylium, & Fabtum Stapulæ. in Commentarijs in dielo loco. cap. 10. Et immutabilem, Psal. 101. Tum autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt. Et Malach. 3. Ego Deus & non mutor. Ut salutem, Psal. 84. Converte nos Deus salutaris noster. Ut iustitiam, ut iustificationem, ut redeemptionem, prima ad Cor. 1. Qui sanctus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Vnus enim Deus est, Deut. 6. Audi Israel, dominus Deus vester unus est. Et Paul. ad Ephes. 5. Et nihilominus unus, unus ergo in substantia, trinus in personis. ut dicit Aug. in lib. de trin. transumptiue, fin. de conse. distin. 3. vbi dicit Aug. Omnes quos potui legere, qui ante me scripserunt de trinitate, qui Deus est diuinorum librorum veterum, & nouorum catholici tractatus, hoc intenderunt docere secundum scripturas. Quia pater & filius & spiritus sanctus, vniuersus eiusdem substantiae inseparabili aequalitate diuinam insinuant unitatem. Ideoque, non sunt tres Dii, sed unus est Deus, quemuis pater filium genuerit. Et ideo filius non sit, qui pater est, filiusque a patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius. Spiritusque sanctus, neceps pater, nec filius, sed tantummodo patris, & filii, spiritus, & patri, & filio ipse coequalis. & ad trinitatis pertinens unitatem. Non tam eandem trinitatem, natam de Maria Virgine, & sub Poto Pilato crucifixam, & sepultam, tertia die resurrexisse, & in caelum ascendiisse, sed tantummodo filium. Nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbae super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini, sonitu factio de caelo, quasi seretur flatus vchemens, & linguis diuisis velut ignis, sed tantummodo spiritum sanctum. Nec eandem Trinitatem, dixisse de caelo. Tres filii mei dilecti sunt, siue cum baptizatus fuerit a Ioanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli. Aut quando sonuit vox de caelo dicens, Clarificauit, & iterum clarificauit, sed tantummodo patris ad filium, vocem suisse factam, quamvis pater, filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Haec sunt verba tex. in loco supra allegato, qui de hac Dei virtute in essentia, seu substantia, & trinitate in personis italoquitur. Loquitur etiam in c. i. in princ. extra de sum. trin. & fid. cath. vbi dicuntur. Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod unus solus verus Deus, aeternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, & omnipotens, & ineffabilis, pater & filius, & spiritus sanctus. Tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Pater a nullo, filius a patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroque, absque initio, semper, ac sine fine. Pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens. Consubstantiales, & Coequales, & Omnipotentes, & Coeterni: unum universorum principium, creator omnium, visibilium, & inuisibilium, spiritualium, & corporalium. Hac sunt quæ dicit tex. in d. c. i. supra alle. Et etiam tex. in l. i. circa prin. C. de sum. tri. & si. cath. de eadem unitate, & trinitate loquens sic dicit. Secundum apostolicam disciplinam, euangelicamque doctrinam patris, & filij, & spiritus sancti, vnam Deitatem sub pari maiestate, & sub pia trinitate credamus. Sed est tex. multum not. in e. damnamus. versi nos autem de summa trinitate, & fide catholica. vbi dicitur. Sacro approbante Concilio, credimus, & cōfitemur cum Petro, quod una quædam summa res est, incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est pater, filius, & spiritus sanctus,

### T E R T I A P A R S

Sanctus, tres simul personæ, ac sigillatim quælibet carundem. Et deo, in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas, quia quælibet illarū triū personarū, est illares, videlicet, substātia, essentia, seu natura diuina, quæ solum est vniuersorum principium, præter quod, aliud inueniri non potest. Et illares non est generans, neque genita, nec procedens; sed pater, qui generat, & filius qui gignitur, & spiritus sanctus qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur, alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id, quod est pater, est filius, & spiritus sanctus. Iudicem omnino, vt secundum orthodoxam, & catholicam fidem, consubstantiales esse credantur. Pater enim ab eterno filium generando, suam substantiam ei dedit. Luxa quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi in auctoribus. Ac dico non potest, quod partem substantiæ sui ex eis dederit, & partem ipsius sibi retinuerit. Cum substantia patris indivisibilis sit, vt pote simplex omnino: sed nec decipi, quod pater in filium transfluerit suam substantiam generando, quasi sic dede- rir eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin de si sit esse substantia. Patet ergo, quod sine via diminutione, Filius nascendo, substantiam patris accepit. Et ita pater, & filius, habet eandem substantiam. & sic eadem res est pater, & filius, nec non, & spiritus sanctus, ab utroq; procedens, ita tex. supra alleg. Et in hoc, sequendo textus scientia nostra, nō transcendit metas, ne videar sciam in messis alienā ponere. Sed plenus merito ad doctores theologiae, de capitulo potest Dionysius, in loco hic ante alleg. & postea Faber, & Ant. Fl. in summa sua fit. 30. c. 2. vbi dicit, & ponit de Deo trino, & uno.

Dionysius etiam, & post cum Faber Stapulensis, in suis commentarij, super c. i. de diuinis nominibus dicunt, quod diuinæ sapientia studiosi laudant Deum in formis humanis circumdando ei formas humanas. Quādoq; ipsius oculos. Ad Heb. 4. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. Et dicit Aug. super Psal. 156. Deus totus oculus est, quia omnia videt. Totus manus est, quia operatur. Totus pes est, quia vbiq; est. Quandoq; aures, Psal. 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meam. Quandoque caput, & crines. Can. 5. Caput eius aurū optimum, comæ eius sicut elata palmarum, nigrae quasi coruus. Et Dan. 7. vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli eius capit is quasi lana munda. Vultus seu facies, Psal. 33. Vultus autem domini super facientes malā, vt perdat de terra memoriā eorum: Et Psal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Manus Psal. 128. Manus tua domine fecerūt me, & plasmaverunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Scapulas, siue humeros. Psal. 90. Scapulis suis obumbravit tibi, & sub pennis eius sperabis. Et Deut. 32.

Assumpsit eum, atque portauit in humeris suis Brachia. Esa. 53. Quis credidit auditui nostro & brachium Domini cui reuelatum est. Etiam Psal. 97. Saluauit sibi dexteram eius, & brachium tuum eum. Posteriora. Ex. 34. in si. Videbis postera mea, faciem autem meam vide non poteris. Pedes Deut. 33. Et qui appropinquauit pedib; me accipiet de doctrina illius. Etiam Esa. 66. Tunc autem se bellum pedum meorum. Attribuit etiam ei alas Psal. 19. Sub umbra alarum tuarum protege me, a facie impiorum qui me afflixerunt. Etiam Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expalias suas. Et etiam corona asilli applicant se abundant, Esa. 62. Et eris corona gloria in manu domini, & d: adem regni in manu Dei tui. Et Esa. 2. cimo cap. & cetera. Dicunt etiam Theolog. Deum esse omnia quæ sunt, secundum quandam eius ad omnia conuenientiam, atque congruentiam, quod tuncunque proprietates, particulariter, & contraria sunt in rebus conditis, eadem perminenter, & absolute sunt in Deo, vt omnia veritate primitiva, & exemplari. Ipse enim dicit per omnia, neq; omnium debet nuncupationem ambitu, comprehendendi, neque nominis illius universaliter concludi. Omnim enim causa est, in per omnia existens. Et omnium reuera est regnum, dominatio, & principatus: quod sapientissime celestia omnia & tertena moderatur, regit & gubernat: & circa ipsam omnium causam sunt omnia, ira quod est omnia in omnibus, vt amplè declarat Dionysius in d. li. de diuinis nominib; & commentator in commentario primi c. libri pri- vbi dicit, quod laudatur in decem, & nouem omnibus ultra supradicta, ut puta quod sit:

- I. Sacra totius illustrationis principium, & nia illum inans.
- II. Omnim causam, cunctam ad esse produnt, & formans.
- III. Initium rerum omnium, a quo vniuersa sunt & habent exordium.
- IV. Substantia omnium, per quam cuncta suo gradu subsistunt.
- V. Erigens & reuocans eos, qui vita spiritu exciderunt.
- VI. Reuocans, & reformans eos, qui diuina in se imaginem corrupserunt.
- VII. Confirmans eos, & consolidans, qui in vita vxicatione agitantur.
- VIII. Stantes corroborans, vt in bono permaneant.
- IX. Accedentes ad se, quasi porrecta manu levans, ac promouens.
- X. Eis, qui spiritualiter illuminantur, fulgentius, & lucidus.
- XI. Illis, qui perficiuntur, consummationis perfectionisq; princeps.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

75

- XII. Eorum, qui in Deum assumentur, summa diuinitas & deifica virtus.
- XIII. Eorum, qui simplices sunt, vera & singularis simplicitas.
- XIV. Eorum, qui in unum transeunt summa virtus & unica virtus.
- XV. Principium totius vniuersi, omnia superans, substantiale principium.
- XVI. Occulta sua diuinitatis quantu licet participationem tradens.
- XVII. Viuentium vita, omnibus pro suo gradu vitam elargiens.
- XVIII. Subsistentium entitas cunctis substantiis communicans.
- XIX. Omnis vita ac substantia causa primaria ac precipua.

Hæc omnia, & multò plura, ponit ille vir diuinus, incomparabilis, & omnium viuentium doctissimus, & excellentissimus Magister Jacob⁹ Faber Stapulensis in Commentarijs suis ad D. Dionysium de diuinis nominibus in t. c. vbi dicir, ultra prædicta diuinitatem esse laudandam, s. una, tria, causa, sapientia, & pulchra, summeq; benigna, quæ ibi explanat, & declarat post Dionysium: cui? dicta declarata ad demonstrandum, Quæ sit diuinitas, & deitas: & quomodo laudanda, honoranda, & glorificanda, maximè in nominibus, ybi eriam dicit, quod Theologi dicunt ipsam deitatem catere nomine. Cum Deum ipsum aiunt respōdisse Iacob⁹ eum interrogati de nomine, vt Gen. 32. dicim huius quo appellari nomine? Cur queris nō mē meū, quod est mirabile? Et Iud. 13. Et ne ciebat mane, quod angelus Domini esset. Dixitq; ad eū: Quod est tibi nomen, yt si seruus tuus fuerit expelitus honor meus te? Cui ille respondit, Cur queris nomen meū quod est mirabile, & est supra omnē nomen? Hinc dicitur Exo. 3. Si dixerint mihi, q; est nomen eius, quid dicā eis? Dixit domini⁹ Moysi. Ego sum, qui sum. Sic dices filii Israhel. Qui est, misit me ad vos. Et eo. c. paulo ante. Ego sum De⁹ patris tui, Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob. Et se dicit viam, vitā & veritatem, vt habetur Ioā. 14. Et lucem, lo. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambular in tenebris, sed habebit lumen vita, & c. 12. Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et hæc comprobat dictus Faber post dicta Dionysij in loco hic ante alle. vbi etiam comptobat, quod sit omnia in omnibus. luxa dictum Apost. i. ad Cor. 15. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi, q; subiectus sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis non iūt nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, Marc. 11. Et habetur ad Eph. 4. c. q; Deus pater est omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnib; nobis. Et quomodo dicit Philosophus describat, ponit Arch. Flor. in sua simili. in 3. pat. titu. 30. §. 1. Aug. ctiam super il-

lud Pater noster, dicit, quod Deus in seipso est sicut alpha & o. In mundo sicut rex & author. In angelis, sicut sapor & decor. In Ecclesia, sicut paterfamilias in domo. In anima, sicut sponsus in rhambo. In iustis, sicut adiutor & protector. In reprobis, sicut paucus & horror.

Et etiam omnipotens dicitur, Genesis c. 17. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius. Et dicitur omnipotens, eo, quia ipse omnium rerū est firmitas & vigor, q; omnia potest. Omnia potestate sua comprehendens ac continens, cuncta firmans, stabiliens & consolidans. Et hoc totum mundi opificium in disruptum atque indisolutum sua potentia conservans atque perficiens, vt omnium fides omnium capax qua continentur, omnia una cuncta excolente virtute conuincentias, omnia superans, & omnibus, qua prouidentia reguntur mirè imperans. Et vt dicit Faber in dicto loco post Diony. ca. 10. Onerosum nimium esset, velle adducere quoticis in sanctis eloquijs Deus usus omnipotens appellatur.

Et bonus appellatur, Mar. 10. Nemo bonus, nisi unus Deus, vt per pulchrè declarat ipse Diony. co. lib. Et Ant. Flo. in sua sum, par. 1. ti. 13. c. 2. §. 5. 6. & 7. vbi amplè decius bonitate.

Sanctusetiam sanctorum, Rex regū, & regnatum in seculum, & in eternum, & ultra: domin⁹ dominorum, & Deus Deorum dicitur, vt dicit idem Dionysius in d. suo libr. de diuinis nominibus. c. 12. Quia laudare eum conuenit, infinitis nominibus præditum. Itaq; sanctitas quidem est, vt secundum nos loquuntur, omni scelere libera perfecta; & penitus coinquinata munditia. Et habetur Dan. 9. c. Tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem, &c. Et vngatur sanctus sanctorū. Et in plurib. alijs locis sacra Theol. dicitur. Sanctus sanctorum, sed longum es sit colligere. ¶

Rex regum dicitur portio, vt dicit Dionys. Regnum est omnis termini & ornatū legisque & iuris ordinis que distributio. Et habetur Psal. 144. Regnum tuū regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem; Et Psal. 145. Regnabit dominus in secula, Deus tuus in generatione, & generationem, regnans in eternum, & ultra, Et Exo. 15. c. Sanctuarium tuum domine, q; confitauerunt manus tuæ dominus regnabit in eternum, & ultra. Apo. 19. Et habet in vestimento, & in semore, scriptum: Rex regum, & dominus dominantium.

Et eternus dicitur, Baruch. 4. Exacerbasti enim eum qui fecit vos, Deum eternum. Et Luc. 10. Dominus Deus unus est ipse Deus viuens & Rex sempiternus, qui iure humano appellatur. ca. 1. de summ. trinit. & fid. cath. in leg. Iulia. ff. ad leg. ful. pecul.

Dominus dominantium. Dominatio vero nō modo inter dexteriores enim entia, vetum quoque honestorum ac bonorum perfecta possessio,

## T E R T I A P A R S

veraque, & incommutabilis firmitas, vnde a libe-  
ri potestate dominandi facienda, & dominario,  
a dominus, & dominans, & dominus dominorum  
dicatur, ut comprobatur Psal. 135. Confitemini do-  
minus dominorum, quoniam in aeternum miseri-  
cordia eius. Et Apoc. 19. vt ante dictum est.

Deus deorum. Quia prospiciens cuncta, prouiden-  
tia bonitateque mirabili, & circum omnia  
curat, cunctaque contineat, & se omnia repletat  
atque vniuersa transcendat, quae prouidentia illi-  
us vntur. Hac Dionysius.

Et quod Deus deorum dicatur, habetur Psal. 49.  
Deus deorum locutus est, & vocavit terram. Et  
Psal. 135. Confitemini Deo deorum, quoniam in  
aeternum misericordia eius. Et habetur Deut. 10.  
Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & do-  
minus dominantium.

Et etiam magnus dominus dicitur, & laudabi-  
lis nimis, Psal. 47. Er benedictum nomen maiestati-  
cis eius in aeternum. Psal. 71. & Esai. 54. Dominabitur  
tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius,  
& redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis ter-  
ram vocabitur. & dicit Albe. de Rosa. in suo Dictionario,  
in verbo, Deus. allegando Dionysium. Quia  
Deus variis nominibus nuncupatur.

Quandoque enim dicitur hely, id est, forris. Qua-  
ndoque eloy, id est, dominus noster. Quandoque  
alon, id est, excelsus. Quandoque sabaoth, id est,  
dominus exercituum. Quandoque adonay, id est,  
robustus, & dominus sufficiens. Quandoque ema-  
nuel, id est, nobiscum Deus. Quandoque tetragram-  
inaton, id est, Dominus. Quandoque theos, vel  
alios, quod est videre, vel currere, quia omnia  
videt, & percurrit. & hoc ultimum ponit Archid.  
in c. testimant. in prin. II. q. 3.

Quandoque etiam Deus absconditus, & salua-  
tor. Esai. 45. Er incomprehensibilis. c. i. de suu. rii.  
& si. catho. insl. iudex, fortis, & patiens. Psalm. 7.  
De patientia cuius est bonus rex. in c. horum, §. c-  
contra. 2. q. 4. Et de illius benignitate videnda est  
singularis & admirabilis epistola 8. Dionysij ad De-  
mophilum monachum, & ibi Faber Stapulensis,  
vir incomparabilis, qui multum singulariter de-  
clarat benignitatem esse commendandam, Et ibi  
eam multum commendat ipse Dionysius & Faber  
in commentariis suis.

Licet enim Deus diffiniri non possit, teste Cas-  
siodoro, tamen Ioannes Ludovicus Viualdus in  
suo opere regali, in tra. de cognitione electorum.  
in 3. no. ponit 14. aut 15. definitiones Dei, & post-  
modum dicit, quod excellentia deitatis tribus no-  
minibus nominatur. & vt dicit, omnem sentum,  
& omnem naturam superreditur secundum August.  
ibi allegatum. Et vide etiam Lue. de Penna  
in l. i. C. de veter. anis, lib. 12. vbi ponit quid sit Deus,  
& de eius nominis interpretatione.

Quia Deus laudandus sit, & laudatur in multis,  
habetur Psalm. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. & in

pluribus alijs locis, & dicam infra in ultima parte  
in prima consideratione.

Quomodo autem sit laudandus, videatur Dionysius & Faber in libro de mystica theologia, cu[m] sint nimis alta, relinquo theologis.

Quomodo glorificandus & honorandus, affir-  
mat domino gloriam & honorem, affi-  
gloriam nomini eius.

Quomodo magnificandus, dicitur Deu. 2.  
te magnificentiam Deo vestro. Eri. Paral. 2. 1.  
et domine magnificatio, & tua est gloria. &. 68. Laudabo nomen Dei cum cantico, & in-  
ficabo eum in laude.

Quomodo benedicendum. Vide Thobias, vbi  
habetur. Omni tempore benedic Deus.

Quomodo etiam honorandus, facit tex-  
ibino. in clem. si dominum in sanctis. Deu-  
js & veneratio sanctorum. dicam infra in  
parte. Solus enim adorandus est, & soli sibi  
sicut est sacerdotium, dicit Inn. in c. 2. del. 2.  
lebratio missae. & Lucas de Penna in d. l. i. C. 1.  
teranis, lib. 12.

Quomodo autem Deus sit adorandus, vnu-  
tur Psal. 71. Et adorabunt cu[m] omnes reges, o-  
gentes seruerint ei. Et est adorandus Deus ad-  
oratione latiae, quae idem tantum debetur. Et si  
cristicum sit quod pertinet ad latrati, quod est  
cristicum verum secundum Aug. dc ciui. Deu.  
10. c. 6. Et est omne opus quod agimus, ut sancta  
cietate in habeamus Deo. Et vt dicit Anto. Flo-  
ria sua summa, tertia part. ca. 9. §. 3. Quia sicut est  
plex hominis bonum, ita triplex sacrificium: re-  
biper eum, & statim dicam. Et huiusmodi lat-  
gracie, dicitur seruitus latine, vt dicit Joannes.  
Turrecremata, in eius auct. in 11. col. 1. dist. Qua-  
rrialis de scribitur. Latra est cultus Deodebre  
vel exhibitus: est voluntas impendens Deo  
cum diuinum & debitum, & nulli alijs debet  
dicit de Turrecremata in c. nos autem de co*re*  
dist. 2. & inc. venerabiles. de conser. dist. 3. Et in  
adorationem latiae commendat nobis scriptura  
sacra. vnde Psal. 94. Venite adoramus & produ-  
mus ante Deum. & Psal. 95. Adorate Dom-  
inum in atrio sancto eius. Item. Adorate eum omnes  
angeli eius. Et in infinitis locis, & vt supra dicit  
est Psal. 71. & Mar. 4. Dominum Deum tuum  
orabis. Similiter de Christo dicitur Luc. 22. Q. 6.  
positis genibus adorabat, dicens: Pater, &c. Et  
xi supra in principio, quando dicitur Apocal.  
vigintiquatuor seniorib. & alijs qui adorabant  
uenient in secula seculorum. Et Apoc. 15. Q.  
or seniorib. eccl. in facies suas, & adorabat  
Et eiusdem 7. Omnes angeli stabant in circu-  
throni, & adorauerunt Deum dicentes: A  
Benedictio, & clarit. &c. Et legitur de beato  
tholomeo, cuius nomen porto, quod centesim  
xii genibus in die orabat Deum, & centies perno-  
ctem. Et de beato Iacobu minore legitur, q. 10.

rum iacebat sup genua sua orans, quod genua habebat ut calcaneum, similem duritie habens in eis duritiei camelorum.

Et hoc gloria adoratio est, quam sibi Deus specialiter retinet. Et de hac dicitur Esa. 42. Glori-  
am meam alteri non dabo. Et Ecclesiasti. 23. Bo-  
no animo reddere Deo gloriam, & non minnas pri-  
mitias manus tuarum. Et hoc gloria significa-  
taper thymia tua, de quo Exo. 30. in fine. Sanctum san-  
ctorum nobis est thymia tua: talem compositionem  
non facies in vobis vestros, quia sanctum Domi-  
nus noster. Homo quicunque fecerit similem aut  
simile, ut odore illius perfruatur, peribit de popu-  
lis suis. Obsequium est multum placens Deo. Ec-  
clesiasti. 35. Qui adorat Deum in oblatione su-  
picetur, & deprecatio illius usque ad nubes appro-  
pinquabit.

Et aduertendum est, quod licet haec adoratio  
latra soli Deo sit exhibenda, tamen exhibetur illi  
homini, qui est filius Dei: sed non in quantum est  
homo, sed in quantum est Deus. de consecra. dist.  
2. c. accesserunt, & notatur in cap. venerabiles. de  
consecra. dist. 3. ex quibus patet, quod cultus Deo de-  
betur.

Qui quidem est triplex: quidam cordis, aliud o-  
ris, tertius operis. Cultum cordis vocat speciali-  
ter glo. super illud Exodi 15. Non adorabis ea, ne-  
que coles.

Aliud est, inquit, colere, aliud adorare, potest  
enim in iustus adorare: vel adulando regibus ido-  
lolatri, vel tormentis vietus, cum sciat quia ido-  
lum nihil est. Colere vero est toto his affectu & stu-  
dio mancipari. Et iste cultus cordis, qui dicitur in  
terior, requirit tria secundum fidorum, li. 8. cty-  
inologiarum: scilicet fidem, spem, & charitatem,  
Quoniam etiam, ut dicit Augu. in enchiridio: Fi-  
de, spe, & charitate, Deum colimus. Et dicit Augu-  
stus, quod iste cultus consistit in cognitione Dei,  
& dilectione, & debita subiectione. Et super illud  
prima ad Corinthios 12. Alij per Spiritum datur  
fervor sapientiae, alijs sermo scientia. Dicit glo. de  
illo verbo, loquens Ioh secundum unam literam.  
28. Ecce pietas cum sapientia. ubi litera nostra ha-  
bet. Timor domini ipsa est sapientia, inquit. Et ha-  
betur Psal. no. Initium sapientiae timor Domini.  
De his etiam effettimis prolixum tangere, sed vi-  
deatur Augustinus in dictis locis.

Secundus cultus oris est quadam vocalis pro-  
fessio maiestatis diuinæ, quam fideles faciunt fre-  
quentier orando, laudando Deum, benedicendo,  
gratias agendo.

Sed tertius cultus, qui dicitur operis, est, cum  
aliquis operetur cognoscit, dicens: Tu solus Domi-  
nus. Et Dominum istum, quantum ad personas nos-  
tras, recognoscimus genitrix, & prostratione.  
Esaie 45. Mihi curuabit omne genti. Et  
Michæl 6. Curuabogenu Deo excelso.

Ettale sacrificium, quod fit opere, soli Deo de-

betur, ut dicit Aug. lib. 10. de ciuit. Dei. c. 19. & di-  
cit tex. in cap. sacrificium. de consecrat. distinct. 2.  
Quia sacrificium est sacrum signum sacrificij inui-  
sibilis.

Sex autem sunt species sacrificij spiritualis. Pri-  
num sacrificium dicitur cordis contriti. vnde  
Psalm. 50. Quoniam si voluisses sacrificium, de-  
dissem: utique holocaustus non delectaberis. Sa-  
crificium Deo spiritus contributatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Et Augu-  
stus vbi supra. Non vult sacrificium Deus truci-  
dat pecoris, sed cordis contriti.

Secundum est sacrificium cordis igne diuini a-  
moris, inflammati, de quo Ang. Deo suauissimum  
odorem adoleamus, cum in eius conspectu, pio san-  
ctoq; amore preces sumimus.

Tertium est sacrificium corporis propter Deum  
mortificati. ad Ro. 12. Obscurò vos per misericordiam  
Dei, ut exhibeatis corpora vestra.

Quartum est sacrificium corporis propter Deo, pro  
proprio sanguine cruentati. vnde Aug. Deo cruentas  
victrices damus, quando usque ad sanguinem pro  
eius veritate damus.

Quintum est sacrificium laudis. Psal. 49. Immo-  
la Deo sacrificium laudis. Clemen. prima, in prin-  
cip. de celebra. Missarum.

Sextum sacrificium est misericordia, quo pro-  
ximo subuenimus. ad Hebr. vlt. beneficentia & co-  
munione nolite obliuisci. Talibus enim hostijs  
proincurret Deus.

Sacrificium septimum est iustitia, id est, cuiuscunq;  
boni operis. Psal. 4. Sacrificate sacrificium  
iustitia.

Octauum sacrificium est voluntatis, de quo Lu-  
ca 2. Et in terra pax hominibus. Grego. Ante Dei  
oculos nunquam est in anis vacua munere, si arca  
cordis plena est bona voluntate. Nil quippe offer-  
tur Deo dignius voluntate bona. Et Ang. vbi sup-  
ra dicit: Sacrificium res diuina est, & opus misericordia  
quaे homini sit, si non propter Deum, non est sa-  
crificium. Etiam ad cultum operis pertinet thuri-  
ficatio, qua ostendit effectum nostrum integrum  
dirigendum esse in Deum.

Ecunda confidera. Iesus Christus filius Dei se-  
det ad dexteram patris. Et istud potest geserri  
ad humanam vel diuinam naturam. Si ad huma-  
nam, tunc dicendum est secundum Aug. li. de sym-  
bolo, quod est intelligendum, ut Deus pater hu-  
manitatem Christi ad dexteram suam collocauerit:  
quoniam Deus membra non haberet, ut possit dici  
eum habere dexteram, vel sinistram, sed est sermo  
metaphoricus. Quia sicut in dignitatibus huma-  
nis nullus apud Regem vel aliquem dominum  
dicitur præstantior & honoratior, quā qui ad dex-  
teram eius sedet: prout dixi infra in 5. parte, in 5.  
consideratione, incipiente: alijs modi. Sic etiam  
Deo

### T E R T I A P A R S

Deo esse gratior & sublimior dicitur, qui est ad de  
xeram virtutis Dei patris. Id est, illa humanitas  
est sic apud Deum exaltata, quantum est possibile  
aliquam creaturam exaltari, ita quod numquam  
alia sic exaltabitur. Quoniam, ut ait Psalmista Pt.  
8. Deus pater gloria & honore coronauit Deum  
filium suum, & constituit eum super opera manus  
suarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum  
lapidaverur, Acto. 7. Ecce video ccelos apertos, &  
Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Et etiam ipse  
Christus dicebat, Matth. 26. Amodo videbitis si-  
lum hominis sedentem a dextris virtutis Dei.

Sed si dexteram referatur ad diuinam naturam,  
nunc per dexteram intelligitur equalitas patris &  
filii. Ne quis enim crederet Dei filium, propter as-  
sumptam humanitatem, esse minorem patre secun-  
dum diuinitatem. Ideo filius dicitur sedere ad  
dexteram patris, id est, ad equalitatem patris. Ideo dicit  
Paul. ad Colos. 3. Quae sursum sunt, querire, ubi  
Christus est in dextera Dei sedens. Et ad Hebr. 1. di-  
cit. Qui, cum sit splendor gloriae, & figura substancie  
eius, portans omnia verbo virtutis sua, sedet  
ad dexteram maiestatis in excelsis, rato melior an-  
gelis effectus est, quanto differentius prae illis no-  
men hereditavit. Cui enim dixit aliquando ange-  
lorum: Filius meus es tu, &c. Et ibi, Et adorant eum  
omnes angeloi Dei.

Vel aliter, & quasi in idem, sedere a dextris Dei  
secundum diuinitatem, est esse aequaliter Deo, vt  
dictum est, sed sedere secundum humanitatem, est  
sicut potioribus bonis Dei praeceteris crearuris, id  
est, in maiori beatitudine. Et cum hoc, vt dictum  
est, habens iudicariam potestatem iudicandi vi-  
uos & mortuos. Ideo dicitur in symbolo: Inde ve-  
tarus est indicare viuos & mortuos. Quoniam iudicati-  
sunt sublimiora carceris esse debet. c. episco-  
pis. 95. dicit. dixi infra in 7. parre, in 24. confid. inci.  
generalis est, &c.

Et de dignitate & excellencia Christi ponit Paul.  
in Epistola vlt. supra alleg. ad Hebr. In ipsa autem  
ostendit Paulus dignitatem Christi, quia Deus est  
& homo. Diuinitatem dum ait: nouissime locu-  
tus est nobis in filio per quem fecit & secula. Qui  
cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius,  
portans omnia, id est, sustentans verbo virtutis  
sua, &c.

Excelleniam humanitatis eius demonstrat di-  
cens, quem feci haeredem vniuersorum, id est, do  
minum. purgationem peccatorum faciens, scilicet  
humanitatis generis per passionem suam, sedet ad  
dexteram maiestatis in excelsis scilicet regurgens,  
& ascendens, ad maiorem gradum gloriae, vt praedi-  
c. supra alleg. amplè declarat An. in tua Chronica, lib. 1. tit. 6. c. 5. §. 3. Et Christus nemini fuit sub-  
iectus 23. q. 3. in ptin. ut ait gl. in ver. omnis anima.  
in c. magnum. II. q. 1. sed habetur Luc. 2. Et erat sub-  
ditus illis. De huiusmodi gloria filij Dei & vni-  
geniti videatur Carolus Bouillus super Euangelium

Ioannis, in verb. Et vidimus gloriam eius. Ipse  
nim constitutus est ad dexteram patris in co-  
bus super omnem principatum & potestatem,  
tutem & dominationem, & omne nomen,  
nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam  
in futuro, &c. ut habetur per Pau. ad Ephe. 1.

Aduertendum tamē est ad illud, quod dicitur  
est his ante. Cum apud omnes nationes vita  
ma sit consuetudo, ut qui sedet siue incedat ad  
terram alicuius, obtinet locum priorem. Quoniam  
Antonius Nebrisensis in sua quinquagesima  
quaestione, seu annotatione 39. quid sibi v  
quod in Ps. 109. legitur. Dicit dominus do  
meo, sedecim a dextris meis. Nam cum Psalmus  
in sensu literali de Christo intelligatur, sicutque  
est patris ad filium, quid incongruentius dicte  
est, aut quid magis in decorum, quam quod  
us priorem occupat locum? Neque solum ibi  
mille alijs in locis scriptura sacra testatur, Chro-  
nista ad dexteram patris sedere: Qui, tamen, figura  
patri est aequalis, qua tamen filius, & qua  
mo est, cedere debuit patri primam sedem.  
vt dicit, iste locus a Theologis exponi solem  
xtris, id est, in bonis potioribus. sed eodem  
certe exposito nimis violenta, atque inale-  
rens. Quod si ad dexteram sedere honorifice  
est, cur in eodem Psalmo subiungitur: Dom  
a dextris tuis? aut quid sibi vult hac dexter-  
rum permutatio, quod & Augustinus subdub-  
uit?

Legimus præterea 3. Reg. c. 2. Berbace, cum  
nisset ad Salomonem filium super regno potius  
quod sedet Rex super thronum suum, & quod p  
situs est thronus matris Regis, & sedet ad dexteram  
illius. Illud quoque ex Psal. 44. Astigit regina a  
xtris suis in vestitu deaurato. Neque enim tan-  
crecentia filius debet matre, aut sponsa ipso  
vt si ad publicum magistratum peruenient  
tri aut sponsa in aliorum maximè conpe-  
res sedendi partes concedant. Iure igitur satis  
est, quod Quintus Fabius Maximus, consul, om-  
pater procul equo vehes illi obviam processus  
imperauit lictori, ut iuberet patrem exequi-  
dere, qui iussu paruit, filiumque collaudauit  
dignitatem imperij retinuisse. Et ideo, vt dicit  
Nebrisensis, cum hanc ordinis sedendi  
dignitatem secum sapienter reputaret, subiicit sibi  
dam suspicio alium suisque apud antiquos sententias  
ordinem quam qui sit nostris temporibus: ut  
delicet qui sedet ad sinistram efficit potior  
federet ad dexteram, id quod postea si multa  
argumentis sibi exploratum, quod sic comprobatur  
Principio, quod illi qui potentiores affectabat-  
sue armati, siue inermes, tum satellites, tum  
patores, tum laterones siue latrones suisque disci-  
puli emique apud authores dici aut tegeat la-  
tum, aut claudere latum, aut cingere latum. Horat. in  
sermonum.

CATALOGI GLORIAE MUNDI.

77

*Vt ne tegam spurco Damatatus.*

Iuuenialis.

*Dicitur hic serui claudit latus in genitorum.*

Ouidius quarto de Ponto.

*Dumq; lati sancti cingit tibi turbas enatus.*

Latus quoq; intactum sive nudum dicebatur illius, quem nemo comitaretur. Ambro. in sermone de obitu fratris sui. Quod si quando sine altero prodein nudum fuit, intactum latus putares. Seneca li.3. Epistolarum: Nudum erit latus incomitata laetitia. Is præterea, qui aliū comitabatur, dicitus erat inter exterior. Cui verò præstaretur comitatus, ire interior.

Horatius vbi supra.

*Necamen illi*

*Tucomes exterior si postuleti recuses.*

Et subdit verba quæ supra rectulimus. *Vt ne tegam spurco Damatatus. Haud ita tria me gesisti.*

Ouid. lib.5. Fastorum.

Et medius iuuenium ip̄fis. Ibat & interior si comes non erat, de senecto loquitur, cui debetur honos à iuuenibus.

Et videlicet Nebrisensis dicit, arqui restat probandum, quod exterioris dicitur, qui sit ad dextram alieuitus, & interior qui ad sinistram. Sennius Grammaticus enarrans illud Virg. ex 5. Aenidos. Radit ter leuum interior. exponit p. sinistrore. Citatq; Ciceronem dicentem: in quem omnia influs. & Salutifum in 2. historia. Introitus prima Aſſe Bithini. ac vbi Cicero intrus, & Salutis? introrsus pro sinistrore seu sinistro acceperunt. Horat. quoq; in 2. sermonum ait: Insteriore diem gyro trahit in eſſe etiā vbi interior pro sinistrore ponitur. Quod in eridies mundi pars sinistra est, quemadmodum dextra. Lucan. in 3. Phars.

*In meum yobis Arabes veniſiſ in orbem,*

*Ymbra mirari memores noīre ſinifras. id eſt, meridianas, etiam in aestate. Ouidius quoq; in secundum de Metamorphoseos.*

*Nec te dexteror tortum declinet ad anguem.*

Inter duos arctos in morem fluminis labi. Et a ram ad meridiem suam esse, nullus poētarum, sed neq; astrologorum ignorat. Colligit ergo Nebrisensis ex his quæ dicta sunt, cum qui sit alteriuscomes, claudere, aut cingere, aut tegere latus, atque eidem ire exteriorem, hoc eſt, ad dextram illius: cuius verò latus clauditur, cingitur, tegitur, ire interiorim, hoc eſt, ad sinistram, qui loc⁹ erat dignitate præstantior.

Et præterea non contemnenda quædam ratio sumpta ex eo, quod legimus Paulum Apostolum datum comitem ad dextram Petri, quod ab illo rum imaginib; disponendis pictores obſeruant, & in diplomatis pontificiū ſigillo munitis animaduertimus, vt Paulus semper sit Petro dexter: de quo in ſta dicam. Nunquid tamen tanquam in posteriori loco? abſit, vt Apostolorum principi alter quis præferatur. Nam quid ſibi vult gladius ille,

quem Paulus habet ſtrictum, niſi quod eſt Petri comes, ſtipator, atque ſatelles? Huius antiquitas ignarus Thomas, in illud Apostoli ad Galat. i. Qui ſuicit autem cum à mortuis, cum non haberet quid diceret, ad commentum illud cōſugit, quia praesens, inquit, vita ſignificatur per ſinistram. Futura verò per dexteram, inquam, iſta eſt cœlestis & spiritualis, illa verò temporalis. Ideo Petrus quia vocatus à Christo adhuc in carne mortali poſito, ponitur in bulla parte in ſinistra. Paulus verò quia vocatus à Christo iam glorificato, ponitur in dextera parte. Diximus amplè in ſtra iſta parte. in 31. cōſid. Reliquum eſt, vt ad quaſtione in Auguſtini de permutatione dexterarum reſpondeatur. Ille namque, vt eſt in reb. quæ ad noſtram religionem pertinent, nihil affirmantis Academiae imitator, videtur illa non penitus explicaffe, ſed vt dicit Nebris. ex his quæ ſuperiorib; dīcta ſunt respondendū eſt, Quod aut pater ſedet in throno maiestatis ſuę, & ita iubet filium ſibi à dextris, hoc eſt, in iecundo loco ſedere: aut præſtar ſe filio tanquam ſtipatorē, prorectoremq; & tunc reponit filium in primo, hoc eſt, in tutori loco, & ſic dīctum eſt. dominus à dextris tuis, vnde ſubdit: Cōfregit in die iræ ſue Reges. atque iterum in Pſal. 15. Prouidebam domino in conſpectu meo ſemper, quoniā à dextris eſt mihi ne commouear. Faciunt, quæ dixi in prima parte, in 25. concl. quæ incipit: licet vaſallus. & in nonagesima extra concl. incipien. arma etiam. 38. confid.

Tu dic vltra Nebris. coſcordando omnia prædicta, quod aut eſt quæſio de trib. eiusdem dignitatis. aut de quib; potest eſſe dubium: & tunc q; me diu eſt, in digniori loco eſt, & q; à dextris eo dignior qui à ſinistris. vt patet in dīctis conclusio. Quando verò eſt quæſio de duob; tantum, quorum un⁹ comitatur alterum, tunc qui eſt ad ſinistram dicitur eſſe primus & in priori loco, cū lat⁹ cingat, claudat, aut tegat, vt ſupra dīctum eſt. Intellige, ſ. post illum cuius cingitur, clauditur, aut tegitur lat⁹, quoniā ex illo datur prior locus exiſtenti ad latus & cingenti, ſeu claudenti & tegenti, & ita credo eſſe intelligenda dīcta Nebris. ex dīctis etiam ſupra in prima parte, vbi ponitur qui dicantur habere priorem locum & digniorē.

Vel melius dic, quod ſedere filium à dextris nihil aliud eſt, quam conregnari patri: ſicut ille qui conſideret regi ad dextram, affidet ei in regnando & iudicando ſecundum Aug. & Thomam in vltima par. q. 7. allegatos per lo. de Terra rubea, in tractatu ſuo, Vinea ecclſia, intitulato, ar. 2. pri- mi tract. in 4. conclu. quæ expositio mihi viderur verior & ſanior.

Tertia conſideratio erit de Spiritu sancto, cuius eſt una deitas, & conſentia cū patre & filio. Ideo quod ratione deitatis patr̄ non eſt maior filio, filius non eſt maior spiritu sancto, ſed ſunt aequalis. Et cū ſint tres personæ, ratione personæ ſe-

### TERTIA PARS

debit ad sinistrā patris, cō quia filius sedet ad dexteram. Nō per hoc, q̄ Spiritus sanctus sit minor, q̄a ut dixi, nulla est maioritas & minoritas inter patrem & filium, & spiritum sanctum. Sed vt secundū sēdes naturales, si essent tres aequales, qui vellēt sedere in uno loco, unus esset in medio, & alij duo ad latera, unus ad dexteram, alter ad sinistrā: Ideo etiā hoc modo dicemus in Trinitate, vbi sunt tres personae aequales, quod sedebunt hoc modo. Et unaquæq; persona in sua fede aequaliter operatur effectum deitatis, non q̄ unus sit melior alteri, sed aequalis: & procedit spiritus sanctus à patre & filio, e.i. de sum. tri. & fī. eath. habetur in c. de spiritu. & in c. salvator. de consé. di. 5. & in c. fī. de consé. di. 3. Et dicitur in Symbolo, Credo in unū Deum, q̄ in misericordia cātatur, ibi: Qui ex patre filioq; procedit, & in Ps. Quicunq; vult. Et p̄g multos effectus dicitur spiritus intelligētia, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, mobilis, dexter, incoquinas, certus, suavis, amans bonum actum, qui nullum vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnē habēs virtutem, omnia prop̄spiciens, vt per Bernar. de Bust. in 2. part. Rosarij, serm. 38. in litera X.

**Q**uarta confid. Sancta Dei genitrix virgo semper Maria est supra Apostolos, angelos & archangelos, vnde dicit gl. m. l. omnes dies in ver. Apostolica. C. de ferijs. Et canit mater Ecclesia, quod exaltata est super choros angelorum: q̄ probat Albertus: Omnes choi angelorum sunt de aliqua Hierarchia: sed ipsa exaltata est super choros angelorum, ergo ipsa est supra omnē Hierarchiam. Et facit, prout dicitur, quoniam beata virgo Maria plus distat à Seraphin dignitate, & gloria, quam Seraphin à Cherubin. Sed per excellētiam dignitatis ordinatur Seraphin super Cherubin uno ordine, ergo beata virgo Maria erit sup Seraphin uno ordine, ergo super Hierarchiā angelorū. Et est quia mater Dei, ideo thronus eius ponit debet iuxta thronum Dei, vt habetur 3. Reg. 2. c. Positus est thronus matris eius iuxta thronū Regis. Et à dextris Dei sedere debet, iuxta Psalm. 49. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Et quod sit supra Hierarchias omnium angelorum, & super choros, satis probatur per Bar. Sibylam. in suo speculo questionum peregrinarum: in c. 10. secundū decadis. ver. secunda quæstiuncula est. Et amplissimè comprobatur ex multis Ant. Flo. in sua summa. 4. parte. tit. 15. §. 15. vbi ponēdo duodecimum priuilegium illius, dicit Mariam ultra omnes creaturas mundi esse honorandam & priuilegiatam duodecim priuilegiis. Et ibi cum beato Aug. De te ō virgo Maria quid dicam pauperi in nō? Cum quicquid dixerim, minorans est, quā dignitas inereatur. Et quibus te laudibus esse tam nescio. Si eccliam appellem, altior es, & quā eccliam capere non poterant, tuo gemitio contulisti. Matrem gentium dicam, excedit. Si formam Dei appellem, digna existis. Si dominam ange-

lorum vocem, per omnia comprobaris, quia in mina angelorum es. ergo super omnes angelos altata.

Petrus Comestor compilator historiæ scholasticæ hios sequentes versus in laudem virginis cantanter comp̄positus: vt refert Ant. in tercia par. rum historiarum, tit. 18. c. 8.

*Si fieri posset quod arena puluis & vnde,  
Vndarum guttae, rosa gemmæ, lilia, flammæ,  
Aethera, alicole, mix, grando, sexus, ritter,  
Cum ventus penne volucrum, pecudum, genus, omne  
Siluarum rami, frondes, aurum quoq; penne,  
Gramina, ros, flella, pīces, angues, & ariste,  
E lapides, montes, conuallis, terra, dracones,  
Lingua cuncta forent, minime depromere possent,  
Quæ sit vel quanta est virgo regina Maria,  
Quæ tua sit pietas, nec litera, nec dabit etat.*

S ergo tot & tales viri laudem sufficien-  
tē condignam dicere nec referre possint, quod de-  
mittim⁹ paucissimi ingenii faciam? nihil a-  
nisi de his ad illos me remittam, maxime addam  
ipsius Ant. in d. 4. parte, lib. 10. c. 43. in sermo  
assumptione: vbi ponit quomodo habet o-  
proprietas omnium ordinum coelestium Hie-  
charum, & illas omnes excedit. Et post dicta Al-  
helmi de laudibus Mariæ dicam in seq. O sa-  
na mirabiliter singularis, & singulariter mu-  
lis, per quam elementa renouantur, angeli re-  
tegravantur, in serua enervantur, homines salu-  
tur. O sc̄mina, plena & semper plena gratia,  
eius plenitudinis exundantia respersa, resultans  
mis creatura. O virgo benedicta, per cuius be-  
titudinem benedicitur omnis creatura, & non  
lum creatura à creatore, sed etiam creator à tra-  
tura laudatur. O Maria dulcissima semperq; de-  
tissima, si omnis peccator ad te conuersus, &  
la-  
si despectus, ne cesset clyst terreat; si omnis pe-  
tor ad te conuersus & à te conspectus, im-  
post ut pereat. Et idem Agapetus de concep-  
tionali cap. 12. & 13. Nihil dominæ est aequale, nul-  
comparabile. Omne enim quod est, aut supra  
est, aut infra te est: quod supra te est, solus Deus  
quod infra te est, omne quod Deus non est. Ibi  
dicam cum Baptista Mantuano, li. 1. Parthenes  
cap. 2.

*Nulli adeo virinas animi solertia, nulli  
Tam felix aderit florentis gloria lingue,  
Vi Maria posset laudes aquare loquendo.  
Quæ data sunt illi, nunquam mortali bus ullis  
Antea concessit, nec posse concedet olympus:  
Et ideo etiam Dionys. videns Mariam, in  
O quam temorem virgo namq; haud tibi vnde  
Mortalis, nec lex hominum sonat, ô Dea, certi  
An Phabij oror, an nympharum sanguinem res,  
Sis felix, ne strisq; leues quemcumque laborem.*

Idecirco ego minimus adiutorum & scri-  
tum re Mariam omnium Christianorum ad-  
catam salutando, supplex dico,

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

78

Humane cum sis tutrix pia virgo cohorts,  
 Quam sterilis genuit nobilis Anna sinu.  
 Ad te nunc humili conseruo mente salutes,  
 Quas pius excelsus Gabriel arce tulit.  
 Te facilem concede precor, tu vota rogantis  
 Suscipe, nec fuiat despice virgo preces.  
 Tu dextrum mundi fatus, tu lumen honoris,  
 Per quam Iesse istipius umbra nitet.  
 Tu decoris speculum, nostra spes sola salutis,  
 Quadue flagranti pectori mors abef.  
 Tu regina poli, cunctis medela reatus,  
 Dicervis & celo ianua certa domus.  
 Quae fuerat vetito virgo castissima morsu,  
 Clausa prius iussu panditur illa tuo.  
 Non opus est tenui preconia ludere versu,  
 Protantis nostras laudibus ecce preces.  
 Fac quæso portus veniant ad vela secundos,  
 Nostra nec immensos fluctus amneratis.  
 Per dubios pelagi fluctus, per saxa, per hostes  
 Currimus, inferno porrige diuina manum.  
 Ade te conuersus flygia non cœca charybdis,  
 Antraque nec dura corrugat hoste timet.  
 Quid memorem inistro praecip illabere cordi,  
 Fulgeas eloquio linguaq; nostra graui.  
 Pelle procul mortis volitania tela finifre,  
 Nec meas oras descant criminis corda precor.  
 Far sanas habeamus, no cum corpore mentes,  
 Nec careat salubri debile peccatis ope.  
 Si corpus Lachesis cum strauerit enfe fruatur  
 Protinus affectu spiritus ipse tuo.  
 Protege que cecini, gressu sed ille citato  
 Pergat in extremum Zolus alter humum.  
 Te duce non tinnit rutilus nunc musa minaces  
 Nefra, sed expulso leta pauore canit.  
 Et cum Ecclesia Catholica de-  
 note dicam.  
 Tu spes certa miserorum. Vera mater orphanorum.  
 Tu leuisem oppressorum. Medicamen infirmorum.  
 Omnibus es omnia. Terogamus roto pari.  
 Laude digna singulari. Veerrantes in hoc mari  
 Non importus fulgurari. Tua si sit gratia. Amen.  
**Q**uinta confid. Post supradictas personas po-  
 nuntur angelii: quoniam ex quo dicit sanctus  
 Tho. in prima par. summæ. q. 66. ar. 3. Angelii sunt  
 in celo collocati, non solum ut aeternaliter con-  
 templantes, sed etiam ut generaliter praesidentes,  
 quia præsumt omni corporeæ naturæ, ideo in su-  
 premo loco debent collocari, post Christum ta-  
 men, qui præficit omnibus Principatibus, Potesta-  
 bus, & Virtutibus, & Dominationibus, ut habe-  
 tur per Paulum ad Ephes. i. ea. Quorum collectio  
 distinctæ & in triplicem Hierarchiam, & qualibet  
 Hierarchia in tres ordines, vnde Gre. in moralib.  
 Nouem sunt ordines angelorum, cum persaera eloquia Angelii, Archangeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorantur. Et supernotum eiusum quantæ sint distinctiones

ostenditur, de pœ. distinct. 2. c. princip. §. nouem.  
 In prima igitur & suprema Hierarchia ponuntur Seraphin ut supremi, deinde Cherubin, & Throni. In media ponuntur Dominationes, Principatus, & Potestates. Et in tertia Virtutes, Archangeli, & Angeli, secundum Gregorium. Et in huiusmodi ordine relucet mysterium Trinitatis. Nam ex unitate Hierarchie inuenitur unitas diuinæ essentia. In tripartito ordine ostenditur trinitas personarum, Et ipse quidem Deus trinitas, q; omnia operatur in singulis diuidens, prout vult. Amant Seraphin ut charitas. Nouit in Cherubin ut veritas. Sedet in Thronis, ut æquitas. Dominatur iuxta Dominationibus, ut maiestas. Regit in principatibus ut principium. Tuetur ut virtus, in virtutibus. Reuelat ueritas, in Archangelis. Assistit ut pietas in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas in Thronis refertur ad patrem, cognitione veritatis in Cherubin ad filium, ardor amoris in Seraphin ad Spiritum sanctum. In secunda Hierarchia maiestas Dominationis ad Patrem, rectitudine principali ad filium, filius in tuendopotestate ad Spiritum sanctum. In tertiâ operatio virtutum ad patrem, reuelatio ad filium, inspiratio in relatione ad Spiritum sanctum.

In quolibet etiam angelo reluet vestigium trinitatis. Nam in quolibet est tria necessaria indistinctè reperiri, secundum Dionys. scilicet, essentia, virtus seu potentia, & operatio: & tamen in uno sunt, & sic omnes Angeli benedicunt Dominum, trinitatem, & unitatem insinuantes, scilicet eorum conditionib. ita dicit Ant. Flor. in sua sum. 3. part. tit. 31. q. 6. §. i.

Et vi dicit Thomas 1. parte per rotum. & 2. dist. quest. 1. Hierarchia, est diuinus ordo secundum scientiam, & actionem in assimilatione Dei. & biplante ponit, quod in quolibet Hierarchia sunt tres ordines, & in quolibet ordine sunt multi angelii, & angelii unius ordinis non sunt æquales: & ibi etiam ponit, quod homines assumuntur ad omnes ordines angelorum. Angelus tamen inferioris ordinis non assumetur ad superiorem. Etiam dicit ibidem, quod minimus ordo angelorum est superior supremo naturæ Hierarchie, quod quomodo intelligatur, vide ne sint contraria ea quæ dicuntur, in quantum dicitur, quod in quolibet ordine assumuntur homines, ut infra etiam dicitur solum.

Et ut dicit Raymundus Sebnudius in suo Dialogo quarto. c. 42. omnino necesse est credere in maximo atque incomprehensibili numero angelos esse: in multitudine enim ministrorum dignitas principis, & in paucitate plebis, ignominia principis, imoq; millia millia ministrant ei, & deies millies centena millia assistunt ei. Itaque si in natura corpora sunt innumera species lapidum, herbarum, arborum, pisium, avium, quadrupedum, & innumeræ individua hominum, erunt

## T E R T I A P A R S

'etiam infinita species angelorum. At ne putem⁹  
hanc multitudinem consuam esse, ideo oportet sci-  
re, q̄ inter angelos est ordo pulcherrim⁹, discretis  
iucundis. Videin⁹ n. q̄ in reb. corporeis est ordo int-  
rabilis: sunt n. quædā superiora, quædā inferiora,  
& quædā his media. Elementata, & omnia inanima-  
ta sunt infima, vegetativa media, sensitiva supre-  
ma. Super hæc omnia est homo omnium sublimissi-  
mus. Habet tamē ē humana natura multiplicem  
statum secundū supeti⁹ & inferius. In hominib. n.  
sunt agricultoræ, mercatoræ, burgenses, nobiles, mi-  
litæ, barones, comites, duces, reges: & yn⁹ omniū  
imperator. In statu ecclesiastico sunt rectores, dia-  
coni, & archidiaconi, decani, prepositi, abbates, e-  
piscoli, archiepiscoli, patriarchæ, & sup oēs papa  
apostolicus. Si igitur tā decor⁹ ē ordo in his reb⁹ in  
feriorib., multo ampli⁹ in illis nobilis, altissimisq;  
spiritib. crit ordo mirabilis, artificiosus, iucundus.  
Sunt n. inter eos tres Hierarchia, id est, tres sacri  
principatus, & in qualibet Hierarchia sunt infimi,  
sunt medi, sunt supremi, & hac ordinatissima cui-  
uslibet Hierarchia multitudo ad unum tendit o-  
mnium supremam. In clementi⁹, vt videmus, ignis  
est dignior, in genere pīscium, Delphin, in auribus  
Aquila, in heſtis Leo, in hominibus Imperator:  
omniatendunt ad unum caput. Ita quoq; in ange-  
lis estimandum est.

**S**exta consideratio. Seraphin tanquam excellē  
stes sunt in primo loco, ac supremo ordine an-  
gelorum, & in prima Hierarchia & superiori, cum  
tres sunt Hierarchia celestes, quas distinguit Dio-  
nysius in sua Hierarchia lib. 9. in supremam, me-  
dianam & infimam: vt hic ante dictum est. Et dicitur  
Hierarchia à Hicron q̄ est sacrum, & archos prin-  
ceps, quasi sacer principatus. Et vt dictum est, sunt  
tres Hierarchia, in quarū qualibet sunt ordines,  
& sic in toto sunt nouem ordines angelorum seu  
spirituum beatorum chori. Et in supremam sunt Se-  
raphin, Cherubin, & Throni. In media sunt Domi-  
nationes, Virtutes, & Potestates. In infima sunt  
principatus, Archangeli & Angeli. Et de singulis  
videndo: incipiemus à Seraphin, tanquam superi-  
oriori & excellenti, cum tales excellunt in hoc, q̄  
est omnium supremum ipsi Deo vñiri. Quia no-  
men Seraphin non imponitur tantum à charita-  
te, sed à charitatibus excellēt, quoniam importat no-  
men ardoris, vel incendiij, vt inquit Dionysius, re-  
lati⁹ Barth. Anglici in suo lib. de proprietatibus  
rerum, li. 2. Pulchrè, inquit, prima celestis Hier-  
archiarum, excellentissimis excellēt, sanctificat,  
Ordinem habēt omnibus circa Deum immedi-  
tē collocatum.

Et isti nouem ordines, qui sunt in Ecclesia tri-  
umphantis, designantur per nouem lapides, de  
quibus in c. principiū. dep. oē. d. 2. Sic etiam in  
Ecclesia militante sunt nouem ordines, de quib⁹  
in c. cleros. 21. dist. Et sic Ecclesia duplex est ordo,  
vt dicit Luc. de Pen. in l. ordinem. C. de confitib⁹

& non spargendis, lib. 12. Et primus ordo Ecclesie  
triumphantis est Seraphin.

Dionysius enim exponit nomen Seraphin,  
cundum proprietates signis, in quo est excellens  
luditatis: In ipso enim igne tria sunt. Primo, quod  
sempit tendit sursum, & quod est continuus. pē  
q̄ significatur, q̄ ille ordo in declinabilitate mo-  
tur in Deū. Secundo, cī virtus actua est, quia cī  
cupiā quadam acuitate, & est maximē penitus  
in agendo, & pertinet itaq; ad minimam, ut  
quodam excedentē se uoce. Et per hoc signifi-  
cat actiones angelorum huius ordinis, quas in  
ditos potenter excent, eos in similem sermonem  
excitando, & totaliter eos per incendium purge-  
do. Tertio est in igne claritas, & hi angelis habet  
in se inextinguibilem lucem, etiam alios penitus  
illuminando. Vnde Gregorius, Seraphin vocat  
illaginina, quæ ex singulari propinquitate  
ditoris sui incorruptibili ardente amore.

Et hi nobis inituntur ad cordium nostrorum  
inflammationem, vt dicit Bernard. de Bushis:  
parte sui Rosarii, l. 10. in litera H. vt patet 4. l.  
2. c. In angelis, qui in currū igneo, equisignis  
paruerunt Elia, quem iransulerunt in celo:  
quam vnum de Seraphin. & Esa. 6. vbi dicitur:  
paruit & volauit ad me vnum de Seraphin, qui  
uotos & contemplatiuos incendunt & inflame-  
in seruore & amore diuinorum: vnde dicitur b  
bete sexalas, duas quibus volant, duas quib⁹  
gant superius, & duas quib⁹ se regunt inferius: n  
tum habentes igneum & rubrum, & in amore  
orum inflammatum.

Si tamen isti de superiori ordine mittuntur  
nos, & quomodo, vide Ant. Flor. in sum. in 3. pe-  
tit. 31. c. 6. §. 4.

Ad hunc ordinem transseruntur homines  
hoc mundo rapti ad diuinam, omnia exponen-  
propter amorem diuinum, cupientes omnia  
uos fieri in dilectione proximorum, & de  
colle tanquam de sua gaudentes. Quidam em-  
in igne charitatis ita conuersi, & in solo Deo  
ardet ita anhelantes, q̄ omnia huins in undique  
pter Deum ita contemnunt, qui ad hunc ordinem  
sumuntur, telle Greg. Qui supradē cōtempla-  
amore accensit in solo conditoris sui defidens  
honestatē, nihil in hoc mundo iam cupiunt, solo  
nitätis amore paciuntur, terrena quoq; ab-  
sūcta temporalia mēte cōscidunt, iuso trā-  
dunt, amāt & ardēt, atq; in ipso suo ardore ma-  
estūt: amādo ardēt, loquēdo accēdunt, & quod  
que verbo tangunt, ardere protinus in Dei  
re faciunt, qui intra Seraphin numerum formam  
sua vocationis accepérunt.

Et isti sunt maiores & excellentiores omnia  
lijs Dei propē diuinā secreta cognoscētes, q̄  
ipsi inflammati alijs reuelare gaudent. Cum &  
bus stabunt omnes personæ charitatis diuina  
flammatæ super omnes alios, quia maior horum

charitas 1.ad Cor.13. Quia,sicut lucerna ad ignem liqueficit,& cera fluit, si talia sunt intantū in Dei auro ardentes,quod statim,quando de Deo cogitant,quā magna opera eius,quā magna virtus, misericordia,& misericordia eius,statim fluunt in lacrymis,considerando eius bonitatem,& quanta eis contulit,& pro eis fecerit,delectabiliter sustinent omnes labores: qui in hoc ordine collocauntur,& solemnitate coronantur,Deo propinquiores inter ciues coelestes.

Ad hunc enim ordinem assumentur legis naturae prophetæ,legis Mosayæ, & apostoli, seu eremita, aut eis succedentes in lege gratia, qui vitam propriam cōtempserunt ex nimia charitate, propria latitudine propinquorum summi Pontifices, & supremi principes. Quoniā, vt dicit S. Tho,in lib. ad Regē Cyprī, veri Reges & principes supremum gradum tenent in beatitudine cœlesti, relatus per Ioh. Ludouicium Viual. in suo opere regali, in prolog. tractatione, de cognitione electorum.

Sed, ad declarationem sequentiū notandum est, quod quando creauit Deus cœlum, statim angelis repleuit, qui simul creati sunt angelii, & cœlum angelis repletum, imo omnia creati sunt simul, ait gl. in verbo, simul de summa tri. & s. catho, in prin. extra. Et ipsos angelos distinxit per tres hierarchias, & nouē choros suis ordinēs, secundum illud Ioh. 14. In domo patris meimulta mansiones, & in e. nouit. &c. in domo de pœ. dist. 4. Quoniā in quolibet ordine sunt sex mille, sexcentæ, & sexaginta sex mansiones. In qualibet mansione possunt esse tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouincias, tot ciuitates, tot dominus. Et in qualibet domo tot sedes seu loca, scilicet sexmille, sexcentra, & sexaginta sex. Et in qualibet sede, seu loco, de quo dicitur: Nomina vestra scripta sunt in cœlis, est anima. Et quando omnia illa loca tenebuntur, tunc (vt opinantur nonnulli doctores deuoti), hanc calculationem pie ponentes & credentes) adueniet extrellum iudicium. Et in quaum qualibet, constituit vnum principem, & in primo isto ordine Seraphin, constituit luciferum, & in quolibet alio posuit alium, tanquam capitaneum, ut infra dicetur. Qui quidem lucifer, suam pulchritudinem confidens, inde superbiuit, dicens: Ponam thronum meum in aquilone, & ero similis altissimo. Et suum intentum inferiorib. notum fecit, qui quanto plus ei consenserunt, magis peccauerunt: ita quod traxit secundum tertiam partem de quolibet ordine. Imò numerum nobis insinuum, seu infinitam multitudinem: contra quos debellauit Michael.

Etab hoc ordinem cecidit usque ad ultimum, & inferiorem inferni carcere cum suis complicibus. Lucifer princeps omnium predicatorum, secundum Magistrum sententiarum, lib. 2. qui eminentiam sue naturæ, & profunditatem sua sapi-

entia perpendens, in summum creatorem superbiuit, & vt Deus esse voluit. Non quidem per imitationem iustitiae, sed per æqualitatem personæ: & quantò deo factori suo contradicxit, & cæteris erat altior, & pulchrior, tanto factus est cæteris inferior, turpior & miserior, & descendit in profundum inferni, secundum illud Luc. 10. Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et istud rationabile fuit: cum, in quo quis peccat, in eo torqueri debet. gloss. fin. in cap. si quis. 94. dist. & maximè in illo, qui sedem sibi non conuenientem petit, & in supremo loco se ponere vult, qui sibi non debetur, in eo punitur, quod ponitur in remotiori. vt habetur l. 1. C. vt dignitatum ordo serueretur. lib. 12. facit tex. in c. præcipimus. 93. dist. & Bal. in confi. 237. in 1. vol. licet tex. in l. neminem. C. de offi. mag. offi. vt ratur maiori benignitate, vt supra dixi, in 1. par.

Et ideo, ex quo ipse fuit occasio peccati aliorum, ideo magis punitur, & in loco inferiori: cui loquitur Esa. 14. dicendo admirativè: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane orebaris? qui dixisti in corde tuo. In cœlum descendam, super altra cœli exaltabo solum meum, & similis ero altissimo: verunramen ad inferna derraheris in profundū lacus. Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient, scilicet qui te viderunt per consensum peccati ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi consenserunt.

Ad quem descendant superbi, inflati, nequissimi blasphematores dei sui creatoris, & omnes in statu supremo in hoc mundo existentes. vt sunt Reges, Imperatores, Papa, & alij superiores principatus, si contingat eos ad inferna descendere, erunt in dicto inferiori carcere cum Lucifer, & suis complicib. qui erant illius ordinis Seraphin. Et a lucifero coram deo accusabuntur, secundum quod scriptum est Ezech. 22. de quo Ber. de Bust. in 1. par. Ros. ser. 10. in 1. par. in litera L. De plurib. autem principibus dubitare possumus, de eorum saluatione, imò plus credendum, & præsumendum est, de corum damnatione, cum malè vixerint, & mala morte dies suos finirint, ne sint in hoc loco collocati: de aliquibus dicam infra in sexto ordine chorū angelorum, vbi ponam de luxuriosis: hic verò ponam de alijs, qui malè vixerunt, & pessima morte vitam suā finirunt: vt de Nemroth habetur, qui fuit oppressor, & tyrannus, & morte infelici consummatus est.

Pharao, rex Aegypti, ignorans deū, idololatra, & oppressor, decies contumax domino deo, & seruo suo Moyſi, in mari rubro submersus est cum exercitu suo. Exodi 14. & c. Nabuchodonosor 24. q. 4. De pluribus autem alijs, infra dicam in 5. par. in prin. Sed quoniam hic ante dictum est, quod Lucifer descendit ad infimum locum inferni, ex quo videtur, quod in hoc sit ordo, aduentum est, ꝑ in inferno est ordo triplex secundū aliquid,

## TER TIA PARS

& secundum aliquid, non est ordo in inferno. Est ergo ordo. Primo, diuinæ iustitiae, quia si dicit Pan. ad Rom. 13. ibi: Quæ à deo sunt ordinata. sicut peccatores in supplicijs ordinantur, vt nunquam sit dedecus culpe sine decore iustitiae. Vnde ira pulchre, & ordinatè stat peccator in inferno, sicut in annulo gemma, & latro in furea, sicut serp' in elocaca. Secundo, Ordo est culpe: quia illi qui fuerunt similes in culpam, sociabuntur in poena. vnde super illud Mat. 13. Alligate ea in fasciculos ad cōburrendum. dicit Grc. Fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui aeterno igni tradendi sunt pares paribus associare: & quos similiis culpa inquinat, par etiam poena constringat, iuxta tex. in l. si quemquam. in fin. C. de epi. & cle. Tertiò, est ibi Ordo poenæ: quia, non omnes aequaliter punientur. sed iuxta mensuram peccati, datur mensura supplicij. Deut. 35. Pro mensura peccati, erit plagatum modulus, & in c. pen. 11. q. 3. & in c. frater. 17. q. 4. & plenè in c. si qui episcopi. 1. Et haec dixi, vt intelligantur ea quæ hic dicuntur de locis in infernali bus, & de illis, qui in illis collocantur. Sed tamen nullus est ordo in inferno quo ad elementa, quo ad loca, & quo ad actiua, & passiua, vt declarat Ioannes de Sancto Geminiano in suis sermonibus sunebribus. distinctione quarta, sermone 7. in litera E.

**S**eptima cōfid. Chorus Cherubin dicitur octauus descendendo, & plenitudo scientia interpretatur: quia à quodam excessu scientiae imponit, qui supereminenter diuina secreta seu mysteria cognoscunt. Ethoc, vt ait Gre. quantum ad quatuor.

Primò, quantum ad perfectam dei visionem, qua etiam cetera cognoscunt. Ait enim Greg. quid est, quod non vident, qui videntem omnia vident?

Secundò, ad plenam diuini luminis suscepctionem, quo mediante vident diuinam essentiam. vnde Psalmi: In lumine tuo videbimus lumen. species enim gloriæ domini super Cherubin erat. Ezech. 10.

Tertiò, quantum ad hoc. Quod in ipso deo contemplantur pulchritudinem omnium rerum à Deo deriuatam, quoniam ipse Deus est causa omnium rerum productatum. vnde Gen. 2. Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Quartò, quantum ad hoc. Quod ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione rerum, & primæ causæ quæ Deus est, ipsam copiosè in alios effundunt. vnde ait Gre. Cherubin plenitudo scientia dicitur: & sublimiora illa agmina Cherubin vocata sunt, quanto perfectiori plena sunt scientia, tanto claritatem dei vicinius contemplantur. Et hi nobis mittuntur, ad scientiarum eruditionem, vt patet Apoc. 10. in angelo, qui habebat librum in manu. & Apoc. 8. In angelo, à cuius claritate terra illuminata est, id est homines sunt in doctrina eruditæ. & Apoc. 21. dicit Ioan. Sustulit me angelus

in spiritu, in montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem. & Adi. um. 10. Quomodo angelus illuminauit in Corn. Ceturionem. & Apoc. 1. habetur quod Deus per angelum suum reuelauit Apocalypsin. uo suo Iohanni. Et haec habentur per Ber. de Buß in ser. 11. in 2. par. sui Rosatij. in 2. par. illius feti tera H. Et hi illuminant sanctos ecclesias doctores tempore præterito illuminaverunt predicator & apostolos quibus dicebatur: Ante Reges, & pri fides ducenti propter me, & critis illis, & geribus in testimonium: sed data est eis sapientia, quod resistere non poterant spiritui, qui loquebatur in eis. Et omnes ista aſſumentur ad illuminem. Et etiam doctores iurium quia ad iustitia erudiunt, tanquam se dantes contemplationib; uinarum scientiarum, vt est scientia iurium, aucta habita. C. ne filii pro parte. l. leges sacraſſimæ C. de leg. Quæ pet ota principum diuinorum et promulgata. Eas scilicet scientias docendo, ascendo, tam in consulendo, quam in prædicando, habentes claritatem intellectus, ceteros illuminantes, vt est scientia iuris civilis, per quam mundus illuminatur. d. auth. habit. §. 1. De quib; etiam Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt splendor firmamentis, & qui ad iustitiam erudiri plurimos, quasi stellæ in perpetuas eternitas. Et euang. verbnm ait: Qui fecerit vnum de mandatis, minimus vocabitur: qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno celorum. His sunt, qui pro scientia acquirenda, omnia posuerunt, totaliter inferni illuminati, ad explicationem sacramentorum literarum vacauerunt, diu renuntiantes mundanis, & qui de diuitibus patres efficiuntur exiles, vitâ suam multis periles exponentes, à vilissimis personis, etiā pluri in iuriam patientes, soli Deo, eius doctrina, & pietate vacauerunt.

Ad hunc etiam ordinem, assumuntur Casiles, & Patriarchæ, eum in ecclesia militante, & ant secundum ordinem, videlicet primū pontificem: etum ordo Ecclesiæ militantis regi debeat, secundum ordinem Ecclesiæ triumphantis. Et etiam, quia tanquam proximiores sunt Pontifici in officio sacerdotali, eidem, tanquam fratres, coadiutores existunt. c. fundamēta. d. in 6. Ideo tanquam digniores, & maiores, ecclesia militanti, sic etiam in Ecclesia triumphi. ti. Et sic etiam, quia Reges alios superiores recognoscentes, hoc est, non existentes supremi in actu regnis, cum tales non sint superillustres, tantum illustres, & quiparantur Cardinalibus, & Patriarchis, vt dicit d. meus laſ. in l. 1. in 3. col. 1. offi. eius cui man. est iur. Ideo etiam erunt in hoc ordine, si bene agat, & fuerint tales, qui fuerint scientia, & doctrina diuina illuminati, prout fuit Salomon de quo Sap. 9. de quo tamen dubitatur, si damnatus aſſalutatus. De quo videatur lo-

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

80

Vi de Monte tegali, in suo opere regali, & infra dicam.

Ab hoc ordine cecidit, vsque ad octauum locum careeris in seculi quidam Damon nomine Satan, seu Satanas, qui aduersarius interpretatur: qui penitus humano generi aduersatur, nitens perducere ad ignorantiam peccati, ut perducatur in damnationem, vt habetur Zach. 3. Et Satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei: & cum eo terra pars illius ordinis Cherubim. Et cum his damnabuntur omnes haeretici: de quibus habetur in c. quidam haereticus. 24. q. 3. Et qui sequuntur opiniones illorum, & aliorum haereticorum: & alij literati, qui male sanctas scripturas interpretabuatur, diuersos introducentes errores, & omnes illis adhaerentes. Ac tempore nostro, dubitandum est, quod quidam Lutherus Alemanus, qui infinitos refutavit, & seminavit errores, & haereses, non fuerit causa damnationis plurimorum: Qui tanquam Antichristi erunt praecones, & predicatorum malorum doctrinam seminantes. Doctores etiam iuris, qui in alias opiniones contra ius, & aquitatem deducunt, & contra determinationem eccl. lxx contulerunt. Vnde dubitandum est de Dyno, qui ex quo contra Ecclesiam levem confunduit, fuit damnatus, ut vidam Eremita, viro sancto, fuit reuelatum, & resert G. Bene. in sua repe. c. Rayu. in verb. testam. infra nro. 6. de test. extra.

Cum his etiam collocabuntur Principes illustres damnati, vt sunt Reges non supremi, sed superiores recognoscentes, & existentes immediate post supremos à paritate loci eorum in mundo, & videtur istud in ordine coelesti.

**O**ctaua consid. Tertius ordo angelorum, seu beatorum spirituum, descendendo, & septimus ascendendo, est ordo thronorum, qui à thronis ordo dicitur à domo iudicij, eo quod Deus in eis sedet, & iudicia sua discernat, & cuncta subiecta per illos disponat: vt dicit Isido. & per cōuenientiam, dicitur ad sedes materiales, in quibus quantum considerantur. Primiò, Situs, qua sedes super terram eleuantur, & sic throni eleuantur vñq; ad hoc, quod in Deo immediata ratione rerum cognoscunt. Secundo, firmitas, quia in sedibus materialibus aliquis firmiter sedet, sed throni à contrario firmantur in Deo. Tertiò, suscepitibilis, quia sedes suscepit sedentem, & in ea deserri potest: sic throni suscipit Deum in seipsis, & cum quadammodo ad inferiores deferint. Quartò, capacitas, quia sedes ex una parte est aperta ad suscipiendum sedentem: sic throni per promptitudinem sunt aperti, ad suscipiendum Deum, & ad sibi famulandum. vnde ait Gre. Throni dei sunt hi, quantata deitatis gratia replentur, vñi eis sedeat Dominus, & per eos iudicia sua discernat. Throni enim nobis mitti dicuntur, ad iudicij informationem, habet enim informare Iudices, ut legem inrelinquant, vt dicitur Act. 8. Accepisti le-

gem in dispositione angelorum. Et ad Gal. 3. Lex ordinata fuit per angelum in manu mediatoris. Et dicit Bar. Ang. de prop. rerum, lib. 2. ver. Tertius ordo est, quod illi angeli, in quibus singulariter reluet certitudo iudicij diuini, Throni nuncupantur. Et ideo à beato Dio. sedes altæ, & altissime dicuntur. Alta, quia propter diuinam autoritatem, quasi ad iudicandum ordinantur. Altiores, quia secundum iustitiae regulam incitamur ad iudicandum. Altissime, quia immediatus altissimo Deo dispositione hierarchica collocantur. Sedes compactæ etiam dicuntur, quia aptæ, & conuenienter iunctæ quo ad iuncturam, & conuenientiam diuinorum iudiciorum. Conueniens enim est, & aptum, vt ex culpa poenam quis patiatut, & ex iustitia gloriam, ex qualitate operis qualitatem retributionis, quilibet sortiatur. Vnde conuenit, & aptè coheret poena culpa, & gloria iustitia, l. capitalium. g. famulos. & l. aut facta. g. f. ff. de poenis. Nam si culpa, & gloria, poena & iustitia conuenient, coaptaram sedem inuicem non haberent: compagno itaq; sedium, aquilas est iudiciorum.

Ad hunc enim ordinem assimilantur Archiepiscopi, & Episcopi tanquam iudicantes duodecimi trib. Israel, cum in partem solitudinis sint vox atque cum ex eo de aucto. & vñi pallij. c. deeret. 2. q. 6. Et omnes principes, qui obtinent secundā sedem post maiorem: vt sunt Duces, Comites, & Marchiones, qui solum habent regem recognoscendam superiorem, cum sunt tales in tertio gradu: & etiam primi magistratus, vt sunt Cancellarij, qui praefetti Praetorio simileiter dicuntur, & etiam Questores & omnes habentes primam cognitionem iudicandi, hoc est supremam. Quoniam tales equiparantur, & sunt etiam illustres, vt satis declarata amplè d. meus la. in l. i. col. 4. de officiis cui man. c. iuris. ff. Et generaliter, Omnes pastores Ecclesia habentes oves sibi commissas, qui bene eorum Ecclesiastas rexerunt. In secundo gradu post primum erunt colloendi in ordine, arguento similitudinis iam supradictæ.

Ab hoc ordine vñq; ad septimum inferni careerum, cecidit quidam principalis capitaneus dæmon, qui dicitur Belial seu Berith, qui interpretatur sine domino: Qui cum suis socijs tentat de ira, quia initit peruertere iustitiam iudicium, quod quantum modis corrumptitur, timore scilicet premio, odio, & amore. c. quatuor modis. 11. q. 2. Et etiam tentat iudices & ecclesiasticos Prelatos, qui non curant de subditis, populum non erudiunt, sicut catholicam pertire permitunt, suis pompis ex bonis ecclesiis gloriuntur, & incedunt. infinita & innumerabilia possident beneficia, & lanam granat ter accipiunt, in bonis deducunt dies suos, & in puncto ad inferna descendunt eum simoniaeis & schismatis, & ralibus exercitari, quos ad veritatem Ecclesiæ per suam negligentiam non reducunt, & cū eis patientur omnes tales Principes, & iudices superio-

### TERTIA PARS

superiores, de quibus hic ante dictum est, ad instar similitudinis iam saepta.

**N**ona confid. Media hierarchia continet tres Ordines, scilicet dominationū, potestatum, & principatum. Et primus ordo istorum, qui dicitur quartus habendo respectum ad hierachias, & sextus locus habendo respectum ad dictas sedes, dicitur Dominationum chorus, ad quos pertinet distingue ea quae agenda sunt, dicente Gregorio: Quodam angelorum agmina, pro eo, quod eis cetera ad obedientium subiecta sunt, Dominationes vocantur. Nomen enim dominationum tria significare dicit. Primo enim significat quandam libertatem, qua est a scrupuli conditione, sicut plebs subiectur, & a tyrannica oppressione, quam etiam interduum maiores patiuntur. Secundo, significat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem, qua ad nullum seruilem actum inclinatur, neq; ad statum aliquem, seu actum subiectorum, vel oppressorum a tyrannis. Tertio, significat dominationem appetitum, & participationem veridominij, quod est in Deo, sicut sunt domini curiae regalis. Et sicut dominationes imperant diuina ministeria, iis angelis. Zach. 2. vbi in angelus impetravit alteri dicendo: Curre, & loquere ad puerum istum.

Et secundum Isidorum, horum angelorum ministerium est, scrupuli timore deposito in Deum moueri, & absq; reflexione, ad commodum temporale, & incessanter familiariter, que singulari excellentia, inuisibiliter annunciationem, in subiectis ordinibus imperio solo formant. Etv dicit Greg. in bello spirituali, officium eorum est instruere, qualiter oportet homines prælationis officium exercere. Suggestum etiam prælatis, qualiter sine tyrannide, & subiectorum oppressione, debeant se habere. Et, vt dicit Ber. de Buit. in 2. parte sui rosarij. ser. 11. 2. parte litera H. Operantur ad sensum, sub dominationis subiugationum, unde Gen. 16. Angelus dicit Agar, vt ad dominam suam redire, & se ei humiliaret. Et sunt angeli istius ordinis immunes ab omni impressione, vt libere ad summum eleuentur, & nulli infra summum subiectantur. Vnde ita Deo subsunt, quod nulli inferiori subiectantur, & per vniuersalem excellentiam, supra omnem subiectiōnem eleuantur: ita tamen, quod per nullā violentiā, aut tyrannidem, ad oppressionem inferiorum inclinantur, unde dicit Dio. in sua hierarchia, quod secundum dissimilitudinem tyrannidem dominorum, exercent severitatem: habent in potestate, & cum seueritate, liberalitatem in benignitate: Et dum à dominationibus potestas exerceatur, liberalitas circa inferiores non tollitur. Per istam tamen liberalitatem, eorum potestas nullo modo minoratur, in modo Deo & confirmantes, regulam, & legem sue prædicatorum, quantum possibile est, imitantur, vt ait Bart. Angelici in d. lib. 2. de proprie. rerum.

Ad hunc ordinem, assumuntur alii inferiori Prælati ab Episcopo, qui nulli alii subiecti sunt quam supremo Principi, vt sunt Abbates excepti ab omni iurisdictione: Qui licet non sint mediati ad summum Pontificem, in ordinem men nulli alii superiori, quam supremo subiecti sunt. Et etiam à signili, in superiores Præcipes, vel Comites. Qui licet non sint immediati post premium Principem, tamen nulli alii Principi putata Duei aut Regi superiorum recognoscunt, praterquam supremo Principi, puta Imperator Regi, non recognoscunt superiorum, subiecti. Cum tales dominentur inerioribus, a iustitia administrando, & eos ab oppressione, violentijs, & tyrannide preservant. Et etiam qui non permitunt in se vita dominati, sed dominantit, ita, quod non permitunt turpe esse, sed omnia honesta regnare, in quib; sensibili modo ratione dominatur, sed econtraatio ipsa dominatur sensibilitati, qua quidam, refrenat in mortali corpore omnem appetitum inordinatum, quem rediret ad debitam gulam, penitentiam agentes, & corpus suorum redigentes. Et tales Præcipes superdicti, qui in omni iustitia & aequitate, vitam præsiderunt, neminem ludentes, nihil alieni usurpantes, vnicuique quod suum erat reddirent, plus affectati aequitati, iustitia, & Reipublica utilitati, quam proprio prosectui, qui subditos omni zelo iustitia, nutriuerunt, & defendenter non aliena rapientes, sed suis iuribus, & redditibus minime laerunt, zelo iustitiae seruentes.

Quibus etiam comparandi sunt omnes praedes parlatorum, & supremarum curiarum, qui licet non sint primi in ordine post Principe, nulli tamen alii subsunt in dominatione. Inter ribus dominabantur, cis autoritate supremi, ipsi iustitiam administrando.

Ab hoc ordine, cecidit usque ad sextum in carcere, quem inhabitat cū socijs suis quādāmon nomine Astaroth seu Veemoth, & ceteris interpretatur, & tenet at de multis, vt habeatur 41. Vbi dicit, quod non est super terram poterat que comparetur ci, qui saeptus est, nullum time omne subtile videt. Et ipse est Rex super viros filios superbiorum. Tentat etiam de accidia, & gritia, & de malitia eius, ponit lob. 40. & 41. cum talib; damnatur tales, in talis statu, ut existentes superbier, quorum ceteri, accidentia pigris, qui propter gritia permittunt in suo corpore humano diuersa vita, qui ita sunt deliciati, & pinguati, quod ex sua consuetudine ad vitia resistere, & obuiare nesciunt, aut nolunt, sed longo tempore inuoluti, & dormientes sicut eis in voluntario, iam ex consuetudine ducti, & pigeret a peccato cessare.

Et etiam prædicti Prælati inferiores, qui loco inferiores non bene getunt, sed per lasciviam, grīnam

gritiam, & negligentiam, eos viuere cōtra eorum regulas sinunt, & permitunt eis in peccatis consuetis remanere.

Et praecliti Principes temporales, qui populū suum, per suos officios opprimentes, ad iustitiam zelum non habentes, pauperib. subditis non compatiētes, iustitiae non vacantes, exactiōib. indebitis, & insolitis intendentēs, lubricis actibus intricati, venationibus dediti, de pauperibus subditis non curant: populi oppressoribus eis adulantibus oīmaino fauent, & placent. Et etiam praeſidentes in curijs sup̄temis, qui iustitiam non admīnistrant, & retardant.

Deinde demone, quos tentabit, ample ponit Bern. de Bustis in t. par. sui Ros. in sermo. 10. in litera P. vbi dicit, rentabit clericos, presbyteros, episcopos, archiepiscopos, Cardinales, & omnes sacerdotes, & plures alios, ut ibi dicit, quos vide & cogita tu.

**D**ecima confid. Quintus ordo in choro angelorum, dicitur Principatus, qui est octaua etatis, habendo respectum ad supradicta. Et hic ordo, secundum tantos, docet homines inferioris gradus exhibere reverentiam majoribus existentibus in statu altioris dignitatis: vt pura Regibus, Principibus & prælatis. De angelis istius ordinis, dicit Diony. Ad principatus pertinet vniuersalis ducaus & regumen ductuum, ad Dei similitudinem: quia si angeli habent ex officio, vt aliōs inferiores ordinatiter reducant ad Deum, & doceant ipsum reuerteri in seipso, & proximo, specialiter in Prelato: Qui, secundum Diony, ideo dicuntur principatus, quia habent aliōs reuertere, & redire ad primū, & principale principium, scilicet eum, quem ipsi, prout possibile est, imitantur, & quantum fas est, in praeſidēti officio principi affiulantur: & vt dicit Isid. lib. 7. Principatus sunt, qui angelorum agminibus præſunt, qui pro eo, quod subditos angelos ad explendū mysterium ordinant, & disponunt, principatus vocabulum accepérunt. Nam aliōs sunt qui administrant, aliōs qui assūtunt. Milia enim milium administrabant, & decies centena milia assūtebant, Dan. 7. Hæc dicit Bar. Angli. In loco hinc ante alle. Et quoniam, vt dicit Greg. Principari est inter reliquos esse prior: quia primus est in executione eorum, que imperantur. Illi enim qui alias ducunt, primi inter eos existentes Principes dicuntur, & vocantur luxa illud psal. Præuenient Præcipites coniuncti pſſentibus.

Quomodo autem capiatur Princeps, videatur gl. in ver. Regum, in elem. vnica. de baptismo. Et hæc iam angeli, qui bonis spiritibus principiantur dicuntur Principes, & ad loca determinata, vel negotia Regis depurantur, per modum legatorum, mittuntur ad ista inferiora ad Principium instrucentem, eruditioinem, protectionem, seu defensionem: vt habetur iōsue 9. Ego sum Princeps ex-

eritus. & Dan. 10. Vbi ponuntur tres Principes scilicet Persarum, Medorū, & Græcorū, quos omnes angelus domini instruxit: vt dicit Ber. de Bustis in fer. 11. iam supra alleg. Habent enim prædem vni regno, vni nationi, vni prouincia seu eorum communitati, maximè principali personæ illius communitatis, vt patet Dan. 10. vbi dicitur, quod Princeps Persarum scilicet angelus illius regni resistit angelo Danielis viginti duobus diebus, de quo infra dicam.

Ad hunc ordinem, assumuntur Prælati inferiores, vt sunt Abbates subditij Episcopis, & abbatib. exempti, qui suos religiosos instruunt, & docent, quomodo sit in regula, & fide Christiana, & catholica vniendum, & qua sint obseruanda. Et prælati inferiores seculares, vt sunt Decani, præpositi, & alij in ecclesijs collegiatis, qui docent, & instruunt inferiores in eorum modo viuendi. & secundum eorum regulas eis datas à superiore. Et Principes inferiores, vt sunt Comites, Marchiones, & alij habentes superiores & existentes administratores vniū prouinciæ ad illam instruendam, vt viuat secundum regulas & ordinationes supremi Principis, & causa defendendi ab oppressionib. inferiorū, & omnium aliorum subditorum: inter quos connumerandi sunt gubernatores prouinciarum, si bene rexerint populum eis commissum: timendum est ramen ne ille locus sit diu vacuus, & non repletus nisi alij ibi assumerentur. Sed assumuntur etiam Doctores, Prædicatores, Confessores, & alij sacerdotes in dignitate constituti, habentes administrationem, & gubernationem, vt habetur Malachite c. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Et etiam viri deuoti, & charitate secundi, de bonis alterius gaudētes, qui obseruauerint illud præceptum: Diliges dominū Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum: eis iustitiam administrando, ex mandato Principis supremi, cui sub sunt. Ex quo consiliarij Parliamentorū, existentes in pari loco, & dignitate eum talib. & supradictis Principibus, quib. comparantur, vt dicam infra in 5. par. ad hunc ordinem assūmuntur, & in ordine collocebuntur, si maiores nō habuerint metita.

Ab hoc ordine, vsq; ad quintum inferni carcerem, cedidit quidam principalis dæmon nomine Leniathan, cum omnib. suis complicib. Qui omnes tentant, tā de superbia, ira, quām auaritia, cum quib. collocabuntur omnes Prælati inferiores, qui ob eorum superbiam, male tractant suos subditos, & inferiores, eis à superiore cōmissos, Principes suos subditos non custodiunt, instruunt, nec defendentes, nisi ad eos excoriandū, & opprimendum, qui tales sunt similes Cete in mari, quæ aleca defendit ab alijs pīscib. sed per se ea deuorat: quibus minatur dominus Esa. 27. In die illa visitabit dominus in gladio suo, & grandi & forti super Leui-

### T E R T I A P A R S

than, serpente m vete, em, super Leuiathā, serpente tuo sum, & oc ider Cetum qui in mari est, & præseitum, vbi domini, & Principes, subditos in personam offendunt, quos rationabiliter verbere non possunt, secundum Bartolum in l. cum satis. C. de agricolis & censitis. lib. ii. Necalias opprimi, aut bonis damnificari, vel iniuriari, pertex. in l. cum satis. q. caueat, & ibi lo. de Plat. C. codem. vta Catilina in secunda responione cōtra Cic. Nec vlla potest illustribus viris, in abiectis hominib. vltro laudem afferre.

O Deus omnipotens, quid hodie dicendum est in Principib. huius seculi, de quib. omisi dicere in 4. confederatione, cum ibi tantū collocantur supremi Principes, & in illo carcere inferni vltimo iuxta Luciferum collocantur? Nonne reperiuntur, qui potestate abutuntur, in subdiros, eos opprimendo, quos defendere debent? Nōne sunt effeminati, qui filias & vxores subditorum violent? vt olim fuit quidam Rex Francie nominatus Childericus, quem Zach. summus Pontifex suo regno priuauit. de quo in c. alius. 15. q. 6. iuncta gl. ibi in ver. inutilis.

Refert etiam Gaguinus, li. i. historiarum, Chilericum, ob illam r. e. m. regno suis pulsum.

Aduertendū est, quod etiam Deus ob punitiōnem peccatorū subditorum, dat populis Regem effeminatum, vt habetur Esa. 3. Et dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabitur. Et Iob 36. Morietur in tempore eorū, & vita eorum inter effeminatos. De hoc vito dicam alibi, cum hic tantum sit questio de Principibus depravatisbus suis subditos, & abundant tabernacula prædonū, dicit Iob 12. & Esa. 3. Vos enim depasti celsis vineam meā, & rapina pauperis in domo vestra. & tales deprendabuntur in inferno. luxta illud propheta Esa. 33. Vx. qui deprendaris, quoniam tu ipse deprendaberis, & Psalmita: Et qui deuorāt escam meam, sicut panis, &c. Quoniam etiam

*Non habet euentus forida præda bonos.*

Nec immerito, cum inter cætera, que clamāt ad Deum, est vox subditorū oppressorum: iuxta illud Jacob. 3. & quod vulgariter, & cōmuniter dicitur:

*Clamitas ad calum vox fanguinis, & oppressorum.*

Tales enim populi oppressores sunt causa, propter quam bella fiunt. secundum tex. & glo. in d. c. ad apostolica. de re iu. li. 6. Ut qui iustitia, propter potētiam, reprimi non possunt, bello clade cum sonitu in hoc seculo pereant. Cum de talib. concludatur Iob 27. Hec est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint, filii eius in gladio erunt, & nepotes eius non saturabunt pane: qui reliqui fuerint ex eo, scelipientur in interit, & viduae illius non plorabunt. Et etiam in habetur ampli? Esa. 13. Et tales in inferno collocabuntur in hoc carcere, iuxta illud Apostoli. i. ad Cor. 6. Neq; auari neq; rapaces, regnū Dei possi-

debunt: ino iudicium durissimum his, qui proficiet, & potentes potenter tormenta sustineantur. Sapiē. 6. & P̄sal. 7. concluditur: incurrit dolor eius in caput eius, & in vertice ipsius iniquitas eius descendet. Prout ab Anfuit Carolo Caluo Fran corū Regi diuinitus stratum. De quo Gagrinus lib. 5. c. 1. prout etiam Benedicti, in sua rep. c. Raynutius. invt. condidit. i. in fi. de testamen. extra.

Vnde decinia confid. Ordo sextus chor. Angl. rum dicitur Potestatum, & est nona feda bendo respectum ad supradicta. Et dicuntur restares secundum Isidorum, quia eis virtutes uerae sunt subiectæ, & idco potestatum nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum posse state coercentur.

Ad rationem enim gubernationis, pertinentem dinare, qualiter ea, quae præcepta, vel diffimili sunt, impleri possint, vt alij exequatur: & hoc pertinet ad potestates. Nomen enim potestatis quedam ordinationem designat, secundum post. ad Roma. 13. Qui potestati resistit, De natione resistit. Et idco Dion. dicit, quod nona potestatum, quandam ordinationem significat, circa susceptionem diuinorum, & circa adiutoria diuinis, quas superiores in inferiores agunt, & sursum ducento. Ad ordinem ergo potestatum pertinet, quomodo à subditis sunt agenda. Eiusrum officium est, secundū Greg. Illos, qui in beatitudine spirituali defudant confortare, & per hos arcem malis spiritus, & ne violētiam inferant. Et, vbi victoria obtineant, eos ab aduersariis defensent, sicut per potestates terrenas, malefactores avertunt, ne violētia in aut vim bonis inferant, ut Gre. Potestates vocantur hi, qui hoc potius cateris præcepunt, vt eorū ditioni potestas uerae subiectæ sint. Erunt tunc nobis ad diuinum, & tentationū repressionem, vt patet Eu. Angelus domini interposuit se inter Aegyptum, persequentes filios Israel, & ipsum exercitū & cuterit Thobia. s. dicitur. Quia Raphael uit dæmonem in deserto superiori, ne noce Thobia. Quæ autem dicit de his potestariis. Anglia in suo lib. 2. de proprietatib. post Diu. um, vide cundem.

Ad hunc ordinem sextum, in ordine angelorum & nonnum, in ordine supradicto, post hanc etiam sumuntur homines, in hac mortali vita res in omnī castitate vitæ: qui aliquando à arcib. à dæmoni obcessis dæmones expellunt, purgant, suis sanctis orationib. & alijs sanctis perib. à mentib. hominum, dæmones arcem inimes suo bono exempli quasi vivere cōpellunt. Assimuntur Sancti, & sanctæ Virgines, & alii, & in castitate viuentes, in omni morum honestate, & sanctimonia vitæ: quoniam virginitas & Cœlum. c. nuptiæ. in prin. 32. q. 1.

Ab hoc ordine cedidit quidam dæmon voo

tus Beelphegor, qui alio nomine vocatur Priapus, qui est Deus hortorum, qui cum suis complicibus tenetur in carcere inferni. Et est capitancus omnium dæmonum, qui tentat de luxuria, cum quibus patientur in illo carcere inferni luxuriosi, & omnes lubrici, ut pura corrupta virgines, adulteri, ut habentur i.ad Corin. 6. Adulteri regnum Dei non possidebunt. & Apocalyp. 21. Erit pars eorum in stagno sulphure, & igne vincti. & Osca. 7. Omnes adulterantes, quasi elibanus succensus. Pessimum estenim vitium, alterius vxorem adulterari, secundum Ang. per illum rex. in §.2. in auth. de mona. Imo abominabile est in muliere, seu foemina plus quam in viro: quia major castitas, etiam secundum mores hominum, exigitur a foeminis, l. palam. §. qui in adulterio. vbi gloss. ff. de ri. nu. pc. C. de Orsi. & sat. no. Deut. 32. ut per plura comprimat G. Benc. in sua rep. c. Ray. in ver. cuidam Petro tradidunt. nu. 53. de testa extra. & ibidem. nu. 68. Quod quoniam omnis libidinis amor turpis sit, nunquam tamen deterior, quam in honorato, quia, quanto nobilior, tanto noctibilior, secundum Alb. Mag. Licet enim in ferio, & clana, eadem libido vertetur: dignitas tamen persona habet libidinis aggrauatus dehinc. c. cum quadam, de iure. l. presbyteri. C. de ep. & cle. illustribus enim ut dicit, castitatis obsecratio, præcipuum debitum, & ob uitium luxurias, plures Principes fuerunt a regno remori.

Schem, Princeps magnus, quia opprescit virginem Dynam, a filiis Iacob cum esset in dolore circumcisionis, interfecitus est, Genesis 34.

Rex Salomon, dominii amantis simus, plenus sa-  
piencia, diuitijs, & potentia, super omnes Reges, in  
seuenete deprauatorum, mulieres ad. sicut alienigenas, & recessi cor a domino propter mulieres, & sicut est Deus alienos, & factus est Idololatra, mulierum talium amore. Habuit, n. 70. sicut Reginas, & trecentas concubinas: & ideo suscitavit sibi Deus aduersarios Adad Idnuuam, & Ierobeam suum seruum, qui affligerunt cum vehementer, & in seuenete sua mulieribus deprauatorum, mortuus: & sic scriptura de eo male sentit 3. Reg. 18. & 32. q. 4. c. Salomon. de poen. d. ea. 2. c. si enim. versi. Salomon.

D Vodecima confi. Post illos sex ordines chorii angelorum, contentos in duabus primis hierarchiis, est tercia hierarchia. Que dicitur Epiphonia, tres continent ordines inferiores, scilicet virtutes, archangeli, & angelos. Ethæc inferior hierarchia sic describitur: Inferior hierarchia, est divinum participium, naturæ legibus occurrens, secretæ, & celans, pro capacitatem discreta. Naturæ legibus occurrens: hoc pertinet ad virtutes, quæ potestate habent faciendo miracula, & curandi morbos, & languores. Secreta reuelans: hoc pertinet ad archangeli, & angelos. Pro capacitatem discreta: hoc pertinet, & refertur, ad archangelos doctrinam, & angelorum: quia maiores, ut archan-

geli, maiora, minores, ut angeli, minora reuelant. per archangeli enim reuelantur prophetiarum maiora secreta, ut illud, Ecce virgo conceperit, & pariet filium, &c. Per angelos autem minora. Ut illud David: Episcopatum eius accipiet alter.

D Ecimateria confid. Septimus ordo angelorum, qui est decimus in ordine nostro supra positio, dicitur Virtutum. Virtutes enim, sunt angelorum agmina, ministeria, habentia ad virtutes, & miracula facienda, ut habetur amplè per Barth. Anglici, in secundo lib. de proprietate rerum. v. 7. est ordo. Et sicut ad rationem pertinet, præberet facultatem adimplendi, sicut praesidentes, balli, & elij potestates dant mandata adimplendi legum præcepta. Quod ad virtutes pertinet, secundum quod virtus importat quandam excessum fortitudinis: & sic dicit Dionyfius, quod nomen virtutum, significat quandam virilem, & inconcupissam fortitudinem, ad omnes operationes diuinas ei conuenientes, & ad suscipiendum diuinam, ita quod significat, quod sine calvo timore aggrediuntur omnia, quae ad eos pertinent, quod videtur ad animi fortitudinem pertinere. Illi enim sunt iustitiarum in domo Regis, quorum est ardua operari. Vnde dicit Greg. Virtutes vocantur eriam illi spiritus, per signa & miracula, que frequenter sunt, & nobis mittuntur ad miraculorum cooperationem: ut pater Thob. 11. vbi dicitur quod Angelus Raphael Thobiām seniorem illuminauit, cuius filium à pisces deglutione eripuit. Similitet & Danielem in lacu profundo, inter leones rapidos, ab eis liberavit, & viuum prescrivavit, ut habeatur Danielis 6. Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerint mihi, quia coram ipso iustitia inuenta est in me. Ex quibus dicendum est, quod omnes iustitiarum inferiores, mandata iustitiae adimplentes, & iustitiam administrantes, in quibus iustitia inuenta erit, in hoc ordine assumetur.

Et, ut dicit Gre. Homines hic viuentes virtuosi, omnibus virtutib. præpollentes, ita, quod tantum à Deo illuminatio, quod ex corum sanctitate vita, faciunt miracula, suis precibus Deo fuisis, & operibus virtuosis adhibitis, in hoc ordine collocabuntur, sicut fuerunt multi sancti, qui miraculis clauerunt.

Ab hoc ordine cecidit quidam dæmon nomine Beelzebub, qui interpretatur Princeps muscarum: quia illi, idolo sacrificatur de sanguine, aspergendo sanguinem supra ipsum, idcirco muscae adhaerent sibi: quod idolum, primus adinuenit Ninus rex Ninive, in honorem patris sui, qui Belus dicebatur. Qui quidem, cum suis collegis, tentant de inuidia: & ideo omnes inuidi de bono alieni, erunt in tertio carcere inferni cum ipsis, & etiam iustitiarum, non cum virilate, & fortitudine, iustitiam administrantes, & indeuoti Doctores, & Confessores, seu prædicatores, aut quicunq;

## TERTIA PARS

alij inferiorites sua officia non viriliter exercentes. Er, vt dicit Bernardinus de Bustis in prima parte Rosarij sermone decimo, in litera O. Tentabir etiam haereticos, incitatores, diuinatores, maleficos, & sortilegos, qui cum eo collocabuntur, vt ibi amplè.

**D**ecimaquarta confide. Octauus ordo Angelorum, qui est vndeclimus in ordine nostro supraposito, dicitur ordo Archangelorum: qui secundum lisd. summi nuntij, vel Principes nuntiorum interpretantur, & primatum tenent inter Angelos. Cum dicirur ab archos, quod est Princeps, & angelus, quasi angelorum Princeps. Sunt enim Dukes, & Principes, sub quorum ordine vni cuique Angelorum officia deputata sunt. Nam Archangeli Angelis prasunt, ut patet in Zacharia, vbi Angelus maior dicit minori: Vade, & doce puerum istum.

Horum enim officium est, maiora Dei secreta, nobis hic inferius nuntiare, sicut Gabriel nuntiavit Beatae Mariæ virginis, incarnationem filii Dei. Et etiam mittuntur, ad eruditio[n]em rectorum, ut Gabriel, qui etiam missus fuit ad Zachariam Pontificem, & ipsi plu[m] docuit, quod esset pater Iohannis Baptista, ut canit ecclesia:

Nuntius celo[rum] veniens Olympo,  
Te par imazum fore nasciturum  
Nomen, & vite seriem gerendæ  
Ordine promit.

Et Raphael etiam, tanquam medicina Dei, ad Thobiam missus fuit, qui eius oculis curatione adhibuit, & excitare abstulit, & deterxit, ut refert I[ustus] lib. 8. Et secundum Dionysium, officium archangelorum est etiam prophetias reuelare, demones hominibus dominantes arcere, ne vlerius plus laedant. Archangeli etiam angelis superpositi, eis sunt digniores, & annunciarione sunt priores ceteris, quia sunt perfectiores, ut pulchre declarat Barth. Anglici in loco hinc ante alle. Errales dicuntur deputati ad regimen, seu custodiā vniuersitatis multitudinis, ut puta, vniuersi familia domus, vniuersi prosapia seu proles, vniuersi villa, seu parochia, cum tam angelis singulari personarum de illa multitudine. Nam misericors Deus, humana[rum] fragilitatem cognoscens esse inexpertos, & ineptos ad bellandum, & resistendum da moni infernali, de quo veritas diuina in euang. dicit, quod non est potestas sub celo, quæ comparetur illi, quem alibi vocat Principem huius mundi, dicens: Venit enim Princeps mundi huius scilicet diabolus, & in me non habet quicquam: ne à tanto & tam forte Principe, qui est leorugiens, querens quem deuoret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnicuique hominum, vnum angelum magistrum, directorem, & conseruatorem, scientem omnia necessaria pro humana salute. Et de primo qui datur omnibus de primo ordine, dicam in consiuenti.

Sed quia etiam habent dignitatem, datus us angelus de maiori ordine, secundum dignitatem illius, cui datur. Ideo in hoc tantum stendo, dico, quod archangeli dantur cōtati, familia, domui, profapix, aut Principi, seu bernatori. vrde Eliseo 3. Reg. 4. c. Qui angelorum multitudinem habuit ad sui defensionē. Habet enim ut singularis persona, vnum, & ut propheta alium, & secundū suas dignitates, alios. Et ut Bernardus in quodam suo sermone. Beata Maria, plurimas angelorum legiones habuit, sui protectionem, & custodiā, & qui ei, tāq[ue] domina, deservirent, ut ei conuenirent, quod betur Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit, ut custodirent te in omniibus vijs tuis.

Singulis enim regnis, & praesidentib[us]. seu principatibus supremis, prasunt angeli de superiori ordine inferioris hierarchia, ad custodiam illorum. Et isti sunt principaliter custodes, & regnorum. Et ideo aliquando accipiunt pro Regib[us] & regnis, quibus prasunt, cōtatione, abiliter procurant bonum gentium sub missarum ex earum meritis. Nam, quilibet filius offert Deo merita sua gentis cui praefit, propter quod videntur tales angeli subiungi quodq[ue] contrariari, & resistere, quoties duorum quib[us] prasunt, diuersi angeloi sunt in contradictione. Et hoc est, quod dicitur Danielis decimor[um] Danieli dicitur Gabriel: Princeps, id est angel regis. Per se resisti mihi viginti, & uno diebus. Et permanenter illi angeloi in tali resistentia, non quod ter ipso sit contrarietas voluntatum simpliciter quia futura ignorant, donec sciant determinationem diuinae voluntatis de futura iustitia, vel rarius gentis, subiectione. Sed quam primum sed in primis voluntatem, per reuelationem, velet etus positionem, tunc concorditer approbat, uinam tentantiam, cum voluntates corum immo per sim conformes diuinae voluntati, ut dicitur beatus Tho. in 1. par. q. 13. art. 8. & idem Thomas in 2. sent. d. 11. & Nicolaus de Lyra Apo. 10. in verb. angelus. & in verb. audiui angelum. & ibidem 16. c. & clarissimi Dani. 10. & Geg. lib. 4. mor. 31. & 17. c. 7.

Erhuius regni, & Regis Franciae custodia, & protectione, attribuitur Michaeli archangelo, quem Princeps suū synagogæ. Sed nunc constituta Deo in Principem Ecclesie, cuius supercessione seculi Principes, brachium dextrum, & propria sunt, vsq[ue] nunc, & ad hunc regem Francicum ius nominis primum, Christianissimum tunc etus Rex noster Francia, ut dicam infra in capitulo 31. consideratione, vbi ponam quomodo leges Franciae semper profuerunt in Ecclesia: atque pro ecclesia fecerunt, quæ alij principes Christiani non fecerunt. Ideo datus est Michaeli pro custodia sua, & sui regni. Non ergo in mento & sine causa, regnum Franciae usq[ue] ad hanc tempore florat.

merit. & augmentatum fuit, tanquam ab ipso  
mei Deo institutum, protectum & custoditum  
rue ad hæc tempora, vt satis declarat G. Benedi-  
ctus in sua repetitione c. Rayn. in verbo, duas habēt  
filias de teatamentis, extra.

Nam, ut ait Gregorius, quoties mira virtus  
aliud agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipso  
a Deo & nomine datur intelligi, quod nullus sacre  
potest, quod facere praualeat Deus. Idcirco eidem  
Michael plura, quæ sunt mira virtutis attribuuntur,  
vt de pugna ei data cum dracone, de qua Apo-  
calypsis 12. ob quod inter sanctorum acies angelico-  
rum Christi signifer habetur, & parady si prepositus  
nominatur. Ita quod quoties de ipso fit festū,  
dōnumbus angelis etiam solennizatur.

Insignia huius Regis & regni Franciæ prote-  
cta post primam Michaelis in terra Ecclesiæ  
Romæ in monte Gargano Apuliæ miraculo-  
ram apparitionem, in suæ honoris templi dedi-  
cati nem, facta fuit apparitione secunda in regno  
Franciæ, in loco qui Tumba dicitur, iuxta mare  
lemonibus ab urbe Abricensi, circa an. Domini  
707. vbi Michael episcopo predicta ciuitatis ap-  
paruit, ubens, vt in prædicto loco Ecclesiæ con-  
fluenter, & sicut sit in terra Ecclesiæ, scilicet, in mō-  
te Gargano: ita & ibi in fini memoriam celebra-  
ret, qui locum incolere, regnumq; tutum serua-  
ret auferuerat. De quo meminit Gasvius, lib.3. c.4.  
Eodem, inquit, propè tempore Aubertus Abri-  
ensis Pontifex, in colle altissimo sancti Michælis  
locu[m] omnibus exadmodum, cum ageretur annus  
filius 709. Quæ omnia prudenter considerans  
Ludouicus undecimus pater Caroli. 8. Rex Fran-  
cœ, in honorem Michaelis archangeli protec-  
toris, Ordinem militarem sancti Michaelis di-  
cam, cum sit Princeps & Prepositus coelestium mi-  
litia: quia pugnauit cum dracone, & data est ei ta-  
lis potestas, iniituit perpermo, & fundauit certo  
milium numero, quorum Rex primus est de-  
creto & determinato, de quibus infra dicturus  
sum.

De quo Michaeli dicere potuerunt Reges Chri-  
stiani simili, quod habetur Danielis i o. cap. Ecce  
Michaelius de Principibus primus venit in ad-  
iutorium meū, & e.c. in si. Nemo est iudiciorum me-  
us in omnibus his, nisi Michael Princeps vester.  
Et ad hunc ordinem assūmuntur omnes eleemosynari  
& sobrii, qui sua bona eleemosynis eroga-  
uerunt, qui pauperibus subuenierunt, agrotis pere-  
grinis & indigentibus hospitalia visitauerunt, Ec-  
clesiasce parauerunt de suis bonis, & pro defunctis  
orauerunt, & orare fecerint.

Assūmuntur etiam dominum temporales, habē-  
tes custodiam finiorum subiectorum, & inferiores  
curas, & viri Ecclesiastici habentes custodiū a-  
zmarum, & eis annuntiantes verba Dei, decem  
præcepta Legis, & Euangelia, & Prædicationes,  
quæ sunt nuncijs Dei & verborum ipsius.

Ab hoc ordine cecidit ille Dæmon, qui Asmo-  
dius alio nomine Belsephon dicitur, qui secundum  
cacerem inferni cum omnibus sibi adhaerentib;  
tenerit: eum quibus ipse tentat de Gula, ita q; gulosi,  
tabernarij, & ebriosi, & sic de similibus erunt de  
isto secundo carcere inferni. Similiter & carnium  
voraces, qui inane surgunt ad ebrietatem, & sunt  
potentes ad bibendum, de quibus habetut Esa. 5.  
Væ, qui consurgitis manc ad ebrietatem, & tan-  
dem usque ad vesperum, vt vino æstuctis, quoni-  
am, vt plurimum talis ebrietas est peccatum mor-  
tale propter affiditatem. notatur in c. vnum ora-  
rium. §. alias ea a denum. 25. dist. & Host. in summa,  
detempo. ordi. col. 6. versiculi. tercia regula.

Similiter omnes habentes custodiā aliquo-  
rum, vt sunt domini temporales & curati, qui sub  
ditis non nunciant que habent in mandatis, tam  
in administrando eis institū, seu iurisdictionem,  
quām in prædicando, & annunciendo verbum di-  
uinum in diebus festiuis, sed sunt negligentes: aut a-  
lias non ita nunciant, prout tenentur, in hoc car-  
cere collocabuntur.

**D**Eciima quinta consid. Nonus ordo chori cœ-  
lestis, seu spirituum coelestium dicitur Ange-  
lorum, & est yrrima sedes, habendo respectum ad  
ea, quæ dicta sunt hic ante in 3. par. Et iste ordo an-  
gelorum est deputatus ad voluntatem domini, po-  
pulis nunciandam.

Angeli autem vocabulum nomen est officij  
non naturæ. Nam angelus nuncupatur, vt dicit  
Arch. in c. satendum. 13. quæst. 2. & iuxta illud: Qui  
facis angelos spiritus, & ministros ignem vren-  
tem.

Angelis verò pictorum solertia pennas fingit,  
vt eorum discursum celerè significet, sicut & iux-  
ta poetarum fabulas venti pennas habere dicun-  
tur, sicut dicitur. Qui ambulat super pennas vento-  
rum. & hæc secundum Isidorum. Dionysius au-  
tem dicit, quod angeli inferioris ordinis non par-  
ticipant ordinem superiore illuminationum.  
Non enim participant cum ipsis, sed ex ipsis. Nam  
angeli superiores primo loco diuinas illuminatio-  
nes suscipiunt, & illas postmodum ad aliorum no-  
titiam deferunt, qui & primi nuncij dicuntur. Sed  
an de superioribus quatuor ordinibus etiam mit-  
tantur ad nos, vide Ant. Florentinum in sua sum-  
ma, in 3. part. titu. 31. c. 6. §. 4. versicu. quantum ad  
quartum. vbi exponit illud Esaiae 6. Et volauit  
ad me vnuis de Seraphin, qui est de ordine supe-  
riori.

Et isti posteriores & ultimi homines ad diuinā  
constitutionem adducunt & subleuant, & vt isti  
viuant, informant. Vnde qui uis isti inferioris an-  
gelii, et si non habent alios angelos sub se inferio-  
res, quibus praesunt, habent tamen sub se ho-  
miuum ordines, quibus praesunt, quos ordinant  
& disponunt: sursum eleuant & extendun-  
tur, per dilectionem Dei, in semetipuis fornatur,

### TER TIA PARS

per custodiā sub se progrediuntur, per illorum tutelam, quorum ministerio deputantur.

Vnde quilibet habet vnum bonum angelū ab ortu sua nativitatis, vt dicit Archidictus in causa facendum. 13. q. 3. In nobis Adam & Antichristus, vt dicit Ant. Flor. in sua suu. pat. 3. c. 6. §. 4. vbi dicit, quod Antichristus habet etiam bonum angelum. & in §. 5. dicit, quod iste angelus non est in ventre matris, sed statim postquam ortus est ex ventre matris, secundum Iacobum de Voragine, & secundum Tho.

Quod etiam cognouerunt gentiles: vnde Aristoteles in libro de sereris scererorum ad Alexandrum. Nescis, inquit, quod teste Hermogene duo sunt spiritus, qui te custodiunt, quorum vnu stat ad dexteram, & alius ad sinistram, custodientes & scientes oper tua, & referentes factori tuo quicquid feceris? Hoc solū in veritate debet te, o Alexander, retrahere ab omni inhonesto opere. Per quos angelos intelligit vnum bonum, qui stat ad dexteram, & alium qui stat ad sinistram, scilicet angelum Satanæ, querente hominem, tamen quia in leonem deuorare. Vel, qui erat Rex & Praetor, duos habebat bonos angelos custodes, vt dicit Bernar. de Bustis. in 2. parte iuri Rosarij. in sermone 11. part. 2. in litera D. Quia certum est Imperatores & Reges duos habere angelos custodes. Vnum, videlicet rarioris singularis personæ, sicut habent ceteri homines. De quo habetur Mat. 18. ibi. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angelii eorum semper vident faciem patris mei, qui in celis est.

Et isti angelii sunt de ordine inferiori, quorum custodia habet multos effectus, vt statim dicam. Et iste angelus custodit, vt alij angeli.

Alterum vero angelum haberatione dignitatis, vel officij regalis, vt de Eliaco legitur 3. Reg. 4. c. quod angelorum multitudinem habuit ad sui defensionem, vt infra dicam. Et iste secundus angelus, qui datur ratione dignitatis, illuminat, vt tenet sanctus Thomas 2. dist. 11. q. 12.

Singulis enim regnis præsumt angelii de superiori ordine in inferioris Hierarchiæ, qui dieuntur secundum aliquos, Principatus, & secundum alios, Virtutes. Et isti sunt principaliter custodes Regum & regnorum. Ideo aliquando accipiuntur pro Regibus & regnis quibus præsumt, eò, quia rationalib[er]ter procurant bonum genitum sibi commissum ex earum metitis, vt infra dicam.

Et, vt dicitur ad Hebreos primo, Omnes administratorij spiritus sunt missi in adiutoriū eorum, qui hereditatem capiunt salutis: proper septem, quæ Deus circa nos operatur, quæ ponit Ant. Floryntius in sua historia, prima parte, titu. 6. cap. 1. §. 1. vbi ponit circa quæ operantur angelii apud nos.

**D**ecimasexta consideratio. Istorum angelorum etiam multiplex est effectus, quos po-

nit Bernardinus de Bust. in secunda part. sui Rorij allegati, in sermone 13. in 2. par. in litera C. F. A que ad literam M. vbi ponit duodecim quæ habent angelii erga nos. Et quidam auctor dicit Discipulus, in suis sermonibus in sermo angelis, sermone 32. vbi dicit, Quod propter officia, quæ habent apud nos, debent a nobis norari. Eosdem effectus etiam describit Bartholomaeus Anglici, in suo 2. lib. de propr. rerum. Et Bernardinus de Parentinis, in suo clucidario quarta parte, ibi: Quaritur quart. & Ant. F. in loco supra alleg. §. 5. Ego autem alio stylo, i. plenius à rudibus intelligentur, & manifeste & clare ponam effectus custodia angelorum, quam habent in nobis. Et dico, quod angelus datus est nobis ad custodiā ad multis effectus sequentes.

Primo, vt ab insidijs Diaboli nos præferunt, sat is notat in Indith 13. Vivit dominus, qui dicit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi corantem, & inde hue reuertentem. Et Genes.

Cum Iacob Esau valde timiceret, angelos sibi

os habuit, ipsum adiuuare paratos, qui ait: Genes.

Dicunt hæc.

Secundo, custodit nos contra Dæmonum tamina, velut pastor sollicitè custodit oves luporum mortis. Christus enim est verus pastor, qui cum mittit oves suas, id est, animas, in hæc priora, mittit custodes angelos ad custodiendam eas. Vnde angelii Dei custodierunt & liberaverunt Loth de periculo Sodomorum. Gen. 19.

Tertio, nos quandoquà periculo mortis rat, vt de Isiae filio Abraham, quem angelus à me te liberavit. Genes. 12.

Quarto, nos præseruat à pœnis humanis, vt beetur Danielis tertio: vbi angelus custodit pueros à flamma ignis ardentes, & cianam. Et dicit ibidem. Angelus Domini descendit deo cum Azaria & socijs eius in fornacem, & fecit flammam ignis de fornace, & fecit medullas, quasi ventum roris flantem.

Quinto, bonus angelus orationes nostras representat, vt dicitur Thobie 12. Quando oraverunt lacrymis, & sepeliebat mortuos. Ego illi orationem tuam Deo. & Daniel. 9. dicebat angelus Danieli. Ab exordio precum tuarum fuis est sermo: ego autem veni, vt indicarem niam vir desideriorum: sed angelus Perseus resistit mihi 21. dieb. Vnde Bern. Discurrit nus intet dilectum, & dilectam, vota offerens, res dona: excitat istam, placat illum.

Sexto, nos in tristitia positos confortat, & ruerentes releuat, Thob. 5. cap. Forti animo etiam proximo est vt à domino cureris. Vnde, cum diuinum corruisti in terram, tetigit cum Angelus mini, dicens: Noli timere, pax tibi, confortare, & estorobustus vir desideriorum.

Septimo, bonus angelus nos à Dæmonem tem-

hos consult & protegit: imo contra in ultos Dæmoni insultus nos defendit, & patet de B. Michaeli tempore legis Moysi, & ante patet, qui princeps synagogæ quam diu durauit, fortiter defendit. Daniel. Nemo mihi adiutor ē, nisi princeps Michael. Cirea quam synagogam eam protegendo, primo miranda fecit, quia ipse fuit ille angelus, & plaga Aegypti intulit. Qui mare diuisit, qui in columna nubis, & igni, populum Israelicum an teccevit. Qui in terram promissionis populum introduxit.

Secundò fecit stupenda: sciens enim Diabolus Iudeos ad idolatriam proruptos, volvbat corpus Moysi honorifice sepeliri, ut Iudei suas idolo latius exercerent: sed Michael victoriam obrinuit contra Diabolum, & corpus Moysi ab omnibꝫ abscondit. Vnde in Epistola Canonica Iudea, & transiunctu in c. siq[ue]t, 24. q. 3. Cum Michael archangelus condiscipulans alteraretur de Moysi corpore, non ausus est indicium inferrere blasphemare: sed dicit, inperet tibi Deus.

Tertio, protexit illos de synagoga, vt patet 2. Reg. 6. c. Et habetur inc. tenera, de consacr. dist. 2. vbi ethiologiae Syris, qui obseruant ciuitatem Samariae: tunc dixit Eliæus, Plures nobiscum sunt, quoniam cū illis. Et loquebatur de angelis, quorum erat Michael, qui percussit Syrios excitate, quos p[ro]p[ter]ens duxit in medium ciuitatis in Samariam, ipsi non videntibus.

Quarto, adiuvuit eos, qui erant de synagoga. Dictucentur Dan. 10. c. ex persona Gabrieli archangeli, Princeps regni Persarum resistit mihi 21. diebus. Et ecce Michael, unus de Princeps, primus, venit in adiutorium meum. Et in fine illius c. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester. Greg. verò li. 17. Moralium auct. quod Princeps regni Persarum erat bonus angelus, custodie illius regni deputatus (cuni quodlibet regnum, natio, aut prouincia, habeat unum bonum angelum ad sui custodiam deputatum) qui restebat pro regno suo contra Gabrielem archangeli, cui populus Israël in Perside erat commissus, qui laborabat pro populideliberatione, quem nemo posse angelus Persarum impeditur. Et vide infra in 9. parte, in 45. consideratione.

Sed quomodo hoc, quod unus angelus dicatur alteri reliquere aut pingnare pro sibi commissus? Nam, v[er]dicit S. Th. m. 1. par. q. 113. relatus per Ant. Flor. in sua summa in 3. par. tit. 31. c. 6. §. 7. Diversa iudicata circa diuersa regna, & diuersos homines varia exercent per angelos, qui in suis actionibus seu operibus regulantur, secundū diuinā sententiam. Sed aliquid contigit, quod in diuersis regnis, vel in diuersis hominibus contraria merita, redemerita inueniuntur, vt unus alteri subdatur, & preferatur. Quid autem super hoc ordo diuinæ prudentiae habet disponere, nō possunt ipsi ange-

li cognoscere, nisi Deo reuelante. Et tunc necesse est ipsi angelis, quod super hoc consulant sapientiam diuinam, & cens agnoscent super h[oc] voluntatem, quam cognitam adimplere studeant.

Ex quo patet, quoniam quantum de contrariis meritis, & sibi propinquantum diuinam consulunt voluntatem, dicuntur sibi inuicem resistere. Non quia sint corū voluntates contrarie, qua in hoc omnes concordant, quod Dei sententia & voluntas implentur, sed quia ea, de quibus consulunt, sunt contraria.

Et cum fuerit Dux synagogæ datum quantum diuauit, post illam sepulta, fuit Dux & custos Ecclesiæ Catholice & Christianæ, & huius regni, & regis Franciæ dicitur data custodia & protectione attributa, tanquam supra carceres seculi Principes, brachium dextrum ecclesiæ Catholice tenentes: & in illa fide conseruanda, manutendenda, & descendenda præpotentis. Nam, vt ait Greg. Quoties mitis virtutis aliiquid agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipso aet[us], & nomine detur intelligi, quod facere præualeat Deus. Ideo eidem Michaeli plura, quæ sunt merita virtutis attribuuntur ob quod inter sanctorum acies angelorum Christi signifer habetur, & paradyssi præpositus nominatur, in signum eni[us], & reges Franciæ protectionis, post primam Michaelis in terra Ecclesiæ Romane s. in monte Gargano Apulia miraculosam apparitionem, in suique honorem templi dedicacionem, facta sit apparitio secunda in regno Franciæ, in loco, qui Tumba dicitur, iuxta mare sex milibus urbe Abriacensi, circa annum Domini 707. vbi Michael episcopo predicatori ciuitatis apparuit, iubens, ut in praedicto loco Ecclesiæ construeret, & sic sit in terra Ecclesiæ in monte Gargano, ita & ibi in sui memoriam celebraret, qui locum incolere, regnumque tutum seruare statuerat, ut plenè habetur in eius legenda, de quo etiam meminit Gaguinus in suis Chronicis, lib. 5. c. 4. Eodem, inquit, proprio tempore Aubertus Abriacensis Pontifex in colle altissimo S. Michaelis coenobium exædificavit, cum ageretur annus salutis 709. vt refert G. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verbo. Adiecta in puberi. nu. 46. A quo tempore apprehendit serpentem antiquum, qui est Diabolus, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consumenter milles anni. Apocal. 20. A quo quidem tempore usq[ue] nunc semper floruit regnum Franciæ in fide Christiana plus quam alij principat. Itaque, vt ex historijs & rebus gestis Gallorū, & aliarum prouinciarū, reperiuntur adhuc plures Principes, & plura regna, in quibus sunt Iudei manentes, & residētes, & plures sunt hæretici, qui non arcentur, neque puniuntur a principibus, sed tolerantur. In eo, quod plus est, sustinetur: vt nū est de quodam Lutherio Alemano, qui multas hæreses in Alemania seminavit:

## T E R T I A P A R S

nauit: quæ adhuc nisi fuissent acriter eius sectatores puniti per curias nostras parlamentales, in quibus viger omnis excellentia iustitia; plures nostræ res ad inferna deduxissent. Sed fuerunt ita extirpatæ huiusmodi haereses, quod non amplius tam audax, qui ausus sit de his verbum proponere, nec aliquod ei dictum propalare. Et nō mirum si tales haereses nō possunt pullulari in Francia, quia Diabolus ligatus est per Michaelen, ut non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni.

Hic enim Michael, si in synagoga mirabilia fecit, ut dictum est, multo maiora & mirabilia in hoc regno fecit. Fuit ille, qui ampullam oleoplenaria in baptismo Clodouci, regis Francorum primi Christiani, medio Clotildis eius vxoris, filie regis Burgund. quo adhuc hodie liniri solent Reges Francia, cum sacrantur & vnguntur, ut dicit Gaglib. i.c. 8. quod creditum est spiritus Dei ministerio id per perpetratum. Et ideo per Michaelem, cum sit Princeps Ecclesia Cath. cui tunc credidit dominus Rex Clodouenus. Secundo, Alemanos fugauerunt ministerio Dei. Ex quo creditum est, angelum Mich. ibidem adesse, ut de eo dici potest illud quod dicitur 4. Reg. 6. Plures nobiscum sunt, quam enī illis. Ipse fuit ille, qui ceruum duxit ad transendum vadum, cum Clodouenus dolens exercitum suum debellare volentem contra Gothum haereticum, orationem Deo habuit in hunc modum:

Deus, inquit, optimè in tribulationibus aditor, sanæ religioni tuae quam tueor, ne differet haeretico Gotho sumere vtrionem, da fluvium vadabilem. Hoc precantem Clodouenum non est aspernatus Deus: ad primā enim in sequentis diei lucem, cerius è sylla nemine inclamante in conspectum se prorupit, qui magnis inde militum vobis excitus, sanguinem ematans, quasi itineris explorator, vadum monstravit, quem Deus conductore faciebat per Michaelem, tanquam protectorem & defensionem Ecclesia Cathol. cui tunc Clodouenus credebat, & contra haereticum pugnabat, prout credidum est. Et ut dicit Gaguinus eodem loco, hunc secuti milites in vltiorenum fluenter ripam, qua ceruus traiecerat, eaudunt.

De huiusmodi Regis conversione, & eius miraculis in eius conversione factis, videatur Ioannes Ludovicus Viualdus de monte regali, ordinis Prædicatorum, in tractatu de triumpho trium liliorum Franciæ, regi Ludouico xii. directo: quem refert de verbo ad vetbum G. Benediti in sua solenni repe. c. Ray. in verbo, duas habens filias. nu. 86. usque ad nu. 116. & per 20. col. & ultra. extra de testamentis. ubi multa miracula ponit, quæ fuerunt facta in huiusmodi conversione. Et multa pulchra gesta regum Francorum contra infideles, contra quos fuerunt protæti & adiuuati pro fide Catholica sustinenda, & defendenda, augmentanda per Michaelem Archangelum Principem Ec-

clesiæ Catholice: quod ita credendum est, cum illa sine auxilio illius fieri non possem. Dcam alibi de excellentia huius regni, & Regis eius.

Item idem Michael pluries & multoties reges Franciæ usque ad hæc tempora ab inimico ipsos inimicos eis victoriam dandi, deri potest de pluribus, per dictum Benedicti co-hic ante allegato. quæ essent nimis longa, & tædiosa ad recitandum.

Illuminavit etiam taliter reges Franciæ, quæ omnes haereses ab eorum regno extirpauerunt, omnes ludos fugauerunt, ut dictum est hic am & evideri potest per dictum Vinaldum, in tractatu suo & enndem Benedicti in iam ad repet. c. Ray. in verbo, duas habens filias. nu. 93. ut que ad nu. 100. Et de huiusmodi illuminatore Michaelis dicam infra in sequentiæ fæcilius Angelorum.

Ostendò, ergo bonis angelus noster nos nat in Dei & fidei Catholice secretis, & ab eis ad verum lumen nos reducit. intellectus emi steri ista capere non potest, cum se habent secreta coelestia, sicut oculis nocturnis ad lunas, tunc angelus noster secreto illuminat intellectum nostrum, & manudicit in cognitionem uniorum arcanorum per fidem, & cognitionem. Vs de Zach. 4. Renersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit quasi unum, qui suscitauit granis sionis. Vnde superiores angelii, qui per arcana cognoscunt quâm inferiores, illuminant ipsos inferiores secreta diuina que eis non runt reuelanda, & eis manifestando alia secreta quæ hic inferiora usque ad diem iudicij concidunt, dicunt eos illuminare, & cito loqui. quæ secreta diuina, si nobis sint reuelanda, runt relata pro salute nostra, & inferiores, quæ erga gerentur, referunt. Et sic superioribus loquuntur, ut dicit Tho. in 1. part. suæ summæ. q. 13. Virgo Maria fuit illuminata, cum prius dicens, virum non proposui cognoscere, turbata angelico sermone, statim post adiunxit: Ecclesia domini, &c. ut habetur Luc. 1. Similiter & eob videns sealum, in qua ascendebat & defebant angelii, in cuis cacumine erat domus innixa, per quam significatur descendens Deus mundum, & unitas trinitatis in lapidibus certis suo appositis in unum coniunctis, illico illuminatus dixit: Terribilis est locus iste, non est in eum domus Dei, & porta cœli, Gen. 28.

Nonò, nos ab aduersis inimicis defendit, & uersos indiuisibilis deuinicit, unde habetur Apo. 12. Prælium factum est in cœlo, & Michael & gelicius prælia bantur, & pugnauit Michaelis draconem, & fecit victoriam. Et, ut dicit S. Thom. loco supra alleg. S. Michael in prælio habuit cum Lucifero, sicut dux & princeps, ideo dicitur deinde principatum, & ipsum Luciferum cum ges

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

85

qui suis de celo in hunc caliginosum aerem, & in profundum abyssi deuinxit: vnde cantat Ecclesia: Collaudemus venerantes omnes cœli milites, sed pricipue primatem cœlestis exercitus Michaelis in virtute conterentem Zabulon, & Luciferum. Qui quidem Michael erit etiam destruactor Antichristi, prout etiam destruxit Luciferum: vt dicit gloriosus illud Apoc. 13. Vidi vnum de capitib. eius occidum. Antichristus n. mortuum se finier, & per triduum latens postea apparebit, dicens se esse suscitatum. Et ferentib. eum Daemonib. in aere ascendet, & vniuersis mirantib. adorabit eum, tandem dum stabit in papilio suo in monte Oliveti, Michael eum occidet, vt dicit gloriosus illud 2. Thes. 2. Quem Deus interficer spiritu oris sui.

Decimo, bonus angelus nos consolatur, nobis panem & vinum ministrande, tempore necessitatis. De hoc habemus 3. Reg. 19. vbi dicitur, Quod cum Elias dormiret in umbra iuniperi, fugiens a facie dololata lezabel, Deus misit sibi angelum dicens: Surge, & veni, comedere, grandis enim resalib. via. Surrexit, comedit, & bibit, & in virtute illius cibi ambulauit usque ad montem Dei Oreb. Et habetur Dan. 14. Quomodo angelus domini portauit Abacuch, a Ierusalem in Babyloniam, & panem & aquam, quæ fuis mescolioribus in agodescerbat, Danieli inter leones existenti detulit, rex illo feceretur, qui longo tempore ieiunauerat, quem angelus consolatus est, & haberetur Luc. 23. & Gen. 16.

Vndeциmo, docet orare, pœnitentiam agere, Daemonem ligare, & compescere vxorem, vt habetur Thob. 5. & 12. quomodo angelus Raphael docuit Thobi in iuniorum praedicta. Et ideo, cu in talia quis vult vxorem ducere, debet consilere angelum suum, qui eum docebit habere prudenter, cu à domino datur vxor prudens, & dotes, & diuitias parentibus. vt habetur Prou. 19. Et dixi in rubr. Des drotz & appertances à gens maniez, in confuetud. Burgundia.

Duodecimo, impedimentum boni, & occasio nem malorum inouet, & ad bonum reuocat, vt habemus exemplum Gen. 21. Quod angelus reuocauit Agar, fugientem dominam suam, & ad humilitatem & bonum rediit. Et Exod. 12. Vbi angelus percussit primogenita Aegypti, vt tolleret eis occasionem mali.

Decimotertio, excitat nos à somno culpæ, vt haberetur Zach. 4. De angelo, qui excitauit Zacharam, vbi dicit, Angelus domini excitauit me, quia si hominem qui excitatur à somno, & Act. 12. quod angelus percussit laterc Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter.

Decimoquarto, à contrarijs potestab. nos defendit, hostes visibilis etiam percutiendo. Psalm. 5. Immitit angelus dominini in circuitu timentium, & criپtice eos. & 4. Reg. 19. venit angelus domini, & percuſſit in castris Assyriorum 80. mil-

lia. Et contra hostes nos adiuuant, Genesis 31. & 2. Maccab. penul.

Decimoquinto, peccata præterita increpat, vt ab eis recedamus. Num. 2. Vbi cum angelus filios Israel de prævaricatione increpauit, ipsi eleuauerunt vocem cum fieri.

Decimosextò, à peccato præsenti nos eripit bonus angelus, vt pater in educatione Loth, & vxoris eius de Sodomitis, id est, de peccati cōsuetudine. Gen. 19.

Decimoseptimò, impedit angelus peccatum futurum, ne fiat. vt pater Nu. 22. in Balaam, qui ad maleficendum Israhel pergens, ab angelo cōfudit.

Decimoctauò, purgat labia nostra ad consolationem angelus noster bonus, Esa. 6. ibi: Et volauit ad me vnu de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forci tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum imundabitur.

Decimonoq. secreta Dei reuelat. Thob. 12. Dicit Raphael angelus: Manifestabo vobis intentio nem: & non abscondam à vobis sermonem occultum, & instruit in ambiguis vt certificemur. Dan. 9. & 10.

Vigesimò, bonus angelus increpat malos, ne amplius malum committant, & de malis commissis, Num. 22. Cur verberasti tertio asinam tuam? & Apoc. 18. Angelus: ncrepat Babylonem, & multitudinem eius, eiique comminatur. Exite, exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagiis eorum non accipiatis.

Vigesimoprimum, gaudent angelii de satisfactioне, & reductione ad pœnitentiam, vt haberetur Lu. 10. Gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente.

Vigesimosecundò, concupiscentiam debilitat, vt pater Gen. 32. vbi angelus tetigit neruum femoris Iacob, & emacauit.

Vigesimoteriò, memoriam passionis Christi nostris mentib. imprimit, vt pater Ezech. 9. Traxi per medianam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes vitiorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius.

Vigesimoquarto, angeli orant pro nobis, imò totam terram circuendo compescunt. Zach. ca. 1. Omnis terra habitatur & quiescit. Illic erat angelus, & luctuosam ad Deum fundit precem. Dominus exercituum (inquit) vñq; quo tu non misereberis Ierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est, & meruit angelus pœnititionis sua: consolationem audire.

Vigesimoquinto, angeli etiam nostris duris casibus, calamitatibusq; spiritualiter compatituntur. Esa. c. 33. Ecce videntes clamabunt, angelii pacis amare silebunt, dissipata sunt viæ, cessauit transiens

## T E R T I A P A R S

iens per semitam, itritum factum est paetum, &c.  
Et dicit Jacob. Fabri in Commentariis diui Dionysii epist. 8. vbi ponit de benigna cura prouidentiaque angelorum eitcagentes.

Vigesimo sexto & vltimo, Bon<sup>o</sup> angelus noster portat animas nostras de corporibus nostris egredientes in celo, & eas ibi secundum sua merita collocat in loco in cis debito, secundum quod dicatur: Non in a eorum scripta sunt in celis. & habetur Luc. 16. Factum est, ut moteretur medicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrah. unde archangelus Michael multa habet officia in celis, ut ante dixi.

Inter alia tamen habet officium ponderandi animas. Ideo in Ecclesiis pingitur ponderans animas: quia Dan. 5. dicitur. Appensus est in statera, & inuentus est minus habens.

Habet etiam officium portandi eas, & collocandi in paradyso. unde cantat Ecclesia. Venit Michael angelus cum multitudine angelorum, cui tradit Deus animas sanctorum, ut perduceret eas in paradysum exultationis: quia data est ei potestas super animas sanctorum. Cum enim quis moritur, assistunt boni angeli pariter & mali, merita aut demerita expectantes, & quando inuentus est dignus, tunc bonus angelus valde reuerteretur portat cum multitudine angelorum ad gloriam beatorum, praesentans eam Deo altissimo creatori suo, ut de tanto bono & excellenti gaudio referat gratiarum actiones: & deinde refert eam ad locum sibi aexterno assignatum, qui nomina saluandorum scripta sunt in celis. Et tunc vertitur eam, quia nostra mater Ecclesia cantat: Gaudet in celis anima sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti. Et quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, & multa alia passi sunt, ideo cum Christo regnabit sine fine, & exultant. Ex quorum salute gaudent tota coelestis curia, immo cum magno gaudio egrediuntur, Esa. 55. In laetitia egrediemini, & in pace deducemini.

O quanta anima dignitas est, & quantum eam diligit Deus, quando talem in vita sua assignat sibi custodem, & in morte securum directorem, cui tota applaudet coelestis curia: ut dicitur Esa. vbi super motes & colles cantabunt cora vobis laude, & omnina ligna regionis plaudent manu. i. augelli maiores & minores gaudet & exultabunt in aduentu sanctorum animatum in gloria, ita quod accrescit eis quoddam gaudium accidentale velq; ad diem iudicij.

O quam sollicitè & diligenter omni die, omni hora, & omni loco nos tali, & tam potenti custodi debemus commendare, & nos, & omnia bona nostra temporalia & spiritualia committere, fructus, agros, pecora, gesta, actus, opera, liberos, ac tota familia. Imo & nutrices sero & mane: & quando latentes pueros in eunis decubant & reponunt, debent Deo, virginis Maria, suo bono angelo, patrono, & omnibus alijs sanctis Dei, pro posse, diligenter & deuotè cum cruce signaculo committere,

ex quo sanctus angelus tantum habet potestatem custodiendi nos, non im merito de eo cantat Ecclesia: Quo custode procul peller rex Christus pime, omne nefas iniunici, corde & corpore dylo redde tuo nos tua sola clemencia. Et propria mihi visum fuit, & consuli multis, quod liber bonus Christianus notabilis aliquis dictatis, qui vult habere aliquem lectum seu triumphalem, quod triumphum sui lecti conuertere in hunc modum. Videlicet, quo cooperatio lecti seu custi debet esse trinitatis in medio, eum quatuor Euangeli formam quatuor animalium à quatuor lateribus cundum quod figuratum est Apocal. 4. Et in te lecti sint hæc scripta. In niā tuas domine mendo spiritum meum, Redemisti me domine Dei veritatis. Et in uno latere à parte dextræ scilicet in uno angulo lateris, & sint ante eum versus, quos tenet quidam homo pīc in formam rogantis, & dicat:

Ore tuo Christe benedictus fit torus iste:  
Dormiat in Christo, qui toro iacet in isto.

Et ex alto latere in parte sinistra in parte superiori virgo Maria: & in parte inferiori illius scilicet mulier etiam depicta in formam deprecans quae teneat hos versus:

Ut me pax autem conferves & vigilanter:  
Me tibi virgo pia semper commendo Maria.  
Et in pendulis lecti in pendente superiori duo angeli, vnuquisque in angulo: in mediogrum erunt hi duos versus fequentes:

Angeli qui meus escutus, pietate supererna,  
Metibi commissum ferua, defende gubernata.

Quos omnes versus vnuquisque bonus Canticus debet dicere singulis diebus pluries, manum vadit ad dormiendum, eum Pater noster. Ave Maria: si saltet vacare non possit pluribus ordinibus, faltem habeat in mente, corde, naz, & oratione prædicta, ut aliquid mercaturam sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum de forma. 22. q. 5. concordat text. in c. cupientis deponitis in clementinis. notatur in illa dilectione. f. de verb. oblig.

**D**ecima septima consider. Rediendo unde cresci sumus, Ad istum ordinem angelorum ultimum assumunt omnes pueri baptizati, merito passionis Christi, & sive parentum in baptizati deceperunt: quia ut dicitur Mat. 22. Eumenies sicut angeli Dei in celo: quia per dominum homines possunt meritorum tantam gloriam, etiam angelis singulorum ordinum in aquila haec vocantur assumi seu locari in ordinem angelorum. Dicit. n. Aug. super Ezech. Sunt nonnulli parva cupiunt, sed tamen hoc nunciare frumentum non desistunt, & hi in angelorum numerum certant. Multi enim sunt simplices & illiterati, & unius verbo & exemplo quanti possunt, alios adhibent, qui inter angelos collocaebuntur.

hem, sunt nonnulli, q̄ hic bene regunt seip̄os, nō tem, totam familiam, liberos, singulaque negotia, cuncta ordinantes ad Dei honorem, timorem & amorem, sicut faciebat Thobias: fili pauperem vitam gerimus, multa bona habebimus si rimuerimus Deum. Tales similiter si maiora nō habuerint merita, inter angelos collocabūtur, & etiam simplices, qui p̄cēnitiam egerunt, carnem suam affligendo pro peccatis inter angelos collocabuntur.

Ab hoc ordine cecidit quidam principalis Dēmon, qui vocatur Mammone, cum pluribus alijs suis complicibus, qui tentant de auraria, quos dominus paupertate percussit, Mart. 6. Et ad illum eaceter in inferni superiorē descendunt omnes avar, vñfarij, & cislimes. Et de quibus tentet huiusmodi Dēmon, vide Bernardinum de Bustis in primā partē sui Rosati, sermone decimo, in litera M. vbi amplē.

Ex quibus patet, quod sicut in cœlo, s. cœlesti, sunt nouem ordines angelorum, qui mansiones dicōp̄sunt; ii in inferno sunt nouem carceres, in quibus sunt Dēmones, qui recipiunt damnatos de pluribus peccatis, secundum eorum grauitatem, & secundum quod supra dictum est, vt reperiat amplē Vincentius in iis collationibus. Et alicuius alij: cum Dēmones præsumt Dēmonibus, vt etiam supra dixi.

**D**ecima octaua cōsideratio erit talis. Cum in paradyso sint nouem ordines, & in quolibet ordine sint sex millia sexcenta sexaginta sex mansiones, & in quilibet mansione possint esse rotregna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot provincias, tot ciuitates, tordomus: & in qualibet domo tot sedes seu loca, scilicet, sex millia sexcenta sexaginta sex, & in qualibet sede seu loco, de quō dicitur, nomina vestra scripta sunt in eas, cītva anima: quando omnia illa loca replebuntur, tunc vt opinanrūt non nulli Doctores devoti hanc calculationem p̄iē ponentes & ceterentes, aduenient extremum iudicium: sed quia ista non sunt præsentis speculationis, nec etiam vt dicit Bernardinus de Bustis in 2. patte sui Rosati, sermone 19. 2. part. in litera L. non potest dari nee dici certus numerus angelorum, ex pluribus p̄ceptum ibi allegatis, non aliter insisto. Plures tamē sunt angelibouī quām mali, prout habetur Paral. 32. vt ibi dicitur. Et etiam habetur in sermonibus Discipuli, sermone 88. quod certus numerus angelorum dari nec numerari potest. & ibi amplē ponit illos nouem ordines angelorum superpositos, & quomodo, & qualiter animæ collocauntur in illis ordinibus, secundum dignitatem illarum.

Quia tamen dictū est, quod etiam mali angelii sunt in inferno, & habent carceres & officia diuina, querit Robertus de Licio in sermone 11. ea. inferia 4. septuagesimæ. ver. 2. Vtum mali an-

geli sint in inferno? Et responderet secundum Bonaventuram. di. 6. arr. q. 1. lib. 2. cum Alexandro de Halis in 2. vol. summæ. q. 96. quod locus Dēmonum post lapsū usque ad diem iudicij, non est locus subterraneus, quem vocam⁹ infernum, sed aer caliginosus, in quo generaliter Dēmonum habitat multitudo: & utrum aliqui sint detrusi in inferno, dici se nescire, nec inuenire determinatum à sanctis. dicir tamen bene credere, quod aliqui descendunt ad torquendas aniinas, secundum quod habent in se deputata maledictionis officia. Si etiam in prædicto aere puniantur poena ignis, vt dicit, diuersi diuersa sentiunt. Quidam dicunt quod sic, licet min⁹ intense quam post iudicium. Alij autem dicunt, quod talis poena eis differt usque ad iudicium, & interim grauem poenā fuscā p̄iunt ex eo, quod sunt in isto aere caliginoso: quia locus in quo cōditi sunt, erat cōclum empyreum, quod est lumen in os, & est eorum locus naturalis, ad quem non possunt amplius reuerti.

De his omnibus supradictis meremitto ad doctores Theologos (quorum est Italia nosse) quoniam melius est tacere, quām male loqui: & in reliquis ab articulis fidei, in quibus firmiter credim⁹, & simpliciter confitemur, credo, prout sancta matris Dei Ecclesia credit. Et quæ hic ante dixi, intelligo me dixisse sub benigna correctione dominorum Theologorum, & sub protestationibus, quod si sit dictum, quod habeat in se aliquid dubium, ant quod non sit bene dictū, quod habeatur pro nondicto nec scripto, & sic me submitto limae & correctioni prædictorum dominorum Theologorum.

**D**ecimanona cōsider. Erit per modum quæstionis: An possit dari decimus ordo angelorum in paradyso? Et pro decisione huius dubij videndum esset, quod dicit Iohann. de Turrecr. in c. hi duo. de consecr. dist. 1. vbi innuendo ex illo tex. dicit videri, quod sint vel fuerint decem ordines angelorum. Item dicit Magister Sententiarum in secundo. d. 9. testatur, quod scriptura restatur, decimum ordinem ex hominibus esse restaurādum, ergo ita est: quia, vt dicit Aug. Maior est Scripturæ autoritas, quam omnis humani generis perspicuitas, ibi arguit in oppositum, tandem concludit secundum mentem Theologorum, quæ doctrinis sanctorum est magis consona, quod omnes electi assumuntur ad ordines angelorum: quidam, s. ad superiores, quidam ad inferiores, & quidam ad mediocres, prodigiousitate suorum meritorum: sed beata Maria super omnes, vt dixi supra in hac parte, in 3. consideratione.

Et istud comprobatur diuersis rationibus. Primo, vt dicit, ad hoc cōflos super illud P̄al. 44. Constitutes eos principes super omnem terram, quæ dicit: elegit pauperes, vt exalteat ad ordines ecclie qui sunt ex hominibus, & angelis: ergo homines assumuntur ad ordines angelorum.

## T E R T I A P A R S

Secundò ad idem est gl. Deut. 13. super illud: Ominem locum, que in calcaverit pes vester, vester erit. quæ dicit, si Diabolus vincere potero, si metuero, vt Deus conterat eū sub pedibus meis, consequenter locum cius habebo in cœlo.

Tertiò. hac idem gl. Deut. 33. super illud. Ejecit à facie tua inimicum, dicitq; contere. Et super illud ad Rom. 11. Dominus conteret Satan sub pedibus vestris velociter.

Item, B. Dionysius dicit in 1. c. de diuinis nominibus, quod homines angelorum gloriam sortientur. Item Greg. in homilia de centum ouibus dicit, quod homines secundum diversitatem meitorum ad diuersos ordines transercentur angelorum. Hec de Turrecr. vbi responder ad obiecta in oppositum. Videatur etiā de hac materia Bart. Sibylla in speculo peregrinarum. quæst. in prima quæst. incula decimi c. secunda decadis: vbi dicit, quod opinio dicentium possit dari decimum ordinem, videtur sapere hæresin: dicit tamen ibi in si. vnum singulare, quod meritum hominis est efficacius merito angelorum, quod cōprobat qua-tuorrationibus.

**V**igesima confi. Nendum angeli habent sedes, & loca in cœlo: sed etiam beati, & ibi honorantur, glorificantur, & claudantur, ita quod unus præstert alteri, & unus maiorem sedem habet altero. Non quod unus sit supra caput alterius, sicut in solario, sed sunt in cœlo empyreo, sicut si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & alij circum circa. Et isti sunt, de quibus dicitur Psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua domine. Gloria enim est omnibus sanctis eius, Psalm. 149. Qui sunt ciues sanctorum, & domestici Dei, inter quos nulla est inuidia: sed unusquisque ita gaudet de re uerentia alterius, sicut de sua, vt dicit Aug. in Epist. ad Cyrrilum. Noueris, quod reuerentia, quæ singulis sanctotum exhibetur, exalter omnis exhibetur necuptes, quod in cœlo sit aliqua inuidia, vt in mundo. Sicut enim in mundo quilibet hominum carteris præsele magit vellet, quam subesse: ita in cœlo per charitatē inestabilem, quæ se inuicem diligunt beatæ animæ quilibet sancto rū, ita alteri<sup>2</sup> gloria gaudet sicut sua, quoniam vellet quisque maior, vt quisque minor sibi esset aqualis. & penè maior, quia gloria eius esset sua. Nam minor ita maiori gloria gaudet, sicut si eam haberet, imo potius de sua, si fas esset, sibi impartiret: vnde gloria singulorum est gloria cœstorum. hac ille. Et hac recitat Ber. de Bust. in 2. part. sui Rosarij, ser. 19. in 2. part. in litera N.

Sunt tamē in multiplici passionum genere gloria, Quoniam, vt ait Aug. in ser. de martyrib. Sanctorum societate cœlum exultat, quorum patrocinij terra latatur, quorum triumphis Ecclesia sancta coronatur, quorum gloria multiplici passionum genere adoratur: & qui nescit dispositio nem beatorum in patria cœlesti, potest sic imagi-

nari, quod Deitas est in supremo culmine, & post eam beatavirgo Maria, vt dixi supra: & postea angelii iuxta gradus & ordines supra positos & depositos, & post angelos sancti iuxta corum gradus quia angelii sunt in superiori loco ante sanctos, dicit S. Tho. in 1. pat. sua sum. q. 66. art. 3.

Aducendum est etiam ad id, quod dicitur an. 14. In domo patris mei mäsiones multas. Et Hieronymus fecit librum vnum de 42. manibus. & Ambrosius vnum, & Richardus de S. Etore.

Altitudinem autem cœli, & magnitudinem quæ contemplari voluerit, debet primò confare magnitudinem terræ, & aliorum elemorum, quæ singula excedunt se inuenient in deinceps & postmodum considerare latitudinem cœli, quæ est maior in decuplo omnibus elementis. Quæ, cuius sint magnitudinis, ponit Ber. de Bustis in 2. parte sui Rosarij, serm. 10. part. 2. r. 4.

Deinde extendere considerationem suam, quæ ad cœlum empyreum, discurrendo mensuram singuli excedunt inferiores omnes in decuplo secundum mathematicos: & scilicet qualiter intelligit magnitudinem & altitudinem ipsius cœli, scilicet empyrei, quod excedit decuplo omnes alios: & similiter poterit invenire, quod modo pulchritudinem illius cœli, configurando pulchritudinem omnium predicatorum elementorum & cœlorum, quorum quodlibet decuplo, quo ad formositatem & speciositatem intelliger, quod inexplicabilis est pulchritudo illius cœli empyrei, in quo collocantur sancti in visione gloria. Eccl. 43. De cuius excellentia plè Ber. de Bustis in dicto serm. 19. supra allez. & litera S. ponit, quomodo ibi collocantur Patriarchæ, Apostoli, Martires, Confessores & Virgines, cum sint nimium prolixa, nihil aliud dilatione illorum, & prælatione hic dicam, nisi statim de duobus, videlicet, de Ioanna Baptista, qui præcedat Adam, & de Petro, quod prædat omnes Apostolos, tamquam Princeps illos & primatum habens inter eos.

**V**igesima prima confid. Deus dabit gloriæ. Etis in gloria. Probat mirabiliter ratione Raymun. Lullius in suo introductorio artis rationalis, in arbore Apostolicali: vbi dicit, quod Deus creauit mundum cum magnitudine boni unitatis, potestatis, sapientiae, voluntatis, glorie & veritatis: & ita sua magnitudo est, ita ratio, quod Deus creauit mundum ratione gloriae, sicut ratione boni unitatis. Est ergo finis mundi ita magna gloria, sicut per bonitatem: sufficit ergo venus ad gloriam mundum homines in gloria, vt magnitudo tantum sufficeret posset fini gloriae, sicut finis unitatis. Est ergo probatum, quod Deus qui creauit mundum dabit gloriam hominibus bonis. Et hoc dia

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

87

¶ Undem Raynum. Lullius ibi. Iste passus est plaus ad intelligendum, quoniam intellectus gaudet in attingendo veritatem glorie, quam expectat: gaudet etiam in nono modo probationis, quam, ut p[ro]p[ter]e dixit, dat secundum tabulam generale hoc modo, videlicet: In Deo est gloria, & ipse est gloria: si non daret gloriam illis, qui suam gloriam diligunt, iniuriam saceret amabilitati sua gloria: & amatitudini illorum, qui suam gloriam diligunt, & sic esset iniustus, & avarus amabilitati sua: & amatitudini illorum, qui suam gloriam diligunt. Et idem sequeretur de sua memorabilitate, intelligibilitate, memorabilitate, & intellectu memorabilitatis hominum, quae iniuria est impossibilis.

Dat ergo Deus gloriam omnibus illis, qui morantur statu bonitatis, virtutis, & veritatis, & qui ipsum diligunt, & suam gloriam sperant. Et ibidem non plus ponit, an Deus glorificabit hominem, cum nuncio, vel sine medio, & cum pura cordantia, & sine contrarietate, ut ibi per eum.

Vigesimasecunda conside. Sancti etiam sunt honorandi & venerandi in terris, prout in celo, & festivitates eorum sunt solennizandas: quod probatur ratione, autoritate, & exemplo. Et priuatione probandum est: quia secundum Iohannem in cap. i. de conse[ntientia] distinet[ur] 3. allegando Guilielmo de Turrecrem, quod alias rationes ponit Damasci lib. 4. c. 7. quare scilicet sancti, & eorum corpora, seu eorum reliquiae, debent honorari: quarum quedam sumuntur quo ad eorum dignitatem, quedam quo ad eorum preciositatem corporum. Dignitas autem eorum, ut ibidem dicit, quadruplex est: quoniam ipsi sunt amici Dei, & filii Dei, heredes Dei, & duces nostri: quautum vero ad corporum eorum preciositatem, ponit etiam idem quatuor, & Augustinus additum quinto, per quae manifestatur preciositas corporum, scilicet sanctorum, seu reliquiarum. Ipsa enim corpora sanctorum, fuerunt promptuarium Dei, templum Christi, alabastrum spiritualis vnguenti, sonores diuini, & organum spiritus sancti: propter quae sancti meritum veniunt colendi: & ibi responderet ad quedam argumenta in contrarium.

Sexta est, propter auxilium nostrae firmitatis. Quia enim per nos saltem habere non possumus, ideo sanctorum intercessionib[us], indigemus: a quibus, ut adiuvari mereamur, in merito ipsorum honoris debemus. Legitur enim 3. Reg. i. quod Bersabe, que interpretatur p[ro]t[er]e faticatus, id est ecclesia militans regnum suis preciis obtinuit.

Tertia est, propter augmentum nostrae securitatis, ad specie nostra subleuatiorem, ut per sanctorum gloriam, que nobis in eorum festiuitate proponitur, nostra spes, & securitas augeatur. Si enim homines mortales nobis similes, potuerunt ita per sua merita sublimari, certus, quia nos similiter poterimus: cum manus domini breuiata non sit.

Quarta est, propter exemplum nostrae imitacionis. Cum enim eorum festiuitates recensentur, ad eorum mutationem provocamus, ut scilicet eorum exemplum, ierena contemnamus, & celestia descrevamus, ubi sunt collocati. Quoniam cum ipso locum virtutes, in die solemnitatis eorum, nostrae mentes oculis obiciuntur, ardenter accendimur ad honorificentiam illorum. Et ideo dicit Leo Pa-

pa, in quodam sermone de martyrib[us]. Quotiescumque fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus, ita ipsis intercedentib[us]. expectemus a domino consequi temporalia beneficia: ut ipsis martyris imitando accipere mercanum aeternam: quoniam, ut dicit Pau. 2. ad Cor. i. Si fuerimus sicut passionum, erimus & consolationum.

Quinta est, propter debitum mutuorum vicissitudinis. Sancti enim de nobis in celo scilicet faciunt, quia gaudium est angelis Dei, & animab[us] sanctis, super uno peccatore poenitentiam agente. Ut igitur vicissitudinem repedamus, iustum est, ut quia ipsi de nobis festum agunt in celis, & nos de ipsis festum agamus in terris.

Sexta est, propter procurationem nostri honoris. Cum enim sanctos honoramus, tunc nostram rem agimus, & nostrum honorabilem procuramus: quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cum honoramus fratres nostros, honoramus nosmet ipsos. Vnde apostolus. Omnia vestra sunt, vos autem Christi. Charitas enim omnia facit communia, quae honores inuicem praeuenire facit, & necessitatibus sanctorum communicare: ut dicit apostolus ad Romanos 12. Dicit etiam Ioannes de Turrecrem, quod alias rationes ponit Damasci lib. 4. c. 7. quare scilicet sancti, & eorum corpora, seu eorum reliquiae, debent honorari: quarum quedam sumuntur quo ad eorum dignitatem, quedam quo ad eorum preciositatem corporum. Dignitas autem eorum, ut ibidem dicit, quadruplex est: quoniam ipsi sunt amici Dei, & filii Dei, heredes Dei, & duces nostri: quautum vero ad corporum eorum preciositatem, ponit etiam idem quatuor, & Augustinus additum quinto, per quae manifestatur preciositas corporum, scilicet sanctorum, seu reliquiarum. Ipsa enim corpora sanctorum, fuerunt promptuarium Dei, templum Christi, alabastrum spiritualis vnguenti, sonores diuini, & organum spiritus sancti: propter quae sancti meritum veniunt colendi: & ibi responderet ad quedam argumenta in contrarium.

Pro septima ergoratione dicendum est, quod insignis eminencia virtutis, & sanctimonie, qua hic vita agentes, mirificè claruerunt, debet nos monere ad venerandum, & honorandum sanctos.

Nemo siquidem est, qui non norit virtuti honorem deberi, & his, qui virtute sunt praediti. I. si in princ. C. de statuis, & imaginib[us]. & dixi supra, & dicam infra, in multis locis: quandoque excellenter fuerit virtus, tanto praeclariori affienda est honore.

Atqui nullus est sanctorum ordo, & gradus, & in quouis ordine, nullus reponitur sanctus, qui non eximio virtutis splendore corruscaverit, quique non miro bonorum operum ornato respluerit. Quoniam, ut dicit Paulus ad Hebreos 11. Sancti per fidem viceunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, fortes facti sunt in

## T E R T I A P A R S

bello, non corporali tantum, sed & spirituali, contra dæmonem, mundum, & carnem, quem triplum hostem virtute dextræ fuderunt. Et Pau. in eadem epist. antiquos veteris instituti patres clero celebravit encomio: illi nřtresq; eorum virtutes, & nomina catalogo quoq; facto recensuit. Et habet Ecc. 4.4. Laudem viros gloriosos, & parentes nostros, in generatione sua: & post descriptas generationum illorum laudes, mox subncti: Omnes isti, in generationib. gentis sua, gloriam adepti sunt, & in diebus suis, habetur in laudibus, qui de illis natrū sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, & scimen eorum, & gloria eorum non derelinquetur, & ibi, & in c. sc. Ecc. c. 45. ponit laudes antiquorum patrum.

**V**igesima tertia consi. Sanctos etiam honorandos, laudandos, & glorificandos, autoritate sacrae scripturae, ecclesia catholicae, constitutionis summorum Pontificum, & Principum seculatum, doctissimorumq; scriptorum comprobatur.

Primò enim autoritate sacrae scripturae, cum, vt habetur Psal. 150. Laudate dominum in sanctis eius. & Psal. 32. Rectos decet collaudatio. Et habemus Eccl. 20. & 44. Laudem viros gloriosos, & parentes nostros, in generatione sua. & habetur Io. 12. Si quis mihi misstrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in ecclis. Cum ergo sancti honorentur à Dco, & quum est, vt honorentur etiam ab hominib. cum is gloria, & honore dignus sit, quem Princeps honorat. Tex. in l. restituend. in si. C. de aduocatis diuersorum iudic. vbi sic dicit tex. Qui à nobis digni iudicati, hi multò magis in anterioribus quoque iudicandi sunt. dicam plenius infra in ultima parte. Quem ergo dominus honoret, & quum est, & seruos eius cundem honore, vt eo ipso conformes sint domino suo, bonitatiq; eius respondeant. Improbis enim videtur, qui dedignatur eum honore prosequi, quem dominus suis honorificat. cap. 19. 4. dicit l. i. C. de domine, & protcst. Et perinde atq; rebellis censetur Regi, necnon iniurius, qui amicu ejus summo affectum honore à Regia maiestate, recusat honore, facit l. s. imperialis. C. de legib. & l. f. in fin. C. de priuile. cot. qui in sacro palatio militant. li. 23. & dixi amplè alibi.

Cum ergo Deus sanctos honorificet, quare ergo illos non honorabimus, vt conformemur voluntati Dei, & ne illi testifere, nec contrai iudicium facere dicamus? iuxta illud Damasci lib. 4. de fide orthodoxa. Honor erga gratos, & benignos conferos, benevolentiae erga communem dominum indicium est. Nonne etiam dicit propheta Psal. 48. Mihi autem honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Vbi vocat eos amicos Dei, quos dominus in Evangelio eadem dignatus est appellatione nominare, cum inquit: Vos amici estis, si seceritis quæ ego præcipio vobis: iam non dicam vos seruos,

quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vt autem dixi amicos, quia omnia quæ audiuitæ tre meo nota feci vobis. Et etiam habetur Ecc. Laudem viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua: dixi supra, & dicam amplius, hoc est: quoniam qui bonum operarunt, gloriam & honorem inuenient, ad Rom. 2.

Secundo, probatur autoritate ecclesie, quæ consuetudine immemorali ex sua ordinatione vniuersali procedente tota festa, & festiuitates eorum introduxit, & ordinavit, quæ quotidianam nobis evidentut, & de quibus habetur in c. & alij capitulis de serijs. & in c. i. de consecr. vbi habetur ex concilio Lugdun. Ersit et San. mater Ecclesia in Spiritu sancto congregata, in medio quorum ibi existente nomen ecclesie populus, iuxta illud. Vbi cuncti duo aut tres in mine meo erunt cōgregati, ibi in medio illorum ero. Matth. 18.

Tertio, probatur autoritate summorum pontificum, vt habetur in c. si. de serijs. Vbi portas festiuitates sanctorum, quæ honorari debet & probatur e. gloriosus Deus in sanctis suis. Enllijs, & veneratione sanctorum. in scis. Vbi ponitur constitutio Bonifacij V 111, qui ordinatus solemnitates plurimorum sanctorum ibi deputorum, facit cle. si domini. de reliquijs, & veneratione sanctorum. Vbi Clemens V. in concilio Vienensis approbavit, & confirmavit ordinationem Vrbani 111. de celebritate Sacramenti Euchar. Eufrat etiam solennitatem sanctæ Crucis, quæ ipsa pontificante in Pontificatâ sancta fuerat, mandauit seruandam. c. Crucis domini. de consecr. dicit ibi lo. de Turrecr. ponit rationes quare adoratur Crux. & Ant. Flo. in sua summa, part. 3. ti. 109; vbi allegat S. Tho.

Eriam Sergius primus, festu purificationis tæ Mariæ Virginis cereis accensis, & sacerdotis ordine consecratis, celebrandum sanxit.

Et Inno. octauus, natuitatis eiusdem gloriae virginis solennitati præcipua adiungendebuit.

Et sacrosancta Basiliæ. Synodus, indecretorum dragesimæ sessionis festum sanctæ conceptionis eiusdem virginis statuit.

Quas quidem constitutiones, vniuersalis ecclesiæ consuetudo, & omnium Christianorum probauit. Cuius quidem consuetudinis, nonnulla est autoritas, imò magna. c. in his. & c. consuetudinis 11. d. Pan. in c. consuetudinis. extra de consuetudinib. Bart. & Corfeti. Et quantum consuetudinib. tribuendum sit in sanctionibus ecclesiasticis, ponitur in c. ecclesiastis, in 11. d. & in c. catholica, eadem d. vbi dicitur, Ecclesia catholica, per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quicquid enim in ea tencetur, autoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certe propria & particularis instructio, &c. Et dicitur

ter d.c.iu his rebus, de quib.nil certi statuit di-  
mascriptiua,mos populi Dei, & instituta mai-  
num,pro lege seruanda. Cūm ergo hic,in hac ve-  
neratione sanctorū,non solum sit mos populi,sed  
enī diuina scriptura, autoritas ecclesiæ vniuersa-  
lis,& summi Pontificum,non est dubiū, q̄ illa  
vniuersalis consuetudo nos astringit ad honoran-  
dum,venerandum, & laudandum sanctos, ultra-  
rationes supradictas, in præced.consi.adductas.

Quarto,etiam solennitates sanctorum sunt ce-  
lebrandas, & honorandi sunt sancti in corum festi  
vitatibus, auctoritate Principum secularium, vi-  
delice Valentiniani, & Theodosii Imperatorum,  
qui ordinaverunt commemorationem duodeci-  
mam apostolorum esse celebrandam. vt in l. om-  
nes dies.C.de serijs.

Quinto,& ultimō,probatur auctoritatibus plu-  
riū dicitur, qui tenent decisiuē sanctos esse  
venerandos,honorandos,& glorificandos.In primis  
dicit Ambrosi. in quadam serm. de sanctis  
martyribus. Cūm omnium sanctorum marty-  
rum,fratres,deuoissimē natale in celebrare debe-  
mus tum corum præcipiē solennitas, tota nobis  
veneratione,curanda est, qui in nostris domiciliis  
propriū sanguinem profuderunt, & ibi: Cuncti  
tegunt martyres percolendi sunt. & statim post id  
cofratres veneremur eos in seculo, quos defenso-  
res habere possumus in futuro. & dicit Hieron.in  
epistol.ad Riparium alleg.per Ant. Fl. in sua sum.  
par.3.tit.12.c.9. in prim. Honoramus autem mar-  
tyrum reliquias, vt ciuius enī martyres adora-  
mus, honoremus seruos, & honor seruorum re-  
dandet in dominum. & idem Hieron. in sermo-  
ne de assump. B. Marie virginis, dicit. Si Deum  
fratres charissimi, ore propheticō, in sanctis suis  
laudate iubemur, inulto magis in veneratione  
Beatae Marie.Et Ang. in serm. de nat.B. Ioan.Ba-  
ptista,dicit.Post illum sacrofustum Domini na-  
talis diem, nullius hominum nativitatem legi-  
mus celebrari, nisi solius Beati Ioan.Baptistæ. In  
alijs sanctis, & electis Dei, nouium illum diem  
coli, quo illos post consummationē laborum, &  
deuictum triumphantemq; in mundum, in perpetu-  
as extenuantes, præfens hac vita parturit: in alijs  
confummata, ultimi diei merita celebrantur. In  
haec prima dies & ipsa etiam hominis consecratur,  
eo quā per hunc dominus adnentrum suum,  
ne subiō homines in speratum non agnoscerent,  
voluit eis testatum. Et idem Aug. in serm. de Af-  
fumpt.Beatæ Marie dicit, illum diem venerabi-  
lem cunctis alijs honorandum: hunc fatis præpo-  
serum indicandum esse, vt cum Sanctorum cele-  
bramus victorias martyrum, illius solennitatem  
illis nō præferamus,qua huic mundo edidit Prin-  
cipem martyrum, & per quam metuimus autorem  
vitæ suscipere. Et etiā dicit Floren. in sua sum.par.  
3.tit.12.c.7. q̄od sancti sunt adorandi non ea  
adoratione,qua adoratur Deus, scilicet latræ : id

est, nō eos adorantes,vt cretores,vel datores gra-  
tiarum, sed vt participantes Dei bonitatem, per  
gratiam,vel vanam gloriam, & vt nostri intercessio-  
res: & sic,vt dicit,Abrahā angelos adorauit,Gen.  
18.Et Cornelius centurio Petrum,Actu.20.

Sanctus Dionysius, etiam in sua ecclasiastica  
hierarchia.c.3.3.par.dicit verba sequentia: Enim  
uero sanctoru, post pacem illam nominum præ-  
dicatio,cospræconio attollit, qui piē sancteq; vi-  
xerunt, & ad finem usque virtutis vitam constan-  
ter, nusquam ab ea descrebendo, tenuerunt.  
Nos quidem, ad imitandum beatissimum illo-  
rum habitum, atque ad diuina appetenda præ-  
mia, prouocans aeducens: Illos autem velutivi-  
uentes, prædicans, qui (vt theologia ait) non mor-  
ti, sed in diuinam penitus vitam ex morte translati  
sunt. Et diec etiam S. Bernardus in sermone de  
solennitate omnium sanctorum, in prin. Festi-  
nitas omnium sanctorum hodie celebratur, & di-  
gnum est, vt enim omni deuotione celebretur. Et amplē lo. Damascenus in lib. de fide orthodoxa.  
c.16.dicit, & tenet, sanctos esse orandos, vt ami-  
cos Christi.lo.15.Vos amici mei estis, vt dictum est  
supra. Vt filios, & heredes Dei, vt habetur Iohan.1.  
Quieunq; autem receperunt eum, dedit eis potes-  
tates filios Dei fieri. Et habetur ad Ro.8.Sicut filij,  
& heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.  
Et ibi amplē declarat Damascenus, sanctos esse  
venerandos per singulos sanctorum ordines, apta  
progressione. Deiparam, vt propriè, & verè Dei  
matrem honoremus, de qua supra dixi. Praeuro-  
rem loannem, vt præcursorum, & Baptista in mis-  
sum, & martyrem: de quo infra dicam. Apostolos,  
vt fratres domini, & inspectores, & ministros, in  
passionib.cius: videatq; ibi amplē Damascen. &  
de landibus sanctorum fecit Rupertus de Licio li-  
brum unum.

**V**igesimaquatta consi. Etiam, quod sancti sint  
honorandi, demonstrabitur quibusdam ex-  
emplis, que posuit Iudecus Christoueus in suo tra-  
etatu de veneratione sanctorum, compositus ad  
reprobandum errores aliquorum, & maxime Lu-  
theti Alemani, & quorundam sequacium.

Et in primis, adducit exemplum de sancto Pa-  
triarcha Ioseph. qui, vt habetur Gen.41. vbi post  
quam interpretatus fuit somnium Pharaonis Re-  
gis Aegypti, suggesteritque consilium, quo futuræ  
fami septenali occurreretur, dixit ei Pharaon: tu eris  
super domum meam, & ad tui oris imperiū cun-  
ctus populus obediens, vno tanto Regni solio te  
præcedam: ecce, constitui te super vniuerſam ter-  
ram Aegypti. Tilitq; Pharaon annulū aureum de  
manus tua, & dedit in manu eius, vestiuitque eum  
stola byssina, & collo torqueu autem circum-  
posuit, fecitq; eum ascendere super currum suum  
secundum clamante præcone, vt omnes coram  
eo genu flecent, & præpositum esse scirent vni-  
uersa terra Aegypti.

## T E R T I A P A R S

Certè ergo , vt dicit idem Iudocus Chlctoucus Ioseph, ob nimiam animi sagacitatem, & prudenteriam , à Phataone in excelsum dignitatis culmen à carcere sublatum, non absurdè sanctorum quem liber nobis significat, ob virtutem sanctimoniam, preclarat aq; opera, ex huius mundi erga studio, in sublimem thronum Regni ecclie euctum : à Deo super omnia bona domini sui constitutum, quod seruos fideli & prudens in vita fuerit, iuxta illud Lucæ 12. Nunc Deus splendida immortalitatis adoratum stola, coronaq; rutila decoratum, publico Ecclesiæ praeconio vultu cunctis etiam pia veneratione coli, vt ecclie studio gloria eius, ac sublimitas, omnibus innotescat, quemadmodum Pharaon ipsum Ioseph , à cunctis Regni sui incolis, voluit sublimen regio curru honorari.

Prosecundo exemplo, adducitur historia Mardochæi, de qua habetur Ester 6. Qui , ob detectas insidias duorum eunuchorum Regis Persarum, qui conspirauerant in necem Assueri, indutus stola purpurea, & impositus equo Regio, circumdatus est iubente Rege, per plateas ciuitatis, ab Amman, uno ex primoribus eius clamante in propagulo: Sic honorabitur, que in cunctis Rex voluerit honoret. Ecce Mardochæus vir spectabilis probatissimæ fidei, non solum stolam accepit Regiam, & splendidi vestibus magnificè est amictus, sed & equo regio inuenitus, sibi honoris publicum habuit præconem, palam buccinantem. Hoc honore cōdignus est, quem Rex voluerit honoret. Quod vt dicit Iudocus Chlctoueus, planè nobis inveniat, sanctos ipsos propter ineloquibilem illam gloriam, qua exaltantur in ecclis, etiam diuino benefacito, & ordinatione, in terris honorandos esse, quo alijs patescat magnitudo honorificentia, quam obtinent in cœlis: de qua statim aliquiddicam summatim.

Pro tertio exemplo huius nostræ materiæ, adducitur illud, Dan. 2. quod ponit Iudocus in dicto loco de Daniele, qui postquam Babylonis Regis somnum, quod eius animo exciderat enarravit, & sapienter, vt coelitus fuerat sibi inspiratum, interpretatus est: Rex ipse, nouitate reserationis sanctorum mysteriorum, attonitus patet, & petmotus, illum in sublimem, vt dicit scriptura, extulit: & munera multa, & magna dedit ei, & cōstituit eum Principe super omnes provincias Babylonis, & præfectum, & magistrum super omnes sapientes Babylonis. Nimis hæc Dan. sublimatio à Rege, aperte nobis significat exaltationem illam sanctorum in regno ecclie, quia ob acta vita sanctitatem, subiectum ad sedes aethereas, ac glorificantur. Et hæc honorificentia, de qua supra, claram nobis innuit, præclarum honorem ex Dei decreto, & sanctione, à mortalib. exhibendum sanctis, qui ita à deo honorantur in cœlis.

Pro quarto exemplo, insequendo pronomina tum Iudocum inseremus, quod est Dan. 5. qui cum

scripturam, inanus apparentes Regi Balhafar coniunctio diuinatusq; exstantis, quæ vètura erat, legisset, & interpretatus fuisset, Rege iubete induitus est purpura, & circumdata est torquez a collo cius, vt sacra referat historia: prædicatum est de eo, quod haberet potestatem terrius in gno. Et vt dicit Iudocus, haec etiam Danielis horatio, secundum regis propitiationem, cunctis sanctis, in coelestem translati curiam, designat glorificationem. Prædicatio vero illa, de Principiis eiusdem prophetæ tertio post Regem loco ostendendo in regno nobis publicam insinuantem, quæ sanctum quemlibet in celo gloriatum vult Deus etiam in terris p̄i honorificat. Et de huiusmodi veneratione sanctorum, rite eundem Chlctoueum in suo propugnaculo ecclie, aduersus Lutheran. lib. 1. de forma missæ 14.15.

**V**igesima quinta consi. Festa sanctorum celebrantur ab Ecclesia die, quæ mortui sunt, non die qua nati sunt: quia illa die quamatur, nascuntur ad gloriam. gl. in l. cuni quidam de annuis legit. gl. institu. de ingenuis, in fratribus Romanus singulari suo 34. adde & glossam in capi. non licet. 33. quæst. 4. Et videlicet in c. licet. in 7. not. de serijs. Etho cest quod indit Eccl. 7. Vbi in principio dicit, quod melior dies mortis, scilicet iutorum, qui tunc viueret, cipiunt, quam dies natiuitatis. Propter quod tutus Gallorum mos fuit, pecunias aliquando dare, & mutuo dare sibi reddendas apud infirmaria cum ex doctrina Druydum Pontificium brum de quibus Cesar in commen. suis de bello Gallico, lib. 6. plenè meminit, animas credentes mortales, sicut Pythagoras palliatus, id est Grecus, pallio, more Graecorum, indutus, credidisse maius præmium ex charitate, à Diis immortibus consequi sperabant post mortem peccatoe victuri. De quibus Valer. lib. 2. de institutis. Et sic non abs te, quinimo prudentissime, catholicè prospexit Ecclesia, quod mors sanctorum vocatur eorum natalitium, secundum Lyra supra. In cuius vestigium cygnus cantat, dñe moriturus secundum Mariam. ibi:

*Dulcia defixa modulatrix carmina lingua,  
Cantator cygnus funeris ipse fui.*

Ideo sapiens debet latari, cum moritur, non viciatur, vt amplè declarat G. Benedicti rep. c. Rayn ut. in verb. testamentum. numer. x. testa. Fallit tamen in virginie Maria, & beato Ioh. Bap. quorum nativitates celebrantur, cum inveniantur sanctificati in utero à ventre matris. Et tantum quatuor, qui fuerunt sanctificati in utero à ventre matris, vt Iob, Ieremias, Beata virginaria, & Ioau. Bap. vt ait Petrus de Monte episcopus Brix. in suo dictionario, in verb. sanctis quatuor allig. c. nisi. in gloss. 2. extra detinutione.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

89

Vigesima sexta consi. Credo, quod Adam tanquam pater omnium, & primus patriarcha est primus post Mariam. Et ita videtur teuere Bart. Veronen. in tract. de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis. vbi allegat Dantem 32.c. Paradyfi. hoc ponentem:

Quid uocet: segon la su più felici,  
Per effe propinquissimi ad Augusta,  
Sono etià rosa quasi due radici,  
Colui che da sinistra le s' aggiuista,  
El padre per lo cui aradio gusto,  
L' humana specie tanto amaro gusto.  
Dallo stro, redi quel padre vetusto  
Di Santa Chiesa à cui Christo le chiau  
Raccomando di que sto fior vetusto.

Vigesima septima consi. In ordine sanctorū in paradyso, videtur, quod patriarchæ, seu prophetæ sunt preferendi, & omnib. alijs sanctis anteponendicū, vt videmus in actibus ecclesiasticis maximè in latanijs, præponuntur apostolis, & inter illos lo. Bap. videtur esse maior: quoniā, vt habetur Matt. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior lo. Bap. quod testimonium est ipsis letu, quideco dicit, ex quo illi credendum est.

Ipsenim patriarcha fuit, & propheta, & plus quam propheta. De cuius laude, & gloria in cœlo, & in mundo. & de alijs patriarchis, & prophetis videatur amplè Ant. Floren. in sua sum. in 3. par. tit. 31.c. 7. per totum ad quem recurras in materialibus, & excellentijs patriarcharum, & lo. Bap. & in fin. illius. e. ponitur, quomodo fuit propheta de pastero, praesenti, futuro, & per visionem intellectu, sensibilem, & imaginariam.

Vigesima octava consi. crit ex dictis Gabrielis Barlette, in sermone pro festo sancti Ioannis Bap. qui quarti de dubio: Vtrum, iuxta verbum Christi, Matt. 11. & Lucæ 7. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioannes Bap. Ioannes Bap. sit omelius sanctis maior? & circa hoc adducit quadruplicem opinionem.

Prima est, vt dicit, Quod apostoli sunt maiores, & ratione esse dicit. Ex quo illi sunt maiores omnibus sanctis, qui abundantius super omnes habuerunt spiritum sanctum, sed apostoli fuerunt huiusmodi quoniam, vt dicit S. Tho. super illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes, dicunt, Apostoli, & tempore prius, & ceteris abundantius spiritum sanctum habuerunt. Ideo prima parte q. 44. artic. 7. in primo senentiarum, dist. 16. articulo secundo. Ioannes Scotus in 4. & Duran. eiusdem ordin. Apostoli sunt præferendi omnibus sanctis, tanquam abundantius spiritu sanctum habentes.

Secunda opin. quod Ioannes euangelista, & filius maior, tamen æqualis: & ratio huius est, quia prærogatiæ, quæ sunt Ioan. Baptista concep-

fæ, etiam Ioāni euangelista. Et secundum Petrum Damianum sunt quinque.

Prima, quia Ioannes fuit virgo, & Ioannes euangelista similiiter: qui corrumpi non potuit in terra propter eius virginitatem, nec etiam dominus peruiuit corpus eius in feruentis olei dolio destrui.

Secunda, quia Ioan. Bapt. fuit germanus Christi, filius Helizabeth cognatae Virg. Mariae. Io. euangelista in hoc excessit eum, quia fuit nepos eius, videlicet filius Salome sororis matris.

Tertia, quia Io. Baptista fuit sanctificatus in utero matris, Luc. 1. Spiritu sanctu replebitur adhuc ex utero matris: & Ioannes Euangelista, licet non fuerit sanctificatus in utero matris, ramen accepit spiritum sanctum tempore Pentecostes cum alijs apostolis.

Quarta, quia Ioan. Bap. fuit propheta. Ioan. 1. Post me venturus es: qui ante me factus es. Et etiam prophetizauit in utero, Luc. 1. Exultauit infans in utero meo. Et plus quam propheta, Ioan. 1. Ecce agnus dei. Ioannes euangelista fuit propheta in Apoc. quia futura pronunciat. Et plus quam propheta, quia fuit apostolus, qui excedit omnes, cum abundantius haberet spiritum sanctum. Et Apost. id est missus. Vnde Ioan. 1. Fuit homo misericordia.

Quinta, quia Ioan. Bapt. fuit martyr, ab Herode decollatus. Ioan. Euangelista fuit martyr mortaliter: quia, vt dicit Petrus Damianus: Ille, qui perfotauit cor Mariæ, illemer cor Ioan. euangelista perfotauit, vnde videtur, quod ad minus æqualis erit Ioanni Bap. & sic Christi verba, Inter natos, &c. non essent vera. Itas etiam rationes, & comparationes, referr Robertus de Litio, in quadam sermone de S. Joanne euang. & concludit, quis istorum sit maior, vel minor, non est curandum, cum bene concordes sint in cœlis, ideo non est disputandum de eis in terra: pro quo recitat ibi miraculum. Et, vt dicit Dominicus post 10. And. in c. vnicō, de reliquijs, & veneratione sanctorum, in 6. Periculorum est, de meritis sanctorum disputatione.

Tertia opinio, vt dicit idē Barlette, quod Moyes fuit eximus prophetarum: quia Ecclesiastici 44. dicitur. Non est inuentus similis illi, qui conferaret legem excelfi.

Quarta opinio est, quod fuit Adam, qui creatus est non genitus, & pater omnium. Hinc dicit Petarcha, quod est primus post Virginem Mariam: de quo Bartholomæus Veronen. in tract. de Imperatore militum eligendo. in verbo, ratione dignitatis. Sed tamen de Adam non est bona argumentatio, eo, quia non surrexit inter natos mulierum, sed à Deo creatus, & ideo non comprehensus in dicto Christi.

Quinta opinio, est Iesu Christi, (cum quo subvenia nos erimus) vt dicit Barlette in dicto loco,

## TER TIA PARS

quia vera: cum qua opinione est Tho. 2.2.q.174.ar  
tic.4. quod inter natos mulierū non surrexit mai  
or lo. Bapt. vt habetur Matt. 11. Quam conclusio  
nem, comprobat idem Barlette, in dicto loco tri  
plici ratione, quæ extra hunc à doctòribus.

Primo , ratione diuinalis prænominationis:  
quoniam, vt dicit S. Tho. 3. par. q. 27. art. 5. quod di  
uina prouidentia , quoties mirtere voluit ali  
quem sanctum vitum in mundo , prouinets alii  
preparatione, volvitur illum prius mundo ostendere duplice modo. Primo, verbo prophetic. Se  
cundo, signo diuino: quod patet triplici lege. Pri  
mo, in natura, quando misit Noe in impositione  
nominis. Gen. 5. dicit pater eius Lamech, vo  
cabitur nomen eius Noe. Iste consolabitur nos ab  
operibus manuum nostrarum in terra, cui male  
dixit dominus. Secundò, in lege scripturæ de Moy  
se per signum diuinum, quando in terram proiec  
tit corona Regis. Tertio, in lege gratia, tempo  
re Christi, quando missus est lo. Bapt. qui ostensus  
est verbo prophetic per angelum, Luc. 1. Erit ma  
gnus coram domino. Et ista magnitudo, sicut in  
plurib. scilicet circa eius aduentum, in eius con  
ceptione, & in eius nativitate. Et circa laudem illius,  
quam habuit ab ipso Christo, qui cuin laudau  
it in constantia, in austerritate, in prophetia, & in  
perseuerantia, vt ibi dicir Barlette.

Et ex quo sequitur secundò, quod sicut maior in  
ter natos mulierum ex diuina commendatione,  
ex qua sumuntur laudes, & magnificentia ipsius,  
enasponit idem Gabriel in dicto loco. ver. Secun  
dum dicitur.

Ex quo & tertio sequitur, quod insunt sunt, &  
fuerunt in Ioanne infinitæ gratiae: quoniam sicut  
angelus, sicut patriarcha, sicut propheta, & plus quam  
prophetæ, magnus cotam domino. Apostolus,  
martyr, confessio, virgo, eremita. Et ibi concludit,  
illum omnibus ceteris prepositum: quod cre  
do esse verum, & sum in hac opinione, quod post  
Mariam, est primus in cœlo, & habet proximio  
rem sedem, & sedetur ante omnes, & quoscumque:  
quia magis dilectus à Deo, propter eius gratiam  
virginitatem, propter eius gratiam humilitatem,  
& propter eius gratiam charitatem: quæ tria ibi  
amplè explicat, & declarat idem Gab. in fine ibi:  
Tertium dicitur, &c.

Et de eodem, & eius excellentia, videatur etiā  
Ioannes Ludovicus Vialdus in suo opere Regali,  
in tract. de pugna partis sensitiue in 4. notab.  
vbi etiam amplè. Et ibidem etiam, vide de laude,  
& excellentia omnium patriarcharum, & prophe  
tarum, quos videre poteris, cum de unoquoque  
veniet ad propositum.

Legimus & de lo. Bapt. quod triplex mirabile  
munus gratiae habuit in vtero adhuc existens. Pri  
mo, gratiam, qua in vtero sanctificatus fuit: vnde  
fuit ante sanctus, quam natus, in quo cum Ieremia  
convenit. Secundò, gratiam habuit, qua in vtero

prophetare meruit: quoniam in vtero matru  
ultans Deum adscie cognovit. Tertiò, grata  
buit, quas suis meritis matri prophetia spu  
didit. De quib. amplè G. Bened. in sua rep. c.  
in verb. & sohales quæ gestabat. nu. 22. extra de  
vbi concludit ex verbo Christi, qd nullus sum  
maior lo. Bap. inter natos mulierum corrige  
Vigesima nona consi. Ex primis Ecclesias  
tam militantis, quam triumphantis, cele  
tur Apostoli, qui etiam videntur preferri de  
patriarchis & prophetis. Quoniam, vt habet  
phes. 4. ponit apostolus narrando dona co  
Christo in adificationem corporis sui, id est ec  
clisia. Primo, ponit apostolos, deinde omnibus  
quens, air: Estis ciues sanctorum, & domestici  
superadificari supra fundamenū apostolorum  
prophetarum ipso summo angulari lapide  
Iesus scilicet doctrinam corum in vranum  
testamentum, sive populum Iudeorum, & g  
un. Christus lapis angulus dicitur, quia vranum  
in se coniungit: & ideo se excusat, & rationem  
dit Ant. Flo. in 3. part. tua summa tit. 31. c. 8. &  
prius de prophetis quam de apostolis scripturæ  
eos in ordine sive scripturæ præposictrū, re  
lationem solam, co quia tempore præcesserū  
apostolos.

Sed videtur, quod sunt præferendi tangue  
Principes populorum, vt haberur Psal. 46. Pi  
pes populorum congregati sunt cum Deo Abra  
ham. & Psal. 44. Constitutes eos Principes  
omnem terram. Et de his habetur Apoc. vi. 12.  
dicitur: Quod murus ciuitatis, scilicet superme  
rusalem, est habens duodecim fundamenta, &  
eis duodecim nomina apostolorū & agni, &  
Cherubin, & Seraphin, incessabilis in voce clamaz  
Sanctus, &c. dominum laudat in ecclisioglo  
apostolorum chorus, quorum dignitas eti  
randæ: quoniam, vt canit Ecclesia, Ecclesiæ  
Principes, bellitriumphans Duces, cœda  
la milites, & vera mundi lumina. Et quibus  
buit principatum sibi à Deo dectatum me  
prouincie vel regni.

Nam, Andreas fuit Princeps populi Achae  
sis in Græcia.

Iacobus maior, Princeps populi Hispanie, sibi  
desuit honoris in mundo, quia in capite  
à passione Christi in Iudea decapitatus est, hec  
us supplex post mortem, quia in maiori  
tione est corpus eius, quam alicuius apostoli.

Thomas, Princeps Indiani populi, quem  
uerit Iacobus minor, Ierosolymorum populi  
regens primus ibi archiepiscopus fuit, & præ  
missam cantauit seu legit, vt in c. f. 66. dist.

Phili. Syriæ, seu Scythia, specialiter gubernat  
Bartholomeus, (cuius nomen porto) Armen  
iam, & Licaoniæ. De cuius vita, & martyrio per  
Anto. Flo. in sua historia, parte prima, titulo ista  
cap. 12. cuius verbahic inserere volui ad laudem

& decorum ipsius & nominis eiusdem. Dicit enim quod Bartholomaeus interpretatur filius suspendens me, vel filius suspendentis aquas. De eo dicit Dionysius in libro de mystica theologia. Diuus Barth. dicit multi esse theologiam, & minimam, & euangelium latum est, & magnum, & rursus concilium vult dicere, quod una consideratione, omnia possunt de Deo affirmari, & alia magis propter prius de Deo negari. Euangelium est concilium, id est breue quo ad finem, qui est fides Christi, & charitas. Latum autem, & magnum, ratione materiae propriei innumeris documenta, & mysteria comprehendit.

Hic unus fuit ex senatoribus Ecclesiae apostolis Christi, & pater Luc. 9. & 6. Mar. 3. & Matth. 10. & dicam infra in consideratione seq. Et post aduentum Christi intravit in Indianam, que est in fine orbis, & ad quandam ciuitatem deuenientem habitare coepit in templo, ubi colebatur Deus Astaroth. Diabolus autem habitans in illo idolo ita decipiebat homines, immittens quasdam infirmitates, ut ipsis infirmi pro sui liberatione, sacrificando offerrent, quo sancto, diabolus ab illa passione illata cessabat. Cum autem templum Astaroth languentibus esset plenum, & querentibus, resolutionem erat, nullum diabolus per idolum daret respondere, pergit ad vicinam ciuitatem ubi celebatur Berith, interrogantes eum quare Deus suis non daret responsa, Berith respondit: Deus vester catenis igneis religatus est, ita ut nec loqui, nec respirare valeat, ex quo Apost. dei ciuitate in retrauimus ingressus est. Aliunt illi, Quis est iste Bartholomeus? Inquit, Amicus Dei omnipotens est, & ad hanc prouinciam venit, ut euacueret omnes Deos Indiae. At illi, Danobis signum eius, in quo valeamus cum discernere inter tot millia hominum, & cognoscere eum. Quib. diximus ait, Capilli eius nigri & cripi, caro candida, oculi grandes, nares aequales, & directe, barba prolixa, habet paucos capillos canos, statura aequalis, colo bialbo, clavato, purpura vestitur: induitur pallio albo, qd per singulos angulos gemmas habet purpuras. Vixi sex anni sunt, ex quibus vestimenta eius & sandalia, nec veterantur, nec sordecent: centies per diem orat, centies per noctem: angelis Deum comitantur, qui neceum sinunt fatigari, semper eodem vultu & animo letus & hilarius perseverat. Omnia praeuidet, omnia nouit, omnium linguarum notitiam habet: & quod nunc loquor vobis, ipse iam nouit. Cum eum quæsieritis, si volete, offendet se vobis, si noluerit, non poseris inuenire: rogo autem vos, vt cu[m] eum inuenieritis, deprecemini eum, ne huc veniar, & similia Astaroth mihi faciat. Euntes ergo, cum per duos dies sollicitè quæsiſſent, nec inuenire possent, altera die quidam demoniacus, ambulans iuxta eam clamauit, dicens, Apostole Dei Bartholo. intendant me orationes tuas. Cui Barth. Obmut-

sce, & exi ab eo. Qui subito liberatus est. Audiens autem hæc Rex illius prouincie nomine Polemius. Cum haberet filiam lunaticam, misit ad illum rogans ut veniret & sanaret filiam suam daemonicam. Apoſtolus vero accedens ad palatium Regis, cum vidisset illam carthenis ligaram, co quod appropinquantes sibi, morib. lacrabat, iussit eam solui: cum ministri timerent hæc agere, dicit: Ego daemonium illud ligatum teneo, & vos timetis, quam solutam subito à diabolo liberauit. Misit autem Rex Polemius multos camelos oneratos auro & arg. & lapidib. preciosis, ut quærentes Dei apostolum ei praedita ex munere Regio offerrent. Cum ergo inuenire non potuerint, reuersi sunt ad Regem. Ipse vero apostolus manu sequenti, cum Rex solus esset in cubiculo appauit, dicens: Et quid per totam diem hæternam me fecisti querere cum auro & lapidiis preciosis? Hæc necessaria sunt his, qui terrena, & carnalia cupiunt: ego autem nil mundanum requireo. Tunc apostolus loquens ei de mysterio nostræ redēptionis, ostendit ei Christum diabolum viciisse per mirabilem congruentiam, potentiam, & sapientiam, & iustitiam. Quibus declaratis, dicit apostolus: Si baptizari disponis, ego tibi & populo dabo Deum vestrum cæthenis religatum. Quodcum affirmasset se sacerdatis paratum die sequenti, congregari sacerdotibus Astaroth, & populo ad templum, cum sacerdotes ei immolarent in potentia Regis & populi, Daemon instigata clamare coepit, & dicere: Ceſtate miseri inihi sacrificia offerre, ne peiora, quam ego, patiamini tormenta. Qui catenis igneis religatus sum ab angelis Iesu Christi, qui crucifixus est à Indæis, putantibus cum à morte detineri: Ipse autem IESVS, per mortem Regiam nostram deuicit, & Principem mortis dominum nostrum vincit. Statimque omnes miserunt funes, ut simulachrum euerterent, sed non valuerunt. Apostolus autem præcepit demoni, ut idolum illud communiqueret, & omnia illa simulachra templi per seipsum cōfringere: quod & factum est. Omnes infirmi, quietant in templo sanati sunt, orante pro eis apostolo, qui & templum Christo dedicauit. Sed & angelus domini circumvolans templum in humana specie apparens, in quatuor angulis templi signum crucis insculpsit, dicens: Sicut sanati sunt infirmi ab apostolo à languoribus suis, ita sit hoc templum mundatum ab immundicijs & habitatore eius diaholo: sed antequam perget in desertum, (quo apostolus cum ire præcepit) ostendam vobis eius horribilitatem quem videatis, non timeatis: sed signum illud qd insculpsi in templo frontib. vefris imprimite. Tunc viderunt omnes Aethiopem sulagine nigriorem, facie acuta, barbaprolixa, crinib. visq; ad pedes protensis, oculis igneis scintillas vt ferrum igni emittentib. flammas sulphureas ex natib. spirantem, catenis igneis vincitu retrò manub. Et dicit ei angelus domini: Quia apostolo ob-

### T E R T I A P A R S

ediens, omnia idola templi cōfregisti, soliam te, & perge in desertum locum, ubi nullus hominum moratur, ibi mansurus vsq; ad diem iudicij. Qui cum magno strepitu, & vulnalu, disparuit, angelus cunctis videntib; ad coelū ascendit. Rex vero Pole mius cū vxore & filijs & omni familia baptizatus est, multusq; populus cū eo, qui etiā Polemius reliquo Regno, apostoli discipulus effectus est. Pontifices vero idoloru, ad Astyages Regem fratrem dicti Polemij, conuenerunt, & de Deorū suorum iniuria, ac templi mutatione, ac fratris sui per artem magicanam deceptione, contra apostolū conquisiſunt. Astyages autē vehementer iratus, misit mille viros armatos ad querendū apostolum, & captū ducentū ante ipsum. Eo autem adducto coram se, ait Astyages: Tu es qui eueristi fratrem meum? Cui Apostolus, Ego non eueri, sed conuersti fratrem tuum. Et Astyages. Sicut tu scisisti fratrem meum relinquere Deum suum, & tuo sacrificare, ita ego faciam te Deum tuum defere, & meum adorare. Apostolus vero ait ad eum: Ego Deum quē adorabat frater tuus ligau, & ligatum ostendi, & cum confingere statim feci: si ita tu feceris Deo meo, poteris me ad simulacrum prouocare. Si ego vero Deos tuos comminuam, & tu crede Deo meo. Hacco dicente, nunciatum est Regi, quod Deus sius Baldach, comminutus cecidisset in terram. Quod audiens Rex præ trifilia scidit purpurā, qua erat indutus. Et apostolū ita tifustib; cadi, & exsuum vivum excoriari, & dehinc excoriatum decapitari mandauit. Sicq; per martyrij palmaria ad coelū volavit. Fideles autem corpus apostoli accipientes honorificè sepelirunt. Astyages aurem, & Pontifices idolorum, arrepti à dämonibus suffocati sunt. Polemius vero factus Episcopus, viginti annis laudabiliter ecclesiam iexit, & virtutibus plenus in domino requieuit.

Quia vero de morte eius varia est opinio. Nam B. Dorotheus dicit, quod Barthol. in Albano, cuiitate magna Armenia, crucifixus est, capite deorsum. Beatus vero Theod. quod fuit excoriatus, ab aliis asseritur, quod fuerit decollatus: que ita possunt concordari, quod fuerit primò excoriatus, exinde crucifixus, demum nondum mortuus decapitatus. Post aliquod tempus, corpus B. Barthol. ad insulam Liparitanam circa Siciliam translatum est: infideles autem in insulam illam inuidentes, & omnino decustantes circa annum Domini 331. ossa Apostoli per plateam sparserunt, sed iussu ipsius Apostoli apparentis vni sancto viro in somnis, & designatae quae essent ossa, scilicet splendentia etignis, collecta sunt, & Bencuentum Metropolim in regno Apulie ab ipso delata, & communiter tenetur corpus eius haberi. Beneuenti, licet & Romani assertant se illud habere. Haec dicit Ant. Flo. in sua hist. par. 1. ti. 6. c. 12. sed in part. 2. tit. 24. cap. 4. §. 5. dicit illam translationem fuisse

tempore imperij Caroli, qui fuit 706. ab incarnatione Domini, & ibi ponit amplè modum educationis factæ viro sancto, vt eius ossa conserret, qui bis recusauit: & quod miraculose ossa, ibi ossa eius erant, evasit ab incursu infidei. Redeundo ergo ad propositum, vnde dico si fueramus, dignitates apostolorum confundimus.

Matthæus, Aethiopiam nigrā, candidam & trina fidei effecit.

Simon, prius Mesopotamiam.

Thadeus, ius germanus Aegyptum, simulo bo per fidem illuſtrarunt.

Matthias, Iudeam in sortem accepit, & primus legitur ordinatus in clericum per apostolos. ibi gl. in clericos. 21. distin.

Ioannes euang. Asiam, cuius septem ecclæ Apoc. scriptis, & à quibusdam viuis adhuc optate creditur in paradysum terrestre translatus, cum Enoch, & Elia, contra Antichristum predicit, vt de statu legis euang. habeatur testis Io. 5. cut de statu legis naturæ Enoch, & delegat. Maria Elias habetur quod tener d. Ioan. Dominus quodam suo dialogo, allegato per Anton. Faſum. 3. par. ti. 31. c. 8. §. 1. vbi predicta de apostolis dicit, subiungēs tamen quod communius creditur in patria cum ceteris in corpore, & anima, quod corpus eius innenitur, vel in anima tantum, expentes illud. Si enim volo inancere donec veniam Io. vlt. quia non ad aduentum vel ad iudicium pertinet, sed ad aduentum in regno ecclæ iam per orbem diffuso. Ipse veniet pro eos sine martyre in pace migraturus.

Paulus Princeps fuit totius ferè orbis prædicto.

Sed Petrus, non solum pontifex Galatæ, Capadoccie, Antiochiae, ubi prædicauit, & Romæ absolute Princeps fuit totius Ecclesie autem & iurisdictione plenaria sibi tradita, non ab apostolicæteris, vel concilij, sed à domino Iesu Christo, vt infra plene in sequenti consideratione cam.

Principes ergo apostoli fuerunt ecclesiarum populorum facti à domino Iesu Christo, vt Ecclesiæ gubernarent & ordinarent circa diuinum, populos meritis & virtutum exemplis aliente traherent, debellando hostes interiorum, doctrina & miraculis orbem illuſtrarent, quod quomodo fit: ample demonstrat Ant. Flo. in sua sum. par. 3. ti. 31. c. 8. §. 1. vbi ample per symbolo per eos compposito.

Item etiam tanquam iudices duodecim tribus Israel, sedentes cum filio hominis in sede maiestatis suis, prout sunt duodecim apostoli qui eum fuerunt Christum in regeneratione, vt habent Matt. 19. & Luc. 22. Et isti habent iudicium approbationis, vt dicit Arch. 8. q. 1. c. vereor. Et debet:

damnes alios præcedere, quoniam iudices ceteris sunt præponendi, & in altiori sede, vt dixi infra in parte in prima confi. vbi dixi, quod iudices debent habere sublimiorem locum. scit. e. Episcopus. 98. dist. Ex quo ergo Apostoli suerunt & Principes nostri constituti, & iudices debeni quoque præcedere, vt dictum est, igitur, &c.

Erit numerus duodenarius Apostolorum, p multas figuras diuinarum scripturarum mirabiliter præsignatae sunt, & à domino consecratus.

Primo, per duodecim filios Iacob, omnes uno patre genitos, Gen. 25, & iterum 42. c.

Secondo, per duodecim fontes aquarum, quos in deferto Elini inuenierunt filii Israël, Exod. 15. & Num. 33. c.

Tertio, per duodecim lapides preciosos, quos precipit Dominus vt ponerentur in veste Aaron, Exod. 27. c.

Quarto, p duodecim Principes electos de duodecim tribubus Israël, singulos per singulas trib. Ios. 3. c.

Quinto, per duodecim durissimos lapides, quos præcipi poni losue in loco castrorum, vbi fixit tentorium, losue 4. ca.

Sexto, per duodecim panes propositionis, qui ponebantur supermeniam in cōspectu Domini, Lout. 2. 4. c. & Exo. 25. c.

Septimo, per duodecim exploratores quos misit Moyses ad considerandam terram, quam datur ruerat Dominus filiis Israël, Num. 13. c.

Octavo, per duodecim boues qui sustinabant arcunum, 3. Reg. 7. c.

Nono, per duodecim praefectos, quos posuit Salomon super omnem populum Israël. 3. Reg. 4. cap.

Dicimodo, per duodecim lapides, quos tulit Elias iuxta numerum filiorum Israël, & adificauit de la pīdib. altare in nomine domini. 3. Reg. 18. c.

Vnde dicimodo, per duodecim stellas fulgentes in corona sponte, s. ecclesia, Apoc. 12. c.

Duodecimodo, per duodecim portas ciuitatis Ierusalem, quas vidit Ioannes, Apoc. 21.

Terdecimodo, per duodecim fundamenta super ciuitatis, que vidit Ioh. & in ipsis nomina Apostolorum & agni, de quibus iam dixi supra, & habetur Apoc. 21.

Dicimodo quartu, per duodecim horas dici. Christus est dies, de qua inquirit David, Psal. 83. Melior est dies tua in ariistiis super millia. Hic autem dies habet duodecim horas, s. Apostolos. Vnde ipse Ioannes vnde dicit: Nonne duodecim horae sunt diei? In quo verbo dominus Iesus non Iudam, sed succellere in eius præuidebat. Haec dicit Ioannes Ludouicus Vialdus in suo opere Regali, tractatu de pugna partis sensitivæ & intellectuæ, in quarto nota: vbi plenè ponit de excellētissimum Apostolorum in genere & in particuli, ideo eum videas ibi.

**T**rigesima et consid. Petrus Apostolus, qui fuit inter Apostolos domini primus, obtinuit pri- matum in ecclesia, & constitutus fuit Princeps totius ecclesiarum: & ideo primatum & primum locum in ecclesia triumphat, hoc est, in celo empyreo. Et quod constitutus fuerit Princeps roti ecclesiarum & Apostolorum, probatur auctoritate sacræ scripturae in duodecim locis.

Primò, Mat. 16. vbi dicitur: Tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Petra enim dicitur, quod primus in nationib⁹ fundamen- tū fidei posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compaginem molensq; con- tincat. c. fidelior. 50. dist. faciunt hæc verba text. vt in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocarer. Et in e. præcepis. 11. dist. ibi: Cura & totius ecclesiae principatus com- mittitur. & in e. considerandum. ibi: Et tune præ- posuit ceteris. 50. dist. Et ideo dicitur Romana ec- clesia caput esse omnium ecclesiarum, cum non ab Apostolis, sed à summo Deo primatum obti- nuit. c. in nouo. cum e. seq. 21. d. c. sacrosancta. 22. d. & c. euī beatissimus. 24. q. 1. & probatur in e. roga- mus. 24. q. 1. quod Petrus fuit caput ecclesiarum, cuius sedes iussu Dei ab Antiochia fuit translata Romā, & vt dicit tex. in e. cuncta per mundum. 9. q. 3. Pe- trus voce domini principatum ecclesiae tenuit. p- bant etiam tex. in e. relatum 9. q. 1. & in ea. audiui- mus. ver. vnde eum omnibus. 24. q. 1. & in ea. Pau- lus. & c. Petrus. 2. q. 7.

Secundus locus sacræ scripturae Ioannis vltimo, vbi dicitur: Paſce oves meas. Ex quo dicto proba- tur priuatus & principatus seu prælatio Petri pon- derando verba, pro quo in e. significati. in prin- cipio. & ibi glo. de electio. extra. & glossa fin. in cap. considerandum. l. d. & glossa in verbo, tu es, in ea. in nouo. 21. dist. Quamuis enim Dominus noster I E S U S C H R I S T U S, omnibus Apostolis in cō- munis claves dederit, vt habetur Ioan. 20. & Matt. 18. Similiter omnibus discipulis præcepit præda- re: Marei vlt. & Mat. vlt. In his ramen non fuit da- tum regimen, sicut per hæc verba, Paſce oves me- as, vt in cap. in nouo. 51. dist. quoniam Reges dicun- tur pastores. 3. Reg. 22. Vidi cunctum populum Israël dispersum in montibus, quasi oves non ha- bentes pastorem. & Esa. 44. qui dico Cyro, pastor meus, & omnem voluntatem meam complebis. Nemo nouit Cyrum parentissimum fuisse regem, qui Altiage auro materno intersecto trans- tulit regnum à Medis in Persas, & probatur Esa. 46. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. v- bi taxat pastores velut maiores regentes, non soli superintendentes. & Ierem. 2. Sacerdotes non dixerunt vbi est dominus, & tenentes legem ne se iucundent me, & pastores præuaricati sunt in me. & in cap. seq. & dabo vobis pastores iuxta cor meum, & paſcent vos scientia & doctrina. Ipse quo- que, cui data est potestas in celo & in terra, & q̄ est

### T E R T I A P A R S

Rex regum, & dominus dominantium, vt habetur Psal. 144. Dixi supra in parte præcedenti, in 1. confid. est pastor bonus, vt habetur Ioan. 10. cuius Petrus dicitur vicarius in terris, vt est tex. in c. 3. §. 1. de translatione episc. Similiter Papa gerit vicem Dei in terris, c. 2. circa principium de translatione episc. extra. & c. ad Apostolicæ. §. nos itaque de sententia & rc indic. in 6. & c. i. §. ideoque de Magistris. & Iesus dedit Petro claves regni ecclorū, vt habetur Mat. 16. in nouo. cum c. seq. 21. d.

Et quando in sacra scriptura fit mentio de pastorebus, indubitate intelligitur loqui de Regentibus & Principebus, vt 22. Ieremia, dicendo. Omnes pastores tuos paseant ventus. & codem loco ea 23. Vx pastorum, qui dispergunt & dilacerant gregem pasear meæ, dicit Dominus. ideo hoc dieit dominus Deus ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispergili gregem meum, & ciceis illos eos, & nō vis tristis cos. in quib. omnib. locis apparet, eos pastores appellatos, quia alios præfuerūt in regimine & dignitate: quare Petro constituto pastori primat° prælationis & regiminis ei datus est.

Istud etiam probatur Ezechieli 24. quem ad hoc allegat Cyprianus in ep. 13. ad Stephanum Pam. li. 3. Ait Dominus: Fili hominis propheta de pastorebus Israël, propheta, & dices pastorebus. Dicit dominus Deus, Vx pastorum Israël, qui pascerebant semetiplos: nōne greges à pastorebus pascuntur? &c. Et habetur etiam Zach. 10. Ex quibus cōstat, quod cum soli Petro fuerit data potestas pastoris, nec dictum fuerit alijs, pasee oves meas, quod ipse fuit prælatus Apostolorum: quod comprobatur in c. hi qui. 50. d. & in c. si post. eadem d. & in c. solit. de maiori. & obed. in c. significasti. de ele. in c. fundamenta. de ele. in 6. & in c. fidelior. 50. d. Et canit ecclæsia Catholica, cui credendum est. Tu es pastor omnium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia Regna mundi, & ideo traditæ sunt tibi claves regni ecclorū.

Tertius locus sacra scriptura est, Luc. 22. vbi sic dicitur, Ait dominus Simon: Simon, ecce Satan aspertuit vos, vt eribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tñ aliquando conuersus, confirmara fratres tuos. De intellectu quorū verborum Aug. in q. 75. de questionibus Veteris & Noui Testamenti. & facit tex. in c. 1. 21. d. & ibi amplè lo. de Turrec. ponit potestatem summi Pontificis & Prælatorum ultra simplicem sacerdotem ratione iurisdictionis. facit et iam tex. in c. maiores. de Baptismo. vbi etiam ponit, quod Dominus orauit pro Petro, ne deficeret fides eius: quæ verba bene ponderata denotat, quod Petrus habuit priuatum omnium à Deo. Primò enim nominatim eū appellat Simon, quia ex alij cum vocando, & difunctione alloquēdo: Simon ait. Deinde quod communem futurā p̄dixit corum tentationem, experiuī vos: deinde tertio, reuertitur specialiter, dicendo. Ego rogaui

pro te, non dixit, pro vobis. Et iterum, vt non deficiat fides tua, non vestra. Et ne aliquid dubium nisi subest, addit. Et tu in presentia aliorum testolorum: & vt indubitate ab alijs esset agitus, addit: confirmara fratres tuos, qui erani de puci & Apostoli, ac si apertissime diceret. Egredi, tu aliorum curam habeas.

Quartus locus Euangelicus pro primatu inter Apostolos est, Mat. 17. vbi Petrus in illis redidrachmam pro Domino & pro se, cum dicit: Et cum venerunt Canaun, accesserunt drachmam petebant ad Petrum, & dixerunt: Magister non soluit drachmam. Et ibi, Eccl. Intra se domum, peruenit ad eum Iesus, dicens: Quid tibi viderur Simon? Reges terra, à quib. cipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dicit illi Iesus: Go liberis sunt filii. Vt autem non scandalizares eos, vade ad mare, & mitte hamum, & c. p. qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore crenies stateram, illam suuens da eis pro medietate. Ex quibus verbis, & cōd. quia Apostoli statim verbis dixerunt: Quis putas in auctoritate tuorum? Beatus Hieronimy. declarans prædicta, & sensum literæ, dixit, quod etiam hæc mēs Apostolorum, & etiam B. Ambrofius, & habetur in e. estaliud. 24. q. 1. & etiam Aug. in questionibus Veteris & Noui Testamēti. q. 75. vbi hæc verba multum ponderauit priuatum p̄ inter Apostolos.

Probatur & vlt̄ri⁹ extrina nominatione Apostolorum per tres Euangelistas facta, videlicet 10. vbi sic nominantur:

Petrus, Andreas, Philippus, Bartholomaeus, Iacobus Zebedei, Iohannes, Thomas, Matthæus, Iacobus Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

Marcus Petrus, Iacobus Zebedei, Iohannes, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacobus Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

Lucas Petrus, Andreas, Iacobus, Iohannes, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacobus Alphæi, Simon Zelotes, Iudas Iacobus, Scarioth.

Vbis enim sunt in numero duodenario, & semper Petrus est primus: & non primus ratiōne vocationalis, quia Andreas fuit primus. Et dicitur in sermonibus Discipuli, scilicet sanctis Iacobo, & Philip. in ser. de sanctis Petri & Paul. Et semper Doct. Theologi intellexerunt priuatum ratione prælationis & principatus, & nos ita intelligimus.

Sextus locus est Ioan. 21. vbi habetur, Simon cuius cum audisset, quia Dominus est, tunica eius erat enim nudus, & misit se in mare. autem Discipuli nauigio venerunt. Nō enim ergo erat à terra, sed quasi cubitis ducentis trahitur

teria,&c. quod singulariter declarat, & ita intelligi  
per Ber. de Bustis, l. 2. de consi. ad Eugenium.

Septimus habetur Luc. 5. quem ad hoc adducit Ambrolius relatus per Gratianum 24. q. 1. ca. non turbatur. denique, ut dicit tex. & si alijs imperator vi laxent retia sua, soli tamen Petro dicuntur, duc in alium, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim est tam alium, quam altitudinem diuinitarum videte, scire filium Dei, & professionem diuinę generationis asilum, licet mens humana plene rationis non queat inuestigare comprehendere: fidei tamen plenitudo complectitur? Et ibi dicit Io. de Tarr. quod licet dederit omnibus potestatis predicandi, noui tamen omnibus, sed soli Petro deditas questiones circa fidem determinare, & in lacem veritatis ducere.

Ottavus, habetur Mat. 18. quem ibi declarat Chrysost.

Nonus, habetur Mar. 14. cum soli Petro dixerit Christus: Simō dormis, nō potuisti vna hora vigilem cum mecum? quasi dominus voluerit ostendere, ipsum prae ceteris ex commissio sibi officio debuisset vigilare.

Decimus, habetur Ioan. 6. dum multi discipulorum abiissent retrò: dixit Iesus ad duodecimum. Nunquid & vos vultis abire? Respondens ei Simō Petrus, Domine ad quem ibimus? & dicit gl. vnum pro omnibus respondebat.

Vnde decimus, habetur Luc. 21. de amputatione auriculae Malchi à Petro facta: quod declarat Gregor. Papa relatus per Gratianum. cap. si Petrus. 24. q. 1.

Duodecimus & vltimus locus est Io. vltimo, vbi dominus dicit ad Petru: Amen, Amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi voleris: cum autem senueris, extende manus tuas, & alius cingeret, & duceret te, quo tu non vis. Et infra hunc ei: Sequere me, quod non modo intellectu degener martyrij, sed & ordine magistri, vbi a Teophi. Inde quidam recentior ait: Sequere me, gerendo vices meas, & in officio pastora& martyrio. Et hac sunt quae satis probant, quod Petrus inter Apostolos obtinet primatum, tanquam palor inter eos. Et quoniam summi Pontifices sunt successores Petri, ideo obtinent primatum in ecclesia militante, prout Christus: cuius vicarij sunt, in ecclesia triumphante. Dicam infra in parte sequi. Et nota quod Christus simpliciter magis dilexit Ioannem Euangelistam quā Petrus ex pluribus priuilegijs ei concessis, vrait Anton. Flor. in 4. parte sua iuri. tit. 10. ca. quarto. §. 3. & nullus alijs ita familiaris & continuus cū Christo.

Tertius prima consideratio. Ambrosius recitat in c. beati. 2. q. 7. dicit, Beatus Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & haec quidam prærogativa præcellunt: veri in ipsos quis cui præponatur incertū est. Putoc-

nim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione, & simili eos fidei devotione vixisse, quos simul videamus ad martyrij gloriam peruenisse. Nō enim sine causa factū putamus, quod vna die passi sunt, vno loco, sub uno perfectori. Vna die, vt ad Christum pariter peruenirent. In vno loco, ne alteri Roma deceperit. Sub vno perfectori, vt æquale crudelitas vtrumq; cōstringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perfector decretus est pro virtute, &c. Et ēt Pelagius Papa, in c. quamuis. 21. d. Sic quamvis vniuersitate per orbem Catholicæ & Apost. constituta ecclesiæ, vnu thalamus Christi sit: tamen sancta Rom. eccllesia Catholica & Apost. nullis synodis constitutis ceteris ecclesijs prælata est, sed Euangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiā meam. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diuerso (sicuti hæretici garriunt) sed vno tempore, vna eademque die, glorioſa morte cum Petro in urbe Romana, sub Cesare Nerone, agonizans coronatus est, & supra dictam pariter Rom. eccliam Christo domino consecrariunt, eamq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia ac venerando triumpho prætulerunt.

Ex quibus videtur dicendum, quod Paulus fuit æqualis Petro, & sic quod Petrus solus non fuit Princeps Apostolorum, nec illi soli fuerit data illa potestas vniuersalis antedicta. Io. de Turrect. in c. per. 8. qu. 1. Et Anton. Florentin. in sua histor. in 1. part. tit. 6. cap. 4. ponunt hanc æqualitatem, sed dicunt illam fuisse in merito, & premio, & potestate ordinaria, sed non quo ad iurisdictionem: quia Petrus fuit maior in hoc & in administracione Paulo, vt in c. in illis. in fine. 80. dist. & gl. in verbo, par. i. in c. nouo. 21. dist. Et etiam quo ad potestatem faciendo miracula. & idem Flor. in sua sum. 3. part. tit. 31. c. 8. §. 1. Attamen Ioan. Ludo. Viual. in suo opere regali, in tracta de pugna partis sensitrix. in 3. notab. verbi. Paulus Apostolus. dicit quod Paulus fuit Petro sublimior in quibusdam: hinc est quod in bulla sue sigillo plumbeo ponitur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris. Aliam tamen rationem quare hoc fiat retulit Ioannes de Selua in suo tractatu de beneficio, in prima parte, qu. 5. scilicet, quia sinistra est pars mortis, quam Christus habebat tempore, quo Petrus venit ad Christum ante passionem. Dextera vero denotat immortalitatem Christi, quam habuit post resurrectionem, quo tempore Paulus ventus ad Christum. Haec rationes sunt somnia: ideo melius dixi supra in hac parte, in 2. confid. vbi dixi de Christo quomodo sedeat ad dexteram. Et in dicto quarto notabilis ponit ipse Viualdus de omnib. Apostolis: sed dicit quod Paulus præcellit alios Apostolos sex rationib. Et ēt de omnib. alijs Apostolis & conuersatione corū ponit idē Ant. Flo. in dicta sua historia, in prima

### T E R T I A P A R S

prima parte, in 6. tit. à. 4. ca. vsque ad finem ponit de Discipulis, & solum ponit de tribus, videlicet de Lazaro, & Martha, & Magdalena: de quibus facio considerationem sequentem. Dicit tamē Bartho. Veron. in tractatu de imperatore eligendo, in verbo, ratione dignitatis, quod Adam & Pe. sunt digniores, quia proximiores Virginis Mariae.

Aduerteretamen, quod de iure appellatione Apostoli simpliciter intelligitur de Paulo. vt ait gl. in verbo Vir. de iure naturali, gentium & ciuii. in institutio. que gl. à Doctribus approbat. Cui concordat gloria inris Canonici in verbo, part. in cap. forms. de verb. signific. que allegat pro hoc anno. Apostolus. 32. q. 7.

**T**rigesimafecunda consid. Lazarus post Apostolos, discipulus Christi, huius nostrae ciuitatis Heduen. patronus, protector & conservator, & in qua eius corpus requiescit, inter cuius membra eaput peregrinis demonstratur, summa gloria, summa laude, summo honore glorificandus, laudandus & honorandus. Hic enim vt dicit Flor. in dicto sexto ti. 19. c. frater erat Martha & Magdalene, à Christo fuit familiariter dilectus, & solus inter discipulos Christi amicus vocatus, vt habetur loan. ii. Lazarus amicus noster dormit. De stirpe regia descendens ex populo Iudaorum patre Syro nuncupato, & matre Eucharia, & mortuis sororum patre & matre magnas sui patrimonij diuitias, sic inter se diniserunt, vt Mariæ quoddam eastrum Magdalona dictum (vnde Magd. nuncupata est) in partem contingit. Marthæ vero castellum Bethania, quod erat propè Ierosolymam ad duo milliaria. Lazarus autem, militia vacanti, pars non modela Ierosolymorum: & eum quatriduanū à mortuis suscitauit Christus. Post passionem domini, la pris aliquot annis, Iudei fugatis Apostolis de patri bus illis insurgentibus contra Lazarum, Mariam & Martham, forores eius, Marellam pedissequam Marthæ, que Christi disputante contra Phariseos elamauerat, Beatus venter qui te portauit, &c. & Celidonium, quem à nativitate cœcum Christus illuminauerat, & Maximinum unum ex 72. discipulis Christi, nauim imposuerunt sine gubernaculo, periculis marinis exponentes, vt quā eitissimè submergerentur. Sed diuino nutu, Massiliam incolumes peruererunt, vbi prædicationibus eorum Princeps cum vxore ad fidem Christi conueritus, idola ciuitatis confregit, Ecclesias construxit, fidem & baptisma plurimis recipientibus, beatum Lazarum Massilia episcopum præfecerunt: deinde populum Provinciae ad fidem induxerunt. Reliqua vero vide infra in vlt. par. in consideratione, quæ de laude ciuitati tractat, vbi plura in laudem diuini Lazari scribuntur. & meritò, cum sit nomen tutelare Heduorum.

**T**rigesimatercia consider. Post Apostolos & Prophetas dominum Deum martyrum candidatus laudat exercitus, vt habetur in canticis Am-

brosij & August. Vnde Ioannes Apoc. 7. dicitur, disse turbani magnam in Ecclesia triumphum, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus tribus, & populis, tribibus & linguis, stantes thronum, & in cōspectu agni amictis stolis & palmae in manibus eorum, & clamabant magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet in thronum & agno: & omnes angeli stabant in cœtu throni & seniorum, & quatuor animalia laudantes Deum: & qui sunt hi amicti stolis in cœtu throni cum palmis in manibus sunt venerunt extribulatione magna, & laueruntur tuas, & dealbauerunt eas in sanguine agnorum, sunt ante thronum Dei, & servirunt ei die ac nocte & qui sedet in throno, habitabit super iherusalem quo in prima consideratione huiusc pars, non esurient amplius, neque sitient, vt dicitur Ant. Flor. in sua sum. par. 3. tit. 32. c. 9. vbi per martyribus, quos ponit post Apostolos & prophetas.

Vnde multum sunt honorandi & glorificandi martyres, cum sufferre martyrium sit actus maxime perfectionis: quod probat sanctus Thomas 2. questio. 124. arti. 3. duobus modis, vbi in pe-

cum. Ex quibus concluditur, quod martyres summi factores doctoribus: quia ipsi docent non per verbo, sed etiam facto. Sunt etiam perfecti Virginibus. vnde Aug. in libro de virginitate comparationem inter perfectionem martyrum & etiam S. Tho. in 4. dist. 49. monitum, quod licet una aureola sit maior altera, scilicet quod simpliciter tamen loquendo, aureola tyrum est potior aureola doctorum & virginum, quia cum martyrio sit pugna difficultior & risus maior, debet etiam esse & excellenter aureola martyribus darur. Vnde glossa super illud 5. Beati, qui perfectionem patiuntur, &c. dicitur, omnes aliae beatitudines perficiuntur in illis Ecclesiis quoque in commemoratione sanctorum martyres praordinat & præponit doctoribus & virginibus, ad ostendendum præminentiam et respectu doctorum & virginum. Quorum murum gloriam admirans sancta mater Ecclesie, quidam Deo: Quæ vox, quæ poterit lingua recitat, quæ ruru martyribus munera preparas. q. d. Ideo eanit David Propheta, Psalm. 11. Preconcepstum domini mors sanctorum eius, id est secundum Alexandrum de Hales, ibi: Characta est Deo mors martyrum. Cum enim ipsi derident operibus arduis, quod superarios Deum lexerunt, dicente Gregorio in quadam homili paschali, quod probatio dilectionis exhibetur operis. Credendum est ergo, quod Deus in ecclesia curia illi principi amoris signa ostenderet, et singulare gloria decorando. hæc dicit Bernardus de Bustis in suo Rosario, in prima parte, itemone 39. prima parte, litera Z. a. & b. in dicto 1000

more tractat metatiam martyrij.

**E**dicit Ioan. Ludouicus Vialdus in suo opere regali in tract. de pugna parti sensitiva: in quanto notabili, quod triumphus, dignitas, magnificètia, honor & gloria totius Christianæ religionis, est in tam grandi exercitu sanctorum martyrum, qui pro veritate fidei orthodoxæ suum proprium sederunt angustem. De laude gloria & excellētia, quorum, videoas ibi.

**T**rigesimaquarta consideratio erit de docto-rib' ecclæsia, qui etiam sunt de numero beatissimis etiam ad ecclesiastici corporis integratam & confirmationem cōstituti sunt à Christo. Inter caros eius gradus & partes, doctores quiverat palam edoceant, & populum recte inuiuant, quemadmodum testatur beatus Paulus prima ad Corinthios epi. cap. 12. dicens. Et quoddam quidem posuit Deus in ecclæsia, primò Apotholos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, &c. & ad Eph. 4.c. idem affirmat his verbis. Et ipse Christus dedit quosdam quidem Apotholos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas: alios autem pastores & doctores ad confirmationem sanctorum in opus ministerij, in educationem corporis Christi: Ex quibus etiam videtur, quod præcedant martyres, cum ibi Apotholos ponantur in tertio gradu post Apotholos & Prophetas: sed parum (vt credo) hic curatur de ordine littera. De aureola doctorum dixi in præcedenti consideratione: de quibus Dan. 13. dicitur. Quia iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ perperuas aternitatis. & videp Aut. Flo. in 3. partitura numina. tit. 30. c. 8. §. 2. Et nota, quod in paradylo sunt tot ordes dignitatum, & unus ex eis tertiū, ita & in tetra: & sunt tales differen- tie pro maiori concordia tantæ multitudinis, quæ non poterat alia ratione subsistere. c. ad hoc. 89. dist. & c. hact. 2. 45. dist.

**T**rigesimaquinta consideratio erit de Euangelio, quæ sunt quatuor, qui præferuntur omnibus alijs inferioribus ab Apostolis, imo inter Apotholos simul connumerantur. ca. vnic. de reliquo, & veneratio sanctorum in 6. Sed quis illorū sit præcedens? Videtur, quod sit Ioannes: tū qā Apostolus, tum quia ecclæsa canit, & inter caros magis dilectus, tum quia dicitg. in ver. miraculo. in c. per baptiſtimum. de cōf. dist. 4. quod beata Maria & Ioannes Apostolus peccare non potuerunt, tum ex eo, quod quatuor Euangelistæ figurantur per quatuor elementa: videlicet per terrā, aquam, ignem, & aerem.

Primo, Matthæus figuratur per terram, qā profuit valde terrenus, deditus mundi lucris: unde telonarius dicitur seu publicanus. Vnde etiam Ezech. ptimo, & Apocal. 4. per hominem figuratur, cui commissa est cura terræ, vt in ea operaretur. Genes. 3. Tradidit etiam notitiam nobis de Christo secundum catenam, quam à terre-

nis traxit, incipiens Euangelium, Liber generatio nis.

Marcus figuratur per aquam: nam in ciuitate quæ fundata est in aquis, scilicet Veneriarum, ele git habitationem suam: & per leonem figuratur, qui quartanam patitur, eò, quod multo humore abundat. Aqua summè nutrit quartanam. Hic tra dir notitiam de Iesu, secundum suā sapientiā, quæ per aquam figuratur in scriptura, iuxta illud Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Vnde principaliter Marcus describit prædicationē Chri sti, & incipit Euangelium suum in aquis Jordanis, dicens: Mox post exordium fuit Joann. in deserto baptizans.

Lucas autem est vt aer, vnde Euangelium scripsit ea lingua, quæ melius vtitur aere, insormando voem, quæ in alijs. Dicit Isyd. in Acty. libro, q̄ Orientales frangunt aarem in gutture, & in guttu re loquuntur, vt Hebrei seu Iudei. Occidentales præcipue Hispani frangunt voem in dentibus, & ideo in dentibus loquuntur, vt Latini. Sed mediterranei frangunt vocem in palato, & in palato formant vocem, & ideo melius quam alijs loquuntur, vt Graeci: & ideo locutio eorum contemptor est carteris secundum ipsum, & haec lingua Lucas suum scriptis Euangelium secundū Hieronymum. Vnde seculari quadam redolent eloquentia: Hic fi gurat per vitulum, qui in Veteri Testamento fi gurabat mortem Christi, quæ in aere facta est. Vnde principaliter Lucas describit ignominiam pa sionis: & hæc visio est nobis magis proportionata. Nam per aarem corporaliter melius videimus. Et est ratio, quia nil nobis nasci prosuit, quod dixit Matthæus. Nec prædicatio profuit, quod dixit Marcus, nisi rediumprofusset, quod dixit Lucas.

Ioannes autem figuratur per ignem, & merito, quia dilectionis amore ardebat. Hic figuratur etiam per Aquilam, quæ super omnia alia animalia visitat sphæram ignis, vbi exultis plumbis ad terram veniens iterum iuuenescit. Ignis recte compatur, cuius verba fuerunt plena igne charitatis. Ipse describit, quomodo si Deus dilexit mundum, vt viuigenitum suum daret, & qualis ipse viuigenitus datus est nobis, id est, In principio erat verbum, & Deus erat verbum. Ipse narrat sermonem in ultima cœna plenum igne amoris. Ipse solus latus Christi lancea perforatum describit, vnde exiit omnis flamma amoris. Epistolæ eius plenæ sunt fraternali amore. Haec sunt, quæ dicit Antoninus Florentinus in prima parte suę summę. titu. 3. cap. 3. §. 2.

Ex quo, vt dixi supra ista par. in 12. consid. Quod inter quatuor elementa dignius & excellentius est ignis. Ideo etiam enim Euangelia Ioannis igni cō parentur, digniora ceteris censenda sunt. Et de otidine illorum habetur per Hierony. de Lyra & ali os scibentes in proœmio seu argumento Euanc-

### T E R T I A P A R S

geliorum Martthæ, ex quo primus scripsit Euangelium in ludæa, sed propter hoc Euangelia sua non sunt digniora, sed Ioannis, ut dictum est.

Figurantur etiam per Angelum & tria animilia, videlicet per Angelum Matthæo, per Taurum Lucas, per Leonem Marcus, & per Aquilam Ioannes, ut habetur Ezechielis primo. Et declarant de Lyra, & alij Doctores Theologia in dicto proœmio Euangeliorum.

**T**rigesima sexta consid. Post hos sunt quatuor doctores præcipue Catholici qui tuor columnæ Ecclesiæ, videlicet sanctus Gregorius Papa, sanctus Hieronymus, presbyter Cardinalis, sanctus Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis, sanctus Augustinus ante conversionem suam rhetor maximus & philosophorum acutissimus: post suscepimus vero baptisma Episcopum. Hypo. per totum mundum celebrius doctor & falsitatis inimicus. Hi sunt eruditissimi & sanctitate præfulgidi. Et, vt restatur Romanus Pont. in c. vniuersal. de reliquijs & veneratione sanctorum lib. 6. Quorum perlucida ac salutaria documenta Romanam illustrarunt Ecclesiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt. Per ipsos præterea quasi luminosas ardentes lucer nas super candelabrum in domo domini positas errorum tenebris profugatis, totum corpus Ecclesiæ tanquam sidus irradiant matutinum. Et, vt iam prædicti ista parte, in 22. confederatione, ubi de tribus linguis sit mentio inter istos tres, Augustinus Hieronymum, & Gregorium, magis creditur Augustino in disputationibus, Hieronymo in historijs & translationibus. Gregorius vero in moralibus præponitur: vt notatur in verbo Gregi in c. vt veterum. 9. dist. Et sic sensus historicus Hieronymus, Tropologicus moralis Grego. Allegoricus Ambro. Anagogicus vero Augustino attribuitur. Historia vero docet factum, Tropologia faciendum, Allegoria credendum, & Anagogia appetendum. Sed an Hieronymus præponatur Augustino, vide Dominicum in c. vniuersal. de reliquijs & vene. sancti. in 6. vbi probat, quod quandoque unus præponitur alterius in ordine literæ.

**T**rigesima septima consid. crit de Innocentibus, quo loco collocatur in paradyso, an sint corona martyrum coronandi & lanteandi. Robertus de Litio, in sermone de Innocentib. recitat tres opiniones. Quarunq; dicit unam esse salam, aliam debilem, alteram verò veram. Et est, quod martyrij gloriam quam in alijs propria voluntas merentur, illi parvuli occisi Dei gratia sunt assecuti. Quoniam, vt ait, effusus sanguinis pro Christum, vicem gerit baptisini: vnde sicut in pueris baptizatis, per gratiam baptisimale meritum Christi operatur ad gloriam, vt infra ista parte, in 42. consid. dicitur, sic in istis operatum est ad palmarum martyrij obtinendam. Et hoc vult Aug. in quadam sermone de Epiphania, quasi alloquens ad Innocentes, dum inquit: Ille de vestra corona

dubitauit in passione pro Christo, qui etiam putulis baptisimum prodeesse non estimat Christus habebatis etatem, in qua in pauperum Christus crederet, sed habebaris carneum, in qua pro Christo passiuro passionem sustineretis. Hac ille, nec est dubium, ipsos sanatos Innocentes esse in etate altissimo, & gaudium speciale habent, cum pro Christo nato, mandato impij Herodis Antonionite occisi, & martyrium passi fuerint, Ideo ruin in modum in terra glorificari debent. V Aug. in sermone Innocentium (vbi multa per quod de gloria corum) dicit: Hodie, fratres, risissimi, natalem illorum infantiū colimus, quem Herode crudelissimo Rege in cruce fessos E gelij textus eloquitur. Ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra ecclesiastum militum, & tam parens secunda virtutum. Ecce proprie hostis nunquam beatis patulis tantum praedes potuisse obsequio, quantum profundus. Nam sicut præstantis diei festa manifestant, quantum contra beatos parvulos iniquitas abundantant in eis gratia diuinæ benedictionis. Hæc ille. Sed in quo loco sunt in paradylo, si cere comparationem ad sanctos, qui præcesserunt, & ad sanctos, qui sequuntur, sunt, essent collati de post Prophetas, & Patriarchas, & ante Apostolos. Quemadmodum, & in letania descripti sunt.

**T**rigesima octava consid. de confessoriis qui sunt in quadruplici differentia. Quidam sunt pastores, quidam scripturarum Doctores, quidam cremini seu in coenobio cultores aut monachos, quidam seculi habitatores: Vt de his scribitur Flor. in summa, part. 3. tit. 31. cap. 10. §. in 2. 3. 4. Et de his dici potest id, quod habetur Psal. 31. Cui fubuntur coeli mirabilia tua domine, ceterum ritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Et men Pratali, confessores coeli dicuntur, quia sunt fortiora corpora gubernantur per superiora, Cœli & Planetas eorum, & ex influxu cœlorum in rioribus elementis, & elementatis sunt generatio, & corruptio, mutatio, & omnis motus, ita dispositione Prælatorum, & ordinatione populi populi mouentur ad bene oportandum, & Hebr. 3.

EIAM Doctores coeli dicuntur propter lumina sapientia, vt dicitur Eccl. 24. Ego seci, ut in orientetur lumen, qui propter pluviam doctrinæ cœlo descendente, Iacob. 5. cœlum dedit am. saeculum, & hi maximè cōfidentur mirabiliter coeli, & veritate Christum vel veritatem scripturarum. Vnde Greg. 2. moralium tractat illud lob. 3. Quis dedit Gallo intelligentiam exponit de doctrinib. & prædicatorib. Ecclesia, quib. Deus dedit intelligentiam sicut gallo, & non alijs, & ibi ipse dicitur scribit de natura galli, vbi dicit, quod gallus dicitur habere intelligentiam per metaphoram. Asstimatione non sensitiva, quam habet gallus, secundum quam operatur, præpens ad cantum, dicitur hic in gen.

gesa. Cantat enim certis horis determinatis, secundum instinctum naturae, ac si haberet intelligentiam, mensuram, & proportiones motuum cœlestium. Vnde subdit: *Quis enarrabit ratione*ni cœlorum, & concentrum cœli, quis dormire fecit doctores? Ergo ecclesia viros assimilat gallo propter tria: quia certis & determinatis horis cantat, & quia vocem in cantu variat, & quia cantando se prius alis verberat. Intelligentia ergo primum gallus accipit, vt prius nocturni temporis horas accipiat, & tunc denum vocem exhortationis emitat. Gallo igitur intelligentia attribuitur desuper, quia doctori veritatis discretionis virtus, vt nouerit, quibus, quid, quando vel quomodo diuinus ministeriat. Non enim una eademque cunctis exhortato conuenit, quia nec cunctorum par morum qualitas astringitur. Sæpe enim alijs officiūt, quæ ajs prossunt, & pleræque herbae, quæ aliqua animalia reficiunt, alia occidunt. Pro qualitate ergo audiunt, sancti doctores & prædicatores formabant suos sermones, vt pulchre ostendit gloriosus doctor Hiero. in epist. suis. Hæc ille. Vbi etiā amplè declarat quomodo capienda sit illa intelligentia Galli, illam doctribus & prædicatorib. aplicando & attribuendo.**

Terris sunt, de quibus agitur in viris & collationibus patrum. S. Anachorita, chorum primus fuit Paulus prius emerita, qui tanta perfectionis fuit, vt B. Antonius animam eius egressam de corpore in choro angelorum videtum collocari. Additifuntur conobit viuentes in congregatio, et iam contemplationi debiti, vt Monachi omnes, de quibus infra in proxima seq. parte, quasi circa faciem in pluribus considerationibus, & hi celo mentem occupantur, quia, sicut coeli exaltantur a terra. Esa. 1. & valde, ita prædicti eleuati fuerunt in altissimis contemplationibus à terra preparati, i. affectu terrenorum confessi sunt, & confitebuntur huius mirabilis tua, de quorum conuersatione & contemplatione dicitur Iob. 39. *Quis dimisit onagrum liberum in solitudine, & vincula eius quis solvit? cui dedit in solutione domum, & tabernacula eius in terra sal fuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, vocem exactoris non audit, circumspicu moutes pascuae suæ, & virentia quæ perquirit. Quæ verba ibi exponit Anto. Flor. post Greg. in moral. li. 30. Et iste status religioforum excedit statum virginum, vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 8. all. per Fel. in c. causam. col. 2. extra. de probationibus.*

Quarum sunt confessores, Qui, vt coeli confituntur mirabilis Dei, qui Deum confessi sunt sanctis operibus glorificati in gloria supeterna. Hi etiā coeli dicunt posse, quia, sicut mouentur continuo a proprio mobili omnibus alij coeli, sic & isti à Deo, quæ primum mouens omnia, sed immobilis manus in se, moxi sunt ad bona operadum: propter quod dicitur Esa. 26. *Omnia opera nostra opera-*

tutes in nobis. Et quia omnis motus noster interpretatur, quod est nobis datus ad merendum, & bene operandum, idco dicit Apost. ad Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Scribit autem Salo. 28. tempora diuersarum operationum, in quibus homo mouetur de uno ad aliud, vt habetur Eccl. 3. *Omnia tempus habent, &c. s. opera, & tempus sibi congruum. De vna ad aliam expositionem moralem assumit Florentinus in loco hic ante alleg. & reducit ad quatuor status hominum iustorum. Quidam sunt baptisani recipiētes, quidam penitentes, quidam proficiētes, & quidam praesidentes: quemadmodum ibi amplè declarat in d. §. 5. Etiam amplissimè de ipsis quatuor gradibus confessorum ponit Ioan. Lnd. Vinaldus in suo opere regali, in tracta de pugna partisensiūtua & intellectiu. Et quomodo varijs tentationibus ac persecutionibus in hoc seculo affliguntur. De beatitudine vero istorum & aliorum scribir Robertus de Litio, in suo tractatu de beatitudine sanctorum.*

**T**rigesimanona consideratio de Virginibus tractat, quibus datur aureola in celo, de quibus visus est loquiloan. in Apocal. 7. cap. cum ibi ostendat, illas vidisse ante thronum Dei per numerum determinatum, scilicet centum quadraginta quatuor millia, vt dicit Ant. Flor. in tertia par. sine summa. titu. 2. cap. i. §. 8. vbi amplè collaudat, extollit & commendat Virginitatem ex multis, quibus datur corona, quæ dicitur aurcola, vt ibi dicitur, & in fine huius considerationis: & de Virginum statu, & laude rectig in præced. parte, in 11. cōsideratione.

Sed cum & ad Regnum coelorum perueniant & Viduae, quæ sunt in digniori seu altiori loco, an Virgines, an Viduae? Dicit enim Anto. Floren. loco præal. c. 2. §. 8. quod quamvis status Virginalis melior sit quam coniugalis, tamen & in statu Virginali vel coniugali potest quis perfectior esse Virgine, & maioris meriti, scilicet quia maioris meriti charitate existit. Sed hæc dubitatio de his, quæ sunt eiusdem meriti respectu charitatis, quæ vita sit perfectior, ita, quod in perfectiori loco collocari debat. Et habetur, quod Vidua sit eiusdem qualitatis. Cum ita comiendet Viduitas, sicut Virginitas. Ut de commendatione eius ponit ipse Anto. in dicta 3. parte sua sum. titu. 2. cap. 3. §. 2. vbi dicit commendatam fuisse autoritate diuina & canonica. Cum etiam castitas Viduarum multum comiendetur, de qua supra in 2. par. in 20. consideratione.

Imò etiam videtur, quod Virginitas non sit excellenter matrimonio ex multis.

Primo, ex dictis Aug. in lib. de bono coniugali. Non impar meritum continentia est in Ioanne, qui nullas est expertus nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. e. si enim. ver. cæterum. l. secund. de pcc. dist. 2. sed maioris virtutis maius est merita,

## T E R T I A P A R S

tum, ergo Virginitas non est potior virtus quam castitas coniugalis.

Secundū sic. Ex virtute dependet laus virtuosi, si ergo Virginitas præfertur continentia coniugali, videretur, q̄ qualibet Virgo esset laudabilior qualibet coniugata, sed hoc est falsum, vt dictū est: ergo Virginitas non præfertur coniugio.

Tertiō sic. Bonum commune potius est bono priuato, vt patet 10. Ethic. text. in §. pen. & ibi not. in l. vnica. C. de cadu. toll. c. scias. 7. q. 1. Sed cō iugium ordinatur ad bonum communem, & ad publicam utilitatem. l. in libel. §. in edio. ff. de captiuis. & postli. reuer. l. 1. & ibi gloss. in verbo Recipub. & docto. ff. solut. mat. Luc. de Pen. in le. fi. col. 5. C. de incolis. lib. 10. vb. etiam videtur tenere, q̄ matrimonia sunt necessaria pro conseruatione generis humani: dixi infra in II. par. 10. cōsi. Vbi scripsi, quod vxoratus præfertur non vxorato, sed Virginitas solum tendit ad bonum priuatum.

Quartō, quoniam videretur, quod Virginitas cōtrarietur præcepto legis naturæ, & diuinæ. Naturæ, c. cum dicat Arist. in lib. 3. de Animalib. in 1. de Cœlo, & Mundo, & in 2. de Anima, quod natura appetit generationem individuum propter cōseruationem suarum specierum, sed matrimonium tendit ad sobolem procreandam, & ad multiplicandum genus humanum. Hiero. c. nuptiæ. 32. q. 1. & est ad Paulam. Nuptiæ replete terram, Virginitas verò contrariatur: Igitur, & eam seruantes in veteri lege, nō relinquentes post se semen, erāt maledicti, maledictione opprobrii, vt patet de Iohachim, & c. quod figuratur Matr. 21. quando Christus maledixit siculnæ: quia sine fructu. Item contrariatur legi diuinæ, cum præcepit Deus homini, Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et dicit Paul. 1. ad Cor. 5. Volo iuniores nubere, & filios procreare. & Timoth. 2 dicit. Saluabitur mulier per generationem filiorum. Ex quibus videtur, quod matrimonium sit laudandum. Et poena imponebatur apud Romanos seruantibus virginitatem, & qui vitam coelibem ducebāt teste Valerio. & vereri lege Deut. 7. prohibebatur seruare virginitatem. Ioan. de Turrecre. in c. integratas. 32. q. 5. in 3. dubio. Et Bernardinus de Bustis in suo Rosario, part. 2. serm. 23. in litera D. Et Gabriel Barlerte, in sermone pro fefto sanctorum Innocent. faciunt prædicta fundacione, sed tandem concludunt, quod Virginitas sit præferenda, quia Virginitas est in consilio & opera perfectionis. Cadit enim sub consilio, quia Apostolus consultus Virginitatem, tanquam melius & perfectius. 1. ad Corinth. 7. Quia bonum animæ præfertur bono corporis, & bonum diuinum bono huinano, & bonum contemplatiæ vita, præfertur bono actiue vita. Virginitas autem est bonum animæ, diuinum, & vita contemplatiæ. Coniugium est bonum corporis ad conseruationem humani generis, & sic humanum, & pertinet ad vitam actiuanam:

quoniam vir & mulier in matrimonio viuunt necesse habent cogitare, quæ sunt mundi, vi. 1. ad Cor. 7. & ibi responderet ad motu in coniugio facta.

Eriam secundū facit, quia ille stat⁹ dignior, maiorem recipit fructū, sed virginibus datum maior: quia vrdicit Luc. de Pen. in l. quoties, quod finalis. C. de priuilegijs scholiarum, libt. 12. quod cum sementem terræ bona centesimum, secundum, & trigesimum fructum Euangelia docet, & centenarius pro Virginitatis coronam gradum teneat: Sexagenarius, pro tatis labore, & Trigenarius, pro coniugio, written per parabolam Mat. 13. Ut tenent Theologici, quod etiam tenet, & sequitur Bernardinus de Bustis in dicta. 2. par. sui Rosarij, sermone 38. in principio. Et ipse Gabriel Barlette in dicto sermoni festo sanctorum Innocentium. Vnde Ambrosius de Virginitate. Bona est continentia communitas melior continentia viduialis, optima mundi virginalis.

Tertiō, ille Status est dignior, de quo Christus nasci voluit, sed Christus non de coniugio, sed Virginie nasci voluit, & hoc, vt dicit Beda super cam, vrofēderer præconium Virginitatis, & tum ipsam diligebat. Ex hoc Ioannem Euangelium patrem putat Ioseph, virginē custodire, & de Tho. in 4. q. 35. q. art. 3. Virginitas supremam vendicat.

Quartō, ille Status est nobilior, qui primus institutus in nobiliori loco, sed Virginitas præter irquam matrimonium, & in nobiliori loco, angeli Virginis prius sunt etiati, quā homo in nobiliori loco, quia in empyreo celo. Propterea, & Adam positus est Virgo in patadyso, & deinde Virginæ creatus. igitur.

Ideo videtur, quod Virginitas apud Deum in nobiliori loco, & corona præmitur, & corona quām Viduitas: & Viduitas quām Coniugio, hoc multis decisionib. autoritatibus doctrina & rationibus probatur.

I. Quoniam primò, vt inquit Hie. ad Nataliæ præcipue sunt genera metallorum: Ferrum, Argentum & Aurum. Ferrum est castitas conjugii. Argentum est Viduitas, Aurum vero est Virginitas. Cūm ergo Aurum sit inter cetera metallorum excellens & preciosius, vrdicit in vlt. præconfid. ideo Virginitas cui comparatur effigientior.

II. Vt dicit, Virginitas est ut Regina, Viduita domina, Coniugalitas ut ancilla.

III. Virginitas, ut patria, Viduitas, ut portus, Coniugalitas, ut pelagus.

III. Virginitas est summa gema, thesaurus preciosus, margaritis refertus.

V. Sicut Aquila inter volucres, Lucifer inter alas, & gemma inter lapides, ita excedit Matrimonium & Viduitatem Virginitas.

- vii. Augustinus in lib. de Viduitate dicit, quod bona est pudicitia coniugalis, melior Vidualis, & opera Virginalis.
- viii. Dicit Cyprianus, quod Virginum sublimior est gloria, melior est vita.
- ix. Dicit Cassianus, in libro collationum. Major est virtus castitatem tenere, quam demones expellere.
- x. Dicit Damaseenus lib. 4. Quanto angelus homine est superior, tanto Virginitas est nuptijs honorabilior.
- x. Hieronymus ait. Qui immundiciam luxuriae perfecte continentia subiicit, sanctior David existit, & fortior Samson.
- xl. Inquit Bern. Virginitas est fidelis lux solis, Viuitas sicut lux lunæ, & Matrimonium sicut lux stellarum.
- xii. Idein Bern. Sola Virginalis castitas est, quæ in hoc mortalitatis loco & tempore, starum quendam immortalitatis, & gloriae representat. Nam quod sancti habebunt in celo, seilicet integritatem, & mundiciam corporis, & animæ, hoc iam Virginis obtinent ex gratia in terra.
- xiii. Ex quo, vrait Plin. in suo lib. 21. naturalis histo. c. 4. 8. & 19. Flos rosa inter omnes flores obtinet principatum: cum sit iucundus, gratus odo re, & colore, commendatur, eum nihil gratius tradatur aspectui, & ex rosa plures medicinae sunt: & dixi in ult. part. iu. 9. consi. Ideo, non immerito si per rosam Virginitas figuretur, v. rair Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarij sermo. 28. in literab.
- xiv. Hieronymus ait. In omni sexu, & gradu Virginalis pudicitia obtinet principatum.
- xv. Cyprianus dicit, in lib. de Virginitate. Virginitas est foror angelorum, victoria libidinum, Reginam virtutum, possessor omnium bonorum, quem tenet in celo aurocolam, & in terra principatum.
- xvi. Facit, quod supra dixi, scilicet quia Virginibus danus fructus 100. Viduis 60. Coniugatis 30.
- xvii. Augustinus diecit in lib. de Virginitate. Certatione, & scripturarum autoritate, nec peccatum nuptiarum esse inuenimus, nec earum bonum bono Virginis, vel Vidualis continentia aqua representamus.
- xviii. Facit, cuius finis melior est, ipsum quoque melius, secundum Philos. in 2. & 3. Physi. Quia sic est, quod secundum Philos. 10. Ethi. & dixi infra in 3. consi. duplex est vita, & tunc feliciter & contemplativa: & profectior sit, secundum Philosophum, omnis vita contemplativa, quam activa. Castitas virginalis est perfectior quam Coniugalis, quoniam Virginitas ordinat hominem ad finem vita tente in platiu: visus autem matrimonialis, ad vitam virtutum, v. r. dicir S. Tho. 22. q. 252. art. 2. in corpore questionis. & hic autem iam aliquid dixi.
- xix. Facit, quoniam ut diecit Apost. 1. ad Corin. 7. Mulier innupta, & Virgo cogitat quæ Dei sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.
- xx. Facit, quoniam ut diecit idem Paulus ibi. Qui matrimonio iungit Virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit.
- xxi. Facit, quod habetur Apoc. 3. Qui non inquinaverunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis: & ibi doctores intelligunt de virginibus.
- xxii. Facit, tantò aliud perfectius est, quanto habet maiorem conformitatem cum suo principio. Et, ut diecit Philosophus, Metaphy. Melius est simpliciter, quod primo principio propinquius est: cum igitur Deus sit principium, & finis omnium. Apocaly. 1. Et ipse sit actus simpliciter purissimus secundum Philosophum. 12. Meta. Castitas Virginalis, quæ est purior omni actu Matrimoniali, perfectior est Matrimonio, quia Deo est conformior, qui est ab omni libidine alienus.
- xxiii. Facit, nam Virtus sim pleiter circa bonum, & difficile, secundum Philos. 2. Ethic. Cum igitur maior sit difficultas abstinere ab omni delectatione, actus veneri, sicut fir in Virginib. quam abstineret solum ab alijs delectationib. extra matrimonium, ergo magis merentur Virgines quam alia.
- xxiv. Facit, id quod diecit Ambro. relatus in e. nuptiæ. 32. q. 1. Nuptiæ impletant terram, Virginitas paradysum. Intellige, scilicet ut ibi glor. declarat. Et istud est priuilegium Virginitatis maximum, secundum gl. vlt. in e. causa. extra de proba. Vel quia, v. rait, Virginitas, est foror angelorum, vbi omnes erunt Virgines, vel continentes, neque nubent neque nubentur.
- xxv. Facit, quod Hlero. ad Eustochium in sermone Assumptionis Virg. Maria ait: Bene angelus ad Virginem mittitur, quia angelis semper est cognata Virginitas, profecto, in carne præter carnem viuere, non terrena vita ait, sed coelestis: Unde, in carne coelestem vitam acquirere, maioris est meriti, quam habere. Esse enim angelum, solicitudinis est: esse vero Virginem virtutis, dum hæc viribus obtinere nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura.
- xxvi. Facit, quod diecit Amb. in lib. de Viduis. Supergreditur Virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur: maior est victoria hominum quam angelorum. Angeli enim, sine carne viuunt, Virgines autem in carne triumphant.
- xxvii. Facit, quod inquit Chrysost. super Matt. Licet omnes Virutes sint res angelicæ, specialiter tamen castitas, Angelica virtus est.
- xxviii. Facit, quæ diecit ibi Aug. Quæ maior gloria super terram, quam in carne corruptibili duceret vitam Angelicam?

## T E R T I A P A R S

**x x i x.** Facit quod dicit Aug. Qui Virginitatem seruant, sicut angeli Dei in terris sunt, imo & angelos transcendunt.

**x x x.** Facit id, quod dicit idem Ber. de Bustis in d. 2. par. serm. 27. in litera E. vbi dicit Virginitatem esse ante Matrimonium.

**x x x i.** Facit id, quod idem ait ibi sub litera F. Quod à Christo in propria persona consecrata est Virginitas quod probat ex dicto Leonis in quodam sermone, cum inquit, Christus Virginitatis est filius. verum, super omnia quae dici possunt hanc virtutem commendabilem reddit: quod ipse Salvator humani generis, de mundissima Virginine nasci voluit, ut hic ante dictum est, ver. 3. Ille status, &c. Et quod ipse Virgo permanuit, & præceceris illum discipulum amavit, quem Virginem de nuptijs carnis abstraxit. Intantum enim ei Virginitas placuit, quod speciali arbitrio, uterum Virginalem accepit. in quo sibi naturæ assumptæ nuptias celebrauit.

**x x x ii.** Facit, quod dicit Cypr. in lib. de Virginitate. Flos est enim Virginitas, ecclesiastici germinis decus, atq; ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio dominici gregis. Idem dicitur Esa. 54. Lætare sterilis, quæ non paris, exulta quæ non parturis: quoniam multi filii deserte magis, quam eius, quæ haber virum.

**x x x iii.** Facit, quoniā Christus semper est cum Virginibus, & ipsi cum eo. Vnde Apoc. 14. Virginies enim sunt, & sequuntur agnum, quounque ierit. Er canit Ecclesia: Quocunque pergis, Virginies sequuntur, atq; laudibus post te canentes curvantur.

**x x x iv.** Facit, quod dicit Hie. in epist. ad Eustochium, vbi ostendit quomodo Christus dilexerit Virginitatem: Quoniam, vt dicit, statim, vt filius Dei ingressus est in sūdum, istam nouam familiam sibi instituit, vt qui in coelis habebat angelos, haberet proximè in terris Virgines.

**x x x v.** Facit, quod habetur Apoc. 14. vbi Virginies nrauius canunt in cœlo, quam alij sancti, cum dicat: Cantabant quasi canticum nouum ante se- dem agni: & nemo poterat dicere canticum illud, nisi hi qui cum mulieribus non sunt coinqui- nati.

**x x x vi.** Facit, quoniam sunt ministri Dei. hinc dicere possint illud Eccl. 14. In habitatione sancta coram ipso ministranti, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Apoc. 14.

**x x x vii.** Facit, quoniam Iesus Christus est corona Virginum, vt cantat Ecclesia.

**x x x viii.** Facit, quoniam, vt ait Hiero. contra Iouinianum, Nuptias quidem recipimus, sed Virginitatem præserimus, sicut ramo præseruntur poma, & fructus.

**x x x ix.** Facit, quod dicit Bernar. Virginitas est genua virtutum, germana angelorum, & lux ani marum. Ipsa calcat libidinem, vincit diabolum,

contemnit seculum, & deprimit omne penitum: ipsa est lampas Ecclesiarum, & semita ecclesiæ tritrix.

**x l.** Facit, quoniam viri habetur Sap. 3. Felix lis, & incoquinata, quæ nesciuit thorum in dilecto, habebit fructum in respectione anima sanctorum. Et Eccl. 26. Ponderatio non est cognita anima continentis. Et habetur in cunctis uabitur, 33. q. s. quod non solum prodest Virginis illam obseruantibus, sed etiam parentes conseruunt ad salutem, proles in Virginitate percuti rans.

**x l i.** Facit, quod dicit Hieron. ad Natalium, Virginitas purpura est Regalis, qua quisquis induitur, fuit, cunctis eminenter crit.

**x l ii.** Facit, quod dicit Amb. in lib. de virginate. Pulchritudinem non potest quis maiorem stimare decorum Virginitatis, quæ amatur & probatur a iudice, dedicatur a domino, conturbatur a Deo.

**x l iii.** Facit, quoniā vt dicit tex. in auth. de nib. §. fancimus. colla. 3. Sola castitas est p. animas hominum Deo presentare. quoniam citat glo. in versi. padicos in proce. decre. & intelligunt gl. vlt. in c. causam. de prob. extra & Doct. & etiam gl. fi. circa fin. in c. cum ad monitum. extra de statu mo. & gl. vlt. in c. extra de to, & voti redemp. quod sola est de perse, fine virtutibus: sed non quod alia. Virtutes hoec possint, quia hoc est salsum. Cum etiam & duæ seu continentis, & coniugativi virtus est vi- do: & per rectam fidem, & operationem boni placet Deo, vitam eternam acquirere possit. vt ait tex. in c. firmiter. §. fi. extra de sum. trin. & cath.

**x l iv.** Virginitas est principium, & fundatum aliarum Virtutum. text. in auth. quoniam oportear episcopos. §. neq; autem secundas. 1. gl. vlt. in d. c. causam. extra de proba.

**x l v.** Facit, quia in incessu etiam virginis viduis, & coniugatis præserenda, vt dicit Barb. & Fel. in d. cap. causam. causa prob.

**x l vi.** Facit, Quia etiam testimonio vniuersalium magis creditur quam Viduarum, & coniugrum, vt dicunt Barb. & Fel. in d. c. causam. causa prob. extra.

**x l vii.** Et vltimò, quoniam sola Virginis reolam consequuntur, quæ solis Virginibus pertinet, vt in d. glo. fin. in d. c. causam. tex. in c. l. lus. §. i. & ibi gloss. in verbo suscitare, in fin. quest. 3.

Et de hac aureola, dicit Io. de Imo. in d. c. causam, quod dicitur fertum siue gyrlana, quæ facta lauro, qua olim vincentes alios in aliquo adulterio, in signum laudis coronabantur. ideo Virgines per similitudinem in signum laudis laurel habebunt. Erit autem, vt dicit, quadam

laudis, quidam splendor, quo mediante, Virgines discernentur ab alijs: & hac corona sit à lauro, quod semper est virēs, ut dicit Cardinalis Zabarella, in d.c. causam. & cait S. Tho. in 4. sent. d.s. q.t. art.2. circa medinm, quod laureola non cui libet datur, sed illis tantum, qui sunt in statu perfectio- nis: sed etiam, vt dixi ante in præcedenti consideratione, status religiosorum excedit statum Virgi- num.

Evide plures questiones, quas ponit S. Tho. de laureola, in 4. sent. d. 4.8. q.5. art. 2.3. 4. & 5. vbi ponu, vtrum laureola à fructu sit aliquod aliud præ- munum ab essentiali, & vtrum differat à fructu, & vtrum fructus debetur soli virtuti cōtinētiæ, & vtrum conuenienter assignentur tres fructus tri- bus continentia partibus, & vtrum ratione Vir- ginalis, debeat laureola, & vtrum martyribus & vtrum Christo, & an angelis, & an etiam cor- pori, & an conuenienter assignentur tres laureo- la, & vtrum unus laureolam Virginis ratiæ de ma- teria excellenter habeat. Er ibi examinat has omnes questiones, & de laureolis in generali, & speciali tract. Ant. Floren. 3. par. sux sum. tit. 30. c. 8. pertotum.

Et aduerendum est, quod præminentia digni- tatis ex huiusmodi laureola, considerari potest tri- pliiter, scilicet ex parte pugna, ex parte permane- ntiæ, & ex parte materia.

Primo modo Aureola illa, est potior quæ for- tioni pugna debetur: hoc modo aureola martyrum alij aut eolis supereminet, quia ibi est difficilior pugna.

Secundo modo, considerari potest aureola, ex parte permanentiæ: & sic aureola Virginum alij aut eolis supereminet, quia pugna carnis pericu- sior est, in quantum est diuturnior, & magis nobis eminet et vicino.

Tertio, potest Aurcola considerari ex parte ma- terie, de qua est pugna: sic aureola doctorum, & predicatorum, inter omnes est potior. Omnis ra- dio est, quia pugna doctorum vel predicatorum, verlauræ circa bona intelligibiliæ: alij vero pugnæ, scilicet Virginum, & Martyrum versantur circa passiones. Quamvis autem una aureola sit secun- dum quid, maior altera, simpliciter tamen lo- quando, laureola martyrum, inter omnes est potior, vt ante probatum est in 33. consideratione, autoritate, ratione, & obseruatione. Vide etiam in hoc per speculum humanarū q. Bartholomaei Sibylle cap. 3. prime decadis. in 9. questiuncula. 2. questionis.

Vadragesima consid. Post Virgines colloca- buntur Viduae. Quæ si longo tempore sue- nti Viduae, non procū distant à Virginibus, vt in- quittex. in auth. de non eligendo secundo nu- benies, &c. §. optimum. colla. 1. Er beate atque fe- licies dicuntur, vt in auth. de nupti. §. saluto. col. 4. & excolaudabiles, & oratione dignæ censentur,

tex. in d. §. optimum. Et pulchra de his tradit Nic. de Lyra Mat. 13. ibi: & dabunt fructū, vbi ponit tres gradus, in qualibet virtute. Exempli gratia. In vir- tute castitatis, primus gradus est castitas coniuga- lis, per quem viratur illicitus concubitus, licet è ta- men concubitu retento in matrimoniali actu.

Secundus gradus, est castitas Vidualis, per quem eritur de cetero omnis concubitus, vt animus possit de cetero liberius Deo seruire, licet possit licet è matrimonio contrahere.

Tertius, est castitas Virginalis, quæ est superior istis: per quem omnis concubitus simpliciter eri- tatur, vt mens ipsa, tanquam sponsio suo solo Deo per amorem copuletur, secundum quod in pre- cedent. dixi. Et hostres gradus amplectitur, & declarat G. Benedicti in sua repetitione c. Raynutius. in verbo, cuidam Petro tradiderunt. nume. 46. vsque ad numerum 50. de testamentis. vbi etiam dicit, quod Vidue adeo non distant à Virginitate, quodsi priuilegium detur alicui, & suis descen- dentibus, tam masculis quam foeminis: sicut filii Virgines tali gaudent priuilegio, sic pariter eogau debunt filii Vidue, vt notat singulariter Barto. in l. quoties. quem sequuntur ibi omnes doctores. C. de priuile. scholariū. li. 12. & dominus meus las. in l. i. in f. ff. de Conſi. principiū & in l. cū quædam puella. colum. mihi 2. post Ludo. Romanum. ff. de iuri. omnium iud. licet Alexand. ibi teneat con- trarium: quoniam, vt dicit, sicut maritatæ forti- untur forum. l. mulieres. ff. ad municipales. ita & Vidue.

Nam etiā iste status Vidualis est Deo acceptus, vt probat Bernardinus de Bussis in suo sermone 28. secunda parte sui rosarij, in secunda parte illius sermonis, sub literis T. V. vsq; ad literā C. vbi am- plè laudat, & extollit Vidualitatem.

Primò, vt dicit, laudanda est ratione diuinæ vi- sitationis, quoniam Deus Viduas gratosissimè vi- sitauit. Vnde habetur 3. Reg. 17. Tempore famis missus est Elias ad Viduam Sareptanam, quæ postquam dedit comedere Elij: hydria farinæ eius nō defecit miraculosè, & lecythus olei non est immi- nutus omnibus illis diebus.

Secundò, patet de Iudith Regina Iudeorum, quæ vt legitur eiusdem lib. c. 13. erat grata omnipotenti Deo: cui Vidua tantam gratiam contulit Deus, vt populum suum ab impetu, & furore ini- micorum liberaret.

Tertiò, etiam probatur, quoniam habetur Lu- ce 2. Erat Anna prophetissa Vidua usque ad annos 84. quæ vixerat cum viro suo annis septem à Virginitate, & hac non discedebat à templo, ieiunijs. & obsecrationibus seruiens Deo, die acno- ete: huic Christus parvulus, sicut & Symeon præ- buit se videndum, illaque dignatus est visitare, quæ confitebarur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Is- rael.

Quartò.

### TERTIA PARS

Quattuor, etiam legitur Luc. 7. quod dominus Iesus consolatus est Viduam, resuscitans eius unigenitum filium.

Quintus, probatur commendatio Viduarum ratione diuinæ acceptiois: quoniam Luc. 21. scribitur, quod accepta fuit Deo oratio Viduæ pauperulae, que offerens duo æra minuta, omnes locupletes ratione sue sanctitatis in oblatione superauit. Deus etiam exaudit orationes Viduarum. Vnde Eccl. 35. dicitur. Lachrymæ Viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super ducentum eas. A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, & dominus exauditor delectabitur in illis. Et ideo dicitur in c. vi. 81. dist. quod Viduæ, quæ stipendio Ecclesiæ sustentantur, debent meritis, & orationibus suis ecclesiam adiunare.

Sextus, probatur earum commendatio, ex eo, quod à Deo fuit commendata Viduas. Dedit namq; Deus præceptum omnibus Regibus, Principibus, Iudicib. & Aduocatis, omnibusq; hominib. vt Viduarum causas tuerentur, & ne illas opprimerent, vel molestarent.

Septimus, quoniam Esa. 1. dominus ait: Quæ iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite Viduam. & Exo. 20. ait, Viduæ, & pupillo non nocebitis: si seritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudiem clamorem eorum, & indignabitur suror meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestre Viduæ, & filii vestri pupilli.

Otium, probat Hic. 22. cùm dicatur: Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumnioris: aduenam, pupillum, & viduam nolite contristari, neq; opprimatis iniuste.

Non, facit id quod etiam habetur Iere. 5. vbi dominus de his qui Viduas spernunt, & abiiciunt, sic loquitur: Præterierūt sermones meos pessimè, causam Viduæ non iudicauerunt: nunquid super his non visitabo dicit dominus, aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea?

Dicimus, facit id quod habetur lob. 22. vbi dicitur: Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti: propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita.

Vndecimus, facit dictum Iac. 5. c. sui canonica, dum ait, Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est, visitare pupilos, & Viduas in tribulatione eorum.

Duodecimus, facit, quod dicit Pau. 1. ad Timo. 5. Viduas honorat, quæ verè Viduæ sunt. facit tex. in authen. de non eligendo secundo nubentes, §. optimus. supra alle. in principio huius considerationis.

Dicimotertius, facit, quoniam etiam Viduæ, ranquam afflita debent consolari, & magnum meritum est eas consolari: quoniam, vt ait lob. 29. c. Cor. Viduæ consolatus sum. & 31. c. Oculus Viduæ spectare non seci.

Decimoquarto, sancta mater Ecclesia defendere & adiuuare Viduas: quoniam vt habetur I.c. 87. dist. præcipitur Prelatis, vt Viduis præstent auxilium, & præsidium, & protectionem patrocinium, contra improborum violentias.

Decimoquinto, etiam præcipitur Principes sacre iudicium, & ministrare iustitiam. maiores Viduis, liberando eas de manupotentium, & aperbus faciliter calumniantur, & opprimuntur, betur in c. Re. 24. q. 5. Idco Imperatores, & Reges volunt cas esse sub protectione eorum, & peribent ne opprimantur, vt habetur in l. vniuersitatis quando Imperator inter pupilos, vel Viduas, miserabiles personas cognoscet. & ne exhibetur, facit tex. in c. ab imperatoribus. Vniuersitatem est auxilium postulandum propter afflictionem pauperum, aduersus potentias diuinas dist. 3.

Decimosexto, faciunt prolaude Viduarum, ta, que in precedenti consideratione edixit virginib. quæ habent locum in Viduis propter continentiam, habito respectu ad coniunctionem rales inter continentates comprehenduntur, quæ cum Virginib. ad Regnum concordia perueniunt: quoniam, vt habetur in c. firmata. fi. extra. de summa tri. & fide cath. Nunquid enim ad Regnum celorum foliæ Virgines perueniunt, & Viduæ. Ex quibus constat, quod status Viduarum habet locum post Virginem ante coniugatos, data in reliquis paritate mercatorum. Et delaude Viduarum dixi in precedenti part. 11. & 20. considerationib. vbi dixi, quod malaudantur ex continentia, & in seruanda Vrate.

**Q**uod dragesima prima considerat. de Coniunctione subiecta quæquitur, nunquid etiam habent locum in paradiso? Et videtur quod non: quoniam betur in c. qui sit. 33. q. 5. alle. per gl. fi. in c. extra de summa tri. non expedit homini statua Regna tendenti vxorem accipere. Sed si rium est verius, quoniam, vt constat ex conciliij Niceni, de quo in c. 1. in fide extra de fide tri. & fide cat. in precedenti sepe alleg. non solum Virgines, & continentes, verum etiam continentes rectam fidem, & operationem bonam patres Deo, ad eternam meritorum beatitudinem unire. Et tales etiam dicuntur seruare catholice, quæ dicitur pudicitia, quæ est in legitime conjugatis, vt in c. Nicena 31. d.l. mulier, §. cum neretur ff. ad Trebellianum. Que quidem civitas etiam laudata est, vt in precedenti parte in 12. consideratione. & quam etiam observant plures sancti Prophetæ, & Patriarchæ, cob, qui Liam secum iacentem, non illam cognouit, putans tenere Rachellem, vt habetur Gene. 29. secundum Lyram, ibi posse fecerunt omnia connubia seu matrimonia antrum Patrum, Prophetarum, & Patriarcharum.

scilicet primò illorum, qui fuerunt ante diluvium, ut Adam, Seth, Enos, Caynan, Malalehel, Iacob, Enoch, Matusalem, Lamech, Noc, Sem, Chā, & laphet. Et post diluvium Abraham, qui tres uxores habuit, Isaac, Iacob, qui quatuor uxores habuit, Ioseph, Iudas, Cath, & Amram, Moysés, Aaron, & Matia eorum sotor, Delborah, Barach, Sifaram, Lahin, & lahel, leptis, Samuel, Helcana, Ephataeus, Samuel, Booz, & Ruth, Iesse, & omnis eius generatio: David, Salomon, Elias, Eliseus, Ezechias, Iosua, Daniel, Zacharia, Petrus, & apostoli, & Ioannes Euangelista, qui omnes fuerunt coniugati, ut fatus declarat Iouianus contra Hieronymum alterum: cum eo de præexcellencia Virginitatis, & Matrimonij: de quibus connubij sanctorum ampliavit Augu. Dathus in suo tractatu de connubij sanctorum, ubi excellentias illorum connubiorum fatus denotat laudando castitatem matrimonialem: de qua etiam lib. 2. contra aduersarij umlegum & Prophetarum Deus inquit: Matrimonium, & feminam propagandi generis cum nupciali castitate coniunxit. Ad quod facit doctrina Beda, sicut dicitis. Bona est castitas Coniugalis, melior continentia Vidualis, & optimam perfectio Virginialis: quæ tria Christus patenter approbat. Primum, statum Virginalem in eo, quod de Virgine nasci voluit, statum Vidualem, in eo, quod ab Anna Vidua benedicti dignatus est, Lucæ 2. & statum Coniugalem, in eo, quod in Chana Galilea nuptijs interfuit, quatum honore aquam in vino convertendo primum miraculum inter exterainchoauit, Ioan. 2.

Similiter, vt ab omni gradu mulieris optobrium tolleret, scilicet à Coniugatis, Virginib. & Viduis, Matrem eius gloriosam in hoc triplici statu esse voluit, scilicet Virginem, Coniugatam, & Viduam post eius mortem. Ex quibus sequitur, quod etiam Coniugati possunt mereri, & æternam beatitudinem consequi, vt dictum est ante: & plenè comprobatur G. Benediti in sua repetitio-ne. cap. Raynatus. in ver. cvidam Petro tradidere. nro. 40. 50. 51. & 52. extra de testa. ubi per eum, de castitate, & pudicitia coniugali, & de laude matrimonij dixi in commen. nostro ad consuetudines ducatus Burgun. in ti. Des droitz & aparten. a gens matiz.

Et aduerte, quod secundum Gabrielem Bartel in sermone pro festo S. Innocentii, status Coniugatorum, fuit maioris meriti, quam abstinentium, & status ille præserbatur statui Virginitatis, quia erat tempus multiplicati genus humanum, ideo status Virginitatis prohibebatur hoc, habendo respectum ad tempus legis scriptæ, siue naturæ. Si autem reseratur ad tempus legis euangelicæ, quia est tempus multiplicationis fidelium per generationem spirituali, status Virginum est maioris meriti, quam status Coniugatorum. Ideo Virginitatis status est dignior & excellenter

matrimonio, quod ibi comprobatur triplici ratione: sed vide hic ante in 2. consi. vbi longè plura alia media adiuncta sunt ad laudem Virginitatis.

**Q**uodрагесима secunda confid. incipit de pueris baptizatis, qui statim baptismate suscep-to, decedunt, antequam mereantur, vbi collo-cabuntur in paradyso, & an ex solo baptismato pos-sit unus plus habere gratiæ, quam aliis: hoc est, An plus possit operari baptismus in uno, quam in alio ad remissionem culpæ, & pœnae, quo ad dimidionem pœnae, & quo ad effectum gratiæ. In hoc, Ioan. de Turrec. in c. cum tantum. de con-se. dist. 4. ex dictis S. Thom. Sed prius aduertatur, quod nemo potest saluari, nec vitam celestem consequi, nisi fuerit baptizatus, vt habetur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei. & habetur in c. non potest de consecr. dist. 4. & ibi Io. de Turrec. Et omnes baptizati ratione remissionis culpæ originalis, quæ baptismino purgatur, gratiam Dei cœlestis accipiunt. c. non potest. & ibi Ioan. de Turrec. de pœni. d. i. & in c. per baptismum. & in c. non licet de consecr. dist. 4. Et in hoc, concludit duabus conclusionibus, in d. cap. cum tantum. quod æqualiter operatur effectum remissionis culpæ & pœnae, in omnibus, & continet perse-ptionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, vt dicit Io. de Turrec. in c. ex quo. de consecratio. dist. 4. Insidit etiam gratiam, vt per eundem in c. propriè, loco præalleg. Sed nunc eviden-dum est quomodo haec gratia infundatur, an plus in uno, quam in alio. Idem Ioan. de Turrec. in c. cum tantum. supra allegato. distinguunt, inter adul-tos, & pueros, & dicit, quod inter adultos non æqualiter se habet, sed secundum maius & minus: prout quidam cum maiori fide, & deuotione, ac-cedunt ad ipsum sacramentum baptismi suscipi-endum quam alii, & hoc comprobatur ex dictis Dam. dicentis sic, Peccatorum remissio eundem æqualiter in baptismino datur: gratia datur antem Spiritus sancti, secundum proportionem fidei & purgationem. Sed non omnes cum æquali fide, nec æqualiter præparati ad baptismum accedunt, ergo, nō omnes ad baptismum accedentes æqua-liter gratiam consequuntur, & ista est alia ex suis conclusionibus.

Alia est conclusio in pueris, in quibus conclu-dit quod baptismus de communione, æqualem effectum gratiæ habet: quod probat ex dictis S. Tho. in 4. sent. d. 4. cum ait: In pueris baptizatis, nihil ex parte eorum requiritur, sed habent pro dispositione ad salutem fidem Ecclesiæ, & pro effectu salutis virtutem passionis Christi, quæ operatur in baptismino: sed hæc duo æqualiter ad omnes pueros se habent, ergo ipsi pueri non diffe-rent quantum ad effectum baptismi suscipien-dum, sed omnes æqualem gratiam suscipiunt. Id-

### T E R T I A P A R S

eo inter istos nō disceptandum de prioritate, aut posterioritate, cum omnes simul simili gratia & æquali fruantur.

**Q**uodрагесimateria consid. crit de pueris decedentibus sine merito, & absque baptismate, in quo loco in iudicio vniuersali collocabūtur: an à dextris, vel sinistris comparebūnt. S. Tho. in 4. sen. d. 47. art. 3. & B. Vincentius in suis sermoni dicunt, quod in iudicio domini tales pueri comparebunt: sed non sedebunt, ne quæ à dextris, ne quæ à sinistris, (cum electi boni erunt à dextris, & damnati mali, à sinistris) sed tales pueri, cum peccato originali mortui, non sunt simpliciter mali, nec boni, ideo in medio inferius collocabuntur, & videbunt gloriam Iudicis, & vindictam exquirerent corum, qui causam eis dederunt perditio- nis gloriae, & diuinæ visionis: & omnes huiusmodi parvuli, sive sint filii Christianorum, sive Lu- dorum, sive Gentilium, sive in utero, sive extra uterum decesserint sine baptismo, resurgent, cum corporibus integris, in mensuram ætatis, plenitudinis Christi, 30. ann. vel circa, ut habetur ad Ephes. 4. sicut & alij mortui, & ira refert & renet Barthol. Sybilla in suo speculo peregrinarum questionum, in sexta questiuncula, quinta & quest. terrij capit. primæ decadis. Sedin loco seu recep- taculo limbi, collocabuntur, in quo est carentia gratiae, & poena danni æternalis, sed non poena sensus, secundum Petrum de Tarant. & Tho. in 4. dist. 31.

Sed altius ista repetendo, quereres: Cum sint in limbo, & non in paradyso, an puniantur aliqua poena, & qua? Et in hoc dicendum est secundum Tho. in loco inferius alleg. quod poena conueniens puerorum qui sine baptismate cum solo peccato originali decesserunt, est subtraetio gratiae: & per consequens, carentia diuinæ visionis, ut dictum est, ad quam homo per gratiam ordinatur. Sed ulterius videndum est, an rales pueri sentient aliquem dolorem, vel afflictionem interiorum, ex carentia visionis diuinæ. Responderi potest, secundum quod aliquid dicunt, quod tales pueri in limbo ex carentia visionis Dei nullam afflictionem inte- rioren sentiuntur ratione assignant. Quia, ybnila est cognitio, & cogitatio boni propter se facti, ibi nulla est afflictio: sed animæ puerorum, cum solo originali decendi, sunt in tantis tenebris ignorantiae constituti, quod nesciunt se ad beatitudinem creatos, nec aliquid de beatitudine cogitantr, ideo dicunt nullam illos pati afflictionem. Sed S. Tho. dicit hanc rationem non valere. Primo, quia cognitio naturalis magis viget in anima separata, quam in anima hic coniuncta. Ergo, cum in pue- ris illis non sit peccatum personale, non debetur eis, ut detrimentum aliquod patiantur in natura libis, scilicet in naturali cognitione. Item (vt di- cit) secundum hoc, illi, qui sunt in inferno, carent melioris cognitiōis, quātum ad intellectū, quam

pueri in limbo. Nam qui sunt in inferno, nō faciunt tenebris ignorantiae, pueri autem secundum istos sic: & ita damnati melioris conditionis carent, quam pueri huiusmodi, quia nullus est ait Aug.) qui non maleret dolorem pati cum faciat mēte, quam gaudere in sanis. Ideo assignatur ratio, quare pueri in limbo ex carentia visionis euangelizari, non habeant interiorum dolorem, vel carentiam, quam talis est. Duplex cognitio de beatitudine potest haberi, naturalis scilicet & supernaturalis. Animæ autem infantium in limbo, cognitione quadam naturali non carent, quæ debet anima separata, secundum naturam suam. In agente cognitione corum naturalis, cū intrinsecus diuinum cognoscendi intellectum separatotum, ideo de Deo, & de creaturis magnam scientiam bene naturaliter, & maiorem, quam vñquam philosophus in mundo habuerit. Cognoscunt ea naturaliter se ad beatitudinem factos, & quod beatitudine consistit in adoptione perfecti bonis, quod rale bonum sit gloria, quam sancti melius possident. Id autem, quod per naturam haber possidetur absque dolore: ex hacigitur pars. in limbo non dolent. Est autem & alia cognitio de beatitudine, quæ habetur supernaturaliter, quæ hic in nobis per fidem plantatur: quæ est gloria, & fruitione sanctorum in celo: quæ oculus vidit, nec auris audiuit, nec in corpore naturaliter ascendit. 1. ad Corinth. 2. Quam De nobis reuelauit per spiritum sanctum. ad Rom. 1. Quæ quidem reuelatio habetur perfecte nobis hic plantatam in sacramentis, vel fratrebus Christianis. Pueri autem in limbo nec fidem de beatitudine in actu habuerunt, nec sacramenta fidei suscepserunt, nec per reuelationem ergo, nec de carentia cius dolent. Nenim dolor de eo, quo se priuari nescit: vel de afflictione eius, quod ad ipsum non tangit accidinet. Quia tamen pueri in limbo non impinguantur à perfecta cognitione naturali, primaria, & Dei, & aliarum rerum ex immersione, & afflictione poenarum, sensus ignis, & vermium conscientia, & demonum, ut sit in damnatis, id est cognitione tali naturali ipsius Dei & creaturum, gradum aliquem delectationis habent. Quilibet enim in cognitione veritatis, naturaliter intellectatur. Vnde in hac delectatione pueri laudes & laudabunt, reasumptis corporibus, Deum, et causarum omnium rerum, ab eis naturaliter cognitarum, quod damnatis non accedit, nescidet: quia vermis eorum vivit, & non moritur, nec vñquam ab inferno deerunt demones, & ignis, ibi à torrendo in aeternum deficit. Hoc Thom. in quest. disputatis de malo. & in 2. de ten. d. 32. quest. 2. & ad prædicta facit text. in clemissime de confess. d. 4. vbi Ioan. de Turcet. iam disputat, an tales pueri puniantur penitibili.

**Q**uadragesima quarta' consil. de reliquijs sanctorum ostendit, quæ etiam sunt honorandæ & venerandæ, vt habetur in rubro & nigro, de reliquijs & veneratione sanctorum in antiquis, & in libro sexto, & in clementinis. Et v dicit S. Tho. in tertia part. q. 25, artic. vltimo. Adorate, id est venetari debemus reliquias sanctorum. Nam, vt ait Ant. Floren. ins. par. sua sum. tit. 12. c. 9. in princ. Qui habet affectum ad aliquem, etiam ea quæ de ipso post mortem requiruntur, veneratur, non solum corpus, aut partes eius corporis, sed etiā exteriora aliqua eius pura vestes, & huiusmodi. Nam, vt auctor est Herodorus, Mycetinus Rex Aegypti filiam quam habebat vnicam adeo dilexit, vt mortuæ cadaver, inclusa erit aucto bouis simulachro, quod in templis proximè Deosposuit, floribusque ornauit quotidie, admora noctu petetualueerna.

Item Attedius meliot, duos habuit liberos. Blefum, & Glauciam nomine, quos adeo dilexit, vt dicit Blefi mortui natalem singulis annis celebret. Mattialis lib. 8.

*Prelas hoc melior scientia fama,  
Quis solenibus anxius sepulti  
Nomen non finis interire Blefi.  
Et de munifica profusa arca,  
Ad natatutum diem coledum,  
Scribarum memori, pie turbæ.  
Quod donas facies ipse Blefianum.*

Item Vrbini, in agro Reatino delitecentem, cum milites ad mortem inquirerent, seruus eius, domini ornamentis induitus, in eiusdem cubile se reclinavit, vt iruentes hostes Vrbinum esse supicantur, & ita primo impetu iugularent. In eum rei monumentum, Vrbinus motu erexit statuam, cum titulo, & inscriptione, quæ tam memorabilem testatetur amorem & fidelitatem.

Item, fidem facit in hoc Arthemisia, quæ Mau solo marito mortuo, sepulchrum memorabile fecit, vt infra in vltima par. in 75. consideratione dicitur.

Item, Iulius Caesar, Syllanæ factonis inimicus, adeo partes Marianas souebat, vt deiecta trophaea restituerit, statuasque noctu erexit in Capitolo.

Item, Phydias, statuarius Agorantum Parium discipulum suum adeo dilexit, vt raso capite, pileum sumpergit, & se Romanorum libertum vocauerit.

Item, Nicomedes Rex Bithyniae, tam propenso fuit in Romanos animo, vt raso capite, pileum sumpergit, & se Romanorum libertum vocauerit. Cum autem sanctos Dei in veneratione debeat habere, tanquam membra Christi Dei filii & amicos, & intercessores nostros, supra ista patte dicimus: Ideo eorum reliquias, qualescumq; hono re congruo in eotu memoria venetari debemus,

principiæ eorum corpora, quæ suerunt templum Dei, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda, per gloriam resurrectionis. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum potentia miracula faciendo. Et, vt dicit Hecto. ad Riparium. Nos nec martyrum reliquias, nec angelos adoramus, scilicet adoratione latræ: honoramus autem martyrum reliquias, vtreum, cuius martyres adotamus, honoremus seruos, vt honor seruorum redunderet in dominum. Et habetur Psal. 75. Et reliquæ cogitationis, diem festum agent tibi: quoniam grata est apud Deum. Ea, quæ à nobis sic habetur præteriorum nostrorum bonorum recordatio, vt de his non in bonis, sed in domino gloriemut. Et ita remunctorunt à Deo bonorum reliquie, & utilis est ipsorum memoria: quemadmodum etiam dicimus in iure humano, quod memoria, seu reliquæ pristina qualitas s bona, multum operantur, vt per multa comprobatur Fel. in c. que in ecclesiis. col. 29. versi. Fallit quinto. extra de constitutio. Dicā latius infra in 3. par. in 36. consil. vbi de huiusmodi memoria pristina dignitatis scribitur. Et ad istud propositum, Io. de Montecolon ciuis & contemporaneus noster, in suo promptuario iuris. in verbo, reliquæ adduit decisiones Fel. in d. c. que in ecclesiis. Non tam, vt dicit, sunt in publico venerandæ, nisi prius approbatæ per summum Pontificem, & per sedem apostolicam canonizatæ, quod quomodo fieri, & quæ requirantur, habetur in e. i. de reliquijs & veneratione sanctorum, in antiquis, de qua materia canonizationis sanctorum, sicut aliquæ considerationes in sequentibus.

**Q**uadragesima quinta consid. Non solum sancti venerandi, & honorandi sunt, sed etiam eorum Imagines venerandæ sunt, propter illos, c. per latum, & c. venerabiles, de consecr. dist. 3. & ibi gl. in ver. fregisse. & in veth. cultu, & per gl. in veth. in deuotionis. in cap. si canonici. de offi. ord. in 6. Et, vt scribit Ouid. de Ponto. lib. 2.

*Felices illi qui non simulacra sed ipso,  
Quiq; Deū corā corpora vera videt, &c. Et sequitur:  
Sic homines meūre Deos, quos ardus æther  
Occultis, & colitur pro luce forma Louis.*

Et videatur Cardi. in elemen. vnica. versi. O excellentissimum. de reliq. & veneratione sanctorum & in duob. canonibus supra alleg. satis probatur, quod licitum est in Ecclesia Dei facere imagines Christi, & sanctorum, quæ sunt venerandæ, & causasibi vide, quicquid audeant dicere quidam heretici, in sequentes damnabiles opiniones Lutheri heretici, quem Deus in sensum bonum reducat, ad suas infinitas hæreses seminatas extirpandum, & annihilandum.

Et amplè per Joan. Damascenum, & Commen tatorem, ibi in suo opere theologali. lib. 4. c. 17. vbi dicit, quomodo imagines sanctorum, etiam anti-

### T E R T I A P A R S

quo tempore fuerunt approbatae, & etiam certe tempore reprobatae, videlicet tempore Leonis III. Imperatoris, & Greg. II. summi Pon. per Ant. Flo. 3. sive sum. par. ti. 12. c. 9. §. 1. 2. & 4. vbi expresse scribit de vener. imaginum.

**Q**uadragesima sexta consi. Quoniam ante di-  
stum est de veneratione & honore sanctorum.  
Sciendum est qui dicantur sancti. Et in hoc sic dis-  
tinguendum est autem consideramus hanc Ecclesi-  
am militante, & sic in hoc seculo viuentes. Aut  
Ecclesia triumphantē, & per consequens eos, qui  
de hac vita migraverunt, & cum ambo sint lau-  
dandi, & venerandi, de ambobus dicitur.

Primum de his, qui in hoc seculo sunt viuentes,  
qui videntur esse omnes mundi ac virtuosè vi-  
uentes, qui merito sancti dici possunt. & ita intel-  
ligitur, quod habetur in c. tenere debet. 31. distin-  
ctione. & Leuitic. 31. & 1. Petri cap. vbi dicitur. San-  
cti estote, quoniam ego sanctus sum dominus Deus  
vester. & in e. propofuisti. & c. plurimos. 32. dist.  
& est tex. in c. non oportet. 31. dist. & ibi Arch. & facit  
tex. in c. Maximianus ibi: quia qui sancti non  
sunt, sancta tractare non possunt, ea. dist. quam ita  
intellexit Arch. in d. c. tenere. facit etiam text. in  
cap. non vos. ver. quis enim sanctum dubitet. 4.  
dist. & psal. 17. cum sancto sanctus eris, & cum inno-  
center innocenter eris. Et illud. Non enim loca,  
sed vita & mores sanctorum, faciunt sacerdotem.  
de quo in prin. 4. dist. & in c. multi. & in c. non est  
facile, ea distin. Et Ecl. 27. Cum viro sancto, assi-  
diuus esto. & facit tex. in c. sancta quippe rusticitas.  
2. quest. 7. Et facit satis tex. in l. sanctum. ff. de ter-  
minis. vbi sanctū dicitur, quod ab iniuria ho-  
minum desensum est, atque munitum. Facit text.  
iuncta gloss. in verbo. sanctificetur. de successio.  
ab intest. Et dicit Gemini. in cap. non decet. de  
liminunt. Ecclesi. in 6. quod loca sacra sunt sancta,  
id est firmata pœnis, & statutis, contra delin-  
quentes, in illis, ut in authen. vt liceat matri &  
auia. §. pen. incipi. quia vero. colla. 8. & in §. san-  
cta. institu. de rerum divisione, & l. si quis in hoc  
genus. C. de epi. & cleri. per id, quod habetur in  
cap. imprimis. 2. quest. 1. Et facit ad propositionem,  
& addictas duas significaciones, Id quod dicit S.  
Thom. 2. 2. quest. 8. art. vlt. quod nomen sanctitatis  
duo importare videtur. Vno modo, mundici-  
em, & huic significationi competit nomen Gra-  
cum. Alio modo, importat firmitatem: vnde  
apud antiquos, sancta dicebantur, quæ legibus  
erant munita, ut violari non deberent. Vnde ali-  
quid dicitur esse sanctum, quia effigie firmatum,  
vt dicit Vlp. in l. sacra. §. propriè. ff. dere. diui. vel  
etiam, (vt dicit S. Thom. in loco ante alle.) hoc  
nomen, sanctis, secundum Latinos ad mundiciem  
pertinet, ut intelligatur sanctus, quasi sanguine  
tinctus: eo, quod antiquitus illi, qui volebant pu-  
rificari, sanguine hostiæ tingebantur, vt dicit Isid.  
in lib. 10. Etymologiarum. c. incipi. Sapiens, &c.

Et utraque significatio comperit, vt sanctitas  
tribuat in his, quæ diuino cultui applicantur,  
quod non solum homines, sed etiam Tempora,  
Vasa, & alia huiusmodi, sanctificari dicuntur  
hoc, quod cultui diuino applicentur. Hinc etia  
dicuntur sancta sanctorum, de quibus per Psal.  
in cap. 1. dc vita & honest. cle. Mundicia enun-  
cessaria est ad hoc, quod omnes Deo applicen-  
tur: nam mens humana inquinatur ex hoc,  
inferioribus rebus coniungitur, sicut que-  
res, ex immixtione peioris sorde scit, ut argen-  
ex immixtione plumbi. Oportet autem, quæ  
mens ab inferioribus rebus abstractur ad hoc,  
quod supremæ rei possit coniungi, & idem in  
sine mundicia Deo applicari non potest. Vnde  
ad Hebre. penul. dicitur, Pacem sequimini etia  
omnibus, & sanctimoniam, sine qua neminem  
bit Deum.

Firmitas etiā exigitur, quod mens Deo applicen-  
etur. Applicatur enim ei sicut ultimo fini, & po-  
mo principio: huiusmodi autem oportet, ut  
mē immobilia esse. Vnde dicebat Apost. ad Rom.  
8. Certus sum, quod neque mors, neq; vita  
rabit me à charitate Dei. sic ergo sanctitas  
sanctimoniam, quod idem est, per Arch. in evan-  
geli. 3. dist. dicitur, per quam mens homini scriptam  
fusos aucti, applicat Deo, idem luris. in dist. 1. ac  
etum. ff. de rerum divisione. quod sanctum, &  
etum est à sanguinibus. Sunt autem sagmina he-  
ba quadam, quas legati populi Romanorum  
lebant, ne quis eos violaret. Sicut legati Gra-  
corum, ferunt ea, quæ dicuntur ceritia. Vnde, ve-  
cibili gloss. in verb. violaret. legati dicuntur fa-  
cti, per l. fin. in princip. ff. de leg. hinc defensio  
verbum, sanctio, in uiolabilis, & ab iniuria ho-  
num tuta legalis statutio. & ita intelligitur l. fa-  
ctio legum. ff. de pœnis. & sumuntur multiplex  
vt habetur in prima gloss. in proce. Digestor  
& notatur per Archiepisc. in cap. statutum.  
script. libro 6. & vide Dionysii de diuinis nomi-  
bus. capi. 12. Et ista sanctitas in multis honoris  
id est priuilegiatur, vt insira in vltim. considera-  
tione.

Aut verò consideramus Ecclesiam triumpha-  
tem, & sic omnes habitantes in coelsti patru. os  
solum animas beatorum, sed etiam ipsas in-  
gentias, hoc est angelos, sanctos, dici debere, &  
omni resulgent mundicia: Imo non possende  
immudi, alias essent imperfecti: quæ imperf.  
in celo non admittitur, vbi est Deus qui es  
mum bonum, & Ens perfectissimum, quo omnes  
beati fruuntur: Vnde meritò eos sanctos appela-  
mus, imo Deus ipse dicitur sanctus, ut amplius  
supra ista part. in 1. consideratione, & habeta  
psal. 15. Nec dabis, sanctum tuum videre con-  
ditionem.

Aduerte tamen, quoniam apud nos sanctus, &  
beatus differunt: quoniam beatus dicitur, cuius na-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

99

des mortis, nec officiū in ei⁹ memoriā celebratur. Nec ēt sibi Ecclesia dedicatur. Sanct⁹ verò nō dicitur, nisi p̄cedēt canonizatione inducta ab Ecclesia, & secundū formā ab Ecclesia traditā, de qua infra dicetur. & ita communis vsus loquēdi obseruat q̄ in multis atten ditur. I. librorum. §. q̄ tamen Cassius ff. de leg. 3. & ibi Bar. & in le. cūn de laniōnis. §. aliam molendinariam. ff. de fundo instru. instrumento que legato. Felinus amplè post Ant. de Butrio in prooe. decret.

Quandoque tamen etiam canonizati dicuntur beati, vt in c. i. bī: qui beato Petro æternæ vitæ clavigero. 22. dist. in c. non nos B. Petrum. 40. dist. vñ de omni sanctus canonizatis dici potest beatus, sed non econtra.

In vita verò quis non potest dici beatus secundum Tho. in 1. par. q. 12. arti. 10. & 11. & 2. 2. qu. 233. art. 2. & in 4. distin. 42. Nam beatitudo idem est, quod vita æterna, quod est pax, & Regnum coelorum, secundum Tho. in 4. d. 49. art. 7. 8. & 9. Et secundum Albericum de Rosate in suo dictionario, in verbo, beatitudo nihil aliud est beatitudo, quā reuelatio magni Dei & saluui oris nostri Iesu Christi, vt in c. ieūnium. de conf. dist. 5. quo etiam per Tho. 22. 156. in vltiuno articu. vel secundum Boet. in 3. libr. de consol. philosophiæ ca. 3. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfetus. Et ibidem, beatitudinem sumum bonum esse distin. ad hoc potest allegari illud Ouid. Met.

Dicij, beatus

Ante ebitum nemo, supremaq; funera debet.

Beatus enī in est beatum facere, id est, prodesse. tex. & in l. bonorum. ff. de ver. sig. impropiē tamē in hac vita dici potest beatitudo, prout loquitur dict. l. bonorum. & l. iniquum. C. qui acc. non pos. vbi dicit litera. Iniquum longè à beatitudine seculi vestri esse credimus. & ita intelligitur illa beatitudo, quae summis Pontificibus attribuitur. & tex. in cap. legi. in f. i. bī: beatitudo tua. 16. que. 1. etiam in vita dicimus sanctitatem, vt ante dixi. etiam dicere de Papa. q̄ & sanctissim⁹ dicitur, & de Episcopo & de p̄tince, vt in f. a. in 4. & 5. partibus, vbi de Papa, Episcopo, Imperatore, & Rege nostro Francorum dixi. Sed prout in hac parte intelligimus, sanctus dicitur, qui est ab Ecclesia canonizatus, aut canonizatione Ecclesiastica confirmatus & approbatus, secundum quod accipitur in c. sanctorum. in princ. 70. distin. & in rub. & textu, de reliquijs & veneratione sanctorum. in decretalibus & libr. sexto. & habetur in cap. 1. de vita & honesta. clericis. in antiquis. Sic, quod non licet aliquem venerari pro sancto, nisi sit approbarus à summō Pōtifice, & sic canonizatus, vt statim dicam.

Q̄adрагesima septima consideratio. Nunc ad materiam canonizationis condescendamus. In qua dico solus Papa potest canonizare sanctum, & ista est opinio Panormitanæ & Iulianæ in c. defetijs. per tex. in c. i. in fine de reliquijs & ve-

neratione sanctorum. extra. vbi expressè canetur, quod sine speciali licentia Papæ quis canonizari non potest, idem Imol. in c. venerabili. de tertiis. extra. Host. in summa. codem tit. de reliquijs & veneratione sanctorum. Anton. Floren. in tertia parte sui. sun. ti. 22. c. 5. §. 5. & pro hac opinione Joan. Andr. in c. vñco. in verbo, sedis. de reliquijs & veneratione sanctorum, in sexto. adducit quinque rationes post dictam glossi. quæ ibi videri possunt: quibus accedit, quod Papa representat Deum in terris, & tenet cius vices. cap. quanto. de translatione Episcopi. cap. vt nostrum. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conserantur. cap. fundamenta. §. docet de eccl. libro sexto. cle. 1. §. 1. de Magistris. Specula. titu. de legato. §. nunc est sciendū. ver. 89. & gloss. in verbo, quod Deo. in cap. serpens. de pœni. dist. 1. Et sicut de mente Thomæ in tract. suo contra Gracorum errores. cap. 71. inquitum allegat Chrysostomum super homilia. dist. 55. dicentem de Christo. Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magistrum & doctorem. vbi latius per ipsum, & dixi ante: & idem voluit in tertia parte summa. quæ. 3. art. 1. & in quarto senten. dist. 15. dicens Papam esse caput vniuersalis Ecclesiæ. facit cap. in nouo. cum c. seq. 21. distin. Et idem in tract. contra impugnantes religionem. & Scotus in tractatu de perfectione statuum. question. 9. dicit, quod Papa est Vicarius Christi, non solum in quantum Christus fuit Ecclesiæ Praelatus, sed in quantum fuit totius mundi domin⁹, & quod iuste de statu & bonis hominum potest ordinare. Et dicit Thomas in quarto sent. distin. 19. quod Papa habet plenitudinem potestatis in uniuerso, sicut Rex in regno. Et idem in tractatu de errore Gracorum, consilio 72. tenet, quod de necessitate salutis est, subesse Romano Pontifici: & allegat Cyrillum in libro Thesaurorum, & Maximianum in Epistola directa orientalibus. vnde dicit Hostien. in dict. ca. quarto. quod Deus & Papa faciunt unum & idem tribunal. & dicit Bald. in l. Barbarus Philippus. ff. de officio praetoris. quod Papa est supremus Dici Vicarius, & qui contrarium dicit, mentitur: & in finalibus verbis dicit, quod Papa est omnia, & super omnia in spiritualibus. Dixi supra ista parte 30. consideratione. versi. secundus locus. circa fi. & infra in quinta parte, in septima consideratione. Ex quo, cum sit Vicarius supremus Dici, & sit in locum eius in hoc mundo subrogatus, tanquam sapient naturam ei⁹, qui canonizar sanctos in Ecclesia triumphante, sic canonizabit in Ecclesia militante: & ista est communis sententia, vt dicit Imol. in dict. cap. fi. extra de férijs. Et ita etiam tener Joan. de Turrecremata in cap. 1. de consecra. distinction. 3. quod canonizatio sanctorum rationabiliter reseruatur summo Pontifici triplici ratione, quas ibi videt.

Nec in hoc requiritur consensus Cardinalium.  
gloss

### TERTIA PARS

gloss. in verb. continget. in d. c. fundamenta. in §. decet. de cle. in 6. ita etiam tenet lo. And. & Dominicus in c. super eo. de hanc. li. 6. Sali. in rubr. C. de legibus, allegans notata per Archi. in e. quæ ad perpetuam, & in c. sunt quidam. 2. quæ. 1. & in cap. quamvis. de officio ordinarij. in sexto. cum hoc pendat ex illa dubitatione, an Papa possit ardua sine consilio Cardinalium: de qua amplè Barb. in consili. i. in 1. vol. & in tract. de præstantia Cardin. Cum canonizare sanctum sit quid arduum, ut dicit lo. And. in d. c. vniuersaliter de reliquijs & veneratione sancti. in 6. hanc etiam partem tenet Ant. Flor. in sua sum. in 2. par. 3. par. in 14. charta.

Martinus Laudenensis in tract. de Cardinalibus. q. 88. videtur tenere contrarium: & istud idem tenet Ioan. Monachi. in d. c. super eo. Cardi. Floren. in c. peritio. & ibi lo. de Anania, de homicidio idem Cardi. in c. 2. de clericis non residentibus? Bal. in l. cum la. C. de bon. quæ lib. & in le. fin. C. de diuer. reſcrip. Et pro certo istud est mare magnum: sed ad propositum, bonum est, quod Papa faciat ex consilio, non quod teneatur ad hoc, nec illud sequi.

**Q**uadragesima octaua consider. Episcopusan poslit decernere in sua dioceſi aliquem sanctum venerari & seruari, seu ſolennitate celebra ri ſine populo? Videtur quod ſic, prout viſus et aliquid tenuiffe Ant. de Bust. in c. fi. de ſerijs. extra ſed poſt mutauit opinionem. Sed iftam etiam opinionem, tenet Pano. in d. ca. fi. per teſtum ibi, & in c. 1. de conſecra. diſt. 3. vbi expreſſe dicunt teſt. Carterisque ſolennitatibus, quas ſinguli Episcopi in ſuis dioceſibus cum clero & populo duxerunt ſolenniter venerandas. Et ita etiam tenet ibi Barbara. vbi dicit, quod Antonin. de Butrio non bene dicit, dicendo, Quod ille teſtus habet duas lectruras: quia, vt dicit Papa in d. c. fin. ponit verba d. c. 1. & ſic declarat qualiter debeat intelligi ille teſt? aliás, ſi eſſet dubius non mereretur ad hoc allegari: Quoniam, vt inquit Philosophus, Quod multipliciter exponitur, cius veritas ignoratur. Refert Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconſilii. Et facit, quoniam, vt ait gl. in verbo, vñiūris. in clemen. diſpendio ſam. de iudicijs. Pa pa non poſteſt tollere ordinem iudicariū in foro ſeculari, ſed bene poſteſt in foro ſuo. quam glo. pro ſingulari allegat Bal. in l. eos. §. fi. de vñiūris. Ideo licet Episcop⁹ poſlit decernere aliquem sanctum in ſuis Ecclesijs venerandum ſine populo, non tam en populo praecipere, vt veneretur abſtinendo ab operibus, ſine eius conſenſu, cum de eius praeruicio agatur. Quoniam in his, in quibus verſatur praeruicio populi, aut ſubditorum, non po teſt statuerit Episcopus ſine eius conſenſu, vel falſe in eis praetentib, vt dicit Imola in c. veſtra. extra de locato. & in ea. fi. de officio legati. & conſimmat Federicus de Senis consili. 17. alleg. per Imo. in d. c. veſtra. Ita et tenet ipſe Imola. in d. c. fi. & Arch. in d. c.

1. de conſecra. diſtinct. 3. Dicit tamen Abbas in d. c. fi. Quod si populi contradictione ſit ex iuſtaſa, & Episcopus moueat aliquid iuſtis, quod poterit hoc faere non obſtantे conſtione populi: puita (vt dicit) ſi decernat quæ ſunt vñcradum, qui ſuerit ortus de loco, pvidetur ſentire glo. vt in d. c. 1. de conſecra. diſtinct. 3. in ſimiſi dicit Arch. in c. vt auimuram. de c. in 6. & tex. in c. 1. de his, quæ ſunt à maiori patre. Et idem etiam dicit Barb. in d. c. fi. quod ſi Episcopus habeat iuſtam cauſam, puta, quia ſanctus oriundus de loco, quod poterit etiam in uito lo decernere illum venerandum: quoniam pter fanſtimoniā recedimus à legibus communib: quia dicitur eſſe gloria patrie ſua. Alter in argumentum teſtum ſingularem iuſta dicit Bald. in l. ſed & reprobari. §. fi. ibi: valde tam diſcipulatos. ſſ. de excu. tutorum.

Quicquid tamen dicant Panor. Imo. & dicitur. Videtur, quod opinio Ant. de Bust ſit venerationem per eum allegatam. Cum in hiſ quod in ſaurem anima, quilibet eſt ſubiectum pifco. ca. cum ſit generale. de foro comparuit. de iudicijs. c. per venerabilem. qui filij. gi. extra. Et huic ratione non respond. Pan.

Facit, quoniam quo ad actus ſpiritualis perodos, conſenſus laicorum non debet eſſe in conſideratione, ſicut videmus in electionibus factis de pralatis Ecclesiariis, vt in c. Meſſana. ca. ſanct. de elect. cum pluribus alijs. Facit quod tur in c. 2. de inſtitutio. & in e. fi. de rebus Ecclesiis. non alienandis. & in c. Ecclesia. de conſtitutio. go in hoc caſu, vbi eſt quæſio de actis spiritualiſtis necessariis coſenſus populi tanquam laici.

Et ad teſtum allegatos pro opinione Panor. quaciuſi respōdo, quod teſtus non dieū, ſed veneratio sanctorum ſit inducenda & decernenda per Episcopum cum clero & populo: ſed dicitur, quod festiuitates sanctorum ſunt venerandæ. Episcopum cum clero & populo, quod alibi proiuit dicit ibi Bald. qui hoc cognovit, cum. Non intelligas, quod iſi poſſunt has ſefas inducere, ſed inducendas poſſunt ſeruare. ſ. de ſeruacio ſpectu officij celebrandi in Ecclesia, & populi ſpectu artis non exercendæ illo die.

Vel aliter dici potest, quod diſcio, cum. ſita, cum dicit, quas ſinguli Episcopi in ſuſib: ſam cum clero & populo, non coniungit, paliter, ſed accessorię. l. 1. & 2. ff. de penit. legatur in §. ſi quis ancillas. inst. de legatis. facit dicit Bar. in anth. ingressi. col. pen. C. de faciliſ. cle. vbi facit diſcernitiam, an quis dedicatio. ſuſis bonis, an ſe & ſua bona, quia diſcio, & com. git principaliter: & acſio, cum accessorię. l. 2. Ex quo, cum in illo teſtu illa coniunctio de populi non ſiat principaliter, ſed accessorie, eſt dicendum, quod conſenſus corum debeat teruenire principaliter, & ſic neceſſario, ſed.

perquam consequentiam tanquam accessio-  
nem ad ipsum Episcopum, qui in spiritualibus est ca-  
put, & principalis omnium in sua dioec. c. omnes  
basilicæ. 16. q. 7. & in c. regenda. 10. q. 1.

**Q**uod rages manona consi. Duo requiruntur  
ad hoc, ut quis possit sanctus canonizari. Vi-  
ta, scilicet, sanctitas præterita, & quod Dens eius per-  
sona, sive in vita, sive operatus fuerit mira-  
cula: & in hoc sola sanctitas viræ, quo ad actum ca-  
nonizandi non sufficit. quoniam potest esse ficta,  
vel simulata, & non ad bonum finem, sed potius  
appetituinam gloriae. s. vt diceretur bonus, licet  
non esset, vt sunt hypocrita, iuxta dictum Mat. 7.  
Incedunt induti pellibus ouium, intus verò sunt  
luprapiques. Vnde huinsmodi vita non est merito-  
ria, in modo de meritoria: & contra tales excludat  
Paul. in Epist. 5. Vide quantum bonum est chari-  
tas, si ita martyrium serimus, vt nostras velimus  
reliquias ab hominib. honorari; & si opinionem  
vulg. sciantes trepidi sanguinem fuderimus, &  
subtiliam nostram, vslq; ad medietatem appriam  
dederimus, huic operi non tam premiū quā pœ-  
na debebitur, & perfidie magis tornēta sunt quā  
corona victorij. de quo tranumptiuè, in c. vide 1.  
q. 1. Ideo dicit ibi gl. 1. quod dare eleemosynam ad  
vanum gloriam peccatum est, art. ca. militare. 23.  
quæst. 1. Vnde dicitur in Evangelio Matt. 1. Cum  
facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Et  
codem loco in fine. Nesciat sinistra, quid faciat  
dextera. Et hæc bonitas vita consideratur in mul-  
tis laboribus, in morib. castis, in strenuis. actibus,  
et curamur. 61. dist. Et hoc oportet præsenti testifi-  
canone prædicari, & bona fama & præconis nō ta-  
ceri. c. 4. q. 2. Maxime, queri debet de simplici-  
tate & humilitate: Quia superbius Deus resistit, hu-  
milius autem dargratiam. Iacob. 4.

Item debet inquiri, an in vita persecutio-  
nes passus fuerit. c. omnis qui. 7. q. 1. & an passus ex cha-  
ritate. cap. si. incip. Ibi adunati, in loco ante alleg.  
& c. vide quantum bonum. Ista probant per  
dict. in c. dereliquis & veneratione sanctorum.  
extra per loan. And. & alios doct. in c. vnic. eo. ti.  
in 6.

Et ad probationem vitæ laudabilis canonizan-  
di confessori bus adduci potest, quod dicitur de  
Episcopo confirmando, secundum Host. in sum.  
de elect. 5. quis eligitur. versic. canon tamen antiquus:  
dicens: Quod debet esse natura prudens, do-  
ciles, moribus temperatus, vita castus, sobrius, suis  
negotiis semper cauens, humilis, affabilis, miseri-  
cors, literatus, in lege Domini instructus, in scri-  
pturarum sensibus acutus, in dogmaribus Eccle-  
siasticis exercitatus, & ante omnia fidei documen-  
ti simplicibus assidens, scilicet, patrem & filium,  
& ipsum sanctum, &c. cap. qui Episcopus 23. di-  
fund. & c. fin. 50. distinet. In martyribus enim non  
sunt tanta examinatio, sed queritur tantum de mi-  
raculis, & causa, propter quam passus sunt. argum.

cap. catcchumenum. & cap. baprisimi vicem. de  
consecr. distinct. 4. secundum Host. in sum. de re-  
liquijs & veneratione sanctorum. ver. & liac intelligas.  
Sufficit tamen ista sanctitas viræ ad meritum  
animæ canonizandi secundum Aug. in ca. tene-  
amus. 1. q. 1.

Secundò (vt dixi) requiritur, vt ad sanctum ca-  
nonizandum sit miraculum, vt notant doctores  
in loco supra allegato. & in hoc requiruntur qua-  
tuor.

Primo, quod ex Deo, non ex arte vel Diabolo  
contingat, quoniam aliquando etiam miracula  
sunt per malos: ideo necesse est, Martyres à Deo  
impetrassæ, quæ mandat. c. si quis præpostera. quin  
quagesima dist. & hoc casu procedit illud quod di-  
citur, quod facere miracula est donum spiritus sancti, vñ in cap. quarrendum. de pœni. d. 2. & ibi nota-  
tur. aliæ non est miraculum, sicut fecerunt magi  
Pharaonis, qui fecerunt ranas & serpentes conuer-  
tentæ eorum virgas, sicut faciebat Moyses. de qui  
bus in c. nec mirum. 26. quæ. 5. & illud propriè di-  
citur præstigium. c. re vera. & ibi Archi. de consec.  
dist. 2.

Secundò, requiritur, quod sit contra naturam,  
sicut dictum est de virga Moysi mutata in serpen-  
tem, & de Asina, loquente ad Balaam: de quib. in  
d. c. re vera. & in c. cum ex iniuncto. de hereticis.  
& in d. cap. re vera. ponitur de virtute dictæ virgæ,  
de qua etiam haberur Exod. 6. 8. 14. 16. 17. & losue 3.  
& 4.

Tertiò requiritur, quod non vi verborm, sed  
ex hominum merito illud contingat. Nam panis  
& vinum, potestate, & virtute verborum transub-  
stantiatur in corpus & sanguinem. c. cum Marthe.  
extra de celebra miss. & sic requiritur, quod miracu-  
lum sit evidens, non autem latens, & credibile,  
vt est Eucharistia.

Quartò requiritur, quod sit ad corroboratio-  
nem fidei. Herba enim ministerio hominis trans-  
it in vitrum, & nil ad corroborationem fidei: Ideo  
ad canonizationem nisi hæc quatuor concurre-  
rent in miraculo, non prodeßent, quia non esset  
miraculum, sed potius miraculosum, vt dicit lo.  
And. in d. c. vnic. de reliquijs & veneratione san-  
ctorum. in verbo sedis. circa finem. & Host. in sum  
ma supra. ver. item quæcumque est de miraculis.  
Arch. in d. c. teneamus. 1. q. 1. Host. lo. And. & alij in  
c. venerabili. de testib. ext.

**Q**uinquagesima consideratio. In qua de for-  
ma canonizationis sanctorum scribitur, &  
sequendo doctrinas Doctorum in dicto capit. pri-  
mo, de reliquijs, & veneratione sanctorum. in  
antiquis: reperio ad hoc duodecim esse requi-  
sta, quæ seruari debent, secundum ordinem infra  
scriptum.

Primum debet expectari, quod aliquæ personæ ho-  
nestæ, & authenticae, denuncient factum Roman.  
Pontifici, & supplicent pro canonizatione facien-  
da,

## T E R T I A P A R S

da, & hoc non semel, sed plures, & instanter: sicut notatur de cessione & petitione pallij. ca. quidam cedendi extra de renuntiatione. cap. cum postperitam. de electo. Non enim confuerit statim mouere riad committendam talem inquisitionem Rom. Pontifex, sed potius expectare, quam diu pulsatur, & famam accedere, & vtrum miracula crescant, & conrinunciantur, antequam inquisitionem cominitat, & bene, cum miracula seu miraculosa quā doque sunt per malos, cap. tencamus. & cap. nec mirū. vigeſima extra quæſtione quinta gl. & doct. in cap. cum ex iniuncto. dicitur. Bal. in c. venerabili. de testibus. extra. Vnde caendum est, ne populus decipiatur, vt in cap. fin. extra de reliquijs, & venera. sanctorum. Er quia circa maiora, maius periculum vertitur, ideo cautius est agendum, c. quiescamus. 42. distinct. cap. miramur. 61. distinct. cap. nuper. 7. quæſt. 2. cap. vbi periculum. in princ. de electo, in 6. & in l. 1. §. fed & si quis. ff. dc Carbo. editio. dicunt tamen aliqui, quod si fiat elusio, vix possunt continuari miracula, ultra quadraginta dies.

Secundum est requisitum, quod si continuerunt supplicationi instantiae, & fama, & miraculorum continuatio perdurare dicatur, confuerit Roman. Pontifex hoc proponere intra fratres, & aliquibus Episcopis patriæ illius, qui dicitur sanctus vel conuinicia, vel alijs personis honestis & incorruptilibus committere, vt inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & alijs, quæ sunt eidem nuncianda in genere & nō in specie, & quo ad famam, & non quo ad veritatem. Et quod scribant quæ inuenient, & an eis videatur, quod super veritate corundem sit inquisitio committenda.

Tertium est, si tales describunt talia, per quæ videatur, quod inquisitio veritatis sit committenda, requirit iterum summus Pontifex fratrum consilia, & distinſit, vtrum sit inquisitio committenda, vel non.

Quartum, quod si inquisitio ei committenda viderur, iterum rescribit eisdem, vel alijs, quod irerum veritatem requirant. Primo de fama, secundo de vita, tertio de miraculis exacte, diligenter, fideliter, & prudenter, secundum articulos, & interrogatoria, quæ sub bulla sua transmittit: de quo notatur in capit. venerabili. de testib. extra & quod inuenient remittant suis sigillis inclusum.

Quintum, quod remissa in inquisitione committatur examinatio in curia, aliquib' capellaniis, vel alijs personis authenticis, & discretis, quæ ctiā formant rubricas.

Sextum, quod rubrica sic facta exacta diligentia examinentur per dominum Papam, & ei' fratres, & requirat papa consilia corundem, an scilicet videantur probata ralia, propter quæ sit canonizatio non immerito facienda.

Septimum, quod si videtur Papæ, quod si facienda, hoc secrete diffinit inter fratres. Pro facit, quod in simili dicitur de substantia electionis, ut notant doctores in ea, quia pro de electo. & ibi glo. in verbo, maior.

Octauum, quod coadunatis Episcopis, qui præsentes in Curia, narret publicè in causa, quæ acta sunt & probata, secrete diffinitiam facta suppressa, & requirat consilium Prebitorum: facit gloss. in verbo, consilio, in c. Anaf. 19. dist. quæ dicit, quod Papa teneretur requirentium Episcoporum, vbi de fide agitur: quod gloss. sequuntur ibi Dominicus & Card. etiam cit, quod dicit Panormita. in capitulo significat de electio.

Nonum, quod assignatur certa dies, ut omnes conueniant ad cerram Ecclesiam, in qua audiatur cerei multi, & sternitur tapetis Ecclesiæ paratur: & illuc conueniunt Papa, Frates, & tuus clerici, & facit sermonem summus Pontifex processum recitans, & probata, inducens lumen ad orandum, quod Deus non permittit errare in hoc negotio.

Decimum, quod flexis genibus fiat deuotio, & canetur: Veni sancte spiritus, vel alius natus, siue antiphona conueniens.

Vnde decimum, quod surga Papa ab otorum diffinitiam illum, de quo agitur, sanctum esse, & eternum Catalogo conscribendum, & sensibili dic colendum, in quantum dicitur sanctum Catalogo conscribendum. Facit pro hoc gloriosum, in l. cos, in verbo, qui. C. de officiis militum. quæ dicit, quod quinon sunt scripte matricula, sunt tranquam priuati. Ideo dicitur in authen. de mandatis Principum. §. penultimum quidem. post glo. ibi in dicto verbo, collatum militibus scriptis in matricula dandi priuilegia militaria. Vnde dicit Bald. in l. in fin. ff. de excusa. tutor. quod mercatorum scriptis in matricula non gaudet priuilegium catorum. facit cap. si Romanorum. deci dist. vbi probatur, quod qui non reperiturs inter alios devniuersitat, non presumit, vniuersitat.

Duodecimum & vltimum requisitum est, canetur, Te Deum laudamus. & celebratur missam solenniter in honorem eiusdem. Et in hoc, quod dicit, quod cantatur, Te Deum laudamus. facit, quia Ecclesia, quotidie in fine horæ matutinae cantat illud canticum, sit peracta Episcopi electione, eccl. cul. tit. de electo. §. i. verbi. consequenter. In fin. nim cuiuslibet operis laudandus est Deus. Sunt ei agendæ: sicut facit ram in fine electionis Missæ, quæ in fine horarum canonicae dicit Dico gratias, facit. capit. de hymno consecr. dist. i. & ibi glo. in verbo, & hymno quod clericis post assumptionem cibi debent.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

101

te gratias Deo. allegat cap. vlr. §. edent. 44. distinct.  
facit quod notatur in gloss. fin. in cap. firmissimè.  
13. q. prima.

Dicit tamén Joan. Andr. in d. cap. vnico. de reliquijs, & veneratione sanctorum. in sexto. Quod hic Ordo haſtenus non ſemper vſq; ad vnguentum eſterruatus, maximè quando agebatur de marty-<sup>4</sup>  
beatibus Seuero, Nicolao, & Ambroſio. illum rex ad hoc magni facit Andr. Barb. in c. cùm adeo in gl. pe. de rclsc. col. 5. & ibi Felyn. in ca. ſuper his. in vlti. col. extra de accusa.

rizatis pro fide. Nam tales confuerunt facilius, & leuis expeditè: & ita dicit tenere Hostien. Ex quo viderut concludere, quod hæc forma (licet congrua, & honesta) per Papam de necessitate nō est obseruanda. Et, vt ex prædictis appetat, probritas, & legalitas, seu bona vita operatur ad sanctitatem consequendam, quæ quidem sanctitas, seu pietas, aut legalitas maxima, operatur in multis. Primo, yr hic ante dictum est.

Tertiò facit, quia licet Iudeus sanctus Christianus in ægritudine non possit presbyter ordinari, tamen fallit ratione sanctitatis vite. text. est singularis in cap. i. 75. dist. Lud. Rom. sing. suo 423. Multa ad hoc sunt cumulata per doctores modernos, videlicet per Fel. in c. super his. in fi. de accusatiōnib. & in d. c. cum adeo. & in capit. causam. 2. extra de offi. deleg. per dominum meum Iasonem in l. iubenus. colum. 2. C. de iudicis. & in rene leg. ad

*Secundū, quod licet alia electio, nec aetate, nec passione, cadat in laicūm in spiritualibus, vt de hoc sunt rex in c. *sacrosancta*, & c. *Messiana*. de elect. ex-  
autem. colun. 2. c. de iudicis. & in repe. leg. ad-  
monitiss. ff. de iure iurando, & in l. sciendum. col.  
8. ff. de verboruñ obligationib. qua cum ita satis  
sint congesta, non repeto.*

### *Tertia partis Catalogi Gloriae Mundi Finis.*

6

# QVARTA



# QVARTA HVIVS LIBRI PARS ERIT DE LAVDE GLORIA HO-

nore & ordine Ecclesiasticarum personarum inter se:  
& ad omnes alios huiusmodi status.

VNAM ET OCTOGINTA CONSIDERATIONES HABET.

**D**eo cuius expeditione p̄mitto. Cum haec & omnes huiusmodi hierarchia, spiritualis & temporales, seu ordines huius mundi loquendo grosso modo, possunt illo modo distinguiri, quo distincta fuerunt praedicta hierarchia, s̄ per tres hierarchias eum suis ordinibꝫ: & aliquo modo p̄r simile videri potest in terreno principatu ministrorum, qui sunt sub uno Principe. Triplex est differentia, hoc est, triples sunt hierarchia, seu gradus. Nam quidam operantur immediate circa personam Principis. Quidam autem deputantur ad alia officia, puta ad regimē Principatus in communī. Quidam verò ad regimen alicuius partis.

Primus assimilatur primā hierarchia. Secundus, secundū, tertius, tertia. Sed in qualibet hierarchia sunt tres ordines, quorum sufficientia sic potest haberi: Quia videmus, quod inter ministros, qui circa Principis personam operantur, est triplex differentia, in statu spirituali, id est, Ecclesia militantis.

Quidam sunt sicut assessores, vt sunt domini Patriarchae, & his similes: sunt illi de ordine superiori, scilicet Seraphin, quod interpretatur ardens in amore.

Quidam sunt sicut consiliarij, vt sunt domini Cardinales, & his similes sunt illi de secundo ordine, qui dicuntur Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientia; quoniam sciunt omnia, quæ sunt in Ecclesia militante triumphante.

Quidam sunt cubicularij, & seruientes in domo Principis, & his similes sunt illi de ordine, qui dicuntur throni. In statu verò temporali sunt in Regno nostro pares Francie in primo ordine, in secundo Ducees, & alii Principes, in tertio verò sunt Camerarij, & alii Officiarij Regis immediatè personæ eius seruientes, vt sunt Magister domus, & alii supremi huius ordinis, sub quibus multis connumerabimus in difurso huius libri suis locis. Veli in iurisdictione sunt Cancellarius, & Connestabilis, in primo ordine, in secundo Consiliarij magni consilij, & Magistri Requestrarum, in tertio Praefides & Consiliarij curiarum parlamentarium: & isti etiam possunt ponii in secunda hierarchia.

Quantum ad secundam hierarchiam sciendum

est, Quod inter illas, quæ deputantur ad regnum commune totius Principatus, est etiam triplex differentia.

Nam ad hoc, quod regimen alicuius communis natus benè & pacificè dispensetur, sunt aliqui, quam sententianites quid vniuersi; debentur. Veruntamen, quia sententia debet esse efficax, & ita, ideo indiger auxiliante vel adiutante. Ideo alij sententianis exequentes, & executionem facientes, vt nihil sit impossibile, quod per sententiam determinatur.

Item sunt alij, vt sententia sit recta, tanquam rigentes consulentes, & imperant primis. Alalatur tertius ordo secundæ hierarchia, quidam, Potestates, sunt Comites, & alij inferiores Barones. Et isti in statu spirituali assimilari possunt. Abbatibus, & alij dignitatibus immediatè sequentes post Episcopales. In statu vero temporali sunt Comites, & alij inferiores Barones.

Secundis vero secundus, vel medius ordo, dicitur Principatus. Et isti in statu spirituali sunt Episcopi, in statu vero temporali sunt Duces, & supra Comites, & Marchiones.

Tertijs assimilatur primus ordo secundæ hierarchia, qui dicitur dominationes, quibus prout dirigere & imperare omnibus ministeriis diuinis. Sic in statu spirituali Archiepiscopi, is prouinciae qui dirigunt, & imperant in omnibus ministeriis Ecclesiasticis Reges, & alij Principes, & alij inferiores Praelati, habentes administrationem in quibus infra dieam: & in statu temporali, Basiliis habentes sub se plures subditos.

Quidam ad aliquam partem prouinciarum in statu spirituali Curati, in statu temporali Seniores & Balliui, & his similes.

Quidam autem ad hominem unum, & hoc pliciter: aut quantum ad bonum communum, quod expletur per unam personam. Ecce conceptio virginis, vel sicut in statu spirituali sunt religiosi Predicatores, in statu temporali

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

102

**V**eruntur Inferiores omnes, habentes administratio  
nem à superiorib. Iudicibus.

Aut quantum ad ea, quæ pertinent ad ipsum tam  
um, Vi quilibet simplex sacerdos in statu spiritua  
li, & in statu temporali, quilibet simplex homo.  
Primum scilicet Virtutes. Qui sunt de primo ordi  
nete tertiarchie assimilatur priuiupta nomi  
nat. Secundis, scilicet archangelis assimilantur  
secundi. Sic tertii, tertij, ut dictum est. Hæc omnia  
videri poterunt clarissimi in discursu duarum parti  
um sequentium. Et hanc æquiperationem, & assi  
milationem eam in quibusdam videtur facere Bernar  
de Placentini in suo Elucidario missa, in præfa  
tione generali: & vt dicit Host. in summa de ordi  
natis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu. §.  
I. quod sunt nouem ordines in Ecclesia militante  
ad instar Ecclesiarum triumphantis, vbi sunt nouem  
ordines angelorum. facit tex. in ca. ad hoc. 89. dist.  
& de diversitate graduum, & ordinum in Ecclesia  
Dei, quomodo sit conueniens ponit Iudeo? in suo  
Antilathero, lib. 2. & 3. vbi ampliè.

**P**ro secunda consideratione præmittendū est,  
quod Stat⁹ Ecclesiasticus in omnibus Statui  
temporali est præferendus: cum sacerdotes sint ho  
norandi ab omnib⁹, ex quinq⁹ causis, seu ex quin  
que rationibus.

Primo, ratione Institutionis, quia instituti sunt  
interris, non ab homine, sed ab ipso Deo. Imò, tam  
quam veri Christi Vicarij, non solum in lege Euā  
gelica, sed etiam in lege veteri. Primus enim sa  
cerdos, qui iubente domino viētias obrulit in  
Veten Testamento, dicitur suisse Aaron, vt patet  
Gen. 14. similiter & Melchisedech, in lege naturæ,  
datus Rex Salem, dicebatur sacerdos Dei altissi  
mi, qui primo panem & vinum obtulit, vt patet  
Gen. 14. & notatur 21. dist. c. denique. Sed in lege  
nostra, Iesus Christus, volens exire de hoc mundo,  
tendens ad patrem suum, die Iouis sancta, sacerdo  
tes inluit, & vicarios, in vniuerso orbe ordina  
uit, dicendo: Ite in vniuersum mundum, docētes  
omnes Gentes, & baptizantes eos, &c. Quos Regi  
bus, & principibus totius orbis præfite voluit, tan  
quam excellentiores, inter quos adhuc vnum cap  
ut, & summum vicarium ordinauit, scilicet, B.  
Petrum in tota Ecclesia Catholica, quando dixit  
ei Ioan. 2. Simon Petre am⁹ me? Respondeite ei Pe  
trus. Domine, cùm scis omnia, tu scis quia amo  
te. Et dixit ei dominus: Pafce oves meas, Quia tu  
es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesi  
am meam, & tibi dabo claves Regni cœlorum. Et  
quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum  
& in cœlis. Et quomodo Petro in perfonam alio  
rum sit data potestas sacerdotibus, & maximè ei⁹  
Vicario, dicam intra in considerati. 6. vbi ponam  
de præcedentia, excellentiæ, & honore summi Pô  
tentiæ supra alios huius mundi homines. Sed rede  
ndo ad propositum. Magna cetergo dignitas sa  
cerdotalis, quæ vicem domini nostri Iesu Christi

in animabus pascendis atque regendis in terra ha  
bet & obtinet, à sui prima institutione. Ideo Eccl.  
7. ad eorum honorem hortatur sapiens dicendo:  
In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius  
sanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & sa  
cerdotes illius honorifica. Et contra eos spernches  
tes, ait dominus, Luc. 10. Qui vos spernit, me sper  
nit. Est enim huiusmodi dignitas spiritualis. Et  
ideo, quanto spiritus nobilior est corpore, tanto  
sacerdotalis dignitas nobilior est quacunque, ea  
inter corporalia extra de transla. Episcopi. Et hoc  
est quod notatur 96. distinct. cap. duo quidem, vbi  
sich habetur. Aurum non tam pretiosius plumbo,  
quam regia potestate sit ordo sacerdotalis altior.  
de quo per Albert. de Rosa. in l. gloriosissimo. C. de  
summi. trinit. & fide Cathe. Barba. in capit. nouit,  
num 142. 143. de iud. Præpositus in ca. ad verum.  
96. distinct. Et etiam habetur eadem 96. distinct. c.  
quis dubitat sacerdotes Christi Regum, & Princi  
pium, omniumque fidelium, Patres & Magistros  
cenſeri: immo per sacerdotium iubente domino re  
galis dignitas est ordinata. Vnde i. Reg. 8. dicit do  
minus ad Samuel sacerdotem: Audi vocem  
corum, scilicet, filiorum Israel, potentiam habe  
re superiorem, puta Regem. Et constitues super  
eos Regem. Inde est, quod spiritualis potestas ter  
renam potestatem habet instituire, vt sit: & iudi  
care, si bona non sit: quod probatur per Apo  
stolum dicentem ad Corinth. 7. nescitis, quoniam  
angelos iudicauimus, quanto magis secularia.  
Quod etiam notatur in cap. per venerabilem. ex  
tra, qui filii sunt legit. & 9. quart. 3. capit. nemo de  
qua quidem dignitate ait Petrus. i. Petri. 2. Vos  
estis genuselectum, Regale sacerdotium, gens san  
cta, populus acquisitionis, vt virtutes annunciat  
tis eius, qui vos vocavit in admirabile lumen su  
um Christus Iesus de tenebris. De quo dictus ci  
uis, & contemporaneus noster Iohannes de Mon  
thelano, in suo promptuario iuris, in verbo sacer  
dos.

Tanta equidem est ista sacerdotalis dignitas, vt  
nendum temporibus nostris, sed etiam tempore  
Romanorum, & magnorum magistratum nulli  
Imperatores, aut Reges fuerunt nisi sacerdotes. vn  
dedit 21. c. clericos. Ante autem qui Pontifex & Re  
ges erant, dicitur. Nam maiorum hæcerat cōſuetudo,  
vt Rex esset & sacerdos & Pontifex: vnde &  
Romani imper. & Pontifices dicebantur.

Sed heu quid dicendum de nobilibus, & Bur  
genibus, qui de presbyteris faciunt suos recepto  
res, suos pincernas, & coquos, & stabularios, quo  
rum manus sacrata lantum sanctorum corpus  
dominicum quotidie contrahant, eni⁹ expleto  
oficio ad ista applicantur vilissima? Contra quos  
dicit Apostolus, quod nemo militans Deo secula  
rib. negotijs se implicant. Et Esa. 61. Vos sacerdotes  
domini vocabini miniſtri domini Dei nostri,  
& nō hominū in his secularib. immundis negotijs.

## Q V A R T A P A R S

**E**t habetur tu. quastio. 3. cap. absit, vt quicquam si-  
nistrum de eis arbitremur, qui Apostolico gradu  
succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt,  
per quos nos Christiani sumus, qui claves Regni  
celorum habentes ante iudicij diem iudicant. Ita,  
quod in veteri lege habetur. Quod, quicunque; sa-  
cerdotibus, non obtemperasset, aut extra castra po-  
situs lapidabatur a populo, aut gladio ceruice sub-  
iecta contemptum expiabat crux. Deut. 17. 16. q.  
1. c. si clericatus dicitur. Qui superbi erit, nolens obe-  
dire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat  
domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur ho-  
mo ille, &c. Et habetur in c. sacerdotes. 6. qu. 1. vbi  
Hieron. dicit, Non est humilitas mea, neque; men-  
suræ; iudicare de ceteris, neque; de ministris Ecclesie-  
iarum sinistrum quipiam dicere. Et habetur in  
c. sacerdotibus. 2. qu. 3. Quod sacerdotes qui proprio  
ore Corpus dominii conficiunt, ab omnibus sunt ti-  
mendi, non dilacerandi nec detrahendi. Et B. Greg.  
Munatio imperatori scribit, dicens: Sacerdotibus non extrema potestate dominus noster citius  
indignetur, sed excellenti consideratione propter  
eum, cuius sunt serui, ita eis dominetur, vt et debi-  
tum reuerentiam impendat. Nam in diuinis elo-  
quij sacerdotes aliquando Dij, aliquando ange-  
li inueniuntur. Quoniam scriptum est Exod. 22.  
Dij non detrahes, id est, sacerdotibus, vt exponit tex-  
in c. sacerdotibus. 11. q. 1. & in c. cum ex iniuncto. cir-  
ca med. de h. gret. & in c. futur. 12. q. 1. Et propheta  
Mala. 3. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, iu-  
stitiam, & legem requirunt ex ore eius, quia ange-  
lus domini exercituum est. Vocantur etiam mini-  
stri Dei; unde dicitur Esa. 61. Vos sacerdotes domi-  
ni vocabimini ministri Dei. Alijs nominibus vo-  
cantur, quae colliguntur in c. 1. 43. dist. Pastor enim  
est, quia pastor, dum In pum vidit venientem, non  
debet aufugere, id est, loquenda tacere, & sic alio-  
rum via palpare. Canis etiam dicitur, quia laratu  
prædicationis debet lupos arcere a gregibus, ne  
cadat super eas. unde illud Esa. 55. Canes muti non  
valentes latrare. Propheta etiam dicitur, quia mi-  
nisteria sacræ scriptæ exponere debet, hoc etsenim  
prophetare, vt gl. 1. ad Corin. 14. Et plura alia vide  
prolo. de Turc. in summa dist. 43. vesp. hac autem &  
dicit Archid. in c. quisquis. 12. q. 3. quod sacerdotes  
quandoque vocantur Christi, id est, vñcti, quando  
que Dij, quandoque angeli, quandoque vicarij seu  
ministri Dei. 33. q. 5. c. vlt. quandoque successores  
Apostolorum. c. absit. 11. q. 3. quandoque successores  
discipulorum. c. cor. Episcopi. 68. dist. Ex quo ergo  
sunt multum honorandi & reuerendi, quos non  
solum reuerentia sunt Principes fideles, vt infra dica.  
Imo etiam infideles.

Recitat enim Magister historiarum, quod cum Alex. capta Gaza irete Ierusalem, sacerdos orabat, pro gente sua: cui dominus apparet in somnis ait, ne  
diffideret, sed in Deo altissimo confideret, & ciuitatem cercis ornaret, & Pontificalibus indutus,

Alexandro obuiam perget. Quoadueniente se-  
fecit, cum sacerdotibus & ciuium multitudine.  
Quem cum Alex. Magnus videret Pontificalem  
indutum, & laminam desuper caput eius video  
in qua erat scriptum nomine domini Teitragram-  
ton, descendit de equo, solus cum sacerdotibus  
in ciuitatem sanctam, & in Salomonis temple  
men domini Dei cœli & terra adorauit, &  
Principatum sic induitus sacerdos sacerdis indulta  
tenet: & quærentibus suis militibus, cur sic fu-  
set in hac ciuitate, & huic sacerdoti, & non de  
sicut respondit: Quia in somno Deum in talibus  
vidi, qui mihi Principatum Persarum daturum  
promisit. Et de hac historia aliiquid recitat Be-  
dicti in sua repe. c. Ray. in vcr. & vxorem nomi-  
Adelasiam. nu. 248. de testa. Ex supradictis eni-  
tis patet, quod sacerdotes sunt honorandi & re-  
sponsionibus, cum ex illa sint subrogati in locis  
sacerdotum Christi animarum, & sic representant  
sonam Christi. Ideo dicitur in c. ouis. 6. q. 1. O  
pastorem suum non reprehendant, plebs Ep-  
pum suum non accuset, nec vulgus cum acione  
quia non est discipulus supra Magistrum. Vide  
de Busitis in 2. par. sui Rosarij, ser. 25. in litera M  
etiam recitat historiam prædictam.

**T**ertia consider. Quod sacerdotes sunt hono-  
randi ratione meditationis: quoniam, v. c.  
S. Th. in 3. par. relatus per Io. de Turc. in c. sacer-  
dos. de consec. dist. 2. Proprium sacerdotis est, de  
mediatore inter Deum, & populum, in qua-  
litate populo tradit: Vnde sacerdos dicitur,  
si sacra dans, secundum illud Malach. 2. Legem  
quirent ex ore eius, sacerdotis. Et iterum ap-  
tum preces populi Deo offerunt, & pro peccatis  
populi Deo aliquiliter satisfaciunt. Vnde Apol.  
cit ad Hebr. Omnis Pontifex ex hominibus  
potius, pro hominibus constitutus in his quæ  
ad Deum, vt offerat dona & sacrificia propria-  
tis. Et etiam, vt dicit S. Th. in 4. dist. 14. & 23. sacer-  
dotes orant pro nobis, vt Deus nostri misericordia  
& nobiscum pacificetur: vt patet de celeb.  
prebyter. 21. dist. c. 1. & 2. & habet plenipotenti-  
bus in 2. par. Rosarij, ser. 25. in litera N. &  
practicè loquuntur, sacerdotes sunt quos omnia  
mune populi, quo plures Deo loquuntur. Et  
semper in suis publicis orationibus dicunt, quæcumque  
& non quæcumque: oramus, & non oro, &c. Sunam  
quam publica persona, semper pro populo  
te sexvinculo charitatis.

Sicut enim angelus est medium inter Deum &  
animam seu populum, sic & sacerdos huius me-  
tationis tenet officium atque exercitum. Vnde  
dixi, sacerdos dicitur quasi sacra dans, sacerdos  
sacerdus, vt dicit Anton. Florent. in 3. partem  
titul. 14. cap. 7. §. 1. & continentur haec  
verbis:

Sacri dotatus, vel sacerdos deditus, atque sacra das,  
Sacra docens, sacra das, vel dux sacerdos est sacerdos.

Etiam licet sit peccator, tamen ex officio in aliis transfundere debet, ut dicit Magister sententia rum in quarto, dist. 9.

**Q**uarto consilium. Sacerdotes sunt honorandi ratione principalitatis, & utilitatis: quia principales sunt apud homines, pro corum salute procuranda. Sicut enim officium capituli est, influere singulis membris vitam, & sensum, quibus corpus regitur, & in suo esse manuteneatur: sic & sacerdoti, sacerdoti scripturam sensum, in verbo Dei contenum, & vitam diuinam gratiae, & salutis, licet Dei populo ex officio sibi credito dispensare, & administrare. Ideo dicitur sacerdos, quasi sacra dos, aut sacra dans, ut dictum est.

Et ideo utilitatis: quia viles sunt in populo Christiano, quem a manib. peccatorum, & soldibus conscientiarum iniundarum, purgant, & ranguini spiritualis medici, a varijs sanat languoribus. Sunt enim summi Regis servatores, & filii ex eius p[ro]p[ri]a d[omi]nante: D[omi]nus et filii excelsi omnes suos per quibus Deus, & super faciem eorum imponit honorem suum, Eccl. 4. cap.

Erat quidam dicunt, legitur B. Franciscum disiisse, quod si obuiaret simul angelo, & sacerdoti, plus debitam reverentiam viro sacerdoti inferret, quam angelo Dei. Multi tamen sunt mordentes heretores, propter virtutia alia aliquorum, sed vadant ad Gregorium, de quo in c. multi secularium. i.q.i.

Sed quicquid sit, aut quid decisidi possit, periculosis, & damnosius esset, non habere sacerdotes, aut habere certiam malos. Quoniam, ut etiam dicit Thos. 3. pat. sun. q. 82. quod etiam oratio sacerdotis peccatoris, proficit populo, cum orat tanquam sapientia publica.

Quoniam modernis temporibus sequetur, si esclareretur verbum Dei a populo, quod a multis ecclesiasticis, licet peccatoribus, quotidie in Ecclesiis populo proponitur, qui velut spina rosam producent: Igitur verbum Dei a spina mali extrahe, & edocere eius carpe.

Quod si essent etiam tantæ missæ à malis ecclesiasticis quotidie celebrata?

Quoniam, tanta, & etiam tot tradere quotidie populo Christiano sanctissima sacramenta, quibus ad dominum post offensam reuertimur, & ab eo cum benignitate suscipimus, & ideo lucem debeant coram hominibus exhibere? Matth. 5. Ita quod non auaritie studere debent, nec alijs virtus. Contesta quoniam inuehitur Hier. 6.

Veruntamen, quantumcunq[ue] sint mali, tamen quia ministri Dei sunt, & personam eius representantes, precipue in baptizando, in absolvendo, in confundendo, in administrando sacramenta ecclesiastica, sunt semper honorandi. Cum enim mititur a Rege, non attenditur ad qualitatem eius, sed ad dignitatem iumentis. Hæc dicit Anto. Flo-

ren. in 3. pat. sun. sum. tit. 14. c. 7. §. 1. in fin. vbi ponit quomodo sunt honorandi, & maxime propter necessitatem, cum sacerdotium facit necessarium pro utilitate Reipubli. ut dicit Io. de Turre. in c. ius publicum. i. dist.

**Q**vinto consilium. Sacerdotes sunt honorandi ex emplo sacerdotum paganorum, & infidelium. Si enim tales honorabantur, & venerabantur propter figuram sacrificiorum, quæ suis manibus tractabant, quanto magis nunc sunt honore digni propter dignitatem verorum sacramentorum, quæ veraciter ministrant? Vnde & dominus noster Iesus Christus 16. cum decem leprosos curasset, dixit eis: Ite, ostendite vos sacerdotibus. & 93. d. dicitur: Dominus noster Iesus Christus Rex, Iudex, & Deus noster usque ad diem passionis seruauit honorem Pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem seruassent. Nam, cum leprosum mundasset, dixit illi: vade & monstra te sacerdoti, & offer munus. Nam humilitatem humiliat nos docuit. Sacerdotem appellat, quem sacrilegium esse sciebat. Nonne infidelissimus qui Deos ligneos, & lapideos colebat, etiam sacerdotibus honorarem tribuebat? Imo etiam licet nequissimus, voluit sacerdotes Iudeorum in Aegypto educari de suo oratione publico. c. non minus. de iminun. cccl. De huiusmodi honore sacerdotibus attribuendo, dicit Ambrosius. Honor, fides, & sublimitas Episcopalis, imo & sacerdotalis, nullis poterit comparationibus adsequari. Si Regum fulgori compares, & Principum diadematis, i. Regia potestati, longe erit inservius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, cum videoas Regum colla, & Principum, submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera, credunt eorum orationibus se communicari, & posse iuuati. de quibus ait Greg. 96. d. c. Quis dubitet sacerdotibus Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistros conferi? Ideo qui eos accusant, & damnant, Dei ordinationem accusant, ut habetur in c. in scripturis. 96. d. de Constantino in imperatore fideliissimo. Qui cum concilium sacerdotum in Ecclesia congregasset, seu conuocasset, tantum eos reueritus est, quod nec causus est primum locum inter eos tenere, nec se presbyterorum commiscere sedebit. sed nouissimam occupauit. Conciliationes vero, & rationes, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus est, ac si de diuino maiestate iudicio vidisset. De quo narrat etiam historia scholastica: quia cum ei fuissent scriptæ accusationes contra Episcopos, libellos quidem accusationum accepit, & eisdem qui accusati fuerant Episcopos conuocatos, in conspectuorum libellos incendit, & in ignem proicit, dicens: Vos causas vestras iudicate, & disponite, quia non est dignum, quod nos iudicemus Deos, de quo supra dicit in scripturis. Et non est dubium, quod in personis eorum sunt à laicis honorandi, ita

## Q V A R T A P A R S.

quod nō licet eos tangere, nec cognitionem cau-  
farum eorum accipere, nec etiam quo ad bona  
eorum molestiam inferre. De quibus omnibus,  
cū sint amplissimē tractata, quomodo Rex no-  
ster in aliquibus habet cognitionem, & quomo-  
do vtatur, vide amplè Guliel. Benedicti in sua re-  
pe. cap. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adela-  
siam, in quinque amplissimis decisionibus, seu  
conclusionibus ibi positis, de testamentis, quæ  
cū sint quodammodo extra materiam, uihil  
aliud dico. Et etiam dixi in commento consuetu-  
dinum ducatus Burgund. in tit. Des iustices &  
droit d'ecelles. §. 6. in gloss. Si il n'a grace du  
Prince.

**S**exta consi. est, quod sacerdotes sunt honoran-  
di vltra omnes alias personas huius mundi,  
propter eorum potestatem quam habent, quæ  
excedit omnes alias potestates. Ipsi enim soli ha-  
bent potestatem corpus Christi cōfiscare, quæ nulli  
alteri creatura potest conuenire, cuiuscunq;e  
ordinis vel dignitatis existat, vt declarat lo. Scotus  
in 4. d. 13. Alex. de Hales in 4. part. sum. in tract. de  
Eucharistia. Bonae cœtura in 4. sen. d. 13. Richardus  
ibi art. 1. q. 2. tex. in c. 1. §. vna verò, extra summam  
trinita. & fid. catholic. c. perleccit. 23. d. Tanta est  
enim sacerdotum potestas & virtus, quod omnes  
dæmones infernales superant. & tamen vnu sex imi-  
nimis eorum maiorem habet potestatem, quam  
omnes homines mundi. Quoniam, secundum  
doctrinam Scotti, in 2. vnu minimus angelorum,  
sive bonorum sive malorum, posset ex sua natura  
li potestate mouere vnum cœlum, domino per-  
mittente. Et tamen, vnu minimus sacerdos, ha-  
bet maiorem potestatem, omnibus illis. Nituntur  
enim dæmones cœlum claudere peccatoribus: sed postquam clausum est, sacerdos sacramen-  
tum poenitentiae ministrando, Cœlum per con-  
fessionem aperit, ita, quod quando vnu peccator  
est à sacerdote absolitus, totus infernus illi pecca-  
tori paradysum clausum tenere non possit. In cuius  
signum, cū sacerdotes ab Episcopo ordinantur,  
potestas clauium cum eodem gradu sacer-  
dotali ministratur, vt habetur 4. sen. d. 19. Quod &  
Petro dominatur annuit, cum dicit. Tibi dabo clau-  
ues Regni cœlorum, & portæ inferni nō præuale-  
bunt aduersus, &c.

Secundo, sacerdotalis dignitas superat omniē  
potestatem angelorum: quia, vt dictum est prius,  
licet vnu angelus possit vnum cœlum mouere,  
tamen non potest vnu ipsorum cœlorum ad  
terram træfere, sicut radius solis emisus ab ipso  
in terram. Sacerdos cito, & subito corpus Christi  
verum trahit à cœlo summo, ad terram in altari,  
tanta temporis breuitate, & tamen cito, sicut ful-  
cis solaris diffusio, vt habetur in 4. sententiārum,  
d. 19. in vno verè superat potestatem archangelorū,  
quorum potestas & officium est, mittere ipsos an-  
gelos ad terram, vt ait Dionysius, in angelica hier-

archia: sic & sacerdos potest eos transmittere  
cœlo ad terram, cum dignissima celebrat fa-  
milia, in quib. Christum gloriosum, de su-  
lis, manib. tractando, facit descendere, vt dicit  
in quarto sent. d. 11. Agnoscens Augustinus, &  
dignis hanc dignitatem, in lib. de ecclasiasticis  
gnitatibus, inquit: O sacerdos Dei, si altitudi-  
cœli contemplatis, altior es. Si pulchritudine  
solis, lunæ, & stellarum revereris, pulchritudine  
descensionis angelorum, discreter es. Si o-  
num dominorum sublimitatem, sublimior es.  
tuo creatore inscriores: Bernardus quoque  
monde octaua parte, ait: O quātam dignitatem  
& quantam nobilitatem, quantumq; donum  
tulit vobis Deus.

O sacerdotes, prærogatiua enim ordi-  
stri prætulit Deus omnib. Regibus, & Imperato-  
bus terre, prætulit ordinem vetrum omnibus  
dib; mundi: immo, vt altius loquar, prætulit  
Deus omnib. ordinibus angelorum, omnibus  
angelicæ Hierarchiæ. Sicut enim non angelos,  
num Abrahæ apprehendit, ad faciendam res-  
ptionem, sic, non angelis, sed hominiuib. soli  
cerdotib. commisit dominici corporis, & sa-  
nis consecrationem.

Item, etiam excedunt potestatem Virgins &  
ræ, cui non inuenitur data hæc potestas, vt am-  
denotatur per Ber. de Bustis in 2. part. sui Ro-  
serm. 25. in litera O. P. Q. vbi ponit de potestat-  
cerdotum, & ibi quomodo sunt honorati, qui  
sunt mali. O igitur veneranda sacerdotis au-  
tas in terra, in cuius manu, velut in vice de  
Maria Virginis, filius Dei incarnatur. Occi-  
mysterium, per quod Pater, & Filius, & Spu-  
sanctus, tanta mirabilia operatur, ita, quod  
idem dominus qui in cœlis residet, in manu  
cerdotis sacrificatur. De quo angelus admu-  
horret infernus, contraremicit diabolus: qui  
uereri etiam plurimum debet omnis huma-  
nus, mundana celitudo. Hæc sunt verba Bar-  
di, qui recitat Bernardinus de Bustis, in suo  
rio, in 2. part. in serm. 13. in principio illius-  
nis. Et dicit, quod quantum sint venerandi sacer-  
dotes, apparuit ex visione cuiusdam pueri Ma-  
tuani, qui à septem annis vsq; ad duodecim  
quasi quotidie in misa, vedit sacerdotem cor-  
ris, & sanguinis dominici, circum datum d'æ-  
angelis, qui in capite eius tenebant vnam pauci-  
coronam, donec receperis sacramentum, inde  
nedictum. Et dicit lo. Gerson lib. 4. de imitacione  
Christi. c. 5. Quando sacerdos celebrat, Deum no-  
norat, & angelos laetificat, Ecclesiæ adificat,  
adiuuat, defunctis requiem praefat, & se in omni  
bonorum participem facit. Quæ oīnū  
siderans beatus Franciscus, allegans per Barda  
de Bustis in quadam epistola sua directa cap-  
generali, scripsit fratribus suis, dieundo: A  
fratres, si beata Virgo Maria sic honoratur,

Item est, quia Christū portauit in vtero, & si beatus Iohannes contremuit, & non ausus est contingere Dei verticem. Si sepulchrum Christi, in quo per aliquid tempus iacuit, sic veneratur, quātum debet esse hominē sanctus, iustus, & dignus, qui nō iam moriturum, sed in ēternū viuentem, & glorificatum, in quem desiderant angeli cōspicere, conterat manibus, corde, & ore sumit, & alijs ad summendum præbet? Videte ergo dignitatē vestram sacerdotes, & sancti estote, quoniam dominus Deus vestre sanctus est, & sacerdos in ēternū secundum ordinem Melchisēdech. Imò etiam sicut sacerdos ex 22 deputatus in templo Salomonis, prout dicit Lactantius, reserendo quoddam dictum mirabile de quodam Iudeo, quem tentabat quidam Paulophilus Christianus, ad fidem alliceret Christianani. Quodquidē mirabile refert etiam quidam nouus doct̄or, in suo tractatu de doct̄oribus, qui dicitur Petrus de Lescuandrie, in 4. par. q. 16. sic dicens.

Tempore Instiniāni imperatoris Christianissimi, factus est homo quidam inter Iudeos Princeps, & nomen Theodosius erat. Is, cū & Imperatori, & plerisque notus esset: tuu vel maximē Philosphocuidam amicus atque familiaris, cum, & sacerdoti Philopho adhortatus fuisse Theodosius, ut Christianam fidem, misericordiam perfidia, sequeretur, tum vero, imp̄sūs die quadam ad eum sicut locutus. Quia nob̄em, inquit, Theodosius, cum viris sapientis, & apprīmē peritus legis, & prophetarum, sciasq; omnia legis, & prophetarū, in te ē domino consummata sūsse, Christianam veram religionē non sequaris, quæ te ad salutē recta via producere potest? Mihi enim persuadeo, quod ignorāti scripturatum te non teneat. Propterea credere in Salvatorem cum Dominū nostrū Iesum Christianum, nem persidia perinan̄s, reus efficiariſ ēternā pēna. Ad quē lūd̄us: Gratias, ait, ago, habeo quæ tibi Philosopho, quod salutem queritans magis opere in Christianū conari es. Quapropter, tanquam si corā Deo essem, qui nouit secrēta cordium, sincere, ac sine dolo, cum omnī veritate reverbā hætribas faciam. Quod itaq; Iesus a lege, prophētus; prophetizatus, etiam à vobis Christianus adoratus aduenit, certus ad modum sum, tibique, tanquam vero amico, profiteor. Sed humana quadam opinione detentus, Christianus non ero. Et ob hoc incmet cōtemno. Nunc enim cūm sim Iudeus, Princeps sum Iudeorum, in maximis honorib. in plurimis facultatib. in omnibus denique quād vitam bene degendam pertinet, constitutus. Factus aut̄ Christianus, omnib. his priuatis, quæ in vita humana iudicantur bona. Nam & si Patriarcha vniuersalis Ecclesiæ essem, non me patrem tot tantisque fruiturum bonis. Neigitur presentibus bonis priuer, futuram containovitam, & male quidem agens. Ut vere verbis meis fidem faciam, consilus in nostra perpetua be-nevolentia, aperiat tibi maximum arcanum in-

ter nos Hebr̄os absconditum. Ex quo certe scimus Christum à vobis adoratum, illū esse, quem lexatq; prophetæ præconizauerunt: nō solum ex his, quæ de illo scripta sunt, etiam exscripto inter nos mysterio absconditum:

*Mysterium itaq; hoc est.*

Antiquis temporibus, cūm templum in Ierusalem construcbat, mos erat Iudaic⁹, vigintiduos sacerdotes in templo constituere, scilicet tot numero, quod literas habemus. Vnde & dūinos codices vigintiduos numeramus. Erat igitur in templo Codex, in quo, vniuersiūsq; nomen sacerdotis, cognomenq; scribebatur: item patris atq; matris. Mortuo vero aliquo sacerdote, eliqui in templo conueniebant, eligebantq; alium in demortuolum, numerum sacerdotalem adimplentes, electumq; in codice scribebant. Verbi gratia: Callendis Septembrib⁹ decessit Isaac, Benjamin, Abraham, Saræq; filius: subrogatus est in eius locum Samuel Ezechiel, Salomonis Vræq; filius. Hac itaq; consuetudine, inter Hebreos durante, euenit eo tempore, quo Iesus in Iudea crat, vnum ex 22. sacerdotibus diem suum obiisse, antequam ceperit se notū sacere, docereque ut in se se crederent. Conuenientib. itaq; sacerdotibus ad electionē, & vnoq; ex senectate dignorem proponente, reliquisq; nō approbantib⁹, q; neminē ad integrā perfectam sacerdotalem virtutem inueniebant. Quippe aut prudens erat, bonisq; moribus, vitaq; modeste probatus, sed ignorantia legis ac prophetarum indignum sacerdotio iudicantes: aut ē dñnero, ut cruditus, sed haud probatæ vita. Hoc itaque modo, multis improbatib⁹, vnis ad electionē assurgens, sic est locutus: Multos, inquit, patres nominatis, sed dignum neminem iudicatis. Egō vero Iesum, filium Ioseph propono, cligoque, & tate quidem iuuenem, ceterū & vita honestissima, & bonis ac integrerrīis moribus, & doctrina perfecta, egregiōrnat. Mea enim senectā, nemo vñquam pat huic vīsiū est, aut in scripturarū eruditio, aut in vita morumq; integritate, quod omnib. Ierusalem habitantib. clarū ac manifestū est. Hac oratione audita, reliqui sacerdotes sententiam probauerunt, Iesumq; in sacerdotē receperunt, dignissimum omnium sacerdotio iudicantes. Dicebant tamen quidam, eū non esse de genere Leui, sed ex tribu Iuda, credentes filiū esse Ioseph, qui ex tribu Iuda crat. Non enim licet cuiquam sacerdotalem dignitatē assēqui, nisi esset ex tribu Leui. Sacerdos vero, qui cum proposuerat respondens, mixtum affit maut genus esse. Multis enim ante seculis, mixtionem quandam saeculam fuisse duarum tribū, & exinde genus Ioseph descendere. Hoc dicto, approbantes reliqui sacerdotes, Iesum in desunti sacerdotis locum sacerdotem constitueret, consuetudine itaque existente, non solum hominem creati sacerdotis in codice scribere, verum etiam nomen patris atq; matris, oportuit eos parentes

## Q V A R T A P A R S

parentes vocare, & ab ipsis sua nomina seire. Sacerdos, qui Iesum proposuit, patrem eius Ioseph decessisse dixit, solu inque matrem viuere: matre in consilio acer sita, rogataq; nomen proferre, testa triq; an Iesus eius filius sit, & quo patre genitus. Maria respondit, Iesum filium esse meum sicut erat, ego enim peperi eum, cuius rei testes fide dignos adducere possum eos, qui in partu meo affuerunt. Quia autem patrem in terris non habet, vel in hoc dignoscere potestis: virginem enim me existentem, in Galilaea angelus domini non dormientem, sed vigilante inueniens, euangelizauit mihi ex spiritu sancto me cocepere filium, eius non men iussit vocare IESVM. Virgo itaq; concepi, virgo peperi, & virgo permanensi. His auditis, accersitisq; obstericib; fidelissimis, iusserunt sacerdotes, ut quam diligenter perserutarentur, si Maria virgo esset. Obstetrices, reuera inuenta, affirmarunt virginem esse: hi etiam adduxti, qui in partu testificati sunt, Iesum Mariæ filium esse. Stupentib; itaq; sacerdotibus de his, quae de partu Mariae testificabantur, iterum rogata est ab eisdem, qui dixerunt: fare, age, confidenter ore tuo Maria, cuius ac eius est filius, vi sic eū scribamus. Quos enim nobis dixeratis parentes, illos & non alios conscribemus. Maria autem respondens verè ait. Ego enim peperi in se in terra de patre eius. Sed ab angelo audiui esse filium Dei. Filius est ergo mei innupta Mariæ virginis, & filius Dei. His dictis codicem adduxerunt, & conscripserunt. Die tali, talis sacerdos decepsit, filius talis ac talis. In eius locum omnib; suffragij, subrogatus est sacerdos, Iesu filius Dei viui, & Mariæ virginis. Hie codex in destructione Ierusalem diligentia Principum ludorum, saluatus est. & nunc est Tyberiade paucis admodum Iudixi, & illis quidem fidelibus, hanc rem scientib;. Mihi vero, tanquam Principi magistro gentis, reuelatum est. Non enim solum exlege, atque prophetis cognoscimus, certiq; sumus Christianum à vobis Christianis adoratum, filium esse Dei viui, qui propter salutem mundi in terra descendit; verum etiam excriptione que vñq; ad hodiernum diem permanet in Tyberiade.

His à Iudorum relatis, mox Christianus diuino zelo cōmotus, ad saceratissimum Imperatorem proficisci voluit, eiq; omnem rem pandere, ut supradictum codicem ex Tyberiade missis illuc legatis, accipiteret ad arguendum Iudorum perfidiam. At ludaeus: rem inquit, prorsus impossibilem aggredi conaris. Omnia enim ludorum magis patiuntur, quam huiusmodi codicem tradant. Quod si vis maior eos superauerit, codicem corrumperent. Noli igitur esse causa magnorum malorum. Ego enim tibi huiusmodi rem, tanquam vero amico communicaui, ut cognoscere possis, me fidem Christianam non ignorantia relinquere, sed vanagaudam gloria. Philosophus itaq; vera esse credens quæ à Iudorum audiuerat, Imperatori quidem

nunciauit nihil, ne Imperator Christianus frustra graue suscepere bellum plenisq; vero corum, rem omnem ordine narrauit, quibus rentibus, nos quoq; omnia accepimus. Causam per quam diligenter inuestigare, cu[m] narrationem. Inde retulerit de huiusmodi p[ro]p[ri]etate sacerdotis, & inuenimus Iosephum, storia decapititate ludorum, cuius sepe nit Eusebius Cæsariensis in ecclesiastica de captiuitate, dicente in commentariis suis Iesu in templo cum reliquis sacerdotibus etisiebat. Hoc iraq; apud Iosephum inuenimus antiquum, & parum post apostolos rem. Quæsiuimus etiam inuenire hunc in sacra scripta, confirmatū: inuenimus igitur etissimo euangelio Lucæ, quod eum esse Iesum synagogam Iudorum, datus est legit. Esaiam prophetam dicentem: Spini mini super me, cuius gratia vnxit me, & eu[m] zare pauperibus misit me. Quare anima mus, quod nisi ordinem aliquem sacram habet Iesu in ludos, sibi datus non suisset, in synagoga legeret ad audientiam populi. neq; nobis Christianis licet in Ecclesiastice sacro ordine legere. Quamobrem credere, veram esse Iudæi narrationem. Hæc sunt, cuncturper Laetantium, & narrantur deinceps verbum. Qui etiam de Christo, ultra eaque scripta apud nos, ponit duas epistolæ, metu[m] de eo facientes, & de cius vera conuersatione, & gestis. Vna videlicet Lentuli ad senatum Rom. altera Pilati, ad Claudium Tyberiū ratorem, quas inserere hic volui, licet quod modo extra propostum.

Prima, videlicet Lentuli ad senatum Rom. est: Aparuit istis temporibus, & adhuc est magna virtutis, nominatus Christus IESU, dicitur à gentibus propheta virtutis, quem discipuli vocant filium Dei, suscitans mortu[m] sanans omnes languores. Homo quidem procerus, mediocris, & spectabilis, vultus habens venerabilem, quem intuentes possunt diligenter formidare, capillos habens coloris nucis aquilæ præmaturæ, & planos ferè vñq; ad aures, ab auro vero, cincinno & crispos, aliquatenus ceruleos, & fulgentiores ab humeris ventilantes, diuinas habens in medio capitinis, iuxta morem Normannorum. Frontem plenam & serenam, cum facie ruga & macula aliqua, quam rubor mode[n]ustat. Naso & oris nulla est prorsus reprehendebam habens copiosam, & impuberem, concoloram, non longam, sed in medio catami. Aspectum habet simplicem & manœnligla uicis, varijs & claris existentibus: patitione terribilis, in admonitione bladus, bilis, hilaris, seruata grauitate, qui nunquam estridere, flere autem sic. In statura corporis paganus rectus, manus habens & brachia, vi-

lectibiliꝫ, in colloquio grauis, rarus, & modestus,  
speciosus inter filios hominum. Et in hoc vltimo,  
concordat cum propheta David, Psal. 44. Specio-  
sus forma p̄filiis hominum. Ita pro certo est si in  
gulatis & admirabilis descriptio illius, & multum  
honoranda. De qua vide etiam Bned. in rep. c.  
Rayn. in verbo. mortuo itaque testatore. le pre-  
.m̄ler na.273. de testa.

Alioꝫ est epistola Pilati ad prædictum Claudio-  
um Tyberium, quę talis est: Pontius Pilatus Clau-  
dio Tyberio salutē. Nuper accidit, quod ipse pro-  
batur, Iudeos per inuidiam, se fuisse posteros cru-  
delli damnatione peremisse.

Cum enim promis-  
sum haberent patres eorum, quod Deus illorum

mitteret per virginem sanctum suum filium, qui  
Rex orium merito diceretur, hunc me præsente  
misit in ludāin. Quem cum vidissent cæcos illu-  
minatis, leprosos mundasse, paralyticos curasse,  
demones effugasse, ventis imperasse, pedibusque  
succis super vndas maris ambulasse, & alia multa  
mirabilia fecisse: & omnis populus Iudeorum di-  
citeum esse Dei filium, Principes sacerdotum in-  
uidiam passi sunt contra eum. Hunc itaque mihi  
tradidens, & alia pro alijs mentientes, cum mag-  
num esse, ac cōtra legem eorum agere dixerunt.  
Ego autem ita esse credidi, eumq; flagellatum eo-  
rum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt, & se-  
pulchro custodes adhibuerunt: at ille militib. cu-  
liflōientibus, die tertia resurrexit, in tantum vero  
nequitia Iudeorum contra eum exarsit, ut ipsi scu-  
stodibus pecuniam darent, quatenus dicenter di-  
cipulos eius rapuisse corpus: sed illi quod factum  
erat tacerem non volentes, testati sunt eum resurre-  
xisse, & que visionem angelorum vidisse, & a Iude-  
is pecuniam accepisse. Hæc autem ideo scripsi, ne  
quis alter existinet, credendo mendacij Iude-  
orum. Hæc sunt, quæ in dicta epistola scripta  
sunt. sed ex dicta epistola, & ex dictis euangelistarum,  
clarè constat, & constabit, quod Pilatus male  
processit contra Christum, & quod malè ad mor-  
tem eum condemnauit. imò, quod sententia eius  
fuit nulla, pluribus de causis.

Quoniam vt dicit in sua epistola, Iudei men-  
tentes eum magnum esse, & contra legem eorum  
agere dixerunt, quod vt dicit, ita esse credidit: & ta-  
men euangelista attestantur contrarium: Nam  
semper dixerunt: Ego in eo nullam inuenio cau-  
sam. Ex quo, si dictis euangelistarum credendum  
sit, postquam excusationem falsam Pilati, non credi-  
dum magnum esse, nec aliquid agere contra  
legem Iudeorum, alias aliud dicebat in ore, & cali-  
ud in mente habebat, quod non est recti iudi-  
cis.

Secundoꝫ peccauit Pilatus in huicmodi proba-  
tione sententia contra Christū, quia ad furorem  
populi & clamore late fuit, & ideo scienter: iuxta  
illud poetar. Aenclidos 1.

Sicutq; animi ignobile vulgus.

Et habetur Luc. 23. At illi clamabant dicentes:  
Crucifige, crucifige eum. Et instabant vocibus  
magnis, postulantes, vt crucifigeretur, & inuale-  
scerent voces eorum. Nec aduertēs Pilatus, quod  
sicut fauor populi liberari non debet. l. ad bestias.  
ff. de pœn. ita nec ipsius furore innocens erat da-  
mandus, adiudicauit fieri petitionem eorum,  
dicentium: Si hunc dimittis, non eris amicus Cæ-  
sarlis. Nec, quod vanæ voces populi non sunt audi-  
enda. l. decurionum. ff. de pœn. Ex quo male fecit  
condemnando Christum, vt dicit gl. in d. l. decu-  
rionum.

Tertiō peccauit, quia non zelo iustitiae, sed ti-  
more perditionis officij, cum dictum ei fuerit: Si  
hunc dimittis, non eris amicus Cæsarlis, quia se  
Regem facit. Et timor est vnum de quatuor, qua  
percurunt verum iudicium. ca. quatuor modis  
ii. q.3. iuxta illud:

*Quatuor ista: timor, odium, dilectio, census,  
Sæpes solent hominum rectos peruertere sensus.*

Quartō, illa sententia fuit iniqua & nulla, & in  
eam proferendo peccauit Pilatus, propter ordi-  
neni processus nullo modo obseruatum. Con-  
demnatus enim fuit ad funestam vocem sacerdoti-  
um ipsum accusantium, contral. fi. C. de accusa.  
Nam licet agcretur de magno, puta de morte ho-  
minis, ideo cum nulla vnuam de morte homini-  
nis longa cunctatio fiat, debuit fieri processus nō  
ira precipitanter, prout fuit in Christo, qui fuit ita  
precipitatus, quod vix decem durauit horis, con-  
tra tcx. in cle. pastoralis. de re iudi. vbi nouera iu-  
stitia dicitur precipitatio. In quo verificatum fuit  
illud Salustij in Iugurthino:

*Animo cupienti nihil sati festinatur.*

Quintō, predicta sententia fuit iniqua, & in ea  
peccauit Pilatus. Et ex processu illius euidenter  
apparet de iniquitate sententia, & notoria in iu-  
stitia: cum sapius dixisset Iudeis: Nullam causam  
inueni in homine isto, ex his, in quibuscum accusa-  
tis. Et iterum: Quid enim mali fecit? nullam  
causam mortis inuenio in eo, Luc. 33. c. Quod &  
cæteri Euanglistæ restantur, quod sepe hoc dixit  
Pilatus ad demonstrandum eius confessionem,  
de Christi innocentia non fuisse erroneam. Non  
enim presumitur de errore, alicuius cōfessionem  
reiterantis. Igeo valet confessio reiterata, etiam  
extra iudicium, absente parte facta, tanquam ve-  
ra, & ex certa scientia procedens, secundum Bar. in  
l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. ii. pro quo est  
text, quem ipse non allegavit dicit Benedicti in  
loco statim allegando. in l. fin. C. de plu. petitio-  
nib. ibi, secundis confessionibus. Et etiam presu-  
mitur cum deliberatione facta, quia reiteratio  
presupponit deliberationem. gl. in c. si quis iratus.  
2. q.3. Curtius consilio 35. in 6. col. Et si perfidi Iudei  
Euanglistis credere nolint, saltem credendū  
est ipsi Pilato iudici, per eos electo: qui post ipsius  
Christi

## Q V A R T A P A R S

Christi passionem, de ipsius sanctitate & innocentia, Tyberio Cæsari scripsit epistolam, hic antepositi: quam Tyberius cum suffragio magnisiciens, retulit ad senatum Romanum, & postulauit, ut Christus Deus haberetur. At senatus recusauit, indignatus, quod sibi secundum morem epistola suistalet delata, cum esset noster Romanis, ut prouinciatum iudices senati scripto renunciarerent, si quid noui in his, quas regebant prouincijs, accidisset. Et iterum eidem Tyberio scripsit Pilatus. Salutem. De IESV Christo, quem tibi plane post temus meis declaraueram, nutu tandem populi, acerbum, me quasi inuito, & subtimente, supplicium sumptum est, virum hercule ne pium & seuerum nulla vñquam atas habuit, nec habitura est, sed metus exitit ipsius populi conatus, omniumque scribarum, Principum & seniorum consensu, suis prophetis, more nostro sibyllis contra præmonitibus, hunc veritatis legatum, cruci, signis etiam supra naturam apparentibus, dum penderet, & orbi vniuersorum philosophorum iudicio lapsum minitantibus, vrgente illius discipuli opere & vita continentis magistrum non mentientes, imo in eius nomine beneficentissimi: nisi ego seditionem populi astutantis extorti pettimussem, sortasse adhuc nobis ille vir viveter. Et situa magis dignitaris fide compulsus, quam voluntate mea adductus, pro viribus non restiterim, sanguinem iustum totius accusationis immunem, verum, hominum malignitate inique, in eum tamen, ut scripture interpretantur exitium, pati & venundari. Vale. Calen. April.

O gloriosum, & nobis salutare iudicis scripto reiterarum testimonium, Christum innocentem profestis, & ante mortem, ut visum est, & hora mortis, qui scripsit titulum Pilatus, in qua scriptum erat, IESVS Nazarenus Rex Iudeorū: pariter & post mortem, ut in prædictis epistolis continetur, sententia iniquitatem evidenter demonstrans, & Christum redemptorem nostrum ab infamia preferuans: quod etiam satis demonstratur testimonio Iosephi, excellentis Iudeorum historiographi, qui de Christo redemptore nostro & eius sanctitate, & innocentia, 18. antiquitarum lib. ca. 9. de illo tempore loquens, sic ait: Fuit autem eisdem temporib. Iesus, vir sapiens, si ramen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, ac hominum, maximè qui quæ vera sunt libenter audiuit. Hanc ob rem, in multis, tum ex ludæa, tum ex gentibus sibi adiunxit, Christus hic erat. Hunc autem, cum Pilatus à Principibus nostræ gentis instigatus, in carcere magnum censuisset, nō tamen hi desetueri qui ab initio eum dilexerunt. Eisdem præterea die tertia post mortem, viuus apparuit, quemadmodum diuinitus inspirati prophetæ, hac & alia de eo innumerabilia in miracula futura esse prædixerant: perseverat &

vñq; in hodiernū diem celebre Christianorū domen, ab ipso sumptum, perseverat & gens. Haec. Ex quibus constat de vera innocentia Christi.

Sexto, quod sententia Pilati fuerit nulla & quia constat: quia fuit condemnatus ad dictum testium, quorum testimonia non erant consonantia, imo varia, contraria, & inanificæ veritatis. Mar. 14. ad instar testium Sussannæ, de quibus habetur Dan. 13. & gl. in l. ad tenu. C. de tel.

Aduerte tamen, quod Rex præfertur, & præficit quibuscumque Prælatis feuda tenetibus ab eo, secundum Panormitanum in c. cū virum. in fi. de foro compet. maximè Rex noster Franciæ, co. quod olco sancto vnūtus est: de quo latius vide infra in sequ. par. in 31. confid. Imo Episcopi Regni debent ei iurare fidelitatem seu reuerentiam: quā reuerentiam in concilio fibi referuasse, declarat Theodoric⁹ Rex, c. concilia. §. hinc etiam. 42 dist. quod intellige verum ratione feudorum & rerum temporalium, vt tenet Pan. in ca. nimis. extra de iure. quo casu tenentur præstare fidelitatem. canimis. & ibi Pan. & alij, de iure. Bal. in preludijs feud. Henticus Bohic. in c. fi. extra de re iud. nota. in c. folita. & in c. dilecti filij. extra de re iudi. Et in talibus rebus feudalibus Prælatus efficitur subditus Regi: in alijs autem non, sed reuerentia debitor. dicit Bal. in d. c. nimis. Sed etiam quo ad alia temporalia, licet non sint feudalia, subiiciuntur Regi. Imo, constitutionibus & ordinationibus illius obediunt reuerentur in temporalibus. Bal. in ca. cum venissent de eo, q̄mittitur in possessionem causa rei fer. Et ideo videtur, quod si Princeps aut Rex exigeret collectas nouas, super omni temporalitate sui Regni, pro necessitate defensionis sue patris, quod etiam bona temporalia clericorum, & maximē feudalia essent illi exactiōni subditā, vt videtur tenere Petrus de Anch. ind. c. nimis, quod an sit verum, dicam alibi.

Aduerte etiam, Quia Regens etiam in his, que concernunt negotia Ecclesiæ, potest præcipere fæceroibus primi & secundi ordinis, vt habetur 4. Reg. 24. vbi R exp̄cepit Elechiq; Pontifici, & fæcer dotibus fecundi ordinis. Dicā infra, in quintapar.

## Q V A R T A P A R S

quando pōnam de excellentia, & praeminentia Regum, in 32. consid. incip. quilibet Rex seu Principe suo Regno. vbi posuit de reuerentia præstantia Regi per Prælatum ante quam administraret.

**V**igesima nona consilii. Protonotarii participantes, cum habeant officium in Curia, præseruntur omnibus Officiariis post Vicecancellarium, Camerarium, poenitentiarium, & resarendarii, post tamen Episcopos: & si sint Episcopi præseruntur ratione dignitatis officij ceteris Episcopis. Quoniam Protonotarius est dignitas, cum sint notarii Papæ. 12. q. 2. c. 2. & c. cum redepositor. s. q. 1. ca. quidam. notatur, inc. cupientes. de elect. in 6. glo. 1. in c. scriptum. de elect. Et dicuntur Protonotarii, id est, primi Notarii Apostolicae sedis, a protos Graecis, quod est primus Latinus. Inde dicitur Protomartyr, id est, primus martyr, vt declarat glo. in auth. i. tabellio. §. illud quoq; col. 4.

Ex quo ergo habent dignitatem. le. maximum. C. de excusa. munerum. li. 10. l. 1. C. de mand. principi. l. præclarum. C. de primipila. li. 12. l. 1. C. dc præposi. labo. li. 12. l. neq; Dorotheum. C. de decurio. li. 12.

Istud tamen nomen Protonotarius nunquam ponitur in Bulla, nec in alijs dispositionibus Apostolicis, sed tantum notarius. Licet in regulis Cancelleriarum ponatur illud nomen ad maiorem excellentiam, vt dicit commentator vbi supra.

Et istud officium in principio Ecclesiæ primitrix à beato Clemente ad sanctorum martyrum gesta perquirenda, atque scribenda fuit institutum, vt legitur in historia sancti Clementis Papæ & Fabiani. Et sunt septem ordinarij, qui dicuntur Participants, qui expediunt hodie Bullas Ecclesiastis, & Monasteriorum, & habent bonum lucrum: hoc est intelligendum ante Bullam Papæ Pij, & solebant præcedere Episcopos vsque ad tempus Papæ Pij, sed ipse Pius mandauit sub Bulla contrarium, & sic seruant hodie, vt dicit gl. regularum Cancelleriarum Apostolicae, in regula Papæ Iulij II. in 3. parte. Et vt dicit Lucas de Penna in rubr. de Magistris scriniorum. Cod. libr. duodecimo. Tales hodie sunt Secretarii domini nostri Papæ, qui sint maiores post Vicecancellarium, & sint similes magistris scriniorum, qui diuersis nominibus nuncupati possunt.

Et extraordinarij præseruntur quibuscumque clericis secularibus, cum dignitatem habeant, vt hic ante dictum est, & rochetum portare possunt, dum tam vigesimum annum habuerint, alias non, nec possunt ante fieri Protonotarij, prout statuit Paulus secundus. Et etiam, quod post annum à die promotionis ad ordinem Subdiaconatus ordinarentur, vt ponit Benedicti in sua rep. c. Rayn. in ver. Adiecte impuberi. in princip. nume. 13. Et dignitas istorum hodie vilescit proprium numerum eorum excessuum, vt dicit Abb. Pan. in c. 1. de priuilegijs.

Videtur tamen dicendū, quod etiam antepredictos Protonotarios sint alij officiarij sedis Apostolice, qui preferuntur illis, vt sunt Referendarii debent esse octo, vt ista patent ex ordine litterarum quo per commentatorem regulæ Cancelleriarum, iij Papæ II. in 3. par. de quib. Referendariis insta, in 7. par. in n. consider.

**T**rigesima prima consilii. Post predictos officiales tria Romanæ sunt alij, qui ex ordine literarum aut præcedere debent, secundum quod debentur in regulis Cancelleriarum. Postduos Protonotarios est correcor litterarum Apostolicarum, ius officinum est magnum, & valde honorabile. Curia Romana, quia corrigit minutias rescriptorum iustitiae, & postea corrigit ipsa rescripta, & pedit eadē, & mitit sua autoritate ad plumbum mine Papæ: & in aliquibus ponit non omeni medio rescripti à tergo, & deinde ponit manu cencelleriarum, & scribit hoc modo, f. mandat ad plumbum: puta in sua nobis, & similibus. Este habet bonum lucrum, quia habet vñatam res. Et de potestate ipsius refert Speculatori, dñe rescripti presentatio. & in rit. de app. & ibi. Andri. in additionib. vbi multa alia de huiusmodi officiariis, & vide commentatorem regulæ Cancelleriarum Iulij Papæ II. in 3. part. principali, vbi aperte ad quem te remitto. De officiis Cunctorum, cum nō multum viderim eos in practica, & intellxi, & cognoui per tres meses, quib. sunt ciuitate Bono. tempore, quo Iulius Papæ II. recuperauit. medio Ludouici XI. Francorum: gis: pro quo erat illustris. D. Carolus de Ambasie cumtenens Regius in Italia, & magnus magistrus, qui illâ subiugauit, & in subiectione Iulij Papæ II. nomine Regio posuit: expellendo Ioannem Bentiuolum, cui tunc assideban pro auditori, in Magistro requestarum, & semper illum in causa sum: & illa patria Bononiae. subiugata, ibi remansi in Curia Apostolica per tres autem annos pro negotijs dicti Illusterrissimi domini Ambasie apud Iulium Papam expediens, ratione officij Cardinalis, cuius fratris humilitatis ueritatis Hedu. Episcopi, quam multis alij, vbi qua de prædictis officiariis intellexi.

**T**rigesima prima consilii. Sumendo argumentum à titulis Ecclesiasticis dicerem quae Abbes generales quatuor ordinum generalium, videlicet S. Benedicti, Bluniensis, Cisterciensium, Præmonstraten. præferri debere omnibus abbatibus, cùm dicantur Reuerendi patres in Chisto: alij vero tantum Reuerendi patres. Et scilicet præferri debere omnibus Protonotariis, enarrarijs: licet Protonotarij deferat rochetum, & non faciunt Abbes: & tanquam quilibet deputati in suo ordine, vt Abbas Cluniacæ, qui faciuntur in ordine Cluniac. vt tenet Oldradus coll. 204. quod incipit: Prima quæstio est. Vbi mouuntur tribus fundamentis, que videas, cum sunt opes

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

III

magis auctoritate abbatis Cluniac. qui est vnum caput in ordine. Et tamen quam exemptus in ordine debet præcedere omnes quoscunque alios Abbatess. notatur in c. ad apostolicæ de priuilegijs. lib. 6. & in c. p. tuas. extra de maior. & obe. dicam infra in ss. confi. Et exempti abbates possunt in concilio generali vti mitra auri frigata. sed non exempti debent deferre albam & planam. notatur in d. c. v. apostolica. Et ita etiam dicit. & tenet Nicolaus Boerii in suo tractatu de autoritate. & preminentia sacerdoti magni concilij. in prima parte. In secunda ratione dixi supra in vigesima confid. huic partis. Abbates tamen Cistercienses. non sunt exempti: quin secundum formam suæ iurisdictionis teneantur reuerentiam. & obedientiam. suis episcopis exhibere. seruata regula suæ habetur in c. ne Dei. & ibi gloss. & doct. ex parte simonia. Audiui aliquando dici a quibusdam. quod abbates Cluniac. & Cisterc. ordinum. quibus sunt duo capita in ordine. in Curia Apostolica stant ad pedes summi Pontificis illa fede. in qua sedent protonotarii participantes. & Episcopi. qui in hoc videntur præcedere Episcopos. eorumque sunt viciniotes principali prælato. & superiori. scilicet summo Pontifici. arg. tex. in c. p. dicit. 25. distinct. de quo infra dixi in 56. & 58. confid.

Et aduerte. quod Abbates. habentes terras. in quibus exercent iurisdictionem. habent magnam dignitatem. cum & quiparetur præsidibus prouinciarum. & sic sunt clarissimi. secundum Bal. in l. I. §. his cunabulis. circa medium. ff. de offi. præf. prætorio. Credere in tamen istos quatuor potius esse spectabiles. & quiparari comitibus propter generali administrationem in inferiores. quam habent.

**T**rigesima secunda confi. Abbas regularis. præf. ferunt certis clericis. & non solum clericis simplicibus. sed alijs constitutis in dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo. Abbas in c. de cernimus. & postea Phil. Decius de iudicijs. Gem. in c. si. in prin. per illum tex. de offi. dele. in 6. vbi dicit. quod Abbas præferrunt canonicos Ecclesiæ cathedralis idem etiam tenet Bal. in c. pastoralis. in ver. extra de offi. dele. dicens quod magis est defrendum vni abbatiforanco. quam in canonico cathedrali Ecclesiæ. qui est in dignitate. cum preſit cap. Et Canonicus cathedralis Ecclesiæ non dicitur habere dignitatem. Dominic. de S. Gem. in capit. statutum. in princip. per illum text. de rescripto. in 6.

Sed intellige prædicta. nisi Canonici collegialiter procederent. quia tunc Ecclesiam cathedralē repræsentant. quia plus alijs honorari debet. vt notanter dicit idem Dominic. de sancto Gem. in c. quatuor in prin. §. quamquam. in 3. notab. de præb. in 6. & Fel. in c. postulasti. col. 7. extra de rsc. & in c. meminimus. in si. secundē col. de acc. vbi dicunt.

quod Canonici Ecclesiæ cathedralis præcedunt Abbates in processionibus. Ad quod bene facit. quod no. do. Abb. in c. cum non licet. in prin. de præf. vbi dicit. quod Ecclesiæ inferiores debent reuerentiam Episcopo. & sic Ecclesiæ cathed.

Ex quibus constat. quod Fratres minores huius ciuitatis Hed. male fecerūt in obitu Nobilis. & potenter viri domini Francisci Rolin. quondam belli Hed. volendo tunc ultimum locum tenere cum cappa. in eorum Ecclesia. etiam post Episcopum. & Canonicos Ecclesiæ cathedralis: cum si pisset ibi abbas. non potuissest prætendere maiorem locum in præsencia Episcopi. & canonicorum Ecclesiæ cathedralis. collegialiter procedentib. vt hic ante dictum est.

Et. quod Abbatis alijs dignitatibus inferioribus secularibus. ab Episcopo præferatur. facit tex. in c. pc. de offi. vic. in c. insinuante. de off. deleg. in c. 1. de reu. in c. cum dilecti de ele. in c. ex patte. In prin. de ver. sig. & in d. c. dcernimus. de iud. ibi. ab abates archidi. Vbi ex priori nominatione preferatur Abbas Archidiacono. & Prior nominatur. & ex priori nominatione. maior dignitas arguitur. notatur in c. bene quidem. 96. dist. & in c. quorundam. de elec. in 6. & in c. præsenti. in prin. de off. ord. in 6. dicam infra latius in 63. confid.

Ex quibus supradictis. insert Barbatia in d. c. dcernimus. Quod abbas præfertur Archidiacono cathedralis Ecclesiæ. Pro quo est decisio Pan. in c. exore. in 4. nota. per illum tex. de priuilegijs. Faciunt tex. quod præferatur Abbas Archidiacono. cu prior etiam nominatur. in c. si. de dila. & in c. dilig. de of. deleg. & in c. fin. de confir. vtili. vel inutili. & in c. cum oporteat. de accusatione.

Faciunt. quæ dicit Andre. Siculus. dictus Barb. ind. c. dcernimus. iam supra pluries allegato. in 3. & 4. col. vbi etiam Abbas præferrunt Duci. cum pri or sit in nominatione. authen. habita. C. ne filius pro patre. Ibi tamē dicir Fel. quod videtur. quod abbas non habeat dignitatem. immo solum dicitur habere officium: quod an sit verum. vide eum ibi.

Et quoniam ista in pluribus locis enueniunt. volo ea ampliori stylo tractare. Et primo ponam argumenta pro utraque parte. & responsiones ad argumenta utriusque partis. tum ponam quasdam conclusiones.

Primo ergo videtur dicendum. quod Abbates debent præcedere capitula Ecclesiæ cathedralium ex eo. quia tex. in c. si. de maior. & ob. ibi. prælatorum Burdegal. prouincie. & cathedralium capitulorum. vbi text. præponit prælatos capitulis cathedralium Ecclesiæ: modo Abbates dicitur prælati. capit. secundo. de iud. Et ordo scripture in dubio est inspicendum. l. quoties. ff. de viufr. l. generaliter. §. & si quidem. ff. de fideicom. liberta. l. moribus. §. prius. vbi d. mucus laſon postulatos. ff. de vulg. & pup. subst. l. cum pater. §. pen. ff. de

## Q V A R T A P A R S

leg. 2. e. mandato. de precib. c. pe. in prin. de cle. in  
6.44. dist. c. sit rector. in fin. Fel. in c. cū dilecta. col.  
3. de rescti. Are. in consi. 103. Faciunt plura allegat.  
pet do. Præposi. Card. in ca. Nicolao. in pe. col. de  
app. per Angelum Arct. in §. licet. ex quib. causis  
manunit. non pos. & in §. ante hæredes. insti.  
de legatis. & in §. si quis. insti. de inutilib. stipula. &  
diem amplius de huiusmodi ordine scripturæ. igi-  
tur. &c.

Secundò, sic probatur. Nam, vt videmus, ex co-  
dem ordine Abbates post Episcopos nominantur,  
vt est tex. in c. decernimus de iudicijs. & in c. in  
 nomine domini in prin. 23. dist. & in auth. habita.  
C. ne filius pro patre. vbi etiam Abbates præpon-  
nuntur Ducibus & proceribus facti palatijs. facit  
tex. in c. i. de offi. dele. lib. 6. & in rubro & nigro E-  
piscopum vel Abbatem. & in cap. i. in princ. de his  
qui feudum dare posunt. & per illum tex. in d. ea.  
decernimus. in 3. col. dicit Barbatia hoc esse sine  
dubio, quod Abbates præferuntur Canonicis Ec-  
clesiæ cathedralis: Imo videtur ibi tenere, quod  
præferantur Archidiaconis, & digniores sunt il-  
lis: Imo, vt ibi dicit, consuluit quod Prior perpetu-  
us, & Abbas, præferuntur Archidiaconis, Decanis  
& Canonicis Ecclesiæ cathedralis. consuluit tam-  
en & dicit, quod in processionib. Ecclesiæ cathe-  
dralis præfertur Abbatibus.

Tertiò facit, quoniam Abbas obtinet dignita-  
tem c. vt apostolica. de priuile. lib. 6. ibi: quibus nō  
competit ex propria dignitate. no. glo. fin. in c. ex-  
posituisti. de corpore vitiatis. c. indecunntatib. §. ve-  
rum. de elec. lib. 6. Sed Canouici Ecclesiæ arum ca-  
thedralium non sunt in dignitate positi, notatut  
in c. statutum. in prin. de rescri. lib. 6. ibi: habentes  
dignitatem, & habentes personatum. & Canoni-  
ci Ecclesiæ cathedralis ponuntur vt diuersi. ad id  
c. i. §. hoc autem. ibi, dignitatib. & canouic. utib.  
de iudic. cum similib. Inno. in c. f. aternitatem. de fe-  
pulturis. Host. in summa. ti. de filijs presbyterorū.  
§. fi. Barba. in c. quæ situm. in i. col. dererum per-  
mut. Sed habentes dignitatem, debent alios in  
fessione, sententijs, vel opinioib. & in subscriptio-  
nib. & alijs similib. præcellere. l. i. & 2. ff. de  
albo scribendo. 17. dist. §. hoc quoq; notandum e.  
episcopos. vbi Præpositus. de Turrecr. Gemi. & a-  
lij 17. distin. & digniora præponenda. insti. de iure  
natu. gentium & cui. §. vlt. gl. in §. alia. insti. de bo-  
pos. Ad istud possit responderi, quod non videtur  
esse bene determinatum, quod Abbatia sit dignita-  
tas. sed potius officium, vt videtur tenere Fel. in c.  
2. de iudicijs.

Quartò facit, quia Abbas est de maiorib. Eccle-  
siæ, & alij dicuntur inferiores. ca. si quis deinceps.  
coniungendo principium cū si. 15. d. 7. per quē  
tex. dicit Archidiaconus in c. 2. in verbo, dignitas.  
de præben. lib. 6. Quod in odiofis, appellatione di-  
gnitatis non venit Episcopatus vel Abbatia, cō-  
quia sunt dignitates priuini gradus. Alix verò di-

gnitates, dicuntur inferiores, & refert hoc tene-  
loannes Monachi cardinalem in c. inquisitoris  
de hereticis, lib. 6. idem tener gl. ordinaria  
z. gl. i. ii. si. quod sub illo c. cōtinetur Episcopus  
vel Abbatia. & ita seruat Romana curia, que  
iuliodi dignitates in ipsa curia vacantes sua  
spositioni specialiter & expressè recrueat.

Quintò, Abbates habent iurisdictionem  
nariam in suis cenobib. & monasterijs, ita  
possunt subditos suspendere, interdicere, & co-  
municare. c. quanto. ibi, glo. no. in gl. pen. d.  
Or. c. ad nostram. iuncta subcriptione. & co-  
hensibilis. in f. de appell. c. sicut tuis, cum  
ptione. & glo. in verbo, anathematis. in prin.  
ino. optimè tex. in c. nullum, in c. abbates. 1.  
per Barbatiam in c. cum contingat. 32. col.  
comp. Abbatem in repe. c. si quis contra-  
eo. ti. de foro compe. Et, quod amplius est, c.  
Abbatissam habet iurisdictionem. c. dilecta. de-  
& obe. & in c. detesta. de excus. præl. Non  
potest excommunicate, vt ibi notatur, Imo  
or in aior, siue conuentualis, haberaliqua  
dictionem, c. cum in ecclesijs. eo. ti. extra. de-  
eo. & obe. & ibi doct. Et taliter dicitur habent  
gniratem per tex. in c. nisi essent viri de pra-  
quod poterit esse delegatus. cle. 2. de rescrip-  
non habet capitulum seu collegium Ecclesiæ  
thedralis, cum non habeat iurisdictionem  
gulos Canonicos de iure communi, imo Ep-  
pushabet illorum excessus corrigere, & deca-  
casus cognoscere. ca. irrefragabili. §. excus.  
off. ord. nec etiam dignitatem. notatur in el-  
tum. de rescriptis, in 6.

Sexto, Abbates debent esse sacerdotes. ca-  
xta. & qua. Ita quod ordo presbyteralis ca-  
xus dignitati Abbatiali aptitudinem non ad-  
est, non est necesse quod tempore promovi-  
Abbatiam sit presbyter, sed debet habere legitima-  
& alia in sacerdote requisita, &  
primum illum ordinem recipere. no. Pan-  
cum in cunctis. §. in inferiora. pe. col. circam  
de ele. post gl. valde no. in ver. anxi. cle.  
§. 2. de æta. & qua. loan. And. in nouella. ince-  
in f. lectura. de præben. in 6.

Sed Canonicatus, & præbenda etiam cathe-  
drialum Ecclesiæ arum, nullum habent ordinem. ca.  
vel habitu, præter psalmistatum, aut primaria  
suram adiuncta. c. quæris: de æta. & qua.  
notatis per lo. And. & Anton. de But. bon.  
in cle. 2. in prin. de æta. & qual. vbi dicitur que  
les Canonici non existentes in facies ordinibus  
solo puniuntur, quod priuatur voce capi-  
Ratione erga administrationis & ordinis de-  
Abbates præponi capitulo vel Canonici. ca.  
tuimus. de ma. & obe. c. fin. de confisi. c. cum om-  
de conuent. iuncto c. ad hoc. in prin. De offi. 1.  
presbyteri. dicam infra in consi. in c. minor ord.  
ne. vbi dicam de Archidiacono qui præfuerit &  
chipu-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

112

chipresbytero, eo quod est maior administratio-  
nem Archipresby. sit maior ordine.

Septimò, Abbates affluntur per electionem  
fratrum vel religiosorum suorum. c. 2. &c. 3. &c. ab-  
batem. 2. c. quam sit. §. aliás. ver. defuncto. 18. q. 2. c.  
fi. 16. q. 7. Adeo, quod omnes solennitatis requisi-  
tate in electione Episcoporum, debent interuenire  
in canonica vocatione Abbatū. c. quia propter in-  
prin. deele. Honorabilius est autem, afflumi per vi-  
am electionis, aut postulationis, quam per prouisionem  
aut collationem. Vnde in gratia generali,  
per quam mandatur alicui de dignitate, ad alicuius  
presentacionem, institutionem, collationem,  
vel alias dispositionem quamlibet, non includi-  
tur dignitas electiua, sive ad quam quis consuevit  
per electionem afflumi, vt est rex. in c. cum in illis.  
§. i. de p̄ab. lib. 6. cle. 1. §. ad hæc. & ibi gl. multum  
notoribet in verbo, quamvis, eo. ti. Canonicitas  
vero, & probenda vacantes, representant per collationem  
Episcopi & Capituli, alterutrius illorum,  
secundum diuersas consuetudines. c. cum in Ec-  
clesiis, de p̄aben. lib. 6. no. Panor. post gl. in c. cum  
Ecclæsiæ Vulgaris, de ele. glo. in c. fi. de supplen.  
neg. p̄ala. 21. dist. in summa, in gl. in prin. & in ca.  
irrefragabili. §. excessus. circa medium. gloss. vni-  
ca. de off. ord. facit. c. nulla. §. i. de concec. p̄aben.  
libr. 6. & ca. ea noscitur. de his quæ fiunt à p̄a-  
lati.

Octauò, Abbas dicitur Praelatus Ecclesiæ. c. 2.  
de iudi. c. cum ab Ecclesiis. cum ibi no. de off.  
ord. ca. vt apostolicæ. de priuilegijs, lib. 6. cle. 1. in  
verbi. præfidenti. derefci. c. quanto. in fi. de off.  
ord. c. fi. de regularib. in prin. quasi p̄alij dilati,  
vel lati, secundum Pan. in d. c. cum ab Ecclesiis.  
rum primo notabili cum diuersis concordantij  
ibi allegatis. Et pastor Ecclesiæ dicitur, ita, quod  
per eius obitum dicitur monasterium viduatum.  
cne pro defuncto. in princ. de elect. ind. c. sicut. in  
princi. vbi gloss. notabilis. in verb. pastores. qui  
ponit allusionem bonorum & malorum pasto-  
rum.

Item pater dicitur. c. vlt. ibi, patres Abbates. de  
regulari. gloss. in l. 2. in cle. Abbates. de rescri. vnde  
Abbas nomen Hcbraicum secundum aliquos,  
vel Syri secundum alios, interpretatur pater. Ad  
Gal. 4. iun. tagl. ordinaria. & ad Rom. 8. 23. q. 4.  
c. hec autem. alias §. ex his omnibus. in fi. sub d. c.  
Archimandrite Græc è, hoc est Principes ouium  
vel monachorum, qui sunt quādoq; lupi rapaces.  
No. Accursius epist. Inter claras. in verbo, ar-  
chimandrite. circa medium. C. de summa tri. & fi.  
cath. de monachis. §. illud. Quæ nomina non in-  
veniuntur imposita capitulo vel Canonicas, nec  
illorum officio conueniunt. Et cum sint nomina  
dignitatis & honoris, maximè cum sint appellati-  
va. ab eis augmentum sumere licet, vt facit rex. in  
§. et aliud. insti. dc donationibus. & l. decerni-  
mus. ibi. & ipso monachorum nomen expo-

scit. vbi glo. ponit interpretationem verbi mona-  
chus. C. de epis. & cler. & l. in fin. C. de offi. prefe-  
cti vrbis. ibi. vt sciat ex ipso nomine quid prese-  
sto debetur annoq; & l. defensores. 2. ibi, nomi-  
nis sui tantum fungantur officio. C. de defensorib.  
bus ciuit. 16. q. 1. cap. si cupis. in prin. Ex quo vide-  
tur dicendum, quod cum sint maioris dignitatis,  
& honoris, quam Canonici, quod illos precedere  
debent.

Nono, Abbates habent multa priuilegia in cor-  
pore iuriis clausa, Quæ non competunt cap. ecclæ-  
sie cathedralis, nec Canonicas: inter quæ dispen-  
sant in plurib. articulis, contra regulas iuriis com-  
munis. ex quibus Spe. in ti. de lap. & disputa. §. sunt  
quoque nonnullæ aliæ personæ. vcrsi. alias quoq;  
enumerauit. 35. caus. 1.

Item posunt conserre primam tonsuram, &  
minores ordines, vñque ad lectoratum inclusiū,  
subditis suis, in quib. iuriis distinctionem habent quasi  
Episcopalm. 69. dist. c. i. iun. tagl. in vrb. alia. de  
suppl. neg. p̄rel. c. cum contingat. & de eta. & qual.  
c. Abbates in fi. iun. tagl. pen. de priuile. lib. 6. facit  
c. i. cum gl. in ver. à non Episcopis. de ordinatis ab  
Episcopo qui renun. Episcopatu. duobus tamen  
concurrentib. vt copulatiu. intercrueniens. videlicet,  
quod sint p̄fbyteri, & quod benedictionis  
munus suscepint. d. c. cum contingat. auctoratatem  
per eos non stererit, quominus receperint. per di-  
ctum. c. primum.

Absoluunt insuper monachos ab excommuni-  
catione, pro violenta manuum iniectione, in  
personam Ecclesiasticam, incuria inixa determina-  
tionem. c. 2. c. canonica. & c. cum illorum. de  
sent. excom.

Modo magis prinilegatus minori priuilegia-  
to præponit secundum glo. ordinariam, in ver-  
bo priuilegium. c. accusatus. §. sanè. de hereticis.  
lib. 6. facit c. volentes. de offi. legati. l. fi. ff. de offi.  
procon. 21. dist. ca. denique. facit de priuilegijs cre-  
di. per totum. ff. & C. & qui potiores in pigno. ha-  
beantur. l. assiduis. cum duob. auth. sequentib.  
& etiam facit. C. de officio fisci. & de priuilegio do-  
tis. per totum.

Decimò, Abbas benedicitur ab Episcopo. dici-  
tur. l. c. & c. cum contingat supra alle. c. quoniam.  
69. c. meminius. de accusa. c. intcr monasteri-  
um. de sent. & re iudi. vbi etiā plenè tractatur, maxi-  
mè per Panor. & Fel. An electus, & confirmatus,  
ante benedictionem debeat appellari Abbas, vel  
electus. & idem Fel. in c. eam te. col. 5. ver. tertio  
refringuntur. de scriptis.

In rāntum, quod ista Abbatis benedictio, non  
est simplex, sed mixta inter ordinariam, & sim-  
plicem, medium tenens: tamen, plus participat or-  
dinarii quæ simplici, cō, quod per illū, potestas  
conferendi certos ordines, & benedicndi abba-  
tes subditos, consertur, prout not. Io. And. in ver.  
ad sacros. post Host. ibi in c. tuā. dc eta. & qual. in c.

mcmi-

## Q V A R T A P A R S

meminimus præallegatis. in verbo , benedictio-  
nis, gl. ordinaria plenior de iure. in verbo, benedi-  
ci. cle. atrendētes. §. statuimus. de statu monacho-  
rum. Rarione cuius benedictionis , possunt bene-  
dicere Ornamenta Ecclesie, Imagines , Crucem  
Libros, & similia. notant Stephanus, Guilielmo Lau-  
duno, & Cardinalis. in d. §. statuimus. & in d.c. Ab-  
bates. vbi Ioan. And. in nouella. Dominicus de S.  
Geminiano. & Philippus Francus de priuilegijs,  
lib. 6. Angelus de Claua, in sua summa, in verbo  
benedictio. §. 1. & 2.

Vndeclimo, Abbates dicuntur sponsi, vel mari-  
ti spirituales, suorum monasteriorū, non sic Cano-  
nici. not. glo. i. post Inno. in c. quia propter de ele.  
Non tamen ita proprie, sicut Episcopi ecclesiastū  
cathedralium. notatur in c. vlt. de postul. prala.  
iunct. c. si abbatem. de ele. li. 6. vbi probatur quod  
Episcopus non potest eligi ad aliam prælaturam,  
sed bene Abbas.

Duodecimō, Abbates, vt plurimum, ex priuile-  
gijs, aut cōsuetudine, vtuntur insignib. Pontificalib.  
scilicet annulo, baculo, mitra, & lantalibus, & be-  
nedictione solenni. c. Abbates. de priuile. lib. 9. & c.  
vt apostolicae. eo. ti. de priuile. lib. 6. Que nō inueni-  
untur concessa simplicib. Canonice, vel alijs in-  
ferioribus saltem ita communiter. Et hoc digni-  
tatis summe est attendenda. Cum illa tendat ad  
gloriam, & honorem maximum, ratione delatio-  
nis prædictorum Pontificalium: de quibus plene  
per Specu. in tit. de priuilegijs. §. i. ver. Abbas. Et  
propterea dicebat Gemi. in dist. ca. vt apostolicae.  
quod plus debet honorari prælatus, qui potest vti-  
ralibus insignib. Pontificalibus: quam qui non po-  
test vti fabdes, quod ex maiestate ornatus, quo  
quis potest vti, colligitur etiam maioritas dignita-  
ris: & hoc dicit esse notandum pro ordinandis Ab-  
baribus, in actibus, qui per eos geruntur: Quoniam  
ex quo vtuntur dignioribus insignibus, & ma-  
ioribus præfulgent honoribus, etiam debent in  
digniori loco collocari. facit gl. 41. dist. c. parsimo-  
niā. cum tex. in §. i. instit. de iniurijs. & in c. pe. &  
c. quoniā. de vir. & hon. cle. vbi ex qualitate, &  
preciositate ornamentorum, augetur dignitatis  
prærogatiua. Dicit tamen Luc. de Pen. in Ivnica.  
C. nulli licere in frānis. lib. ii. in 3. col. quod inse-  
riores non possunt præsente maiore dignitate, aut  
potestate, vti ornamento eius qualitaris, & deco-  
ris, quod maiori conuenit: quod not. per tex. in d.  
c. ut apostolicae: quoniā vidi de hoc dubium. Et  
vide Gemi. in d.c. vt apostolicae. vbi ponit, quan-  
do, & quomodo, & quibus miris Abbates possint  
& debeant vti, & in quib. locis.

Decimoteriō, maior idoneitas exigitur in Ab-  
bate, quam in Canonico. Promouendus enim in  
Abbatem, deber habere 25. ann. norat Panormitanus  
per illum text. in c. cum in cunctis. §. inferio-  
ra. dee leſt. Maior autem septenimio, licer minor  
quatuordecim, potest esse Canonicus Ecclesiæ ca-

thedralis. c. super inordinata. cum ibi norat. de  
præbendis. bonus text. cum gl. iii. c. exco. dec.  
6. facit c. ex ratione. & c. indecorum. de rite  
qual. Ac etiam morib. 18. q. 2. cap. si quis Abbe  
auth. de monachis. §. i. coll. i. & in auth. de fāctis  
simis Episcopis. §. i. ubi inus. coll. 9. In maioribus  
tem dignitate, maior idoneitas & sufficientia  
quiritur, d.c. cum in cunctis. in prin. i. q. i. c. 1  
mus. facit l. qui in dignus. ff. de senato. facit c  
no. gl. in ver. præsumptione. in c. scūptum. d.  
Et existit fundamentis tenuit multi, quod  
tes sunt Canonis Ecclesiæ cathedralis, &  
inferior. dignitatibus Ecclesiæ cathedralis  
serendi. Et his motius mouetur quidam loz.  
Montaigne, post tractatum de bigamia, quib.  
materiam disputauit. Erat licet aliquas fundamen-  
pro parte contraria faciat, ad illa tamen repon-  
det, & videtur in hanc partem inclinare. ego  
adhuc recitabo argumenta & motiuia, pro  
contraria, & tandem quid tenendum dicam.

Et primō, pro capitulo Ecclesiæ cathedralis  
cit: quia Episcopus & Canonici Ecclesiæ cathe-  
dralis constituant unum corpus spirituale &  
cum, cū Episcopus sit caput, Canonici qui  
capitulum efficiunt alia membra. Vnde Episo-  
pus sine sui capituli consilio, nihil spediat  
regimen Ecclesiæ sue tractare vel concludere  
bet. c. nouit. & c. quando. de his que fiunt à pre-  
ne consensu capitulo. Nisi consuetudo legat  
prescripta haberet contrarium. c. non est deca-  
sue. lib. 6. Modo membra caput sequuntur. c  
liecat in prin. de prescripitione. l. cum in dist.  
ff. de religiosis & sumptu. funerum.

Et quidam doctor, in existente in studio  
interpretans illam legem, allegauit eam, ad  
propositum: Quod vbi est caput, censetur ei  
tum: quod adhuc peius, pro doctore, intellige  
scholares, ceperunt eius capones & dimis-  
capita. Et cum conquestus suisler doctor  
caponibus, accesserunt ad cum scholares, &  
runt: Domine, vos interpretando legem, cum  
diuersis. ff. de relig. & sumptib. funerum. d.  
¶ illa lex faciebat, quod vbi erat caput, censetur  
totum, ideo illam volendo deducere ad effectum  
accepimus capones, & dimisimus capita. Sed  
videmus, quod nihilominus conquerimini  
ponibus vestris, qui censentur esse in loco, in  
sunt capita, secundum illam legem: Ideo  
Quod aurilla ex hoc non dicat, aut quod nobis  
leges sunt fraudulosæ, aut quod interpretatio  
stra non est bona, aut quod in debiti conqueri-  
stis de distis caponibus: & propterea, de  
bis veram interpretationem illius legis. Quod  
ctor respondit, quod illam intelligebat sol  
suo casu scilicet in sepulchra cadaveris mortui  
non in caponibus: & quod interpretatio scholae  
um erat nimis larga, & ultra, quam intellexisse  
etis doctor.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

三

Secundò, pro hac parte Canonicorum, & capi-  
tuli facit. Quia maior est communio inter Episcopo  
pani & suū capitulum, seu Ecclesiam, quam cum  
aliis corporibus, vel Ecclesijs inferiorib. ca. requi-  
siti. S. Ivero. in fi. de testa. Adeò, quod quicquid  
acquirit sibi. vel Ecclesie, vel capitulo acquirit,  
ve ibi. &c. in fi. eo. ti. c. 2. & 3. de peculio cleric. &  
e vno. 17. q. 1. in fi.

Terti<sup>o</sup>. Canonici dicuntur fratres Episcopi. d.  
c. & cap. quanto de his quæ fiunt à prælato sine cō-  
fensi capitulo. 2. dist. c. etio subiectus: sicut Cardi-  
nales omnes dicuntur fratres Pontificis. c. licet  
tertio detext. c. cuī gl. de offi. leg. c. fundamenta.  
in priu. iuncta gloss. in verbis fratres. de ele. lib. 6. &  
sic Episcopici ac superiores, fratres Romani Ponti-  
fici appellantur. c. quam graui. de criminе falsi.  
Quia ergo Episcopus ut maior ordine, & dignitate  
Abbates precedit, in quo nullus habet: ergo &  
capitulum suum ratione dictatum conuentio-  
nis, & fraternitatis: cum videamus dignitatem, &  
honorem paternum ad filios transfire. l. scimina.  
l. filium, & l. liberos. ff. de sena. l. cum legitime,  
cum ibi notatis. ff. de statu hominum. c. 2. de con-  
uerſus fidelium. Et facit, quia connexitas & con-  
iunctio, operatur ampliatione in priuilegijs, vt te-  
net. meus las. & ibi ostendit per multa in l. 1. C.  
de transfa. & dixit in consuetudinibus nostris duca-  
rus Burgund. in tit. Des iustices, & droitz dicelles.  
§. 4. in gloss. Et sur ses houmres subiectz. ibi, Addi-  
tio. Et aduerte. Sic etiam, vt videmus, ratione con-  
iunctionis, siue dignitatem siue nobilitatem in de-  
pendit in vxorem, etiam post eius mortem, quam-  
diu vidua manserit. d. l. scimina. l. 1. & vlr. ff. de se-  
natoribus. l. mulieres. ff. de incolis. l. mulieres.  
C. de dignita. lib. 12. c. ex par. vbi glo. fi. Pan. & Fel-  
defo. comp. bonus text. in eis qui. §. fin. de sepul-  
chro.

Et licet ad ista tria fundamenta , videatur responderem loanues Montaigne , quod communione,&fraternitas, existens inter capitulum , & Episcopum non transfert honorem debitum Episcopo ad capitulum, sicut frater, aut socius, non transference honorem, aut nobilitatem, seu dignitatem ad fratrem vel solum, maxime, quando Episcopus non est de capitulo , vt in pluribus, vt dicam in 45. consil. Quoniam, ut etiam dicit, Episcopus non venit applicatione capituli. probat rub. de his que sunt a Praelato sine consensu capituli. vbi Praelatus , & capitulum ponuntur tanquam diversa. & dicit esse gloss. magistrorum & singulare in cle. 2.5. illivero. in verbo , in eisdem. de zta. & qualitate facit capit. vinicum. ne sedc valente.lib. 6. c. postulasti. de concess. præbend. c. collatione. de appellib. 6. quod not. gloss. in c. causam, de ele. Tamen suæ responsiones, non sufficiunt ad prædicta , in casu, maxime in quo Episcopus vadit processionaliter, & cestim cap. cum canoniciis quia tunc cum sit Canonicus. Pap. in

c. postulaſti. de concesſ. præben. Ibi eſt, tanquam caput, & Canonici membra, repreſentātes ſimil Eccleſiam cathedralē. Non n. licet à capite mēbra diſcedere. Ideo statim poſt Epifcopum debent eſſe Canonici, tāquam membra inimmediate fequentia caput, & hoc tenet Gemin. & alij in ca. quamuis. §. quenquam in 3. notab. de præben. in 6. & alij ſupralleg. in prin. huius coniſiderationis.

Et licet dignitas non transferatur ratione communionis, aut fraternitatis, tamen ratione communionis, & conexitatis, quis fortitur priuilegium seu consequitur priuilegium priuilegiati, vt dixi hic ante: & faciunt infinita quæ adduci possent, & quo plura per do. meum Ias. in d.l.i. C. de transfa. Ultra eum faciunt, quod ratione conexitatis, quis fortitur, seu consequitur priuilegium, gl. in c. postulasti. quasi in fi. de confess. præben. Hinc videamus, quod si plures delinquentur, quorum aliqui sint clerici, quod ratione priuilegij clericatus, non solum clerici delinquentes sunt remittendi coram iudice Ecclesiastico, verū etiam laici delinquentes, cum clericis. Istud est dictum stupendum Antonij de Prato veteri, in l.2. ff. quæ sententia sine appellatione rescidetur, allegatum per Fel. in e. i. de præscriptio. pro hoc, facit dictum Bar. in l. præcipimus. §. eo. obseruando. C. de appell. dixi plenè in consuetu. nostris ducatu. Burgund. in ti. Des iustices & droitz dicelles. §. s. in gl. S'il n' à grace du Prince. versi. antequam tamen ponam illos casus. nume. 70. Nam, nulla maior est conexitatis potest, quam sit inter caput, & membra, eum sint in diuisibilia.

Sed ratione connexitatis, idem debet esse iudicium, de uno connexorum, quod de alio. Fel. in c. translato. in 2. colum. & in 17. consequenti. Hinc est, quod sententia generalis extenditur ad conexa. Idem do. meus in l. si de certa re. in 2. col. C. de transfa. & ratione connexitatis, Ecclesia cognoscit de causa profana. Panor in c. licer ex suscep. in 5. col. extra de foro comp. Et ratione connexitatis, iudex imperatus super petitorio, cognoscit de postfclorio. Panor. in c. ex conqueſtione. extra de ref. spo. Imò, dictio taxariua, non tollit connexa. do. meus Ias. in l. actionem. C. de procu. Et si quis se extendat vñque ad conexa, dicitur obſeruare fines mandati. d. meus Iason in l. si procurator ad vnam speciem. C. de procu. Et ratione etiam fraternitaris, quis etiam conſequitur priuilegium, vt dicte Bartol. in l. qui iurisdiſtioni præſt. in fin. ff. de iuriſ. om. iudi. Vbi ponit de duobus fratribus, feudum commune habentibus, & vnuſ committit feſſionam, propter quam priuati deberet feudo, alter verò non, quod neurer priuabitur: quam dicitio sequitur Corſet. in singularib. suis, in verbo, communitas, & d. meus Ias. in d.l. l. C. de tranſfa. alleg. Bald. inc. 1. quib. mod. ſeu amittatur, ſed non allegauit Bar. in diſto loco.

## Q V A R T A P A R S

Quarto pro hac parte facit, quia capitulum, sede vacante, Episcopo succedit in omni iurisdictione Episcopali, siue exercitio eiusdem, in libera spiritualium & temporalium administratione. c. his que. & c. cum olim. in fin. de maio. & obe. c. uno. co. ti. lib. 6. c. si episcopus. & c. fi. de supplen. ne gl. præl. lib. 6. cle. statutum. de ele. cum concord. Et clericus istud sicutam etiun respondat, quod illud priuilegium est temporale, durante vacacione sedis Episcopalis tantum: & ideo, quod sit honoratione priuilegij impendens, eodem tempore finiri debet, quo ipsum priuilegium. Ex quo, vt dicitur, quando sedes vacat, & capitulum gerit vices Episcopi, praferri debet Abbatibus, & inferioribus prælatibus, per c. præcipimus. 14. dist. c. sane. le second. de off. del. quæ not. Fel. in rub. de maio. & obe. col. 5. in prin. adducuntur no. pcr lo. An. in nouella. in c. deliberatione. super gl. 2. de off. lega. lib. 6. vbi dicitur, quod præpositura Ecclesia Taurinensis, sit ibi maior dignitas post Episcopalem seu Pontificalem, c. quod immediate feder post Episcopum, conuocat capitulum, & similia, quæ sunt signa majoritatis: licet Archidiaconus dictæ Ecclesiae mortuo Episcopo gerat vices Episcopi dei re speciali. & ibidem Dominicus, & Philippus Francis, & Fel. in d. rub. pen. col. in prin. Sed predicta nihil faciunt ad propositum, quia ea tantum ratione in hoc casu de iure communi capitulu, sede Episcopali vacante, gerit vices Episcopi, quia est maior, quo ad administrationem Ecclesiae cathedralis, quæ est magistra totius dioecesis, post Episcopum, cum sit membrum immediate in hæc tempore. Ideo tanquam habens maiorem dignitatem, iuradant ei administrationem, de iure cōmuni. In casibus autem alijs allegatis sunt casus speciales, qui habent dicta priuilegia, ex speciali consuetudine locorum: ex quo nō debent trahi in consequentiā, nec ex illis arguendum est, ad ex iure cōmuni dispostum est. Faciunt ad predicta l. quod vero. cūl. seq. ff. de legib. vbi ea, quæ sunt singulariter & in favorem alicuius introducta, contra rationem iuris, non debent in cōsequentiā trahi. Ex quo, in hoc casu, si ex priuilegio speciali competat maioritas preposito, ergonon est dicendum, quod vacante sede Episcopali, competat eidem administratio: quod secus est in casu ostio, cū maioritas in hoc casu, competat iure cōmuni: ergo & ratione maioritatis, est extendenda ad administrationē, vacante sede Episcopali. & in his responsionibus ad predicta argumenta, non ambulat recte pede dictus Ioan. Montaigne, qui voluit fauere Abbatibus, in his maximis, quæ concernunt ea, quæ sunt cum Episcopo, vt insira dicetur amplius.

Quinto pro hac parte facit, quia cathedralis Ecclesia, quam capitulum constitueret videtur, maiori gaudet prærogativa, quam Ecclesiæ inferiores, & amplius debet honorari, ita quod in odiosis, appellatione Ecclesiæ ciuitatis, vel dioecesis, nō

venit, nec includitur, c. quamvis in §. quaque de preben. lib. 6. vbi Dominicus de S. Geminiano colligit, quod in processionibus generalibus, nonici debent precedere Abbates ciuitatis, dioecesis, & esse proximiores Episcopo. de quo supra dixi in prin. Est enī matrix Ecclesiarum, hoc est maior, vel mater aliarum Ecclesiæ tuis dioecesis. 63. dist. §. cx his constitutionibus, as est §. cum ero. ca. venerabili. in fine, de re sign. videntes. 12. quæst. 1. & est genetalis paro. Vnde possunt dioecesani, pro sacramentis 10. endis, & diuinis officijs audiendi, recuire ipsam. cap. apostolice. c. vbi Ho. Joan. Andreæ barella, & Anchara. notant de donatio. c. f. sepulturis. & ibi Panormitanus in primo noct. idem Panor. in cap. 2. de parochijs. bonitatem in c. vlt. 9. quæstio. 2. in c. sicut alterius Archiconus & Gem. in 3. notabilis. 7. quæstio. 4. in c. presbyteri. & quod ibi notant Geminia & Paganus. 24. distinct. c. bon. 12. quæst. 2. c. videntes. quæstio. 1. cap. licet. iuncta subscriptione dicta. si episcopus. iuncta glo. 2. de pœn. & remissione gloss. notabilis in c. officium. de off. archipresbyteri. glo. fin. Pan. & alii in c. omnibus: de pœn. & remissio. Card. Floren. in clem. dudum. §. fin. mus, de sepultura. Imo est ita mater & max quod etiam non est necesse, in expressione tam exprimere nomen sancti, sub quo est dicitur, quem tamen secus est in alijs, vt tenet Preposito. in dicto presbyteri.

Nec obstat, quod capitulum solum, non constituit ecclesiam, sed simul cum Prelato: ita quod pscopus cenfetur esse in ipsa ecclesia, & c. in ipso, vt est tex. in c. seire 7. q. 1. vbi gl. nota modis dicatur ecclesia, & plenior in c. quæst. glo. fin. ne presbitali vices suas. Vnde monachus scopo ecclesia dicitur vacans. ca. cum ecclesia cau. pos. & proprie. c. nepro desectu. c. cur. ton. cap. Messana, de ele. c. 1. & 2. n. secundum. 6. c. quia sape. de ele. lib. 6. quia verum est, q. a pitulum non constituit solum, nec Episcopum, sed simul constituunt ecclesiam, Episcopum tanquam caput, & Canonici, facientes caput. tanquam membra: ex quo mortuo Episcopate, Ecclesia cathedralis non est extinta, nec mortua solum viduata pastore id est capite. Cuius postea propter cōnexitatem reniasit penes caput, tanquam proximus, & magis attingens Episcopum, ex quo ratione huius maioritatis, & connexus seu propinquitatis, dicitur maior esse omnem ecclesiam: & ideo in maioritate sunt, quæ proximiores sunt Episcopo, & dicuntur maiores digniores. dixi supra in hac par. in 58. confid. incipit, quærendum est de ratione.

Sexto facit pro hac parte, quia Canonici maioris ecclesiae dicuntur clerici primi gradus. Autem secundi gradus vel ordinis. no. lnn. in cœlesti in 1. gloss. de rescriptis, & in ca. fraternitatē &

spiculatur. Vbi dicit, quod maior est honor, esse Canonicum vnius Ecclesiae cathedralis, quam alterius inferioris etiam collegiate. facit c. statutum. in prin. de rescr. li. 6. vbi Canonici Ecclesiae cathedralis possunt esse delegati ad summo Pontifice.

Hinc etiam, quod minor quatuordecim annorum, non potest esse Canonicus in Ecclesiaca cathedrali; licet maior septenio possit esse in Ecclesia collegiata regula cancellarie 17. & Bal. in margarita. in verbo, canonicus. Imò insatis non potest esse Canonicus Ecclesiae cathedralis: no. Inn. & Pan. in d.c. fraternitatem. Ex quo videtur esse dignitas, igitur, &c. Et licet dicatur, quod Abbates non sint similiceter clerici, sed praefati, pastores, & in dignitate constituti: tamen non est negandum, quin Canonici sunt uniores ordine ex primis, cum sint primi ordinis, & quia etiam sunt maiores administratione, cum administrent Ecclesiam cathedralem, quae est maior quacunq; alia, vt dictum est Ideo, & sic sunt maiores, & ordine & administratione, & etiam, quia in administrando sunt proximiores Episcopo, ideo etiam in digniori loco, vt ex primis satis demonstratum est.

Septuā, Cœtus clericorum secularium, est dignior, & honorabilior, quā religiosorū, no. gl. si. in qualiter se second. de acc. & dixi supra amplè in luc pat. in 50. confū. Nec obstat ab hoc, quod illud ex tempore, quo Abbates & monachi erant solum laici: hodie autem sunt clerici, sicut Canonici ideo præferuntur omnib. clericis secundum gl. in cl. subdiacono. 14. dist. quia, non illa ratione clericorum secularium præfertur religioso, quia clericus, sed quia clerici seculari fuerunt priù introducti, & quia fuerunt primi quā religiosi. Et quia licet vita contemplativa sit fructuosa quam actiua, tamen vita actiua est melior, vt dixi in dicta consideratione hic ante allegata.

Octauo facit, Collegium, & qualibet congregatio, vel vniuersitas, videtur honorabilior, & dignior, quam persona singularis. facit c. statutum, de ele. lib. 6. vbi appellatione Ecclesia parochialis in odiosis, non venit Ecclesia collegiata, licet alias sit parochialis, per quod dicit Panor. in rub. de vita & hon. cle. quod in materia restringibili, sub nomine clericorum, non comprehenduntur Canonici, nec habentes dignitatem, tanquam habentes quandam qualitatem, super alios similes clericos. Idem notatur in c. bone. extra depositu. p. tala. in l. notabili & in c. i. de iur. cal. Ad principale dictum, facit capitulum nobis, de iure patr. non haber ius præfendant Pratalium in Ecclesia collegiata, sed debet eligi per collegium. Item collegium habet multa iura, & plures prærogatiwas, quia potest statuta facere. c. cum omnis, &c. quæ in Ecclesiis arum. cum ibi notatis de consti. c. cum dilectus. de confus. not. lnn. Io. Au. & Pan. in c. cū confititudinis. c. t. gl. notabilis, in c. cōstitutionē. de ver. sign. lib. 6. in ver. statutam. l. omnes populi,

ff. de iust. & iu. insti. de iure naturali, gentium & ciu. §. i. vbi ample notatur materia statutorum & per totum. ff. de decretis ab ordine faciendis. Et habent alia priuilegia, de quib. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, & de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. & ad municipales. & inl. ciuitas. ff. si certum pet. Quæ non habet singularis persona.

Nec obstat, si dicatur, quod illud procedit in singulari persona priuata, ceteris paribus, sed & Abbas habet dignitatē, & præst corpori, hoc est monasterio sive congregatiōni monachorum: & sic licet argumentum prædictum bene concludat, q; capitulum est dignius, & honorabilius singularib. canonici, quemadmodum totum sua parte, facit c. si. de sponsa duorum. ibi: turpis est pars quæ suo non congruit vniuerso. c. in toto. cum cōcordant, de reg. iur. in 6.

Quia, ad hoc respondet, quod quemadmodum præst pluribus, quam Abbas, & quia etiā maiorem habet administrationem in Ecclesia, quia maiora administrat, & in majori loco quod dignius, & maius quam Abbas: qui licet præst aliquibus, sunt tamen illi, quibus præst minores, quam Canonici Ecclesiae cathedralis qui sunt honorandi, & dicuntur habere dignitatem, ad minus aequi- parantur habentibus dignitatem, quod non est dicendum in monachis, quibus præstunt Abbares.

Non, capitulum sive Ecclesia cathedralis, dicuntur Vxor, sive sponsa spiritualis Episcopi: contrahit. n. quasi matrimonium cum dicta Ecclesia vel capitulo, quod initiatur per electionem, roboratur per confirmationem, & consummatur per consecrationem: sicut carnale matrimonium accipit initium in depositione de futuro, robor, & firmatatem, in prolatione verborum de præsenti, & consummationem in carnali cōmissione. c. cum inter canonicos. circa medium. de ele. c. inter corporalia. post principium. de translatio. Episcopi. c. sicut vir. 7. q. i. dixi in conf.. ducatus Burgund. in ti. Desdroitz & appartenances à gens mariez. §. i. in gl. Apres la consummation. Modo, vxor vel sponsa, de præsenti coruscat radis mariti, vel spōsi. l. mulieres. C. de incolis. li. 10. & l. mulieres. C. de dignitat. li. 12. Sicut ergo Episcopus præcedit Abbatem, ira & capitulum vel Ecclesia cathedralis. Nec obstat, quod dicir, quod illa iura loquuntur tantum in matrimonio carnali, & nō sunt exten- dēda in matrimonio spirituali quia alias sequentur, quod Ecclesia dispensaret in casibus in quibus Episcopus dispensat, quia istud est absurdum: quo- niam cum hoc, scilicet dispensare, & alia, quæ con- cernit dignitatem Episcopalem, seu officium Epi- scopale: competant Episcopo ratione officij Epi- scopalis, non extenduntur ad eius vxorem, seu spōsam. Sicut nec etiam in matrimonio carnali, quæ cōpetunt marito ratione officij, nō cōpetunt eius

## Q V A R T A P A R S

vxori: Cum scemina ab omnib. officijs sint exclu-  
sa, sed solum ea, quæ competunt ratione honoris,  
& præminentia, in quib. non est dubium, quod  
hæc competant vxori, ergo de similibus ad simili-  
lia arguitur, & idem erit in matrimonio spirituali,  
vt idem honor, & reverentia, quæ debetur Episcopo  
præminentie, post eum debetur suæ vxori,  
seu sponsa. Et quicquid dicatur, bonum est ar-  
gumentum de matrimonio carnali ad spirituale.  
cum & quiparēt. Panor. in c. innotuit. in 5. col.  
gl. i. de ele.

Decimò & vlt. Abbas est monachus. c. cum ad  
nostram. c. cum causam. & c. officij. & c. cum magi-  
strum. de ele. c. nullus. de ele. lib. 6. & venit applica-  
tione monachorum. c. fi. de simonia. Sed mona-  
chus, per ingressum religionis, amittit nobilitatem,  
& dignitatem, secundum gl. in c. scripsit. 27.  
q. 2. in c. fi. in verb. personarum. de statu monac. c.  
i. in gl. fi. de purg. cano. & vbiq; Abb. Fel. qui appro-  
bat in c. inter dilectos. col. 3. ver. & ista limita. de  
fid. instr. c. super literis. col. 7. ver. 2. de regula. de-  
scripsit. in c. fanè. le second. in fi. de off. deleg. &  
in c. cum deputati. i. col. de iudi. d. meus laf. in l. pre-  
scriptione. in 3. col. C. si contra ius vel vii. public.  
nō perdat iura sanguinis, vt in apostilla eiusdem ibi.

Nec obstat, quod illæ gl. sint reprobata, quia ve-  
ritas est in contrarium licet quodammodo ex eo,  
quod istud est iuris, excusatus fuerit quidam mo-  
nachus, qui dixerat se nobilem; quoniam, ex hoc  
non fuit sua impenitatio subreptitia, cum his quæ  
sunt iuris, si Papa, hoc non obstante, concedat, vi-  
detur dispensare, vt dicit Lud. Rom. in singulari-  
tudo 37. incip. vtrum nobilis. allegatus per do. me-  
um laf. in d. l. precriptione supra alleg.

Ex quibus concludo, quod Abbates debent su-  
perfere Canonicas Ecclesias cathedralis, nec de-  
bent eos præcedere, maximè, quando processio-  
naliter procedunt. Maximè cum etiam nomen Abba-  
tes, est porius nomen sollicitudinis, quam ordinis  
vel honoris. glo. fi. circa medium. in c. tuam. de æ-  
ta. & qual. & ibi originaliter dictum Innocentij in  
fine sui apparatus. Non debent ergo curare Abba-  
tes, vel religiosi, de honoribus vel prælationibus  
sed humilitatis, excellentiorem gradum tenentes  
minoribus & inferioribus se subigere debent, se-  
cundum ea, quæ notat gl. fin. in ele. i. de religiosis  
domib. Et istam tenent multi, & tenuit eam Philippus  
Decius in suis consilijs, consi. 165. in 2. vol.  
vbi sunt 52. tantum consilia. Et hanc credo esse ve-  
riorem de iure, quicquid dicatur. Et ita, quasi uni-  
uersaliter feruntur, maximè in Regno Franciæ,  
vbi semper Ecclesias cathedrales præferuntur in  
quibusque processionibus & alijs actib. Ecclesi-  
sticis.

Et quæ dicta sunt de Abbatis, habent locum  
in commendatarij cū sint eiusdem dignitatis, si-  
cut Abbates & Priores. ex quo hodie (vt commu-  
antes à vestigijs patrum, inutilles facti sunt. Cir-  
ca autem annos Domini 1436. quidam ex mona-  
chis Abbatie Florentinae, sub Eugenio III. tran-  
sierunt ad ordinem Cisterciensem, in obseruan-  
tię regulari, collato eis monasterio, septem prop̄  
Florentiam, dicti ordinis. Per ipsum deinde Eu-  
genium, hoc procurante reuerendissimo domi-  
no Cardinali Firmanni, & ex pupillo grege adau-  
tus est. Sed si bene consideremus, illud sicut tan-  
tam in Italia, quia semper Cisterciens. apud nos, &  
in Gallia fuerunt decorati, scientia & sanctitate,  
ales apud nos reputantur. Et rales monachi  
nos, & etiam Carthagenses, reputantur san-  
cti monachae vice: ita quod non est aliqua sinistra su-

spicio præsumenda contra eos. Ita etiam, quod ex  
hoe possunt esse iudices in causa propria, vel suo-  
rum, vt dicit d. meus laus in aurhen. iubeinus. C. de  
iud. 2. col. ibi: secundum facit. & Fel. in c. super his. in  
fi. extra accusat.

Sub hoc habitu Cisterciens. est alius ordo apud  
nos, vbi sunt tantum Piores, qui est etiam sub re-  
gula beati Benedicti, qui dicitur ordo Vallis colli-  
um, seu porius cauli, qui est caput in eorum ordi-  
ne, & habet multos prioratus sub se, vt est priora-  
tus Vallis sancti Benedicti iuxta Hedua, & priora-  
tus Vallis crescent, qui dicitur Vaultero flant,  
prop̄ Sedelocum, & plures alii, qui sunt modici  
prouentus, & in quo libet prioratu sunt pauci re-  
ligiosi. Et melius esset, quod reducerentur in to-  
tum, sub habitu Cisterciensi. cum habitum eorum  
deserant.

**Q**uinque simonona confid. Est alius ordo  
sub regula beati Benedicti, qui dicitur ordo  
Camaldulensem, qui sicut institutus à Ramual-  
do, viro magnae sanctitatis, & sanctimoniam: & sicut  
institutus anno Domini 1030. Et sic ante ordinem  
Vallis Umbrosa, & Cisterciens. De cuius institu-  
tione habetur per Ant. Floren. in suo lib. historia.  
lib. 2. par. ti. 15. c. 15. Qui licet sicut institutus ante  
Cisterciens. non tamen habetur in tanto honore,  
nec in tanta existimatione, cum vita Cisterciens. sit  
arctior, & strictior, quam vita illorum: & ideo in  
maiori prærogativa, excellentia, & præminentia:  
secundum quod dicit Ioan. Andri. in c. sanè. de  
regularibus, quam doctrinam refert, & sequitur  
Florentinus, in sua sum. tercia parte, tit. 16. cap. 1.  
§. 2. vbi dicit, quod Canonistæ, non ponderatis  
subtilitatibus theologorum, solent solum pro  
præminentia religionis ad aliam, quod una sit  
arctior, strictior, durior, vel sortior, in modo vi-  
uendi. Ex quo inferendum est, quod ordo Cister-  
ciens. est præferendus, cum vita eorum sit arctior,  
strictior, & durior. Hienam monachi, sunt albi ha-  
bitus, qui degenerantes, alienati sunt retrosum:  
paucissimi exceptis eorum monasterijs, & eremi  
reclusi. Sed circa annum Domini 1370. vitam quasi  
eremiticam tenentibus, & laudabilem in diocesi  
Aretina, sed territorio Senen. Episcopus Areti-  
nus, tunctus temporis dedit habitum similem, & re-  
gulam ipsius beati Benedicti, ex quibus crescentibus,  
in gratia Dei & numero, constitutus est ordo  
Montis oliuarum dictus ab ecclesia, & ipse appro-  
batus, & in monasterijs per Italiam multiplica-  
tus, ac priuilegiatus, & à diocestanis exemptus fa-  
ctus. Qui religiosi, super capita sua ponunt gene-  
ralel vnum ex eis Abbatem de triennio in trien-  
nium. hæc Ant. Floren. vbi supra, in 2. par. tit. 16. c.  
1. §. 2.

**S**Exagesima confi. Sub eadem regula sancti Be-  
nedicti, sicut Ordo humiliatorum. Qui licet  
habuerit primum initium anno Do. 1017. tamen  
in processu temporis, sicut tripliciter variatus

## Q V A R T A P A R S

in modo viuendi. Sed yltime corum viuendi modus, fuit approbatu anno 1200. & per Innocentium tertium confirmatus. Et postmodum, per successum adiecessanis exemptatus priuilegijs multis, & sub regimine vnius principalis, & generalis praepositi, constitutus. Suniperunt enim in tertio modo viuendi, pro norma, patrem regulæ B. Benedicti, non tam, superiores eorum Praepositi nominantes. Multiplicati quād valde, fabricauerunt sibi multa monasteria, tam fratribus, quām monialium, per partes Tuscæ & Longobardia, maxime Mediolani. Hi, inter alia priuilegia habent, quod in sabbato paschæ, celebrant eorum officium illius diei de sero, post meridiem, in introitu noctis, ita, quod missa illius diei, de nocte in vigilia paschæ cantatur. Et de institutione, approbatione, & conséruatione prædicti ordinis, habetur per eundem Ant. Floren. in suo libro historiali, 2. par. ti. 15. c. 22. vbi amplè.

**S**Exagesima prima confid. Sub regula B. Benedicti, adhuc sunt quidam apud nos, qui dicuntur Celestini, de quibus est notabilis conuentus, in ciuitate Particensi, & in multis alijs locis Franciæ. Etihi sunt Observantes, sub regula B. Benedicti degentes. Hi etiam sunt à dioecesi sanis exempti. Sed an sint ceteris, puta Carthusien. præferendi, dico inspiciendam eis consuetudinem: quia tamen non sunt omnino mendicantes: ideo omniib. alijs mendicantib. præferentur. Et quod sint sub regula B. Benedicti, dicit Antoninus Florentinus in tercia parte sue Summe, tit. 16. c. i. §. 18, in principio. Vbi dicit, quod talis ordo, sicut institutus a beato Petro de Murrone, qui sicut Papa Cœlestinus, sed renunciavit Papatu.

**S**Exagesima secunda consi. Credorem, quod licet ordo Carthusiensiu non sit sub regula B. Benedicti, nec sub aliqua quatuor regularum ab Ecclesia approbaratum: sed habent sua statuta, pro regula, tamen habentur in magna veneratio neab Ecclesia, vt dicit idem Ant. Flo. 3. par. sua summa, ri. 16. c. i. §. 6. Et est venerabilis religio, que vsque ad presentem diem seruat rigorem suarum obseruantiarum, per annos circiter 400. vt dicit idem Flo. in libro historiali. 2. par. tit. 15. ca. 22. §. 2. Austeria, vt dicit, siquidem est in multis, in abstinentia quidem, quia prolixa ieuiua, & sextis omnibus ferijs, in pane & aqua, ab aliis carnium semper abstinent, etiam in grauißima infirmitate. Ita, vt qui eis vesci voluerit, amplius in clausura cum reliquis non valeret permanere. Quo ad vestitum, quia semper cilicio induuntur ad carnem. Quo ad solutiones, quia nunquam exunt exceptis Priori, & procuratore: & in cellis suis soli manent, cum arcto silentio: vigilias magnas habent, propter prolixitatem officij. Unde Bernardus, qui epistolam ad eos scripsit, quia dicitur ad fratres de Monte Dei, multum commendat inter cetera, dicens: Vestrum est frui Deo. in fine autem arguit de ni-

mia sumptuositate & magnitudine ædificijs, & magis adhuc tempore nostrorum darguisse, xisset, maximè, quo ad conuentum Papientium, qui distat à ciuitate Papien. duabus leuis feuto, aut quinq; miliariibus, vbi est talis sumptuositatis in ædificijs, quod vix ultra dici possit. Et apud Diuionem, est conuentus Carthusien. valde sumptuosus in ædificijs, & apud Parisiensem conuentus principis dicti ordinis est in Delynat, iuxta Gratianopolim ciuitatem. Ercelio. Andreæ in d.c. sanc. de regulacib. Hic cum propter cius nimiam austrietatem, finis preferendus, in aiores præeunirentur recte habere: tum etiam, quia sicut institutus domini 1086. secundum quod habetur per Flo. in sua historia, secunda par. ti. 15. c. 22. vbi plè, iam supra allegat. Et Iacobus Bergo. in complemento chronicarum, lib. 12. Et etiam per eorum antiquorem institutionem, præteriuntur ordini Cisterc. & Præmonstraten. Et Benedicto teste, primatum obtiner, inter omnes ordinis Ecclesiasticos, non ratione temporis, sed recte. Et etiam Polyceratus libro suo ca. 21. inquit, licer autem ponit de laude, & origine istius religionis, & aliarum religionum, qua hinc non potest, quia est impensis. De laude huius ordinis, iam Sebastianus Brant scripsit.

**S**Exagesima tercia confid. Alius est ordo, q. Scitur Ordo sanctæ Trinitatis, cuius caput in ciuitate Parisiensi: qui dicitur, Es Maturini, sunt deputati ad redimendum captiivos: qui detur, debent omnes alias religiosos, saltem monachos nigros, præcedere: saltem præcedentes religiosos S. Antonij, qui sunt deputati ad fusidum hospites: quoniam ordinantur, & sunt consueti, ad redimendum captiivos. Ideo religio est excellentior, vt dicit Ant. Flo. in sua summa par. ti. 16. c. i. §. 2. Et de his, & ceteris alijs factionem idem Flo. in sua historia, 2. par. ti. 15. c. 22. in fin.

**S**Exagesima quarta confi. Post ordines superius, scilicet non mendicantes, sub regula beatorum Basili & Benedicti, sunt alii ordines religiosi, non mendicantium, sub regula diuti Aug. Vnum ordo S. Ioannis Ierosolymitani, qui dicuntur Cœsiri, & sunt milites Rhodiani, seu templi, debus dicani infra in 2. parte, in 4. considerantur. Quibus assimilantur milites S. Iacob de Sama militantes pro fide, qui sunt in Hispania, quibus milites Regis Hispaniæ: dc quibus infra dicuntur illa 9. parte: de eo hic non insisto.

**S**Exagesima quinta confide. Alii sunt hospi- S. Antonij, qui dicitur ordo hospitaliorum. Antonij, qui sunt in dioecesi Vienen. Qui conuenient, & vsu videtur sumptuose principium, etiam extensem sicut ad hospitale curie Romane, quoniam sicut in seculâribus, in urbe Romana legitur duos suis pretores: Vnum, qui pre-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

120

**A**llorum vero, qui Romanis iustitiam exhibebat, vni de origine iuris. l. 2. §. & cum placuissest. de iudicij. l. 2. §. 2. Sic in spiritualibus dignum, & ratione conformum fuit, vbiunque est ipsa Vrbs, id est Romana Curia, diuersos esse superintendentes curia animarum. Quosdam Iacobos, & parochiam sunt & religiosi, quantum ex dispensatione sedis apostolice permititur. Quosdam vero, regimur sive curialibus, ut sunt fratres S. Antonij, vñatis clare probatur cap. Quoniam in plerisque, extra de officiis ordinariis. ca. cum secundum, de remissione ordinariis. Rationabiliter ergo Romana ecclesia voluit, & in viatum deduxit, q̄ essent in Curia Francis S. Antonij, qui pro paupcrib. curialib. hospitiale habuerent, confessiones curialib. audirent, & ecclesiastica sacramenta ministrarent, & sepulturis eorumdem interesse deberent. Ita dicit Old. in consiliis suo 211. vbi ponit de emolumentis eorum, etiam in Curia Romana, de quibus aliter pronunc nondico, cum quo, ad praeminentiam eorum cum alijs, standum est consuetudini locorum.

**S**Exagesima sexta confidit. Alij sunt ordinis Præmonstratensium, sub regula B. Aug. quorum ordo fuit, & incepit anno dom. 1120. Cuius ordinis fundator fuit vir Dei Northbertus, ex partibus Lotharingie oriundus. Et dicit Ant. Flo. in dict. libri historiali. tit. 15. c. 19. Qui quidem est vnus a padno, de principaliibus ordinibus. Et Abbas illius, in suo ordine est generalis in toto ordine: & facit unum caput, sicut Abbas Cluniac. in toto suo ordine. Ideo ceteris alijs Abbatibus, non sacerdibus caput in ordine, in congregacione generali, preferendum est, tanquam faciens caput in suo ordine. De his aliter non insisto, cum ultra illum locum, ubi est caput, pauci sint, & in locis vbi sunt, standum est consuetudini loci, de praecedentia aut praeminentia.

**S**Exagesima septima confide. Alij sunt, quisant de ordine Grandimondensi. Qui fuit institutus anno Domini 1076. sub patre Stephano viro nobilissimo, de Artuernie partibus filio nobilissimi, mivii Stephani, cuius Stephanus institutoris vita fuit acta. Nam trigesimum ætatis suæ annum agens, habitare ceperit eremum, in ieiuniis, vigilijs, & orationibus continuis seruens Deo. Cibus eius panis & aqua, & interdum ex farinæ silagine, sorbitiuncula, quæ ceteris minus sapida, necessarii, utique fetuit, non voluptati. Incedebat quoque armatus lorica ferrea, contra carnis rentamenta, & mentis lasciuia: quo usque toto corpore exsiccato, plenam de scipo obtincret victoriam: indumenta, quibus super loriam inducitur, nullo tempore augebantur, sed hyeme, & æsta ad repellendum frigus, & cauam, semper crant aquila, & cedem. Et plura alia, de eius vita austera, & miraculis ponit An. Flo. in suo libro histo-

ri. par. tit. 15. c. 21. quæ hic non transporto, cum

sint ibi clara, nec faciant ad propositum, nisi ad demonstrandum de eius vita austere, & arcto modo viuendi. Ex quo videretur, quod in hoc esent præferendi, si illum modum viuendi obseruant, quod non credo. Et ideo dico esse standum consuetudini, quomodo in locis vbi sunt, & colligantur, præcedere debeant alios vel non.

De austere, vero, aut arcto modo viuendi, prædictarum religionum, non credo, quod hodie possit fieri fundamentum de una ad aliam: cum omnes supradictæ, ita hodie relaxatae sunt & tepefactæ, vt aperte dici possit Ieremias Threnorum c. 1. Quomodo obscurarum est aurum, mutatus est color optimus. Et quod ait Bernardus contra Clunia, religiosos monachos relaxatos videlicet. Unde inter monachos, tanta intemperantia in cibis, in potationibus, & vestimentis, in lectisternijs, in equitatius, & construendis edificijs, mollescere potuit, quatenus, vbi & studiosius, voluptuosius, atque effusius obseruatus fuerit, ibi ordo melius tenet, ridiculatur, ibique maior putetur religio. Ecce. n. parcitas putatur avaritia, sobrietas austeras creditur, silentium tristitia reputatur. Et contra remissio, discretio dicitur. Effusio liberalitas: loquacitas affabilitas: cachinnatio iucunditas: mollities vestimentorum, equorum fastus, honestas lectorum, superfluus cultus, munditia. Quidque haec alterutrum perpendimus, charitas appellatur. Ista certè charitas destruit charitatem: haec discretio, discretionem confundit: talis misericordia crudelitate plena est, qua scilicet ita corpori seruitur, vt anima iuguletur. Et vt dicit Anton. Floren. in suo libro historiali, in 2. par. tit. 16. cap. 1. §. 1. sub hac abusione, iam serè vbi que, pro ordine ista tenentur: serè iam ab omnibus sine querela & ircreprehensibili obseruantur, quanquam dissimiliter, vt ibi declarat, & demonstrat: quæ multo cum plus intentionis, nec sit dicere, & declarare quæ laudanda veniant, quam quæ vituperanda. Sed haec dixi, vt cognoscatur, quod non est multum insistendum, quo ad præminentiam vnius religionis ad aliam, in arcto & stricto modo viuendi, cum in omnibus rarus sit, & in omnibus sit relaxatio, in vita & modo viuendi, datis à regulis, in quolibet ordine, de quibus supradictum est. Et ideo deueniendum erit ad alium modum, & ad aliam doctrinam, ad cognoscendum præminentiam vnius religionis ad aliam: quam ponant statim post declarationem mendicantium.

**S**Exagesima octaua consideratio. Post omnes ordines supradictos, qui non sunt mendicantes, sunt quatuor alijs generales mendicantium. Inter quos (vt sepiissime videmus) est contentio, qui illorum debent præcedere. Aut si non inter ipsos, saltem aut cum alijs religionibus, vel etiam quandoq; & sepius, cum ecclesijs cathedralib. aut colle-

## Q V A R T A P A R S

collegialibus: quoniam sub prætextu humilitatis, aut sanctimoniorum, semper tamen appetunt aliquid gloriae, laudis, & honoris. Et isti sunt quatuor, videlicet ordo Prædicatorum, ordo Minorum, ordo Carmelitarum, & ordo Eremitarum S. Augustini, facientes contra dictum Christi, de quo Luc. 22. Et omnes istos tres ordines præcedunt, aut præcedere debet, ordo Prædicatorum. Et, quod præcedere debeat fratres Minores, dicam infra. Et aduerte, quod isti Prædicatorum fuerunt sub regula S. Augustini. Sed quibusdam constitutionib. additis, fecit Dominicus nouum ordinem, qui dictus fuit ordo Prædicatorum, de cuius excellentia videatur amplissime per Ant. Flo. in 3. parte historiarum, tit. 23. per totum. Vbi habetur, quod habuit initium anno Domini 1217. vbi dicit idem Antoninus, sub Innocentio primo. Et anno Domini 1210. sub Honorio III. vt dicam infra seq. consideratione. Et refert idem Ant. Flo. eo. ti. c. 3. quomodo prædictus Ordore clavatus fuit sancto Dominico, à Virgine Maria, à IESU Christo, eius filio commendatus: Cui datus fuit socius, videlicet Franciscus, pro alio ordine instituendo, ad instructionem totius universalis Ecclesie in sermonibus, & prædicationibus, vt ibi vide poteris.

**S**Exagesima nona cōsideratio. Ordo Minorum sub regula S. Francisci, fuit institutus, circa annum domini millesimum 208. De cuius vita, & moribus, & sui ordinis institutione & fundatione, habetur plenè per eundem Flo. in suo libro historiali. tit. 24. per totum: & de eius confirmatione, quo tempore fuerit confirmatus prædictus ordo, infra patet.

Sed cum sint Minores, vt nomen sit cōsonans rei, debent esse in minori loco: Ideo tanquam humiliiores, quia minores non debent prætendere contra aliquos, de aliqua præcedentia, quia alijs videretur, quod facerent contra eorum ordinem & statum, qui inter omnes, totius universalis ecclesie, debet esse minor: Imo, quod plus est, à certo tempore voluerunt vocari minimi, in vim cuiusdam reformationis. Sed video, quod illud est tantum verbo, & non opere, quia volunt non solum contendere de paritate, cum alijs religiosis, sed etiam cum ecclesia cathedrali, prout vidi in hac ciuitate Hed. in funeralibus quondam nobilis & potentis viri domini Fransci Rolin, qui pro una hora rantium fuit repositus in eorum ecclesia, cadaver subleuando, volucrunt non solum esse in ultimo loco, etiam ante Canonicos ecclesie cathedralis. Imo etiam Guardianus dicebat, se debere habere ultimum locum, etiam post Episcopum ibi præsentem, & existētem. Quod quantæ & qualis fuerit decisionis, & prout etiam debuit esse, cogitent omnes. Ex quo videri potest, quid de illis dicendum sit, qui cū omni humilitate, etiam cum infinitis agcre deberent, volunt tamen contende de paritate. Et ideo, non potest magis superbia

corum operari, quam cum superbia luciferi, voluit fieri similis altissimo. Sed tunc illud ex superbia cuiusdam Guardiani, qui mul- reprehensus in cap. generali, tunc sequentia in iustis, & alios correctores totius ordinis actum illum in capitulo ecclesiæ Heduen. reprobauerunt, & retraictauerunt, & prædictum Gu-

num increpauerunt.

Et licet ordo Minorum incepit prius, ordo Prædicatorum, cum ordo Minorum rit Anno domin. millesimo 206. Et ordo Prædicatorum Anno Domini millesimo 216. vt refertur de Eib, in sua margarita poërica, in p. secundus de partis trac. c. 10. in fi. Tamē Prædicatorum præfertur Minorib. vt notat glo. in ea quodam. de ele. in 6. & in c. fi. de pacis. & Arch. c. 1. de decimis. in sexto. loan. de Turrecrematis. cepiscopus. 17. d. plenē per Fel. in rub. de m. & obed. in tertia & quarta col. Et hanc ratione dicunt, quia ordo stratum Prædicatorum, licet non fuerit institutus, fuit primo approbatum fuit approbatus sub regula diuina. Anno domin. millesimo 208. sub Honori III. Et ordo beati Francisci sub eodem anno Domini millesimo 224. vt refert Jacobus lippus Bergo. in suo supplemento Chronicarum libri 13. faciunt, quæ dicit Philippus Decius filio 116. col. 1. ad finem.

**S**eptuagesima cōsideratio. De ordine Carmelitarum. Qui sub ordine S. Basilij sunt, vt dicit Antonius Florentinus in sua summa, in 3. parte, tit. 5. 8. Quo tempore habuerint initium, dicit A. Florent. in sua 3. parte historiarum, lib. 20. c. 1. Quod tempore Honorius quarti, cum fratribus Carmelitarum deferente habitum, quinam videbatur conuenire viris religiosis, videlicet circulatam largis virginis albis & griseis, quæ habitum afferebant fuisse Eli & propheta, hereticis in monte Carmelo in Syria: quod tandem dicit Ant. neque in sacra scriptura, neque in antiqua scriptura reperitur (licet in historia tripartita, lib. 1. cap. 2. & ex Isidoro in tit. de officiis. cap. 10. periatur scriptum, quod vitare religiosa sunt Eli & Eliseo) Honorius III. propter maiorem statem, mandauit habitum illū dimittere, & diper, cappas ex toto albas, & tunicas subtrahere cum scapularibus assumere. Hi habuerunt uniformum sub quadam Patriarcha Ierosolymitanorum in Syria habitabant Christiani Ierosolymites, & multis alijs ciuitatibus. Degebant autem in Carmelo vt Eremitæ & sub regula B. Basilij, & iam dicit idem Ant. Flo. in 3. par. sua summa, 16. c. 1. 5. 8. vbi dicit: Quod Anno Domini 124. minus Innocentius III. addidit quasdam ordinaciones, per modum regulæ traditas, cibis patriarcha Ierosolymitano, dicto Alberto, & cibis, ex regula Basilij, cum quibusdam additis, declarantes & mitigantes regulam illam, per dona

num Hugonem Cardinalem ordin. Prædicato-  
rum dictatas. Sed Honorius III. confirmauit or-  
dinem illum, & postmodum Papa commisit Hu-  
goni Cardin. ordinis prædicatorum, vt adderet  
quædam constitutiones, quas imposterum ob-  
seruarent. Sed in processu temporis, occupantib.  
Saracenis ex toto partes Syriæ, recedentes Car-  
melitz de locis illis, dispersi per orbem in terris  
Christianorum, adificauerunt pluri nos conuen-  
tus ex eis mos syn fidelium collatis, propter eo-  
rum deuoram conuersationem exemplarem. A-  
liquam tamen refertunt, quod Soldanus Saraceno-  
rum, qui prius eos habebat in reuerentia, propter  
Eliam prophetam, mutato habitu eis dato per  
Papam, in contemptu Papæ, & fidelium, fecit eos  
expelli de monte Carmelo, vnde Carmelitæ di-  
cuntur, non quod ab Elia haberint initium. Et  
istipræfendi sunt & statrib. Prædicatorib. ordi-  
nis S. Augustini, & Minorib. cum primo fuerint  
instituti, cum fuerint sub regula B. Basiliij, que pri-  
us fuit quam regula B. Aug. sub qua erant Prædica-  
tores, & regula B. Francisci, que fuit solum anno  
Dominii 1218. vt dixi supra. In multis tamen locis  
in processibus, vidi eos præcedere, & esse in lo-  
co digniori, in alijs verò vidi & fratres Prædicatori-  
tes, & Minores præcedere, & esse in digniori loco.  
Vnde tanta discordia, & diueritas, videtur esse ex  
conuentu in eloci, aut ex prioritate institutionis,  
aut fundationis conuentus in loco, qui sibi ratio-  
ne prioritatis temporis, vsurpauerunt locum. Sed  
quid de iure stendim, dicam postquam declarata  
est prioritatem institutionis, Ordinis & Con-  
firmationis.

Vtrum autem Carmelite sint mendicantes,  
notari, & declarat Lapus, allegatione sua 46. vbi  
plene in primis. Et ibi etiam ponit de fratribus ser-  
vorum, qui dicuntur seruitæ, quod tales sunt men-  
dicantes, & notari de Carmelitæ in c. 1. §. cæte-  
rum. de religiosis domibus, in 6. & ponit Ange-  
lus in consil. 12. incipi. Sancta Carmelitarum re-  
lig. vtrum possint habere proprium. Et de laude  
huius ordinis, Carolus Fernandus scripsit vnum  
librum.

**S**eptuagesima prima consideratio. Sunt & alij  
mendicantes, qui dicuntur Eremitæ S. Au-  
gusti. Qui, vt dicit Anton. Floren. in summa, 3. par-  
tit. 10. cap. 1. §. alij fuerunt sub regula B. Basiliij,  
nunc autem, vt dicit, militant sub regula B. Aug.  
Sed que fuit præcepta sub regula dicti B. Basiliij  
vel non, extra essentialia religionis, dicit se non in  
venisse à quoquam declaratum. Et quod isti sunt  
mendicantes, est text. & ibi doctores in c. vnicō. §.  
cæterum. de religiosis domibus in 6. Et Ludo. Ro-  
ma. in consil. 23. ponit, an possint habere immo-  
bilia: vbi etiam ponit de fratribus prædicatorib.  
Ex luce: isti Augustini effecti fuerint mendicantes  
et quadam conseruidine, & præscriptione lon-  
gissima, sicut & fuerunt Carmelite, vt supra di-

ctum est, tamen debent præcedere minores, cum  
sint instituti à digniore, videlicet ab August. qui  
fuit dignior Francisco. Quod sint digniores, èd,  
quia à digniore instituti, facit gloss. in l. restituendæ C. de aduo. diuerso. iudi & in l. 2. ff. de albo in-  
scrib. & in c. per tnas. de maio. & obo. Vbi data pa-  
ritate temporis præfertur ille, qui est à digniore  
coronatus, & laureatus, vt dicam infra in 10. par.  
Merito ergo, quod institutio ordinis S. Aug. sit  
ante Franciscum, de quo sunt predicti Eremitæ,  
qui etiam videntur habuisse initium ante Au-  
gust. Sed tamen sine dubio sunt ab eo approbati,  
& reformati, & sic dignior Francisco, & ratione  
temporis, & ratione dignioris instituentis, debent  
præcedere Minores: & etiam quia ecclesia Roma-  
na primò approbavit August. & eius acta & opera  
quād Franciscum, vt habetur in c. sancta Roma-  
na Ecclesia. 25. dist. Vbi opera Augusti approbata  
fuerunt per Gelasium, qui fuit per multa tem-  
pora ante Honorium tertium, cum Gelasius fuerit  
anno domini 490. Et Honorius II. fuit anno do-  
mini 1217. Ex quo constat multipliciter, de multi-  
plici causa, præcedentie fratrum Eremitarum S.  
Aug. quo ad fratres Prædicatores, & Minores, que  
etiam considerari possunt ex dicendis in conside-  
re sequenti, vbi ponam in genere, causas præeminen-  
tiae vienii religionis ad aliam.

**S**eptuagesima secunda consideratio de excel-  
lentia, & antiquitate Monialium seu sancti-  
monialium tractat. Quarum institutum est excellen-  
tius, cum sit multò vcrustius, quād quævis alia  
monachorum religio. Quippe nulla (vt ait Aug.  
de bono virginali) Virgo sacra nascitur, nec est  
hoc, proles carnis & sanguinis. Si harum queritur  
mater, ecclesia est. Non parit Virginess sacras, nisi  
virgo sacra: virgo illa, que defonsata est vni viro,  
castra exhiberi Christo, vt scribit Polydorus de in-  
uenitoribus rerum libro quarto capitul. decimo.  
Vbi dicit Apostolos primò, deinde Pontifices, ex-  
emplo Vestalium Virginum, introduxisse foemi-  
narum religionem, vt vterque sexus domino in  
castitate famularetur, & in collegia coiucre, ac  
fanctissimis institutis à paribus acceptis, vitam  
Virginitate dignam agere coepérunt. Nam Mat-  
theus Apostolus in Aethiopia, cui ea prouincia  
obtigit, posteaquam Regem (vt in eius vita legi-  
tur) cum vxore & coto Regno ad fidem conuerte-  
rat, item illius filium à morte suscitauerat, filiam  
postremo Virginem nomine Iphigeniam, sacro  
velamine consecrassè dicitur. Ex quo apparet,  
iam tune coepisse foeminas per hunc modum  
Deo dicari. Sunt tamen qui tradant, (que cum  
Hieronymo familiaritatem habuit) primam fo-  
minarum ausam esse, id institutum, Romę profi-  
teri. Alij asserunt, Helenam, Cōstantini matrem  
Virgines sacras primitus legisse, que publico stip-  
dio nutritur, seu que puritate vite, ac precipi-  
tatione laudem Dei prædicarent. Hęc Poly-  
dorus,

## Q V A R T A P A R S

**d**orus, vbi plura alia de constitutis suminorum Pontificum, circa prædictam religionem.

**S**eptuagesimatercia confid. exsupradiictis fundatur. Exeo, quia cùm monachi primo nominantur quām Canonici Regulares, vt in c. Deus. de vita, & honestate cle. & in rubr. de statu monachorum & canonicotum regularium, & in cap. 2. de supplenda negligientia prælatorum, & in c. perniciofam. 18. quæst. 2. vbi Papa enumerans quadam regulas approbatas, incepit à regula sancti Benedicti & Basili: postea nominat August. id eo præferri debent Monachi Canonicis regularibus.

**E**x hoc ordine Archidia. in c. i. de decimis, in 6. infert, Prædicatores præferendos Minoribus. de quo etiam ordine literæ vide Fel. in hac materia, in rubrica de majoritate & obed. & in dict. c. cum dilecta. versi. ordo scripture. Vbi plures decisiones adducit, & etiam dom. meum Iafin d. §. prius. Et quinque limitationes ad regulam supradictam ponit ibi Fel. Et inter alias dieit, prædictam regulam non haberelocum in actu denotante virtutis nominatorum, quia tunc primò nominantur Minores, vt per Abbatem in c. auaritie. de præbendis. Et facit pro hac opinione text. in c. irregularib. extra desimonia. vbi in vitio simonie prænominantur Canonici regulares. Et ex his notat idem Fel. in d. c. cum dilecta. Quod in ingressu carceris, vel simili actu, debent præcedere Minores: quia sequi honor est, præcedere autem non. Ex quo videretur dicendum, quod illa declaratio ad c. auaritie. per Panormitanum & Felinum nō habeat magnam rationem. Et ideo Fel. in dicta rubrica non omnino firmat illam, nec illi assentit in totum: Ino dicit, quod illud non semper obseruatur: vt patet in c. i. de decimis, in 6. vbi statibus Prædicatoribus & Minoribus, qui Pisanoz à solutione decimarum retrahebant, scribitur reprehensorie, & tamen præmittuntur Prædicatores, sic etiam in actu honorabili præmittuntur Minores. cap. 2. de supplenda negligientia prælatorum.

De præcedentia istorum, inter se satis amplè disputauerunt plutes, de quibus sunt consilia Bono. Paduana, & Ferrarien. & Baptista Caccialipi, de quibus supra seci mentionem in pluribus locis, quæcum sint impressæ, non alter insisto, sed me remitto ad dicta corum: conclusuē tamen tenendo, quod Monachi cæteris paribus præsuntur Canonici regularibus.

**S**eptuagesimaquarta confid. Qualis sit honor, San sequi, an præcedere, an esse in medio. Nam vt in pluribus monasterijs vidi maiores de manc præcedere. Ad vesperas vero sequuntur, & in pluribus alijscontrarium obseruatur. Cur tam variè, videtur quod illud sit ad demonstrandum, quod quo ad seruitium diuinum, nullus est maioritas inter eos: sed credo, quod in hoc ad eos, est attenden-

da consuetudo; vt per Fel. in c. statuimus. ex c. maior. & obe. & dixi suprà.

**S**eptuagesimaquinta confid. Quare est, quod in bus ecclæsticis maximè in processionibus, congregantur status ecclæsticus & temporalis ecclæsticus præcedit, & temporalis sequitur: quod plus est, in statu ecclæstico, Minorib. cedunt, & Maiores sequuntur. Et è diuerso, in temporali, in eadem congregatione, Minores præcedunt, & Minorib. sequuntur. Plures hoc in terrogauit, qui misli dicebant, quòd cedunt, quod in hoc sit tantummodo consuetudine locorum, quæ in honoribus deferendis inveniuntur, vt dicit Bald. in l. obseruare. §. antequa ff. de officio proconsulis in l. lectura. Dicit Iacobus, quod vbi non est consuetudo, debent affligiri loca superiora, secundum qualitatem personarum, vt dixi ante, quæ attendenda est, quod ad sedendi, maximè etiam in Francia: meminim in c. i. §. marchio. int. de his qui feuduuntur de potestibus.

Mili tamen videtur, quod alia & melior testari ratio, exeo, quod qui sequuntur quod statum ecclæsticum, sunt in honorabilioribus, co. quia minores Episcopo, vt dicit Præposito episcopos. 18. dist. Bene tamen facit Iacobus perlechii. 22. d. Vbi in officio faciendo, vicinius Episcopo sunt honorabiliores, & in honorib. loco, vt sunt sacerdotes, qui sunt in administratione vicinius Episcopo. Et cum iam statu quantur Episcopum, ideo maiores præcedent: quoniam, qui stat proximior post Do num dicitur maior, vt dicit glo. in §. aliam. in it. de bonorum professione. in verbo, alio co. Et Episcopus semper stat in medio clericorum & laicorum, exemplo Christi, qui sedens in medio Doctorum, &c. Lucæ 2. Et iste est honorare in medio, quoniam locatus in medio, cuiusrum ad se trahit aspectus, vt dicit Cassiodor. lib. 3. variarum epistolarum. Et apud Names erat honor, sedere in medio, vt refert Salustius in Jugurtino. Et ita dicit & refert Lucas de Penna. l. quisquis. C. de præf. & prætorio sue Vrbis. 12. Et episcopus rāquam pastor, adducit ouces, clericos, docens eos modum eundi, & incedendi, laicos vero post, vt exemplo clericorum mandant. Ex quo hac ratione, vt cunctorum habet respectum, ponitur in medio, exemplo cuiusnam alij Prælati, in processionibus semper capi medium locum, tanquam honorabiliem minoribus.

**S**eptuagesimasexta confid. Antiquiores Cesi & Doctores, debet habere primum locum, deinde cæteri per ordinem, vt tenet Bal. in c. olim. per illum tex. extra, de consuetudi.

De antiquioribus, & doctribus, quomodo sunt præferendi, notat Doctores, maxime Alen-

de & d. meus Ias. in l. cum quid. ff. si cert. pe. Dicā  
laus infra in statu temporali, in pluribus confid.  
Vbi dicam, quod in opinionibus dantis, iuniores  
debent habere prima vota, maxime dicam in ii.  
parte.

**S**eptuagesima scriptima confid. A subdiacono,  
vsi que ad lectores, omnes subditi sunt diaconi  
in Ecclesia, representantes ei honorem prout  
Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diaconi  
Subdiaconus, Subdiacono Acolitus, Acolito  
Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius,  
Ostiario Abbas, Abbatii Monachus. intellige in  
Abbas non clero, vt erant antiquitus. cap. ge-  
neraliter. 16. q. 1. Sed hodie Abbas præfertur alijs  
clericis, vt dixi supra in 32. consi. & prædictam con-  
siderationem vide in c. à subdiacono. 93. d. vbi est  
textus ad literam sic distinguis hones fiendos in-  
ter clericos.

**S**eptuagesima octaua consi. Vbi concurrunt di-  
signates ecclesiastica & Secularis, præfertur  
ecclesiastica, c. solita de maio. & obe. dixi supra in  
princ.

Vnde simplex Sacerdos, militi seculari præfer-  
re debet, vt dicit Ioan. de Turrecremata in c. epi-  
scopos. 17. distinct. Quia si ille miles est Imperato-  
ris Christi, c. quoniam omnia. 40. dist. miles  
Christi præponitur 11. quest. 3. ca. Julianus. Ita et-  
iam tenet Ioannes And. in ca. colibentius, de ser-  
vicio non ordinandi. Et facit, quod dicit Specu. in  
tit de rescripti præsenta. §. 4. versici. vt antem.  
Vbi dicit, quod militi præfendit est Presbyter  
in scribendo. Dicit tamen Panormitanus in capi-  
tulo Nicolao. dc appellatio. quod miles præfertur  
monacho in honoribus, non tamen præfertur  
clericu, qui est miles ecclesiastis militie, vt ibi Panor-  
mitanus. Et, vt habetur Ecclesiast. septimo: In  
totam animam tua time Dominum, & sacerdotes illius  
sanctifica. Honora Deum extorta anima tua, sacer-  
dotes illius honorifica. c. sacerdotes. sexta questio.  
prima. Exemplo beati Martini, præferentis sacer-  
dotem Imperatori, in porrigeno. dixi supra in  
principio huius partis.

**S**eptuagesima nona consideratio. Filius sacer-  
dos, præcedit patrem non sacerdotem in actu  
sacerdotali, & est maior patre illo, actu tantu, vt  
tenet Hostiensis in capitulo primo, de officio Ar-  
chidiaconi, quem rescribit Barba. consilio quinto,  
in tercia colum. in 2. volum. & facit de filio Epi-  
scopo, qui præcedere debet patrem, qui licet te-  
neatur ad honorem reverentiale patri, in ec-  
clesiam patrem tenetur præstare reverentiam  
filio Episcopo: vt dicit Hostiensis in capitulo lu-  
xorum, Deitate, & qualitate, dicam alibi. Et  
ideo, quis ex diversis qualitatibus debet haberi  
in diversa consideratione. facit text. in cap. olim  
detenudica. & in cap. à collatione. de appellatio-  
nibus 6.

**O**ctogesima consideratio. Patronus in eccl-  
esiæ præalijs est honorandus, cap. p. mentis.  
decimasexta quæstione septima. & cap. Frigenti-  
us. Ita dicit Rosfredus Beneuentanus in suis libel-  
lis, in tractatu de iure canonico, in quinta parte,  
titulo, quem honor est debet habere patronus  
in ecclesiæ, vbi dicit, quod habere primū locum,  
est magnus honor, vnde Pharisæi primos ac cubi-  
tus desiderabant in ecclesiæ, vt dicit, & facit text. in  
capitulo nobis. extra de iure patronat. & dicit Pe-  
trus de Anchiano in dicto capitulo, nobis. in  
tertia column. quod in processionibustenet pri-  
mum locum, & honorabiliorum in ecclesiæ. Et si  
Principes est, ei in processione cundum est obui-  
am, vt dicit exemplum est in Duce Venetiarium,  
patrono sancti Marci, qui obtinet primum lo-  
cum: & illi (vt ibi dicit Antonius de Butrio) oc-  
currendum est, vtque ad portas ecclesiæ, non au-  
tem vtque ad portas Civitatis, quia hoc solum  
fieri debet Papæ, & Cardinali. & dicit ibi Antonius,  
quod non semper est illi occurrendum, sed ei  
occurrit raro. Et idem dicendum est de Rege  
Franciæ, in omnibus suis ecclesijs cathedralibus,  
& metropolitanis, cum sit patronus omnium,  
tanquam Princeps supremus. Archi. in cap. lectis,  
sexagesimateria distinctione. Facit, quod dicit  
Baldus in cap. quanto, de iudi. & in procémio de-  
cretalium. Sed vt dicit dominus Rochus Curtius,  
quem alias audiui, in tractatu suo de iure patro-  
natus. in verbo, in ecclesiæ, in secunda colum. hoc  
iure non probatur. & contrarium tenuit domi-  
nus Præpositus in dicto capitulo lectis. & in capi-  
tulo imperium. decima dist. vbi dicit, quod prædi-  
cta decisio Archidiaconi & Bald. debet intelligi  
quantum ad protœctionem, non autem quantum  
ad electionem, vel presentationem. Tu dic, quod  
etiam Principes habent istud ius patronatus in ec-  
clesijs cathedralibus, siue ex constructione, siue ex  
fundatione, siue ex donatione, siue ex priuilegio:  
quibus casibus etiam habet ius præsentandi, vt di-  
cit Præpositus in capitulo hortamenti. in i. col. 71.  
dist. Dicit tamen Præpositus, quod si habeatur ius  
patronatus in ecclesiæ cathedrali, non tamen per  
hoc competit ius præsentandi clericos ad benefi-  
cia particularia. Ita dicit Præpositus in d. c. im-  
perium. 10. dist. ratione cuius ius patronatus dicit,  
quod Rex Franciæ, in omnib. suis ecclesijs cathe-  
dralibus, & metropolitani, pro suo iucundo ad-  
uentu habet ius nominandi, & præsentandi ad pri-  
mam præbendam vacaturam, post eius introitum.  
Et ita vtritur in Regno suo: Ita, quod vult præten-  
dere, quod in talibus etiam Papa non potest præ-  
uenire, eò, quia est ius sibi debitum in vim iuris pa-  
tronatus laicalis, & ita vidi in facto. De Rege vero  
Hispaniæ, quod habeat istud ius, ponitur amplè  
per Ioannem Ludou. in repetitione rubrica, extra  
de donatio. inter virum. & vxorem. in principio,  
in tercia prævidentia, vbi etiam de Rege Franciæ.

## QVINTA PARS

Octogesima prima consideratio. Rector vniuersitatis parochia ibi preferendus est, & honorandus. Ecclesiastici decimo. In medio fratrum in Rector eorum, in honore. Et, ut dicit Antonius Floren. in summa. 4. part. tit. 5. c. 10. §. 2. Multo magis Prelati Ecclesiae, quam seculares personae. i. ad Timoth. 5. Qui bene presumunt Presbyteri, du-

plici honore sunt digni, argumento ad hoc duo sunt, 96. dist.

Hic inferendus esset ordo Albertici de Roquem posuit in rubr. ff. de statu hominum, q. posuit etiam Nicolaus Boerij post tractatu de praeminentia saeculi Concilij, qui talis est, eos videre potes.

*Quarta partis Catalogi Glorie Mundi finis.*

## QVINTA CATALOGI GLORIAE MUNDI PARS,

Declarans laudes, honorem, gloriam, & excellentias Principum secularium.

QVINQVAGINTA SEX CONSIDERATIONES HABET.



Onsideratio ergo prima, vt intelligatur id, de quo est questio, erit quomodo à principio Reges, & alij Princes dominia habuerūt. Nam ab initio, post peccatum ex quodam fastu superbiae, dominium per usque pionem incepit, sicut in Lucifero, volente super alios exaltari, Eze. 38. & de poe. d. 2. c. principium, & Esa. 14. Et hoc argumento notorio demonstratur, quomodo soli reprobri in principio mundi dominium acceperunt, vt ante diluvium primus dominus inter omnes homines fuit Cayn, vt dicit Aug. lib. 15. de ciuitate Dei. cap. vigesimo, qui ciuitatem adificauit, vt dominaretur in ea: que fuit prima ciuitas in mundo, quam nomine filii sui vocavit Enoch, yr habetur Gen. 4. Post diluvium vero, qui dominium acceperunt, fuerunt de malefacto genere Cham, filio Noe, vt habetur Gen. 9. c. & vt dicit Iosephus in libro I. Antiquitatum, primus accipiens dominium fuit Nembroth de genere Cham. Gen. 9. & dist. 6. §. fi. Cuius consilio adficata est turris Babel, vt historie tradunt, ad dominandum. In cuius signum legitur Gen. 9. quod volebant, quod cacumen eius in cœlum ascenderet, ignorantes alitudinem Cœli innumerabilem, ad significandum cordis ambitionem in praeminendo alijs: propter quod Deus ad suam dilectionem ostendēdam, tuisuram eorum dominij confundendo, corum linguas diuisit, eum vnius labij omnes essent, ut prædicto c. Gen. 9.

De Nembroth descendit Belus rex Babylonia, de quo natus est Ninus rex Ninius, qui fuit primus Monarcha Assyriorum, arte magica procreatus,

vt habetur in historijs. Et hic primus statugens patris suo mortuo Belo nomine, reuerens habendam censuit, que fuit occasio id oportet, primò vocata fuit Bel, Behal, Bahalis, Belschus. secundum diuersitatem linguarum.

Ex quib. supradictis, satis appareat, quod dominum in principio mundi, consideratis personis illud assumpsérunt, corrupta ptocessione, scilicet fastu superbiae, & tyrannid. Vnde mus, qui imperauit post diluvium fuit Nemrod, non Rex, sed Tyrannus erat, quia homines opimebat, vnde venator robustus eorum Decedebatur, Gene. 10. & dist. 6. §. fi. Et ideo non patet Deo. In cuius signum Cayn, primus imperator triada occisus est à Lamech. Gen. 4. 21. q. Longimodo. Primus verò Rex in Barbaria occisus est dæmon, quem exercendo artem magicanam, & familiarem habebat. Et conclusum est, omnes antiqui Monarchæ, quia tyranni, dura mortierunt, vt Pharaon contra dominum induxit Rex Aegypti, in mari rubro submersus est, vñatur Exod. cap. nono. & 23. quest. 4. c. Nabuchodonosor, Dathan, & Abiron principati volentes, forti à terra. Num. 16. de confort. d. 2. c. & dist. q. 1. c. denique. Sennacherib à filiis iugulatus. Reg. 19. Antiochus, à veribus consunpus. Maccabœorum 9. dixi suprain 3. par.

Saul, primus Rex in Israël, prius humilius, ingno suo superbus, & contra David sanctum dus, & domino & famuli ministro Dei, & proprie tatem nobidiens, in super Phitonissau confulens, & diabolum loco Samuelis adorans, vulneratus, gitaris in bello Philistijm, & vehementer armis gladium propriū, incubuit super eū i. Reg. vita Abfatu.

Absalon, filius Dauid, insurgens cōtra patrem, & cō Regem cōstituens fraudulēter, & intrās ad cō cubitas patris, & coniurati faciens contra patrem, trib. lanceis à loab transfixus est, & sic à decē armigeris loab hærens querui interfecitus est. 2. Reg. 14.15.16.17. & 18.c.

Adonias filius cōtra patris voluntatem volens regnare propria ambitione; & coniurati faciens, à Salomon fratre suo regnante loco Dauid interfecitus est. 3. Reg. 2.c.

Achab, imp̄issimus Rex Israēl, qui vineam Naboth occupauit, & confessit vt occideretur Naboth iustus, percussus sagitta inter stomachum, & pulmonē in curru suo mortuus est, & canes linxerunt sanguinem suum. 3. Reg. 21. & 22.c.

Ochozias, Rex Israēl, cōtulens Deum Acharon Beelzebul super sua infirmitate, mortu⁹ est de ea. 4. Reg. 1.c.

Ioram, Rex Israēl, malum agēscorā domino, percussus sagitta lehu inter scapulas, percor eius evit sagitta, & sic mortuus est. 4. Reg. 9.

Zacharias, Rex Israēl, ambulans in peccatis ido-

loriae patris sui Hieroboam, à Selon coniurāte contra eum interfecitus est. 4. Reg. 15. Eriti etiam de Sello, qui percussérat Zachariam, qui regnauit in pecaris, & percussus à Manahem, mortuus est. & idem de Phacia Rege Israēl in Samaria, qui ambulauit in idololatria, à duce sui exercitus interfecitus est contra eum coniurante. ibidem. 4. Reg. 15.

Sennacherib, Rex Assyriorum, venit contra Ezechiam Regem in Ierusalem: & quia dominum in Israēl blasphemauit, & in superbia grandi sua dicit, quod non esūt Deus, qui possit liberare Iudeos, & Regem eorum de manu sua: Ideo cgressus Angelus domini, interfecit de castris Assyriorum 135. millia. Cum quē Sennacherib reuersus esset in Ninive, ciuitatem suam grandē, & adoraret in templo Neſach Deum suū, & Idolum, Adramelech, & Saraf filii eius percusserunt eū gladio, & mortu⁹ est. 4. Reg. 19.

Amon, filius Manasse, fecit malum in conspectu domini, iure fecerat Manasse pater ei⁹. Ideo fuit à securis suis in domo sua interfecitus. 4. Reg. 21. & ibi habetur de Manasse. & 2. Paralip. c. vlt.

Rex loachim fecit malum coram domino, ex quo fuit ductus captiu⁹ in Babylonem per Regem Babylonis Nabuchodonosor. 4. Reg. 24. & Sedenchias fuit captus à Rege Babylonis, qui eidem oculi traxit, & filios occidit. 4. Reg. 25.

Ochozias, Rex Ierusalem, quia fecit malum in conspectu Domini, interfecit eum Ichu. 2. Paralip. 22. Ethabetur 2. Paralipom. 21. de Iorem, quia malum fecit in conspectu Domini, fuit a grossis infirmitate, de qua mortuus est, & in lan-

guore vitam suam finiuit.

Alexander, monarca Orientis, quia eorū eius eleuatum est, & gloriam Deo non dedit de potentia, quam cī dederat: & vt tradunt historiæ vīctus à vīno, & libidine, veneno tabescētus cito Monarachiam perdidit, regnans annis xii. 1. Machabæorum.

Quomodo autem Rex Aegypti Antiochus propter multa mala quā fecit mortuus sit, habetur 1. Machab. 6. & 2. Machab. 9.c.

Quomodo autem Herodes Ascalonita, Rex in parte Iudeæ, qui innocētes pueros interfecit, in vita poenam fustulerit, & tandem quomodo obierit, narrat historia scholastica, & etiam Remigius, qui dicit, quod gladio, quo pomum purgauerat, se occidit. Et habetur per Philip. Bergomensem in suo supplemento Chronicarum.

Alter Herodes, qui despexit Christum in passione, qui erat Rex in Galilæa, à verimbus consumatus expitauit, cum inani iactantia & gloria sua. Actuum. 12.

Quid de Nerone dicemus, qui ita crudeliter vivit, quod omnia serè volumina sunt repleta: nisi quod Romani eius infamias non ferentes in eum impetum fecerunt: & vsq; extra ciuitatem persecuti sunt eum: qui videns, quod non posset euadere, suum dentium mortibus exacuit, & se per medium palo transfixus est. Alibi tamē dicitur, quod à lupus deuoratus sit: sed Boetius in libr. 2. de consolatione dicit, quod gladio confosus est.

Maximianus, Rex Romanorum, ob suā nequitiam à populo Romano interfecitus est, & Diocletianus eiusdem confors à Regno fuit expulsus.

Multi alij Reges & Principes, & ferē omnes malora morte perierunt, ac dies suos finierunt. Ex quo dubitandum est de Regibus nostri temporis. Qui rot & tanta crudelie committere permittuntur suis armigeris, & satellitibus seu auanturieris. Ita quod non potest aliud dici, nisi quod mundus cruciatur inauditis & mirabilibus cruciatibus istorum militum & peditū: qui vulgo dicuntur Auanturiers: Quod Principes permitunt, & sub silentio pertransiunt, & pluquam insopportabilibus exactiōibus, tallijs, subidijs, & impositionibus nouis, & inauditis exoriantur homines. Ex quo dubitandum est, quod non pereant, & dies suos finiant, prout alij Principes & Reges, qui male vixerunt, ac suos subditos malē exerunt. Vnde paucos videmus sanctos Reges, & hoc ex eo, quia vt dictū est, faciliter delinquunt propter eorum ambitionem dominandi quam habent: vt fiant nō solū Reges & Principes, & in statu eorum permaneāt, sed vt fiant Maiores. Ex quo in eis est tam magna, & tam execrabilis ambitione dominiādi, & dominationes eorum ampliandi & augmentandi, q̄ tot⁹ populus sub eis cruciatur. Vtinam De⁹ in manib⁹ cuius cor eorum est, corda eorum ad bonum diuerteret, & ab eis tolleret ambitionem, & cupi-

## Q V I N T A P A R S

ditatem dominandi, tanquam eidem sit multum odiosa.

Dicitamen potest, Quod quamuis ambitio dominandi Dco esset odiosa, dominorum tamen ambientium Regimen ad refrenandam hominum malitiam, & ad conseruandum vnumquem que in sua iustitia, & ad disponendum ciues in concordia, permisum est Deo dominium, & prouisum. Permissum quidem ad punitionem malorū. 23. q. 5. §. habere notandum. dist. 4. §. Sanctæ. Vnde non est potestas, nisi à Deo. Vnde Christus ad Pilatum, Non haberet potestatem aduersum meyllā, nisi datu tibi esset desuper. lo. 19. 24. q. 1. c. paratus.

Prouisum etiam est à Deo dominium sive considerata natura Entis, sive motus, sive finis. Primò ratione Entis, quia omnis res per participationem habet se ad Ens per se: sed illi qui habent dominium plus vigēt in natura Entis, quā priuatæ psonæ, qā gerūt vices quasi roti? Entis, cui præsunt. Vnde & bene præsidentes, & gerētes merentur quasi diuinos honores, & duplicitos secundū Au. propter quod dicit Apost. t. ad Timo. 5. Qui bene præsunt, duplice honore digni sunt: quo ergo magis appropinquant ad suum principium, & plus participant. Vnde regentes de diuina influentiā ratione sui regiminis participant. Hinc de Saule scribitur, quod assumptus in Regem per Samuelem ex hoc influentiam meruit prophetiæ: vnde insluit in eum spiritus Domini, & cum Propheris prophetauit, 1. Reg. 10. c. Et de Salomone legitur, quod ordinatus in Regem meruit sapientiam. 3. Rcg. 4. Et Caiphas contra dominum impius concionator, contra dominum prophetauit. lo. 11. Hinc etiam videmus, quod Reges nostri post Regnum adeptum virtutem habere dicuntur, vt de Regno nostro Franciæ, qui tanquam Rexvno morbo curat, qui dicitur morbus Regum: de quo infra dicam. Rex Hispaniæ, vt quidam dicunt, fugat dæmones a corporibus humanis. Et de pluribus alijs dicam forte infra, & ista est ratio prima, scilicet, ratione Entis: quod Princes sunt ceteris præferendi, & honorandi, cum à Deo sint instituti.

Secunda ratio est, ratione motus. Quoniam, vt ait Philosopher 8. Ethicorum, in mouentibus & motis non est in infinitum abire: sed est venire ad aliquod mouens, quod non moueat, & hoc est Deus, iuxta illud: In mobiliisque manens datur cuncta moueri. Cum ergo Reges & Princes in gubernando sint motores Orbis, ergo oportet motum suum regiminis in Deum sicut primum motorem reducere. Vnde Job 9. Sub eo cūuantur, qui portant orbem. Hanc rationem ponit Aug. de cœnit. Dei, lib. 3. vbi ordinem motoris, & mobilis ponens, ab inferiori corpore, id est, terra, per subtiliora, & virtuosiora dicit moueri gradatim ascendendo, secundū ordinem elementorum usque ad supremum mouens, quod est Deus, in quo consistit tota ratio motus. vnde Apostol. Acto. 17. In

ipso viuercsi monemur & sumus.

Tertia ratio, quia omne dominium, quod sit, à Deo sumitur ex parte suis. Diuina envidentia omnia in debitum finem deducit, tum mouet vnamquamque creaturam in finem distinctum: sicur sagittarius sagittat terminatum finem: qua ratione dicit Aug. trinitate, quod Deus quibusdam ordinatibus, primò spiritualibus, deinde corporibus, super cuncta descendit, & vitetur omn incommutabile arbitrium sententia fuz, si finem congruum. Si ergo alias creaturem & ordinato fine concludit, multo magis rationabilem, vt hominem, quod app quando ipsum gubernat, dispensat per suos factores: Vt sunt Reges & Princes. Hinc cum dixisset Apostolus ad Rom. 14. Non ergo stas nisi à Deo: subdit. Quæ autem à Deo ordinantur, itaque, qui potestari resistit, ordinatum resistit: Quia ad hoc Deus de cib huic mundo uidit, vt unusquisque statum suum prosequatur debitum finem. Hinc dicitur Proverb. 8. Pe Reges regnant, & legum conditores iusta ducunt. Per me Princes imperant, & potentes cernunt iustitiam. Propterea, quanto quæ natura nobilium finem apta est consequi, tamen magis mouentia disposita ad cœstum finis, sicut manis est in corruptilibus partur etiam in corporibus cœlestibus, & spiritu gelicis, qui sine agente contrario mouentur um sicut, puta corpus cœlestis ad dominum morus. Angelus autem ad diuinorum cognitum, & suum ministerium adimplendum. Ergo creatura rationabilis ordinata fit, & potest, vt sit Dei capax, & hoc est finis eius prædicti, vt dicit Aug. 14. de trin. & idem Aug. Natu me ab exterioribus ad interiora redire, ab alijs ad superiora ascendere. Tanta enim ratis est humana conditio, vt nullum Bonum ter summum Bonum, possit ei sufficere.

Ad hunc ergo finem cœsequendum, est adiunetur diuina lucis gratia, maximè retinutetur per mundi gubernatores: tum per novæ vita exempla, tum per quotidiana documenta: tum per correctionem continuam: quatenus Paulus vocat Rectores coadiutores Dei, 1. ad Cor. 3. Dei enim adiutores sumus. Sun Rectores mundi, & Princes, sicut instru Dei principaliter agentis.

Ex quibus constat, quod principatus non esse sine magna laude, gloria, & honore.

Aduerte etiam, quod non est sine in re, studio, cura, miseria, vigilijs, & calamitatibus: dicit Luc. de Pen. in I. iubemus. C. de proximo. scriniorum, lib. 12. Bal. verò in l. ex hoc de iustitia & iure. videtur dicere, quod deminutum deinde gentium instituta, & ordinata quod recitat Benedicti in sua repet. cap. Raynart.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

124

bo, condidit. i. nu. 29. & 30. de testamentis dicam  
alibi.

Quomodo autem dominia processerunt, pos-  
nit etiam Ant. Floren. in sua summa, par. 3. lib. 3. c.  
2. Vbi sati amplè, sed meliori modo, & stylo, & am-  
plè ponit Petrus de Ancha. in consili. suo 339. incip.  
Pro maiori intelligentia, quod Reges etiam iure  
duino coperunt, vt in David, Salomon, Saule,  
& pluribus alijs approbat à Deo. c. i. de sacra Vn-  
zione. Iuno etiam in lege noua habetur de Regi-  
bus. Pet. a. Deum ritmet, Regem honorificare.  
& alibi: Subdit i est tot omni potestati, sive Regi,  
& dicam etiam alibi. Et quomodo processit à pri-  
mo violentia, ponit Alb. de Rosate. in l. i. in 5. col.  
C. de sum. tri. & fide Catho. Card. Zabar. in c. vne  
rabilis. & vetrum. de elec. extra. col. 2. & seq. Dicit,  
quod ad eft inter doctores antiquos disceptatio-  
ne Imperij origine, & initio monarchia ter-  
restris: & ibi demonstrat, q̄ omnes monarchia ha-  
buerunt initium ab armis: & quicquid dicantur  
monarchia, nunquam tamen reprobatur q̄ fuerit  
monarchia vniuersalis, vt dicit, & dixi infra. Et ēt  
Bernardus Episcopus Hed. in suo tract. de origine.  
q̄. sat is demonstrat per processum sacra scripturae,  
quod quatuor monarchiae fuerunt per violen-  
tiam usurpare. dicam infra.

Secunda consili. Honor & gloria est boni Regis  
præmium. arg. c. ius militare. i. d. veluti cum co-  
ronavet torque donatur. & 91. d. ca. miramur. ad  
fabi: nec potest de cius protectione dubitari, cui  
laborum multis pro moribus castis. pro aetib. stre-  
nuis. aetoris loci præmium debetur.

Ex quo quibusdam visum est Regis præmium  
non esse aliud, quam honorum & gloriæ: & Tul-  
lius de republica diffinit Princepem ciuitatis alien-  
am effigie gloria, tanquam id sit pabulum sua iuffi-  
mum, vt dicit Berual. in tracta. de felicitate, vbi  
querit: An gloria sit summum felicitatis. quem  
Cicerone refert amplissimè Partitius in suo lib.  
9. de Regno & Regni institutione. ti. 19. vbi ample  
de huiusmodi gloria, & honoris præmio. Cui ratione  
Art. 4. Ethicorum assignat, quia Princeps. cau-  
sionis sufficit honor & gloria, consequen-  
ter Tyrannus efficitur. Cum si non sit contentus  
gloria & honore, querit voluntates & dimitias, &  
sic ad rapinas, & iniurias cōuerterit subditorum:  
quod intellige, quod intentio Regis non debet  
efficacis, sed quia tolerabilius est, si gloriam qua-  
rat, quam si pecuniam querat, vel cupiat, vel vo-  
lupates seletetur. Hoc enim virtutum virtuti propin-  
quus est. Cum gloria, quam homines cupiunt,  
nisi aliud sit (vt August. diffinit) quam iudicium  
homini bene de hominibus opinantium. Cu-  
perat igitur gloria aliquod habet virtutis vestigi-  
um, dum saltem bonorum approbationem qua-  
rum, & duplice reculat. Paucis igitur ad virtutem  
peruenientibus tolerabilius videtur si præfera-  
tur ad regimen, qui vel iudicium hominum me-

tuens à malis manifestis retrahitur. Qui enim glo-  
riam cupit, aut vera via per virtutis opera nititur,  
vt ab hominibus approbat, vel saltem dolis ad  
hoc tendit atque fallaceis, aut per apertissima scelera  
quaerit obtinere, quod diligit: vnde bcfias su-  
perat sive crudelitatis, sive luxuriaz vitij, sicut in  
Nerone Cæsare patet. Cuius, vt Aug. dicit, fuit tā-  
ta luxuria, vt nihil putaretur ab eo virile metuendū,  
tantæ crudelitatis, vt nihil molle habere pū-  
tateretur. Hoc autem satis exprimitur per id, quod  
Aristo. in Ethicis dicit de maganimo, q̄ non qua-  
rit gloriæ & honorem: nec aliquid magnum est,  
quod sit virtutis sufficiens præmiū.

**T**erria consili. Non solum præmium Regis est  
gloria, & honor mundanus, sed etiam gloriā  
à Deo consequuntur Reges pro præmio regimi-  
nis, & administrationis. Conueniens enim est, &  
fidele, vt Rex bcnī regens expectet à Christo Rege  
regum, & domino dominantium præmium. Apo-  
cal. 19. Minister, & eius cōf merces magna nimis.  
& Genesis 15. & Matth. 5. ibi: Merces vestra copio-  
sa est in ecclis. Vnde Augu. quod Deus præparavit  
diligentibus sē, non capit, spe non accingitur,  
charitatē non comprehenditur, & vota transgre-  
ditur: acquiri potest, opinari non potest. Rex au-  
tem populum gubernando minister Dei est, ad  
Ro. 14. Omnis porcetas à domino Dco est. 22. qu. i.  
c. mouet. 23. q. i. e. quid culpatur. & demum in Apo-  
stolo. Nam Principes non sunt timore boni ope-  
ris, sed mali. Vis autem non timere potest, cm  
bonum fac, &c. si autem malefceris timie. Non e-  
nim sine causa gladium portat: Dei enim minister  
est, & Vindex in iram ei, qui operatur malum. 23.  
q. 4. c. si non ex fidei.

Remunerat autem Deus interdum pro suo mi-  
nisterio bonis temporalibus. 23. q. §. hinc nota-  
sicut alios. 22. q. 2. sīc quilibet. & Exod. 1. de obste-  
tricibus reseruantibus pueros Hebræorum, quib.  
dominus construxit domos. & Ezech. 29. domin⁹  
dedit. Nabuchodonosor Rex seruire fecit exercitu-  
m suum scrutute magnā aduersus Tyrum, &  
metees non est redditaci, neque exercitu eius de  
Tyro, pro seruitur, qua seruit mihi aduersus  
eam, ea, scilicet, seruitute, qua, scilicet, potestas se-  
cundum Apostolum. Roma. 13. Dei minister est, vt  
proximè dictum est, & postea de primo subditur.  
Propterea hæc dicit dominus Dcus. Ecce ego da-  
bo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra  
Aegypti, & diripiēt spolia eius, & erit merees exer-  
cituum eius.

Regibus autem bonis mercede dabit ar-  
nam. i. Pet. 5. Ibi, pascite qui in vobis est gregem  
domini, vt cum venerit Princeps pastorum, tū-  
cilius Christus, percipiatis immarcifibilem gloriae  
coronā. 95. d. c. esto. de qua corona Esa. 28. Erit do-  
minus seruum exultationis, & diadema gloria po-  
pulo. Ista corona est beatitudo patris. Beatitudo  
autem dicitur bonum perfectum, cōprehendens  
omnia

## Q V I N T A P A R S

omnia desiderabilia: tale autem non est bonum terrenum, quod nunquam satiat. 14. qu. 4. c. quid dicam.

Cum ergo nihil terrenum quietare possit animam, neque terrenum aliquod beatum facere potest, vt esse possit Regi conueniens præmium. Item nihil est, quod hominem beatum possit facere, eius amplitudo, desiderium tuum. Tātē enim dignitatis ēst humana cōditio, vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit, vt habetur Ps. 62. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Et sequitur: Mihi autem adhuc re Deo bonū est, & ponere in domino Deo spem meam. Ipse est, qui dat salutem Regibus. Psal. 154. non solum temporalem, qua communiter saluat homines, & iumenta. Psal. 35. Homines & inimici saluabīs dominē: sed etiam salutem: de qua habetur Esa. 51. Salus autem in sempiternūm eft, quia homines saluat, perducens eos ad æqualitatem angelorum. de consec. dist. 1. c. hi duo. dixi supra in 2. par. & 3.

Sic ergo iustificari potest, quod Regis præmium sit honor & gloria. Quis. n. mundanus, & caducus honor, huic honori similis est: potest, vt homo ciuis sit, & domicili' Dei: ad Eph. 2. & inter filios Dei computatus, & hæreditatem Regni coelestis assequitur cum Christo haeres Dei, cohæres Christi. Rom. 8. De hochionote habetur Psal. 178. Nimis honorati sunt amici tui Deus, quos constituiti Principes super omnem terram, & gloria & honore coronasti eos. Psal. 8. Et hæc est gloria, de qua primæ ad Corin. 4. & Luca 14. Gloria enim hæc est omnibus sanctis eius, quam qui querunt inueniunt, & qui eam non querunt, humanam consequuntur. Qui enim officium Regium laudabiliter exequuntur, hanc gloriam cōsequuntur, cum se & alios regant, & vltra alios, tum quia bonum multitudinis diuinius est quam vnius, tum quia à Deo datur præmium cuique priuata personæ, si egenti subueniat. Matt. 25. 85. distinct. cap. pafec. Si discordias pacificet. 90. d. c. i. & c. præcipimus. Non preflum à potente eripiat. Psal. 71. Quia liberabit pauperem à potente. c. ab imperatoribus. 23. qu. 3. quanto magis laudandus est ab hominibus, & pte miandus à Deo, qui totam prouinciam facit pacem gaudere, violentiani cohabet, iustitiam seruat, & disponit quid agendum sit ab hominibus, suis legibus & præceptis. Tum quia magnitudo Regiæ virtutis præcipue Dei similitudine gerit, dñ hæc agit in Regno, quod Deus in mundo, vnde Exod. 38. ludiccs multitudinis vocantur Dijs. facit glo. in l. inuenis nulli. C. de sacros. eccl. & dicit Bald. in auth. hoc amplius. ver. an filii Regis. C. de fideicō. Et vicarij Dei in terris dicuntur ad instar Imperatoris. Bäl. in l. 1. C. de iure aureorum annulorum. & dicit Fran. Patritius in libro de Regno, & Regni institutione. tit. 18. Quod vetutissimi Poetæ, Hesiodus in primis, multis in rebus Reges similes Dijs

faciunt, & in hoc præcipue, quod cum maxima p̄si quotidie mortalibus clargiantur, paruo tamen tenuiūq; hostia contentisunt: sic Reges regnando, parua etiam accipiendo, letari docem. Parthorum Reges sine munere nemo aderat. hoc iniquum admodum extitit, nif p̄ quæque munera lato animo accepisse. Asficut Numina, non aurum neque argenteum hominibus volunt, sed sinceram meum, ramique voluntatem, sic etiam Reges satiscant, si ciues bene animati in eosunt, dictiunt, & mandatis prompto animo obsequuntur. Hæc ille, illosque sacrosanctos appellat. Idem tritus codem li. ti. 5. in fine: & ideo Perseveres ut Deos venerabantur. Idem Patriitus 7. de Regno, & Regni institutione.

**Q** Varta consid. Exterritate etiam multum dantur Principes: quoniam, vt ait Fr. tritus. li. 4. rit. 1. de Regno, & Regni institutione. Socrates, vir sapientissimus, Veritatem idoneam dicebat, sicut enim illa nec crevit nec minuit. Virtus semper eadem inuenit: & qui fortis suos habet, plena omni tempore ac perficit. Veritatem enim, vt dicit, omnia contineat, vt in fidibus, & canitu, in quibus, si quid de harmonia omnis puerit: sic Veritas ipsi nonnunquam indicio ostenditur, nec differt sub vanitatis inuolucro latere. Fallaris, & concinnata semper ipse ipsa indicat. Hibi dicitur, Isocrates Regem suum monetatem ante omnia colat, idq; manifestissime per & indissimulatè agat: Adcō, vt cuncti faciant iniuriato potius Regi, quam priuatis bus iuratis fidem adhibendam esse. Dicit: Benedic̄t in sua repe. c. Ray. in ver. testime. 43. de testa. quod hodie Principes promisit etiam iuratum non verentur tergiversari, tum exclamat contra tales. Et etiam frat. Patritius in loco supra alleg. multum intra mendaces Principes. Sed cum non aliam, nisi materiam laudis, gloria & honoris inueniendi de mēdaciis, ad cundem retinet. Dicit etiam Bernar. de Bust. in 2. part. fu. serm. 24. par. 2. litera F. Quod primum documentum, quod dat Princibus, est documentum sermonis, s. veritatis, vt nunquam dicant tem. Inquit enim sapiens. Prover. 16. N. Principe labium incandax. & Prover. 10. & misericordia custodiunt.

**Q** Vinta consid. Cum iustitia sit maiora tuor virtutibus cardinalibus, ex quacumque magis laudantur, cum inter omnes cardinales iustitia teneat Principatum. A. Arist. in 5. Ethic. in ipsa assertiorum virtutineri. Quæ quidem virtus necessaria est luti, vt ostendunt Theologi in 4. diffin. 46. C. autem sit utilis, ostendit Solomon Sap. 5. 1. tem in perpetuum vivent, & apud domini

merces eorum, & Psal. 111. habetur. In memoria æternæ erit iustus, ab auditione mala non timebit. Erabitur Proverb. 15. Abominatio est domino vita impii, qui autem sequitur iustitiam, diligitur ab eo. & Actuum 10. dicitur: Acceptus est Deo qui cuncte iustitiam operatur. Et de utilitate illius, & laude, dixi in rub. Desiuſices, & dico ita dicelles, in confutudinib. ducatus Burg. vbi dixi iustitiam de celo ortā, secundum quod habetur Psal. 84. Ve ritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Vnde, utrefert Franciscus Patrius in libr. de Regno, lib. 8. tit. 1. Nigidius, cognomento figulus, Philosophus peregrinus, & in Astronomia scientia, Romanorum peritis simus: cum de Poetarum figuris, quae in signis ero celo singuntur, scriberet, at ad aspectum Bootis inter Leonem & Libram, Virginem esse, quasi iustitia suæ aetas appellatur. Addit præterea hanc à mortalibus recessisse, & ad superos reuocasse, ut quæ solita esset in hominum cœtus versari, eiisque præcipisci, ne a recto arq. non discederent: quibus monitis donec paruerunt securi sine anxietate aut solicitudine vivitabant. Ex quibus satis demonstratur: Quod iustitia ecclesiæ virtus esse demonstratur: & hoc satis ostendit Homerus, cum ait, Reges discipulos sumi Regis louis esse, à quo iustitiam in primis edidit, quæ deinde inter mortales obseruerunt, & eam omni studio, oneri, diligentia rucantur. Plato et Philosopherum sumimus, iustitiam bonorum omnium maximum esse ait, à Deo hominibus datum. Proinde Deum ipsum, iustitiam authorē, causam principium multis in locis asserit, & præcipiū in libr. de Republica, & etiam de legibus, & etiam asserit Patrius, vbi supra, cuius, ut disserit, duas sunt partes: Deum pietate omni honore, & hominem diligere ut fratrem. & tit. seq. in quatuor virtutibus diuidit, scilicet Naturalem, Ciuitatem & Iudicialem, de quibus ibi per eum, cum sa- us habeatur, yderi potest.

Sed magis ad speciem descendendo, de iustitia principum. Diuidocam in duas partes seu speciem, in severitatem, f. & liberalitatem: vt habetur in moralidogmate Philosopherum. Est autem severeas virtus debito supplicio coercēs iniuriam. 45. dist. d. disciplina, ver. morierit. q. s. c. prodest dicam alibi. De liberalitate verò dicam infra, in cōfideratione huius partis.

Quæquidem iustitia maximè est in Principene clara, dum per eam regnent Reges: vt habetur in epistola, inter claras. C. de sum. trin. & habetur Efa. 31. Ecce in iustitia regnabit Rex, & Principes eius præterunt. Proprium enim Regis officium est facere iudicium, & iustitiam. 23. q. s. c. Regis est. Vn de dicitur, Reg. 10. de Salomone: Constitui te Regem, ut faceres iudicium, & iustitiam: & honor Regis iustitiam diligit. Et habetur Sap. 6. Audite Re-

ges, & intelligite, & discite iudices finium terræ. Et vt dicit Macrob. li. 10. Iustitia est vni cuique seruare, quod suum est. I. ff. de iust. & iure. not. in proœm. decre. & dc ea veniunt Concordia, Innocentia, Amicitia, Pictas, Religio, Affection, Humilitas, ex quibus omnibus laudantur Principes: & inter cætros Principes semper Reges Franciæ laudati fuerunt ex iustitia, & ex ipsius iustitiae statu, vt in 7. part. huius libri ponam. Vbi ponitur hierarchicus status iustitiae totius Regni Franciæ, qui ceteros omnes excellit in institutione parium, parlamento rum, & cæterorum officiariorum Franciæ supremorum, & aliorum inferiorum, de quibus infra aliquid dicam. Et quia super cæteros seculi huius Principes dilexit iustitiam, & iniquitatem odio habuit, vnxit eum Deus suis oleo lætitiae praæ confortibus suis. Psal. 44. Ex quo maximam meretur gloriam, iuxta dictum Ciceronis, lib. 3. De officijs. Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiae fungatur officijs.

Secundò ostenditur iustitia Regum Francorum ex Regionum stipendiis cuiilibet sufficiētum imperiutibili assignatione, qua Reges Franciæ semper fecit anteire, vt in eis verificetur, quod scribitur in l. nemo. C. de offi. magist. officior. Cum nihil rationabilius, quam vt in gradu ceteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire. Certum enim est, quod stipendia, quæ à Rege nostro capiunt singulis annis sui officiariorum in suo Regno, ascendunt ad summum ducentum milium librarum Turonen. & secundum G. Benedicti ascendere valent ad viginti centum mille libras Turonen. & ultra, præter statum suum dominus, & armata militia: de quib. infra dicam in 6. par. & 9.

Tertiò, quoniam licet Papa solus, & Imperator de causa propria, & non aliis insérior cognoscat. e. cum venient, de iud. & l. proximè ff. de his, quæ in testamentis delentur: tamen Reges Franciæ iudicio suorum officiariorum, nedum curiarum parlamenti, sed etiam seneschallorum, seu balliourum suorum sponte se submiserunt, & quod iudicatum est contra se, efficaciter exequi permitiunt, & patiuntur, iudicatoque obediant. inquit illud propriis patenribus literis mandant. facit c. nos si cōpetenter. 2. q. 7. & l. c. est receptum. ff. de iuris d. om. iud. Ad instar Romanorum & Spartanorum Regum, qui tribunos plebis, seu ephoros, id est, magistratus eligebant ad moderandam Regiam posttestam, qui de causis Regum & Consulum loco Regum existentium cognoscebant, illorumque potestatem moderabantur, prout narrat Valerius lib. 4. titul. de moderatione animi, vt resert G. Benedicti in sua repetitione cap. Raynati in verb. & vxorem nomine Adelasiæ. numcr. 598. 599. 600. vsque ad nume. 603. de testamentis. Vbi prædicta

## Q V I N T A P A R S

dicta dixit inferendo, quod sic pariter salubri exemplo supradictorum Reges Christianissimi semper moderatione videntur. Et ut ibidem dicit, Virtus suos habet numeros, ut iustitia dividatur in sex partes, scilicet, in religionem, pietatem, gratiam, fidem, vindicationem, & observationem. Quae dores praecipue Regum immoderationem sua potestatis considerantes, quod faciles motus mens genere faciat. ut dicit Ouid. & etiam Salustius in Iugurtino: Plerunque (inquit) Regis voluntates ut vehementes, sic mobiles saepe ipsa sibi aduersa. Vnde opus fuit moderatione, q̄ tāta extitit apud Reges Francie: ut ex ordinatione pluriū Regū, ac verbali precepto officiariis Francie sāpius fuisset iniunctum literas Regias iudicialiter & publice posse impugnari de nullitate ac subreptione, & vt tales per iudices, quibus diriguntur posse declarari, eriam de inciuitate & iniquitate, & ita in omnibus curiis Francie seruat, inseguendo ordinationem Regis Caroli 7. super hoc editam in ordine 78. incip. Item & quae souentes fois plusieus obtiennent de nous & noz chancelliers. Et idem ordinauerat Philippus 6. eius predecessor, de qua meminit Affterius in suo tracta. ordinat. tit. de rescriptis. cap. q̄nia saepe contingit. Quae quidem sunt multum laudanda in Rege Francie, quia de iure communi ubi rescripta non sunt falsa, nec subreptitia, nec contra bonum Reipublicæ, licet iniquitatem contineant, non possunt de iniquitate impugnari coram iudice inferiori, sed debet Index rescribere Principi. c. si quando dero rescripti. tamē in Regno Francie possunt eriam de iniquitate coram inferiori cui diriguntur redargui, & inciulia declarari. Et hoc est quod dicebat Cassiod. loquendo de Cancellario Regis: Pro equitate, inquit, seruāda, nobis quoque parim contradici. De quo idem Benedictus in dicta repet. in dicto verbo, & vxore, in fine secundæ decisionis.

Ex quibus prædictis tanta Regum Francie fama intemperata iustitia per vniuersitatem orbem cœvolauit, quod plures eisdem non subditi, etiam infideles eorum iudicio se submiserunt, ut in eis verificatum sit, quod de gloriose Scipione Africano concludit Plutarchus, quod tanta est virtutis vis & tam magna apud omnes gentes, cum non solum bonos, sed etiam improbos ad se amandum alliciat: quod exemplum sicut in pluribus Francorum Regibus compertum, qui si acceptare voluerint extraneas nationes, regerent in eos consentientes, præsentim in personam Dagoberti Regis Francie huius nominis primi, de quo Guaginus lib. 3. ca. 3. Sic de Duke Sabaudie, qui Francorum Regis iudicio sponre se submisit, consuluit Bald. in terra parte Consiliorum, consi. 358. incipient. petit venia, flexisque genibus loquar, &c. Vbi ponitur tenor submissionis. Quod consilium videndum est, cum sit pulcherrimum. Et adeo semper apud Francos Reges cultus iustitiae acceptus

& gratus fuit, & speratur perpetuo vigere, quod de ipso Christianissimo Rege dicere videntur possimus, quod per Psalmistam dictum est, Psalm. 95. ludicabit orbem terræ in æquitate, & populus in veritate sua. & iterum Psalm. 96. iudicabit orbem terrarum in iustitia. Et sequitur tributio, Psalm. 54. Propter veritatem & misericordiam & iustitiam deducat te mirabilis dextera tua. Quoniam notoriè videmus Francorum Reges supra omnes Principes terræ, ut certos, ut verificatum fuerit eis, quod Cicero de officijs dicit. Qui veram gloriam adipisci, iustitia fungatur officijs: quoniam, ut dicitur, nec libri de quatuor virtutibus: iustitia et bona lex & vinculum societatis humanæ, quod hanc desiderat secessari, Deum prius ameri, ut ametur a Deo: quod in Francis Regibus videtur apletum. Quibus recte & iuste appropriari poterit illud, & pariter eorum subditis, quod de Regisissimo scribitur: Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Sed timeo, quod hodie nondum risticum illud, de quo habetur per Augustinum abusum gradibus, cuius dictum retulit Ambrosia, Desiustices & dicoitz diecelles, in initio confuetudinibus nostris ducatus Burgund. V. scripsi per contrarium quid operetur iniunctum. Quod cum non sit meæ intentionis, in hoc opere aliquid tangere, aut parum, nisi de his, quæ tangunt laudem, gloriam & honorem, idem aliud dico.

Sed ibi etiam dixi, quod iustitia est quadam fortissima, triangularis quodam triangulariter tenta. Vnus angulus est honeste viuete, alii autem non ladere, tertius, iustuum cuius; tribus. Cuius quidem iustitia sex sunt partes principales, seu lapides, ut ibi dixi, ideo non repeto, ut declarantur in locis ibi per me allegas & quibus etiam facit mentionem Benedictus & hoc ante alleg.

Bernardus vero in sermone 4. deaduenientia gnat alias partes iustitiae, vbi ait: quod iustitia virtus, quod suum est vnicuique tribuens sapienti, æquali, & in inferiori. Superiori enim debet obedientia & reverentia, scilicet, Prælator & Principi. de hoc 23. dist. per totum. Aequalis sapientium & auxilium: ut consilio eruditur intelligentia, auxilio iuuetur infirmitas, secundum illud Corinth. 12. Quis infirmatur, & ego non infirmo in inferiori debet custodia & disciplina, s. vno agnet in eo peccatum, & ut dignos fructus per tria faciat. 47. dist. c. omnes, quib' omnibus addiungi rectum iudicium, quæ septem possum significari per septem columnas, quas excidit septentria in domo, quam ædificauit Proter u. propter ibidem exponit Bernardus.

Et non immerito, si Principes ex iustitia laudentur, & gloriā consequantur: quoniam Aug. lib. 7. de ciuitate Dei. c. 12. Sapientum sententiam recitans, concludit hoc verissimum esse, Rē publicam cuius Princeps est incūris secundum Luc. de Pen. in l. quicq;. in 3. & 4. col. C. de omni agro deferto, & cuius cōmissionem habet à Dco. in auth. vi differentes iudiccs, in prin. colla. 9. Ad cuius est vilitatem respicere debet, in auth. vt ludices sine quoquo suffra. colla. 2. & eius sufflationem em. in Constitutione. C. de coequo. quam debent cunctis proponere. Bal. in anthen. de hereditib., & falciā. an. 2. col. colla. 1. sine iustitia conseruare non posse, nec regi. Et vt ait Macrob. lib. 1. de somnio Scipionis: sine iustitia non solum Res publica, sed necequius hominum iūtus, nec quidem parua domus constabit. Et vt ait Cyprianus li. 12. de abusionib. Iustitia Regis est pax populorum, tamen patria, iunimunitas plebis, nutrimentum genit, gaudium hominum, & merito. Nā Res publica per iustitiam tempore pacis & belli optime gubernatur, vt habetur in procēmio Int. Per Iustitiam namque mali rerrentur, & boni conseruantur. Capitalium. §. famos. & l. aut facta. §. ff. de penis. Nam per ipsam cum punitur vnuus malus, reliquis inveniuntur metus, & illo modo pax & tranquillitas conservatur. l. l. C. ad leg. lul. repetundarum. l. diuus. ff. de custod. & exhibitio. eorum. dixi in confutatio in ibus nostris ducatus Burgun. in d. tub. Desiustices.

Ex hac iustitia maximam etiam gloriam consequens est Traianus. Vnde Heliandus in gestis Romanorum narrat: Quod cum ascendisset equum ad bellum profecturus, quadam vidua apprehensio pedecius miserabiliter lugens sibi scripsi iustitiā, peti de his, qui filium eius bonū & innocentem occident, dicens: Tu (inquit) Auguste impetas, & egotam atrocem in iniuriam patior. Cui imperator Tibi satisfaciā eum rediero. Cui illa dicit: quid si non redieris? Successor (inquit) meus tibi satisfaciāt. Erilla. Quid tibi prodest, si alius beneficēt, tu mihi debitor es secundum merita teceptas, & frās virtute est nolle reddere quod debetur. Successor tuus in iniuriam patientibus pro fenēbus, te non liberabit iustitia aliena, & bene ageret ei successōr tuo, si te liberauerit. His verbis vicitus Imperator descendit statim de equo, & causam exaudiuit præstantialiter, & condigna satisfactione Viduam consolatus est. Et inde statua Traiani in foro posita sicut, repræsentans quomodo in expeditione positus viduam liberauit, & in Senatu exclamatus sicut: Non alter felicior Augusto: nec melior Traiano. vnde & de eodem legitur. Quod cum filius eius equitaret in durum equum, ex eius pedibus filius cuiusdam vidua inter fidus est: & ideo eidem vidua sibi conquerēti, filium suum profilio illius vidua mortuo tradidit, & hereditatem cum eo. Iste Traianus Hispanus

fuit clementissimus & iustissimus, sed quia paganus damnatus erat. Vnde magnus Gregorius diu post mortē Traiani de iustitia eius & pietate (quæ est pars iustitiae) audiens, oravit pro anima eius, ante altare beati Greg. & expriuilegio singulari & inaudito, oratione eius liberata est anima Traiani de inferno: de quo testis est totus mundus secundum Damasc. vt scribitur in legenda beati Greg. Facit de eo mentionem Luc. de Pen. in l. 2. in 3. col. C. de exāst. trib. lib. 10. Io. Fab. in procēmio inst. Benedict. in repc. c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiā. nu. 602. de testamentis.

Visque adeo iustitia in Rege laudanda est, Ita, quod melius est regi iusto Rege feu Princepe, quam iusta lege, cum ipse in singulis causis iudicat secundū æquitatem, quæ sibi videtur, vt no. Bar. & post eum Pau. in l. prefenti. in sui initio per illum text. C. de his qui ad Ecclesiā configiunt. Nam ipse est summum ius, & lex viua seu animata in terris. dicitur tex. in authen. de consilibus circa fi. & ibi glo. in verb. legē, hoc expresse not. colla. 4. Et ipse solus iudicat de causa à iure non diffinita, vt infra ista parte scribitur in consideratione, in qua specialia folis Principib. competentia describūtur. ver. 69. Et de hoc vide Corsetum de potestate regia. q. 67.

In quibus consistat iustitia Regis ponit Cyprianus de 12. abusionib. dicens: Iustitia vorō Regis est neminem iniuste per potentiam opprimere, sine exceptione personarum inter se, & proximum suum iustè adiudicare: Aduenis, & pupillis, & viduis defensor esse, cohībere furta, adulteria, & omnem moechiam punire. 23. quæst. 5. c. Regum. &c. Rex debet iniquos deprimere, & bonos exaltare, imputidos vero, & histriones non nutrire. ad hoc 86. dist. c. donarc. Impios de terra perdere, parricidas & peiurantes viuere non sinere. predicēto c. Rex debet Ecclesiam defendere. d. c. Regum. pauperes eleemosynis alere. 86. dist. c. non latē. & c. pasce. & de poen. distinct. i. c. quāmodo rem. Justos super regni negotia constituere, & senes sapientes, & sobrios consiliarios habere. 1. q. 1. c. cōfōto. Magorum & aliorum phitonifarum superstitionibus non intēderē. 26. q. 6. nec mirum. & 1. 2. 3. & 4. ciudem caſe. iracundiam suam differte. 11. qu. 3. c. cum apud, & c. illa. & c. summo. patriam fortiter & iuste contra aduersarios defendere. 23. q. 2. c. iustum. eum c. seq. & quæstione in c. fortitudo. & qu. 8. c. vr pridē. & q. 1. c. militare. & c. noli. & per omnia in Deum confidere. vt Psal. 124. Qui confidunt in domino, & c. dc conse. dist. i. c. omnis Christianus. prosperitatibus animi non elcuari, sicut fecit Nabuchodonosor Rex. de poen. dist. i. c. voluissent. ver. Nabuchodonosor. Cuncta aduersantia patienter tollere. 23. q. 1. §. 1. & c. paratus. fidem Catho. in dominū habere. 96. dist. c. si imperator. l. epist. inter claras. C. de iūt. tri. filios suos non sinere impie agere. 23. q. 5. c. Rex. certis horis orationi insistere. vt Rex

## Q V I N T A P A R S

**D**avid, Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi domine, &c. & c. i. de celebr. missa. & ante horas congruas non gustare cibum. Et subdit Cypr. Hec Regni prosperitatem in praesenti faciunt, & Regem ad coelestia Regna deducunt. sermonem accusantium inuestigare, quoniam ut habetur Proverb. Gloria Dei est celare verbum, & gloria Regum in uestigare sermonem.

**S**exta consideratio. Multum laudantur Principes ex pietate seu clementia: quoniam, ut dicit Iudocus Clithoueus: tra. de nobilit. qui hac virtute insignes floruerunt, perpetua celebratur laude, nullaquaestate obsolefecit eorum gloria, maximè quæ innata est Principi. Ie. monente. qui militare non possunt. lib. 12. C. §. quoniam vero. in auth. de exhibit. reis. colla. 5. Dominus enim constituit Moysèm super populum, cum esset super omnes misericordius. Num. 12. & 3. Reg. 20. Et habetur Ester 3. quod Reges Israeli clementes erant: vbi dicit: Vo luit potestem nequaquam abutiri magnitudine, sed clementia & bonitate gubernare subiectos. & Esa. 16. Emitte agnum domine dominatorem terræ. Et de Christo habetur Matr. 12. Ecc. Rex tuus venit tibi mansuetus. Clementia enim, pietas, misericordia, mansuetudo, humilitas, modestia, dilectio, benevolentia, preciosa sunt monilia Regis maiestatis. Hinc Demosthenes ad Alexand. Nihil (inquit) habes Rex vel fortuna tua maius, quam ut possit, vel natura tua melius, quam ut velit, seruare plurimos.

Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, admirabilior clementia, nec per aliud proprie Deo accedere potes, quam ut salutem conseras hominibus, vel dando si eguerint, vel pariendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicarent. Cum enim vincamus a Diis in omni munere, sola clementia est quæ nobis Deos reddit aequales. facit I. imperialis. C. de nup. Tullius quoq; li. 1. de offi. Nil (inquit) laudabilis, nil magno & præclaro viro dignis placabilitate & clemencia. Quoniam ut Poeta, Sola Deo aequal clementia. Nam si regium est hostem abijere, non minus tam laudabile in seculis scire misericordia: quoniam, ut dicitur Prover. 20. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roborant clementia: thronus illius bonitatem & Principis & populi confirmat. Prover. 16. Clementia Regis quasi imber serotinus, sicut imber temporaneus est, &c. ut ibi, & habetur Prover. 11. Clementia preparabit vitam, operatur mortalium mortem. & Senec. li. 1. de clementia ad Neironem, Magni certe animi est placidum esse, tranquillum & iniurias atque oppressiones semper despicer. Muliebre autem est furere in ira. Nam de Casare legitur, quod omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum reminisci. Pariter Octavianus detrahentibus ei in ciuitate libera, liberas debere esse linguis, respondebat. Et cum in testem produceretur libenter obiectus etiam contra

personam suam tolerabat: nec contra obiectum mouebatur. Haec recitat Benedicti in repe. c. 1. in verbo, duas habens filias. nu. 39. detest. Et dicit Beroaldus in tractatu de felicitate. Clemens est prima dos Regum, autore Vopisco. Hinc apud Claudianum Theodosius Honorio filio salutiter præcipiens: Sis pius in primis. Nam cum valcam in omni munere sola Deos aequal clementia nobis. Et, ut dicit, videtur opifex rerum aeternarum natura demonstrasse clementia insigne cipibus potissimum conuenire, quæ Reges anno sine aculeo exarmatum esse voluit, vel si spicula dedit, eo tamen ut inoluit: sacerdoti debebas. Principes, ut dicit Beroaldus, quem videoas. Imperator dicit se clementem, in auth. de met. fe. §. consideremus. col. 3.

Lucas vero de Pen. in 1. monente. C. qui milite non possunt. li. 12. ponit duodecim exempla quibus docet, quo modo clementia est in laudanda in Principe, & etiam scripsit de clementia in I. dnos. C. de suscep. & area. Pl. lib. 7. c. clementiam Caesaris commendat, ut habetur in officia Textoris. in verbo, clementes & humani. ut merat 36. qui de clementia & humana laudantur. videatur etiam de clementia Roman. per Va. lib. 5. tit. de human. & clementia. ponit Bernard de Bustis in sua 2. par. Rosarij, sermone 24. pars litera B. ibi: 4. documentum. commendat etiam & multum laudat Albertus in sua margarita practica. 2. part. tract. i. ex 5. lib. Valerij. Et etiam clementate laudatur, cum congruat Principi quod est deo debet diligere, ut cōiunctos, imo ut filios. enim communis pater omnium, ut in auth. virum quod ex do. ad finem. colla. 8. ut dicit de Pen. in I. C. de thesauris. lib. 10. Et de huius dilectione Principum in subditos, ponit Bernard de Bustis in 2. part. sui Rosarij, sermone part. 2. in litera L. Et ut dicit ibi Lucas de Paulignatus debet esse in Principe, quæ est ut filio lo, quæ multum seruanda est in correctione. 3. c. quod Christus. c. licer. 45. distin. Et tam demonstratur ex quadam mirabili & singulari pistola Ignatii, missa ad Tymophilum monachum inserta in libris Dionysij, de diuinis nominibus. videoas, cum quaestio fieri de benignitate. agnum enim clementia Reges vnguntur, ut filii eius clementiores & dulciores, notatur in cap. sacra vñct. Et plures ponit Benedicti in tractatu Raynut. in verbo, condidit. i. nume. 57. 58. & 59. de testam. quem videoas: & ludocum Clithou in tract. suo, de vera nobilitate. c. 14. ubi ait in bus iracundiam vitandam esse, & clementiam lendam.

**S**eptima consideratio. Principes etiam laetur ex affabilitate, & ex facilitate ad eum admissi. Quoniam interrogatus Agellus quod paecto gloriam quis inter mortales consequatur. Respon. optima dixit, nec non pulcherrima. c. 2.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

127

**A**menit. Pulcherrimum autem cum primis est, & in Principi elonge speciosissimum, exhibere se esse omnibus obviuum & facilem: audire benigne, & commiter, desideria adeuntium. Nam, vnde dicit Clitophonus in tract. de vera nobilitate. c. 12. Nihil enim aequo animo hominum deuincit, gratiā quendam & allicit, atque morum facilitas, moderatio animi, aequalitas, humanitas, & in omnes affabilitas. Enim uero, hae subditorū mentes astrinxerunt superiorum amorem: sicutque, ut eos reuerentur, colant et obseruent, afficianturque in ipsis amore singulari. Ex hac adeundi facilitate, miro preconio Pompeius magnus extollitur a Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panegyrista ad missum suum facilitatem: dc quo dixi supra in 1. par. 26. consideratione, vbi de salutare fit mentio. Hoc & iuris consulti in Proconsule ac Præside, vel utilitatis necessarium depositum: ut scilicet omnium desideria audiant, & in adeundo se facilius præbeat. nec quicquam. §. obseruare. ff. de off. proconsulis & legati. Et, ut refert Beroaldus in suo libello de optimo statu. Philippi. Macedonum Regem olim adiuit anus paupercula rogans, ut cuiam audire vellat, qui, cum respondisset, ociosum se non esse excla mauit anus. Etiam ne regnes? tamquam imperare non debat, qui adeantes adiutemini. Verbum hoc demissus Philippus, & illa audiuimus diligenter, & carceris deinceps præstare se facilem. Huius affabilitatis, & facilis administrationis, nobis est etiam exemplo Alex. Magnus, suis milibus summo pere dilectus, quia humanus & affabilis erat.

Plura exempla è diuerso, quo inodo nocuerunt difficultates aditus & superba responsa, scribunt Berroaldus & Clitosteus vbi supra. Ex quibus lucide apparet, quod princeps debet obseruare illud Ecclesiasticum principem. Rectorem te posuerunt, noli extollere, elo in illis, quasi unus ex ipsis. Et illud dominum nostrum documentum euangelicum. Nolite in sublimet tolli.

**O**traua consideratio. Principes etiam ex liberalitate laudantur, & commendantur, quæ multum conuenit Principi. I. cum multa. C. de bonis que liberis. Ut enim imperialis fortuna omnes supereminentias, ita oportet principales liberalitatem culmen habere præcipuum: & dicit F. Patrius tit. 9. lib. 4. de Regno & Regni institutione: quod liberalitas summo pere Princepem commendat. Hinc dicit Bal. in l. Legaris, in fi. c. ad l. Falcid. quod proprium Principis est, quod debet esse liberalis & gratiosus. I. in fin. C. de caducis tollend. si quis rogatus. §. ultimo. ff. ad Trebelianum, & de huiusmodi liberalitate in Principes ponit Bernardinus de Bustis in secunda parte sui Sermonis. sermo. 24. secunda parte, litera I. Facit, quod habetur Prover. 22. Gloriam & honorem acquirit qui dat munera. & c. 18. Donum hominis dicitur via meus, & ante Principes spaciū ei fa-

cit. Imò donare, quod est liberalitatis, laudatur, etiam si non præstetur: vt facit text. in l. cedere. §. munus. ff. de verb. sign. vt dicit Lucas de Penna in l. vnic. C. de castrensi omnium palati. peculio. libro duodecimo. Et Artaxerxes Xerxis filius aiebat: beneficium addere longè magis regale, quam auferre.

Et haec liberalitas viguit in Tito Impera. ad quem nemo accedebat postulandi gratia, sine re aut spe habendi. Et interrogatus ab amicis cur plura pollicetur quām præfare posset. Respondit, quoniā nō oportet quenquam à facie & sermone Principis tristē recedere. Et recordatus super cœnā, quod nihil tota die illa dedisset, dixit: Hunc diē perdidī. Et vnde ait Seneca lib. 2. de beneficijs. Quod Ale. cuidam petenti vnum denarium, ciuitatem dedit: ille vero dicit, tantum donum non conuenire fortunæ suæ, cui Alex. Nō quero, inquit, quid te accipere oporteat, sed quid me dare. Et de eodem narrat Seneca epi. 4. quod respondit cuidam ciuitati, dimidium omnium suarum rerum eidem promittenti: Eo, inquit, proposito veni in Asiam, non quod acciperem id quod dedissetis, sed vt habetis id, quod reliquissim. Et de his liberalitatibus Alexandri, ponit Ilo. Lupus in sua reperit rubricæ, dc don. inter virum & vxo. §. 9. vbi amplè liberalitatibus nobilium.

**N**ona consideratio. Etiam laudem, gloriam, & honorem consequuntur ex magnanimitate, & magnificencia. Tex. est in l. 1. C. de thesauris, lib. 10. ibi, & vt Imperatoria magnanimitatis videatur peruenire liberalitas postulando, & ibi Lucas de Penna. qui ponit differentiam inter magna nimitem & magnificientiam: cum magnanimitas sit in honore, magnificencia in expensi. Vel magnanimitas sit in agressione, magnificencia in cōsummatione. Et dicit Lucas de Pen. in l. 1. C. de veteranis. lib. 12. quod in Principi magnificencia circa duodecim præcipue versatur, quæ ibi ponit, & de huiusmodi magnanimitate, & magnificencia amplè Aristoteles 4. Ethicorum. c. 2. & 3. vbi multum commendat & laudat Principem magnanimum: & plura personatum Thomam secunda secundæ de magnanimitate. Et per Egidium de regimine Principum. c. 24. quod incipit, amatores. & c. 19. haec enim virtus solis Regibus ac Principibus conuenit, vt dicit Franciscus Patrius in suo lib. de Regno & Regni institutio. li. 7. tit. 10. vbi etiam de magnificencia: & quomodo Cæsar & Porsena fuerint laudati de magnificencia.

**D**ecima consideratio. Principes laudem, gloriam, & honorem consequuntur ex sapientia, quæ maximè requiritur in Principi. I. pe. C. de his quibz. vt indignis. ibi. ne Princeps philosophia plenus, & habetur Eccle. 10. Principatus sensati stabilis erit, Rex autem insipiens perdit populum suum. Qualis n. est rector ciuitatis, tales habitantes in ea Eccl. 10. Salomon. n. ad regendum populu non

## Q V I N T A P A R S

diuitias, non dics multos, sed sapientiam postulauit. 3. Reg. 3. Et de Christo dicitur Ieremias 23. Et regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iustitiam & iudicium in terra. Nunquid Abraham, qui fuit pater multarum gentium peritus fuit in omni sapientia Aegyptiorum? Aetuum 6. Namquid David habuit sapientiam sicut Dei? 2. Reg. 14. c. Nam regale opus est, sapere & dijudicare. vt ait Tullius lib. 1. de divinatione: & refert Iacobus in suo sophiologio Sapientiae. lib. t. c. 2. vbinarrat multos Reges, qui dilexerunt sapientiam: & ibi maximè de Alexander, qui cruditus fuit ab Aristotele: de quo amplius dicam infra in 10. huius libri parte, in 1. consideratione. Et refert etiam Ant. Flo. in sua chronic. par. 5. ti. 16. c. 2. §. 5. quod Offredus Rex Angliae, iam duodenus, expers omnis literaturæ erat, vt ibidem de eo habetur plene, & ibi multum commendatur propter eius literaturam, per quam magis quam viribus Regnum suum optime rexit. Et, vt dicit Ari. in Ethicis, Nemo iuuenes eligit in Duce: quia non constat eos esse prudentes, & ideo dicit Sapiens Ecclesiast. 10. Vt tibi terra, cuius Rex est puer. & dicit Boetius de consolatione, in 2. & Val. lib. 7. ti. de sapiente dicit aut saetis. & recitat Benedicti in sua rep. c. Raynu, in ver. duas habens filias. num. 102. de test. in additione, Platonem dicentem, beatas esse ciuitates si aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur: & vt inquit Seneca, seculum esse aureum si sapientes regnarent. Ideo Sapientia 6. dicitur. Concupiscentia sapientiae deducit ad Regnum perpetuum. Si ergo delectum in senibus & sceptris Reges populi, diligite sapientiam, & in perpetuuni regnetis: diligite lumen sapientiae, omnes qui praestis populis. Multitudo enim sapientum, est sanitas orbis terrarum, & Rex sapientis populi stabilitamentum est. Et ex predictis, Bernardinus de Bustis in loco supra allega, in litera H. dat documentum Principibus ut illi sagaces: ex quo dicendum est, quod in huiusmodi sapientia laudari debent. Ad quæ faciunt, quæ dicit Lucas de Pen. in 1. omnes. C. de decur. lib. 10. in 12. col. vbi dicit, Impossibile est enim vt salubriter disponat Principatum, qui non agit consilio sapientum. Eccl. 9. Et Polycraticus. lib. 5. e. 6. de his pauca dicenda sunt, cum pauci tales reperiantur. Legiture enim in Polycrateo, lib. 4. quod Traianus Rex Romanorum, hortatus est Regem Francorum, vt filios suos liberalibus disciplinis instrui procuraret, dicens, quod Rex illiteratus, quia si quis coronatus.

Et ideo Principes debent habere in honore doctores, & non ignaros: quoniam vt ait Pogius in epistola ad Nicolaum quintuum. Vbi doctrinam ceasant exercitia, ibi nullum inter doctores atque indoctos discernere videntur. Vbi nullus virtutis locus, nulla studiorum ratio habetur. Virtus ibi tegnatur, torpecent ingenia, Principatus & Regna decidunt, retumq; omnium dominetur cœfusio-

necessæ est, & prouenit talis ruina: quia impenitinationes, sanguinem sequuntur, & noctes, vt dicit Benedicti in sua repe. c. Raynu in verb. condidit, primo. nu. 34. de testamento.

Et sapientia in Regibus, est multum necessaria, quoniam, vt ait Vegetius lib. 1. de re militari. M. Iulius, inquit, est, cui sapientia conueniat magis. Principi, cuius doctrina omnibus debet præsubiectis. Nam, vt inquit Polycraticus lib. 1. Sapientia fecit Romanos dominari. & ibi dicit Iacobus in suo Sophiologio Sapientia c. 5. Dicam infra in 10. par. quomodo sapientia sit necessaria, utilis & laudabilis.

**V**NDECIMA consid. Principes multum tur, & gloriā, & honorem consequuntur, ex castitate, & continencia. Cum vt ait Imperator in 1. si qua illustris. C. ad Orific. Illustribus emittatis obseruatio præcipuum debitum est. Imperator pudicitiam semper esse colegendam, sicut. Hinc, per illum rex. Ioan. And. in c. 6. presbyterorum, quod non valeret dispensata per Papam, cum nato ex coniugato non soluta nobili, nisi de nobilitate fieret mens. Fel. in c. postulati. in 4. col. de rescriptis. Non dicitiam & castitatem præ oculis habun. A. lech, Palæstinorum Rex, quia visa pulchra Rebeccae iocantis cum Isaac viro suo, per omni populo, dicens: Quis tegerit hominem uxorem, motte morietur. Gen. 26.

Hannibal Carthaginensis Dux inuidi. Qui vt Trogus refert, nunquam inter inimicos captiuas mira pulchritudinis puellas, casuas perdidit.

Et Marcus Claudius Marcellus, Romanus consul, teste Augu. lib. 1. de ciuitate Dei. cap. 2. captam Vrbem Siracusam, eius ruinam & priusquam ciuitas inquadreverit, edidit petuo constituit, ne quis corpus liberum ret.

Et Alexander, vt Vegetius lib. 2. de coniunctione Alexandri narrat. Licet diues & potestissimi esset, cum ei pulcherrima Virgo oblatam tamen nobili desponsata, illam non respexit cum dono ad virum suum remisiit.

Sic etiam Scipio Africanus, alterius Scipii filius, vt Valetius tradit, libr. 4. de abstinentia continentia. Cum in Hispanias profectus esset Carthaginem, Virginem quandam sp. captiuam, vt etiam Liuius dicit, sponsaque concessit, puellæq; præmium donis nomine nauir, vbi prius omnem carnis voluptatem, stris amouerat, ita, quod duo scutorum magnuntur ab eius tunc exercitu abiisse. vt id fert Val. lib. 2. de disciplina militari, & dicit fra in 7. pat. Id item Totilai, ferociissimum Regem Gothorum fecisse cum Reginam validam, nulla ingenua mulier, Virgovel nupta, aut foret, violaretur, præcepisse, idque securi- cœfusio-

difficiliterat Ant. Flo. in historia 2. par. ti. 1. c. 5. hæc dicit Benedictus in d. sua repet. c. Raynu. in verbo, cum Petro tradiderunt. n. 71 & 72. Et ibi videatur quid etiam cueniat Principibus effeminitatis. Quia cuum non sit materia nostra: quia tantum ea, quæ ad laudem attingunt dicere intendo & non alia ad ibi dicta te remitto.

Et non solum Principes laudantur ex huiusmo di continentia carnali, sed etiam ex continentia gulae, avaritiae, & ambitionis, & superbia, ut de continentia gula dicitur de Alexandro, lib. 4. Vegetij dicitur militari, quod in irinre ambulans cum amicis accepto pane vesci solitus erat. Item legitur de Scipione Aemiliano. Et Caronem fuisse contentum eodcum vino, quo remiges suæ serui rcmi gantes. Et de Arubolo Rege Barbarorum, qui deinceps Romanos, legitur fuisse contentum, quod ante noctem non requiecebat, dc nocte surgere solitus erat, & in crepusculo ad coenam vacabat, ut videt Vigeius, qui narrat de alijs. quem vide.

Erit gestis Romanorum legitur, quod Cæsar exanimis inimici atque vulgaris, & tantum vescebatur loco, & tempore, quo stoniachus desiderabat.

David etiam concupitam aquam effudit. 2. Regum 23. & 41. dist. c. dclix. c.

Et Alexander, qui cum in inaquosam terram & inuiam potum inuenire minime poterat, si lababar cum suo exercitu fugiens, aquam inueniram a Chitone milite, in aurata galea oblatam, volenti plus Regi, quam sibi ciuium sicuti consilere, effundebibent coram, alijs magis sicuti laudauit tam, & remunerauit militis bencoualentiam.

Eius pater, quod antiqui Principes non quæbant lauavel pretiosa alimenta, nec cepulis, vel comedationibus vacabant. 44. dist. ca. collationes. §. 1. dc. consecr. dist. 5. ne talcs. 16. dist. per totum. & 35. dist. §. 6.

Et de continentia, à cupiditate avaritiae ipsa etiam viguit in Principibus, ex qua laudati fuerunt. Unde narrat Valerius lib. 3. Cum Scipio accusaret apud Sen. Ro. de pecunia, respondit: cum rotam Africam vestre potestari subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur præter cognomen retuli. Et iterum addidit, non me Punica id est Africane, nec fratrem meum Asiaticæ & gazæ avariarum rediderunt.

Narrat etiam Valerius lib. 4. de prædicta continentia Principum, vbi ait de Marco Curio, qui fuit uorma frugalitatis. Cum enim legati Sænensium venissent ad eum in agresti Scamno afflitem foco, atq; in catino coenanrem, & magnum pondus auri atralissent, & benignis verbis inquit assentient ut auro uti vellet, Vultum risui dissoluit, dicens: Superacut enim ne & dicam inepte, aurum obtulisti dicitur Samnitibus, Marcum Curium malleolus imparc, quam ipsum fieri locupletem: Atq; istud, ut preciosum, ita malo hominum

excogitatum munus refertore, & memento me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. Hæc ille. Et tibi ponit alia de eo, & de Fabricio Lucinio, & dc pluribus, quos vide. Sed multum facit quod dicit Tul. lib. 2. offi. Nullum vitium deterius avaritia, præsertim in Principibus Rempublicam gubernantibus, vt refert Lucas de Pen. in l. profclos. C. de muncrib. patrimoniorum, lib. II.

**D**odecima cōsī. Principes laudantur ex fortitudine, quæ est vna ex quatuor virtutib. cardinalib. habens in se donū fortitudinis & præcepta, vt resistatur hostibus, vt formido sit. Habet plures partes potentiales, de quib. habetur ample in l. vnica. C. de metropoli. Berito, libr. II. vbi amplè ponit de septem virtutibus: Quarū tres sunt theologica, scilicet fides, spes & charitas: & alia quatuor sunt cardinales, scilicet iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Et iste sunt multū in Principe necessaria, & ex his laudantur, & honorantur, vt dixi de aliquibus, & dicam infra. Et tanrū hic rectigi & rango ea, quæ faciunt ad laudem, & honorem Principum, cum hic sit locus de his, quæ concernunt alias virtutes non maxime necessarias, licet tamen omnes viles videantur. Luc. de Pen. in d. l. vnica. C. de metropoli Berito. Vnum tamen aduerēdum est, quod latius infra suo loco 17. par. discutitur de huiusmodi virtute fortitudinis, quæ multū necessaria est in militibus: & etiam temperantia quæ est alia virtus cardinalis: Ideo aliter hic non insisto, & etiam quia satis in discursu huius partis tangam ponendo alias laudes & honores Principum.

Et de temperantia, quomodo sit necessaria in Principe, & non declinet in virtutis excessum; id est ad dexteram & sinistram, & non per abrupta vitorum via virturis devierit, optimè differt Polycra. lib. 4. c. 9. Vbi dicit quod iniuriam nō admittit. & vide Acgidium de regimine Principum lib. 2. de temperantia. c. 15. Et de huiusmodi fortitudine, vide Martinum magistrū, qui tractatum vnum fecit de fortitudine latis amplum, ad quem recurre.

**D**ecimateria consideratio. Etiam Principes ex fide, gloriam & honorem consequuntur. Quoniam nihil est quod lumine clariore præfulget, quam recta fides in Principi. l. epistola inter claras. C. de sum. trin. & vt ait Tul. li. 1. offi. Neque enim vlla res vehementius Rempublicā continet, & est fundamentum iustitia. Quoniam, vbi non est sana fides, ibi non potest esse iustitia. c. vbi. 24. q. 1. & dicit Luc. de Pen. in l. quoties. C. de ponderato. & auri illato. lib. 1. o. q. fides præfert prudenter. & ibi multum ample commendat fidem: & dicit tex. in c. in qualibet. 23. q. 8. quod Rēpublicam magis quam ludores corporales gubernat, vt dicit Luc. de Penna in l. probatorias, C. de diuersis offi-

## Q V I N T A P A R S

officijs, lib. 12. Vbi ponit multiplices effectus fidei. Fran. verò Patritius in lib. de Regno & Regni institutione, lib. 8. ti. 20. in principio dicit, quod fides in Principi tanto splendorc fulget . vt sine ea omnes Regum ac Principum virtutes obscuriores fiant: Ab ea singulæ sic lumen accipiunt, vt à sole luna, sydera ac stellæ omnes. Vnde, vt dicit, Prudentia, sine fide, vana ac mendax esset, & vasta quædam versutaq; calliditas temperantia tristis ac veracula. Quid laudis famæ aut gloria Princeps habere potest, qui vanus mendax aut infidulus est? quid turpius aut grauius quam fidem fallere, promissa non præstare, conuentisq; non manere? Vnde res fert de Sexto Pompeio, quod cum cœnabibus in naui apud Puteulos Antonio & Octauio, apud Sextum Pompeium Magni Pompeij filium, qui tunc conciliati societatem iniuerant, Menodorus Pompeianæ classis præfetus, per internum Pompeio significauit, tunc tempestiu[m] esf[er]e, parentis ac fratris iniurias vleisci: quod si occasio in sumere vellet, se operam daturum, vt è nauibus eudar nemo. Cui Pompeius, reser, inquit, Menodoro sine me id facere licere, qui iam peccare consueuit: mihi autem nefas esset, qui fidem fallere nefcio, quæ quidem vox & decora fuit, Magni Pompeij filio digna.

Parmenoni quoque suadent quidpiam Alexandro, quod prater fidem ac decorum esset, respondit: Facarem id quidem si Parmeno esset. verùm Alexandro neutiquam licet: nec id iniuria dicebat Alexander. Nouerat enim vir animi tam excelsi, qui sibi orbis terrarum polliceretur, nihil esse posse, quod magis gloriam suam obscuriorē redderet, quam si promissam fidem aliqua ex parte falleret. hac Patritius ibi: Et ibi ponit de fide Romanorum, & de infidelitate aliquorum, quem vide. Textor etiam in sua officina ponit fidelissimos. & ibi ponit paucos: suo loco inter alios ponit Attilium Regulum, qui maluit ad supplicium redire, quam datam Carthaginensibus fidem violare. De quo etiā Benedicti in dicta sua repe. c. Raynurius, in verbo, testamentum, terrio, nu. 18. de testament. de quo etiam in l. postlimij ius. in §. captiuus ff. de captiuis & postlim. reuersis. & etiam Silius, lib. 6.

Seranus clarum nomen tua regia proles,  
Qui longum semper fama gliscente per ævum  
Infidis feruare fidem memor abere Panis.

Et non est mirandum, si Textor ponat paucos fidelissimos: quoniam hæc virtus est valde chara & valderara. vnde Prover. 12. Virum fidelem quis inueniet? & 1. ad Corint. 4. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, queritur, inquam, & vix inuenitur. Tempore enim Christi inter duodecim Apostolos inuenitus est unus infidelis & alij fideles fuerunt: hodie verò duodecim, & plus inueniuntur infideles, quam inuenitur unus fidelis. Huic virtuti committit dominus bo-

norum suorum dispensationem, Matth. 24. putas est fidelis seruns, & prudens. Ethnicus dat Deus gloriam suam, Matt. 25. Quia super ea fuisti fidelis, intra in gaudium dominum tuum, iam huic virtuti dat Deus augmentum gratia cœ. 19. Euge serue bone & fidelis, quia in morte fuisti fidelis, cris super decem ciuitates. In die vero do stylum Textoris, propter paucitatem rati paucia dicam.

Et talis fides, maximè in Principib. effida, quando est cum iuramento, prout seruus Alexander (contra ratmen eius velle) prout Valerius. Qui cum irat ad dissipandum ciuitatem nomine Limpacum, obuiā habuit Anaximenes præceptorem suum: quod serens Alexander pro ciuitate eum interpellaret, iuramento pernit, dicens se non facturum quod perijisse capiens Anaximenes postulauit, vt prælibanum tam destrueret. Quod audiens Alexander paci reliquit: quod hodie non faciunt Pro. Sed quia me intentionis est, ponerelaudum, & non malefacta nec viria: Videatur G. Bened. in sua repetitione. Raynurius. in testamentum. tertio numero 42. & 43. de mentis.

**D**icitur etiam quarta confide. Ex tribus virtutibus laudat, & adhuc apud omnes laudat. Principatus Romanorum: ex quibus etiam compendi possunt, ex quib. Principes sunt laudari, quæ sunt scilicet sincensor patria, traditio legum sanctissima, & morum nevolentia. Nam, v. ait Aug. 3. lib. de ciuitatibus plures causæ ex quib. Romani claverunt, prius & ex eis tanquam mercedem condignam: minium meruerunt. Hinc dicitur 2. q. i. b. ad Romanis virtutibus promeruerunt Imperium: inter illas, post supradictas, quas declaravimus ponemus tres, quæ multas ex predicatione prehendunt, quæ omnia faciebant ad honorem, & gloriam consequandam.

Quantum ad primum, pater ex exemplis manorum. Quoniam tota corum intentio in regimine ipsorum, & administratione dicitur ad conservandam Reipublicam, vt ciuitatem sulerent præfectibus. Vnde Augustus de ciuitate d. lib. 5. cap. 6. & 7. inducunt verba Salutis: Catilinæ, sententiam Catonis in dicto lib. tam de virtutib. Romanorum veterum vnde Respublica diuina prouidentia facta erga, dicens: Nolite, inquit Catone, maiores armis Republicam magnam fecisse: sed etiam esset, multò pulcherrimam nos habemus, quippe sociorum atque ciuium, præterea rum, & equorum, maior copia et nobis, quippe suis. sed alia sunt, quæ viros magnos fecerunt, nobis nulla sunt: domini industria, foris iustitia, peritum, animus in consulendo liber, nec deinceps libidini obnoxius. Pro his, nos habemus

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

129

nam, & auaritiam publicè: egestatem, opulètiam, ludamus diuitias: sequimur incertam, inter bos- & malos nullum disserimen: omnia virtutis premia ambitio possidet, vt ærarium esset lo- cuples, res priuatae egebant, nunc econtra.

E hic sincrus Amor pro Republica fuit apud Romanos, quod Romani pauperes erant in reb. priuatis, & utilitatibus publicis consulenter, vt nat- raliter. Aug. d. 5. lib. ca. 18. de Lucio Valeriode, funeto in suo consulatu, qui adeo pauper fuit, vt nummis à populo collectis eius sepultura curare- tur.

Cosimile narrat Vegetius de re militari. de At- filio & Regulo, qui cum summis reb. præfuerit, adeo pauper fuit, vt coniugem liberosque in agello collocauit, qui abvno villico colebatur.

Item suos non patiebantur filios præfici nisi posset proficer: vt legitur de Aelio, qui noluit, quod filius suus eligeretur Imperator post eum, dicendo, principatum deberi meritis, & non san- guni: prout nec etiam fecit Moyses, quod facere potuerit. c. Moyses. 8. q. 1.

Vilitatem, & salutem Rei publicæ, propriæ vi- træ ponebant, prout narrat Aurelius Aug. lib. i. de ciuitate Dei. cap. 15. & Tui. de officijs. lib. 1. & 3. Quod cum Marcus Regulus esset ductus à Car- thaginiensibus, & misitus Romanum sub iuramento redendi, pro commutatione captiuotū: Ille Ro- manoviēs, in senatum venit, & captiuos reddi, vel commutari negavit esse vtile: quod adolescen- tes, & boni Duce, ipse autem Senectute consecutus. Ercum retinetur à propinquis, & amicis, redire maluit, magis quam hosti fidem datam strangere. Nam secundum Aug. fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est. 24. q. 2. noli. Quod quo- modo intelligatur notatur ibi, & in clem. Romani. porro. de iure in. & per Ale. in l. 1. ff. de dolo. Nam graue est fidem fallere. l. 1. ff. de cōst. pecunia. Narrat etiam idem Aug. lib. 18. de ciuitate Dei. c. 18. & Tui. in lib. de Senectute. de Theodoro Rege Atheniensi. Cum enim instaret bellū inter Athe- nenses, & Peloponenses. & accepissent in responsis, illi essent vñctores, quoru Dux occideretur, hoc audiens Theodorus, in habitu pauperis transiuit ad hostes, sc̄q; obiecit cīs, necem per iurgium pro- vocando. Maluit euim mori dum vincenti sui, quam vivere sub superatis. Seruauit autem iste Theodorus verbum domini, sed non propter Deum. Maiores charitatem nemo habet, quam vt ponat animam suā pro amieis suis lo. 15. & lo. 3. Ille pro nobis animam suā posuit, & nos debemus profratib. nostris animam nostram ponere. & I. Macca. 9. Moriamur in virtute propter fratres no- stros. Sed qualiter hoc intelligatur habetur 6. q. 1. s̄hot tunc. De hoc etiā de pœn: d. 2. c. qui vult fa- cere. & c. si quis tanquam, & v̄tai Tui. lib. 2. offi. Ex iustitia Platonis, fuerunt duo præcepta volentib. proficie Republicæ, sen prodeße: vnum, vt vtili-

tatem ciuiū sic tueantur, vt quæcunq; agant, ad il- lam referant, obliiti commodorum suorū. ad hoc 8. q. t. c. sunt in ecclesia. Alterum, vt totum corpus Reipublicæ tueantur, nedum partem aliquam tu- eantur, vt quæcunq; agant ad illam referant, obli- ti commodorum suorum, reliquas deférant. Et ideo Aug. eo. li. narrat de Marco Curtio, qui se ar- mato equo sedentem in abruptum terra: hiatum precipitein dedit, vt pestilenta cessaret ab vrbe. Idem de Marco Regulo, qui consulendo saluti vr- bis, à Carthaginensib. est occisus.

Nec pariter parcebant filiis pro Republica, pro- ut narrat Valerius lib. 5. & Au. li. 5. de ciuitate Dei. c. 18. de Bruto, qui filios comprehensos, pro tribu- nali virginis cōdi, & pōst ad palum religatos, securi percuti iussi: quia dominationem Tarquinij à se expulsam, reducere voluerunt. Exiit enim patrē, vt ageret consulē: orbatusq; filiis quā publicē vin- dicta deesse maluit. dc quo poeta laudator ait:

*Natosq; pater nouabellamouentes,  
Adponam pulchra pro libertate locabit.  
In felix, vicinus ferent ea fatam inore.*

Sed versu sequenti consolatus est in felicem, sic dieundo.

*Vicit amor patriæ laudumq; immensa cupido.*

De qua immensa cupidine landis dixi supra in prin.

Narrat etiam idem Aug. vbi supra de Torqua- to, qui filium non quia contra patriam, sed etiam pro patria pugnabat: quia tamen contra imperiu- um suum, licet viciſet, occidit, vt plus mali in ex- emplo contempti imperij, quam gloria occisi ho- stis esset: sumens in hoc exemplum à Saul Rege, qui Jonathan filium suum, qui contra hostes strenuissime dimicarat, quia cōtra edictum suum fe- cerat, de non comedendo fauorum nielli, causa ne- cessitatis comedit, etiam ignoranter, & ignorans cōdūm patris, occidere voluit, nisi populus obſti- tisset. I. Reg. 14. c. 32. q. 2. §. Item opponitur, ver. Io- nathas. facit etiam pro hoc. 23. q. 5. cap. si audieris. Deute. 16. c. disciplina. dist. 45. ibi. Ite, & redite. & Exod. 32.

Narrat etiam ibi Aug. multa alia exempla de laude Romanorum, ratione amoris quem habe- bant in Rempublicam. Ex quibus sic concludit, Talibus, inquit, dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentia, quādo res humanas iudicat talib. dominis effē dignas, prout & dicen- dum est de quolibet domino, & Principatu, maxi- mē nostro, vbi tot miranda Deus Regibus no- stris concepsit, vt dixi & dicam.

Secunda ratio, ex quo Romani dominia, & principatus habuerunt, fuit traditio legum, san- ctotorum per ora Principum diuinitus promulga- tarum. I. leges sacratiſſimæ. C. de legibus. 16. q. 3. c. nemo. ad conseruandum vnumquaque in sua iustitia. Vnde vt dicit Augu. lib. 18. de ciui. Dei. c. 22. quod Deo placuit, orbem terrarum per Roma

k nos

## Q V I N T A P A R S

nos debellare, & in vnam societatem Reipublicæ legum perductum longè lateque parare. Vnde idem Aug. in 5. lib. c. 15. dicit. Quod quia Romani avaritiae restiterunt, consuluerunt patriæ consilio suo libero, neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxij, sed his omnib. artibus tanquam vera via nisi sunt ad honores imperium, & gloriam: honorati sunt in omnibus ferè gentibus, imperij sui, leges imposuerunt multis gentibus, hodieque literis, & historia glorijs sunt penè in omnibus. Extraditione autem legum, & iustitiae administratione, quāto tempore viguerit Regnū Franciæ ex Chronicis satis dixi ante, & dicam infra, & inter alia Regna mundi, vt dixi, semper in eo plus viguit iustitia.

Quanta autē iustitia viguerit apud Romanos, satis appetat in Paulo Cæsarem appellatè, de quo Festus praefat ait: Cum eis enī Iero solymis adierunt me Principes, & seniores, postulantes aduersus Paulum damnationem. Ad quos respondi, quia non est consuetudo Romanis damnare, priusquam habeant accusatores, literas defendendi accipiendi, ad abluenda crimina accipiat, vt habetur Actuum 16. & c. 11 in adiutorium. 10. dist. & in pluribus alijs chronicis, quas longum, & fastidiosum esset recitare, cum iam hæc pars sit satis onerata.

Tertia rario, propter quam Romani laudem, & gloriam meruerunt, fuit morum benevolentia in conseruando amicitiam. Est autē secundum Se necam animus hominis generosus, qui magis suavitate verbi, & operis ducitur, quām rigiditate trahatur. Hoc autem fuit proprium Romanis. Praecipua laus in eis erat, parcere subiectis, & debellare superbos: & accepta iniuria ignoscere malleabant, quām persequi, vt dicit August. libr. 1. de ciuitate Dei. c. 6. & propter eorum morum strenuitatem, ludi confederati sunt cum eis, primo Maccaborum 8. & refert Augu. plura exempla de benignitate morum Romanorum in d.c. 6. supra allegato.

Ex quibus debent etiam aduerttere Principes Christiani, quod si Romani, qui non verū Deum colebant, ex talibus laudebant, & gloriam meruerunt, quod si prædicta habeant, quod non nullum gloriam humanam, quæ sunt merces Romanorum, vt habetur per Aug. lib. de ciuitate Dei. c. 15. sed etiam mercedem sanctorum, quæ alia est, habebunt. eodem lib. ca. 16. vt etiam dixi supra in consideratione.

**D**ecima quinta consid. Reges, & Principes, etiam ex latagente, gloriam consequuntur, vt habetur 1. quæst. 4. c. ecclesia. §. hic itaq. Nam gloria Regis in latagente, quoniam, quanto quis maiorib. præstet, tanto maior ipse, & honestior est, in auth. de defen. ciuitatum. §. nos igitur. colum. 3. & quanto maiora quis tractat, tanto maior est de cōf. d. s. c. de his verò. Hinc etiam Greg. in moralis-

bus, & Salustius in lugurtino, maximam gloriæ in maximo Imperio putauere, vt declarat Lu Pen. in 1. 2. in 3. col. C. de dignitatibus. libro 12. b. cit quod dicit idem Lue. de Penn. in 1. 2. in 2. C. de his qui sponte munera publica. lib. 12. & cit tex. in auth. constitutio, qui de dignitate sumus, quod præmium dignitatis est, habet. Etos. & in §. generaliter dicit glo. no. nobis propter subiectos. & probat hoc Baptista. Casp. lupus in suo consilio. de præcedentia, & prænentia monachorum, & canoniconum regnum in 18. col. ver. nec per vos. vide infra in 1. co deratio. tequen.

Aduerte tamen, quod Princeps non potest sine multis, vt in 1. omniū, in principio. & lib. tarur, in verbo, inter tot. C. de testamentis.

**D**ecima sexta consi. Honor Regis, & Præcepit in pace subditorum cōsiliis, quoniam, Cassiodorus, lib. 1. epistolarum, epist. 22. decis regalis curam generaliter custodire conciliam: quoniam ad lauden regnantis trahitur, omnib. pax ametur. Quid enim est, quod Princeps in ilius prædicet, & quietus populus, consanatus, & rota Respublica morum honestate fita? & lib. 2. epist. 29. etiam inquit: Regnante gloria subditorum, oculosa tranquillitas. & lib. 39. dicit principis opinionem longè latenter subditorum custodita tranquillitas. & 5. epist. 29. Quies suauissima populi, & disposita tranquilla Regionum, præconium probatur Regnantium. Anchesis quoq; dicit filio suo: Aenea, vt refert Virgilius 6. Aeneid. 1.

*Hæc tibi erunt artes pacis, impone mitem.*

Et Principes semper eam committere debent secundum quod fecit Federicus imperator in de pace tenens. Sed amplissimè per Bald. in commento supertit. de pace constantiæ, iugib. vbi multa iura allegat.

Dicitur tamen communiter, quod sunt nrae matres, quæ generant tres pessimos filios, scilicet odium parit, nimia familiaritas temptum: & pax vitium, seu ocio. Ex quo vnu dicitur etiam quod communitas generat diuim, vt est tex. in 1. cum pater. §. dulcissima ff. de lega. 2.

De laude pacis amplè videatur per Bernardus Bostis in sermo. 34. suæ 2. partis sui Rosatij. pugia pacis, ponit Ant. Corsetus in tract. suo de testate regia: vbi ponit tract. particularem de uilegijs pacis. Est autem pax, vt inquit prophet. Esa. 32. c. opus iustitiae. & dicit Bald. in proce. Goriano. in 3. col. quod pax est animi tranquillitatem naturam seruans: & temperantiam non ex quens. secundum verò Aug. in lib. de sermonib. mini in monte, sic diffinitur: Est serenitas in tranquillitas animi, simplicitas cordis, vincula amoris, consortiū charitatis. Hæc simulatioris, bella compescit, iras comprimit, superbit.

calat, humiles amat, discordias sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extollit, nescit offari. Hanc qui accepit teneat, qui perdidit reputat, qui amissit acquirat. Sine tamen iustitia administratione, pax resistere nequit, unde Sapientia eis disponenda concordia, est lex iustitiae. Unde aduentum domini nostri Iesu Christi scriptum est Psal. 61. Oritur in diebus eius iustitia, & abundabit pax. Ideo dicitur Psal. 84. Iustitia & pax osculantur. Sex modis causatur pax, & sex causa proibentem, per G. le Rouille in suo compendio iustitiae, c. 25. de pace. Et remedio pacis resiformatur quod elade bellica turbatum est. text. in cap. 1. 34. q. & dicitur: *Otha pax pellit, efti pax nutrit amore.*

**D**ecima septima confidit. Etiam Principes temporales huius seculi, maiorem gloriam, honorificentiam, & excellentiam apud creatorem habere non possunt, quam si per eos ecclesiarum dispersam potuerit societas restaurari, tex. in c. sicut excellentiam. 23. quaest. 4. & etiam scriptum est in c. 96. dist. Boni Principis esse, & religiosi ecclesiastis contritas atque concilia restaurare: nonnulli edificare. Imo etiam potest Rex reparare ecclesias, in negligentiis sacerdotum expropriis redditibus ecclesie, exemplo loiadis Israelitae Regis, qui negligenter videns sacerdotum, captis redditibus templi, autoritate sua ipsum reparavit. 4. Regum. 12. & 22. c. & 2. Paralip. 24. Cogere enim & facere reparare ecclesias ac Religionem eius, est miseri fori, pertinens sendum Pontificibus, Iacobum Principi seculari, per tex. in l. hereditas. in his de peccatis. hanc facit l. si in aliquam aedes facras. si de officiis, pro consuete. Vbi hoc Principi pertinet, & suis maioribus officiariis, quales sunt Consules, qui apud dominum gubernatores patriarum, & praefecti praetorio, id est praesidentes in parlamento Principi regnantes. Præterea dicit tex. in c. 1. ne sede vacante, quod Rex cum proceribus Regni multum potest, & operatur circumstatum ecclesie reformatum. Habet etiam texum apertum in c. filii, vel in potibus. 16. q. 8. vbi Praelatis dissipantibus, bona ecclesia audiit potest dignitas Regia. Ita dicit, & tenet Benedicti in suarep. c. Ray. in verbo, si absque liberis moretetur, de fidei communione subsistit. nu. 34. & 35. de testamentis.

Ex quibus dictis, potest sustinere, quod Rex noster Christianissimus potuit facere reformationes monasteriorum tam monachorum, quam monialium, in suo Regno etiam exemptorum, & exemptarum de consilio, & consensu suorum Praeceptorum Regni etiam absq; autoritate summi Pontificis. Fuerunt tamen in huiusmodi reformatiōnibus multi abusus, qui non fuerunt de voluntate, & lenitate Christiani domini Regis nostri. Ervitina effetaudata facultas scribendi ea, quae hic possent scribi, ut certe cedet in exemplum, sed distinguenda sunt tempora: Et sic, uno tempore una lex bona, quae non est alio, ut dicit Bal. in l. vni. in

prin. C. de cad. toll. ita uno tempore scribenda es- sent taliqua, que alio tempore scribi non possunt. Cum, vt dicit Bal. ibi, sicut medicus obseruat tentor, ita iurisperitus, quia uno die dat vna medicina, alio die aliam, &c. vide eundem ibi. Sed ecclesiastici Iudices, & Pralati debent aduertere ne, si vi deant etiam tempus bene dispositum ad faciendum ea, quae in coru voluntate habent, diuertant à veritate, & recta prosecutione iuriū corū: & ne ea, quae facere debent per corū iuridictiones spirituales, attentent facere per potentiam secularem. Quoniam si pro varietate temporum veritas immutatur, inuenta opportunitate refecanda est potius, quam obseruanda, tex. est in c. illa autem. 12. dist.

**D**ecima octava confidit. Principes, & Reges laudantur ex pulchritudine, cum vt ait Strabo de situ orbis. l. 15. Indi, qui Catheā incolunt, adeo pulchritudinem excoluerunt, vt Regem eligant, qui forma præ ceteris præstaret, & ceterorum esset pulcherrimus. Et idem Strabo lib. 17. scribit. Aethiopes Regem constituerent solitos, qui forma eleganti cæteros excellerent. Et hoc imitantes natura, quæ Apes etiam docuit Reges sibi diligere insignis formæ, dissimilisq; ceteris, tum magnitudine tum nitore, vt testis est Plin. lib. naturalis Histo. II. c. 21. in fi. & Columella lib. 9. c. 10. Etiam Baillus Magnus in Exameron 8. vbi de apib. loquens, à natura, inquit, principatum omnium obtinet magnitudine, forma, mansuetudine, ceteris omnibus antecellens. Et, vt dicit Cepolla in tracta. de Imperio militiū eligendo. char. pe. in 10. concl. in dubio eligendus est pulchrior in Imperatore in exercitus, & dixi infra in 9. par. 17. confi. Neque immerito, quoniam plerisque gentib. in corporum maiestate, & dignitate, veneratio est, & reverentia, magnorūq; operum non alios capaces putant, quam quos specie eximia, & egregia donare natura dignata est: vt scribit Curt. lib. 5. Et Proculus Lycius philos. in commentariis, quos in Alcib. Platonis de anima, & dæmoni scriptis ita pulchritudinem affinavit, & tantum fecit, vt iustitia anteficeret, & multis comprobatur, omnne pulchrum à natura esse bonum: omnne vero turpe, malum. Constat enim pulchrum esse amabilem sua natura, quandoquidem, & extrema pulchritudo dinaria pulchritudinis imaginem ferens, est amabilis, primoq; aspectu animos ad se mouet. Et pulchrum dicitur, siue quia prouocat animos siue quia permulcat intuētes, certè secundū naturam est amabile. Quapropter, & amor ad pulchrum dicitur amans ducere. Quicquid autem est amabile est appetibile. Omne vero appetibile, est, & bonum, siue re vera bonum, siue apparet & consequitur, omnne pulchrum est bonum. Item omnne pulchrum preciosum, vt inquit Maximus Tiriensis Platonicus. serm. 11. vbi etiam dicit, quod pulchrum est, id neque exitiosum vnuquam, neque lubricum, neque flagitium aliquod efficit, neque quenquam ad infortunium ducit, aut ad calamitatem.

## Q V I N T A P A R S

tatem dedit, & q. in pœnitentiam desinit, & si amabile sit, pulchrum est oportet. Et subiungit: Et si vñquam pulchrum, versatur in terra, non alibi magis id, quā in homine pulcherrimo intelli gentissimoq; cunctorum terrestrium corporum, particepsque animi ipsius pulchris affinis cernere dicet.

Et in vniuersum Platonici omnes diffiniunt, pulchritudinem esse gratiam quandam viuacem & spiritualem Dei radio illustrante, angelo primū infusam, inde, & animus hominū corporūq; figuris, & vocib. Quæ per rationem, visum, auditum animos nostros, mouet atq; delectat, delectando rapit, rapiendo ardentī inflamat honore. Decor enim corporis, conferrat felicitatem in hoc mundo secundum Bal. in proce. ff. in ver. Flauius: in add. Et tantū existimatur pulchritudo, q. si iuuenis formosus nubat mulieri nobili, & diuinitatis tamē rugosæ, aut alijs turpi, licet sit pauper, & inops, non dicitur mulier nubere indigno, cū mulieris nobilitas, & diuinarum copia, cum forma viri compenſari debeant, per notata in simili per Bal. in c. super eo, le second. de testib. dixi infra in 11. par. Apulcius quoque lib. 2. de magia. ait etiam Virginem formosam, & si sit oppido pauper, abundat tamen esse dotatam. Affert enim ad maritum, nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentū, vnde Ouid. consonat: *Dosest sua forma pueris. hæc Cælius lib. antiqu. l. c. 13. c. 7.*

**D**ecimanona consi. Docet Bal. in c. intellecto. Col. si. de inreiu. q. honor Regis augetur per dignitates subditorū, & fit status Regis magis potens, & magis honorabilis, & timendus. facit text. in auth. const. que de dignitate lib. 5. generaliter aut. coll. 6. dixi supra in 3. consi. precedenti. & infra in consi. vt in c. videtur quod Rex Hispaniæ, quæ est 37. Maximè ad dce⁹ Regis, & Regni spectat, plures habere vasallos, & fideles, qui ei personaliter serviant, potius q. redditus feudori manusua percipere, & militib. cōducti tuis erogare: quorū nō pars est fidelitas nobilium vasallorum fidelitati, quia viri plurimi, q. pecunia redimuntur, in necessitate deficiunt. Vnde cū Ale. Magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia, & donis sibi acquireret subditos, sicut à Philippo eius patre de hoc increpatus in scriptis, vt refert Val. lib. 7. ti. de sapientia dicitis, & facitis. Vbi inquit, quām probabilis epist. quā Ale. quarundam benevolentia, & seruitiū largitione, ad se attrahere conatus sit, incepit: Quæ te filia ratio, in hanc tam vanā spem induxit, vt eos fideles tibi futuros existimes, quos pecunia ad amorē tuū cōpulifiles? A charitate istud probatur, s. amor, & benevolentia, quæ inter Principē, & vasallos suos consistit ratione feudi, & fidelitatis, & nō quod pecunia redimatur, quæ cestante, amor esse desistet, vt dicit G. Bened. in sua rep. e. Rayn. in verb. & vxorē nomine Adelasiā. in materia successionis ab intit. nu. 839. Hinc dicit Bal. in d. §. generaliter, q.

Principi licitū est infeudare Ducatus & comitatus subiectis, vt eidē auxiliū praestent cōtra hostes, modo nō infeudet ultra modū consuetū a Regū. Alienarc tamē nō potest, nec iura Regis, nec ea quæ tendunt contra honorē Coronę, ea attentare dicitur vñ pœnis, vt dicit ibi Bal. parificat iura Regi, & honorē coronat, quod esse menti tenendū. Et hoc casu, si alienatio in terra honorē coronat, aut in periculis Reipubli- niā, vt inquit, quia facta hosti, non tenet, ita iuramentū in talibus est fernandū. not. in L. fuit. ff. de dolo, quoniam in malis promissionē non seruabis, vt dicit Praepositus in c. ius m. 1. col. 1. dist. do. meus laf. 1. in prin. ff. de iu. Archidi. in c. volens. 22. q. 2. Et facit in termi- liu in alienationum tex. in d. c. intellecto, q. alienationem factam per Regem contra coronat, & contra priūnum iuramentum in sua coronatione, etiam cum iuramento renet nec valet. Faciunt, quæ dicta sunt, prima parte, in 4. conclusione. ver. in oppos. vsque ad finem.

Hinc non indecenti ordine tractari posse. An valuerit alienatio facta per Regem strum Franciscum, seu dominam Ludouicam Sabaudia eius matrem, de ducatu Burgundie mitatu Flandriæ? Qui licet sint de corona Regis & de paritate Frâcia, sicut in ita trahauerantur Caroli Austriaco in Imperatorē electo, q. eos in totum abdicabant à corona, cuam in iure superioritatis reservato. Quodan fieri potuerit, videretur quod non, ex deducib. per Gul. Benedicti in sua solenni. rep. cap. Rayn. in ver. vxorem nominc Adelasiā, in 2. decoll. q. 4. vbi fit mentio de tract. de Bretignaco. eam verbo, in eodem testamento relinques, prout nume. 131. extra de testa. & per loan. Igneum in rep. l. donationes. C. de don. & forte alibi dicam, cum temporis opportunitas numerariatur, semestreque opus ex hacre commisso posset.

**V**igesima consi. Ex seueritate laudamus cōfites, & honorantur, quoniam secundum Tul. 2. rhetoricon, Seneritas est, per quam ciaria potestas, vel vindicta, in aliquo datur exercetur. Haec per utilis est Reipublica. Nam ne operaris nulli parcit. 8. Politicorum, & 11. Tullius 1. officio. Ita probanda est mansuetus, que clementia, vt adhibeat cura seueritatem, quia ciuitas administrari non potest. Nam tempus interdum est roboris, delictorum iniurias, quām legum æquitas, vt in auth. vñ non faciat ignoratio. in prin. col. 5. Tanta est etiam in Republica de morū varietate diversitas, vt nemivis leges defendere, nisi terror videatur aliquatenus re, dicit Cassiod. 12. variarū epistolā. 3. & Aug. 33. s. c. prodest, in princ. Ministerio seueritatis quæ nostra adiuuat. Ex quibus dicitur, quod ad re- ratione

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

131

ratione in Reipublicæ conquassatæ expedit potius  
securitas, quæ temissio. Quoniam ex seueritate fô  
luso offenditur, qui punitur, ex remissione offendit  
ur. Lex. Rex & Grec, immo omnis res. Per lenitatem  
Rex contemnitur, lex despiciatur, & grec inficitur:  
Ex per grauitatem & seueritatem Rex honoratur,  
lex laetatur, grec seruat. Ita dicit Lu. de Pen. in l.  
fi. Cod. de his, qui ex publica collatione illata sunt  
non vñpan. lib. 10.

Vigesima prima considerat. Gloriosum est optimo Principi habere rationem studiorum, &  
in suis viribus constitutæ gymnaflia literatoria;  
& asylum (vt ita dicam vrendo verbis Beroaldi in  
suo tractatu de felicitate) doctrinarum patescere,  
quo agnitionis vndique conueniant multijug  
exequutionis candidati: quibus cura: est lingua  
eloquio, animum disciplinis excolere. Hoc nimirum  
cum beneficissimi Principis beneficium amplissimum est ac laudabile intitutum, honorem  
haberdicendi magistris, dignitatem emolumen  
taque sapientiae & doctribus impartiri. Etenim ut  
ingr. eleganter Symmachus, hoc specimen floren  
tis Reipublicæ, vt disciplinarum processoribus  
premia opulentia pendant. Hinc Traianum o  
mnes scriptores merito laudant, quod ingenuas  
artes earumque processores in complexu, oculis,  
& auris habuerit, quod studia humanitatis pro  
fessi lapidum eum favorabiles extiterint, denique, &  
sub ipso spiritu & sanguinem, & patriam studia  
recepire. Quoniam vero sunt studia necessaria,  
ponit ludocus Clithouensis in suo antiluthero, li.  
2. c. 29. & 30. vbi inuehit contra Luthetum studia,  
& gymnasia reprobantem.

Vigesima secunda consideratio. Honorantur  
in hoc Principes, quia coronantur maximè  
Reges, quibus datur corona pro gloria, seu victo  
riæ gloria, notari in l. i. C. de athleticis, lib. 10. Nec  
debet Rex se fine diadema, id est, corona aurea  
Regem nominare, not. Luc. de Pe. in le. vn. C. de  
tis postulatis, lib. 10. Vbi dicit, quod diadema, si  
ue corona, non tribuit Regnum, sed est signum  
honoris, & designat plenitudinem Imperii, non ta  
mentibus imperium. Et corona Regum, quæ o  
lim erat in vñ, erat magni pôderis, puta vñus: al  
ter ex auro, & gemmis preciosissimis, & vocaba  
tur diadema. Reg. 12. c. in fi. tuit David diadema  
Regis, de capite eius pondo auri talentum  
habens, & gemmas preciosissimas, & impositum  
erat super caput David. & idem Paralip. 20. Et hæc  
coronam auream portabant etiam Reginæ. Ester  
7. coronam auream portans in capite. Et vt infra  
dicam Reges Francie, & Reginæ Francie coronis  
vñcis coronatur gemmis preciosissimis ornatis,  
meritis debent esse duodecim lapides preciosos.  
Et aurea esse debet corona Regis, vt sicut aurum pre  
ciosum & grauius, & splendidius exteris metallis  
est, quomodo ex terra sumuntur, sic Rex grauita  
tis, & notum, splendoris vita: ac preciositaté intellec  
tu:.

Etus èunctos homines tenet excellere: neque n.  
est Rex, qui non per se sufficiens est, ac omnib. su  
per excellens. 8. Ethi. ex quo ergo infetur, q̄ corona  
solum Regi virtuoso debet ut. fina. C. dc statu  
is, & imag. l. i. C. de Metrapo. Betito, lib. ii.  
Et ad huius significationem & demonstratio  
nem, quod ultra alias margaritas, & lapides pre  
ciosos, qui in corona ponuntur debent apponi 12.  
lapides preciosos.

Primo enim in summitate ipsi⁹ diadematis de  
bet poni Sardius rubra terræ speciem habens, quo  
monetaryis sublimior esse in ratione loci, quo  
ponitur, id est, in Regio solio præcipuæ dignitatis,  
sæpiam tamen terrestriæ agnoscere. cum terra sit  
filius Adæ, & ad terram iturus.

Alij verò lapides suis locis collocantur, secun  
duim ordinem, s. primo Topazius lapis nimis pre  
ciosus, qui omnium colores lapidum in se habet:  
quo moneri debet Princeps seu Rex omnes in se  
habere virtutes. Reges enim illi solum diei mcre  
tur, qui se & alios virtutum plenitudine regunt.  
12. q. i. c. duo sunt.

Deinde Smaragdus, qui preciosissimus lapis est,  
adeo virens, vt omnium herbarum vires in super  
ret, & facies aspicientes sibi subditos potis  
simè magistratus faciat esse iustos. Haec viri⁹ in Re  
gib. debet esse præcipue, quoniam secundū Artif.  
ad Alex. Iustitia regnantis utilior est subiectis, quæ  
fertilitas temporis dixi supra in s. consid. huius s.  
par. & de mala iustitia Regis quomodo noceat, vi  
de ibi. & per Luc. de Pen. in le. iudices. C. de digni  
ti. 12. & de Smaragdo habetur in l. pediculis §. pen  
ff. de aur. & arg. leg.

Iaspis etiam in corona Regis debet apponi, &  
est coloris vitidis, sed terrestris: & licerit patrum  
preciosus, tamen designat in Principe, quod de  
bet procurare pabula subditis, quæ à terrâ prouen  
iunt, & per viriditatem ipsius designantur, si  
memq; repellat.

Calcedonius, qui fortissimus est natura, quam  
uis modicunus preciosus hoc instruitur, vt in obfici  
tatione iustitiae ac totius regiminis sit fortissimus:  
ne frangatur in aduentis, nec erigatur in prosperis.  
Habet enim ipse lapis in colore similitudinem lu  
cerne pallentis, quo monetur, vt anima ei⁹ sit re  
ferta prudētia, & vita sanctitate conspicua, vt sicut  
lucerna lucēs in obscuro lumē alijs præbet, sic Rex  
in consilio, & in obscuro. i. in secreto, agendum est  
sibi assistētes illuminare tenetur. In hoc monetur,  
vt sit fortis per substantiam, prudens per colorem.

## Q V I N T A P A R S

Nam prudentia latet in anima prius, quam in corpore exterius exerceatur.

Hyacinthus est, qui similis est aquæ, solis radio perfusa, quo mouetur per aquam, ut in cunctis temperatis incedat: per solis radios, ut diminis illuminatus effulget: & sic hic lapis monet Princem, sen Regem debere esse remperatum, & habere debere remperiam, quæ est vna ex quatuor virtutibus cardinalibus, de qua habetur in le. vniuersit. C. de metropoli Berito, lib. ii.

Amethystus, his tribus coloribus, purpureo, violaceo, & roseo decoratur: Hoc monetur per purpura, ut onus Regiae dignitatis attendat, postquam soli sibi purpura prærogatiuam vendicavit. I. templerent. C. de vestib. oloberis, lib. 12. p. viola, quæ herba est satishumilis, pulcherrimum tamen floridum, & iucundum odorem exhibens: Hoc instruitur, ut floreni in orum Regalium odoremque fama, seu vita laudabilis indecūenter ostendat. Per roseum suadetur, quod rata caritate flammescat; vixique ad effusionem sanguinis pro iustitia, & turba, seu populo, & suis fidelibus non lentescat.

Beryllus hic viridem & pallentem colorem habet, quo dirigitur æternorum contemplationi in hacere: vt ita cu[m] subiectorum habeat: quod plerumq[ue] nimia laborum sollicitudine redeat cum expediens ruerit, ad pallorem.

Chrysolithus, qui velut aurum fulget, quasdam ferè scintillas ardentes emittens: Hoc monetur lucem sapientia resurgere, suasque virtutes atq[ue] sentias cum verbo exhortationis, & exēplo actionis in subiectos effundere, & in cunctis bonis operibus omnes sibi subdilos præfertim magistratus similes sui facere. Nam facilis est (si dicitur) erare naturam, quam Principe sui dissimile formare posse Reipublicam, dicit Cassiodorus in variarum Epistolarum. 12.

De chrysolitho, smaragdo & amethysto habetur ff. de auct. & arg. leg. l. & si non sunt. s. prouenimus.

Sardonyx, compositus ex sardo & onyce, cuius preciosior subitus est niger, medio rubicidus, superiorius candidus, & ita sardonyx appellatur in le. fina. s. species. ff. de publica. Vt alias sardonica dicuntur, ut habetur in leg. dinus Adrianus. ff. de bonis damnatorum. Hoc docetur Rex, ut per humilitatem sit niger, id est, terra similis, vel humilis per candores, id est, per virtutes, irradieatur: per ruborem inflametur, vt si necessè fucrit charitatis officio pro iustitia debito sanguinem quoque fundat.

Sapphyrus, de quo habetur, & de aliquibus ex supradictis in l. f. s. Diui quoque Marcus, & Com. modus. ver. species. ff. de publicanis. Ultimo loco vocandus est. Qui licet non sit multum preciosus, in ministerio tamen est valde præclarus. Hic colorēm haberet aerem, alijs lapidibus in nullo participans: hic dicitur gerente reddere castum, ad quod

Reges debent nimium anhelare, non se libet voluntabro volutare, vnde plerunque sequuntur fensa Dei, & decurtatio vita. Eius colore monachus se regimine implicare, ut postquam se populus cunctis, iuxta sibi debitu exhibet, coelestia minus mente petat. Iuxta Apostolum dicitur. Nostra autem conuersatio in celis est. Et Moysi, qui post sui debitum, quod populo totaliter exhibebat, ingressus tabernaculum, non in contemplationi vacabat, extra de tenet. si. s. nec putes, prope finem. Hæc omnia dicas de Penna in rub. de auto coronatio. libr. ybi sic ponit prædictos 12. lapides eo modo, quæcum est.

Sed de Sapphyro, & eius natura, & quid dicit, dicam latius infra ista par. in 31. confid. Franciæ.

Aduerte, Quia etiam in Veteri Testamento rationale summi sacerdotis Israel 12. lapides preciosos, quatuor distinctos ordinibus, significant Pontifex cuius exemplo esset Rex quatuor capites debet habere virtutes, scilicet, austus fortitudinem, prudentialm, & temperatam singulis autem ordinibus habebat tres lapides significans, quod Pontifex in primo debet humitatem, spem & charitatem. In secundo modestiam, mansuetudinem, & benignitatem. In tertio mercem, misericordiam, & largitatem. In quarto gilantiam, sollicitudinem, & longanimitatem. lapides enim preciosos figurantur virtutes, illud: Alij adificant aurum & argentum, & dices preciosos. Ita notat Arch. in c. qui Ecclesiasticis. 36. dist. & videtur Exod. 28. v. videtur. In rame summi sacerdotis erunt quatuor ordines, primo versu erit lapis sardius, to pazio, & simodus. In secundo carbunculus, sapphyrus & in tertio ligurius, achates, & amethystus. In to chrysolithus, onychin & beryllus. In aliis auro per ordines suos, habebuntque nomina liorum Israel duodecim nominibus, & exercitutibus supradictis, quomodo ex his honoribus, & Principes sati supra dixi, maximam ex quibus magis laudantur & honorantur.

Et propriè hæc corona dicuntur triumphi sunt aureæ, & mittuntur Imperatoribus ob rem triumphi, ut dixit Textor Niuenensis. Officina in c. diuersæ corona, & in c. sc. ferumphatores, qui de diuersis Regibus & potest triumpharunt: de quibus diffusè supra in p. 36. confid.

Et aduerte, Quoniam ut dicit idem Lucius Penna in dict. rubri. Cod. de auto coronatio. 10. rale diadema Regi cum constituitur impotandum est. Nec non & liber legis in manu eius. 23. c. Eduxerunt filium Regis, & impoferunt ei diadema, dederuntque in manu eius terrena legem, & constituerunt cum Regem, & hoc eis cedotes Leuiticæ tribus. Deut. 17. & vt inquit,

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

132

caùloco ante alleg. Rex in coronacione pri⁹ exa-  
minatur, demum iungitur, benedicitur, conse-  
catur, & coronatur. tex. in c. venerabilcm ibi: est  
eūl extra de ele. & ibi lnn. & aliij.

Per hanc Excellentia Regia potestatis descendente-  
re a Christo significatur, vt ipse regnet cum Chri-  
sto, & in populo Christiano, vt ait sanctus Thos-  
mas de Aquino in 3. patre sua summa q. 108. artic.

¶ Et sicut Episcopus in capite ac manibus cum vn-  
chione debita consecratur, ex quo ea, que spectant  
ad solum ordinem intelligitur consecutus, vt not.  
in c.p. extra de consecr. eccl. vel altaris. ita & Rex  
in brachio, vel humero, seu armo iungitur, & be-  
nedicatur. c. vnioco. de sacra vnitio. ver. vnde in re-  
ten. Et hoc iustum est, quod ea quæ sunt præcipua  
Regie dignitat, intelligatur ex potestate, seu co-  
cessione diuina asecutus: & eriam ex hoc conser-  
vatur si signata, & virtutis augmentum. Nam cor ei⁹  
ad prudentiam & constantiam dilatatur. c.i. de co-  
fessis. Augetur etiam in eo gratia fortitudinis  
contra hostes extrinsecos, puta virtus, eadem dist.  
et alio iungitur, vt potestas in eo plenior ex Dei  
benedictione descendat, iuxta illud Esa. 9. Fa⁹ est  
principatus super humerum eius. & d. vers. vnde in  
vener. Vnde ratione tantæ dignitatis in eo existen-  
tis potest illud, quod habetur d. 40. c. non nos.  
Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tanta  
dignitatis attollit? in quo si desint bona acquista  
per meritum, sufficiunt quæ loci prædecessore te-  
flantur. Aut enim claros ad hoc fastigia crigit, aut  
queriguntur illustrat. Ideo inquit S. Thomas in  
capitulo de regimine Principi⁹ lib. 2. in fi. Omnes  
Reges solliciti ad reuerentiam Dic habuerunt felici-  
tem exitum: qui autem negligebant, fuerunt in-  
felicis, de quibus aliquid ante dictum est.

Diversas coronarum species describit ipse Luc.  
dicitur, quo olim erant apud Roman. putataathle-  
tarum, & eaginea, laurca, graminea, quernea, mir-  
ifica, palmea, frondea, hedralis, & populea, & qui  
bus dabantur. De quibus in prima part. in 32. cōsi.  
ver. secunda conclusio est, dixi.

Vigesima tercia consid. In sceptro, etiam hono-  
ratus Rex, quod signat iustitiam. c. Constanti-  
nus 96. dist. ibi, conferentes ci etiam imperalia  
sceptra, & Regum 23. q. 5. vbi dicitur cx. in fi. Ipsis  
autem Principibus fidem & reuerentiam seruari  
oportet. & in d.c. Constantinus scribit signa, qui-  
bus honorantur Principes, & per An. Corsetum in  
tra. suo de potestate Regia, q. 31. puta in principa-  
tu, dominatione, potestate, dignitate, gloria, vi-  
to, honorificencia, & iurisdictione super inferiori-  
bus, in possessionibus, diuinitijs, lata gente diuersa-  
rum Regionum & nationum: in palatio, in diade-  
mate, corona, sceptro, chlamyde purpurea, tu-  
rica coccinea, & alijs indumentis, quæ Princi-  
pes decent, & in diuersorum ordinum officia-  
bus, & servientibus, & alia huiusmodi. Et quo-  
modo sceptrum datur Regibus, & sacerdotib. dis-

crit Aug. Datus, in suis orationibus, oratione 38.  
lib. 3. vbi etiam dicit, quod virga datur Principibus.

Vigesima quarta consid. Principes in multis vl-  
tra alios à iure honorantur, & priuilegiatur:  
Quippe multa iura cis competit, & sunt reserua-  
ta in vim regaliam & superioritatis, quæ alijs nō: de  
quibus & singulis possent diuīscē cōsiderationes  
fieri, sed ut omnia, aut saltem maiorem partē pri-  
uilegiorum corundem comprehendere possem, istam tantum cōsiderationem pro his describam  
Principiū priuilegia continentem; maximè Rega-  
lia, & quæ Principibus competit ratione ex-  
cellentiæ dignitatis eorum.

1. Habetur in titulo quæ sint Regalia: in vībus  
feudorum, quod Principes habent plura iura ul-  
tra alia in subditos, vt sunt Armandia, quod expo-  
nitur per aliquos, quod est ius faciendi fieri arma,  
vt in auth. de armis. coll. 6. & C. de fabricensibus,  
lib. 11. Vel ut alij volunt, sunt litora, quæ sunt pu-  
blica, & Regalia, vt dicit Andreas de Isernia: quo  
ad defensionem, & protectionem, vt prohibeat i-  
bi fieri quicquam sisus litoris & publicus impe-  
diauit. Litora. ff. de acqu. rer. do. & §. litora. inst. de  
rer. diui.

2. Sunt viæ publicæ de Regalib. vt dicunt tex. in  
prin. & lo. de Iser. in d. tit. quæ sint Regalia; idco te-  
ncunt Principes vias publicas tenere turas, & de-  
fendere ab oppressionibus. Ex quo cognitio cli-  
ctorum commissorum in vijs publicis spectat ad  
officiarios Regios: cū ipsæ viæ publicæ sint de Re-  
galib. & idem dicas de portu armorum, vt dixi in  
commento nostro super consuetudinib. ducatus  
Burgum. in rub. Dcs iustices. circa fi. ver. aduerten-  
dum est, nu. 101.

3. Flumina nauigabilia, & quomodo scribit in  
d. tit. lo. de Iser. Et intellige de vestigali fluminū, quod  
apud nos dicitur pedagium.

4. Portus, id est, redditus, seu vestigial: port⁹ hoc  
est redditus, qui prouenit ex his, quæ in portu vel  
exportu vchuntur, quia sunt publica vestigalia  
stricto modo, id est, in patrimonio Regis, vel Cœsa-  
ris, vel ciuitatis, quādo sunt ciuitatum. l. inter pu-  
blica. ff. de ver. & rerum sig. Et multæ ciuitates ha-  
bent ista ex priuilegio: vtrū autem cum præceden-  
ti præscribi posse in contra Principem, vide eundē  
de Isernia in dīcto titu. in verbo, flumina nauiga-  
bilia.

5. Ripatica sunt de iurib. Regalib. hoc est, reddi-  
tus, & prouentus ex ripis percepti. Et ipse Andreas  
dicit hanc supra. dīcta Principes usurpasse: sed cum  
sit de his text. Sto illi, quicquid dixerint, qui male  
sentient de fide, volentes aliter interpretari Euani  
geliū, quām debeat intelligi.

6. Vestigalia, hoc est oœta pars ejus, quod ve-  
hitur, vel venditur solui debet. tex. in l. à prestatio-  
ne. & l. à legatis. C. de vestigialib. vt ferē in tota Frā-  
cia, vbi oœta de vino venali fisco debetur. Et  
sunt octonarij, hoc est, firmarij, & constituti ad  
hoc,

## QUINTA PARS

hoc, quā ostauas recipiunt. quō verbo vtitur text:  
ind. legatis.

7. Ius faciendi, & cūdēdi monetam, competit  
cuilibet Rēgi in Regno suo, vt est tex. in d. tit. quā  
sint Regalia. & ibi Andreas de Iser. tex. in c. quāto.  
ibi: patris tui conseruare monetam: & ibi nōt. in  
verbo, defraudara. & ibi in tex. alia sub nomine pā  
tris tui moneta cūdat. & ibi gl. in verbo, patris  
extra de iure iurand.

8. Multarum & pēnarum compēdia, hoc est,  
lucra competunt iure spēciali Principibus. tex. est  
etiam in l. multarum. C. de modo multarum. Ho  
die vērō etiam hac iura compētunt nobilibus in  
Gallia, habētibus iuriūdictionem, vt dixi ample  
in cōmēnōtō nostro super cōfūctudinibus du  
catus Burgund. titu. Desconfarions. §. i. per to  
tum.

9. Bonā vacātia compētunt Principibus, vt est  
in multis casib⁹: de quibus habetur in l. i. & 2. ff.  
de iure fisci. & in tit. de bōnis vacātib⁹. li. io. C. Et  
dixi in loco ante alleg. & vide pereundem de Iser.  
in d. tit. quā sint regalia.

10. Principibus competunt bona eorum, quā  
ab indignis auferuntur, nīsi spēcialiter aliquib⁹  
concedantur. ff. & C. de his quibus, vt in dignis.

11. Competunt Principibus bona contrahenti  
um in cestas nuptias. leg. qui contra. C. de in cest.  
nupt.

12. Competunt Principibus Bona cōdēcīna  
torum & proscriptorum, secundum quod in nō  
uls constitutionibus cauetur, etiam habetur in ti.  
de bonis proscriptorum seu dāmatorū. C. quod  
quomodo in cēdendum sit scribit Ahd. de Iser  
nia in d. tit. quā sint Regalia. in ver. condēmnatō  
rum.

13. Competunt angariarū, perangariarū, plau  
strorum, & nauium p̄fāstiones: vt eod. titu. quā  
sint Regalia. Et hic possent fieri quatuor spēciali  
lia, secūtidū quod sunt quatuor iura quā cōpe  
tunt Principib⁹, de quib⁹ recurrē ad ipsum de Isern.  
in dictō loco.

14. Competunt Principibus indicēndi seu sup  
indicēndi extraordīnāria in collationem ad fel  
icissimā eius exercitus expeditionem. Et pro cer  
to ista liabent magnam declarationem, & indige  
rēvno vōlūmē integro ad expositionē omnī  
um extraordīnāriarū collationū, quā sunt per  
Principes. De quibus dixi in tractatū meo de mu  
neribus. Et nūc nolo aliud de his refricāre, quo  
niā satis spēcīū est apud nos practicatum, nec  
estē bonū de nouo aliquid ultra adiūnuerē: &  
vide aliquid pet eundem de Isernia, in d. tit. ver. &  
extraordīnāria colla. Dixi etiam aliqua in com  
mento nōstro super consil. Ducaetus Burgund. tit.  
Des iustices. §. 4: cūius initium est, le droit de indi  
re, &c. Et iduerte, quod ipse solus Princeps impos  
nit superindīctnm. l. 2. C. de superindīct. lib. 16.

15. Competit Principibus potestas faciēndi seu

constituēndi magistratus ad iustitiam exēctā  
& expēdiēndam. Quia lege Regia populus P  
nus transtulit hanc potestatē in Principe,  
in prīn. ff. de constitū. prīn. in §. sed & quod  
pi. in prīn. insti. de iure nat. gent. & ciui. l. vī  
ca initium, ibi: regimenti Reipublie ad  
tores translati. ff. dc offi. p̄fect. p̄ato. & in  
tum enim. C. de vētri iurē enucleando. P  
enīm iudex est lūdicū, in auth. consti  
de dignitatib⁹. &c. §. i. col. 6. & vt dicit Bal  
dicatur Dux, Marchio, Comes. in ver. l. P  
Omnes magistratus & dignitatis à Princ  
fluent & deriuantur tanquam à fonte, q  
sunt omnes dignitatum thesauri recondu  
xi infra ver. 6. & in l. confid. 7. partis. veran  
tamen. & vide de materia per ipsum And  
in d. tit. quā sint regalia. in vcr. potestas co  
endorum, & seq.

16. Argentariæ competunt Principibus, b  
lige de quolibet metallo, vt declarat And  
d. tit. in verbo, argentariæ. Et quantum s  
beat fisco de metallo, habetur in leg. 1. &  
de metallatijs, & metallis, & procu. met  
alib. ii.

17. Competit Principibus solum habētū  
in ciuitatibus, & sunt propriē domus Prince  
quā solis Principibus competunt, vt in dīct  
quā sint Regalia. & ibi ipse de Iser. de his &  
lēntia illotum. & infra in vlt. par. in 77. confi  
tum est.

18. Principibus solis compētunt redditus p  
titionum & salinarum: vt est tex. ind. titu. quā  
Regalia: de cuius materiā in telleculi ipse An  
as ibi explicat in verbo, redditus p̄fāstionē.

19. Ipsis etiam competunt Bona committ  
um crimen laſe maiestatis, in quos com  
tale crimen, vt est text. ind. titu. Et ibi  
in verbo, & bona committentium crimen  
maiestatis. & in l. quisquis. C. ad legem l  
iestatis.

20. Competit dimidium thesauri inue  
co Casaris non data op̄ra, vel loco rela  
data opera totum ad Principem pertinet. re  
loco ſāpē allegato, & ibi ipse Andreas. &  
Commentarij nōstris super consue. ducat  
gun. ti. Des iustices. §. i. in gl. espauis. ver. fe  
& cor. ſului pluries.

21. Princeps in hoc priuilegiat & hon  
quod non tenetur feruare ordinem iudic  
vt habetur per Fel. in c. in causis. extra det  
c. ad petitionem. extra de accūl. ita dicit la  
de S. Georg. in tract. feu. in ver. Princeps. in p  
specialitate Principis. & per d. meum laſi  
tum. col. pen. C. vnde legitiimi.

22. Princeps in hoc honorat & priuilegi  
vtra aliōs, quod potest adire hereditatem p  
curatorem, quod non potest priuarius. l. p  
alius incipit, per procuratorem. ff. de acqui  
tatione.

- med. & hoc vult Bar. ibi, & Bald. in  
mitt.
25. In hoc honoratur Princeps, quod ipse tabelliones, & statuit, quod eorum scriptura sua adhibeatur, ut habetur in l. generali. C. de tabellis, lib. io. per Innoc. & alios in c. cum P. tabellio. extra desid. in str. in tit. de instrum. edi. §. restat. Sed utrum tales tabelliones habeant iurisdictio- nem? vide Audream de Ifern. in tit. quae sint regulae in vibus feud. in verb. ad iustitiam expedien- dam.
24. Solus Princeps creat aduocatos, aut conce- dit potestam creandi, vt in leg. quisquis. §. vlti. ibi: quos agere permisimus. Cod. de postulando. & n. nemo. Cod. de aduocatis diuersorum iudi- cum.
Et de huiusmodi tribus coronis aliter scribit, & dicit Alb. in suo Diction. in ver. corona. vbi dicit, quod Imperator accipit tres coronas ad denotan- dum tria, quae debent esse in eo. Primum, quia in quantum est Rex vniuersus orbis, debet habere puritatem conscientiae, honestatis & continentiae. Nam sicut refert Tullius, cum Pericles & Sophocles Philosophi colloquerentur, contigit puerum iuuenem inde transire, cuius pulchritudinem laudavit Pericles, & ait Sophocles: O Pericles, non solum pratoris manus à pecunia lucro, sed etiam oculos & libidinosa aspectu continent esse debet. Et idcirco Imperator primò corona argentea connotatur, qua continentiam notat. Secundò debet Imperator habere virtutem & conscientiam. Vnde Salomon Eccl. 7. Noli querere fieri iudex in provincia, nisi valeas virtute disrumpere iniquitates: & idcirco ferrea corona coronatur, quod est durissimum metallo, & omnia domat. Tertiò debet habere scientiam & prudentiam discernendi bonum à malo: & ideo coronatur tertia corona aurea. Vnde Salomon: Da seruo tuo cor docile, vt scias discernere inter bonum & malum. Sicut enim metallum auri est preciosius omnibus, ita etiam scientia preciosior est omnibus, quae possunt desiderari. Et ista corona indubitanter processerunt ad similitudinem Salvatoris nostri, qui fuit

Rex vniuersalis, & ideo sacra scriptura eum dicit coronatum tribus coronis, Zach. 5. Sumes, inquit, argentum, & pones in capite Iesu. De corona ferrea figurata est in Sedechia, qui fecit sibi coronam ferream & mitram ornata: de quo haberetur 2. Regum c. 22. Fecit quoque sibi Sedechia filius Channa cornua ferrea, & 2. Paralip. c. 18. Sedechia vero filius Channa fecit sibi cornua ferrea. De corona aurea habetur Apoc. 43. Vidi, inquit, supra umbrem similiē filio hōis, habētem in capite suo coronam aureā. Hāc coronā auream & figuratā reperim⁹ in Aaron, vt Eccl. 45. Et propriē corona aurea dicitur diadema, vt not. gl. in ele. 1. de iure. faciens differentiam inter coronam & diadema: de quo etiam vide per Io. de Platea in proce. institutio. Idem Alb. in dicto loco dicit, se inuenisse in quadam sermone, in festo S. Stephani. hoc modo, videlicet Imperator recipit tres coronas, primam in Alemania, ab Archiepiscopo Argentino, & est argentea: Et quando dat ei Archiepiscopus, dicit, quod Imperator in anima sua & corpore suo debet esse purus & mundus, sicut argentum, quod est purum inter alia metallū. Secundam recipit in Mediolano ab Arciepiscopo Mediolani in Ecclesia Cathedrali, & est corona ferrea, & recipit eam genu flexo: & dicit ei Archiepiscopus: Istam coronam mihi defendes: non intelligens de illa corona materiali, sed quia sicut ferrum est metallū, de quo sunt infiniti labores, & est durissimum & fortissimum metallo, Ita Imperator debet esse paratus ad sustinendum omnem laborem corporalem pro posse, & constans debet esse in iustitia exhibenda, maximè pupillis, & viduis, & misericordibus personis. Terteram coronam recipit Romā à summo Pontifice vel ab alio eius vicere gerente, & est aurea: & quando Papa ponit sibi supra caput, dicit: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, Apoc. 2. Et ista designat fidelitatem & prudentiam sciendi discernere bonum à malo. Dicit tamen Hostien. qui est inter Cardinales primus, habet ex priuilegio ius cotonandi Imperatorem. Et ideo, vt videamus, cum tres habeat coronas, honorādus est ultra alios Princeps & Reges huius seculi, qui tamen habent unam, Cynius Regni: quia habens duo Regna, potest habere duas coronas, vt dicit ibi Alb.

Cum ergo Rex Hispaniæ habeat septē Regna, videtur quod habere debeat septē coronas, & sic quod maiorem gloriam habere debeat: cum corona, seu diadema, detur pro gloria, vt dicit Luc. de Penna in leg. temperant. Cod. de vestibus oloberis & auratis, libr. II. dicam insfra ista part. in 37. consider.

**V** Iglesimaoctaua consid. Videndum est, an Imperator sit dominus totius mundi, ita quod etiam Regis Franciæ & Hispaniæ sint illi inferiores, & sic, an sit maior totius orbis. Et in hac consider. recitabo opiniones sequentes, & adducam

## Q V I N T A P A R S

rationes hincinde, vt intelligatur ea, quæ hinc ante dicta sunt de Imperatore.

Prima opinio est Italorum, qui tenent, quod Imperator est dominus totius orbis, maxime gloriosorum: vt est gl. in l. benc à Zenone. Co. de quadri. præscriptio. gl. in c. per venerabilem, qui filii sunt legi glo. in c. super specula. extra de priuile. gl. in c. apibus. 7. q. i. glo. in c. Adrianus 63. dist. gl. in c. venerabilem. de elect. glo. in c. conuenient. 23. q. 8. gl. in c. futura. 12. q. i. glo. in c. si Imperator. 96. dist. gl. in c. vlt. 50. dist. facit tex. in l. de preccatio. ff. ad le. Rho. de iactu. & in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscri. facit tex. in l. cum multa. C. de bon. que lib. dicitur summus superior. facit tex. in l. 2. C. de offi. præfe. prætorio Africæ. in prin. ibi: Et omnia, quæcunque in partibus Hispaniæ vel Galliæ Francorum aguntur. facit tex. in le. si diuas. §. i. ver. vniuerso autem orbi conueniens est. cuius subiectum est capitulum hoc. ff. de excus. tut. facit tex. in leg. i. vcr. nobis orbis. C. de raptorib. virginū. facit tex. in extrauganti ad teprimendam. ibi, omnia esse Principis.

Hanc opinionem sequuntur Canonistæ, videlicet Host. lo. And. & Anr. de Bur. in d. c. per venerabilem, qui filii sunt legit. Card. Zabar. in c. pastora. de fent. & re iudic. Andreas Siculus in c. nouit. de iudiciis. idem Host. in sum. de officio ordin. §. i. ver. sive. fed & Imperator.

Hanc etiam opinionem tenuit Bart. & omnes Itali, & Ultramontani in l. 1. Co. de summa trin. & fid. Catho. Bulga. & Alb. in d. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscriptio. & Martinus ibi dicit etiam quo ad proprietatem, quod dicit esse verum coram Federico Imperatore, quod Bulgarus negavit. vnde successit illud: *Bulgarus dicit eum, sed Martinus habuit equum.* & cum Martino tenuit Bar. etiam in l. 1. per hanc. ff. de re iudic. Idem in extrauganti ad reprimendam, in verbo, totius. ibi, omnia esse Principis. idem in l. si diuas. §. grammatici. per illum tex. in ver. vniuerso. ff. de excusa. tuto. idem glo. & Bald. in c. de pace iu. firman. colla. 10. vbi plus dicit Bald. Quod cum Rex Franciæ sit de comprehensis in leg. 2. Cod. de offi. præfecti prætorio Africæ. quod peccant Francigenæ & mulieritali Reges, qui ex consuetudine dicunt se non esse subditos Imperio: sed dominus Bald. non bene dicit & ignoravit veritatem in hoc casu, vt statim dicetur. idem tenet Bar. in l. hostes col. 2. ff. de captiuis postli. reuersis. vbi dicit, non agnoscens veritatem in hoc casu, & errans notoriæ, & in terminis iuris, & in vera iuriis dispositione, quod fortè si quis diceret Imperatorem non esse Dominum & Monarcham totius orbis, quod esset hereticus: quia diceret contra determinationem Ecclesiæ, videlicet contra textum Euang. Exiuit edictum à Cæsare, vt describeretur vniuersitus orbis, Luc. 2. Quod ita Christus, vt populus, recognouit Imperatorem vt dominum. Idem no. Ang. Are. in l. 1. ff. à quib' app.

non licet, & in §. i. in expeditione neglo. in verb. lo. manorum. inst. de patria potestate. Sed in hoc imnes errauerunt, & non intellexerunt, quomodo sit capiendum istud verbum, Vniuersitus Orbis, debet intelligi cum restrictione, c. subiectus polo Rom. & Imperatori, vt infra dicam. Quia si meretur vniuersaliter, genere vniuersali & generalissimo, esset falsissimum, cum nunquam vniuersus orbis generaliter fuerit subditus Imperio. Et etsi assumpsit istud verbum Hereticus nimis generiter, quia pro tam simplici casu non debet hereticus, cum in istud non sit contra decem præDecalogi, nec contra symbole.

Et si hoc dicunt iura Imperatorum, affirmant de seipsis, quod alij non dicunt, ad quod ab cipces non conferunt nec fuerunt vocati. Hanc eandem opin. etiam tenet ferdonnes, qui piserunt moderno tempore iu. l. 1. C. de summa fid. Cath. & inter alios ibid. meus lat. quis tenere istam, sed (salua etiam eius pace) erit hoc maximè, quia tunc temporis erat subditus Mediola. qui dicit se esse subditum Imperatorum, quo Dux ipse habebat cōfederatiouem, nam cum Maximiliano Imperatore, qui tunc praebat auxilium ab ipso Imperatore cōtra Ludo. n. Francorum Regem, qui prætendebat dictum suatum Mediol. contra Ludo. Sfortiam, quem a. datus Ludou. x. 1. expulit à dicto ducau, & in Franciam adduxit captiuum, vbi mortuus est ita quod dicitur Lud. potitus est ipsi ducau, & p. eum Franciscus I. Francorum Rex eius succellit maritus Claudia Regina filia dicti Lud. & tunc est fortè ipse do. Is. aliquid scribere contra Imp. ne fortè Dux Medio. & gr. tulisset: Sed alias casus quod, nisi fuisset timor prædictus, dixisset venire & licet postmodum fuerit stipendiarius sub Regno nostro, & potuisset pro eo multa dicere, tandem cuit, motus priore amicitia.

Prædictam etiam opin. tenetur Cyp. B. de Cast. & Saly. & in d. le. 1. & Nicol. de Nema d. l. si diuas. §. i. ff. de excus. tut. Eandem opin. Bar. in l. si. per illum tex. C. in quibus causis sensibus, libro ii. & eandem tenet Berthachus tracta. de solutione vestigialium. in 2. part. laudem tenet Bar. in procem. storum. & Baldinus: in princip. ff. de offici. præfecti vrb. Old. in cōsilio suo 69. incip. consuevit dubitari. Bald. in leg. multa, per illum tex. Cod. de bo. que liber. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Eandem euangetio. de Imo. in l. insamem. circa si. ff. de passu iudiciis. vbi dicit, quod aliqui sunt Reges, qui recognoscunt superiorem: de quibus in cōsilio venerabilem. extra, qui filii sunt legitimi. quod verum esse de facto, quare videntur magis demquere: & idem Ioan. de Imo. in l. Imperatores. in prin. ff. de appell. & Ang. in l. si. re tentus. tenuit. leg. i.

Alia est opinio cōtraria, quam doctores Cas. mon-

montani tenuerunt, videlicet quod Imperator nuncam fuit dominus totius orbis: & ita tenuerunt lacob de Rauen. Per. & Ioan. Fabri in d.l. C. de sum. trini. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. prescriptio. & l. i. C. desum. trin. & fid. cath. vbi adducit testimonia antiquatum scripturarū veteris. & noui testimenti, ad probandum, quod fuerunt alii, qui habuerunt dominia omni tempore, & ferunt, & hoc iure diuino, humano & ciuili praebarunt.

Ex primō, videndo de iure diuino, quod testatum verus continet: Quoniam in veteri testamento noui reperitur inuentum fuisse imperium, sed solum initium habuisse tempore, quo populus Romanus in eum transtulit potestate in. l. 2. ff. de origine. Vnde Deus qui cuncta creauerat, vt habeatur secundo c. Gen. secundum verus testamen. do monoscerat omnium. Vnde Psal. 23. dicitur, Dominus tecum, & plenitudo eius, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Ipse enim à principio per leipsum rex & iurisdictionem exireuit, curtatorum suam gubernat & regit, & homini dedit precepta & prohibitions, Gen. 2. & ipsi transiēdētibus poenā imponit, Gen. 3. & 4. c. q. expulit eos à Paradyso, & per se puniuit Lamech. Gen. 4. & 5. multos alios etiā in, & hoc ante die sunt. In. Holt. lo. And. & Abb. in c. licet ex suscep. ex traditorum come. & sic Deus rex mundum per seipsum usque ad Noe.

Tamen, qui propter hominem tanta ereauere, Gen. 2. i. in peccatum. ff. de viii. ea ipso homini concessit, vt habetur Psal. 113. Cœlum cœli dominorum autem dedit filiis hominum. Et quia communia parci discordiam. l. cum pater. §. dulcissimas. ff. de leg. 2. voluit occupanti conderetur, vt habetur Deu. 13. c. vbi dieitur. Quiaenam; retinacalauerit pes tuus, tua sit, & a lege ista permisit fuerunt Regna, vt appareat in Dauid, Saul, & Salomon, & pluribus alijs approbaris à Deo, vt habetur in c. i. defac. vñct. §. vnde in veteri. & i. Regum 18. cap. vbi enumerantur aliqui Reges vñcti mandato domini. Et dicitur Proverbia. 9. cap. per me Reges regant. & in epi. in cr. claras. C. de sum. trinit. & Psalm. 71. Deus iudicium tuum Regida. & per liberos Regum per totum fit mentio de Regibus.

Ex quibus constat, quod dignitas Regalis potest alterum prius est introducta à Deo quam Imperium, cum illo tempore nulla mentio esset de Imperio & Imperatore, vt dixi in consuetudinibus nostris duca. Burgun. in proœ. in gl. At fainct empere & merito, si nulla tunc fieret mentio de Imperatore, cum nullum adhuc esset Imperium, sed potest, per multa tempora & post nouam legem inter postamentū nouum incepit, cum tempore testamenti noui adhuc non fiat mentio de Imperio, benefit mentio de Regibus, cum haberetur prima Pet. 2. ca. Deum colite, Regem honori-

ficare & illud: Subditi estote omnipotenti, siue Regi tanquam præcellenti, & Ducibus ab eo missis. vt extra de maio. & ob. c. solita. Imo per Christū omnes monarchiæ fuerunt destructæ & reprobatæ. Fuit ille lapis sine manibus abscessus qui statuam percussit in pedibus & contriui: per quam statuam alia quatuor monarchiæ figurantur, scilicet Assyriorum quæ fuit prima, & dictum fuit Regnum Babylonicum, quod fuit orientale & sub Rego Nino primo introductum. Alij sub Belo; tempore Thare patris Abrahæ, & ab illo tempore non defit, nec intercidit nomen Regum, vt restatur Iudocus Chliostoueus in suo libro de officio Regio .c.2. Alij sub Nemroth venatore robusto, qui distus fuit venator, id est Tyrannus, sub quo fuit principium Regni Babylonie, vt habetur Genesist decimo.

Et de Assyriis transflata est ad Medos, & Persas sub Cyro, & Dario, vt habetur amplè Danielis. 5. Et hoc propter superbiam Balthasar Regis, & iniustitiam, & quia vasa aurea in templo Ierusalem accepta fuerunt per Nabuchodonosor, in quo Balrasar eius filius Rex babit in coniuicio. Et à Persis in Gracos sub Alexand. Magno. Et à Græcis translatum est ad Romanos sub Octauiano Magno: quod dominium deum subiugatum est, & subditum Christo. Et illis temporibus vtrum essent Reges, & Principes apud alias nationes dicit Archiepiscopus Floren. in 3. parte sua: summa. lib. 22. cap. 5. §. 14 ignoratum esse apud eum fâtem, sed apud Historiographos non est ignorantia: cùm item pore Nini primi Regis Assyriorum, Aegialeus erat Rex in Sicyonia, de quo meminit Philippus Bergo. in suis supplementis Chronicarum. lib. 2. & Aug. de ciuitate dei, lib. 81. sic dicens. Sicyoniorū Regnum admodum parvum, & tale Regnum pertinet ad Atheniensis his temporibus.

Etiam Hispaniarum Regnum ortum habuit à Thubal Iaphet, seu Phaleæ filio, testante Isidoro. vt resert idem Philippus Bergomen. eod. lib.

Hoceodem tempore, fuit Zoroastres artis Magicæ inuentor, primus Bactrianorū Rex, teste eodem Philippo, loco quo supra. Erant & plura alia Regna, vt Boemorum, Scytharum, Theffalorum, Aegyptiorum, & Amazonum seminarum usque ad tempora Alexandri.

Fuit & Idumæa Regio, quæ habuit Regem, & Ogyppus in Attica prouincia Achaæ Rex.

Hoc tempore fuit Regnum Francorum, vt haberetur per eundem Philippum, lib. 4.

Erant tunc temporis Reges in Iudea, vt Saul, Dauid, Salomon à Deo approbati, vt videri potest amplè in libris Regum.

Erant etiam Reges in Lydia, quorum Regnum habuit finem tempore initij Persarum Regni, vt resert ibi idem Philip.

Erant etiam tunc temporis principatus Heduorum, quorum ciuitas principalis erat Augustu-

## Q V I N T A P A R S

dunum, qui nulli subiectebantur: de quibus amplè Iulius Cæsar in suis commentarijs.

Ex quibus constat, & ex his, quæ videri possunt per supradictos, quod vsque ad tempora Alexandri illa prima monarchia non fuit vniuersalis.

Et durauit hoc Imperium, seu illa Monarchia 1240. annis secundum August. lib. 4. de ciuitate Dei: sed vt habetur Gen. 10. illo tempore non erat Monarchia, quia terræ fuerunt diuisæ inter filios Noe.

Tempore vero Cyri Darij primi Regis Persarum, qui habuit secundam monarchiam, erant plures alii Reges apud alias nationes. Nam talis Monarchia durauit ducentis triginta annis sub nouem Regibus, quibus temporib. fuerunt multa alia: vt Romæ Lucius Tarquinius Prisci Tarquinij Regis filius, qui Rex fuit apud Romanos, & regnauit annis 25.

Balthasar, Caldaeorum Rex, Zorobabel apud Iudaos Princeps his temporibus fuit, & tempore Darij etiam nono anno Regni fui erant Reges Romani, qui runc exacti fuerunt, & consules creati: qui rexerunt Romanos vsque ad annum nonū post exactos Reges. Quo tempore fuit instituta dignitas dictaturæ: & post illam fuit facta electio decem virorum, apud quos fuit imperium Rom.

Fuit & temporibus prædictis monarchia Persarum Regnum Atheniensium, & tempore Darij, cognomento Notus, Alcibiades Atheniensium Imperator: etiam post eum Xenophon, & Horeses, tertius Macedonum Rex, & Amyntas 15. Macedonum Rex.

Fuerunt etiam his temporibus multa dominia, & Regna, de quibus pereundem Philip. Bergomensem in suo supplemento chronicarum. lib. 6.

Ex quo constat, quod licet Persæ, & Medi, obtinuerint principale dominium, non tamen vniuersale: & istud fatis demonstratur ex dictis Danielis 5.

Tempore vero primi Regis Græcorum, qui fuit Alexander, in quem translatum fuit Regnum Persarum, licet se nominari fecerit terrarum Regem, & mundi Principem, non tamen fuit vniuersalis. Cum suo tempore Pyrrhus fuerit Rex Epirotarum, Brutus Rex Anglorum, & Suardus Rex Francorum: de quibus me minit idem Philip. Bergo, lib. 6. sui supplementi Chronicarum. 1. art. De quo tamen Suardo non facit mentionem Gauguinus in Chronicis Franciæ, nec eum inter Reges Francorum nominat.

Erat & his temporib. Brēnus Gallorum Senonesium Dux, qui totam Asiam subegit. Ita quod Reges Asiae, lacerissi ingenti pecunia, pacem mercati fuere. Ptolemaeus vero Macedoniae Rex ausus illi ocurrere, vietus est, & multis vulneribus sauci captus est.

Fuit, & illo tempore Insubrum Regnum. Sed Regnum Alexandri post eius mortem in duodecim partes diuisum, anno mundi Christi aduentum 312. vt haberetur lib. 1. Macedonia, in prin. tempore cuius fuerunt & multa Regna, multæ dominationes, & Principatus: videri potest ex dictis ipsius Plutippi, codicis Maximæ Regnum Syriorum, Regnum Asiae Macedonia crat Cassander, Antipati filius. vnu.

Quo tempore etiam Romani Samnitæ perabant: Tarentini vero, & Carthaginenses etiam Principes habebant. Cum essent potes & bellum gerebant in Romanos, & Romanos. His etiam temporib. fuit Regnum Partherum, cuius regni fuit primus Rex Atsaces, & secundus Atsaces eius filius.

Eodem vero tempore, erant Reges in Asia, & etiam in Syria, & plures alii Principes & dominationes, de quib. supra dictum non erant extinctæ, vt erant in Anglia, & Fr. Reges, in Macedonia, & Iudea. Et illa duo, scilicet Macedonum, & Aegyptiorum post Alexandria, fuerunt per multa tempora similes, sed deinde tempore diuersa, post Alexandram tempore cuius erant plura, vt supra dictum. Fuerunt etiam pro maiori parte temporibus, Imperium Romanum, & tempore Octavianus, Imperatoris. Et durauit Regnum Macedonum in flexum quadraginta quatuor, sed his temporibus fuerunt multa alia dominia, multi denique Reges, vt supra dictum est vsque ad Octavianum. Imò iam in coepit erat Regnum Romanorum: quod mutatum fuerat in confuses, distantes inde & decemuiros, postmodum & confuses rimi, vsque ad tempora Octiani.

Ex quibus constat, quod per hactem monarchia non fuit vniuersalis, quicquid dicere domini legitima ultramontana chiepiscopos Flo. in loco supra alle. qui narrat nec legerat Chrouicas historias quoniam, vt dicit, ignotum est sibi tempore dictorum Regnorum alias nationes habuisse Reges. Et ex his constat, prædicta Regna dominis, & Imperia originem habuisse à voce per pulchre examinat Petrus Bertrandus, nostra ciuitatis, & dioecesis Hedu. Cardinalscopus in suo tractatu de origine iurisdictio, in prima quæstione.

Tempore vero Octiani Imperatoris plures dicunt translatum fuisse Imperium, quod in hoc est error, quia Caius Iulius Caesar fuit ante eum quinquagesimo primo anno Christi aduentum, fuit Imper. Roma. Quimodo Europer tantum potius fuit, vt refert de Lippus Bergom. lib. 7. Et cum in Graciem set, vniuersi Orientales Reges ad eum conuenirent, & tempore ipsis Iulij Cæsaris, Imperio

Romanum initium habuit, & non fuit dictus rex Romanorum, sed Cæsar. Hinc est, quod non dicuntur reges, q̄ id nominis Romanus odiosum esset sed Cæsares appellati sunt: quo tempore non repentur, quod plura alia regna, Principatus, & dominationes, de quibus supra, fuerint subiecta Imperio. Imò tempore suo, erant multæ domina-  
tiones in Gallia, de quib⁹ pereum in suis commen-  
tariis. Nec reperitur, quod tenuerit Galliam integra-  
liter, ut iusta dicam: nec Hispaniam, & Greci-  
am, nec regnum Macedonicum, Parthorum, Sy-  
riæ, & alia de quibus supra in totum, maximè sine  
controvergia, & bello: Quoniam tamen breui tem-  
pore, quo imperava, tot regna obtinere non po-  
tuerat. Cum tempore adepti Imperii, quod fuit  
anno quadragesimo octavo ante aduentum Chri-  
stiani vixerit quinque annis, & sic mortuus  
est ante Christi aduentum, anno quinquagesimo  
primo: Quo tempore incepit regnare Octavianus,  
& imperauit per annos quinquaginta sex,  
mensis sex: quo tempore erant multi Reges, &  
Principes, multa etiam dominia, & Principatus,  
que non subiectebantur Imperio Romano, de  
quibus infra.

Tempore eius etiam Marcus Antonius Asiu-  
sus, Pontus, & Oriente in tenuit.

In Germania etiam Iolianam, & Varianam cla-  
dem perpessus fuit.

Hoc tempore etiam regnabat Christus, cui da-  
tetur potestas in cœlo, & in terra.

Regnabat etiam tunc Herodes rex Hebreorū,  
qui Mariannem reginā vxorem suam, occidi ius-  
tit, quod accusata fuisset, quod ad Octavianum ef-  
fugit suam transmisserat, vr in sui desideriū pro-  
noscet, & r̄que ad illum diem non defuerunt  
Principes Iudei. Tempus quippe erat, vt veniret  
ille cum promissum erat, quo, nouo promissum est  
testamento, ut ipse esset expectatio gentium, eessa  
ut coram vincit, hoc est Imperium: quia ex Da-  
niel sententia sanctus sanctorum venerat. Et id  
eo Herodem in alienigenam habuerat. Cui post  
ea successit Herodes Antipas Herodis filius: &  
Archelaus in regno pulso, Iudeorum regnum in  
quatuor tetrarchias, id est, parres diuīsum est. Et  
huic Galia obuenit, quæ est regni Iudeorum  
quartapars. Post quos successit Agrippina Germa-  
niae coniuncta regina Iudeorum, & post eam Agrip-  
pa magnus Aristobuli filius, qui tunc habuit fra-  
trem nomine Herodem Chalcidis regem.

Et tempore quo regnare incepit, fuit (anno an-  
te Christi aduentum 31.) & Burgundionum re-  
gnum initium habuit post Christi aduentum an-  
no 35. Quod non habuit finem, nisi post Christum  
40. & sic nec tempore Octaviani erat Monarcha  
universalis.

Plures etiam tunc temporis erant Principes in Gal-  
lia, Asia, Africa, Burgundia, Italia, Hispania, etiam in Chaleide, & Iudea. Et statim post incepit esse re-  
gnum Burgundionum, ut iam dictum est supra, vi  
delicer anno Christi 35. vt resert idem Philippus  
Bergom. lib. 8.

nia, & Afria, de quib⁹ supra. De quorum annihila-  
tione, & cœrsione non constat, & si hoc fuisset  
factum, esset ex violentia, & rapina, non ex debito  
modo.

Quod quidem Imperium, quia per violentia  
era occupatum, & propter eorum iniustias fuit  
subiugatum, & subditū Christo, vt habetur in vi-  
sione Dan. c. 2. signatum per lapideam statuam il-  
lam in pulucrem redigentem: & hoc dignum fu-  
it, quia dignum est, quod propter iniustias Re-  
gum, & diuersos dolos Regnum de gente in gentē  
transferatur. Eeccl. 10. c. & ostensum est Octavian-  
o Imperatori per Sibyllam Tyburtinā die qua  
natus est Christus dominus dominantium, vt di-  
cit idem Archiepiscopus Flo. in loco hie ante alle-  
ga. Et factum est regnū huius mundi domini no-  
stri Iesu Christi: eum, vt habetur Apoc. n. c. sibi. n.  
data est omnis potestas in cœlo, & in terra. Matt.  
vlti. c. vii. implieatur illud Ezech. Faciam eos gen-  
tem vnam, & erit vñus rex omnibus imperans, &  
non erit ultra duægentes. vnde Gl. Dan. 2. dicit.  
quod sicut à principio nihil fortius Imperio Ro-  
mano, sic in fine nihil debilius inuenitur.

Et ex his constat, nunquam ante Christi aduen-  
tum fuisse aliquem de iure Monarcham, & domi-  
num vniuersi orbis: cum, vt dictum est supra, fuer-  
unt plura regna etiam à Deo permisſa, & institu-  
ta, vt de rege David, Salomon, & sic de alijs. Nec  
lieuit Imperatoria ea sibi appropriare, prohibente  
lege naturali, & diuina, que habet: quod tibi non  
vis fieri, alteri ne facias Matt. 7. & in procēsio de-  
cer. Nec lieuit eis transgreedi terminos, quos posu-  
erunt patres antiqui, Proverb. 22. c. in fine & in pre-  
ceptis decalogi. Nō concupisces rem proximi tui.  
Exo. 20. in quo omnis rapina, & violentia prohibi-  
betur. 24. questione s. e. p. c.

Et prædicta faciunt quod de iure dirino nō re-  
peritur Imperium fuisse institutum prout regna,  
& sic quod nunquam Imperium ante Christi ad-  
uentum habuerit vniuersalē dominii totius orbis.

Imo etiam Imperium Christi nunquam fuit  
vniuersale quo ad temporalitatem, cum ipse dixerit: Regnum meum non est de hoc mundo,  
Ioan. 18. & suo tempore fuerunt Principes, vt Octa-  
vianus, & Tyberius, sub quo paſſus est, & voluerit  
corum iura inraſta feruari, diecns: Reddite quæ  
sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Marci  
12. Matthæi 22. & Lucæ 20.

Et tunc temporis erant plures Principes in Gal-  
lia, Asia, Africa, Burgundia, Italia, Hispania, etiam in Chaleide, & Iudea. Et statim post incepit esse re-  
gnum Burgundionum, ut iam dictum est supra, vi  
delicer anno Christi 35. vt resert idem Philippus  
Bergom. lib. 8.

Eiam Seythæ ab alicno Imperio, aut inraſti,  
aut inuicti manferunt. Darium regem Perſarum  
à Seythia turpi sommouere suga. Cyrum, cum  
omni exercitu trucidarūt, Alexandri Magni ducē  
cum

## Q V I N T A P A R S

cum copijs vniuersis deluerunt. Romanorum audiuer, non sensere arma.

De iure humano, siue naturali, adhuc minus: Quia illud iuserat commune omnibus animantibus rationabilibus, & irrationalibus, & omnia erant communia: vt l. i. ff. de iust. & iure. §. ius naturale. & i. d. c. ius naturale. Et de iure gentium: quod etiam naturale vocatur, inst. de rerum diuisio. §. singulorum; per occupationem dominia sunt distincta, & regna condita. leg. ex hoc iurc. ff. de iust. & iure.

Et sic constat, quod iure illo naturali, seu iure gentium, solum erant Reges, cum non dicat Imperium, nec runc erant Imperatores, vt ante dictum est: reges tamē erant Imperatores, cum dicit tex. i. Reg. §. c. hoc erit ius regis, qui imperatorus est vobis. non tandem verbum, imperaturus. Ex quo quilibet Rex potest hoc respectu dici Imperator.

De iure vero ciuili, dicit Albericus in loco supra alle. quod duplex est proprium, scilicet proprium cuiuscunque Ciuitatis, vt in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Aliud est proprium, ius ciuile Romanorum per excellentiam. §. sed quoties, inst. de iure naturae. Et tunc sic, si ius ciuitatum, vel prouinciarum consideremus, multæ ciuitates, & prouinciae non subsunt Imperio. Nam vt dicit, in Hispania, vt dicunt doct. in c. causam. le second. extra qui filii sint legit. & Nicolaus de Vbaldis, in tractatu de successione. ab intest. iiii. char. ver. vltimus modus legitimandi. Quocunque allegaret legem Imperatoris, capite punitur. Veneti vero, & multi alijs, non scrupuli iura Imperatorum, nec ciuitatem Galli, & Fratii, quia non subiiciuntur legib. Imperatorum, nec eas allegant, nisi in quantum suciunt ratione, & non alijs, vt dicit Bal. in l. nemo. C. de senten. & intellect. om. iu.

Si vero consideramus ius ciuile Romanorum, & isto posse in nos de facili expedire, quia non est credendum illis quorum repellerentur actores. c. fraternitatis, de haereticis. c. licet ex quadam de test. l. mathematicos. C. de epis. audien. Et non plus creditur morruæ voci, q̄ viua: sed leges sunt morruæ voces principis, ipse autem est vox viua, in auth. de consilib. §. f. coll. 4. Cum iraque populo Romano non esset credendum in facto proprio, vt l. nullus. ff. de testib. ergo nec credendum est eorum legibus, vel scripturis.

Et conclusiue, tenet Albe. loco quo supra, quod nunquam Imperator fuit dominus totius orbis. Et hoc etiam teneretur multis, maximè ab omnibus. doctorib. Aurelianensisbus, & Citramontanis, contra sententiam glossarum iuris ciuilis, & canonici. Hanc etiam opinionem, tenuerūt Iacobus de Ravenna, Petrus, & Ioa. Fabri. in d. l. i. C. de sum. trin. & fide cathe. in l. bene à Zenone. C. de quad. prescri. per eosdem etiam in proce. sfori. quos securi sunt Raphael Fulgo. Guillel. de Castillio, & Bernar. de Castillio. in d. l. i. supra all. Et istam opinio-

nem tenet Cardinalis Zaba. in c. venerabilitera verū in 2. col. extra de elect. Vbi dicit, quod materia multa ingenia laborauerunt, inueni initium Monarchie terrestris, & prodierunt primi libri de Monarchia, nulla tamen dictio potest esse minus utilis. Cōstat enim ut dicit Imperium partim acquisitum fuit Romanorum armorum, & sic etiam in alijs Regnis, que runt Monachiam, ut fuit Afric. quod dicit bylonicum. Itcm Macdonum, quod dicit Alexandro. Item Carthaginense, quod dicitur viguit tempore Hannibal, vt in Tito Livio secundo bello Punico. Hac etiam Regnum Romanorum dicuntur Monarchia, non quod istorum fuerit generale ad totum orbem, sed ad magnam partem: in modo etiam Roma quam habuerunt totum, sed ferè totum, vi Tabareli. ibi.

Et vt dicit Alb. hanc op. tenendo, legesrum sunt conuincendi, att. text. in c. quis 45. d. sic. Nam Imperator non est mundus, quoniam secundum legem Imperatorum dicit se dominum de iure gentium, vel certaber hoc probare. l. in rem actio. ff. de civitate.

Imperator enim duas solas causas domingat. Quia se felice habuit à populo Romano, quia per iustum bellum occupauit ab hostiis. perij. ff. de captiuis, & postlimi. reuersis. l. postlimium. & l. hostes. ff. co. ti.

Sed ad primum respondeatur, quod populus potuit plus in eum transferre quam haberet. traditio. ff. de acq. re. domin. Sed non habuit dominium super alias nationes, vt supra dictum & demonstratum fuit, & ad hanc infra demonstribut: ergo ne cipie, quod populus non habet si populus Roma. allegaret se habuisse, inquit, probatio: tamen onus probationis aliquid, constat satis fuisse probatum ex supra dictum infra adhuc per Chronicas Romanorum habitur, tamen contra hoc sic potest clarissimi.

Notorium est enim quod Ciuitas Romanae dificata fuit per Romulum, & Rhemum. notatur in l. i. ff. de orig. iuriis. in prin. & notatur in l. i. ff. de rerum diti. & haberet etiam in C. cis. lib. 3. prædicti Philippi Bergomensis. Quod tempore crant multa Regna, de quibus plenissime: quoquidem tenipore, vt ibi dicitur, & supra satis demonstratum fuit, Romani dominabantur toti orbi, in modo etiam multa parti orbis, & tunc habebant solum Reges, corum Regnum erat distinctum illo nomine, quod dictum est supra: & tantum iuridictionem habuerunt, cum locum adificauerunt, vt vero forsitan in auth. dc quastore. col. 6. Unde populus ille, pro prædicto Reges expellendo, s. 8. tur contra se Dei iram prouocasse. 7. q. i. c. d.

& sene dominiū nec iurisdictionē de iure habuerunt. Nam ius dicitur, quod iustum est. i.d.c. in naturā, & per vim, & violentiam ab initio se des alienas occupauerūt. Notat lnn. in c. super his de voto. Ita, quod propter utilitatem initij, conubia fuerunt eis à Sabinis, Albanis, & confiniti mis partibus denegata. Quod cum hoc nouisset Romulus, fixit se velle ludere ludos, idq; publicare, et quā nouitate allecti populi vicini, vt non in populi spectaculū viderent, ascierunt ductis viatoribus, & filiabus, quas cum tenerent, rapuerūt: Exinde cōrū bellum in Albanos, quos suā ditio- ni addiderunt, & paulatim auctis viribus propinqua dominia usurpare cooperunt: nec pr̄scriptio- nēs iurare possunt, cūm semper malam fidem habuerunt, tam ipsi quām habentes causam ab eis, & de violentia eorum cōstat per lura, quā sunt certa. L. hæc ignorantia. ff. de iuris, & facti igno- rantia. Ideo, est ignorantia iuris, quē eos nō excusat. L. nunquam. ff. de vsuc. l. iuris ignorantia. ff. de iuris & facti ignorantia.

Et adhuc prædicta opinio Citramontanorum probatur ultra prædicta, nunc reassumendo Mon- archiam, quā sicut à tempore Iulij Cæsarī usque ad tempora hodierna, demonstrando, quod sc̄m perfuerūt alij princeps Reges & Dominationes, per viuēsum orbem in pluribus, & diuītis patēbus mundi. Maximè tempore illorum, qui dixi- runt seipso mundi dominos, & faciendo in hoc casu fundāmentum pro opī. contraria à Iulio Cæ- sar, qui primus Imperator, & nomen tale sibi as- sumpsit. Eò, quod Romanis imperabat, vt tradūt historiographi: de quo glo. in l. i. ff. ad leg. lul. de a- dulce aliiquid sentit, vbi dicit Iulij Cæarem auun- culum Gaij Augusti, usque primum Imperatorem: cum antet tantum dominium haberent Romani, vi dīctū est, per rapinam usurpatum, & in sua origi- ne per vim, violentiam, & rapinam in choatu. Ex quo ergo, initū, seu origo nocte possessionis de iu- re inspiciendas sit, l. clā possidere. In prin. ff. de acq. poss. l. amorigo. ff. quod vi aut clam. Quę cum sit virtuosa, nunquā prodest violento. l. auctoritatem. C. de r. u. l. si qual locta. C. de s. n. d. i. s. & f. a. t. b. limi- tro. lib. Et maximē tiam, de iure Canonico. c. f. & c. v. g. l. u. m. extra, de p̄f̄sc. in regula possestor. dēc. in & regula peccati. cod. t. Quia semper requiritur bona fides, etiam si desierit titulus, & sit tempus immemoriale. c. t. de p̄f̄sc. in sexto, in L. v. i. c. C. de vsuc. c. t. tās. for. Ita, quod talc vitium transit ad successores. l. an vitium. ff. dc diuer. & tempo. p̄f̄sc. l. Pomponius, in prin. ff. dc acq. pos- poss. ff. in. inst. de vsuc. l. hares. ff. de vsuc. Ideo, cum non potuit primus scilicet Romulus, terras, & do- minia perceperum rapta, vt dīctū est, nec etiam Iu- lius Cæsar, vt dixi, & dicā statim, ideo, nec eorum successores.

l. quo licuit spoliatis recuperare, & vti iure suo, & successoribus, & sic de iure gentium, hoc li-

cuit Iulio Cæsari. d. l. ex hoc iure. licuit & Gallis suo tempore: qui etiam, quasi ab initio Urbis con- dītæ, ferē totam Italianam, etiam usq; Romam, ipsa euersa, dempto Capitolio, prout refert Titus Li- uius in quarto prīmæ decadis, & Iustinus libro 24. qui etiam Imperium Romanum per multos an- nos tenuerunt. Ita quod suetū septem, aut octo Reges Franciæ Imperatores Romanorum, cum à principio de Græciis translatum fuerit in Francos, videlicet in Carolum Magnum, quod fuit anno Christi 806. v. q; ad Conradum primum successo- rem Ludouici tertij, in Imperio Gallorum: Quia omnes Reges Franciæ, tenuerunt imperium Ro- manum, v. q; ad annum dominij 910. quo tempore resuerit translatum Imperiū in Germanos. Quo quidem tempore semper erat alius Imperator in Græcia, qui dicebatur Imperator Constantino- politanus.

Et maius argumentum, quod potest esse est, de Iulio Cæsare, qui dicit se Gallias deuincisse; quod non est verum in toto: Cum semper Aluernia, Britannia, & plures aliae Ciuitates supra Ligerim flumen existentes (que suos duces habebant) nunquam sine continuis querelis paruerunt Roma- nis, vt constat ex Chronicis historiographorum: vt etiam dicit Oldradus consilio suo 69. incipien- confuecit dubitari. Imperatores Romani nun- quam suerunt in pacifica possessione orbis, cūm de his, vt suprà dīctū est, nunquam gauisuerint pacificè.

Vnde, sub Valentiniiano, vniuersa Gallia defec- cit. Exinde, coacti sunt Romani viuere, contenti sedibus suis & legibus, nec existimauerunt deinceps alias nationes deuincere, nisi media virtute Gallica, vt satis patet ex chronicis: quā quidem etiam allegandæ sunt decisionibus caufarum, & credendum est illis etiam in iudicio, vt dicit Bal- & Anto. de But. in c. inter dilectos. extrā de fide in- strum. gl. in verbo, transfluit. in c. venerabilem. de- elect. gl. i. circa medium. in c. literis. extrā dc in in- tegrum restitu. Bar. in l. i. col. 6. & ibi do. meus Ias. & alij. ff. sicer. petar. glo. & Geminia. in c. placuit. 16. d. l. 2. & Geminia. in c. in nomine domini. 22. distinct. & glo. 3. & Geminia. in c. l. 27. distinction. & idem Geminia. in cap. absit. 30. dist. & glossi. in- procem. fforum. §. hæc autem tria. in verbo, vrbi- bus.

Et idem de librishistoriarum, quo ad facta an- tiqua. Geminianus in c. quamuis. ante finem. 21. dist. Feli. in c. cum causa. extra de proba. & in dicto. cap. inter dilectos. in 8. col. cxt. de fide instrumen- torum.

Si igitur exp̄r̄dīctis, propter vim illatam po- pulis Galliæ, debeant dicere se dominos, prout dixi suprà, post lnn. in d. c. super his, in fine extrā de voto, & voti redēm: clarum est, quod ille titulus cis nihil op̄itulari potest per supradicta.

## Q V I N T A P A R S

Nec inuenio alia iura, quæ eis prodesse possint, nec etiam titulos aliquos allegant.

Et ultra prædicta, pro opinione dicentium, & tenentium, nunquam fuisse vniuersalem Monarchiam in mundo, nec Imperatorem vnuquam fuisse dominum totius orbis: Adduco fundamenta sequentia, quæ faciant contra illos, maximè, qui sedixerunt dominos totius orbis, prout fecerunt quidam Imperatores, de quibus sunt leges in libris Codicis, & digestorum. Primo tempore Iustiniani qui quandoq; se dicit dominum totius orbis, ut & pra dixi in legib; allegatis, maximè in l. 2. C. de offi. præfecti prætorio Africæ. Nam illud non est verisimile: Cum, ut habetur in auth. ut preponatur nomen Imperatoris, col. 4. vbi vtitur his verbis: Qui sub Imperio nostro sunt, aut quos nostrum regit Imperium, & ibi post, in quo nos Deus Romanorum suppedit rebus, & in §. sed hoc tempore, infra de his, quæ sunt sui, vel alieni iuris. ibi: nullis hominibus, quæ sub Imperio nostro sunt, & in l. 1. C. de sum. rrin. & fide catho. ibi: quos clementia nostra regit Imperium. Quostex non intellexerunt, & nimis crudam interpretationem ad illos fecerunt Doctores ultramontani: Qui voluerunt illud verbum relatiuum, ultra suam naturam extenderet: cum de natura sua sit restrictuum, dictio nis præcedentis, norant doctores in d.l. 1.

Tempore vero Theodosiani, & Honori, qui secerunt l. mercatores. C. de commercijs, & mercatoribus erant plures non subditæ Imperio. Et tempore etiam Alexandri quarti Imperatoris, ut satis constat ex l. omnib; ciuitatibus, quæ sub Imperio nostro. ff. ad Trebel. Et quod plus est, ex chronicis constat, quod tempore Antonini 12. & Commodi, Lucij, Antonini, & Marci Antonini, plures erant nationes non subditæ Imperio. Ex quo constat, quod relatio Iuliani, conditoris illius legis deprecatio, non est vera, & quod non est verisimile, quod Imperator ita responderit, quoniam veritas erat in contrarium. Nec etiam est credendum Iulianum, cum fuerit male vita, & modice estimationis, & Tyrannus, & sic non omni exceptione maior, & vocatus fuit Didius Julianus, qui tyrannice imperavit per aliquod tempus, & pauci eum inter Imperatores enumerant: & sic non multū facit illa lex deprecatio, cum conuincatur dictus Julianus de mendacio, cō, quia tempore Antonini 12. Parthi non erant subditæ Imperio, cum Marcus Ant. qui eidem sucessit, eosdem debellaverit Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas ingenti virtute, vñā cum filio Cōmodo Ant. superauerit. Tempore cuius Commodi Antonini, Britones non erant subditæ imperio, nec etiam Arabes. Nam illo tempore regnabat Lucius Rex Angelorum.

Et sic constat, quod illis temporibus nunquam aliquis Antoninus fuerit mundi dominus, saltem vniuersalis: qui quid dixerit ibi Julianus: ex quo sat responsum est ad illam legem deprecatio, & ad

omnes leges Iustiniani, & Imperatorū pertinet in contrarium ad oculum demonstrari, chronicas historiographorum, ut dictum est.

Irem etiam d.l. deprecationis, cum extra ad reprimendum, laborent eodem morbo, ab indignato Princeps facta sunt. Prima, ab anno, propter piratas. Idem, secundū Batt. at extrauganti: in Henrico, qui indignatus erat propter Principes, qui terras imperij occupabant, & maximè propter Robertū Siciliæ, propter quem fuerunt facta duæ extraus, scilicet ad reprimendum, & qui sint tebelli tamen postea fuerint reuocata per Clemens quartum, elem. pastoralis, de senten. & reuocata de Princeps irato factum non disponit. l. 1. const. Principum. §. sed q; Principi, inst. de tu. l. merū. §. sed cum prætor. ff. quod menz currit.

Imò quod plus est, ex dictis doctori prædictis opinionem tenentium, clare ostenditur, certas omnium Imperatorū, & iurisconsultarum Iustinianus in §. sed si ab hostib; in suis modis ius Patriæ po. sol. dicit Imp. Roma, ut habere limites, & fines: si enim Imperator in ret vniuersale domini ratione sui Imperii, haberet limites, nec essent aliqua limina Imperii, & quæ caperentur de facto, nō conferentur, postliminio, ut patet in l. à postliminio, §. aperte. ff. de captiuis postlim. reuersis, & in l. qui latenter bus. ff. de testam. & sic cum limina habeat Imperium à limitato loco non orbe, nec si quomodo dici possit Imperatorem esse dominum orbis.

Et faciat adhuc ultra prædicta contra consenserunt, quæ dicunt Imperatores, seu populi Romanum habere hostes. l. 1. C. de offi. p. & p. Africæ. §. 1. in auth. de heret. & False. ff. de co. at. l. in bello. l. postliminium. l. hostis de apri. & postli. reuersis, & ille Rex ind. minium, facit multum, inquantu dicitur & omnes liberos populos Regesq; moribus constitutum, & ibi: Regem sicutum, cum cū in populus, aut Rex liber dicatur, illius a ter. as populi porestat subiecti est, in l. non dubito. ff. de captiuis, & postlim. reuersi & gl. in d.l. hostes. Vbi tex. in fine etiam loquitur de Germanis & Partibus hostib; Romanorū ante socios, & consideratos appellauerunt, non dubito. & d. l. postliminium, quæ quodque postliminium, & hostes, fuerunt conditi Vlpiano, & Paulo iurisconsultis, tempore Amandi Imperatoris, qui statim regnauit post Antoninos, qui incepserunt anno Christi 154. & finierunt anno 165. & finierunt in Basiano Ammonio, & Aurelio Antonino, post quos fuit distinxander, anno Christi 224.

Et sic constat, quod ille Julianus, de quo deprecationis, non dicit veritatem, & per hanc illam legem plenissimè constat esse respondit.

Albericus vero, ad illam l. vterius respondet

dicit, quod licet Imperator in uno loco dicat se mundi dominum, tamen alibi fatetur melius esse, qui non erant Imperio subdit. Alij enim erant hostes, alij federati, alij Reges, alij amici: ut in d. legib. hic ante all. & d.l. mercatores. C. de cōmerciis, & mercatoribus.

Ad c. in apibus facilis est responsio: Quia licet dicatur, quod in uno Regno debet esse Rex, non sequitur, quod non possint esse diuersa Regna: Imò quod plus est, Deus ordinavit à principio plures Reges, & in uno quoq; Regno unum Regem. Nec hoc prohibet d.c. in apibus. nam vnum apis non est Rex omnium apum de mundo, imò in quolibet vniuersitate apum est unus Rex: nec omnes grues de mundo dolequantur vnam, sed vna cōgregatio sequitur vnam, & alia aliam, & sic in quolibet Regno erit Rex, vel in qualibet ciuitate unus Rector: quandoquatenus reperitur duos fuisse Imperatores. I. Imperatores. de pæt. & l. diui fratres. ff. de pœnitis. & ianuam rex declarat Io. de Turrecr. in d.c. in apibus. Vbi respondet ad iura pro parte contraria allegata, tenendo etiam, quod nunquam fuit Monachus a vniuersalibus.

Ex quib. constat responsio generalis ad omnia in aidentia, quod Imperator est dominus totius orbis, & habet Monarchiam. Est verum, Orbis, scilicet subiectus Romano Imperio, cum tempore, quo translatum fuit Imperium per populum in Principem, transfluerint ei omne Imperium, quod habebit in toto orbe. Cum ergo totus orbis vniuersitatis non tunc subiaceat ipsi populo Romano, sed tantu m vna pars, debet intelligi illa pars esse vniuersitatis illius totum orbum, & non vltra. Quia si extendetur ad partes etiam tunc non subiectas Imperio, sequerentur tot inconvenientia, quot in meuse scribi non possent. Sequeretur enim quod translatisset in eum plus iuris, quam habuerit, sequeretur etiam, quod potestatem habent tollendi ea quae de iure diuino erant introducta, ut putare rega, & dominationes, de quib. supra dictum est. Et sic illa generalitas seu vniuersitatis restringitur ad habilitatem. I. cum. ff. de iudiciorum plenē per do. mecum laſ. in l. §. nun tuio. 4. ff. de no. ope. nun. Et ne sequatur absurdum notat Fel. in c. cognoscentes. col. 6. extra de confit. Absurdum enim esset, & contra iuris dispositionem, quod populus Romanus transferendo omnem potestatē quam habebat in Principe, plus iuris ei dedisset, quam habuisset: & ideo illa vniuersalis locutio, seu generalis, debet ad partem mundi subiectam Romano Imperio restringi, & non alias partes eidem non subiectas extendi, ad extirandum inconuenientia, & absurdum, de quib. supra dictum est: & ne incident in mendacium, quod facient, ut notoriè constat ex omnib. Chronicis mundi. Eteriam ad id, quod est possibile restringere. Floria. in l. cū debere. ff. de serui. vrba. prædicta. & non ad impossibile, q; est hoc casu.

Nō obstat vtterius, quod voluerunt dicere multi, tenentes partem contrariam ultra solutiones prædictas ad tex. supra allegatos, maximè ad c. cōuenior. 23. q. 8. vbi dicitur quod Imperator licet omnia, & ipsius sunt vniuersa. Quia ultra responsem, quæ dari potest, quod hoc possit esse veris in suo Imperio, & infra fines, & limites sui imperij: non quia ibi dicitur decisiū, sed solum erat una allegatio partis, vt ibi patet.

Et ad c. quo iure. s. d. responsio est in promptu: Quia ibi loquitur rā de Regib. quād Imperatorib. Duo enim sunt (dixit ille tex.) quibus principali- ter hic mundus regitur autoritas sacra Pontificiū, & Regalis potestas: non enim dicit Imperialis. Vnde nec regularitas orbis quieteret in eo, quia tunc nec esset opportunum Ecclesiam Dei in sua regularitate quieteret, quæ mundum vniuersum regit, & sub qua omnis spiritus requiescit. c. solite. de maio. & obed. in c. conuenior. 23. q. 8. in c. si Imperator. 96. d. qui nec priuilegium à sede Apostolica sibi indultum conferre potuit. Ideo propter defecitum Imperatoris necesse fuit, quod Reges Franciæ subiarent Ecclesiæ afflictæ: quibus & à Deo hoc donatum est semper. c. hortatu. 23. q. 8. c. Adrianus. 63. d. Et ideo ille rex. in d. c. quo iure. melius intelligi debet de Rege Franciæ, q; de Imperatore, cum plus Reges Franciæ subiarent Ecclesiæ quād Imperatores, vt supra dixi: & ille tex. in d. c. quo iurc. non loquitur decisiū, & præcisè, sed tantum exempliatu, vt satis ibi confiteatur glossa.

Et pro responsione l. 2. ff. de of. pæf. pæt. Africæ. Quæ lex fuit Cōstantini, quo tempore translatum est Imperium in Gallos, scilicet in Carolū Magnum, de quo ante dixi in terminis illius legis, non probat, quod Imperator fuerit dominus vniuersi orbis, nec quod habuerit vniuersale dominium, inò nec habuerit dominium in Gallia, in his verbis ponderatis ab omnib. tenentibus partem contrariam, scilicet in partibus Hispaniæ, & Galliæ, sive Francorum: & nota verbum, In partibus. non enim dicit, quod Gallia subiesset Imperio. Veridim est bene, quod aliquæ partes Galliæ, fuerunt tunc iuriis Italici, vt patet in l. si. ff. de censib. & quæ forsitan obediebat imperio Romano, vt erat Massilia Narbonen. Viennensis, & illa pars Burgundie, quæ Allobroges attingit, quæ clauditur Rhodano fluuiio, quæ crant de Regno Franciæ, & de facto à Romanis imperatoribus occupabatur, quæ etiam de facto per Theodobertum regem Franciæ nepotem ex filio Clotarij regis recuperata sunt, & denuo Franciæ regno additæ, & vñq; ad hæc tempora conservatae.

Vnde ergo bene dicit tex. quæ in partib. Galliæ, seu Francorum, quia & illa partes sub Gallia Aquitanica, vcl secundum Plinium Lugdunensi, comprehenduntur, vnde nec per hoc concludit Gallias vniuersas subiesset tunc Imperio.

## Q V I N T A P A R S

Ad l. si duos. §. i. de excusa. tut. ibi. Vniuerso orbi conueniens est, cnius subiectum est capitalum. Nam ille textus nihil facit, & etiam sunt verba Antonini Pij, de quo in l. deprec. iam pluries supra alleg. & non sunt ibi decisivè posita, sed allegatiuè: allegando quandam epistolam illius Antonini Pij missam Comiti Asiae solum. Et sic ex illa specificatione precedente testigitur illa vniuersalitas, seu generalitas, scilicet vniuerso orbi Asiae, & sic ista vniuersalitas hic limitatur, & distinguuntur in illo casu, cum sit ex epistola Antonini Pij scripta comiti Asiae, quod fit de iure. notat d. meus Iaso. in l. si conuenierit. col. vi. ff. de iuri. omn. iud. per textum in l. quoties. C. familia crici. per quem Bal. notat ibi, quod verba generalia indefinitè prolata recipiuntur verbis specialibus intellectum: & plura alia ad propositum adducit idem do. meus Iaso. in l. si de certa re. & in 1. & 2. col. C. de transfa. faciunt, quae dicit Ale. in consili. suo. 22. in fine. in l. vol.

Cum ergo praedicta epistola fuerit solum missa comiti Asiae, non extendetur vniuersalitas sequens ultra distictum commissum dicto Comiti, quia etiam extra territorium ius dicenti non paretur: & cum Comes Asiae solum haberet administrationem in Asia, vt sonant verba, scilicet, Comiti Asiae, non extendetur illa vniuersalitas, ultra suam administrationem.

Et etiam facit, quia Epistola non probat nec ligat non recipientes, vt satis probat, Bar. in l. filius fam. ff. ad Maced. Ex quo ergo non constat, quod alii receperint praedictam Epistolam, & tacuerint, non eos ligavit, cum etiam Epistola non probet, notat Bal. & alii in l. non nudis. C. de probat. & etiam satis supra demonstratum est, quod nunquam Antoninus fuerit dominus vniuersi orbis, immo snot tempore erat plures Reges, & Principes, qui non erant tunc subditi Romano imperio.

Ad dicta Bar. & aliorum dicentium Reges pecare, qui negant Imperatorem esse dominum orbis, & dicentes contrarium, esse haereticos, & etiam eos esse haereticos fundantes se ex dicto Luca secundo: Exiit edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, cum hoc non probet necessario, quod ergo Cesari fuerit dominus vniuersi orbis, prout in veritate rei non erat. Nam non sequitur, exiit edictum, igitur est dominus: nec per hoc probatur in Imperatore esse dominium. Non ergo sequeretur: Cum Turca magnus, dicat se dominum orbis, quod hoc sit verum: sèpe enim gloriantur domini Principes in assumptione titulorum generalium, quos tamen non habent, nec unquam habuerunt, nec in æternum habebunt, vt de illo Turca magno, & satis demonstratum est in pluribus alijs.

Et etiam vellem scire, quomodo hoc probaretur, quod per hoc quis efficerent haereticus, nam istud non est nec de praceptis Ecclesiæ, nec de praceptis decalogi, nec de contentis in symbolo, vt

supra dixi in prin. huius secundi tractatus: & sit in Euanglio, non tamen est ibi præcepit, solum narratue.

die catholicus nominatur: de quo fit mentio in iure in c. quanto de iure iuri. rex Legionis, Portugalie, Aragonum, Nauarre. De quibus etiam fit mentione in c. ad nos trahit de iure iuri. & in d. c. quanto de rege Vincenstræ in subscriptione. cap. primo, de probatio. rex Dacia, Boemia, rex Armeniæ, rex Corduba, rex Cypri, rex Conachia, rex Numidia, rex Vichoniar, rex Catholicus, rex Nauarchie, rex Colcn, rex Mamiæ, rex Voloegama, rex Maoricarum, rex Minoricarum, rex Polonia, rex Scotia. Et omnes supradictos nominat Anton. Corse. in tractat. suo, de potestate regia. 14. q. & de rege Scotie fit mentio in c. clarissimus. de conuersi coniug. & in c. venerabilem. de elect. de rege Vngarie habetur in c. licet, & in c. non est dicendum, de voto, & voti redemptio. & in c. intellecto de iure iuri. & in c. de sacra vnitio. de rege Gothorum. 17. d. c. consilia. §. hinc etiam. de rege Apulie & Siciliæ, habetur in c. veritatis, de iure iuri. De rege Scotie habetur in ca. inter alia. extra de iuri mun. Eccles. & hęc dicit Iacob. Alia. in loco hic ante alleg.

Aduerteretamen, quia fuerunt talia regna, vt regnum Burgundionum, vt refert Guag. in suis chron. lib. 1. cum dicit Clodouum regem desponsasse Clodudem neptem Goudebaldi regis Burgundorum. & de his fit mentio in iure. in l. Lusitanian. ff. de censibus in cano. sic gens Anglorum 56. d. & in c. volumus. 11. q. 1. & lac. Bergo. in suo suppleni. lib. 8. vbi ponit initium regni Burgun. quod fuit in anno Domini post Christum 35. & etiam libro 9. ponit finem, qui fuit post Christum anno Domini 488.

Et etiam est regnum Iuetoti. de quo fit mentio per Guag. in suis chron. lib. 2. vbi ait. Fuit inter familiarissim. Clotarij aulicos, Galtherus Iuetotus Caletus, agri Rhotomagen. apprimè nobilis, & qui regij cubicularij primus cultor eset. Hic, pro sua integritate de Clotario cum melius meliusq; in dies promeretur, reliqui aulici inuidet, de prauantes quodlibet ab eo gestū. nec desistit, donec irritatum illi Clotarium pessimi susurris efficiūt. Quamobrem iurat rex se hominem necaturum: percepta Clotarij indignatione Galtherus pugnat illustris cederet regi irrito constituit. Igitur de relista Francia, in militiam aduersus religionis catholicæ inimicos pergit. Vbi decem annos multis prospere gestis rebus ratus Clotarium simul cum tempore mitiore effectū, Romam in primis ad Agapitum Pontificem se contulit, à quo ad Clotarium literis impetratis ad eum Suefio ne agentem, se protinus confert veneris die, que Parafceue dicitur, cogitans religionem Christianam diem ad pietatem sibi profuturam. Verum literis Pontificis exceptis, cum Galtherum Clotarius agnouit, veteri ira tanquam recetiliuore percitus, rapto à proximo sibi equite, gladio hominem statim interemit. Tam indignam insignis

## Q V I N T A P A R S

atque innocentis hominis necem, religioso loco & dic, ad Christi passionem recolendam celebri Pontifex in xquanimiter ferens, confessim Clotarium reprehendit, monetq; iniquissimi facinoris rationem habere, se alioquin excommunicatio- nis sententiam subiturum. Agapiti monita reue- ritus rex, capto cum prudentibus cōsilio, Galthe- ri heredes, & qui luctotum deinceps possiderent, ab omni Francorum regum ditione, atque fidel- beravit, liberosq; prorsus fore, suo syngrapho, & regni sceptris confirmat. Ex quo factum est, ut e- ius pagi & terrae possessor, regem se luctoti haec- nus sine controversia nominaret. Id autem anno Christiana gratia 536. gestum esse, indubia fide inuenio. hæc Gagu, in loco hic ante all.

Aliud etiam ante fuit regnum Persarum, de quo siuprā dīxi nullam faciunt mentionem: de quo fit mentio in l. mercatores, C. de commercijs & mercatoribus. Sed istud regnum non est de his, quæ sunt sub registro Romanae Curiae, quod tam- men aliquando fuit Regnum Burgun. cum Bur- gundij fuerint Christiani ante Gallos, & Francos, per multos annos & vltra, cum Galli effecti fuerint Christiani, anno Domini 479. post Christum, ut constat ex lac. Bergomensi, lib. 9. quando ponit tempus, quo baptizatus fuit Clodoueus post Christum, qui effectus fuit Christianus medio & hortatu Clotildis eius vxoris, filie Childerici regis Burgundorum, ut dicit ibi lac. Bergomensis. Et de dicto regno Persarum, & pluribus alijs, vide la- cob. Bonaldi in suo Panegyrico. 19. col. vsq; ad 26.

Et, ut plenius declarerentur excellentia, clarita- tes, & præminentia regis Francorum qui omnes alios antecellit, insequendo doctrinam Ioan. Lu- do. Viualdi, in suo opere regali, in tract. de laudib. ac triumphis trium liliorum Francie. & G. Bened. in sua rep. c. Ray, in versi, duas habens vxores, a. nū. 79. vsque ad numerum 126. de testamentis. Et re- citat Enguerannus de Monstrellet, quod anno Do- mini 1420. Cū rex Francia, & rex Anglie simul intrarent Parisiensē ciuitatem, rex Francie equitabat à dextris, & primus osculatus est reli- quias sanctorum. Et vide per eundem, in i. volum. chronic. eiusdem cap. 222. in prin. Dico, quod clari- tas, nobilitas, & excellentia Regum Francie, ex multis super omnes alios reges per pēdi, & cognosci potest, vltra superius dicta, maximè ex scuto ce- litus denissō, in quo plura comprehenduntur: Quoniam persequenter vsque ad hanc cætatem fa- ma, vulgo dicitur: Quod olim reges Francie, pro scuto, tribus buffonibus vtebantur, quod tamen nō erat sine mysterio: & hoc credo fuiss' eō, quia sicut de natra Buffonis est, in quacunq; parte ter- ræ sit, semper se collocare in meliori, & pinguiori loco: Ideo, cū rex Francie ex vniuersali mundo meliorem, pinguiorem, & vtiliorem terram te- neat, & habeat, ideo, insequendo naturam Buffo- nis, pro armis assūmserat reges Francie ante Chri-

stianitatem, tres Buffones, habendo respectum ea, quæ magis naturaliter conformabantur eius naturam, in aliquib. Nūc verò tempore Ca- stianitatis, & à tempore quo reges Francie ef- fuerunt Christiani, mutata est natura, quia quendum est id, quod tendit ad finē, & effectus illius Christianitatis, cuius nomen, fidem, & actionem assumpsit: quod Deus adiutens, & lens illi prouidet secundum quod decebat postquam Clodoueus Christianus effectus demissum fuit ei ē celo scutum id, quod Francia nūne gestant, continens tria lilia, quibus subest cœli sereni color, quem asunt, dicunt: in quo sunt quatuor considerantur:

*Primō, quod in scuto lilia depinguntur.*

*Secundo, quod depinguntur aurea.*

*Tertiō, quod in numero ternario.*

*Quarto, quod in campo coloris saffiri extin- guitur.*

Quo ad primum dicendum est, quod lilia à superis multiplici ratione regibus Francie.

Primō, quia sicut lilyum plerunque depi- ritur, inter spinas moratur, & quanto magis pungitur, tanto vehementius odor eiusen- sic Francorum reges, licet à spinis, & infidel- ginem duxerunt, vsque ad tempora praefati douei, qui quatuor reges prædececessores h̄ fideles, videlicet Pharamundum, Clodoue- roneum, & Childericū dicti Clodouei patre, nihilominus, postquam noinen Christi Fa- innotuit, tam reverentem candorem, & odorem illibatae fidei retinuerūt, ut nil eis dulcius, nūc ca- rius, quam gloriam Christianæ gentis extolleret.

Secundō, quia lilyum plantam habet rectam, que ad unum partem non inclinat, nec ad alium sed recte tramite tendit ad alta. In qua rectitudine honorū operum figuratur, iuxta illud: lilyum minabit sicut lilyum, & florebis in æternū a dominum. Sic rex animi magnitudinem debet, cum nihil honorabilius existat in iestate, quain rectitudo voluntatis, sicut possumus nihil execrabilius in eo, quā si- aut duplicitas, ut supra dixi in principe. Ideo pristini Francorū reges, duplicitatis tra- mium horrentes, semper cū anini rectitudine cordis integratæ, scipios Ecclesiæ obsequi- buerunt: sicut Pipinus pro Stephano an- tra Astulphum, & Carolus Magnus pro A. contra Desiderium Longobardorum regem, supra dixi hac consideratione, vbi de his regibus dixi.

Tertiō, quia inter lilia quiescere, & con- Christus plurimum delectatur. Vnde in canticorum, lilyum ipse qui sapientia diuinata nominat. Ego (inquit) flos campi, & lilyum uallium, ita quod spiritus sanctus in pertusis ecclesiis canticorum 2. ait, Dilectus meus, fons Christus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia, iterum: Dilectus meus descēdit in hortum sum-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

152

quod pascatur, & lilia colligat, A mat enim valde  
cristatus, & delectatur lilijs, id est, personis puris, &  
mundis à peccatis, quia cūm sit summa puritas, &  
mentes puras diligit: sic reges Christianissimi,  
semper delectati fuerunt in lilijs, id est, secum ha-  
bere & amare personas doctas, & puras & mun-  
dicas omni peccato, & virtio, veritatem sequen-  
tes.

Quarto, quia liliū sui natura, teste Plin. lib.  
v. c. 28. est nobilissimum, quo nulla florū excelsi-  
us maior. Cuius flos languido semper collo, qua-  
sunclinans, & non sufficiens capitū oneri, fragrat  
odor acutissimō.

Etiam Christus, sedens à dextris virtutis Dei  
in celis, cui data est omnis potestas in cœlo, &  
intera: Tantò melior angelis effectus, quātō dif-  
fidentius præ illis nomen hæreditavit, vt apost. ad  
Heb. i. Qui tanquam fons humilitatis, cœlos in-  
chonit, descendens in utero virginis: humiliat-  
us & semetipsum, factus obediens usque ad mor-  
tem, teste Apost. ad Philip. i. & tandem inclinato  
capite tradidit spiritum, Iohann. 19. Cuius fragran-  
tia alijs est odor vite in vita, alijs verò, odor mor-  
tis in mortem.

Sic rex Franciæ, cūm sit Christus, scilicet, oleo  
facto diuinus emisus in cœlos, & sacratus, omni-  
busque cœlior, atque maior, ex quo vocatur Christi-  
anissi. sicut liliū in se habere debet humilitatem,  
ad audiēdum singula, caput inclinatum, ni-  
hil de seipso præsumens, & odoris suavitatem, per  
bona & sancta opera, ex quibus bona resulat sa-  
man suavitatem odoris, & non exemplum cu-  
mī am sceleris. Quia candidum, & nitidum sem-  
per liliū. Vnde legitur Exo. 25. Quod in can-  
de rota tabernaculi erant lilia ex ipso pendentia,  
de candelabrum Franciæ, scilicet, regem  
habere debere cogitata verba & opera pura, can-  
da tanquam lilia: quoniam virtutes sunt & can-  
da & lucida, & peccata verò, & virtus nigra sunt, &  
obscura.

Quinto, lilia in scuto regis nostri Christianissi.  
sunt apposita, quia liliū multas habet virtutes,  
Nam virtute sua natura radix eius, secundū Phy-  
los, & contra duricicim spicnis, & neruorum,  
maxime b prunis eocta, & eum oleo roseo trita,  
visturas sanas, & vulnera cicatrizat, & confort adu-  
toni aqua calida, cūm sit exiccativa, mollitiva,  
absorbens, & consolidat. Valetq; liliū incisionis  
neruorum, & splenii apostemata maturat, &  
vomites refantur, liliū tumorcs resoluit, vle-  
nables ergo, dolorcs mitigat, venena depellit, pun-  
ctus confort, & succus eius cum melle decoctus,  
veteribus & leceribus medetur. Sic rex noster Christi-  
anissi, (quasi) virtute leuitatis liliorum prouocat  
sit modum horrere debet tumorem arro-  
gantie, discordie, iactantie, inanis gloriae. Apo-  
stolus luxurie purgare, visturas auaritiae, & ve-  
nientia inuidiae sanare. Et tandem omnes morbi-

das Republicæ agitudines, contractione, &  
(cūm opus fuerit) punitione malorum, salubriter  
curare. Et insuper, totum se conferat ad regias vir-  
tutes, ad pictatem, clementiam, misericordiam,  
mansuetudinem, humilitatem, modestiam, dile-  
ctionem, & benevolentiam: quæ preiosa sunt mo-  
nilia Regiæ maiestatis, vt suprà hac par. in 6. con-  
fid. dictum est. Et quemadmodum liliū (vt dixi)  
cum oleo roso tritū, visturas sanat, ita misit Deus  
liliū cum oleo, vt dictum est, ad denorandum  
reges Franciæ habere potestatem sanandi visturas,  
prout faciunt: Quoniam, vt videlicus notoriè, ipsi  
sanant quadam visturas, quæ in vulgari nostro di-  
cuntur les esrueles, vel alias morbus regius.

Sexto, vt dicunt dicti Io. Lud. Viualdus & G.  
Benedicti in locis ante alleg. in scuto dicti regis  
sunt lilia, quia liliū oleum est resolutuum, & ape-  
rituum: conuenit citam dolori capitū, & desti-  
latum in aurem, scdat eius dolorem. Sic rex Christi-  
anissi, in aperto esse debet, & copiam sui sacere,  
aures apertas semper habere, & singulos audire, vt  
de omnibus informetur, & singulos prouidere  
possit. Ne assistentes eidē, faciliter eum decipient,  
proprijs commodis inhabentes in Republica de-  
structionem. Et ctiam si non auditatur populus, vi  
detur ei fieri in iuria, & missorum officialium au-  
thoritas vilesceret. Vnde Imperator in l. 2. C. de  
offic. vic. Relationes (inquit) omnium, præsentim  
officiorum libenter audiuntur, nc administratorum  
decrescere videatur authoritas, si eorum  
consulta veluti prophanorum preces à nostris a-  
ditis repellamus. Hodie tamen multi Principes,  
susurribus, & detrectatorib. aures praebent, ab  
eisque domesticis suis tenentur inclusi, & excæ-  
ti, vñ nihil veritatis, & corum quæ prauè grecuntur  
sciāt, & ipsi interim bona hauriat, & substantiam,  
& interdum personas subditorum perdant: quod  
alijs contigit in hoc regno Franciæ tempore Theodo-  
dorici regis Franciæ, vt refert Guag. lib. 3. cap. 4. de  
Francorum gestis.

Septimo, Lilia in scuto regis figurantur, quia li-  
lum, sua virtute sanent, & immunditiam pur-  
gat. Quo demonstratur quod ad regem pertinet  
immundicias, & labes hæresum & saniem hæreti-  
corum, ac peruersa infidelium dogmata ab Ecclesi-  
a Dei diligenter abstergere, & repellere. Quia hæ-  
refis, fundamentum omnium bonorum subver-  
tit, & plus ceteris peccatis nocet Ecclesia Dei. Est  
quæ omnium peccatorum grauissimum, vt ait Tho-  
mas. sent. d. 13. quæ. 22. per totum facit tex. in l. Mani-  
chæos. & in auth. Gazaros. C. de hæreticis. Et inde  
est, quod hæretica prauitas appellatur. Huius zelo  
accensus fuit Carolus Magnus, qui Barbaras gen-  
tis, Saxones, Hispanos, Longob. exterisque po-  
pulos, qui falsos ritus sequabantur, in potestatem  
subegit.

Et etiam Philippus tertius, Francorum rex, qui  
Petro Aragonum regi bellum intulit, eò, ꝑ varijs  
errorib.

## Q V I N T A P A R S

errorib. fauerat: vt refert G. Benedicti in loço ante citato. num. 83.

Octauo, Francorum regi lilia data sunt, quia liliū suæ naturæ virtute, mortuum serpentis, & similiter eius folia, vexationem serpentum curant, eiusq; radices, vt Plin. attestatur d. lib. 21. c. 19. valent contra serpentum iētus. Et secundū Auicen. Liliū cōfert puncturæ vernium venenosorum, atq; scorpionis. Præterea semen eius, (vt iuquit Diſcor.) potui datum, ad serpentum mortis facit, Ideo, vt enarrat G. Benedicti, reges Francorum ter religionem Christianam à mortu Mahometi, serpentis venenosī, sanauerunt, & restauraerunt, & his temporibus videmus nostram fidem, & religionem Christianam, sanatam esse à mortu pestiferi serpentis Lutheri, qui i infinitas hæreses in fide Christiana seminavit, quæ fuerunt extirpatæ à rege nostro Francisco Christianis, qui nō cessat in sudare, vt Clemens summus Pontifex à sua sede electus restituarunt, quem Carolus Borbonius dux exercitus Caroli Austriaci electi in Imperatorem, in vrbe obsederat hoc anno Domini 1527. die 6. Maij. In qua obsidione, ipse Carolus Borbonius interfecitus fuit, quia Deus iniustas semper vlciscitur iras. Ipſa vero Roma, ab Hispanis, & Alemanis tunc depopulata fuit, & ipſe Clemens capiatus exiit, cū maximo dolore Christianitatis, maximè Gallicanæ, quod rex noster Christianis, ægreferens, mortuus pia deuotione, & pro honore sanctæ sedis Apost. (quam semper reges Franciæ venerati sunt, & defensarunt) aduersus illius hostes, misit copioſum exercitum Francorum in Italiā, vt summus Pon. in sua fede reponeretur, expellerenturq; dicti hostes ab vrbe (in qua captiabantur Papa) & à tota Romania saltem terris sedi Apostolice subditis.

Secundo, In fento Regis, lilia figurantur aurea, & non argentea, vel alterius metalli, quibus denotantur octo pulchra documenta ipsi legibus necessaria, propter octo singulares naturas, & effectus aurii, quod est metallum excellentius omnibus alijs, vt infra dicam in vlt. par. in 15. consid. Et ad istud propositum, videatur G. Benedicti in dicto loco, num. 100. vsq; ad numerum 107. Vbi dicit: Quod primò, aurum est coloris optimi, & puritatem quandam ac fulgore in eum eximium præ ceteris metallis habet, & inde dicitur aurum ab aura, id est, splendore, vt ait Isido. lib. etymologiarum 16. c. 17. quod reperclusio aere plus fulgeat. Naturale n. est, vt splendor metallorum plus fulgeat, luce alia reperclusus. Vel, a similitudine coloris auroræ, nomen traxisse putat. Et aurum in corporibus est sicut sol inter stellas. Solant̄ dicitur dominus stellarum, & lumen earum. vt dixi infra in vlt. par. in 8. consi. Sic aurum est rex corporalium rerum, & mentura omnium. Ex hoc auro, prouocatur rex Christianis, ad sapientiam acquirendam, quæ auro purior est, & splendidior. Imo omne aurum in

comparacione illius arena est exigua, & tantum lumen estimabitur argentum in conspectu Sap. 7. Comparatur enim auro sapientia, rati puritatis, & splendoris in conspectu aeterni, vt dicit ibi G. Bened. & Cælius lib. antiqua 4. cap. 24. Et aurum, pro viris sanctis, celsi fulgentibus accipitur, vt in c. nulli in fiducia dist. 2 & pro sapientia, vt in c. principio præ allegaro: Quæ sapientia, est regis nec vthilicante scripsi in to. consid. quæ viguit regibus Franciæ, vt ibi declarat G. Bened.

Secundò, Aurum habet proprietatem candi, quam non habet auri per alchimiam phisticatum, secundum Tho. Vnde lumen auri, vt dicit Auicenna, ingreditur medicina melancholia, & alopecia. Et confessus cordis, ac tremori ipsius. Nec non anima, & data cum succo boraginis, aut synkopizantibus. Ex quo instruitur rex Christianis, quod gaudens sit & latus, quia anima interdum dolores corporis mitigat. Tripli humana vita animalia est, & passio mortalia illud Proverb. 17. animus gaudens floridus tem facit, spiritus tristis deficit ossa.

Tertiò, Quia verum aurum pondere habet, & soliditatē: Ideo dicit Arnal. de Villanova in lib. de vino. Vinum, extinditionis aurum liditate confortat. Et in lib. de natura rerum, quod in duplo ponderosius est argento, aut stanno, habetq; ex sua soliditate puritatem, gencrositatem super omnia metallaria, ideo est preciosissimum, durabilissimum, tractabilissimum, tempore recreans, & ceteros sensus. Ex quo rex Christianus datur salubre documentum, aut tangere aureus sit solidus, matutus, secerus & griseus, discutiendis rerum causis, ne levigate, aut ductus, scratur in precepis.

Quartò, Quia aurum secundum Physiopatricus est omni metallo, vnde virtus mirabilis confortandi cor, stomachum rossensis, vt dicit Arnal. de Villanova, ante citato. Non quod incorporetur, aut nutritur, sed quia alternativa virtute confortat: & ideo confortat, quia asperitate, & superflua. Licet enim aurum calida sit, medicis dicunt, tamen eius caliditas est excessus, ob quod non locatur in gradu, & locent. Sic rex Christianis, quasi aurum peratus, calidus quidem per amorem & dilectionis erga subditos, exemplo M. Exod. 32. Aut (inquit) dimitte eis hanc nosi si non facis, dele me de libro tuo quem si. Similiter Apost. ad Roman. 11. loquens, Optego anathema esse pro fratribus meis. Et cernis amor erga subditos multum proximanus, vt hic anre, in 14. consideratione, propter oculis debent illud habere principiam, vt ait Sene. Si vis amari, ama, quia

vere Principē, vt à subditis diligatur, & sic suos  
debet, vt pro ipsis etiam mori non timeat. Si-  
na Codrus Atheniensium rex pro victoria popu-  
li sibi ipsius morti tradidit, vt recitat Val. Max.  
lib. 3. de pietate erga patriam. Sic etiam Christus  
pro salute populi sui occisus fuit, & passus est,  
rehabetur. Pet. 2. vnde Princeps ita agēdo, à suis  
aurum in modum diligitor.

Nam Dux, vt diceret solebat Cæsar, qui non la-  
borat, nemilibus charus sit, milites amare ne-  
sit. Legitur de Alexandro Magno, qui videns mi-  
litarem Macedonem præ nimia fœnestrata frigore  
impeditum, de fœde sublimi descendiit, & suis ma-  
nibus eum in sedem posuit, & eo modo fecit, vt à  
fusione non duceretur. Alijs princeps quia suis non dili-  
git, tanquam tyrannus dominatur, nec securi-  
tatem ei fruerit. Sicut de Diony. tyranno legi-  
tur. Cui cum corpus suum iubaret à multis mili-  
bus custodi, Plato dicit, quod inquit malū secu-  
ritatis in ilicibus custodiri habcas? Quapropter  
non Claudian. Non sic excubiat, non circumstan-  
tiata. Quem tutatur amor. Hoc est, qui amatur  
non indiget custodia. Ob id diceret solebat Trajanus  
Rom. Imperator. Talem priuatim Imperato-  
rem esse oportet, quales priuatim sibi optat habe-  
re. Hac inter cetera fecit ne dum viros, sed & fe-  
minas gloria pollere, regnisque potiri, vt de  
Amazonibus, lib. tertio, de gestis antiquis refert  
Diodo, dicens, eas omnium subditorum bencou-  
lentia iusto aequo imperio adeptas. Quib. fœ-  
nestrata datur intelligi, quod tota pastoralis cura,  
amorem etiam dilectionis ornari debet. Cui vigilan-  
tiam cibit ad subditorum utilitatem, & conso-  
lanciam iuxta illud Ouid.

*Rogare credere mibi res est succurrere lapsi.*

Regum profecto est, omnibus prodest, nulli  
mo re quod in beluis clare monstratur. Quoniam  
se sunt apes, quod rege amissi, totum dilabi-  
tur Examen. Et cum sint animalia iracundissi-  
ma, ac pro corporis captu pugnacissima, quæ a-  
culeos in vulnera relinquent: Rex ramen apum  
aculeos caret, aut saltum co non vitur, teste Plin.  
lib. 34. c. 16. Nec volvit illum natura sœnum esse, à  
quo idem detrahit, sed maiestate armatum: quod  
regibus & principibus dignum exemplum est, vt  
per ipsa cuius animalibus discant turbas popu-  
lorum sine aculeo fœneritatis in debitum finem  
dirigere, & tunc velut aurea lilia, aureæ veræ chari-  
centur radiantes.

Quintus, idem G. Benedict. post Io. Ludo.  
Vinalbum, Autum sub malleo non resifit, vt fer-  
rumentum frangitur, vt vaster reum: nec resonat, vt  
corbalum: sed si malleo percutiatur cedit, & in  
nam partem dilatatur. Et sic in lib. de rerum na-  
turalibus, lice aurum sit gratiosissimum super  
metalla, nihilominus est maxime ducebili-  
le, utrabilis. Ex quo plura documēta regi Chri-  
stus ostenduntur, patientia, hilaritas, con-

stantia, & fortitudinis, quæ debent vigere in prin-  
cipe, vt hic ante pluribus huiusmodi qualitä-  
bus dictum est.

Sexto, quia verum aurum diutius, & durabilius  
in sua operatione permanet, quam aurum sophisti-  
catum teste Be. Tho. Quoniam aurum sophisti-  
catum non habet alias virtutes, de quibus  
hic ante vt dicit Arnal. de Villanova in loco suprà  
alleg., & vt ait G. Bened. Aurum cunctis corpori-  
bus nobilissimum est, rex eorum, ac dominus. Quia nec  
terra, nec aqua, nec aëre, nec igne corrumperit,  
aut minuitur, sed ignis rectificat illud, & hume-  
rat, nec id comburant sulphura, quæ alia combur-  
rant corpora. Natura quippe eius, & complexio  
recta est. Ita, quod in eo non est additio neque di-  
minutio. Et iterum: Aurum in igne positum non  
cōburit, sed probatur, & purgatur. Nec aurum  
rubigo vlla, nec ærugo, eius bonitatem consumit  
pondus in minuit. Ex cuius auri proprietate ani-  
mari debet rex Christianus ad perseverantiam diu-  
næ legis. Quia haec virtus sola, scilicet, perseverantia,  
incretur coronam, estque unica eterni regis  
filia, ac cunctarum virtutum finis, sine qua Deum  
nemo videbit. Natura enim (teste Val. lib. 3. tit. de  
constantia, in prin.) sic comparatum est, vt quic-  
quis se aliquid ordine ac recte mente complexum  
confidit, vel iam gestum, si obtrahetur, acriter  
tueatur, vel nondum editum si interpelletur, sine  
vlla cunctatione ad effectum perducatur, profecto  
in vanum bonum agitur, secundum Greg. in morali-  
bus, si anteverta terminum deseratur. Et frustra  
velociter currat, qui prius quam ad metas venerit,  
deficit: vt repetitur in c. incassum de poen. d. 3. Tol-  
le perseverantiam, ait Bern. nec obiectum mer-  
cedem habet, nec beneficium gratia, nec laudem  
fortitudi: Denique, non qui incepit, sed qui vñ-  
que in finem perseverauerit, hic saluus erit: vt ha-  
betur Matth. 10. & 24. & recitatur in c. non reuer-  
tebantur c. notandum. & c. apost. de poen. distin. 2.  
Quemadmodum in clyti Francorum Reges fe-  
cere, qui a Clodouco primo Francorum rege catho-  
nunquam in fide defecerunt, vnde Christianissi-  
mi nuncupantur.

Septimus, Verum aurum certe metallis est pre-  
ciosius, virtutem habens conservatiuam, nec vñ-  
quam putreficit, sed putrida resoluta, & corrigit adeo,  
quod secundum Auicennam, Cauteriu me-  
lius, & velocius sanabile, quod fit ex auro, nec vul-  
nus ex auro factum corrumperit in tumores, Im-  
mō vñsturæ factæ ex auro instrumento, meliores sunt,  
quam ex alio metallo, quia non cauterizantur nec  
erisipilantur. Et dicit Arnal. de Villanova in d. tra-  
cta. de vino, c. inc. vinum extinctionis, &c. Quod  
scissura, facta cum eo, non tumescit, & propriæ suam  
perennitatem est quasi stella cœli, quoniā ipsum  
est impassibile. Et, vt ibi ait aurum estres arcana  
perfectissima, tempcramento æquali cōpositum,  
mirabili proportione elemenrarium virtutum,

## Q V I N T A P A R S

cui de compositis non est simile, & iuentutem conseruat, & virtutes mineralium perseverare facit in earum operationibus. Et mulri modernorum (codem teste) de nobilioribus, maximè Prelatis, faciūt bullire petias auri in coquina eorum. Et alij recipiunt in pannellis, cum electuaris, & alijs in limatura, sicut in confectione qua dicitur diameron, in quam intrat vtraque auri, scilicet, & argenti limatura. Et quidam vtuntur tenendo frustum auri in ore, & salivam deglutiendo. Et quidam alijs convertunt in aquam potabilem, & faciunt aurum potabile, & suffici modica quantitas in vice, & in anno, & est conseruatum sanitatis, & prolongatiuum vita. Et ex hac dignitate auri, incitat rex Christianiss. ad veram humilitatem, quæ virtus est aurea, carterarum virtutum conseruativa, teste Hiet. in epist. ad Celantiam, vbi humilitas, inquit, est præcipua conseruatrix, & quasi quidam custos virtutum omnium. Nihilque ita est quod nos homines gratos esse Deo faciat, quæ si vita merito magni humilitate infimis simus. Et Isid. lib. 3. cap. 49. Qui recte vtitur regni potestate, ita se præstare omnibus debet, vt quanto magis honoris celsitudine claret, tanto se metipsum mente humiliet: Quoniā fundamentum gloriæ est humilitas, vt in t. par. in 52. confid. scripti. Et hoc patet exemplo David, qui de suis miscrisis non tumuit, sed humiliiter se deiiciens dicit: Vilis incedam, & vilior apparebo ante Denum.

Octauò, & ultimiò, aureis lilijs ideo decoratur scutum regis Francie, quia verum aurum fistulas & hemorrhoidas sanat, ylerca purtrida, & tertio odoris emendat, corporiq; humano maximè congituit. Ita, q; in cibo sumptu, iuuat multum, & evi-  
num in quo extinxerint laminæ aureæ candentes, spleneticos iuuat, vt hic ante dixi ex dictis Arnal. de Villa noua. Haec profecto virtus medicinalis auri, puocat regē Christianis. ad iustitiae amplexū, quæ virtus sola magna est, & mater omniū, quos magnos facit. Est n. iustitia virtus cōsortiua, & corroborativa, quæ sui splendore Reges, & regias sedes magnificat. Quib. dicitur est Sap. 1. Dilige iustitiam, qui iudicatis terram. Vnde Hiero. inquit: Iustitia, quasi aurea virtus, curatiua est morbidarum ægritudinum: quia puniendo tollit sclera, & peccata, atque putridas carnes, & scabrosas curando abradit. Et quomodo ex iustitia Principes laudantur, dixi hic ante in quinta confid. Faciunt quæ dicit G. Bened. in loco hic ante dicto: vbi ait, quid rex Francorum de scipio & alijs, ita fecit, & dilexit super iustitiam, & odit iniquitatem, vnxit eum Deus oleo letitiae, præ contortibus suis. Ad quorū differentiam nomen Christianissimum adeptus: Ita, quod propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, deduxit eum mirabiliter dextera sua. Cuius fides in seculum seculi virga directionis virga regni sui, Psal. quadragesimo quarto, dixi in antedicta considera-

Tertiò, principaliter in scuto Francorum aurea lilia in ternario numero & non ri nec minori figurantur. Habet. n. huc rationem totalitatis: pura principium, re sinem. Nam secundum chronicas etiam in eorum cultu diuino vtebantur numerio, ad sacrificationes Deorum: ut habeatur coelo & mundo. Super quo B. Tho. in cōm (in quā t̄ natuta perficit om̄i) in ternario, ita gentiles, qui diuinum insisterunt lemes Deo tribuerent om̄ne quod per se tribuunt ei ternarium numerum, in sacrâ laudibus ipsorum. Legimus præterea mīc sanctis, Numerum ternarium, multiplicat, secratum, eo quod opera mirabilia De facta & ordinata sunt. Vnde, si mysteriorum regis Christianis. explorare quisca tanto magis exuberabit ratio differendi, & plura mysteria in ternario numero cluces.

In primis ergo, redolentia lilia, quæ in signis figurantur, odoramēta catholica fidelissima trinitate afferunt, scilicet, quod panuinis attribuitur potentia, filio sapientia, & tui sancto clementia. Quæ tria attributa, si etissimam trinitatem ornant, itaregiam matrem magnificant. Quæ sacrafissima tria vbet pro viribus conformari, scilicet, vslitimo clarus potentia patris, ad tyrannos debet, & barbaras gentes ac Turcorum per extingendum. Secundo, cōuenient, ut ornata stat sapientia filii, in disciendi etiam et Tertio, quod sit clementia plenus, quæ quam eo maior fuerit, tanto in conspectu Dei, & bonum mirabilior, & gratior apparbitur.

Secundò, vt ait G. Benedict. principaliilia, quæ in scuto regis figurantur, tres habent in persona Christi denotat. Sicut enim in est trinitas personarum, in essentia tria Christi persona, est trinitas essentiarum litarum in unitate personarum, deitas, scilicet caro: & sicut in diuinis per diuersas pers. distinguitur essentia: sic in Christo per diuersas non distinguitur persona. Pariter tria Christi nativitates ostendunt. Prima die æternaliter nascitur ex patre, secunda, quæ tur temporaliter ex matre, tertia, quæ in scitur spiritualiter: licet ista bene conueniat, tamen nihil faciunt ad propositum, tandem aliquid in rege ex eius nativitate, scilicet posset, quod sicut haec trinitas essentia Christo, ita trinitas præceptorum iuris, debet in Principe, pro iustitia administratione, & mento, prout tria iuris sunt præcepta, scilicet honore, alterū non lñdere, & ius suum vincere, Quæ omnia debet esse in principe, dc in vlt. par. in 36. cōf. dixi. Aut aliter, pilla significatur, scilicet, per mediū, fides Christiana per dextrum, clericatus, & per sinistrum, milita-

tertiò, Tria lilia, tres potentias animæ rationa  
būt ad imaginem Dei creatæ est. si quis metal  
lum C. de pœnis patenter ostendunt. Nam, sicut  
Deus est Vnus in essentia, & Trinus in personis, Sic  
ex anima rationalis, est vna in essentia, & tria  
in potentia. Quia habet in se memoriam, intellec-  
tum, & voluntatem. Memoria quidem represen-  
tam per intelligentiam filium, & voluntas Spiriti  
sancti. Sed hoc in nihilo adaptari possumus  
amis Regis, sed attribui deberent tribus modis  
regandi Rempub. qui debet esse in rege nostro, ut  
resunt in se & in suo regno: de quib. infra in vlt.  
par. in 35. confid. scripsi, & quis illorum sit exel-  
lētor.

Quarto, tria lilia in scuto regis posita, tres ange-  
lorum hierarchias significant, in quarum singulis  
tres ordines inueniuntur: de quibus ante in 3. par.  
& per lib. 7. Etymolog. cap. 5. & in lib. de sum.  
bono c. 12.

Quinto, tria lilia in scuto regis depicta, tres vir-  
tutes theologales, fidem, scilicet, spem, & charita-  
tem significant, que tres virtutes debent esse in  
Principe. & alia virtutes ex his denotatur in Prin-  
cipe: de quibus per G. Bened. in loco suprà sapè  
dix.

Sexto, vt dicit, tria lilia in ipso scuto regis ordi-  
natæ tria opera veræ pœnitentia nos ire com-  
pellunt. Vide licet, ad contritionem, confessionem,  
& satisfactionem, sed cum parum quadrant, non  
nihil.

Septimò, vt ait Benedicti, tria lilia regem Christi-  
anum ad tria salutifera concilia, in quibus consi-  
gnantis perfectio Christianæ religionis excitat,  
subpareunt.

Ottavo, tria lilia in scuto regis diuinatus ordi-  
natæ denotant unitates, que necesse in ore qui-  
erunt ad conferuandam veræ Christianæ reli-  
gionis dignitatem, & habendam bonorum mo-  
rum honestatem: de quibus Apost. ad Eph. 4. Vnus  
Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Hæc tria  
fides, que veteri perhibent testimonium de ex-  
cellenti fidei Catholice: vnde sunt laudabilia om-  
nia Catholica fidei opera, que rex explore debet,  
pro fine dignitatis ac totius religionis Christiana-  
rum future, nullum maius, nullum honorabili-  
us nullum denique gratius, Deo offerri potest,  
quam barbaras gentes, & Turcorum perfidiam,  
et etosque populos, qui falsos ritus ac Deos co-  
hunc alienos expurgare, atque in stena submitte-  
re sub Christi fide, prout talia sancta exercitia a-  
pud Francorum reges semper floruerunt. Ex hoc  
numero amplissimè laudantur insignia  
Francia per Ioan. Lud. Viualdum in trad. de  
lapphus claude trium liliorum Franciæ. Vbi  
ad numerum ternarium in pluribus, & ali-  
p. scripsi infra, in vlt. par. in 37. confi.

Quarto, principaliter & ultimo, lilia aurea po-  
nuntur in scuto regis Christianis, sapphirino, id

est, colore sapphiri (qui similis est sereno coelo) co-  
uenientissimè depicta, multipli ratione.

Primo, quia cum rex sit paronymphus Ecclesiæ  
Christi, cuius officium est & semper fuit à tempo-  
re Clodouei Primi inter Francorum reges Chris-  
tiani adaugere cultum diuinum, ac gloriæ Chris-  
tianæ religionis extollere & magnificare; decen-  
tissimum fuit, insignia maiestatis sua sereno coe-  
lo similia fore, vt sicut ipse Christus (qui est Rex  
Regum & dominus dominantium, Apocal. 19.)  
quodammodo pro scuto habet cælum sidereum  
miro ac vario astrorum fulgore, decorato, sic Rex  
Francorum Christianis. pro gloria Christi scu-  
tum gerit nobilissimum, in quo auræ lilia colore  
sapphiri, quasi astra in sereno coelo affixa, fulgere  
videtur, vt etiam ex coeli astitudine intelligatur,  
quanta sit sua dignitatis sublimitas, tanta est au-  
tem altitudo coeli, quod à mortali homine, non  
potest mensurari, vt habetur Eccle. i. Altitudinem  
coeli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi,  
quis dim census est? quasi dicat, nullus. Et ideo sicut  
cælum situarum est in loco eminentiori, atque  
inter omnia corpora, altius eleuatum, Ita etiam  
vt habetur, Esa. 54. promissum est illi, quod eset  
fundatus in sapphiris, tanquam pater Christiani-  
tatis. Cum etiam idem propheta, vbi supra lo-  
quens in persona Christi dixerit: Ecce, ego ster-  
nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in  
sapphiris, hoc est, te Christum, & Ecclesiam tuam,  
& filios tuos, & Ecclesiam tua proteciores, prout est  
inter alios rex Christianis. qui tanquam filius  
Christi, & pater Christianitatis, habet arma sua  
fundata in sapphiris. Sic rex Christianissimus in-  
terioribus seculi huius reges Christianæ religio-  
nis, dignitate, potentia, diuinitatis ac nobilitate, est  
sublimior, atque admirabilior, & ad suslinendam  
Ecclesiam, potentior, & pronior.

Secundò, vt inquit G. Bened. Campus scutire-  
gni nedum coelo, sed etiam sapphiro lapidi in col-  
ore assimilaterrationibus sequi. Quia Sapphirus  
colore videtur trahere Regem ad coelestia desideria,  
per rectam fidem, cum nihil sit quod lumine  
clarior præfulget, quam recta fides in Principe.  
Nam dicit Greg. lib. 18. moral. cap. 8. Sapphirum  
tenere similitudinem coloris aëri, per quod de-  
signat appetitum languentis animæ tendentis ad  
coelestia. Vnde dicit Helimardus, quia sapphirus  
coelo sereno similis est, castè portari vult, gem-  
maque gemmarum, & lapis sanctus dicitur. Ideo  
in lib. de Natura rerum dicitur. Qui sapphirum  
portat expedit, vt summo studio castitatem ser-  
uet: quoniam hic lapis tanto dicitur preciosior &  
melior, quanto colori coelesti est similior. Sic rex  
Christianis tanto magis erit Deo & Angelis gra-  
tior & charior, quanto magis in contemplatione  
rerum diuinarum fuerit sublimior. Et sic, quan-  
tumcumque excellat in dignitate, potentia, diuini-  
tatis, vel abundantia temporalium, nihilominus

## Q V I N T A P A R S

felicitate prospérarum rerum huius seculi, non debet corrupti, ant depravari, sed magis ac magnis oculos mentis cōuertere ad altiora desideria, ad veros honores, ad securas diuitias, ad ecclēstes Thefauros, ad delectationes aternas. Ex quo interfici tibi G. Benedi. quod rex suam regiam dignitatem in Christo regere, quem in speculo lippidissimo contemplari dicit, ut quod in se prauum deprehenderit, corrigit, quod rectum, tenet, quod deformis, cōponat, quod pulchrum, seruet, quod sanum, excolat, quod infirmum; assidua meditatione corroboret, p̄cepta diuinæ legis efficaciter impleat, & quid sibi cauendum, quid se cātandum sit, agnoscat. Decens quippe est, ut rex se totum in vita & moribus componat: Quia, quanto mirabilius p̄t cunctis regibus vniuersi orbis excedit honoris dignitate: Ita conuenit, ut cāteros transcendat mēnris sublimitate, & totus sidereus fulgeat maiestate, & subdit ibi G. Benedi. pulchra notata digna de excellētia sapphiri, de qua infra in vlt. pat. in 90 consider. dixi.

Tertio, tria lilia in campo sapphirino, aurea de pinguntur. Quia sapphirus, animū hominis pium & denuorum efficit ad Deum, atq; in bonis firmat, & pacem conciliat, ita ut inter omnes lapides preciosos dicitur lapis sanctus, quia ad sanctitatem, & devotionem hominem disponit. Ob id legitur, Exod. 28. & 29. Quod Moyses ad p̄ceptum Domini vestem sanctam fecit Aaron summo sacerdoti in gloriam & decorum, in qua inter diuersos lapides preciosos sapphirus connumeratur. Sic Ieremias Threnor. quarto, Destructionem Ierusalem, ruinam templi, & sacerdotum recognitans, eorum pulchritudinem assimilavit iapphiro, dicens: Candidiores Nazarei cius niue, nitidiores lacte, rubicundiores cbore antiquo, sapphiro pulchriores. Conuenit itaque, ut maiestas regia, sit tota siderca, & sapphirina, per reuerentiam & benevolentiam ad omnia, quæ diuinum cultum concernunt, ut sicut in dignitate & potentia cāteris est eminentior, ita expedit, ut in amore rerum diuinarum, sit amicabilior, & conformior, sic cuius fuerunt p̄decessores. h̄c Benedictivbi supra.

Quatt̄o , Sapphirus secundum Arnal. corpus humanum vegetat, ac membra integra conservat, curat dolorem frontis, & sudorem restrigit, corpora p̄b̄ct̄ in regia, bonique coloris, tortiones ventrī tollit, & omnia vlcera cum lacte sanat. Præterea in li. de naturarū, & in ortu sanitatis dicitur. in tractat. de lapidibus. cap. 109. quod sapphirus, morbum illum horribilem, noli me tangere, appellatum, sugat. Ex quo instruitur rex Christianiss. ut vigilans sit, & sollicitus, ad corpus mysticum, id est, Ecclesiam, protegendum. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, quæ secundum Apol. ad Roman. duodecimo, non eundem auctūm habent, ita multi vnum corpus

sumus in Christo, huius autem corporis nostra, tenetur rex vegetare, ac custodire ne voracibus dilacerentur, & ne morbida agnoscent, ac pauperibus beneficia, sufficiunt, ac eleemosynas largiri, quib. recreantur, membra corpus conservat & recreat. Sic continet, ut rex, qui tria lilia in sapphiri colore cōdit, membra corporis mystici dirigit & cultu ne deuos sequantur effectus. Hoc etiam dicit.

Quintō (ut idem ait) Sapphirus est p̄ciosissimum sc̄eno cōculo similius, quæ perculta solatibus ardente emittit fulgorem. Pr̄dicit Isid. lib. Etymol. decimosexto, cap. 9. Sapphirus, pulueres habet aureos spartos, L. hortatne regia maiestas, ut sollicita sit p̄ Deo reddere in tanto cumulo beneficiorum, quanoplera à sole iustitia Christo sufficiat, tanto magis ardētia desideria ref̄ debet in Christum, à quo procedunt. Etēc so, tanto grauius de ingratitudine iudicatur omnis homo, quanto magis multiplicat̄ sc̄ificij, ingratus probabitur extiisse, iuxta Chrysost. Quanto maiora beneficia sunt, h̄bus constituta, tanto grauior peccantibus p̄tur iudicia.

Sexto , Sapphirus est gemma, valde delectans, leta, & pulchra. vnde Lapidarius ait:

*Sapphiri species dicitur aptissima regum, Egregia & fulgens, puroq; simillimacula, Vllore est nullo virutiibus atq; decor. Hic & Syrties lapis est à pluriq; vocari. Quia circa Syrties Libycis permixtus aren, Fluētibus expulsi feruente frētō expellit. Ille sed optimus est, quem cellus Medicis gignit, tamen assertur nunquam transmittitur. Quia natura parente tanto datur honore, Vis acra & meritis gemmarum gemma vocatur. Et qui portat eum, nec vila fraude necatur. Inuidiam superat, nullo terrore mouetur. His lapidis, ut perhibent, educat carcere vnde obstruitasq; foras, ac vincula talla relaxat. Fertur & ad pacem bonus effere conciliandus.*

Ex quo instruitur rex Christianiss. ut diligenter, & cum gaudio, pulchritudinē aedet Christianæ relig. conservat̄ velit. Quod eiunt reges nostri, & qui in cunctis locis diices ad punienda peccata, maximē b̄mias, quod & facere debent, alias non cōtur veri reges. ut scribit G. Benedictus in loco alleg.

Septimō , In colore sapphiri extendit̄ aurea lilia, quia sapphirus suo valore & preciō vires acuit̄ regis Christianissimi ad cōsumendum sumptuositatem cōlestium adiunctione. Nam, teste Isidor. vbi supra, Sapphirus

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

155

gemmas purpureas cōputatur, habet patiter ex-  
cellētū valoris inter lapides preciosos, ob quod  
inclusi. Thobias spiritu eleutatus videns excellen-  
tiam celestis patriæ dicit, portas eius esse ex sap-  
phyro constructas: ut scribitur Thob. 23. Pariter  
ad Apoc. 21. ait, fundamenta muri supernæ ciuita-  
tis ex lapidibus preciosis, inter quos sapphyrus  
ex secundum fundatum. Ex quo instruitur  
Rector sapphyrius, ut omnino inelineatur, &  
memor coelestis patriæ, & excellentissimorum  
ad vociorum supernæ ciuitatis, & sanctæ Ierusal-  
em, de qua scriptum est per Prophetam, Psal. 36.  
Fundamenta eius in montib⁹ fanticis. & sequitur:  
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

Ostendo & vltimò, scutum Regis Christianiss.  
sapphyri colori figuratur, Quia sapphyrus sua  
significat gloriam æternam, verum suo colore a-  
num hominis ad coelestia gaudia inclinat. Ra-  
tio est (telle eodem G. Bened.) Quia cum omne  
simile naturaliter appetat suum simile, & sapphy-  
rus inter omnes gemmas similis sit sereno celo:  
unde Rex sapphyro non conueniret, nisi ad cele-  
stia inclinaret, & superna appeteret. Sapphyrus et-  
iam in sacra scriptura eternam gloriam significa-  
tur: ut habetur Exod. 24. vbi Moysés, Aarō,  
Naab, & septuaginta de senioribus Israël,  
deinde erunt, sub cuius pedibus erat quasi opus  
lapis sapphyrii, & quasi ecclēsum cum serenu est.  
Et Ezech. 10. cap. 1 legitur, quod species gloriae  
Domini, sive Cherubin erat quasi lapis sapphyri:  
i, & serena, quoniam intelligantur, scribit in di-  
cione G. Bened.

Quibus tantum concludit. Insignia Regum  
potest esse excellentiora aliijs, cum in eis sint duo  
ores nobiliores, Aureus, & Azureus: De qui-  
bus usque in 1. par. in 54. & 55. conel. 38. Et de lau-  
& sapphyri aliud scriptum infra in vlt. part. in 92.  
concl.

Nominum ergo, si Reges Franciæ plura priu-  
ilegia abant ultra alios Reges, de quibus ante di-  
mactationem scribit Iac. Bonaudi in suo panegy-  
rico post tract. Ioan. de Terra rubea, contra  
rebus eorum Regum.

**T**Reges secunda confidit. Quilibet Rex seu  
Principes in suo regno in culmine sedere debet, cum Princeps sit regni domin⁹. I. deprecatio.  
Est legem Rhodian de iac. & regale culmen ap-  
pelland. bene à Zenone. C. de quadrieni. præsc. c.  
Principes seculi. 23. q.s. & culmen appellatur locus  
super omnes gentes ad curiam suam conuocan-  
tes regnum & terras representantes. & dicitur  
Psal. 1. pe. ibi. Ut enim imperialis fortuna  
supereminentias, ita oportet Principales  
liberalites culmen habere præcipuum. C. de bo-

quælib. Vel principale dicitur. I. 3. §. finautem. C. de iure domi. impetrando. quod dicitur cathedra  
existens in alteriori loco, sicut ædificia domus di-  
cuntur culmina, quod culmis teguntur: & in di-  
cto culmine, id est, altitudine, sedet Rex supra ca-  
thedram, quæ est alta vel exæcta sedes, secundum glo. in elem. dudum. de sepult. Vel in solio sedere  
debet, hoc est armario exvn ligno facto, in quo  
reges corporis sui tutelam sedebant, extra de-  
lect. c. quorundam, in prin. & ibi per Arch. Et di-  
citur thronus Grace, quod Latinis solium dicunt.  
De quo habetur Gen. 4. ibi: Vno enim solio re-  
gis te p̄cedam. Et est etiam sedes Romani P̄t.  
tanquam exæcta. e. fundamenta. §. ne autem, in fi-  
de elect. in 6. & gl. in d. cle. dudum. facit differentia-  
m inter solium, cathedram & tribunal. & ponit  
hunc versum.

Rex solium, docto r̄ cathedram, indexq. tribunal  
P̄ficit, ac sedem præful prætori q. curule.

Et ista sedes dicitur sedes honoris & iustitiae: de  
qua in ca. multi. 40. dist. Et rex & dominus præ-  
cellens in solio alto super omnes Principes sedere  
debet: cum scriptum sit Prover. 20. Rex qui sedet  
in solio iudicet, dissipat omne malum intuitu suo.  
& I. Reg. 2. ibi: Et solium gloria teneat. & 3. Reg. 1.  
Viuat rex Salomon, & sedebit super solium, & Es-  
sa. 9. Super solium David, & super regnum Prin-  
cipis terra, surrexerunt de folio. Et Iob 36. & Re-  
ges in solio collocati in perpetuū, & illuc eriguntur.  
& in plerisque alijs locis probari posset. & habet  
ur I. Regum. 10. vbi de Saule rege loquitur. Ste-  
titique in medio populi, & altior fuit vniuerso po-  
pulo ab humero & sursum. Et Princeps dicitur  
quasi primum locum capiens, secundum glossi in  
cap. fundamenta. §. proinde de elect. libr. 6. & Lu-  
cas de Penna in rubr. Cod. de Principib. agent. in  
reb. libr. 12. vbi amplè ponit quis propriè sit Prin-  
ceps.

Et ut deuenianus ad practicam & ordinem cō-  
suetum sedendi, qui multum attendendus est in  
hoc, eum consuetudo in hoc multum attenda-  
tur. Bald. in cap. 1. §. marchio. in titu. qui scud. dare  
poss. videndum est, quod sunt aliquæ congrega-  
tiones in Francia quæ sunt ordinariæ, ut est coro-  
natione regis, & in ista coronatione est datus certus  
ordo, quo ad illos, qui interessent debent in ipsa co-  
ronatione, qui est talis. Videlicet quod duode-  
cim pares Franciæ præcedunt omnes alios Prin-  
cipes regni: de quibus infra ista part. 43. considera-  
tione. licet videatur de primogenito Regis, quod  
omnes quoconque præcedere debent, quod in-  
telligerem esse verum in alijs aëribus quam in co-  
ronatione: Quoniam est dubium, quod tune non  
habeatur pro primogenito regni, tanquam natus  
antequam esset Rex. De eo eriam dicam infra in  
41. consideratio. & de alijs, quos ponam infra in  
suo ordine, secundum quod debent sedere in di-  
cta conuocatione, faciendo distinctionem suis  
locis

## Q V I N T A P A R S

locis de alijs congregationibus extra illam , in quibus seruandus est alius ordo , prout infra dicitur.

**T**rigesimateria consid. erit prosequendo ma-  
teriam & non excedendo terminos honoris  
Regis, cum ab eo procedant omnes dignitatis re-  
porales, ut no. Bar. & Io. de Pla. in le. i. de dign. li. 12.  
C. idem Ioannes de Pla. in l. i. in fi. C. de silentiariis. lib. 12. Alua. in c. i. in prin. de feudo marchie, qui  
allegat tex. in l. Sacrilegij. C. de diuersis rescriptis.  
Merito debet illis praesesse, & ab illis honorari: Imo quod plus est adorari, non tamen adoratione,  
qua Deo deberur, sed Regia subiectione debet sa-  
lutari, ut probat tex. in l. i. C. de silen. lib. 12. ibi: Ut  
tam in adoranda nostra serenitate. & ibi gl. quam  
sequitur Io. de Pla. in l. primicerium. C. de fabric.  
lib. 10. & Luc. de Pen. in l. euist. per illum tex. C. de  
euro publ. lib. 12. Vbi dicit, quod ipse mereretur  
venerari, adorari, coli, sibi supplicari, & gratiarum  
impendi munera, facit tex. in l. si quis seruum ibi,  
nostram purpuram adorantes. C. qui militare non  
possunt, lib. 12. & ideo dicit Io. de Pla. in d. l. i. C. de  
silentiariis. eo. lib. Quod nullus debet se genuflecti  
coram alio, quam coram Principe vel maiestate  
Regia. Et ideo errat quidam Car. De hyer Anglus,  
qui tanta elatione vtitur, quod suos domesticos &  
familulos patitur talia, aut, quod dererius, cogit ei-  
dem ministrando etiam in cibarijs deserendis, &  
alijs actibus domesticis & familiaribus, imo etiam  
nobiles patria genuflecti, prout committit dici-  
tur, quod ridiculosum dici debet, cum non sit nec  
Papa, nec Rex: Imo quod plus est (vt communiter  
fertur) non est nobilis origine, ex quo deberet co-  
tentari honore sibi debito, non assumere hono-  
rem debitum Regibus secularibus, Imperatori,  
aut Papa.

Et vt dicit idem de Platea, tantus honor debet-  
ur Papae, quod in pede osculatur, ut dicit gloss. in  
leg. i. Cod. de domesticis, libr. 12. & ibi dicit, quod  
etiam Imperator osculatur in pede sicut Papa.

Imo etiam, quod plus est, quilibet non admittit  
ad salutandum Principem, ut dicit gloss. in  
l. i. Cod. de veteranis. & Ioan. de Pla. in d. le. i. Cod.  
de silen. & in l. i. Cod. de domesticis & protectori-  
bus, lib. 12.

Et coram eo est eundum, & illi est obuiam eun-  
dum, cum barba tonsa & ueste pulcherrima, put  
habetur 2. Reg. 9. c. Illique est honor deferendus in  
introitu ciuitatis, in salutatione, qua non debet  
fieri sine munere, ad instar Regis Parthorum, qui  
salutari non poterat sine munere, ut refert Pe. Ca-  
didius in proce. Appiani Alexandri. in principio de  
bellis.

Imo etiam reuerentia debetur Principi, per quos libet  
viros Ecclesias, ut dicit tex. in c. Reg. 23. q. 5. & c.  
si apud, p. quo i. Pe. 2. vbi dicitur Re. e. honorificare.

**T**rigesimaquarta consid. Principi obtempe-  
randum est, cum generale sit pactum societa-

tis humana obtemperare Principibus, qui  
mores. s. dist. in sua sum. 44. disinct. c. quid  
rur. 23. q. 1 & dicit Hiero. Principibus & Potest  
bus fidem & reuerentiam seruari oportet, quia  
qui non exhibuerit, ad Deum premia habere  
poterit. 23. q. 5. c. Reg. c. sicut apud Card. facit  
in l. fi. C. de exaet. tribut. libr. 10. Et dicit Apo-  
stolus ad Tit. 4. Admone illos Principib. & Potest  
dixit esse, dicto obedire, ad omne opus bon  
ratos esse. & ad Rom. 12. Omnis creatura Po-  
tibus sublimioribus subditas sit, qui autem  
Potestati, Dei ordinationi resistit. Facit qu  
betur Esdras 3. 4. vbi dicit tex. O virtutum p  
lunt homines, qui terram & mare obtinet  
omnia que in eis sunt? Rex autem super omni  
cellit, & dominatur corum, & omne quod  
dixerit illis faciunt. Er sequitur: Etonius pl  
virtutes eum obaudiant. Imo etiam faci  
primi & secundi ordinis cidein obedient, &  
participere potest Princeps, ut habetur 4. Re-  
bi: Et praecepit Rex Elchiae Pontifici & sacer-  
bus secundi ordinis. Imo Princeps sacerdos  
stituebant iure diuino, prout habetur Eva 24  
Moysé Hebreorum Duce, qui constituit A  
fratrem suum sacerdotem: & de Iuda Macc  
ee, qui elegit sacerdotes, qui purgarent san  
Maceab. 4. Imo Praelatus electus & contra  
non potest administrare, donec plebis. 6. a. 12  
e. Abbates. 18. q. 2. & per Compostellam. in cap.  
sicut, de ele. col. antep. versic. Princeps prae  
prout recitat Henricus in c. nobis. de aperi-  
ta obseruat in Francia, & in Hispania, vte  
Ioan. Lupus in repe. rub. de dona. interivit. &  
in prin. in tertia praevidentia. Princeps tam  
bet honorare Episcopum. dixi supra in + par  
confid.

**T**rigesimaquinta consid. Pro Rege est  
dum est, exemplo Baruch 1. quid dicet  
dum pro Rege Nabuchodonosor, & Bal  
filio. & maximè pro Rege Francie: Cum en  
rantes pro eo lucentur centum & decem  
diligentiarum. dixi ante. Imo intantum el  
randus Princeps, quod pro conseruacione  
noris toleratur iniquitas: & preferendum est  
Principis commodo publico, ut dicit Luc.  
in leg. fin. in 8. & 9. colum. Cod. de loc. pre-  
11. & in dict. leg. in 6. colum. ponit quadam  
testate eius mirabil. ex quo multum honoris  
est.

Quæ autem sint iura Regis, & cuiuslibet  
us superemi Principis effet hic inferendum.  
Regis cognoscetur præminentia illorum. n. 1. 10  
deri potest in tit. quæ sint Regalia, in vestibus  
& per Jacob. de San. Georgio in tracta. feod  
Princeps. & de quibus plenè antea in 24. conser-  
tione.

Quid autem dicenius deiuribus Regis de-  
bus habetur 1. Reg. 8. ca. cum dixerit Deus pe-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

156

Samuelis populo Iura Regis, qui imperatur in eis, quod erit tale: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & preceptriores quadrigarum suarum: & constituer sibi tribunos, & ceteriones, & aratores agrorum suorum, & mestores segetum, & fabros armorum & currum suorum: Filias quoque vestras faciet sibi regnuntarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas & oiliueta opima tollet, & distributorius suis, sed & segentes vestras & vincarum reditus addeccimabit.

Notandum est istud verbum, addeccimabit, quod etiab dupliciter positum: quoniam ex hoc videatur quod Rex habeat ius decimandi. & sic, quod enim non videatur peccare Nobiles Francie, qui dicant se habere decimas in seudatas a Rege: cum Rex habeat potestatem addecimandi, ergo etiam ius dare in feudum.

Dicimus solum, Quod talia ibi specificata non fortuna Regis ex diuina institutione introducta, sed magis per Prophetam pronunciata ex eorum tyrannica usurpatione. Qui postquam Reges sunt, usiniquum constituant, in tyrannide degenerantes, subditos opprimentes, & sine causa depravantes, secundum Andr. de Isen. in proce. feud. & in cap. de capitaneo, qui curiam vendidit. in vobis feudorum.

Ene transcedam materiam nostram, relinquentiis de prædationes & exactiones Principum, tunc alibi dicamus: sed etiam ibi dicit, quod talia possint esse iura Regis ex diuina institutione, quam solet in extrema necessitate positus, quod etiam non solum illa, sed & maiora saceret, & maiorum resinationes. Et solum in presentiarum sufficit in quod G. Bened. doctor Gallus, illa prævidit, & scilicet bene descripsit in sua solenni repetitione cap. Raynur. de testam. in verb. condidit. le propter incipiendo in medio illius vsq; ad finem cap. finem: ad quem semper de his est recurrens.

Etiam est aduentendum ad illum textum, ibi hoc verbo, ius regis q; imperaturus est in eis. Quod quinque R. post dicit Imperator per illum textum, qui hoc verbo viritur in Rege.

Et rite finiam, à Principe tanquam à capitaneis inferiores honorum & potestatum omnes diffunduntur. 19. di. c. ita dominus. c. funeraria. §. 1. de ele. in tantum, quod lex animata a. tenuis dicitur. tex. c. in auth. de consulib. in fin. in auth. quib. mod. natu. effi. legit. §. igitur licet in glo. an. l. & quia. ff. de iurid. omn. ind. Dixi in actudinib. nostris ducatus Burgun. in tir. Des Alice. §. 5. in gloss. S'il n' à grace. in prine. ibi: hic dago: & supra in priu. 52. consid. Et quicquid statuerintiam dando decreuit, pro lege servare. Sed & quod Principi. institu. de iure naturali. & civil. Ipse enim sicut est solus legibus solus, solus legem concedere potest. L. Princeps.

ff. de legib. Er pro dispensatione habetur, quod probatur Principem voluisse. ca. cum nostris. de concess. præbend. maximè. vbi ei exponitur defectus, quem videt ex expositione. quidam consulens. & ibi Alex. & alij. ff. de re iud. Vlp. ff. de excus. tut. Et sanctio Principis nihil habet imperfectum. l. fi. C. qui militare non pos. li. 12. l. fi. C. de his quib. vt indig. Nemo enim potest ei dicere, Cur ita facis? Bal. in proce. feud. in 12. col. Et isto dicto saepius aduocati in palatiis vtuntur: quod dictum est Spec. in tit. de legato. §. nunc ostendendum. vers. 89. per tex. in c. quamvis. de pœn. distin. 3. ibi: quistamen audet dicere Deo, cur huic parcis? & gloss. ibi, in verb. Deo, dicit idem in Papa. & ideo idem dicendum in quolibet Principe supremo, cum sit Deus in terris, Bald. in auth. hoc amplius. versic. quæro, an filij Regis. C. de fideicom. & dicit Bald. in c. Ecclesie S. Mariae. in princip. col. vt lite pen. Quod cum Princeps sit causa causarum, non est de eius potestate inquirendum, cum primæ cause nulla sit causa. Cum id, quod primum est, ante se aliud habere non potest. Hæc & plura alia vide quæ dicit d. meus laf. in l. rescripta. in l. col. Cod. de precibus imper. offe. & in leg. 1. ff. de consti. Principum. Vbi ponit quædam, quæ solus potest Princeps, ita quod Principis verb. eiusque narrationi, super rebus per se, vel in sua præsentia gestis creditur: Etiam si solus testificetur, per cap. cum à nobis. de testibus. & quod in his quoque, quæ ante Principatum se præsente gesta sint, locum haber gloss. singularis in capit. l. in verbo. statuit. de renuntiatio. libr. 6. glos. in cap. Apostolice. in verbo promisissent. dere iudi. lib. 6. Dicit enim Andr. de Isen. in cap. fin. in tit. quo tempore miles in vobis feudorum, quod late examinat ibi: Quod Præpo. Princeps in re propria testificari non potest. Nulla etiam iurius solennitate Princeps astringitur. le. apud eum in fin. ff. de manumissis, Inno sola præsentia Princeps solennitates iuriis supplet, aetumque qui defecit solennium nullus est, instaurat & reponit. leg. adopt. ff. de adop. l. 2. ff. de reb. eorum. glo. post tex. in auth. vt non fiat pignoratio. colla. s. facit. lc. fancimus. §. exceptis cum auth. ibi posita. Cod. de don. Bald. in le. omnium. Cod. de testam. Ad hæc Princeps iudiciorum ordinem obseruare non tenetur. Sola enim veritatis inuestigatio coram eo fit, qua cognita diffiniti etiam, si judicialis ordo vel fit peruersus vel prorsus omisissus: causæ tamen cognitione exigitur. Ira Bal. in l. fin. C. de legib. Idem in c. 1. §. fin. de noua forma fidelitatis: ad finem. in vobis feud. & est text. in cap. ad petitionem. in fi. de accus. Et ideo illud, quod dicit Paulus de Cast. in l. si testamentum. C. de testa. q; Princeps sine causa cognitione concedere posset, non est intelligendum in his, quibus litis diffinitio expectatur. Princeps etiam crimen non solum indulget, sed etiam aboler. And. de Isen. in ti. que sit prima causa. §. preterea. in vobis. feudorum. Remittit insaniam, & ad hono-

## Q V I N T A P A R S

honores pristinos omnino restituit. le. i. §. deinde, le second. ff. de l. post. l. fin. C. de sen. passis. Remanet tamen cicatrix. arg. c. ventum. i. q. l. c. illud. le. dist. arg. l. omnes iudices. C. de decur. lib. io. Largiendo magistratum, dignitatem donando. Imo & tolerando in honoribus incapacitatis maculam abstergit, remouet impedimentum. l. Imperiales. §. nam omni macula. C. de nup. l. Bar. ff. de off. praetoris. d. l. Quidam consulebant. ff. de re iud. Imò etiam Princeps pœnam meritam sola voluntate remittit. l. i. C. de deserto. lib. 12. de innocentia etiam damnati sine appellatione cognoscit. l. i. in fi. ff. de questionibus. Alia Principi referuata ponuntur per Bal. in d. leg. rescripta, & in leg. i. Cod. de iure auctorum annulor. & de multis casibus & specialibus Principi compe. dixi supra ista part. 24. consideratio. vbi iam quædani ex antedictis posui.

**T**rigesimasexta consid. erit. Et licet subiecerit Principi Deus leges, an etiam non obligetur ex contraactu, ita quod Deus etiam eidem subiecerit cōtraactuum vincula quæ iuris gentium natura lique ratione consistunt: & quod non est communis omnium iurisperitorum doctrina, in le. Princeps. ff. de legib. Cyn. Bal. & doct. in l. digna vox. C. de legib. & in c. i. de prob. vbi docto. Canonici, qui ita communiter tenent. do. meus la. in l. si ciuitates. in 3. col. ff. si cer. pet. & in le. i. ff. de pac. Alex. in confi. 101. in 2. col. in 1. vol. & idem Iaso. in le. i. ff. de confi. Principium. & in l. si testamētū. C. de test. Fel. in c. quatin Ecclesiastum. in 21. col. confi. Barb. in confi. l. in 4. col. in 1. vol. in 43. tamen colum. dicit. Casum esse. Vbi potest resilire à contraactu: & etiam alium ponit Iacobinus de sancto Georgio in suo tract. feud. in prin. videlicet quod possit re uocare feudum inuito vasallo. alleg. Bald. qui hoc non dicit, nec etiam hoc placet Vdalrico Zasio in repetitio. l. 2. §. eodem tempore. in gl. ratum esset. ff. de orig. iur. vbi plura exprædictis dicit. & ibi dicit quod licet absoluta potestate legibus non ligetur, ea tamen potestate abuti non debet. dixi a libi.

**T**rigesimasextima consid. Videtur quod Rex Hispaniæ sit omnibus alijs Regibus præserendum, cum plura habeat Regna sub se, & plures coronas: quoniam Rex est Aragonum, Castellæ, Legionis, Rex Granate, Rex Maioticarum, Rex Cor dubæ, & etiam Catholicus dicitur, Rex Gallicæ, Rex Andelofie. Et sic dicitur habere septem, aut octo Regna, & sic septem coronas: ex quo videtur quod ratione multiplicationis coronarum debeat exter Regibus præferri: Sicut videmus, quod ille, qui est marchio & comes, præfertur marchioni, cum duo vineula sint fortiora uno. Bal. in l. sed & milites, in prin. ff. de excu. tut. vt etiam in simili dicitur de doctore in vtroq; iure, qui præcedit doctorem in uno tantum secundum Bal. in dicto loco; & dicam infra in 10. par. & faciunt quæ supradis-

xii in hac parte, in 27. consid. in fi. incip. Imperator inter omnes Principes. vbi dixi, quod magnus herandus est Imperator cum tres coronas habent quām alij Reges, qui de per se non habent nam. & in 19. considerat, cuius initium est, de Bald.

Et etiam qui pluribus præstet dicitur maior dixi supra in 1. par. & in 4. par. in 51. consid. vbi alleg. glo. in auth. constitutio, quæ de bus. §. generaliter. qui dicit, nota nobilior pter subiectos. Et habetur Proverb. 14. in fi.itudine populi dignitas Regis, & in paucibus, ignominia Principis.

**T**rigesimaoctaua consid. erit de Rego. Eò etiam, quia est et Monarcha in gno, & ab ejus sententia non appellatur, fecitus est multorum Prælatorum sui Rego. de off. præt. l. pro vt Bal. in cap. cum venit col. extra de eo, qui mittitur in posselli re seruanda. Refert & sequitur Fely. in ca. quæ in 20. col. fi. extita de resct. & per lo. Lup. pet. rub. de do. inter vir. & vxor. qui lucet vel præferendus regi Hispaniæ, quia vnguit vi dictum est, tamen rex Hispaniæ præfatur, vi. dictum est. De alijs verò Regibus Christians eos esse colloquandos secundum numerū pos in Martiniana: de quo fit mentio per Alb. de Rab. in rub. de statu homi. & dixi supra in plurib' loca. Et de excellētia plurium Regnorū vide infra 12. par. in consid. 56.

**T**rigesimanona consid. Quoniam mulier radis maritorum concavatur & honoretur l. sœminæ ff. de senato. in auth. de confi. hæc itaque. colla. 4. facil. l. fi. in princ. C. de nos lib. 10.

Ideo Regina Franciæ, tanquam excellens omnes, tanquam dilecta illi, qui pascuntur, cæteros quoscumque huius Regni poss. præcedere debet, cum etiam ultra quoscumque ratione dignitatis coronam portet, quam illius in Regno præter Regem portare aut potest; imò Regina appellatur. ca. dilecta tris. & in subscriptione. ca. cum deuotissim q. 2. Et eadem priuilegia, quæ habet Imperator & Augusta: vt est tex. in l. Princeps. ff. de l. cubicularios. C. de præpos. sacri cubi. Luc. de Pen.

Et licet Vxor sedere debeat à sinistris, vñ tur Psal. 127. Vxor tua sicut vñtis abundans. rib. domus tuæ. Regina in hoc priuilegiano sedere debet à dextris, vt habetut Psal. 44. 1. Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. &

Et dicit text. in l. bened. à Zenone. C. de quod præferi. quod Augusta vñtut eadem præpos. quæ vñtut Imperator. facit. l. fiscus. infi. cum. ff. de iure filii. & plenè per Luc. de Pen. in l. 3. ff. præpositis sancti cubi. lib. 12. Vbi dicit, quod enim ministri Auguste eodem, quo & ministri Princeps

privilegio gaudent. Augusta tamen non gaudet omnibus privilegijs imperialibus, sed his quae non preiudicium parant, aut modicum: & tri-  
tur etiam privilegium in non praestans ve-  
stimentis lib. licitatio. S. fiscus. ff. de public. & tribu un-  
a prouilegia, que conueniunt mulieri, sed non  
au. Vnde non potest condere legem & simili-  
ta, que tributa sunt Principi soli inspecta eius  
dignitate. Et faciunt praedicta ad questionem, de  
quibus per Lucam, at si Regina laddatur possit in  
negrum restitu vt Princeps. Faciunt etiam ad  
praedicta, quod gratia quædantur per Reginam in  
regione quolibet suo iunctu aduentu sunt vali-  
dum habeat eadem priuilegia que & Rex: quod  
habet ex confutidine in Francia, de qua dixi  
inconfutab. nostris duc. Burgun. tit. Des iustices.  
S. angl. du Prince.

Adiuerte, quod si Regina sit filia Ducis aut Co-  
mtes, tamen dicitur Regina propter dignitatem  
matris, & si sit filia Regis maioris præminentiae,  
tunc illam dignitatem, quæ habet à parre. Ia. Re  
bus & alijs in l. Co. de digno. lib. 12. vide supra in 2.  
part. & confider. Ex quo cum nobilis. domina  
Claudia de Francia, Regina Francie, sit filia Regis  
Ludouici XI. & nunc vxor Christianiss. regis Fran-  
cæ primi, debet præcedere dominam Loysiam  
desponsa diauincim prædicti Francisci primi, cū  
tunc in ex quacunque parte non sit diæta Loysia  
n. Duciſa. & ita vidi obſeruari hoc Anno Domini  
viii. in hac ciuitate Heduens. quoniam semper  
Regina præcedebat marrem, & ponebatur in di-  
gnior & altiori loco, & eam sequebatur mater, li-  
cet in maxima autoritaria apud filium, & in aioris  
20. auctoritatibus quam legatur fruſte quandoq; aliqua  
apud filium: imò etiam excedit auctoritatē  
Venerie apud Coriolanum eius filium, de qua in-  
fatu. in seq. confidit.

**V**adragesima confi. Mater Regis videtur cf-  
fecundis alijs preferenda: cfū habetur 3. Rcg.  
25. positus est thronus matris iuxta thronum Re-  
gis propter allegat. Ant. Flo. in par. sua sum in ti. 15.  
20. ponitur gratiæ priuilegiorum B. Matia.  
25. dicit tex. in dicto loco, quod Rex Salomon  
fuit mocussum matris suæ venientis ad eum, a-  
dotus est eam, & fecit ponit thronum ad dexte-  
ram suam: quod credo verum si Regina non ades-  
tit, quia si eis præsens, federer ad dextram, vt an-  
telatum est in præcedenti confid. & ita videmus  
obseruari.

Ino nam est tex. in c. 4. Esdræ 3, quod concubi-  
20. Regis sedebat ad dexteram suam: sed ille textus  
25. certihi, nisi ad denotandum fortitudinem fa-  
miliæ ulterius, & non locum eidem debitum, nisi  
20. taurum, quod illo tempore concubinus erat per-  
tus: non aliter in illo.

25. dicit Spec. in tit. de testib. §. 3. versi. illud quo-  
20. quod hæc matris nō sit eadem potestas, quæ  
25. patris, tamen eadem esse debet reuerentia, ho-

nor, & pietas. Et idco habetur Exod. 20. & Deut. 3.  
Honora patrem & matrem, si vis longæus esse su-  
per terram. Filii tamen debent esse subditi matre,  
sicut habetur exemplum de Christo. Luc. 2. Et erat  
subditus illis. Habemus & tertio exemplu de Coriolo-  
ano, qui tatum honorauit matrem, quod Ro-  
manos & patriam liberavit preci⁹ matris: de qua  
per Valerium in lib. quinto, in rub. de pietate erga  
parentes. Et de his tribus exemplis vide Ber. dc Bu-  
stis in 2. par. sui Rosa. in scr. 20. in 1. pat. litera M.  
& vide Prouer. 1. vbi dicitur. Et nc dimittas legem  
matristuæ, vt addatur gratia capitii tuo, & torques  
collo tuo.

Cleobis & Byton fratres multum matrem ho-  
norauerunt, etiam in morte, qui vt sacerdos cam  
insequens ad sacrificium curru uheretur, colla de-  
dere iugo loco eorum, vt Argia se quo aſcenderet:  
refert Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. Claudioſanus  
etiam sic inquit:

*Si petus Argolicos illustrat gloria fratres,  
Quis sua materno colla dederet iugo.*

Videmus tamen in multis, quod non est bonū  
semper credere matri: Et ideo, vt refert Guagui-  
nus, lib. suo 10. vbi loquitur de Rege Ludouico XI.  
in suo testamento ordinanit Carolo VIII. eiusfilio,  
ne matris suæ credret: nō aliter insisto, dicam  
infrā.

Et etiam habetur de Heliogabalo, cuius mater  
tanta veneratione fuit, quod vix credi posset: put  
habetur per Philipp. Bercy. libr. 8. in verbo, Marcus  
Aurelius. & in verbo, Semianira:

**Q**uadragesima prima confide. Post Regem &  
Reginam in Regno prefertur primogenitus  
eius filius, qui habet dignitatem ratione primoge-  
nitute, ex quo sedet à dextris secundum gl. in cap.  
quam sit. 7. q. 1. & in l. decernimus. C. de sacrosan:  
Eccl. vbi Bald. dicit, quod primogenitus Regis se-  
det à dextris Regis. Et qui sedet ad dextrā manū  
superioris, dicitur magis honorari scidente ad fini-  
stram: vt ante dixi in 1. part. in ii. confidera. Et in  
Regno Francie dicitur Dalphinus, eð, quia Dal-  
phinatum habet pro suo statu, etiam viuente Re-  
ge: Ino etiam viuente Rege potest dici Rex: per  
text. & ibi gloss. in c. fin. 24. q. 1. & habetur de pace  
Constantiæ, in procemio. & in cap. Adrianus. 63.  
dicit & Bald. in l. in suis. ff. dc lib. & posthu. per Luc.  
de Pen. in rub. de auro coronario. in rub. de comi-  
tibus consisto. lib. 12. Car. Alex. in ca. 1. quis dicitur  
Dux, Marchio, & c. in vñib. feudorum. Iacobinus  
de S. Georg. in tract. suo feudorum. in verbo, Co-  
mitem. & per Oldradum confi. 94. incipiente, ele-  
ganter circa negotium. Cum etiam vt habetur 4.  
Reg. 15. c. Azaria Rege impedito, Ioathan cius fili⁹  
quandiu pater eius vixcrit, Regnum gubernabit,  
licet minor esset: cum postea mortuo patre Rex  
effectus esset solùm 25. annorum. Et hoc satis pa-  
ret ex hoc, quod Christus xii. annorum existens  
r dicit,

## Q V I N T A P A R S

dieit, Luc. 2.e.in si. Nescitis quia in his quæ patris  
mei sunt, oportet me esse?

Et quod dignitas, tenet gl. in c. quoniam periculorum. 7. qu. i. & prima dignitas post paternam, ita quod filius Regis primogenitus habet primam dignitatem, licet primogenitura post patrem Regem, secundum Bal. in l. ex hoc iure. ver. sexto. quaeritur. ff. de iust. & iur. Et ad dextram Regis sedere debet, secundum Bal. in l. decernimus. C. de sacr. Ecclesijs, pro quo est textus de Christo filio Dei in Symbolo, qui sedet ad dexteram patris, & etiam habetur Gen. 25.c. & Gen. 21. notatur per Lucam de Pen in l. tyrones. C. de tyroni. libr. 12. & Ps. 109. vbi dicit dominus, f. Deus pater, domino meo, f. Christo eius filio: sed e. dextris meis tanquam primogenitus. Mat. 1.c in fin. vbi Iesus Christus vocatur primogenitus, c. quia primogenitus sanctificatus fuit, ut habetur Exo. 13. Sanctifica mihi omnes primogenitum, quod aperuit vulnus in filiis Israe. & Luc. 2. habetur, quod omne masculinum adapta- riens vulnus, sanctum domino vocabitur.

Et istud etiam certum est in Regno Francie a-pud nos, quod primogenitus filius in Regno præferritur quibusunque suis fratribus, & omnibus alijs Principibus Regni: & hodie in Francia habet dignitatem annexam cum primogenitura, que dicitur Delphinatus. Et Delphinatus vocatur, & ex eo munivsloquendi in Francia, vocatur dominus sine cauda, seu sine adiunctione. Secus autem de statre Regis primogenito quo ad alios, secundo tamen genito quo ad Regem, ut infra dicam.

Et licet hic caderet materia ad materiam primogeniture examinandum, quia tamē iam satis est examinata per Martinum de Cazarijs, quam per plurimos alios, maxime per quandam nouitium le Cirier, qui plures alios cumulanit nihil de suo addendo: sed solum dicta aliorum in uno cumulando, se plurimis alienis vestiendo, prout ipsi de alijs dicit: ex quo de alijs silere debebat, cum hoc morbo laboret, ut videri potest per expertos in arte: & turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Et cum de alijs iudicat, in se fert sententiam. Vnde Laet. libr. 4. Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige.

**Q**uadragesima secunda consid. erit, An sicut primogenitus prefertur, ita etiam filius primogeniti preferatur secundogenito? & sic si sumus in easu in Gallia, in quo nepos precedit auunculum, quæ est questio magna, & ardua: quæ alijs fuit decisa iudicio gladiatorio, & alijs aliter fuit obseruatum in Francia.

Et quoniā materia se offert, reperio in hoc dubiorum fuisse opiniones.

Prima fuit opinio lo. And. in additio. ad Spec. super rubr. de feudis. col. 5. & Oldr. in consilio suo 223. incipient. istae sunt allegationes. Vbi ponuntur eadem fundamenta, quæ ponuntur per lo. And. Et sic credo, quod prima opinio fuerit Oldradi, cum

additiones Ioan. And. ad Speculum sint devenient ad verbnim in suis locis in cons. Oldradi. Et ut opinione inclinat Bald. in l. liberti. ver. ied. quæritur si filius. C. de oper. libertorum. vbi citata fuisse determinatum illis diebus in Regno Angliae. Idem tenet Cy. in l. imperialis. C. de n. Idem tenet Pet. de Anch. Card. Zabat. & P. in c. licet. de voto. Idem tenet Bald. in l. cum quioribus. C. de iure delibe. notus decembus. Er vbi dicitur hanc opin. in ualuisse in maiestate Francorum, & Angliae. idem Bald. hoc iure, in 6. q. ff. de iust. & iur. vbi etiam ita fuisse obseruatum in Regno Angliae, inter nepotem exprimogenito fuit exclusus primogenitus Princeps de Gauls: subiungens ita sapientiam fuisse per inclytum Regnum corum. Idem Bald. in l. si viua. Cod. de bono Pau. de Cast. in l. maximum vitium. Co. de præteritis. & in l. is potest. ff. de acqua. h. A. Rolate, in proce. fforuin. idem Pau. de Cast. fil. 161. incip. in præsenti causa. Idem tenet consil. suo 85. incip. in præsenti quest. in l. par. consilio 3. in 2. pat. idem tenet Fran. Aret. in suo 164. inc. diligenter, & mature discussione secundi dubij. idem tenet Barba. con. sapienter scribitur in 13. col. in 2. vol. Idem Nicolaus de Vbaldis in tractatu de suc. ab 26. col. Ita etiam tenent Iac. & Aluarous, & positus Mediol. in c. l. in fin. de feudo marchionibus feudorum. Idem tenet Pet. de Anch. co 78. in c. dicta facti narratio. & in cons. 82. fel. prudentiam. de offi. delegati. & in ea auditus col. extra de præscriptio. Idem tenet Fabio. cum filius. ver. sed quid dices. inst. de h. q. 23. intest. decisio. capellz Tholofane 43. l. de c. nia in cons. 89. Romanus consilio 29. S. conf. suo 252. in 14. col. ver. ad septimam in do vol. Et tenet pro hac parte Iacobinus de orgio in tractatu suo feudorum. in princip. bo, quid si Rex. col. 2. ver. sed pone. & e. vbi id pone decepsit Rex. & vt dicit dominus mos in leg. maximum vitium. Cod. de liberis patris. Quod Otho Imperator supra Rhenum Trecuerim existens cum Baronibus, dum negotio de saeco accidisset inter patrum, & necc. volvite am team decidi iudicio gladiatorio, quæ nepos vicit: Quod cum extimaretur iudicio processus ordinatum fuit, ut abinde in alijs pos præferretur. Prædictam etiam opinio ncr videtur Nicolaus Boerij, in cōmentarij suetudinum septenā Bituricen. in tit. de tribus. §. 2. Hanc est opinione videtur tenere do. Montel. cōcinius, & cōtemporaneus nostrar. Promptuario iuris, in verbo, primogenitus. Vbi citat hæc opinio, p. nepote esse aquiore, & moderationib. comprobata. Hanc eandem tenet Lac de Pen. in l. 3. C. de tyro. lib. 12. & in l. 1. C. de primogenitis eorum qui in sacro palatio militant, lib. 12.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

158

Archinus in suo repertorio. in vrb. nepos. neſc. nepos Regis. Et Milces in suo repertorio. in verbo. filius. filius primogenitus. Hanc etiam opinionem feruauit Lycurgus Lacedæmoniorum Princeps ac legislator æquifluminus contra ſcipſum, qui ſecundogenitus erat: Qui pro ſuo nepote ex fratre primogenito practicauit decidendo, vt refert Philippus Berg. in ſuo ſupplemento Chronicon lib. 4.

Ethac queſtio fuit etiam noſtis temporib. de comitatu Niuerenſi inter vxorem dominam de Ouallo, filiam ſecundogenitum Comitis: is Niuerenſis & filios primogenitæ dicit Comitis, & vxo eius domini Giberti de Cleues, quæ longo tempore erat: Fuit ramen in curia parlamenti Parisi. remunia a pro nepotibus, vt refert Boerius in loco propria allegato.

Secunda opinio fuit pro patruo contraneptœ, quatenus Cy. & Richardus Malumbræ in l. ſi viuamare, per illum textum. C. de bonis matrem & Balmore ſolito ſibi contrariis in l. ſi telta. Quod ſi de legitimis ruto. & Bar. in authen. poſt fratres. & ibi Alex. in additio. Co. de legitimis hæred. Andreas de Ifer. in ea. 1. § præterea. in 2. col. de prohibita feudi alienatione per Federicum, in ca. i. de ſuccelli feudi. & in c. 1. de co. quiſibi & heredibus suis. Imola, & Geminia. in capitu. grandi. de ſuppli. negl. lig. prælat. Cumanius in l. cum ita. § ſin ſi de legatis ſeundo, Franciseus de Arto in conf. 103. incipiente: diligenter, & maturè diſcuſſ. Archi. in ea ſin. 24. q. 1. Sal. in l. ſi viua matre. M. Landen. in tractatu de primogenitura. Alex. in cōſili. 9. in 5. vol. & idem Alexand. consi. 125. in 1. vol. Endoni. Alexand. in consi. 4. in 4. vol. in e. pondere verbis testimenti, vbi dicit, quod ſemper ſe curuſeſt hanc opin. tanquam meliorib. rationib. probaram, & eommunem: Et pro ea iudicauit Eccl. ſia. vñ in cle. pastoralis. de re iud. licet Bal. in l. lib. 2. Cod. de operis libe. dicar, Quod Papa ſuit in hoc partialis. Vnde refert, quod licet tunc fuicit pro pote Roberto iudicatum, tamen ipſe rex Robertus, cum ſimilis cauſa fuiffet ſibi commiſſa in diuina Aninionensi iudicauit pro nepote cōtra partum, vt etiam refert Pau. & do. meus Iaſo. in d. maximum vitium. Hanc etiam opi. pro patruo tenet Oldradus ſibi contrarius contra invenitum ſuum in confi. 99. in c. circa negorium. lo. Fabri in ſ. ceterum. inſt. de legit. agna. ſuccel. Lucas de Penna in l. neptotes. col. 1. cum ſeq. C. qui nume- tol. berorum. & pleniū in l. 1. Co. de priuili. corum qui in facropolatio milit. ant. & in l. 1. C. de tyronibus. lib. 12. & in l. ſi quis. col. 1. ver. & faciunt. Co. de profello. & medicis lib. 10. Ita etiam consuluit Pe- trus de Anch. pro hac par. in consi. 68. Ant. de Bu- tonconsi. 47.

Erit et iudicatum pro patruo cōtra neptœ in re Cattellæ, cum de ipſo eſſet quæſtio inter ſe- cundogenitum, & nepotem ex primogenito. In

Rgno etiam Franciæ. Et Imperio poſt Carolum Magnum ſuccedit Ludouicus ſecundogenitus ex cluſione Boertrando filio Pipini primogeniti: vt refert Guaguinus libr. 4. cap. 2. & habetur in mari historiarum. Sed non mirum, quoniam etiam videm⁹ quandoque in Rgno ſecundogenitum expuliffe primogenitum: vt refert Guaguinus, li. 2. ſuarum Chronicarum de Gondoalto ſecundogenito Frācia, qui Gotranum eius fratrem primogenitum expulit.

Tertia fuit opinio Bal. in l. vt intestato. Cod. de ſuis & leg. hæred. Quæ videtur eſſe concordatua duarum præcedentium, qui ſic diſtinguit. Quod aut patruo & ſic filius ſecundogenitus eſt nat⁹ ante nepotem, id eſt, ante filium primogeniti, & ſic cedit tunc filius ſecundogenitus, non autem ne- pos primogenito filio: Aut nepos ex filio primoge- nito naſcitur ante filium ſecundogenitum patruo ſuum, quod eſſe potest quandoque, & tunc ſi conſuetudo eſt per hærc verba, & filius primogeni- tus ſucceſſat, præferrur patruo, & ſic filius ſecun- dogenus. Aut verba conſuetudini non dicunt, quod filius primogenitus, ſed dicunt ſimpliciter, quod primogenitus ſucceſſat, & præfertur ne- pos ex filio primogenito p̄ mortuo non iure alie- ni transmiſſionis: Quia filius, qui deceſſit viuo pa- tre ſuo, nihil transmiſſtere potuit ad filium ſuum, cum quafciaduca non transmiſſuntur, nec iner- ta. l. vñica. §. pro ſecūdo. & §. ſin autē ſub condicio- ne. Co. de ead. tol. Si aut̄ non apparet de verbis, tunc natura plus inſinuit in filio, quam in nepote, & ita ſeruatum in Rego Roberto ſecundum Bald. in loco ſupra alle. qui dicit hanc ſuam diſtinzione conſuetudinis. Et ſecundum hanc refert Alex. in consi. 4. in 4. vol. ſemper ſe conſuliuſſe. Quid in hoc sit dicendum vide Beſediſti in ſua reſ. c. Ray. in verbo, in codem teſtamento relinquens. à nu- mero 188. viſq[ue] ad numerum 199. de teſt. vbi po- nit prediſtas tres opinio.

De iure primogenituræ, & quæ priuilegia com- petant primogenito me remitto ad Martinum de Cazarijs diuītum Laudensem, in traſta. ſuo de pri- mogenitura: Quem poſtea quidam nouitius in C. Ci- rier, aſſumptiſt in traſta. ſuo de primogenitura, quæ allegauit in fi. præceden. conſiderationis, & etiam videt lo. de Terra rub. in traſta. de vinca Eccleſia, in 1. traſta. art. 2. 3. & 4. vbi ampliè.

**Q**uod vadragesimætria confid. Licet conſuetu- do ſed dindiquo ad Nobiles & Princeps iuxta Regem attendi debeat, vt dicit Bal. in ca. 1. §. mar- chio. in tit. d. his qui feud. darc polſi in vſib. feud. & generalis conſuctudo in hoc attendatur, ut etiam tenet Felyn. in cap. ſtatuum. extra de maiorit. & obed. & vt dicit, Ite honor appellatur priuilegium: tamen ſunt aliqui Princeps & Nobiles in Gallia & Francia, qui non ſolum attendunt cōſue- tudinem, imo etiam prætendunt prima loca ci- dem deberi ex præminentia & ratione officio-

## Q V I N T A P A R S

rum, seu dignitatum. Ita q̄ etiam si non sint Principe ratione officiorū, prētendūt prēcedentia ante Principes, vt in frādicitur in plurib. dignitatib. Regnī Franciæ, quas primō discutiendo dico oēspates Frācie cū ceteris Principib. Regni preserēdos. Cū vt ait Guag. li. 4. c. 1. sūarum Chron. Carolus fidei Christiani charitate adductus exercitum in Hispaniam duxit; prius tamē quā expeditionem produceret, Rem tanto Princeps ordinat. Ex omni prācipua Francorū nobilitate duodecim sēlegit, quos secum in militia producere, eos Pares appellans, quia, s̄aequali inter se dignitate Regi constantesp̄petuo essent, neq; cuiusquam nisi parlamenti tantum senatus iudicio obnoxij tenerentur, quiconseruandis item coronandi q̄; Regib. adessent, & fuerunt tunc instituti in Francia duodecim, ad instar duodecim Apostolorum, quos Christus in fidei propagationem, conseruationem, & perpetuan confirmationem, nec non ad iudicandum duodecim trib. Israel elegerat, secundum Apostolum ad Ephe. 1. ibi: Benedictus Deus, & pater, &c. Vel instar Arualium sacerdotum, quos Romulus primus instituit, sc̄q; duodecimum fratrem in appello lauit in r̄ illos, vt ait Plin. li. 18. c. 2. Inter quos erāt sex Ecclesiastici, & sex laici: & ex Ecclesiasticis tres Duces. videlicet Archiepiscopus Remensis, Episcopus Laudunen. & Episcopus Lingonen. & tres Comites, sc̄ilicet, Episcopus Bellouacus, Nouiom. & Cathalaunens: & sic etiam ex laicis tres Duces, sc̄ilicet, Burgundia, Normaniæ, & Aquitanie Duces: & tres Comites, videlicet Flandrensis, Tholitanus, & Campanus.

Hodie verò omnes Ducatus & Comitatus laicorum sunt vnti corona, pr̄ter Comitatum Flandrensem, qui est in manibus Caroli nunc Regis Hispaniæ, & Imperatoris Romani. Guag. ramen in diēto loco dicit hanc parium institutionem processiſe ab Arthurio Anglotum Rege, vt quidam aſterūt: sed dicit hoc nō esse verum. Hi enim iudicant de causa domini, & quātū ad hoc sunt supiores: vt est tex. in e. 1. de cā seu apud parester mināda. & d. l. Corradi. cir. prim. & de prohibita alienario. per Fede. §. pr̄terea ita tenet & refert Old. in confi. suo 128. in col. 2.

Qui autem dicantur Pares curiæ, Panor. Ant. de But. & Barba. in c. cāterum. de iudi. dicunt, quod pares sunt qui habent consimilia feuda; vel etiam dicit Alex. in confi. suo 79. in 2. col. in 1. vol. quod pares dicuntur similes vasallū ab eodem domino sine fidelitatis iuramento seudum tenentes. cap. 1. si de inuestitu. inter domi. & vasall. lis oriatur. & de controvērsia seudi apud pares terminanda ca. 1. & §. pr̄terea de prolib. feud. alien. per Federicum in vñib. seudo. Et isti cognoscunt de matetia scudali, notatur in locis pr̄alleg. & per Pan. in confi. 82. inci. conditoris omnium. in 1. col. & Old. in confi. 272. inci. reuerendissime pater. Arct. cōfi. 14. & eundem Ale. in confi. suo 1. in 5. vol. Etpares curiæ habent iutilditionem ordinariam de

iure, vt dicunt Ant. de But. Pan. & Barb. in d. c. 1. tetum. extra de iudi.

Hodie verò in Frācia pares Franciæ sunt parlamento Parisiensi, possunt assister, immo pcedunt omnes alios consiliarios in sedendo & ambulando.

Et hodie loco Dūcis Burg. est Alenconia, co Dūcis Aquitania, Dux Borbonii, loco L. Normania, Dux Vandensini, loco Comitis lotani, & loco Comitis Campania, Comitis Neversi: Qui quidem in locum aliorum suorum cogotati in cōtatione Regis Lud. XII.

Est tamen dubium, an pr̄cedere debeantur sidentes in parlamento, & Cancellarium in filio Regis: fed videmus, quod non in loco menti, & in auditorio. in alijs autē locis in bilando vidi eis deferri, & per Cancellarium sidentem in parlamento Parisiensi, sed creb̄ esie propter excellentiam Dūcatum, aut Comitatum, quia vt plurimum sunt de sanguine, li, & dicam larius infra.

**Q** Vadagesima quarta consid. Inter alias rates mundi temporales post Reges reges solūm vnam, qua dicitur Archiducalis, & cognitas Archiducat⁹ Austriae. Et quia de ea in ipsa non reperio tacitum, dico, eam pr̄frendi in omnibus Dūcibus. Sicut Archiepiscopi pr̄frentur Episcopis arguendo ex assumptione humabili Archiepiscopalis ad Episcopalem. Nam dicit Archiepiscopus dicitur ab archos, id est, Episcops, quasi Princeps Episcoporum. 22. dist. c. 2. & 8. dist. per totum, & facit glossa in rubr. Codice comitiis, & archiatriis. lib. 12. quod dicuntur archchos, id est, Princeps. Ideo videtur, quod sicut paces debent ponii, & sedere post Reges, id est, quia anteponuntur Archiepiscopi Episcopos a pr̄cedenti consideratione 20. id est, dūces omnes Dūces pr̄cedere debet.

Audiui aliquos dicentes, quod istud nichil dixit in Alemania tantum visitatur, & cōsuetudine introductum inter plures fratres sunt filii vnius Dūcis. Quoniam post monachos primogenit⁹ habet inaorem partem, & vocatur Archidux. i. primus Dux fratratus ius in Dūcatu parris, in quo succedit. At nomen prioris dignitatis, seu primogeniture cum: sicut in Gallia habens maiorem dignitatem filiorum Regis dicitur Delphin⁹, nihil aliud. Ideo non infuso, cum de ista dignitate vñius nulla sit mentio in iure. Et ideo iste pr̄fressus est alijs suis fratrib. aut Dūcib. qui omnes fratres, fed quilibet habet suam portionem. Scilicet alios non video, quod assumptio huiusmodi minis inter eos faciat, nisi quod iste pr̄cedat omnes Dūces, sicut Archiepiscopi pr̄cedunt Episcopos.

**Q** Vadagesima quinta confi. Dux Burgundia in coronatione Regis, & in loco ubi Princeps regni congregantur, quo sequeuntur Princeps

pot Dux præcedit, & primum locum iuxta regem habere debet tāquam primus pat, & parium francie decanus sit, vt ait Guaguinus, lib. 9. c. 1. de his verbis: Rege consecrato cūm ad conuiuij locum ventum est, id enim in adibus Archiepiscoporum apparatum erat, Principibus incidit de sessione ordine atque pralatione controuersia. Nam Andegauus a tate grandior, Philippus autem con radebat. Philippum parem, & parium decanum se esse, atque propterea primam sibi post regem deberi sedem argumentabatur. Eam item consultatione Procerum habita rex negatiuum dicens, & Philippo recubitus primum quatenus præfensus negotiorum attinebat decernit; quatenus Andegauus Regi, proximum nihilominus locum usurpat. At Philippus nihil cunctans medius inter regem Andegauumq; insilit, recubuitq; quovel factō vel audaci temeritate auctus cognomen adeptus est.

Ei ut refert Philip. Berg. lib. 8. Dux Burgundiae ceteros Dux Christianos sanctellit, & primum locum post reges obtinere debet: his verbis Burgundionum prouincia in Francorum cessit ditio nentibus autem reges constat per multa tempora regnasse in Celtica Gallia, vbi fuerant haec ciuitates Sononis, Lingdunum, & Vienna; Hi populi sequuntur Hedui, quandoque Burgundiones, & interduum Sequani sunt appellati: hodie verò regia dignitate omissa, Ducatus titulum tantum modicenterin. Quorum Dux ceteros Principes Christianos atq; Dux præcedit: & videlicet Alex. in consil. suo 235. in 7. vol: est magnus Princeps in suo territorio.

Ecum cōtroversia susset in consilio Basiliensis confessionis ordinis atque pralatione inter Electores Imperij primum locum ante Dueum Burgundia, seu eius ambasatores sibi deberi prætententes pluribus de causis tunc per dictos ambasatores allegatis, sicut per concilium generale dictum, & prouinciatum, ambasatores Duxis Philippi Burgundiae, debere præcedere Electores Imperij ducatus Burgundiae. Eo etiam maxime quia erat primus pars regni Franciae, & de saeculo iuregum Francorum ex parte patris, & Imperatoris, & Dux Baveri ex parte matris. Et etiam, quia plurifecerat pro Ecclesia Romana quam Electores Imperij, etiam, quia Electores habebant solum nomen officii, & Dux Burgundiae nomen dignitatis, & sicut dictū est primus post reges.

Ei doctores, ut plurimum de eo mentionem facientes nominant eum illustrissimum, ut habetur per Alex. in consil. suo 6. in 4. vol. Et licet videamus quod Duxes sint tantum spectabiles, vt videntur tenere Doctores in l. 1. ff. de officiis cui man- chauis, & Spe. in tit. de iuris omn. indi. ver. in edij. tamen quo ad nos Duxes in Gallia sunt illustres, et sunt perpetui, & non temporarij, vt tenet Pur-

Vadragesima sexta consit. Omnes et alij Duxes semper sunt præferendi comitibus, ex quo exordine litera est prior. Quis ideo maior: vt habetur in ru. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, c. fundamenta, de elect. in 6. c. clericis. de immun. Eccle. in 6.

Quis dicatur Dux, vide in commentarijs nostris super consuetudinib. ducatus Burgundit, in proce. in versi. duc.

Et aduertere, quod licet quis sit Dux, tantum præfertur Comiti, & Marchioni, & et habeat duas maiores dignitates: cō, quia nulla de per se sufficit ad præcedendum aliud, vt tenet Lud. Rom. in cons. suo 334. inci. quo ad primū ver. quo ad secundum. eo, quia vbi in aliquo cōcurrat duplex dignitas, qā est dux, & comes, vel Dux, & Marchio, attenditur maior dignitas; & ab eo denominantur, secundum Innocentij in c. solitae de maio. & obcd. do. meus Iac. in l. Imperium. in 3. col. ff. de iuris omn. iud. & melius in l. 1. in 5. volum. ff. de verb. obl. quia à maiori, & digniori sit denominatio. l. queritur. ff. de statu hom. & l. cum ex aliqua. ff. de acquir. rerum dominio. dicam infra.

Et inueni quendam ordinem ducum & comitum in Gallia, qui antiquitus intererant scilicet inter eos debebant in coronatione regis, Inter quos, primo sunt duodecim pares Franciae. de quibus supra dixi, in 44. consid. qui sunt sexduces, & sex comites: ultra illos erant duces vnde decim, & 14. comites: Duxes verò etant sequentes.

Dux Britannia	Dux Aquitanensis.
Dux Borboni.	Dux Narbone.
Dux Andegauenfis.	Dux Bituricensis.
Dux Aluernia.	Dux Turonenfis.
Dux de Valefio.	Dux Nemortij.
Dux Alenconensis.	

Hodie verò ex istis 11. sunt 7. ducatus in manibus regis. videlicet ducatus Britannia, Aurelianen. Narbonen. Andegauen. Bituric. Turonen. & de Valefio: Sed dedit ducatum Aurelian. in appanagium secundo filio suo, & secundò, dedit ducatum Andegauen. eius matri, & terri, dedit ducatum Bituric. dominæ Margaretæ sorori eius, & vxori Duxis Alencon. Alios autem ducatus tenent videlicet Carolus de Borbonio ducatus Borboni, & Aluernia, quos prætentit Ludouica de Sabaudia mater Christianissimi Regis nostri tanquam proxima Suzannæ de Borbonio mortuo absque liberis, quæ fuerat vxor dicti Caroli, & sunt in processu ipsa, & præfatus Carolus in parlamento Parisiensi. Et ex aduerso multa per dictum Carolum proponuntur, videlicet, quod ipse est de domo de Borbonio, & masculus ex masculo, & est ducatus, in quo scemina non succedunt. Dixi in commentarijs nostris super consuetudinem. Burgundia, in tit. des fiedz. §. quinto. vers. quid de ducatu Borboni. Ideo non insisto,

## Q V I N T A P A R S

quia non est materia præsentis spcculationis. Et etiam, quia hoc anno 1527. 6. Maij decessit ab humanis, & sicut inter se fuit in obsidione contra Romanam, qua crudeliter fuit obsesta & destruxta ab Hispanis & Alemanis, Carolo de Borbonio Duce exercitus pro Carolo Austriaco Rege Hispanorum, & electo in Imperatore, quod vertit in desolationem Christianitatis. ex quo quæstio est decisa. Et Catolus de Alencon tenebat ducatum Alencon. Qui præcedebat omnes: tum, quia de sanguine Regal, & proximior: tum, quia honoratur à principe, co, quia sororem eius germanam defonauit, sed ab humanis decessit anno domini 1524. Ducatum vero Nemortii tenet domina Maria de Sabaudia, amita regis per donatum eisdem factam per Regem.

Comites vero qui tunc interessere debebant, aut intererant in dicta coronatione, erant sequentes.

*Comes Darbois.* *Comes de Vermendoys.*

*Comes de Guyse.* *Comes de Sanlis.*

*Comes Cortonensis.* *Comes Montfortis.*

*Dampmartin.* *Comes de Bellomonte.*

*Comes Melunensis.* *Comes du Perche.*

*Comes Blexensis.* *Comes Dreuxensis.*

*Comes Deftampes.* *Comes de Dunois.*

Et isti omnes Comites tenebant predictos Comitatus à rege in scudum, & rex tenet hodie multos Comitatus ex illis.

Plures sunt alij Comites sub ducatis supradictis, videlicet sub duce Burgundia sequentes.

*Comes Niuerensis.* *Comes Kadrellensis.*

*Comes de Charny.*

Sub ducatu Aquitaniae sequentes.

*Comes Pittauensis.* *Comes de Rodarz.*

*Comes Armigniaci.* *Comes de la Marche.*

*Comes de Perdriac.*

Comes Angolismensis. Qui sicut effectus ducatus tempore patris Regis nostri Francisci nunc regnantis.

*Comes de Perigourde.* *Comes de Vaniadourt.*

*Comes de Benon.*

Sub ducatu vero Normaniæ nulli subsunt Comites.

Sub ducatu vero Narbonæ sequentes.

*Comes de Roussillon.* *Comes de Nismes.*

*Comes de Castres.* *Comes de Leon.*

*Comes Carcassone.*

Sub ducatu Britanniæ sequentes.

*Comes de Pontyeure.* *Comes de Nanter.*

*Comes de Pareuel.*

Nulli sunt Comitatus sub ducatu Aurelianensi.

Sub ducatu Auvernia sunt Comitatus sequentes.

*Comes Claromontensis.* • *Comes de Montpensier.*

*Comes de Boys.*

Sub ducatu Borboniæ sunt Comitatus sequentes.

*Comes Forei.*

*Comes Claremonten. en Beauvoysi.*

Nulli sunt Comitatus sub ducatu Turonensi.  
Sub ducatu vero de Bery sunt sequentes.

*Comes Vendomy.* *Comes de Blaimont.*

*Comes de Vigizy seu de Ligny.*

Sub ducatu Andegauen. sunt Comitatus sequentes.

*Comes dum Mainnu.* *Comes Vendomi.*

*Comes de Beaufort.* *Comes de Laual.*

Nulli etiam sunt Comitatus sub ducatu de lesio.

Nec etiam sub ducatu Nemortij.

Sub Comite vero Campania, sunt sequentes.

Comites, qui tenebant in scudum à dicto Comite quem tenebat rex in manibus suis, videlicet.

*Comes Barry.* *Comes Altifidera.*

*Comes de Tonarre.* *Comes Porciensis.*

*Comes de Brianne.* *Comes de graney.*

*Comes Rutbelen.* *Comes de Malles.*

*Comes de vertum.* *Comes de Vinne.*

*Comes de Bussy.* *Comes de Brye.*

*Comes de Logny.*

Et aduertendum est, quod hic comitatus debet dici, & est Ducatus, quam Comitiam sub se habet decē, & ultra Comitiam. Sicut enim rex debet habere sub se decē ducum, dux debet habere decē Comites, seu Marchio, & Comes seu Marchio decē Barones, & Baroni feudatarios.

Sub Comitatu vero Tholose, qui est in ebus Comitibus parium Francia sunt Comitatus sequentes.

*Comes de Fouez.* *Comes de Comminges.*

*Comes de Bigore.* *Comes de Lufrac.*

*Comes de Liffe.* *Comes de Guerit.*

Nulli vero sunt Comites sub Comite Poitou, qui est unus de paribus Francia. In eo sunt inter Comites, ut dixi in comitatariis super suetudinibus ducatus Burgundia, in titulis. §. 5. ver. quantum ad comitatus est randum.

Sub comite Darbois sunt sequentes.

*Comes de Pontieu.* *Comes Janili Poitou.*

*Comes de Guynes.* *Comes Bononia.*

*Comes de Faulcomberge.*

Et ordo supradictus alias fuit obseruatus in coronatione regis Francie inter Provincias, licet sint alij officiatij, quietiā: tressa, & habere locum in loco ubi sedet delicet in cadaphali, in quo sunt multi, quod quidem cadaphale certadmodum gnei, vt habetur de simili Eldræ. c. vlt. Secundas, sacerdos, & lector legis super lignum, & solium regium stat in loco superiori, collocatur paratum more regum Francorum, titudo enim sedis significat præcellentiam status secundum Bal. in confi. 385. in c. Archibet, &c. vol. 1.

In congregacione vero generali trium fratrum

regni Francie Turonis celebrata, alias sicut  
obseruat, & obseruat. qui est talis:

Primo in superiori loco post regem erant Cardinales,  
Item Princes, & illi qui de sanguine, seu profa-

pia regalis sunt, & cum eis Confratib:lis.

Interv Pares Francie Ecclesiastici.

In quarto Praetar secundum ordinem promotionis.

In quinto capita quatuor ordinum principatum.

In sexto quatuor principales officiarij, & milites ordi-  
nus de quibus infra dicam, ideo alter non infisso.

In oppositum Praetarorum erant multi Comi-  
tes, & magnates, videlicet:

Comes de Caudelles, & de Benandes.

Comes de Pontbyure.

Dominus de Latremoille. Comes de Benon.

Dominus de Pons Comes de Sanxerre.

Comes de Roffy Comes de Brayne.

Dominus de Leftrac, & comes.

Dominus de Naleurier.

Dominus de Caffillon comes de la Vaur.

Felicissimus dominus de Luxemburg comes de Martigny

Dominus vicecomes de Polignac.

Dominus de Clermont de Lodeve vicecomes de Nebouzan.

Dominus vicecomes de Chartres.

Comes de lozoy. Vicecomes de Thuraine.

Vicecomes de Comae et dominus de Trignac.

Dominus de Montmorency primus baro Francie.

Dominus des granges filius comitis de vautandor.

Dominus de florante:lle.

Dominus de Crony.

D. Diury praepositus Parisi. & sic de singulis. Et in

hoc loco ponuntur, & poni debent omnes Comiti-

es, Vicecomites, & Magnates, sive Barones, qui

non sunt neque de parib. Francie, neque de Principi-  
bus & sanguine regali.

Post eos fuerunt collocati consiliarij magni  
comitatus: Et in hoc non est sine dubio, an de-  
bet praecedere quatuor generales, seu magnum  
intraeaurium regni, dicam infra.

Post eos gentes financierum. Post omnes prae-  
dictos fuerunt duo sciamna Nobilium: primum,  
Salicet, & secundum. & ibi nullus sicut datus ordo  
intervenit propter multiplicatatem, & multitu-  
dinem eorum.

Era comitia habentur in quadam paruo vo-  
lunne, vulgo nuncupato, les trois estatz tenuz à  
Tours. Vbi etiam ordo ciuitatum, & patriarcharum  
est conuocatur ponitur: & post ciuitatem Par-  
isem ponuntur electi, & delegati Ducatus Bur-  
gundie, tanquam existentes de primo pari Francie,  
& Decanoparium: in quibus fuerunt comprehensi  
Bieduenes & aliae patriæ de ducatu Burgundie  
extantes.

Aios autem videre potes tu ipse, quo ordine ibi  
fuerint, & vocati: Et ibi ponuntur illi de co-  
munitate Burg. Eo, quia tunc erat subditi regi Fran-  
ciam adhuc non est sine dubio, an sint sub re-  
scuso, quia sunt de feudo Ducatus Burg., cum ita

sunt, quod anno domini 1307. Philippus comes Pi-  
ctau. filius secundogenitus Philippi le bel regis  
Francie ratione Ioanna primogenita Othelini  
comitis comitatus Burg. præstitit fidem, & homa-  
gium Roberto Duci Burg. pro terris, quæ tenebat  
in comitatu Burgum. Causam diæta Ioanna suæ  
vixoris: & multa alia dici possent pro fundamento,  
& probatio huius dicti, quæ sortè alio lo-  
co dicentur: sed nunc de his raco: cum prescrip-  
tio tanti temporis, cuius initij memoria non ex-  
stat in contrarium, possit ad predicta obiecta.

**Q**uid dicendum, Quod Marchio Comitem præce-  
dere debet, arg. literæ in rub. quis dicitur Dux, Mar-  
chio, Comes in visib: seud. & vt dicit Bal. in c. i.  
de feudo marchia, est dignitas Regalis, & haberur  
in commentarijs nostris super consuetudinibus ducatus  
Burg. in procœmio. in ver. mar. quis. & vide lac. de  
S. Gcor. in suo tract. seu. in ver. Marchio in Italia.  
do. meus lac. in l. 5. in prin. col. ff. de ver. ob. dicit. q  
Marchiones perpetui æquiperantur Imperatori, in  
in tuo march. & dicit Bal. in l. donationes. C. de  
don. interv. & vx. quod sunt multi Duces, & Mar-  
chiones, qui in eorum territorio non magis ligantur  
legibus, quam Imperator, & ideo tales debent  
dici illustres. Et de Marchione Mantua, & Ferrar-  
iae, vide Bal. in consi. 195. lib. 2. vbi vocat eos illus-  
trates, & Sozin. vocat illustriss. in consi. 66. lib. 3.  
col. 6. quoniam, vt dicit Bal. in consi. 359. lib. 3. Im-  
perium non est eis commissum, sed in eos transla-  
tum. vide Purpur. in l. in 29. column. ff. de offi. eius  
cui man. est iuri distio. Consuetudo tamen Francie  
se habet, quod comes præcedit Marchionem,  
maxime quando sunt de comitibus, qui sunt pa-  
res Francie, aut qui sunt de sanguine regali. Cum  
sanguis regalis semper ceteris præferatur, vt di-  
ctum est supra in 32. conside. Cum omnes digni-  
tates à principe tanquam à fonte defluant, vt di-  
cit Bal. in capit. primo, in prin. quis dicitur Dux,  
Marchio, Comes. Ex quo ergo semper iure sanguini,  
& naturalia sunt fortiora accidentalibus, di-  
cendum est, quod Comites ex sanguine regali  
sunt ceteris præferendi: & hæc consuetudo est eti-  
am in Alemania, vbi comites præcedunt Mar-  
chionem. In Italia vero, Marchiones præcedunt  
comites, vt dicit Lucas de Penn. in rubri. de Co-  
mitibus consistorianis, libro duodecimo C. Vbi  
ampleponit, quis dicitur Comes. de quo statim  
dicam: dicit tamen ibi, quod in diuina scriptura  
maior erat dignitas Comitatus: Nam isquin erat  
Princeps militiae dicebatur Comes Regis. 2. Reg.  
c. 20. Ecce, qui voluit esse pro Ioab Comes David.  
Vnde Ioab Princeps, & Dux nominatus est, 1. Para.  
c. ii. Cuius successor comes dicitur d.c. 20. Hodie  
autem, seu propter personas indignas, quæ ad dignitatē  
hanc indifferenter aspirant, seu, propter multitudinem  
ex crescentem, ad utilitatem hæc di-  
tionis, & ornamenti imperialis palati. Erat autem ar-  
chitector peritissimus omnium, ante pedes Regi-  
os primus incedens, aureanu virgam ferens in ma-  
nu. hic per uigili cura vigilabat circa decorum pa-  
latij, vt antiquum nitorem in pristinum conuer-  
teret, & noua similia antiquitate produceret.

Crederem autem potius, quod talis præfectus  
fabrorum seu operum esset sub comite, qui habet  
curam sacri palati. Cum hic comes curę sacri pa-  
latij sit de primis, & æquiparetur comiti, &  
tribuni scholatum, eriam comiti sacri stabuli, vt  
est rex. in d. l. vnica. Et sit in maxima dignitate, in  
qua non est præfectus fabrorum: licet ad similitu-  
dinem huius in palatio Parisiensi in mensa mar-  
morea est adhuc iuriū dictio Magistri operum seu  
latomorum, qui cognoscere habet de operibus, &  
ædificijs factis pro Principe, & potest ille Magister  
latomorum adaptari huic præfecto fabrorum. Et  
quod tales magistrus habeat iuriū dictio nūc super  
prædictis corroboro sic. De iure enim Magistri mi-  
litum habent iuriū dictio nūc inter suos milites.  
Casus est in l. magisteria potestati inter militares  
viros. C. de iuriū d. om. iud. Secundò sic, ratione pa-  
fessionis vel negotiationis, qua subiicitur iuriū  
dictio illius, qui præfectus fabrorum, & de his, que per-  
tinent ad eius artem, seu curam. l. fi. in prin. vbi est  
propria officina. C. eodem. Hodie famen de co-  
nuestudine Regni Franciæ centum milites. Regis,  
de quib. supra dixi in ista par. in ii. conside. litigant  
coram dominis requestarum in parlamento Pari-  
sensi, prout & alij domestici Principis sive lnt., &  
hoc virtute literarum Regiarum ab eis impetrata  
rum, quas Commitimus vocamus.

Dicima septima consid. Dealij officiariis Prin-  
cipis tractat, qui sunt omnibus, & ipsi, s. Prin-  
cipi & alijs quibus cunq; magistratib. necessarij, &  
sunt Aerarii, qui Aerarium Principis administra-  
re habet, & in recipiendo, & in distribuendo. Et ta-  
les inter ceteros sunt laudandi, & retroactis tem-  
poribus, & de iure, & de facto fuerunt laudati, &  
honorari. Et accepterunt nomen ab ære, hoc est,  
pecunia: Quoniam olim Aes fuif in precio magis-  
tus, aurūq; iacebat, vt ait Lucret. Nūc, verba vice, jacet  
Aes, aurum summo successit honore. Et primo ex  
Aere pecunia signata fuit. vnde Ouid. in Fastis.

## S E X T A P A R S

*Cera dabant olim melius, nunc nomen in auro cōfē,  
Videlicet concessit prīsa moneta noua.*

Aduerte, Quod in hoc Aerario plures sunt officiales. Sunt enim primò generales, secundò Magistri computorum, tertio thesaurarij, quartò receptores. Sed quomodo hi possint ad officia (olim in iure scripta) adaptari, videtur est. In primis apud nos in Francia quatuor sunt generales Finantiarum, generalis Franciæ, Normaniæ, Britannicæ, & Lingue Occitanæ. Hic etiam prius præmitto, quod apud nos Principes singulis annis faciunt breuiarium, in quo describunt statu eorum generalem: & in illo statu tā de Aerarij pecunia, quā de fiscali q̄ eo anno fieri velint: quam summā instrumento ministerio q̄e omni Aulico ferri placat, quam argentariam nunc, & officiales dome sticos vocant. Quam etiam rei militari attribui (quoniam teste Plauto, bellū neruū sit pecunia) quā stipendijs: Quoniam & officiarij, & militibus stipendia sunt necessaria. Ideo habetur Luca 3. Nemine in concutatis, estote contenti stipendijs vestris. Quā liberalitatibus, quam venatico apparatu, quā auctorito, equitio, i. falconaria, scutario, q̄, ut verbis nostris vtar. Quib. etiam vsls est ille elegans vir dominus Guilielmus Budæus in suis annotationib. in pandectas, super l. vni. ff. de off. quā sto. sed ad rem redeo. Quam deniq; in cunctis variis, & ad incertis rerum casuumq; (quo nomine praefecti Aerarij immanes summas suā potestatis faciunt) in legationes dimittendas, admittendasq; atq; etiam in lauritiam destinati, hoc est, munera & xenia, quā legatis exterarum gentiū donantur. In eo etiā breuiario, Princeps auniuersaria constitutione stipendia quadā augeri, quedā circumcidit, quedā eradiūt. Ex quo velut Archetypo q̄nī quotannis veluti traduces ducitur. Quorū vñi praefecti fisci cōmunem inter se sumūt, & sunt thesaurarij. Reliquos praefecti Aerarij (& sunt generales finantiarum) habent suum q̄sc; cū suo tribuno Aerario (hoc est, receptore generali) cōmunem. Ex quibus rursus secundaria quadā breuiaria coauctoriis prouinciae suā, hoc est, receptoribus particularibus faciunt, in quibus attributas prouinciae suā pecunias varijs nominibus exponunt & erogant. Nomina intellige capita breuiarij, hoc est, rationis argentaria, tituliq; carum rerū, & huiusmodi, quas supra enumeraimus, quibus expensē pecunia feruntur.

Et his autē velut subbreuiarijs sunt rursus, que pycacia breviaq; dicuntur, & breues vulgo bordellos appellant, i. commentariolos summā rerum continentis, de quo exempla sunt in l. actuarij, l. excellentia, & l. iubemus. 2. in fin. C. de erogatione militaris annonæ lib. 12. Attributæ autē pecuniae (teste Budæo) ab antiquis dicebantur, quas nūc assignationes dicim⁹. Tributū dictum est à tribub. q̄ ea pecunia quā à populo imperata erat, tributum à singulis pro portione census exigebatur.

Ab hoc, ea, quā assignata erat, attributum dicitur. Ab eo verò, quib. attributa erat pecunia, videtur reddant tribuni, Aerarij dicti sunt. Id quod attributum erat as militare dictum. Tribuni iigitur Aerarij secundum Asconium ea officia gerebant, nunc generales receptores obcuri, exequitantes tributam pecuniam quæstori, prouincialib. quib. hodie habemus thesaurarios bellicos mercantes ex Aerario promptiam. Tamen dum Varron. lib. 1. de lingua Latina, in fin. Aerarij dicti erant, qui militib. ipsi prout numerabant, qui nunc thesaurarij sunt be. Nec immērito sorte hi officiales Aerarij inveniuntur, & palatinos Principis anumerantur, sicut officiales generales ad omnem statum Principis, tam sui ipsius suorum officiariorum domorum, quā iustitiarij, & rei militari. de his in hac parte sit mentio, etiam generali & apud nos dicuntur, cū corū officium, si lo. sunt digniores in Aerarij administratione, officiū generale ad omnes circa Remp. ver.

Nunc ergo ad hos deueniam⁹, & quandoque sunt questores seu praefecti Aerarij (vt dicunt Bur & Pyrrhus) & tales sunt illustres, vt voluit Pompæ in l. 1. col. 13. ibi: illud aut recipi potest. ff. de off. cui mādata est iurisdictio. Ideo digni sunt magistris honorē, & tales præferri deberēt omnib. domi- cīs & palatinis, post quatuor primores Dom. Regiae, de quib. ante dixi. Nō tamē præferuntur Cellario, & præsidentib. in parlamento, in cogitatione generali, nec Magistris questorū & coll. rijs. vt dicit Boer. in tra. lo. Montaigne. de auente magni concilij, vbi vide modum sedendi in consistorio Christianis. Francorum Regis. Imē idē lo. in d. tract. in 2. ratione, quod tales que explebeis & ignobilibus eligebantur. L. 2. de cuim ararium. ff. de orig. iur. & l. vni. ff. de off. & ibi gl. in ver. plebeios. vbi gl. iurisdictio declarat. & etiam gl. in proc. infl. 5. cumq; hoc. in verbo, exquestori. sed videtur per gl. in d. l. vni. Quod tales questorū tantum spectabiles, vel clarissimi, illustres nominantur, per tex. in l. 2. C. de off. questori. Montaigne, vbi supra dicit, q̄ sufficit, vi fin. II. Ior ordinis: quibus non assentit Pompæ. 43. cum quinq; seq. ff. de off. eius, cui mandat iurisdictio. & infra in par. seq. in 25. cons. in fin. vt. Sed cū in Budæo & Pyrrhus tales questores cant eos esse, quos magistros seu dominum torum vocamus: Ideo eos insequendo visum dicendum, quod tales generales finantiarum illi, qui praefecto Aerarij computantur. de cōmentio in l. senatus. ff. de iure fisci, & per Pyrrhus plenē in libro de questorijs magistratib. vbi est quod talis questor magni honoris gradus erat.

Iacobus Rebuffi in l. præcepit. & in l. 1. C. de nonne largitionalium malorū, lib. 10. Videruntur administrato. Aerarij alionomine vocare, quoniam

geminat Comites. Nam (ytait) Princeps duo habebat patrimonia, & ad gubernationem istorum præponerentur duo Comites, s. Comes sacrum largitionū, & Comes rerū priuatarū, & habebant de priuilegiis, vt in le. vlt. C. de palatinis sacrum largitionū. l. ii. Nam quilibet erat illustris, & de Comitererum priuatarum probatur in Lvnica. C. de offi. comitis rerum priuatarum. iunctus scilicet finem. C. de astello. Probatur de Comite sacrarum largitionum. l. siue ex prætoriano. C. de executu. & exæcto. lib. ii. & l. 2. §. ideo. Co. de novo codice compendendo. & l. viii. C. de offi. co. mut. sacrarum largitionū. & l. vi. viros deuotos. C. de palatinis sacrarū largitionī & rerum priuatarum. lib. lib. 12. Vnde officium comitis rerum priuata numerat, ut gubernaret res fiscales, quæ appropria bantur ad communum Principis, nec conuerterantur in utilitatē publicam, de quo Luc. de Pen. in l. que incipit, si quando. C. de bonis vacantib. lib. 10. & in l. 2. de petitis bonorum sublatis. C. eo. lib. vbi refert ea, quæ pertinebāt ad cius officium. Eulec constituebat procuratorem Cæsaris, qui si biredebat computum. l. pe. C. de iure fisci. li. 10. & ciceroglossi. in d. l. vnic. Cod. de offi. comit. rerum priuatarum vocauerit istum comitem procuratorem Cæsar, tamen contrarium est verum, vt notatur in d. penul. Co. de iure fisci. & in le. si quis in rati. C. de bonis proscriptorum. & in l. si quando. l. de bonis vacantibus. codem lib. 10.

Officium vero comitis sacrarum largitionum etiam colligeretur tributum, & applicabatur in thesauraria, seu hisco, ex quo soluebantur stipendia militaria (vt paulo ante dictum est) nec conuerterebantur in utilitatem Principis, tamen isti comites habebant diversa officia, vt probatur in l. in prouincia. C. de numerarijs, & actuarijs, libr. 12. Etiam aliqui comes sacrarum largitionum habebant speciam potestatum, & custodiā ipsius thesauri. Et redibattratione in præfecto prætorio, vt in auth. de collatoribus. §. eos autem. collatio. 9. & l. fin. in Cod. exæct. trib. lib. 10. Et omnes collatores, & tractores reddebant sibi computum. Et ipse præfecto prætorio, vt dixi. Ex quo videtur dicendum, quod generales prædicti æquiparari possunt dictis omnibus, quia non redundant alii computa nec subiiciuntur, nisi Praefecto Prætorio, hoc est cancellario. Licet videatur aliqui dicere, quod tales sint thesaurarij Franciæ, sed potius credendum est, quod tales generales magis adaptari possint ipsi comitib, vt possint dici illustres. Cū sint maximo honore, & semper fuerint magis quam thesaurarij, & receptores, qui subsunt eis, & tenet eum reddere computum eisdem: Et hæc dixi ad substantiationem opinionis Purpurati, in hoc, quod circa ipsos generales, esse illustres, in quo mulrum collumuntur. Cum officium corum in extraordinariis pecunijs, & subdidijs quærendis & conservandis versetur.

Vnde & de quæstoribus sentit G. Benedicti in sua repe. e. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiā. nu. 59. de testamentis. vbi ita ait. Quæstori sunt generales, & receptores talliarum, quas Rex annis singulis indicit, pro necessitatib. Regno occurrentib. secundum maius, & minus pro modo necessitatū, quæ tallia leuantur à nō priuilegiatis pro valore rerum, & honorū ruralium, quas quicq; plebeius habet & possidet: & ibi ponit quomodo tallia, seu collecta dictorum subsidiorum indicuntur, leuantur & exiguntur, & per quos saltent in patria Tholosana.

Aduerte pro intellectu prædictorum. Quia vt referri Budæus in dict. l. vnic. ff. de officijs quæstori, & Pyrrhus in loco ante allegato, tria pensitationum genera, seu solutionum fuerunt apud antiquos.

Primum dicitur Canō, & est hodie id, quod dominiū dicitur. Exemplificat Budæus, in portorijs, veſtigialibus, & huīusmodi.

Secundum dicitur oblatio, & est id, quod nunc auxilia dicimus, Aydes in vulgari: vt octauini heminatus, hoc est, per mensuras diuenditi, & vicefima eius, quod cupatim culeatimque venit reliquarum mercium, quæq; à solidarijs negotiatoribus venduntur (quos grossarios appellant) quæq; à minutarijs & vendoribus, qui & propolæ dicuntur, hoc est, non sua vendentes, sed à negotiatoribus praempta, vt postea pluris vendant.

Tertium est Indictio (quam talliam vocamus) antiqui collationem vocabant: & Cicero collecta dicit. Et in administratione istarū pensitationum est differentia, teste G. Benedicti in loco supra allegato: quoniam in thesaurarij administrant dominium, quod est ordinariū, generales vero talliam, quæ dicitur munus extraordinarium, vt statim dicam.

Et isti generales habent iurisdictionem in palacio Parisiensi, in quo sunt duo præsidentes, octo cōsiliarij, adiutoarij, procurator, graffarius, & duo apparitores. Et ab eis non appellatur. Et appellations emissa à sententijs, & iurisdictionib. electorum, & generatariorum deuoluuntur ad eorum iurisdictionem, & curam, qui quidem electi, cognoscunt de auxilijs, seu subdidijs, & generarij, seu maiis granarij, vel horrearij de gabbellis salis.

**D**ecima oœtaua confidit. Ad thesaurarios se offerit relinquendo Magistros computorum in parte sequente, cum sint officiarij iustitia. Hi thesaurarij (qui sunt quatuor generales in Francia) præfecti fisci vocari possunt. Autote Budæo in le. vni. ff. de offi. qnasto. & tales etiam possunt dici illustres, vt ait Purpu. in l. 1. col. 13. ff. de offi. cuius cui mand. est iuris. per text. quem dicit ad hoc facere in l. fi. C. vbi senatores, vel clarissimi, in princ. ibi: cui saeros nostri nominis thesauros, aut res priuatas nostræ pietatis, vel serenissimæ Augustæ nostræ coniugis gubernandas iniunxit nostra serenitas.

## S E X T A P A R S

**E**t ibi facit differentiam inter generales, & particulares, de quib. infra. Videretur tamen dicendum ex rationibus deductis in praecedenti consi. de generalib. quod sunt tantum spectabiles, & sufficit, qd tales sint: cum etiam Magistri militum (qui vocantur marescalli Francie, aut capitanei) sunt tam spectabiles, vt dicit Spec. in tit. de iuris. om. iud. vers. incidij & dicam infra in 9. par. in 10. consi.

Guillelmus Benedicti in sua rcp. c. Ray. in verb. & vxo. nomine Adelasiam, nu. 506. v/qj ad numerum 59. de testam. ponit originem istorum thesaurariorum, seu quæstororum, vbi dicit, quod huiusmodi quæstori, seu thesaurarij à populo Roniano originem seu orfū habuerunt in principio nascientis ciuitatis. Cū Aerarium populi actum esse cœpisset, in quo pecunia publica reponeretur: quia vt essent, qui Aerarij thesauro præsenter, constituti fuerunt quæstori, qui pecunia præsideret, & dicti sunt ab eo qd inquirenda & conseruanda pecunia: causa creati erant. Verba sunt l.2. §. ijde temporib. ibi: deinde cū Aerarij, &c. ff. de ori. iu. ob qd dicit tex. in d.l. vni. ff. de offi. quæsto. Quodortigo quæstori. c. r. c. r. antiq. sima est, & penè ante omnes magistratus: Habuerunt n. Romulus conditor vrbis, & Numia Pompilius binos quæstores, quos ipsi nō sua voce, sed populi suffragio, hoc est, consensu & electione crearunt. Et in hoc videatur G. Bened. quasi præferre istos thesaurarios supradictis generalibus, & in Francia sunt quatuor principales, qui de causis inter fiscum & priuatos cū præsidib. i. senescallis aut balliis cognoscunt. l.2. C. si aduer. fiscum resti. posthu. Et hoc fit Tholos, teste codicin. G. Bened. vbi simul cognoscunt: Et horum officium est (vt dicit) querere & exigere omnia, quæ domani Regis, & de patrimonio, seu de mensa sunt. Et debent discurrere prouincias, & visitare domanium, illud conseruando, & si iuste fieri posse augendo, & occupatum ac perditum recuperando auxilio præsidum, vbi de redditu vigintiquinq; librarum turonē. & infra quæstio ficit. Si autē de maiori summa ageretur, euriæ parlamenti in cuius ressorto est, cognitione pertinet. Et tamen, vt dicit, officium generalium in pecuniis extraordinarijs, & subsidijs quærendis versatur, vt et dictum est in praecedenti consideratione. Dicti etiam thesaurarij in hoc videntur laudandis, cum administratio corum versetur circa ordinarium munus, generalium verò circa extraordinarium.

**D**ecimanona consider. Generales receptores Francie tribunis ararij comparati dicunt Budæus & Pyrrhus. Qui verò dicuntur tribuni ararij, dictum est supra illa par, in 17. confide. vbi dixi post prædictos, quod ea munera obabant, que nūc generalis receptores obeunt, assignatam pecuniam thesaurarijs bellicis adnumerantes ex Aerario promptam. Sed teste Varrone, hi erant, qui militibus ipsis protinus, hoc est omnino, vel longe à finibus adnumerabant, qui hodie thesaurarij bel-

lici vulgo dicti sunt; Les tesoriers des guerres, his attribuitur pecunia, quam militibus reddi pro stipendijs.

Tribuni non tam Aerati, qnā (vt appellantur) Aerati. Aeratos tribunes Cicero pro obrato xit, i. Aere alieno obrutis & implicitis. Gallo rō memoria nostra (vt ait Budæus) alterius genris Aeratos, huiusmodi tribunos, omnesque regiarii sahitantes, hoc est, pecunias numeratas per habuit, i. beate numeratos. Refert tame colaus Bocrij in suo commento super codicibus septem Bituricen. ti. de consuetudinibus. trionij. §. 5. Quod clerici finiantur ab magnam faciunt pragam, seu bragam, & periora apparent diuitiae, sed in fine nitrantur, & exilium mittuntur, vt ait faclum fuisse temp. Ludou. XI. Francorum Regis. Sed peius est anno 1527. die 9. Augusti: Quidam generalis Francie detentus in carcere Parisijs in arce, quo Baftilla dicitur, fuit condemnatus per unum eumissos à domino nostro Rege, vt in partibus Montis Falconis suspenderetur, & strangulatus (quod & factum fuit die lunę, 12. eiusdem instanti) omnia bona sua confiscando: & in damnatione cōtinctur, qd dicti iudices declaraverunt generale astrium, & cōtinctum de funeris statib. abusibus, interuersiobus: hoc est, calumnae, resurrectionibus, & malis administrationibus statutarum Regis mentionatis in processu, & primum ab omni honore & statu, pro reparatione dictum criminum, & delictorum: ordinates in superfluum tercentum milium Parisiensium, super & is bonis & confiscationibus accipiro refutare, & summarum & partium male captarum per dictum generalem super finiantis Regis, & damnis, & interessé in eis factis, dictam summam adjudicantes Regi pro restitutione præsumrum.

Istud verò deinceps cedat aliis in exemplis, sint inculpati, nulliusque culpa notatione. Inculpabiliter enim teste Cassiodoro, nec nisi vnuat, etiam qui solam sui praeficiunt nam, cibis offerendam. Quomodo tanus parentibus honoris, & vercundis Domus Regis, & huius pro domo, & parentibus Regis laborant, vt per G. Bened. in repe. ca. Rayn. in verb. & nomine Adelasiam nu. 8. c. 8. extra de testam. apud pro hoc tex. in c. sed & quod Principi. ad finem nam quod ob meritum iunctagl. in verb. meritorum, quam sequi. ibi docto. infinit. de iure natus, &c. & ibi notat Ange. per illum tex. quod subiecta minuendi, vel remittendi poenam aliquatenus, consequenti est propriæ multæ seruitia quæ cōtinentur cibi vel Reipublica. Plures etiam alij referuntur detenti ob supradicta delicta in carcere. Paninis, de quorū vita dubitatur, quæ cum vinclis stirpitis (vt nulla radix inde remaneat) erant sunt, vt ut verbis. l.2. C. de petitis bonorū fuisse

lio. licet hodie talia potius radices effundant, am effent omnino tollenda, quia ex mala radice procedit. Et huiusmodi Aerarij administratores rulgi in Francia porci regis dicuntur, tanquam nam in oio, & sine sollicitudine degentes, pro quo bene faciunt ea que dicit Luc. de Pen. in d. i. 2. pol. Polycra. lib. 5. cap. 2. Hi autem, (vt ait) in republi- cavitatis & intestinorum imaginem ferunt: Qui si immenta audiret rapta congeffent, & congeffataenacis reseruerint, innumerabiles, & incurabiles mortbos corpori Reipublicae generant. & vitiorum totius corporis ruina ini- mitat. Et secundum Hippocrate, crassa, & obesa cor pera cum crescendi modum impleuerint, necesse fuit esse sanguinis diminutionem, & nisi fiat, paralyfi, & plurimum genera morborum pessi- maxum pere: vt refert tex. in c. ne tales. de conse- d. vnde, non sine causa omnium talium, & si- milium raptorum, Hæres, in presenti seculo est fi- fusa, qui eos bonis alienis impinguatos iniunxit: Quod fieri necesse est, ne aeternaliter percam, sal- tem expediens est, vt quod vi, vel alias iniustie per- datur proximus, capiat fiscus. Cuius omnia dige- tendi, & rapta decuotandi, est capax stomachus, vt G. Bened. in sua rep. c. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 938. & ibi vide nu. præce- denti, quomodo exclamat contra cupiditatem Gallorum maximè contra collectores, custodes, leugadiatores portuum, & pedagiorū, quos sco- tatores, ne dicam tortores, vocat. Et per cundem ad. c. in verb. condidit primo, circa si. contra op- pressores huiusmodi, & eos, qui ad opprimendum manus vestigialib. populum auctores extiterunt.

Vigesima confid. Etiam inter tales administra- tores, Aerarij fiscalium pecuniarum Princi- pijs sunt multi inferiores, qui respondent supradic- tis, & magistris computorum, & tunc apud nos maiores particulares, balliuatuū, seu tenescal- lariū, hos Pyrrhus & Budaus vocant coactores, & caſio argenteria pro ipso munere cogendi pe- cunias, quam nunc receptam vocat, de quibus in sequenti part. in 35. confid.

Pecunia collecta per eosdem, ad præpositos Tractionum, seu generales receptores deferri de- dent. dñ. C. de suscepitoribus lib. 10. Et ipsi rece- ptores particulares, singulis annis ratione de su- scipitis reddere debent. text. in l. neminem. C. eo- fit de suscepitoribus. & hoc sit apud nos, coram presidente, & magistris computorum Diuione demariorum, receptam ordinaria in concernen- tibus.

Iam thesaurarij, sub se habent clericos, qui auctor- ati, seu procuratores dici possunt. Nam, procurat- oraciones fieri cōtra inferiores receptores pro- tunciarum, pro pecunijs per eos debitis. pro quo fin. l. fine. C. de executori. & exactoribus tributo- rum, lib. 12. & l. missi opinatores. C. de exactori- bus tributorum, lib. 10. Exactores particulares

thesaurarij stedde rationē tēnentur, de omni pē- cunia pcr eos percepta, & collecta, vt in l. i. C. de ca- none largitionalium titulorum lib. 10. Et omnes supradicti, tam quatuor Thesaurarij, quam quatuor generales, renenut annis singulis reddere Regi computa, & rationes de receptis, & admini- stratis, seu his, qui è deputati sunt: vr dicit G. Be- ned. in rep. c. Ray. in verbo, & vxorem nominic A- delasiām. nu. 410. extra de teſtam.

Vigesimaprima confide. Sunt & Inter prædi- ctoes administratores Aerarij, quidam obſer- uatores: quos hodie contratorulatores dicunt. Quos dicunt Budæus, & Pyrrhus, comparandoſ esse Antigraphis, hoc est, quod acta prædictorum antigraphant, hoc est, contraſcribant. Ettales et- iam custodes appellantur, secundum Ciceronem iuste Budæo, in l. vnicā. ff. de officio quæſto. Alle- gans etiam Vlpiāntum in 13. ſ. i. in fin. ibidem fuit enim quasi obſeruatores actus eius & custodes. ff. de administra. & periculo tutorū. De Antigrapho ait Arist. in Politicis. Ne interruuntur pccunia publica, institui oportet, vt palam omnibus ciui- bus tradantur. Antigraphaque carum fiant per phratrias, & tribus singulas. id est, phratrias, tri- butinique, quod collegaliter dicimus.

Eiſi habent officia, & administrationem, & sic dignitatem, sed non sunt in tam magna digni- tate, quam præcedentes. Cum eiſiſubſint, & om- nes eiſiſtem generalibus & thesaurarijs, seu re- ceptoribus generalibus ſubſint.

Supradictorum administratorū munera nunc diuersissima ſunt, quam olim fuerint. Erat enim iuste Budæo alia prorsus ratio apud eos Aerarij ad- ministrandi, atque nunc apud nos. Pecunia enim publica vno in loco condita erat, quod Aerarium dicebatur. (de quo alibi dixi) quam tribuni Aerarij cum opuserat, promebant. Nunc autem pri- uatum afferuantur, priuatumque eius ratio conſtat. Quo fit vt Aerarium nostrum, diſpersum in po- ſtatem ſit paucorum: ceterum Imperatores exer- cituum ex prouincijs decedentes, rationes suas ad Aerarium referabant, id est, computos reddebat, vt nunc loquimur, hac Budæus in l. vnicā. ff. de offi. quæſtoris.

Vigesimasecunda confidat. Quia in hac parte potissimum de officiarijs principum, qui curiam Principis ſequuntur, vt eidem in ſuo, & pro debito officij obſequantur. Vnde curiales di- cti ſunt, Ex quo, cum cura eſſe debent: Ideo pro merito obſequij aliqua in quibus honorantur, & priuilegiantur ipsi Curiales non incongrue hic inſerere curauit. Et quæ plerisque in locis iuris, re- ſperfa erant, in ynum coegi, vt studio & labori par- catur.

In primis Curiales in hoc honorantur, quod ad- orare poſſunt, & ſalutare Principem, etiam ſine munere, quod tamen alijs non permittitur. Nam nemo adire potest Principem, nec ipsum ſalu-

## S E X T A P A R S

tate absq; dono, instar regis Parthorum. & refert Petrus Candidus in procēmio Appiani Alexan. in prin. de bellis ciuilibus. Dixi in commento nostro super consuetudinibus ducatus Burgundia, tiru. des justices, §. 4. ad initium ver. Additio. item etiam, &c.

Tamen Curialistæ possunt quandocumque adorare principem, & salutare, vt de pluribus ante dixi suis locis: & habetur in l. i. C. de silentiaris, li. 12. Et ibi Iacobus Rebuffi, dicens, quod Princeps adoratur, ceteri autem salutantur. Et non debet quis genu fletere, nisi coram principe: & à quibus salutetur vide in l. i. C. de veteranis, lib. 12. Et sola regia maiestas adorari debet. Ceteri vero, vt Barones, & alij salutari debent, vt ibi inquit Rebuffi. & dixi supra amplè in s. part. in 33. consideratione, incip. prosequendo materiam, &c. Et in l. par. in 26. consideratione, incip. Quis dicitur honorari in salutatione. Et in 34. consideratione, incip. Honor etiam in adeundo. Et ista eadem parte, in 11. consideratione, cuius initium est: Alij reperiuntur officiarij. Et quod curiales sine munere exhibitione latentur honore curiæ, videtur tex. iun. & agl. in verbo, functione, in l. 3. C. de silent. lib. 12.

**V**igesima quarta consideratio. Honorantur curiales in hoc, Quod quanvis priuatis non licet deferre vestes oloberas, aureas, paragaydas, hoc est brocatas scribas, & murice tintas: cum tales sint vestes Principum. l. 2. & 4. C. de vestib. oloberis, lib. 12. In curialibus Principi minoris fratribus (vt ornatores fiant coram Principe) licitum est, & permittitur tales vestes ferre, vt dicit lo. de Platea in d. l. 2. Porest tamen Princeps eis auferre cùm recedunt, vt ait Luc. de Pen. in d. l. 2. & dixi infra in vlt. par. in 95. confid.

**V**igesima quarta consideratio. In hoc etiam honorantur curiales, quod illegitimus seu naturalis, per traditionem, seu oblationem Curia, à patre factam (hoc est si fuit curialis) legitimat, & legitimus efficitur. tex. est in l. communium, & l. si quis. C. de naturalibus lib. in auth. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. 1. & §. si quis igitur. & §. & quoniam. & §. filium, vsque ad §. trib. coll. 7. in auth. de monachis. §. si vero relinquens coll. 1. §. vlt. & ibi notatur in verbo, curiæ. insti. de nup. in c. per tuas, & ibi glo. in verbo, filium, & per doct. extra qui fil. sint legit. in l. si. & ibi notat Luc. de Pen. col. 4. C. de his qui sponte munera publica, lib. 10. & per eundem in l. si cohortalis. col. 4. de cohortalibus. lib. 12. Et tales succedunt parentibus extamento, & ab intestato. l. quoniam desideria. C. de naturalib. libe. Sed quoniam, vt dicit Ang in §. 1. in auth. quib. mo. naturales effic. legitimati. coll. 6. hodie talis legitimatio non est in vsu, non aliter insisto. Sed vide ea quæ dixi in commento nostro super consuetudinibus duca. Burgun. tit. des successions des bastardz. §. 3. in gl. ab intestat. verf. secundus modus. vbi modi legitimandi describuntur. .

**V**igesima quinta consideratio. Curiales in hoc legiantur, quod prædia eorum non possunt alienari sine solennitate, de qua in l. fin. C. de prædijs decurionum, seu curialium, lib. 10. Et istud in fauorem ipsorum curialium, vt Respublica beat diuitias Curiales, vt in l. 2. illius, & in tam in hoc priuilegiatur res curialium, quantum minorum & Ecclesiæ: & in hoc pati passu ambulat ut notatur per Purpur. in l. mandata ff. de off. cui maud. c. s. jurif. Et aduerte in hoc singulari quod, quando petitur interponi decreta in talibus alienationibus, debent cause fieri exprimi, nec sufficeret generalis expressio. Ut si dicatur, vendo propter eas alienum ex domum, sed oportet singulariter, & signillatim expiri causas, hoc est, vt nominentur creditoris quantum cuilibet debetur, vel habetur in l. i. C. de prædijs curialium, lib. 10. & ibi Iaco. Rebuffi idem obseruandum in rcbus minotum, & Ecclesiæ vñdendis. allegat. magis puta. §. si. Art. de reb. eorum. Facit ad hoc. si quis mihi vocat iussum. ver. sed vt cum. ff. de acq. hare.

**V**igesima sexta consideratio. Curiales Principi honorantur, vltra alios, quod debet esse pro legitimis sua novem Vñcias, sicut in l. 2. non habeant, nisi trientem, vel semissimam in de triente, & semisse. §. 1. col. 3. Quod bene nos debent Cortefani Principis, vt dicit Mar. Lade. in tractatu de official. dominiorum. art. 14. vlt. men dicit hoc esse verum in legitimis. Et nota naturalibus legitimatis, secundum loan. Burne & notat moderni in auth. nouissima. C. de officiis testam.

**V**igesima septima consideratio. Curiales etiā in hoc honorantur, & sequentes curiam. Principes quodignobiles efficiuntur nobiles, & concurter nobilitantur, assistendo seruitio & oblatione Principi: vt dicit Ang. in §. si. col. 1. inst. de curia pertex. ibil. vni. C. de mandatis Principi. meus lason post cum, in l. omnium, in pectabilis. C. de testamentis. Purpuratus in l. 1. a. de off. eius cui mandata sunt in dictio. Dicitur in par. in 19. confid. vbi dicitur. Quod adhuc terri Principis & eidem, in officio quoque primo nobilitantur. Pro isto dicto Ang. in l. 1. omnium allegat l. quam dicit notabilem in l. 1. C. de prepositis labarum, seu laborum lib. 10. tex. Nam & immunitate digni sunt, quoniam lateris comitatus illustrat.

**V**igesima octaua consideratio. Curiales, sicut lantes Principi, consequuntur dignitatem in quocunque seruitio sint deputati, etiam eis Principis, vt dicit Barbaria in tract. de curia Cardinalium. q. 1. col. 22. dixi in s. par. in 26. confid. in 11. par. in 35. confid. Vbi constat omnes officies Principum praescripsi ceteris, & gaudentis immunitatibus, quibus carent alij Art. dicit per l. 2. C. de excusatio. Artificiis, lib. 10. & vide per

sum relata sunt in 1. par. in 61. consideratione. cum  
nihil est. cum ergo ex virtute. &c.

**V**igesima nona consi. Illi iustiores dicuntur Cu-  
riales. qui seruunt Principi respectu aliorum  
nam illistrum. qui non resident in curia. ut pro-  
bar. Barbara in cōsilio suo 57. inci. præclare scribi-  
tur apud lob. col. 8. in 2. vol. Quod præferuntur in  
eadem dignitate constituti illi. qui sunt in curia.  
& qui seruunt. & assistunt Principi. per text. in l. 1.  
versi. quos late ris nostri decus illustrat. C. de præ-  
positis laborum. seu labarum. lib. 12. Vbi omnis  
ordo recipit splendorem à Principe. sed nō aqua-  
liter. Quia non ita resplendet illi. qui abest à curia  
& aere Principis. sicut ille qui est in præsentia  
Principis. text. est ibi. Et facit. quod dicit Bal. in rub.  
de officio proconsulis. Vbi inquit. quod Principi  
præsentia seu Papæ. Cardinalcs illustrat. alle-  
gat. l. 1. dixi supra in qua parte. in 16. considera-  
tione. Cuius initium est: Cardinales manentes,  
& adducit Barbaria in d. cōsilio rationem. text.  
in l. bene à Zenone. ad finem. C. de quadriennij  
præscriptio. ibi: Qui enim suis consilijs suisque la-  
boribus pro toto orbे terrarum. die noctuque la-  
borant. quare non habent dignam sua prærogati-  
va fortunā? Vbi est textus mirabilis. quod illi. qui  
sunt in servitio Principis. debent esse præmiati. Et  
hunc textus loquatur in Imperatore. tamen quia  
non generalis est dispositio. dispositum amplia-  
tur ad amplitudinem rationis legis. ut voluit glo-  
rificatio. sed nūm. inc. 1. de elect. in 6. probatur in l.  
partium. §. fundum. ff. de legatis 3. & in l. cum  
par. 5. dulcissimus. ff. de leg. 2.

Faciunt ad præcedentia. que dicit Angelus in  
laude testamenti. militis. quod doctor qui est ad  
hunc principis prefertur militi. Ita recenset Pur-  
puratus in l. colum. 18. ff. de officio ciuius cui man-  
dantur iuridictio. Pars enim corporis Principis  
familiares eius seu curiales esse censemunt. rect. in  
loquacis in principio. C. ad legem Iuliam maie-  
tans. canonizata in c. si quis. circa principium. 6.  
q. & recitat per gloss. in verbo. cum familiars.  
in cap. cum dilectus. extra de clericis non residen-  
tibus.

**T**rigesima consi. Curiales in hoc priuilegian-  
tur. quod non possunt conueniri coram iu-  
dicordiario loci. vbi habent domicilium: sed  
debent conueniri in curia. & ibi cause eorum tra-  
xari debent. Maximè pro negotijs curialibus co-  
nam magistro officiorum. aut magno præposito  
Domini Principis. de quibus supra in hac parte  
dilectum est. In alijs vero causis. non conceruenti-  
bus coram statu curialcm. sed negotia priuata.  
sem particularia. & suarum rerum. habent in Gal-  
lopanes curiales iudices corum destinatos. qui  
in alijs in Palatio habent cameram iudicariam  
(sive dicitur camera reuestiarum) & istud impe-  
tore a Princeps curiales in vim quartundam lite-  
ram Regiarum (qua vocantur literæ de com-

mittimus) in vim. quarum causa ipsorum curia-  
lium committuntur. deputantur. assignantur ta-  
libus iudicibus. pro earum decisionibus. Et sunt  
pars dominorum de parlamento habentes came-  
ram separatam. Ab his tamē ad curiam magnam  
appellatur. vt dicit G. Benediti in sua repe. c. Ray.  
in verbo. & vxore nomine Adelasi. in se-  
cunda decisione. numero 480. in fine de testa-  
mentis.

Et prædicta satis probantur in l. fin. C. vbi cau-  
ſe fiscals. vel diuinae domus. hominumque eius  
agantur. Vbi etiam coloni Principis conueniuntur  
in ciuili negotio coram præposito sacri cubi-  
culi. (qui hodie apud nos vocatur cambellanus)  
vt supra. ista eadem par. in 8. consideratione. Cu-  
ius initium est. videtur quod post istum. &c. dixi.

Etiam facit extraugans Eugenij III. incipiens.  
diuina. & textus concordatorum in titulo de ap-  
pellationibus. quo ad curiales summi Pontificis.  
qui alibi quam in ipsius curia conueniri non pos-  
sunt. Et vt dicit commentator regularum cancel-  
laria. super regula sexta. Capellanus honoris Pa-  
pæ. est exemptus ab' ordinario. etiam si non exer-  
ceat actu officium suum: pro quo allegat. gloss. in  
verbo. videatur. in authen. vt ordinari & præfectu-  
ræ. &c. col. 5. & ibi idem commendator dicit idem  
esse in cubiculario.

**T**rigesima prima confide. Curiales in hoc pa-  
riter honorantur. & præiugiat. Quoniam excusantur à tutela. text. in l. iurisperitos. ibi: cum  
dicit in consilium Principum assumptos. & ibi:  
quoniam circa latus eorum agerent. & honor de-  
latus finem certi temporis ac loci non haberet. ff.  
de excusantur. concordat l. fi. ibi. circa latus nostram  
militantes. C. cod. tit. Dixi in proxima sequen-  
ti par. in 3. consideratione. versi. addo alium effe-  
ctum. &c. concordat etiam text. in l. verum. §. ex  
facto. ibi: vel hi. qui circa Principem sunt occupa-  
ti. vt in consiliarij Menadii persona est indultum.  
ff. de minorib.

**T**rigesima secunda confid. Curiales & Dome-  
stici Principum excusantur ab hospitijs mili-  
tum. seu exempti sunt ab onere hospitandi mili-  
ties. rect. in l. decurionibus ibi: domus quoque. C.  
de silentiarijs & decurionibus eorum. lib. 12. Et  
licet ibi tantum videatur loqui de silentiarijs (hoc  
est. qui excubias faciebant in palatio Principis. a-  
pud nos vulgo dicti. lex archies du guet) Idem ta-  
men dicendum de alijs. vbi eadem ratio militat.  
facit etiam tex. in l. in sacris. C. de proximis sacro-  
rum sc̄iniorum. & in l. 2. C. de præpositis sacri cu-  
biculi. cod. lib. 12. & l. archiaj ros. (qua medicos  
facri palati molesta hospitali liberat.) C. de me-  
taris & epidemiticis. lib. 12. & in l. pen. illiusti. plu-  
res enumerantur. vt Consulares. & patriti. con-  
sules. præfectorij. Magistri militum. Magistri  
officiorum. vel questores. Comites domes-  
ticorum.

## S E X T A P A R S

corum, & protectorum & sacratum largitionum, & priuatarum largitionum, & Primicerius notariorum, istam habentes immunitatem, diuerso tam modo. Nam aliqui habent tres domos, quidam duas, quidam unam. Tantum immunes à predicto onere. Similiter Tribuni ex primicerio, illa portiuntur libertate, vt in l. i. illustri. Plures etiam alii excusantur, vt Doctores legum, & Comites, vt dixi in cōmento nostro super consuetudinibus ducatus Burgundiae, tit. dcs iustices. §. 4. in glo. 1. versi. sed quaritur, cum versi. sequenti.

**T**RIGESIMATertia consid. Curiales in hochononrantur, Cum, vtcōmunitr videmus in Gallia, & apud vos excusantur à tallijs & collectis, exactionibus & impositionibus Principum, & donis, aut alijs munerijs, extraordinarijs, quæ sūt, & cōceduntur Principi & Regi, vt apud nos sit in fengijs; quoniam communiter in literis Regis tripli-ci statui huius patræ directis dicitur quod ab his sint reseruati & exempti Nobiles origine nobilitet viuentes, & officiati domestici Principis.

Sed, an ista exemptione, seu immunitas, ei competit expriuilegio vel de iure, vel ex generali consuetudine. Quantum ad nobiles, dixi infra in 8. par. in 48. consideratione, cuius initium est. nobilitas in hoc honoratur.

Quantum verò ad huiusmodi officiatio, de iure plures excusantur à predictis ratione dignitatis aut officij, vt in titulo, dc excusationibus munerum, lib. 10. C. vt in l. maximorum. illius tituli, enumerantur supetillustres Comites Consistorij, Notarij, Cubicularij, & Excubicularij. Item in l. i. Illustres comprehenduntur. Item in l. cos omnes Comites, vt præsidum, proconsulum, & procuratorum Cæsaris & magistrorum scriniorum, memoriarum & sacrarum epistolarum vellibellorum, & qui signabant responsa imperatori. Item, in l. certis. protectores & præpositi laborum. Item in l. negotiantes. Purpararij, & vestiararij, qui quidem omnes habent immunitatem à muniberis ciuilibus & extraordinarijs, vt in d. l. patet, & non solum habent illam prærogatiuam, quamdiu Principi seruian, sed quamdiu vixerint. Item legem. C. eo. ti. & de pluribus habemus tit. particulat, de quibus fit mentio de cotundeni immunitatibus, vt in l. 1. & 2. C. de primicerio, lib. 12. l. in sacris. secunda. & l. i. habemus. C. de proximis sacrorum scriniorum, & l. 2. C. de priuilegijs corum qui in sacropalatio militant. l. 2. C. de præpositis sacrifici cubiculis. & de omnibus cubicularijs. l. 1. C. de palatinis sacrarum largitionum. & idei dicendum in alijs vbi eadem ratio militat. tex. in l. fin. C. eo. ti. lib. 12. & dicit Imperator in l. vnicā. C. de præpositis laborum, lib. 12. Nam & immunitate digni sunt, quos nostri latenter comitatus illustrat.

Et cum senatores excusentur, vt l. 4. C. de dignitatibus, lib. 12. ideo à fortiori curiales & familiares Principum. Nec ex eo eorum conditio deterior

sicut debet, cum circa principem se obsequiales habent vniuersis. tex. in l. cum dilectus. & ib. extra de clericis non residentibus.

Facit, quia docentes in vrbe Romana (que communis patria sicut & curia regia) non munieruntur quād docentes in propria patria tex. in l. sed & reprobati. §. penul. ff. de excusatione tutorum. vbi dicit textus. Quoniam communipata & existente patria Regia vrbe decente, tanquam in propria patria vilem se tribuens & exhibens, vel immunitate fruens loco, quia officium nemini debet esse damnificare ad compendium. l. videlicet. ff. ex quibus maiores. c. peruenit. extra de fidei & l. us communis. ff. de surtis. Facit etiam, quia curiales (vt sacerdos & peregrini) meriti possunt, dulgentias in anno lubilij: vt in extravagan. faci VIII. incip. Antiquorum. de peccatis & missionebus.

**T**RIGESIMAQUATTA consid. Etiam curiales exempti à vestigialibus, & paedagijs, que ponuntur pro rebus eorum velhendis & transfrandis ad cutiam, aut sequendo curiam. l. i. mus. C. de proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. C. de silentiarijs & decurionibus eorum, codex lib. sic & senatores. l. 4. C. de dignitatibus codex lib.

Istud optimè probari potest, pro omnibus ex generali consuetudine, quæ in hoc obseruantur. to regno, & quæ in talibus est obseruanda, vt tex. in l. i. publicanus. §. fi. ff. de publicanis & ve-galibus. & ibi glo. in verbo, municipum. in d. §. de reb. enumerat plures causas in quibus que-cusatur à solutione gabellarum & vestigium quod lo de lmola dicit esse intelligendum in tuor, scilicet, quod in talibus quis excusat ratione rei, aut ratione personæ, a ratione, gij, a ratione consuetudinis, pro quo faci-ximaram, circa initium. C. de excusatione, lib. 10. & crederet tales curiales esse em-potam ratione priuilegij, quam personæ & con-tudinis, & præscriptionis, cum liberatio a vestigialibus, seu nō præstatio præscribi possit. tex. in d. l. earū. ff. de publicanis. Et consuetudo immunitate consequēda, inspici debet, tamen negotiantes: ibi, secundū veterē confituntur. & in l. maximarum, ibi, vetusto more durat. de excusationib. munerū. lib. 10. l. vlt. §. penult. initium est: sed ea ibi, vel more, ff. de munerib. honoribus.

**T**RIGESIMAQUINTA consid. Subiecti ad rescuriales, excusantur ab illareresidentia, & non obstante absentia, salatia, & stipendia officiorum in iusmodi percipere debent, argument. c. cum dilectus. extra de clericis non residentibus. Eredita-tio secundum text. Quia familiares circa Principem se obsequiales vniuersis exhibent, vt supra-

maxima confid. dixi. Et principi & omnib. pro-  
priet. & qui in seruitio & familiaritate Principis  
int. pro presentibus habentur, secundum gloss.  
rit. ibi facit c. de cæcero. extra eod. tit. & seruire of-  
ficio intelliguntur. in d. c. cum dilectus. cap. ad au-  
xiliam. cod. tit. arguient. c. scir. 7. q. i. c. simi-  
liter. 16. q. r. & c. hoc huius placiti 12. quart. 2. & in-  
tellegurales, hoc est, existentes in seruitio Prin-  
cipis, vel officiales curiae trahentes ibi moram ex  
prefecto ipius Principis. Nam satis tunc dicun-  
tur a beise causa Reipub. vt dicit Pan. in d. c. cum  
dilectus. ibi, sed queritur. & pro hoc alle. l. sed & si  
perprætor. in f. & l. Reipub. ff. ex quibus causis  
mores. Et ut dicit commentator regularum,  
Cancellaria, super regula 5. Illi potissimum curiales  
dic debent, per quorum curiam & consilia Respu-  
blica expeditur, hoc est extollitur, vel utilis fit, vel  
Reipublice negotia explicantur. Et curiae sic diffi-  
cilius in comitatu Valcrij, libro secundo, de in-  
stitutis antiquis. in c. vbi de Eumenc rege Asia sit  
memorific, quod nihil aliud est, nisi fidum peccatum  
& tum Reipublica. Et quicmadmodum ea quo-  
rum animus noscit conscius est secreta in pectori  
nostro seruantur: Ita arcana consilia Reipubli-  
cae, pectoris curiae reponi atque seruari debent,  
ubi vide duo exempla de secretis curiae non re-  
vendandi.

**T**rigesima sexta confide. Curiales laudantur  
apud Principem, qui sunt prædicti virtutibus,  
industria prouidi, moribus honesti, in ministerijs  
experti. Et tales erant curiales & ministri Salo-  
monis. Reg. 10. cap. vbi dicitur: Videntes Regina  
Salomonem sapientiam Salomonis, habita-  
culorum, & ordinis ministrantium, vestes  
quorum, non habuit ultra spiritum. & Cant. 3.  
En. lectulum Salomonis sexaginta sortes am-  
bitus, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gla-  
dios, & ad bella fortissimi. Et ut tales sint, debet  
Princeps sollicite studere. Secundum eni in Iudi-  
tem populi, sic & ministri ciuius: & qualis est Rector  
ciuitatis, tales & habitantes in ea. Ecclesiastici 10.  
mag. Erat hoc exaltari debet curia Principis,  
quod semper multæ Nobiles, probatae quic perso-  
næ incolantes, vt in l. omnium. in prin. & ibi no-  
tar. Angel. C. de testam. Et in §. illiusl. dicit per il-  
lum § quod ideo Princeps haber omnia iura in  
sermone pectoris, & totam Philosophiam: Quia in  
curia sunt & esse debent prænotabiliores ho-  
mines mundi, in quacunque facultate, pro quo  
allegat proœmium. C. sed particularius est in pri-  
mo Constitutione. C. in §. ideoque, & in secun-  
do. sed cum. ibi, & electis viris. iuncto. §. incip.  
aditum enim laborem. facit proœmium. insit.  
cumq.

**T**rigesima septima confide. Si videas semel Cu-  
rialem carentem scriptum vitiis sequentibus,  
ades eum usque ad extremum.

Primo, quod non sit ambitiosus dignitatum:

Ideo laudabimus Priscatum Millennium, qui tan-  
diu Imperium sustinuit, quandiu cum Athenien-  
sibus bellum gerendum fuit. postquam vero pax  
exviatoria facta est, depofuit Imperium, ne ultra  
quam Reipublica necessiras exegerat, dominus  
ciuium permaneret, vt dicit Valcrius lib. 6. c. 5. Et  
ultra laudabimus illum, qui gratias egit quando  
consulatum amisit, de quo Valer. lib. 4. c. 3.

Secundò, quod non sit adulator.

Tertiò, quod caueat improbam munerum ac-  
ceptionem, qua etiam prudentes excæcat.

Quarto, quod non sit officiorum, vel commo-  
dorum venditor.

Quinto, quod non sit simulator exterior ami-  
citatum, nec fingat se amicū, donec veniat ad  
amicitiae experimentum.

Sexto, quod non sint astuti & sophistici machi-  
natores ad caluminandum vel illaqueandum: &  
ex consequenti, ad exoriandum, vel spoliandum  
populum, iniquas leges statuendo, vel eis fauendo,  
peruersas confuetudines allegando, vanas vias ca-  
lumniandi adiuueniendo.

Sexti, quod comedationibus, & ocijs &  
vanis ludis non vacat, de die non faciat noctem,  
nec de nocte diem. Tales enim qui talia vitia non  
habent, insigniter sunt laudandi & commendan-  
di, & vsque ad coelum extollendi: Sed cum pauci  
tales repriuantur, ideo aliter non insitam, cum  
etiam sit ultra intentum nostri operis, sed de mi-  
serijs curialium, & de his septem vitijs te remitto  
ad lo. Valenfem in sua summa de regimine vitæ  
humana, scilicet communiloquio, par. 18. dist. c. 1. 2. 3.  
4. 5. 6. 7. vbi amplè, & ad Polycratum de nngis cu-  
rialium, seru in toto suo tract. potissimum vide in li-  
s. c. dccccimo.

**T**rigesima octaua confide. Curiales seu aulici  
. in hoc priuilegiantur, quod eis facilius par-  
cendum, seu mitius agendum est quam alijs. gloss.  
1. in fin. in c. quando. 86. distinct. cap. si vero, infra  
in initio. extra de senten. excom. cap. qualis. in fin.  
23. distinct. Idco teste G. Bene. in suarcpet. ca. Ray-  
nius. in verbo & vxorem nomine Adelasianni.  
in materia successionis ab intestato. num. 808. Ista  
fuit causa, propter quam Ioannes & Paulus fra-  
ters Juliani Imperatoris primicerij ad fidem con-  
uersi, non sacerdunt publice, sed in carcere decolla-  
ti, ad quos Terentianus ad eos decollandos mis-  
sus, Non (inquit) decet vos intra aulam Regiam  
nutritos, vt publice occidamini: sicut habetur in  
eorum legenda. Et ratio videtur, quia tales pro  
Rege, domo, & parentibus Regis laborare solent.  
Ex quo Abiathar (licet cœlesti morte digna) veniam  
obtinuit à Salomone, vt scribitur 3. Reg. cap. 2. ibi,  
Abiathar quoq; dixit Rex, vade in agrum tuum,  
& quidem vir mortis es: fed hodie te non interficiam,  
quia sustinuisti laborem in omnibus, qui-  
bus laborauit pater meus. Et pro ista parte, addu-  
co gloss. optimam in verbo, ob meritum. §. planè.  
insti.

## SEPTIMA PARS

insti. de iure natu. quæ glossa ab omnibus approbat. Et dicit, quod sit remissio poenæ, quando quis multum seruierit Principi, & sic iusta causa minuendi poenam alicui delinquenti est propter

multa seruitia, quæ contulit Principi vel Republica. Et dixi hic ante in 19. conside. incipien. Generales receptores, &c. versicu. quomodo tam parendum, &c.

*Sexta partis Catalogi Gloria Mundi finis.*

## SEPTIMA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

OFFICIA IVSTITIAE ET IVRISDICTIONVM CON-  
tinebit: Depurata tam circa Consistoria, & Parlamenta, quam Tribunalia seu Praetoria, & alias  
sedes Regales inferiores. Et fieri de his una commixtio, secundum quod est quæstio de  
omnibus Officiariis Iustitiae. Sed tamen de Dignioribus primò fiet mentio  
& secundum eorum dignitates, & prout vnum p̄r cedere  
redebat alium.

*Vnam & quinquaginta Considerationes complectens.*

Eneralis, est hæc prima consideratio ad omnes dignitates seu Magistratus. Quoniam alij sunt maximi, ut superillustres, Alij magni, ut illustres, Alij medi, ut spectabiles, ut p̄bri tex. in §. pen. ibi: & medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant. in auth. de non alienâdisaut permut. colla. 2. Alij minimi, ut sunt clarissimi.

Et alij infimi, Pro quo facit tex. in l. raptore. §. fin autem. primo. ibi. Nec non alij cuiuslibet ordinis iudices. C. de episc. & cle. ut sunt defensores ciuitatum vel locorum, & iudices municipales seu pedanei. Ethocordine istos quinque gradus, seu genera magistratum, posuit Spe. in ti. de iur. om. iud. in prin. Quæ distinc̄tio probatur, per glossam in verb. post magnificentissimos. in auth. ut ab illustribus, & qui super eam dignitatem, &c. §. pen. colla. 5. & per gl. in verb. illustribus (quam ibi sequuntur Arg. Are. & Ioan. de Plat.) in §. cunq. in proemio institutionum. Vbi gl. expresse specificat gradum infimorum. Licet ab initio notat, quatuor esse ordines dignitarum: & de his aliquid supra dixi in 1. par. in 66. confid.

In primis tamē sciendum est, quod omnis potestas est à solo Deo, siue iubente, siue sinente: ut ait tex. in c. quid culpatur. 23. quæ. 1. Potestas namque Dei precellit omnem hominum potestatem, ut in c. quæ contra. 8. distinc̄t. & qui potestati iudicaria obseruit, Dei ordinationi ressistit. tex. in c. qui

resistit 11. q. 3. Nisi præcipiat illicitem, quia potestas potius est condemnata, ut ibi.

Item, ipsa Potestas iudicaria regendihicem dum, est duplex, videlicet Pontificalis & Regalis, et est tex. in c. duo sunt. 96. distinc̄t. &c. Princeps 23. q. 5. & ut dicit Bal. in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, &c. omnes dignitates & iurisdicções a pa & Imperatore deriuantur. Et ad curam Princepis, magistratum creatio tanum pertinet in 1. vna. in princip. ff. ad leg. lul. de ambito. Dixi supra in quinta parte. in 32. consider. inquit quod quilibet. & 24. consideracione. verific. 58. & ver. 72. Et iuri utrinque potestas constans actibus suis discreuit. cap. cum ad verum distinc̄t. Vtraque tamen potestas, nintuoc re tenetur. d. c. Princeps. & cap. in cœstuoli. 57. & cap. 1. & cap. quoniam. & ibi no. in gloss. si. cum offic. ord.

Et, sicut excellunt Diuina humana, & terrena, & spiritus carnem, sic Pontificalis potestas regalem excellit. tex. in c. suscipitis. 10. c. solita. de maio. & obe. & c. nouit. de iudic. Imperator quippe potestati Papa subesse debet. & e. sicut. 67. dist. Hrc. Luc. de pal. 2. C. de silentiariis, lib. 12. sed è diuerticulo ad redeamus.

Maximi igitur sunt superillustres. Exempli secundum Spec. vbisuprà. Ut sunt Papa & Imperator, qui suprà omnes sunt. d. ca. duo sunt. 96. dist. c. in apib. 7. q. 1. c. cuncta per mundum 9. q. 1. depreca. ff. ad leg. Rhodium de iact. Er de illo docebus quō sint supra omnes alios, dixi supra in 4. ff.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

170

bis,cunctis,quæ intra vrbē sunt,antecellat dignitatibus.C.cod.

Tertiò,sunt Reges & Cardinales,vt ponit pro exemplo d. meus ias.ind. l. i. & post eum ibi Purpuratus,vbi amplè disputat,an Rex Francorum sit illustris,aut superillustri. dixi de eo supra in s. par. De Cardinalibus verò etiam superius tactum est in 4.par.& etiam de Patriarchis: de quibus etiam faciunt mentionem dicti doct.in d.l. i. & hos ponunt pro sexto exenplo illustrium. Item consiliaj Principium sunt illustres,de quibus etiam & infra videbitur. Er doctores,qui per viginti annos le gerunt,vt ibi per Purpuratum,de quo infra in 10. par.in 21. confid.

**T**ertia confid. Quia circa gradum illustrium & excellentiam illius dignitatis deuentum est,Ideo priuilegia,seu effectus illustrium,qui sunt multiplices,hic referre curauit. Et circa eos (studiosè lector aduerte) quia potuerunt tibi honorem afferre coram magnis dominis. Primus est, quoniam illustres litigantes, debent necessario comparete per procuratorem,alias puniuntur in amissione cause text.est in l. penult. que incipit: quicunque.C.de procurato.Sed tex.in authen. vt ab illustribus,& qui super eam dignitatem sunt, &c. collat.s.hoc restringit solum procedere,in magnificientissimis illustribus qui different à simpli-ebus illustribus.cum illustrium multa sint genera.l.i.C.vt digni.ordo ser.lib.12. quamvis communi- niter in omnibus illustribus intelligatur. pro quo facit generalitas rub.d.auth. Quod procedit,teste Purpurato in d.l.3.num.145. etiam si esset causa talis,in qua pœna corporalis posset imponi, secundum Salice. in l. reos. col.mibi 6.C.de accusatio. Fel.in c. cum te.col. 3. de re iudic.Maria. Sozin. in c. veniens.col.10. de accusa.

Secundus effectus est, Quia illustris personæ non possunt ducere vxorem,sine confectione dotalium instrumentorum.text.in auth. vt liceat matr & auia:quia verò.le.premier. colla. 8. Sed istud de iure canonico non est necessarium(videtur ramen honestum,& tutius est fieri) teste Purpurato in l.i.num.145. ff. de offic.eius cui manda.&c. qui pro hoc allegat Panor.in c. tanta, in princ. qui filii sint legitimi.

Tertius effectus. Quia illustris possunt per alios legere suas sententias.tex.in l.i. C.de sententijs ex periculo recitandis.Qui probat hoc verum in omni illustri: Imo idem si quis solum sit redactus ad modum illustris,& propter dignitatis prærogatiuum,vt in Episcopo. text.est in c. fi. dc re iudi.lib. 6.procedit,ctiam si nullum verbū proferat, cum in alio sufficeret quod dicret: & ita condemnō, vel absoluō. vt in potestatibus Italiae secundum Spec.in tit. de sententia. §. sequitur, circa principium.Bat.in l.certi iuris. ff. de iudicij. & ita hodie obseruat per omnes iudices secundum lo. And. in d.c.fin.& Accursi in gloss. 1. in l. fi. C. de senten-

## SEPTIMA PARS

ex peric. recitan. Et tres prædictos effectus posuit  
do. meus ias. in l. 1. sapc alleg. ff. de offi. cius, &c.

Quartus, Quia illustris non potest citari nisi  
per literas tex. in l. quoties, infine. C. de dignitatibus.  
lib. 12. Fel. in c. 2. de iudicij. col. 14. Ideo non  
sufficeret citatio hoc casu facta per nuncium sine  
compromissione expressa, & in hoc ille text. est  
singularis secundum Purpuratum. in d. l. 1. num.  
148.

Quintus est, quia si datur iurisdictio alicui Vi-  
cario, seu officiali, in rali iurisdictione, non com-  
prehenditur persona illustris. Deci. in d. l. 1. ff. de  
offic. cius. allcg. tex. in c. 2. in fin. de offic. vica. in 6.  
(& bene in eo iudicio, saltem iuncta gloss. 1. in fin.  
qua docuit allegare tex. sequentem) sed Purpuratus  
vbi suprà dicit, quod ille tex. nihil facit, sed vo-  
luit allegare tex. in c. 1. in fin. de offic. ordin. cod.  
lib. 6. Qui tamen secundum eum non concludit:  
quia ratio ibi assignata, scilicet, ob reuerentiam  
pontificalis officij specialis videtur esse in Epi-  
scopo, qui co respectu videtur transcendere illu-  
stres, etiam si non sit illustris, de quo dixi suprà in  
quarta parte. Et tenendo hunc effectum habere  
locum, adducit pro eo similem text. in c. inquisi-  
tores, de hereticis, lib. 6. & ibi gloss. in verb. expre-  
se: qua etiam pro ista parte allegat. quia periculoso  
de senten. excommun. cod. lib. Sed talia iu-  
ra non extenduntur ultra casus in eis expressos, vt  
voluit Decius in ea. præterea. versi. quinto limita-  
de officio deleg. quia, vt dicit tex. in c. 2. de officio  
delega. cod. lib. 6. pontificali dignitate prædictis  
ob reuerentiam sacri officij quod exercent, pluri-  
mum deferri conuenit, & eos plus alijs honorari  
decet.

Sextus, Quia illustris dignitas liberat à patria  
potestate, vt tener Barba. in tractat. de præstantia  
Cardinalium, in prima questione, primæ partis,  
pro quo facit rex. per rotum. in auth. constitutio  
qua dignitatibus. & Episcopatus filium liberat à  
patria potestate. collat. 6. Quodan sit verum vide  
per do. meum iaso. in l. qui se patris. col. 3. versi. a-  
lio. casus. C. vnde liberi.

Septimus, Quoniam si mulier est illustris, spu-  
rius filius ei in aliquo non succedit legitimis stan-  
tibus. text. in authen. si qua illustris. C. ad Orficia.  
Sozin. tamen limitat illum tex. in cons. 148. incip.  
nemini me. & secundum illud fuit iudicarum per  
Bal. de Barrholin, scilicet, quando coitus non est  
accusabilis aut punibilis de iure ciuili, vt est, vt di-  
cit in simplici coitu. quo casu, vt inquit, spurius suc-  
cedunt parti & matri, & istud dicit procedere G.  
Bened. in sua repct. c. Ray. in verbo, & vxorem no-  
mine Adelasiam. num. 698. extra de testamen. sci-  
licet in casu istius fallentia, vbi talis mulier est  
concubina, & in primo casu vbi esset meretrix. Et  
aduerte ad ea quia dicit Soz. in l. Gallus. §. quod si  
is. ff. de libe. & posthui. vbi dicit, quod coitus per

vroratum eum soluit, non est punibilis nec  
sabillis iure ciuili. & dicit de hoc esse casum. in  
C. de adultr. dicir tamen G. Bened. vbi suprà  
673. 674. & 675. quod hodie omnis adulterii  
ruris, & quicunque concubinatus quantumcumque  
simplex, & occultus multipliciter de nre  
vili est damnatus & prohibitus. Idem eti  
Batb. in cap. per tuas. in ptin. extra de proba-  
nibus.

Ottavum effectum addit Purpuratus in d.  
dicit ultra omnes scribentes: Quoniam, illi  
illustris iudices possunt iudicare secundum  
conscientiam, iuxta ea quæ ponit Car. circa fi. C. vt quæ desunt aduocatis. Vbi dicit  
Papa iudicare debet secundum conscientiam  
& dixi suprà in s. par. 32. consid. versi. 38. Po-  
potest iudicare, quod inferiores facere non  
sunt; qui præcise tenentur iudicare secundum  
legata & probata. text. in l. illicitas. §. veritas. la-  
offi. pta. sid. & ibi do. meus iaso. in c. judicet. & q.  
si conscientiam deponere non possint, ca-  
teri delegare debent, vt tradunt doctrinam &  
de Clauasio in summa Angelica, in velbo  
re. §. 7. aut alias exonerare à iudicando, vtp  
ba. in c. pastoralis. §. quia vero. col. penitentia.  
offi. deleg. Et ira in dominis de parlamento  
dum decisionem Guidonis Papæ. q. 29. quod  
placet Purpurato in d. l. 1. Nec etiam creden-  
te verum in casu, vbi reperi possit deesse  
in contrarium. Quoniam non possunt facere  
tra ius, multo minus iudicare, cum secundum  
ratio iudicandum. c. 1. de consti. & parmisib.  
cutiante. 23. q. 1. & c. summopere. u. q. 3. Sed in  
dubio, vbi non esset decisione iuris, sententia con-  
seu arrestrum etiam in conscientia haberet  
gis. Et vt dicit M. Lauden. in tract. de Princeps  
quod licet Princeps possit iudicare secun-  
dum & iustum conscientiam suam, caue  
(vt dicit) ne sua conscientia sit male  
pro quo allegat c. 1. de re iud. lib. 6.

Nonus est, in tutorum forma & eti-  
que speciales reperiuntur in pupilli  
Romanis, vt in l. 1. & 2. C. de tutoribus vel  
ribus illustrum vel clarissimum per-

Decimus, Quia Princeps ab illustribus  
fecit prætorio salutatus assiguit aliquam  
est tex. in l. 1. iuncta gl. in ver. processus. C.  
teutiana passis. Ita dicit Fel. esse in omni  
stibus, in rub. de maio. & obe. col. 4. dictum  
ex hoc arguirur maior & honor. Quod  
rum scribit Purpuratus in d. l. 1. num. 16. f.  
cius, &c.

Vndeclimus, Quia si illustris sint in iuris  
habent ius sededi, etiæ si sint accusati & proprie-  
causam defendant, per tex. in l. 1. f. §. sededi. C.  
C. vbi senatores, &c. Vbi inserit ad Episcopum  
cusatum quod tamen alijs non illustris non

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

171

ceditur. l.i.C.de offic.ciuilium iudicium.& ibi  
gum ver.honorari.exponit,id est, adiuvati, quē  
etiam Felyn.in tub.de maio.& obe.col. 4.nimis  
etendit ad omnes consistoriales Principis. Et di-  
ctudem Fel.in rub.de Magistris.col.si.quod qui li-  
beta dextenetur doctorem ad se videntem in ui-  
tare ad sedendum, allegando l.finalem.co.de ad-  
vocatis diuerfōrum iudicium. Nisi quando est ho-  
nora propriez.d.l.i.C.de offic.ciuiliū iudicium.  
re prolio cauam egerit.l quisquis.in fi.C.de po-  
stulando. Quod quomodo prædicta intelligatur  
apicar Purpuratus in d.l.i.nu.167.168.& 169.ff.de  
officio eius, &c. Et dixi alibi de Episcopo &  
doctore.

¶ Duodecimus, statur iuratoria cautioni illustri  
um, tam in causis criminalib. quam ciuilib., nec  
ad dare cogi possunt in iudicio, tex.est in l quo  
des in prin.C.de dignita.lib.12.

Decimusterius. In poena corporali magis de-  
femor illustri seu nobili quā plebeio. Purpuratus  
de hoc probari in le.properandum. §. sin autem  
mag. C.de iudi.& dixi in Commentariis nostris  
super confuet.due.Burg.ti.Des droictz & appartē.  
agens mariez. §.20.in gl.descendere. nu.5.& infra  
l.3.par.in 33.consid.

Alium scribit effectum Purpuratus: illustres pa-  
tronissim officiales Principis si sint perpetui, pos-  
se emere res subditorum, allegat pro hoc Alexā  
eun. Principalib. ff.si.cert. pet.

Sed ad ultimum effectum quem pro decimo-  
ceto ponit Purpuratus deuenio, in quo dicit, q  
dres in hoc priuilegiantur. Quod si legati sunt  
Ex parte illustri in aliquam ciuitatem, pos-  
se expelli hospitari in hospitio si sint inferioris  
conuonis, vt sūcipianrur tales legati. Ira tenet  
M. Landen. in tract.de lega. Principum.c.2. incip.  
menemibus legatis, argu. text. in l.iubemus.  
detacrot.ecclesi. Credo quod sit secunda in §.  
autem. ibi: ea enim quā ad beatissimā Ecclesiā  
adpertinent, vel post hac sorte peruenient, tan-  
q. plām sacrofanētam Ecclesiā & religiosam  
mūltitudinē conuenit venerabiliter custodiri. Licet a-  
lius purpatus non debeat expelli. l.vni. §. caupo.  
& angel.furti aduersus nautas, cauponas, sta-  
biles.

Additum effectum, l. Quod illustres excusan-  
tur amicis vel curta, etiam iam susceptra. tex.est in  
Liquescenem. §.cire.ver.si autem quis. ff.de excusa.  
ver.& in l.iurisperitos.in prin. ff. eo. & in l.verum.  
pextato. ff.de minoribus. Corroboro prædicta:  
Nam propter officium procurat, fisci à tali munere  
excusat. text. in §. item diuus.instit. de excusa.  
item silentiarij Principis l.fin. C.co. & l.fin. C.  
et silentiarij.lib.12. Item praefides & magistratus  
tatum. l.aihleræ. §.i. & §. remittuntur. Item ad  
multas res Principum, Praefectus vigilum,  
mannone propter magistratum excusat. le.  
administrantes.in prin. ff.de excu.tut. Qui tamen

sunt in inseriōibus ordinibus. ergo à fortiori, qui  
in superioribus constituuntur. Item sacerdotes.  
tex.in l.pen.in prin. ibi: vel qui sacerdotium. ff.de  
vacatio. & excusat. munerum. & ca. generaliter.  
16. qu. i. facit, quia iudex seu arbiter effectus sacer-  
dos non cogitur sententiare, & soluitur compro-  
missum, ait iure consultus Paulus in l. non distin-  
guemus. §.sacerdotio. ff.de arbitris. Et ratio ibi as-  
signatur. scilicet, quia id non tantum honori per-  
sonarum, sed & maiestati Dei in dulgetur, cuius fa-  
cias vacare sacerdotes oportet: Ira dicendum est in  
illustribus personis, qui maximam dignitatem ha-  
bent, & non cessant laborare pro maiori Reipu-  
blicā munere, & commodo, quam si tutela vel cu-  
ra exempti sunt. Et, quod deserendum sit dignita-  
ti & persona. text. cf., & ibi concordan. & gl. in ver-  
bo, superioribus, in c.pastoralis. in §.i.extra de off.  
delega.

Adde & alium effectum, Quod Illustres perso-  
na ad munera sordida, & extraordinariae necessi-  
tatis damna non tenentur. tex. in l. fi. quā incipit:  
ab illustrib. C.de accusationib.munerum, libr. 10.

**Q** Varta confid. fit de medijs, qui spectabiles di-  
cuntur. Inter quos primō ponit Spec. tit. de  
iuridict. om. iud. ver. medijs. magistros militum.  
alleg. l.2. C.de offi. magistri militum. De isto latius  
infra in 9.par.& paulo inferius, vbi de Conne-  
stibili, qui adaptari potest magistro militū. Et in qua-  
tum iste Magister militum posset capi pro Conne-  
stibili, dicere in illum esse illustum, secundū q̄ et  
voluit esse, & nominat talē Imperator in le. i. &  
2. C.de offi. Magistri milit. Sed in quantum cape-  
remus Magistros militum pro capitaneis guera-  
rim, videtur dicendum, quod essent tantum  
spectabiles, pro quo voluit allegare Spec.l.2.C.de  
Comitibus.rei milit.lib.12. licet etiam Purp. in d.  
le. i.nu.252.vbi de spectabilib. exemplificat, videa-  
tur quodammodo dubitare dicendo illos posse di-  
ci etiam illustres.

Secundò exemplificat Spec. vbi supra de Præto-  
re, qui diecirur spectabilis, secundū text. in auth.de  
app.& infra quę. §. similiq; modo. colla. 4. & in §.  
præconizam⁹. in auth.de lenonib.col.3. Itē prefe-  
ctus vigilū. tex.in l.3.ad Principum. ff.de offi. prefe-  
cti & vigilum. Item Proconsul, vt probatur in præ-  
legato. §. similiq; modo. & in auth. de nō alie. aut  
permundatis rebus. §. hæc omnino. ver. dicim⁹ au-  
tem. coll.2. Item prefectus Augustalis. §. supra.alle.  
& l.vni. C.de priuatiss carceribus.

Item Praefectus Aegypti vicarij, & Duces. tex. in  
l.raptores. §. sin autem primō. C.de Episc. & cle. &  
de Dicib. etiam tex.est in c.anteriorum. §. pen. &  
fi.2.q. 6.

Item Comes rerum priuatarum. procu. fisci, &  
Comes orientis (non tamen Comites Italiae, & A-  
lemanni, quia clarissimi sunt) Comites v̄ Pro-  
vincias regentes, vt olim erat Tholosan⁹ & Prouin-  
cia, vel Campania, spectabiles sunt, vt præalle-

## SEPTIMA PARS

gato. & similique modo. & d.e. anteriorum. & similique modo, haec sunt exempla spectabilium posita per Spec. vbi supra, d. meus la. & postea Purpuratus in d.l.i. ff. de officio eius. ponit alia exempla, s. Episcopum, & Archiepiscopum, de quibus ante dictum est.

Item Capitaneus guerræ & ciuitatum. Itē Marchiones, & Barones: & ibi Purpuratus probat, q quandoque Duces, Comites, Marchiones & Barones illustres dici possunt. vide amplè per eum, & de quibus suis locis dicam.

**Q**uinta confid. in sequendo Spec. in d. titu. de iuris. om. iud. ver. minimi. de ipsis minimis tractat, qui clarissimi vocantur. Inter quos primò ponit praesides prouinciarum, pro quo tex. in l. vnic. & ibi notatur, in verbo, rectoribus. C. de priuaris carceribus. & in auth. de non alienandis, aut permundandis, ad si. ibi: dicimus autem colla. 2. melior tex. in l. 2. C. si aduersus fiscum. Item ciuitum, & prouinciarum rectores, vt in l. raptore. & sic autem primò ibi: & viri clarissimi rectores prouinciarum. C. de Episcopis & clericis. d. meus la. & postea Purp. in d.l.i. ff. de officio eius, &c. ponunt multa alia exempla de his minimis, de quibus hic non discutiam, sed suis locis in hoc opere dicemus, ne perueramus ordinem, & intentum nostrum, cō etiam maximè, quia hoc opus non multum fundatur super huiusmodi gradibus, sed potius super dignitatibus, quas gerunt in administrando secundum diuersa tempora, pricipue constitutionum huiusmodi officiariorum, & tempora hodierna, secundum quae administrant in effetu: & in sequendo Alciatum in libr. 3. disputatione. c. 4. dicam, quod haec claritates terminorum potius fuerunt data ex voluntate Principum, quā ex necessitate officij, cum talia non necessitarent, ex quo in his non multum in sistere intendo. Ponit tamen d. meus la. & Purpuratus in d.l. de isto gradu. Abbaties, Commendatarios, Abbatissas, Priors & Priorissas, in casibus, in quibus praeſunt monasterio. Dixi supra 4. part. etiam Procuratorem Cœfariis iuridicum Alexandriae, Doctorem, legentem inter Scholarcs, Auditores sacri palati, Gubernatores & Barones, Memoriales, Propositores consistorij Imperialis: Etiā videtur ponere Magistros Scriniorum, quos voluit comparare Magistris requiatarum, Sed in vitro que errat, ideo non insisto, sed latius & clarius infra dicetur, cum de uno quaque suo loco fieri mētio, & pro certo in hoc gradu, & in his multum errauit Purpuratus, ad quæ tamē nolo in sistere.

**S**exta consi. erit de infinitis. Et sic de quinto gradu, secundum Spec. quem etiam videretur sequi do. meus la. & Purpuratus in d.l.i. ff. de officio eius cui mandata est iuris. & vt exemplificat Spec. Ibi sunt defensores ciuitatum, vellorum, & magistratus municipales, qui non possunt cognoscere ultra sumam 300. solidorum, vt in authen. de

defens. ciuitatum. & iudicare. collatione; then. de iudicibus. audient. col. 6. l. magis ff. de iuris. omnium iudicium. Item pedane es (vt putant) qui non possunt cognoscere de paruis, & in duobus auris finire. l. si. C. de nciis iudici. c. ei qui. & item eum certa. 2. q. 6. forte, secundum eundem Duumuiti. l. fin. admit. ad bonorum possessio. le. dies. & si de damno in se. Item rationalis, quae de causa libertinitatis, & seruitutis, non ingenuitatis. leg. pen. Cod. vbi causa status bear.

Et omnes supradicti sunt officiarij iustitiae, habentes iurisdictionem, & sic digni. Et de his vide Petrum Cothereau in suo scholi magistratum ciuilium in tit. de magistris municipal. Et qui cuncte in magistratu euntur esse in honore. l. honor. in priu. ff. de rib. & honor. c. pen. & si. 42. distinet. vt nota. in cap. vt debitus hon. extra de ap. & in cl. ca. fam. in 2. nota. extra de probat. Ideo tales randi dicuntur. facit tex. in 5. pen. ibi: eo, q. norare nobis placet dignos. in auth. de colla. 4.

De delegatis verò nihil est dictum, sed in hac parte post ordinarios, in 18. confide. iam eis debetur honor & reverentia.

**S**eptima confid. In Francia duo sunt omnibus alijs excellenteriora, & principiorum vnum est Primum, & prius in iudic autem in remili. pro quo facit tex. de non alienandis aut permundandis adhuc seruabant autem eam nostra Republica. maiores & minores, ciuiles & militares, coprie & excellentiori incipiamus. Cum alijs subsunt eidem iurisdictione, & iustitia. ceps ad sequentes in ordine prosequitur initium à Quaftore, seu Praefecto pratorum, die apud nos est dignior, maior, & excellens. Cancellarius dicitur, & apud quem est testas Praefecti pratorum, & quaftoris. purp. in l. 1. nu. 93. ff. de officio eius, cuius iurisdictio, vt statim dicetur.

In Gallia verò post pares Francie in corone & sacratione Regis Francie duo sunt officia, qui praeſidunt omnes Principes per adiunt ad latum Principis: puta C. Regni Francie, & Connestabilis, de quibus nunc quadriga ad rem, videndum est. q. sit praeferendus: & in primis de Cancellario, ut eius officium, vt cognoscatur, in q. gemitas & praeminentia consistat.

Cancellarius enim primum à Regia in iustitia distribuenda magistratum à dodo dictum obtinet. Et officium eius est & priuilegia per Regem concessa, aut eadē sigillo regio muniri, sed apud se est, quod

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

172

eo muniantur, corrigit & cancellat: de quo  
veritas in initio sui libri ita:

*Et inquit quileges Regni cancellari iniquas,  
Et mandata p[ro]p[ter]e Princeps aquafacit.  
Si quid obest populo aut legibus est inimicum,  
Quicquid obest, per eum definit esse nocens.*

Erat Cancellarius dicitur Quæstor, vt habeat  
gloriuersos. C. de diuersis rescrip. ita dicit  
Lec. de Pen. in l. neminem. C. de decurio. li. 10. Et  
in l. C. de petitis bonorum sublatiis, lib. 10. & in l.  
C. de diuersis rescrip. pro qua gl. est tex. in auth. vt  
cum quoq; iusliones coll. 8.

Et huius officium questoris erat decretare peri-  
mes sicut Se Logotheta in Regno secundum i-  
p[ro]p[ter]e de Pen. in d.l. 2. C. de periris bono. subla-  
tis. Quas signabat, & in eis se subscribebat, vnde  
magistrateus, id est, scribarum Princeps dici-  
tur aulogovo Cancellarius vocatur, et t[er]c[ia] Calepi  
suo Dictionario, quem sequitur in hoc Be-  
dauis: & cum etiam nominat auriculari Principi-  
p[ro]p[ter]e ad latu[m] Principis sedere debet, & est il-  
lis, vt dicit Bal. in d.l. 2. in 3. nota.

Hodie tamen Secretarij Regis in subleuamen-  
Cancellarij propter multitudinem negotioru[m] in  
curia, & curia Regis affluentium, se in talib.  
rebut, facit gl. in §. cunig; in proce. insti. se-  
cundu[m] intellectum. & Bal. in d.l. 2. die duos  
de quatuor, de quib[us] ad eum me remitto,  
v[er]il de his ad rem. Et de præminentia di-  
uisi[us] fatus pater in l. ff. de offi. præse. præ-  
f. enim Princeps Vicarius, & præpositus adiu-  
t[us] Princeps, sicut fuit Ioseph in tempore Pharaon  
in Aegypto. Gene. 41. Creat præfides, & alios  
magistratus vice Principis, in auth. vt iudices sine  
iustissimo post prin. coll. 2. Etiam procon-  
sul[es] & rectores consulares. Co. de offi. præse. præ-  
f. & l. i. 1. De eo itaque, & de eius autoritate  
magistratus sum: prædicta tamen scripsit  
L. ten. in rub. Cod. de præf[ect]is prætorio sue  
vbi[us] b. 12.

Budæus in suis annot. in ti. de offi. præse. præ-  
f. ut hunc Cancellariu[m] dici posse præfe. præt.  
Vt etiam dicit, q[uod] loco dictatoris est: & inter alia  
v[er]o othodie eius partes primæ sunt videre, vt  
principis constitutio, nulla sanctio, nullum  
iploma, nullum rescriptum, nulli codicilli Re-  
publica, atque etiam è dignitate Rei-  
ce principalio[rum] excent. Cuius celur[um] aut sty-  
l[ic]um in aucta sua eximi nunquam vo-  
Denique qui Princeps presentis Vicarius, &  
magister agentis Princeps, Interrex quodammodo  
dilectus iure, ac propriè (vt idem Budæus ar-  
matur) nomophylax, i. legum presidiū, iuriis asy-

lum (id q[uod] de Papiniano quondam dictum est) mo-  
rum, in institutorumq[ue] ara, æqui boniq[ue] columne ap-  
pellari potest: atque etiam esse debet id, quod etiā  
credere me cogit: consensus ferè hominum, institu-  
tumq[ue]; quoddam quasi per manus traditum, cap-  
put cum ac verticem iustitia appellantium.

Antiquissimum autem esse magistratum ex ve-  
tustis monumentis appareat. Quonia ut dicit idem  
Budeus ibi: Comperit anno 1511. Stephanu[m] quen-  
dam Cancellarium diplomati subscrisse à Lu-  
douico Rege cognomento Graffo monachis diu  
Dionysij induito.

Et, vt dicit, multò antiquius legit diploma Ca-  
roli cuiusdam, in quo haec verba addita erat: Gan-  
zelinus notarius vice Rogerij Archiepiscopi, sum  
miq[ue] Cancellatij recognovit in dictione 8. an. 28.  
regnante Carolo Rege glorioso. Videtur autem  
fuisse Carolus ille Magnus, anno etiā 1157. Hu-  
genem alterum Cancellarium subscrisse com-  
perit ipse Budeus diplomati cuiusdam, quo Ludoui-  
cus, qui Pius cognomento dictatus est, ius Rega-  
liorum antistiti Aureliensi remisit, quatenus ad-  
suppelle etiā elegantiores, & instrumentum  
sundorum Episcopaliū attinet. Aliumque i-  
tem Bartholomeum, anno 147. eiusdem generis  
beneficio principali subscrisse. Et, vt dicit ibi  
idem Budeus paulo p[ro]st: Cancellarij nomen a-  
pud nos vereor, vt iam consentaneum tantæ rei  
esse possit. Quæ enim hodie dignatio ac maiestas  
huius honoris tenuis haec appellatio atque apud  
alias genres proculata significatum suum susti-  
nereac persere non potest. Latinum certe no-  
men non est, nisi fortasse credimus à cancellan-  
do (quod nec ipsum satis Latinum est) Cancellarii  
dictum. Atqui ne ijs quidem seculis, quæ  
hoc verbum genuerunt satis festuum nomen fu-  
it. Cancellarij diploma quoddam legimus Comi-  
tis Viromanduani, in quo addita haec verba erant:  
Ego Cancellarius scripsi ac subscrispsi. Fuit apud  
alios honorioris Scribæ nomen, qui Græcē ar-  
chigraminateus dicitur, vt quidam tradiderunt,  
quasi Princeps scribarum. Apud nos verò iam in-  
de ab initio magnum h[ab]uc magistrati honorem  
habitum est. Præterea, quæ diximus etiā ex co-  
njicere possimus, quod anno M. C. C. x x v.  
Guarinus quidam antistes Siluanensis gesisse  
cum magistratum traditur, vir magni nominis il-  
lo seculo.

Regnante enim Philippo secundo (qui Augu-  
sti cognomentum meruit, & annos quatuor, &  
quadraginta imperauit) diu nullus Cancellarius  
apparuit. In codicillis enim Regiis illis temporib.  
bus indultis additum ferè legimus vacante cancel-  
laria. Anno autem 1320. constitutione Philippina  
interdictum esse comperitur consiliarijs Parla-  
menti, vt ne ab urbe abnostant, duntaxat quo-  
minus omnib[us] concessibus Curiae interessent cir-  
ca commeatum, aut Regium, aut Cancellarij

cuna

## SEPTIMA PARS

cum Principe curia, quum supremus appellabatur. Nunc vero cum in Curiam amplissimam arbitratu suo ingredi Cancellatio licet, tum vero à Principe Curia primo ei loco ceditur, quasi magistratum omnium antistiti. Itaque Cancellariatus summum est hodie honorum fastigium, ultra quod nihil sperare licet homini quidem priuato, & togato, quasi quoddam summa quæque ambientis animi solitum. Ab eo iam progressus nullus, sed qui se commouerit regredi tantum potest.

Proinde hunc, qui norma est omnium iura redentium, qui in omni sermone parte constituenda Reipublicæ Principis vicem implere aut certè obtinere creditur. Cuius ore facundi Reges moribus nostris esse solent. Cuius oculis velut emissitius circumspicere omnia ac perlustrare creduntur, nequid visquam subfultet non suo loco positum. Cuius auribus, ut dicitur per purgatis, plenam ac iustam operam postulatorib. dare didicerūt. Qui caput est sanctioris interiorisque concilij.

Hunc denique, qui prouius & condus clementie benignitatisque principalis factus est, id est, qui illius æquitas officina, quam Cancellariam dicimus, liberam administrationem habet. Qui munera legumque Regimen perpetuum receperit videatur, quod munus primus omnium Augustus Imperator Romanus accepisse sibi delatum, non ipse sumpsiisse dicitur.

Hunc inquam tot nominibus eximium, multi plicis ac variæ prudentiæ fiducia subnixum esse necesse est: In hoc uno acumen dialectorum, sententias Philosophorū, verba oratorum, memoriam iurisconsultorum, ingenium poetarum, pariter ad omnia versatile, acre, impigrum, indefessum esse oportet.

Hunc omnia, quæceteras ista capit, complecti, & perfidere conuenient, quæ modo ad instituendum, excolendumque politicum virum valcent. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuriis autoritas, & regendæ Reipublicæ ratio, quod scientia tanquam muneris huius materias, quædam subiecta esse debent, quasique in numerato condita.

Hunc denique id autoritatis esse oportet, cui omnibus magistratus honorum suorum fasces submittere non indignentur. Cæterorum magistratum imperium suis ac certis finibus circumscribitur, sub huius iure imperio que omnes nostra prouincia sunt, ut olim omnes erant Romanae sub consulibus. Itaque domum eius totius Imperij Galliæ conciliabulum quoddam, atque adeo oraculum esse par est, veluti quandam iuris æquitatisque officinam. Eius ianuam ac vestibulum omni postulanti, omnibus horis patere, nulli tamen hiare, id est, à nullo quicquam poscere oportet. Imo vero non claudi veluti perfugiuni ac portum desicctis, & leges iuraque implorantibus, quæ ipse tuenda suscepit. Aram atque aylum his, qui contraviri,

aut improbitatem ius suum obtinere negant.

Hunc denique, qui tantam tam auguam personam ab optimo Principe impositam fibri neat, omnibus numeris grauitatis, constantie, ueritatis, prudentiæ, temperantie, fortitudinis, integritatis absolutum esse vitum, vnde cum etiam, vndeque placenter, omnium denique rerum hominem esse oportet. Earumque rerum securitate multis condimentis humanitatisque committigare. Hunc eum esse deinceps quem bonorum suorum simum natura humana dignitate effuderit, qui magistratus, non quod gistratus donatus esse videatur. Cuius vita censuit, ut inquit Plin. Eaque perpetua, ad quam ceteri magistratus dirigantur, ad quam hi concurrunt, quibus non tam in imperio opus est quicquam plo. Cuius tot tantaque sint aucti dices, rursum esse plurimæ maximæque videntur profectus, le quidem & dominicae (quas gratias vulgo non hominum peculiares. Est planè vir, quod genio suo ab amoenitatibus vita atque omnibus uiore rectu & conuictu alienus esse debet, iocucentia conscientia gloriaque virtutis contus. Hic est enim unus omnium magistratus, ius res in utramque partem gesta, nimirum antebris latere, aut quoquo modo abdita esse possunt, quippe qui in luce occidentis in oculis clarissimum prouincia, id est, Galliz in auctoritatibus tantarumque gentium sit positus, id est, famam nobis, aut etiam ad quas fama nostra pertinet. Qui si se, veluti in medio amplissimo Lymnae theatro positum, omnibus conspicuum esse fecerit, ad spectaculum coeuntibus nondum indigenis, sed finitimus etiam & vires nimis nullum habitum absurdum, nullum inconveniens, nullum flexum indecorum ediderit. Huic potro non modo optimatusque sibi, id est, conscientiæ, inservientibus & musis cauendum (vt dicitur) sed etiam lo, & scena, id est, multorum existimatum per naturam rerum licet. Arduti faneque alioquin etiæ intractabile seu erum & populi esse, supercilium aduersus delicta zulcere, strigere, impotentissimis ceptis quorundam pibus atque aulicis factionibus præpotuisse. Principem ira nonnuquauult, mentiore affectu percutitum demitigata, (abo Ciceronis utr.) molli articulo traducere & circumspetè forte in & intrepidum, est ita esse, ne fortitudine in neruum crimpans, tremore in comitatu Regio physicum animum integrum ac sartum (vt dicitur) & testum ab ijs assentatorum, ab obreptionibus versuorum, formidine potentiorum aulica terricula non quam intentantium conservare. Mira eminenter dimentia genuit aulici vietus ratio, quibus præcessima etiam virtus scepè consolida conniventer,

d'ire Budæ in loco supra designato: ad illi<sup>9</sup> magis' fessitatem, & decorum, ne dicā in structionē.

Item in tractatu suo de asse. in fi. Est. n. ille magistrus (vbi de Cancellario loquitur) inter togas summus, cuius domus (quod nomophylaciū dicitur) iuris custodia, legum ac constitutio-

nūm presidium, oppressorum asylum, flagitiosorum copulus, æquitatis officina, ara supplicum, & iure summō lapsorū ad miniculum esse de-bet, nullis prope finibus munia eius circumscrī-  
puntur, quasi vnu ille honorad se summā omnī-  
anerū muneturq; trahat, cum Principis vi-  
tis propemodum adimplat.

Olim erām hic Cancellarius Frācī apud Gal-  
lopatricius vocabatur: de quo inc. i. de don. iuxta  
scriptiōnēm: & hæc dignitas liberat quem à  
potestate, vt §. 2. insit. quib. modis ius pa-  
ne potestis soluitur. & in l. fin. Co. de consilib.  
lib. 12.

Inter præclaros & literatos viros hoc officio, vt  
fuerū in Gallia, decoratus & fūctus est lacol<sup>9</sup> de  
Rauenna, qui prius fuerat doct̄or regens Tholosa-  
nis, secundum Bart. in l. 1. Co. de sent. quæ pro eo,  
quod interest, præferuntur.

Eiam Pet. de Bellapetrica Burgundus doct̄or re-  
gus Aurelian. fuit Francie Cancellarius, & vt ta-  
siquiphi adhuc hodie in choro Ecclesie cathe-  
dræ Parisijs palam visitur sepultus insignissime  
decoratus.

Fuctiam Iohannes Fabri, vir undequaq; litera-  
ta, & in iure peritisimus ac sumimus practicus,  
in Francie Cancellarius, vt habetur in prima  
habita ad breuiarium eiusdem super Co. vbi ita  
affirmant præterea sumnum in Gallia gesis-  
tum registratum, necq; his dissentio hoc argumēto,  
statutum ac poplrorum locales cōsuetudines,  
quæ pietur; etiam doct̄issimos (vt iura testūtur)  
atq; R. cipu. regimine vi-  
vunt note fieri non soleant: quas tamen sapientia  
ac velut fibritissimas endavit.

Fundus est iam hoc officio Emardus, qui fu-  
t̄ Cancellarius Caroli Magni, & scripsit Epistolas  
plures ad diuersos, viram ipsius Caroli, & histo-  
riam temporum, & de monte Dulphi dieceesis  
Anglie in Burdergalen. Er flauus fuit, vt habe-  
tur in his Commentariis: in proce. insit. in verbo,  
famus.

Fuit & ille inter alios præstantissimus, & omni-  
sum literatum & doctrinarum expertissimus, san-  
guineq; nobilissimus Guido de Rupefort etiam  
Burgundus (post fratrem suum Guillelmum de  
Rupeforti) cui non fuit sibi similis. de Guillelmo  
mentio per dictum Guillelm. Benedicti in di-  
cta sua repet. cap. Raynut. in verb. & vxorem no-  
nanc Adelasiā. num. 498. vbi plurimum lauda-  
nde testament. Et prædictus Guido etiam lau-  
dare de loco de Gradibus in apostillis ad Petrum de  
Rauenna, in alphabeto aureo, super verbo, iudex.

& accumulatus per Budæum in tract. suo de asse.  
in fi.

Fuit & tempore suo Tribonianus Iustiniani Im-  
peratoris Cancellarius, de quo vide Guidonē Pa-  
pæ, q. 336. versi. 32. quāro, & est tex. in l. 1. in fi. versi.  
ex his ff. de officio quæstoris.

Fuit & Ioseph, Pharaonis Regis Cancellarius.  
Nam cum Pharao, Rex Aegyptius, de periculo fu-  
turæ famis innumeris somnijs vrgeretur, nec vi-  
sionem tantam humanum posset reuelare consili-  
um, Ioseph, vir beatus, inuentus est, qui & futura  
vera prædicet, & periclitanti populo prouiden-  
tiissimè subueniret. Ipse primus huius dignitatis

insulas consecravit, ipse carpentum reuerendus  
ascendit ad hoc gloriæ culmen euēctus, vt per sa-  
pientiam conserret populis, quod præstare nō po-  
terat potestis dominantis. Ab illo namque Patriarcha, & nunc pater appellatur Imperij, vt ha-  
betur iudicium Gene. 41. &, vt habetur, uno tan-  
tum Regni solio Rex eum præcedebat, ex quo est  
primus post Regem, & secundus in ordine: & de eo  
ponit Lucas de Pen. in dicta rub. de præfectis præ-  
torio, lib. 12.

Fuit & Moyſes Dei Cancellarius, vt habetur Nu.  
12. & Iosaphat Regis David Cancellar. 2. Reg. 8, se-  
cundum interpretat. Lyræ de qua per eundem Be-  
nedict. in d. sua repet. c. Rayn. in verbo, & vxorem  
nomine Adelasiā. nu. 391. extra dc testa.

Vlpianus fuit Alexandri Cancellarius, & Sene-  
ca Neronis, vt refert ipse Benedit. vbi supra. & fuit  
etiam Cancellarius in Ecclesia Romana, vt dixi su-  
pra in 4. par. in l. 1. cōsi. Plutarchus vero scribit Eu-  
menem Cardianum fuisse Archigrammatea, hoc  
est Cancellarium Alexandri Magni. Et Anton. in  
2. par. historiarum, titu. II. c. 14. dicit Cassiod. fuisse  
Cancellarium Theodorici Regis Italiæ.

Aliquando etiam Cancellarius in iure fuit di-  
ctus Præfect⁹ prætorio simpliciter sine adiectione  
loci, & talis leges condere potest, negotia sine ap-  
pellatione terminare, potestate nulla dignitas est  
æqualis, vbi que vice sacra iudicat, nullus miles de  
fori sui auritate præscribit, excepto magistro mi-  
litum, de quibus per Lucam de Penna in l. duos.  
C. de suscep. præposi. & arcarijs. lib. 10. Circa la-  
tus Principis stat, & in eius comitatu semper est l.  
præcipimus. §. huic. C. de app. ibi tamen tex. facit  
differentiam inter præfectum prætorio, & quæsto-  
rem, & primum nominat præfectum prætorio. Et  
dicit Spec. in ti. de iurisdict. omnium iud. ver. ma-  
gini. Quod iste est illusris, & præct⁹ omnibus iudi-  
cibus alijs, & excellenti⁹ est magistratibus omnib;  
alijs, & tria specialitate legitur. Primò, quia  
abeo non appellatur. Secundò, habet potestatem  
condendi legem. Tertiò, quia minores contra e-  
ius sententiam non restituuntur. le. vni. in fi. ff. de  
officio præfecti preto. nisi à Principe. leg. in caule.  
& l. fin. ff. de minor. & talis est illusris. §. illo. in au-  
thē. de app. colla. 4. qui probare cū dici posse illu-  
x strissi-

## S E P T I M A P A R S

strissimum. Et etiam eminenissimus appellatur.  
1.2.C.de sententijs expericulo recitandis. Et glorio-  
fissimus dicitur. §. si. in auth. de non alien. colla.2.  
Et prefecti prætorio dicitur sublimissima sedes. l.  
apertissimi. C.de iudicij. Et magnifica sedes. le. fi.  
vbi senato. vel elarissimi. Et ipse magnificus appel-  
latur. l.precipimus. C.de app. Et ad eum nomine  
magnificentia rescribit Imperator. l.saneimus. la  
premiere. C.de aduo. diuerorum iudiciorum. Et  
alijs de eius laude. & excellētia. vide Purpuratum  
in l.i. in 11.col. ff. de offi. eius cui mand. est iuri. al-  
legando Budæum. vbi supra.

Cuius consilio & directione vniuersalia Regni,  
& summe ardua. statim Regni. aut si aliquod sit  
inter pares. vel Principes bella mouentes iurgiū.  
aut Parlamenta de limitibus aut prærogatiis  
disceptent. Rex audit. gubernat. & discessit. facit  
tex. in auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. haec om-  
nia. colla.2.

Hinc Princeps dicit se legem facere apud eum.  
in auth. de priuile. doris mulie. hæret. non præstan.  
§. quæ igitur. in fi. colla.8.

In omni enim pater est. Princeps. & dominus  
vniuersa domus fuæ. & Princeps in toto imperio.  
Gen.45. Hæc dicit ipse Luc. de Pen. in d.rub. de præ-  
fectis prætorio. lib.12. & per eum amplius in dict. l.  
duos. à quo omissa prædicta excerpta dictus Bene-  
dicti in loco supra alleg.

Et hic Cancellerius omnes alios huius Regni  
officiarios quicunque sint. siue sit in consilio Re-  
gis. siue in omnibus alijs Parlamentis præcedit. &  
primus post Regem sedet. prout dicit idem Bene-  
dicti. & dicit Cassiodo. li. 6. variarum quaestionum  
si. Si honoris alieni est origina laudabilis. bonum  
initium sequentibus rebus dare potest. præconiu-  
m tali autoritate præfectura prætoriana gloria-  
tur. qui & mundo prudentissimus. & diuinitati  
probatur acceptus. Et ibi ample ponitur per Cas-  
siod. de potestate. autoritate. dignitate. & officio  
Cancellerij. & qualis esse debeat. qui est relatus p  
Lucam de Pen. in d.l. duos. vbi etiam amplissime  
per eum.

Sed an Cancellerius Connestabilem in actu in  
differenti præcedere debeat. licet habeat institu-  
lum expressum de præfectis prætorio siue vrbis. &  
magistris militum in dignitatibus exæquandis.  
lib.12. Vbi dignitas præfectura prætorianæ. vt est  
Cancellerius. & Magistri militum. vt sunt magni  
Marecalli in Francia. qui sunt sub Princepe mili-  
tia. id est. Connestabili adæquantur. ira quod pri-  
or incedit qui primus promotus ad officium inue-  
nitur. etiam ipsis depositis ab administratione of-  
ficij. vt in l.1.co. tit. ergo multo fortius Connesta-  
bilis dicitur maior. Tamen ipse Luc. de Pen.  
doctor celeberrimus in rub. dicti tituli dicit. q. Pre-  
fectus prætorio ceteris dignitatibus antefertur. &  
repræsentat reuerentiam Principis. & est eius Vi-  
carius. notatur in l. Cod. de officio viae. Ex quo ex-

hac confid. possumus dicere Cancellerium de-  
re precedere Connestabilem.

Aduerte tamen. quod vbi filius Regis pre-  
nitus est. sedet ad dexteram. & Cancella-  
nistram: vt tenet Nico. Boetij in tract. lo-  
taigne. de autore magni consilij. ibi: Nun-  
scendo ad aliam partem.

**O**ctaua confi. Alia tamen ratione d'  
Connestabilem debere precedere Ca-  
nclerium. & anteferri ex ordinis litera. Qui q  
do in talibus facit. vt qui primo nom. nana  
eipe. prior sit & dignior. dixi supra ample  
in 17. confid. Quoniam. vt habetur. Reg  
qui fuit Connestabilis David. qui dicebar  
ceps. & Praepositus militum. fuit primus  
tus à David in creatione. quā losaphat. q  
ius Cancellerius. vt supra dictum est. Et ea  
si quando. C.de app. Primò vñ sublimissi-  
gister officiorum nominatur. quam vir ce-  
tissimus questor. qui dicitur Cancellerius.  
tex. in l.i. C. de nouo codice componden-  
multis alijs locis semper prepouunt armis.  
Ex quo videtur. quod Connestabilis. qui  
ma versatur. Cancellerio præferatur. quā  
stiriam intedit. Et Connestabilis nomen  
qui militiæ apud Francos primus post Rege  
ficitur.

Et videtur. quod primum creatum à Deo  
tale officium. eo. Quia cum post creationem  
gelorum prælium factum fuit in celo. & Mihi  
fuit dara potestas pugnandi cum angelis.  
bus fuit praepositus tanquam Princeps milie-  
tus. vt habetur Apoc.12. Ex quo constat. q  
fuerit factus Princeps militum. seu exercitus.  
eatur praepositus paradyssi. qui dicitur Dub  
dicit gl. in le.3. in fi. ff. de re mil. Quod id est  
Connestabilis. quod tale officium fuit in  
ante officium Cancellerius.

Et sicut arguitur. quod maritionium  
us ceteris sacramentis ex tribus. Primò  
stitutorem & autorem: quia Deus fuit  
stitutor. & quia fuit institutum in statu  
rie. & in paradyso terrestri. Alex. cons. 36.  
& dixi in rub. Des. droitz. & appartenant  
mariez. in Commentarij nostris super-  
deut. Burgund. Sic etiam dicendum est.  
cio Connestabilis. quod fuit institutum  
dyso à Deo. & in statu innocentia. quia  
præliabatur in vim potestatis conceleste.  
constat ex supra deducit. Igitur videret  
dum. quod Connestabilis precedere de  
mnes. & quoseanq; alios officiales Regis  
excellentiam illius officij. qua constituta  
bus. vt dictum est.

Et vt refert Budæus in suis annuat. sup  
de officio præfecti præto. ff. in celeberrimo  
ordinum conuentu (quos status dicimus.  
nouit Magistrum militū (quem Confabu-

Principis ybique legatum requidē militari loco inter magistratus sedisse, proximum Cancellarium. Sed etiam 3. Reg. 4. ca. in libro Regis Saul. viri literati, & sic Cællarius præteritur in ordine Magistro exercitus, ex quo ille ordinon est multum attendendus in hoc.

Advertendum est, Qnōd videtur quod isti duo procedere debent Duces, cum de sententia Ducū apud tales appellatio sit terminanda. I. si quando. Codice app. lino quod plus est, dicit Guid. Papæ, quod de sententia Delphini ad Connestabilem, vel Cancellarium appellatur per illum tex. vi in q. fin. 36. ver. 74. Et de inferiori ad superiorem appellatur, mō de pari ad patem non valet appell. c. non plamus de consuet. in 6.

Ere materia, quod de inferiori ad maiorem steppendium amplè per Præpositum in rub. de app. in 6. col. quod an sit verum de iure ciuilis & Bald. in sua Margarita. In litera S. ibi sententia ver. 15. de quo vide in l. a. consulibus. & in l. præc. C. de app. & Anno. Nicellum in concordantia gloriis iuris ciuilis & canonici, in 6. concordantia ver. 41. & 42.

Et quia omnia Regna gubernantur tam per iustitiam, quam bella & arma bellica, quorum reguntur concursum, & ita ad inuicem coadunatur, quod unum est ita necessarium sicut reliquum, notatur in procem. insti. Et dicit text. in l. 1. Cod. Iustinini. codice componendo. Quod summa Republica tuitorum stirpe duarum rerum, armorum, atque legum veniens, vimque suam exinde milites, felix Romanorum genus anteponi nationibus omnibusq; dominari tam præteritis effectoribus, quam de proprio in aeternum efficiat. Ilorum etenim alter alterius officio semper, & tam res militatis legib; in uno collata, quam ipse leges armorum præsidio secutæ, & intra se est per iustitiam, ita extra se per imprimendo aduersarios, per militiam præsum decus, & stabilitamentum totius Imperij, & est militaris disciplina tenacissimum vinculum, cuius simu ac tutela serenus tranquillusq; pacis status acquiescit. vt refert Valerius lib. 2. ad disciplina militari. in prin. Ob quod Mars imper Romani pater appellatus ibi perhibetur, cum delacio Quintio Cincinnato loquitur, cuius munus director in præsenti Regno est Connestabili, qui ad res bellicas secundus post Regem est, nunc Gaguinus Chronicarum lib. 4. ca. vlt. refert G. Bened. prædict. in dicta sua repe. c. Ray. glo. & xvorem nomine Adelaisam. de testamen-  
to, quod vi dicit, ibi olim tribunus Celerum (id est, militum, qui celeres equos habent) vocat, de causa initio, nomine & offi. ac potestate habemus  
et quod ad magistratus attinet. ff. de orig. in-  
habetur, quod fuit creatus tribunus celerum,  
& præter militibus: & primus fuit Iunius Bru-  
cus apud Roma. Huius Iunij Tarq. superbus, excu-

ius cognitione erat, patrem, & fratrem interfecit: Iunium vero Brutum (quod stultitiam simulareret) vitadonauit, eiisque fatuo (quod ipse idem Brutus apud Halicarnassum de se narrat) magistrorum dedit, vt præfectus Celerum esset, forte ne nullo dicetur honore cognato Rege affctus. Hic Brutus, cum & ingenio excelleret, & prudens, autor erat Regiae tyrannidis eiicienda. hinc in d. 2. §. exactis deinde Regib. tribunitia lege Regias leges exoluise dicatur.

Hunc Brutum tribunum celerum ibidem intelligentem est, vt dicit Vdalricus Zasius in d. l. 2. in §. quod ad magistrum, in sua singulari repetitione. In veteri testamento Princeps militia talis vocabatur, vt fuit Holofernes sub Nabuchodonosor Assyriorum Rege, qui regnabat in Niniue magna, Iudith 1.c.

Et Nabuzardam sub Rege Babyloniæ etiæ Princeps militia vocatus est, & post Regem secundus, Ierem. vlt.

Et sub Saule primo Iudeorum Rege fuit Abner. 1. Reg. 17. in fi. Et sub Davide Ioab: vt dictum est 2. Reg. 5. & 8.c.

Et sub Rege Syriae Naaman. 4. Reg. 5. ca. Et sub Salomone Banaias, 2. Regum. 23. & prædicta dicit ipse G. Benedict. in prædicta sua rcpet. cap. Rayn. vbi supra. Vbi dicit yltra quod habet quatuor Marcuscallos sub se, qui olim Romæ Magistri equitum ac peditum, id est, militum dicebantur: Et de his infra plenius dicam in nona parte, in matre laudis, & gloria militum, an sit officium potius respiciens militiam, quam gubernationem Domini Regalis.

**N**ona confi. Inter officiarios iustitiae sunt præferendi Præfetti prætorio aliorum locorum, vt sunt Præsidentes parlamentorum Francie, qui sunt honorandi secundum institutionem locorum, vbi sunt præsidentes: & isti dicuntur csi adiectione locorum Prætorij, vbi sunt præfetti.

Et quoniam Parlamentum Parisiense est primum, & primò institutum, ideo Præsidentes in illo quibusunque alij secundum ordinem illorum præponuntur, & anterieruntur: ita quod etiam ex qua tuor præsidentibus ultimus præcedere debet primum aliorum Parlamentorum.

Et quod Parlamentum Parisiense primò fuerit institutum & erectum, refert Gaguinus in Chronicis Franciæ li. 3. c. vi. prope fin. vbi ita inquit: Parlamentum publicum ad iustitiam ministrandum Cōuentum Franci vocant. Cuius instituendi autor ab historijs non traditur. Id enim cuiusq; anni definito tempore loco quem Rex designasset habebatur. Verū, quia haec generalis ex toto Regno coitio impēs, & laborib. cōuenientes afficiebat, obsernatū postea est, vt ex maiorib. ciuitatis & paucis sp̄i spiritu iudiciorū, & cōsuetudinib. homines ad id munus delecti ius cuique per prouocationem litiganti dicerent. Quæ institutio cum vaga inter-

## SEPTIMA PARS

dum incertaq; commutatis sedibus esset, decreta est Patlamēto apud Parisios curia, & sc̄des, in qua iudices designati se iugiter sisterent perpetui prouocacionum definitores. Qui octog. sunt annua ex Regis fisco stipendia capientes.

Et hi quidem per quatuor curias distributi seorsum considunt, suoq; praesidētes habent. In prima, quam Franci cameram vocant, Praesidentes quatuor, & consiliarij trinqua causas, & lites audiunt, dilationes, & quæ ad iuris cognitionem attinent, constituit, leuiora quidem & temporanea finientes.

In reliquis singulis duab. Cameris decem & octo inquisitionibus præfunt, qui enquestarum, id est, inquisitionum consiliarij dicuntur, quib. præsidentes quatuor præficiuntur.

Horum omnium pars ex clero, parsq; ex laicis constituitur, sententias dictant, quas statutis diebus alter præsidentium in prima Curia palam enunciat: idq; arrestum, id est, fixum & firmū vocant, à quo videlicet nemo prouocare possit: qui vcrō reus sententiam in se excipit, librarum sexaginta Parisenium multa afficitur. Si quis tamen in iudicio error admissus videbitur, crrorē proponendi, & in iudicium eiusdē Curiæ deducendi potestatē habet: nec prius auditur, quād duplīcata multam depositur.

Quarta Curia est eorum, quos requestarū. i. supplicationum Palatij Magistros vocant, apud quos causa eorum tantum agitur, qui Regis obsequijs deputati, vel priuilegio donati sunt. Et ab his quidem iudicibus, qui octo sunt, prouocare ad Parlamentum licet.

At cum in decidendis iudicijs nodus aliquis, & ances in caufa difficultas surgit: Omnia Curia rum, & Camerarum consiliarijs conuenientibus sententia fertur.

Eius Parlamenti tanta semper fuit apud Francos autoritas, vt quæ Rex ipsi de Repub. deq; iure, & prouentib. Regni statuerit, ea sine huius senat° decreto non procedant.

Sunt præterea ipsius Parlamenti cojudices dum ad eū volunt Franci pates, dc quib. supra in 5. parte, in 43. confid. incipiente, licet consuetudo sedēdi, &c.

Atq; vt huius sacrosanctæ concionis Regem autorem certum sit, sic Regia singulis quibusdam annis rescripta eduntur, quib. ad diu Martini diem festum Parlamentum inchoandi iudicibus autoritas datur.

Ad hoc præterea Parlamentū spectant alii supplicationum Magisti, qui Regij Hospitij peculiari nomine appellantur, qui Regi frequentius assunt Cancellariam seftantes: Et hi post primæ Curiæ præsidentes omnium primi sedent. Hæ sunt verba Guaguini in suis Chronicis, libr. 3. cap. fin. quæ refert de verbo ad verbum G. Benedicti in sua rep. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Ade-

laſiam. de test. Vbi dicit, quod sunt tantā odo-  
gistro requestratum Domus Regis, prout nec  
tempore suo: sed hoc anno Domini 1522. Chri-  
niſs. Rex noster Franciscus addidit, & creauit  
quatuor de nouo.

Et fuit huiusmodi Parlamentum fundatum a instar senatus Romani à Romulo urbis con-  
re, Tito Liuio prima dccccad libri. i. teste, i.  
in quo erant centum Scnatores. l. fi. C. de pe-  
hāredi. notaur in rub. ff. de Sena. & l. i. C. deca-  
cis toll. & vocabantur vencrabilis coetus. l.  
C. de legib. & patres conscripti. C. de clementi-  
Iustiniani codicis, in princ. & horum potestatē  
amplissima, vt dicit Alb. ind. l. fin. & de his po-  
testatē fit mentio in ca. decet. de immu. Eccles.  
& in c. fundamenta. de elect. & de eius potestatē  
præminentia in iurisdictione, q; sit aequalis  
rege. Ira quod Rex ex sua ordinaria potestate  
potest tollere ea, quæ acta sunt per eins Parla-  
menta: Imò etiam de plenitudine potestatis ordi-  
narii do. meus laſi in quodam consilio, que-  
cir, quod aliās vidi, & legi in suo studio, fec.  
non potui habere.

Et potestas Senatorum seu Consiliariorum,  
us adquatur Principi, cum in necem eorum a-  
chinantes tenentur l. Iulia maiestatis. Cum ob-  
tur pars corporis Principis. l. quisquis. C. ad quae  
Iuliam maiestatis, quod tamen contrarium esse  
ibi Salice. & Gui. Papæ, questione sua 34. in 5.  
rebellantis iniuste in his, quæ ad eorum offi-  
ciant, vt rebelles regni puniuntur, in ex-  
ganti Henrici: Quoniā & sicut à sententiā Sena-  
torum appellatur. ff. à quib. appellare non licet.  
prefecti. ff. de minorib. c. anteriorib. q. 5. Ne-  
tiam ab arresto Parlamenti. Spec. tit. de appelle-  
ff. videndū circa si. facit quod notat Bald. in po-  
fforum. & Pan. in rubr. de appellatio. Guido  
quest. 50.

Et tale Parlamentum non posset aliis  
preter regem in suo regno, vt videtur te-  
le in l. hoc Tyberius Cesar. ff. de hered. insula  
in l. 2. circa si. in pen. notab. ibi. haren. cum non  
illud scū Parlamentum. vbi non est ali-  
rior, quoniam cognoscere de appellatio  
ultimo ressorto, est de Regalibus. cap. i. q.  
Regalia.

Et præsidentes in illis dicuntur prefe-  
rio, sed cum adiunctione, sicut olim dice-  
fetus prætorio Africa. Et tales sunt in eis  
testate, qua sunt Magistri militum, vt  
suprā. Et præseruntur omnibus alijs po-  
tiorib. in Francia, qui simpliciter dicitur pre-  
toria.

Et licet hic ante dicatur, q; solus Recep-  
tere Parlamentū in suo regno, vnde ergo dicitur  
Dux Philippus Burgund. & post eum Carolum  
filius, etiam Dux Burgund. habuerunt Par-  
lamentū in ipso duca. Burgun. vt patet ex coniecturis

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

175

huius compilatis ab ipso Duce Philip. in processuallarum: & ibi glo. nostra ponit quid dicatur instrumentum, & multa de his quae hic ante dicta sunt.

Sed, cum praedicta sint de Regalibus, scilicet, cognoscere de appellationib. in ultimo reserto, tractatur in d.c.i. que sunt regalia. quomodo potius cognoscere de talibus Dux Burgund. cum sit versus exparibus Francia, imo Decanus, & sic recognoscit Regem Franciae in superiore, saltem in ascua. Nisi dicatur, quod hoc fuerit ex priuilegio regio, sed videtur, quod hoc non possit concederetur in suo regno: cum que sunt de regalibus alii committi non possint, nec alteri concedi, ut res per plura Luc. de Penna in l. contra publicationem 6.col. C.de re mili. Nisi dicatur, quod rex de cibis enervetur ad suam primaeuanam naturam. Librus. 6. pactus ne petat. versi. idem dicimus. in suff. de part. Et ideo, cum olim Burgund. fuerit regnum, & sicciora regalia habens, ut patet in chronicae Philippi Bergomensis, in suo supplemento chronicarum, lib. 8. circa principium. vbi ponit mulier reges suisse in Burgundia, & fuit extinctum regnum, & habuit finem. Eo quia decunat ad manus Caldeberti & Clotarii post mortem eorum patrum, & Clotildis filiae regis Burgundiae corum manus quo tempore amissit nomen regni.

Sed non est sine dubio, an potuerunt supprimere illam dignitatem regalem, & deducere eam ad Dualem: super quo non infuso, nec aliud dico nisi quod ex quo tecum Franciae adiuncta sibi patria potuit supprimere illam dignitatem regalem. Ideo cum si quodammodo exierit extra manus regis Franciae, posset ipsi rex facere & consentire quod fuerit & sic cum illa dignitate quae anteera erat: quia haudiones & diuiniones principatu sunt de iure uno, quibus possunt derogare Principes, & in tunc non est dubium.

Et post prædictos Præsidentes, præsidentes aliquorum parlamentorum præsident in suis locis tandem præfecti prætorio: In Parlamento vero Palauense præfertur consiliarii illius loci, politanus alias præsidentes, secundum eorum gradum & dignitatem quae inter primos aliquotum Parlamentorum attenditur, secundum dignitatem præficiuntur illius, in quo præsident, quæ dignitas tam in hoc consideratur secundum prioritatem institutionis Parlamenti. Ita quod præsidiens Parlamentum Tolox, præcederet alios, & sic deinceps. Et postmodum habebitur respectus quo ad alios, secundum prioritatem promotionis, aut dignitatis loci, secundum considerationes superioris positas, de prædicta loci & promotionis, secundum quas prædicta declarari possunt.

Possentamen dici, quod sic fieret una congregatio generalis omnium præsidentium regni, quod præsidentes Burgundiæ alios à parlamento Parisiensi præcedere deberent, cù, quia in congrega-

tione Principum Dux Burgundiæ tanquam primus par Francia & Decanus alios præcedit: vt dixi supra in quinta parte in 45. consideratione. Et ibi etiam dixi, quod in consilio seu congregacione vniuersali totius regni Franciae, quæ fuit facta Turonis, tempore Caroli octauii Regis Franciae, gentes trium statuum Ducatus Burgund. habuerunt locum incontinenti post Prepositum Parisien. Et merito etiam ceteris sunt preferendi in Christianitate, qui a fuerū primi, qui fidem Christianam & sacram falsus ceperunt, & medio quorum fere tota Gallia ad fidem Christi conuersa est. Nec in hoc eiusdem nocere debet prioritas institutionis in alijs, eò, quia ex quo est ordo qualitatis, non est curandum de ordine temporis. l. i. C. de consulis, lib. 12. Et dixi supra in prima parte, in 78. consideratione. Etiam facit, quia si bene inspiciatur, alias fuit Regnum amplum & bene dilatum, ut etiam supra dixi in quinta parte, in 45. consideratione: & ideo in memoriam præstigie dignitatis deberent esse, & collocari in primo loco & ordine, post Parlamentum Parisiense, ante Parlamenta aliarum prouinciarum.

**D**ecima consideratio. Post tales præsidentes sunt preferendi domini locum tenentes regis seu gubernatores patiarum & prouinciarum, Qui præcedunt in auditorio, omnes consiliarios post primum præsidentem, & tales Reffores, Legati, Vicarij, Vicereges vocati possunt etiam Præsides secundum Budum in l. si in aliquam ff. de officiis proconsulis.

Licet videretur in hoc esse dubium, ex quo locum tenet Regio, seu vicegerenti, qui dicitur esse apud nos gubernator parie, talis honor & reverentia debatur, qualis domino. Et sic videtur, quod sicut Princeps & Rex noster præcedit præfectos prætorio etiam in auditorio, quod etiam eius vicegerens seu locutrenens, per ea que dicit Philippus Francus in capit. grandi. In quinto notabili de supplenda negligens, Prælatorum.

Seb, licet tales quandoq; dicantur in suis literis institutionis, locutrenentes Regij, tamen officium eorum propriè dicitur esse officium proconsulis, quod est supra omnia alia officia post præfectum prætorio. Cum talis dicatur spectabilis, ut habetur in l. præcepit nostra ferentias. versi. illud etiam generali. C. de canone largitionalium titulotum, libro decimo. Et tales, qui apud nos locutrenentes Regij in prouincijs sibi decretis vocantur. Et horum officium magnum est, & præfecti prætorio vice funguntur in sibi commissis. Nam, si præfectum ceteris dignitatibus antefert, Vicarius ex ipso vicariatus nomine se eius trahere iudicat portionem, dicit leg. prima, C. de officio vicarii. & habetur per Lucam de Penna. in dicta lege præcepit. in dict. ver.

## SEPTIMA PARS

illud. Et dicit tex. in d.l.i. quod talis representat reuerentiam domini.

Sed videtur, quod ille text. loquatur solum de Vicario praefecto prætorio, prout videtur sentire Luc. de Pen. in l. cos qui. C. de comitibus qui prouincias regunt, lib. 12. Ideo secus de his qui sunt Vicarij principis, cum tales vna & eadem persona represententur, c. i. de officio Vicarij, lib. 6. & hi ordinariam iuridictionem habent, & causas audiunt per querelas simplices subditorum, & generaliter quæ in principali statuta sunt, in vicario repetita intelliguntur. l. diffinito. ff. de peculio. 93. dist. c. vlt. vbi est hoc verbum, locum tenens. facit text. in c. i. de officio vicarij, in 6.

Et tales, qui prouincias gubernant seu administrationem & gubernationem habent inter comites primi ordinis gaudent priuilegio Vicariatus, vt est tex. & ibi Luc. de Pen. in l. i. C. de comitibus qui prouincias regunt, lib. 12. Personam enim Principis tales representant. l. etiam eos. ibi: qui imaginem principalis. C. de appella. Inde cum tales personam Principis representent, debent omnes ei parere & reuerentiam exhibere. text. in cap. præcipimus. 63. distinct. & ibi gl. ordinaria de hoc, & glo. 2. in c. cum olini magister. extra de offi. de le. quæ dicit per d. c. præcipimus. & per c. primum. 94. dist. quod delegatos honorare debemus tanquam ipsum delegantem, vt notat Goffredus in summa, de ma. & obe. 6. reuerentia debetur. in fi. & no. Spe. intit. de legato. 6. 2. ver. honorandus autem est legatus. & probatur in c. sanè. 2. in prin. extra de off. de leg. facit totus titulus, de off. eius qui vicem alterius gerit. & maximè in d. ca. præcipimus. Quia omnis legatus est honorandus, & plus, & minus, secundum locum illius, cuius legatione fungitur, & vide ante in prima parte, in 6. consideratione vers. 6.

Ereideo, legatus Principis maioris, præcedere debet legatum Principis minoris, licet ipse vt priuatus est inferior. Inde dicitur, quod si subdittum honoro, videor dominum honorare, vt dicunt And. de Barrulo, & Ioannes de Platea in l. fi. in fin. per illum text. C. de re militari, li. 12. & Cappolla in tractatu suo, de imperia in Iilitum eligendo. in vers. pro Imperia. in 3. & 4. col.

Ideo videtur dicendum, quod prædicti domini gubernatores seu locutentes Regij in suis prouincijs sibi deputatis, præcedunt præsidentes, præterquam in scde iudicadii in auditorio Parlamenti propter rationem positam infra in 24. consideratione. incipiente: gerentes magistratum. De potestate tamen seu autoritate proconsulium, quib. videntur adaptari gubernatores patriarum, videatur Purp. in l. i. in 26. coll. ff. de offici. eius cui mandata.

**V**Ndecima consideratio. Post hos præsidentes sunt hodie octo magistri requestarum, vt dictum est supra in secunda consideratione proxima.

mè posita, qui regi frequentius assilunt Canariam sestantes, & hi proprie na magistrorum hospitij regis vocantur, qui post primi Parlamenti Parisiensis præsidentes, omni sedent in ipsa curia Parlamenti, vt G. Beati in rep. sua c. Raynuti in verbo, & vxmine Adelasiam extra de testamentis.

Hic enim præcedunt omnes consiliarios regni, in quacunque Curia Parlamenti afflant & in omnibus assilere possunt, tam in consilientiali Parisiensi, Diuionensi, Tolosani, degalensi, Rothomagensi, Aqvensi, quam napoliten. Quæ omnes curia habent præpostos quos afflunt dicti magistri requestarum dicuntur reserendarij, id est, aducatissimi: Cum petitiones supplicant coram ipso proponant, & refrrantur glo. & la. def. in auth. de reserendarij. collat. 3. & tales fratres requestarum vocat la. Rebus. in l. cos excusacione munera. lib. 10. reserendarum videat etiam Spe. in tit. de supplicatione. §. 1. post cipiuni. vbi ponit qui sint reserendarij.

Et non debent esse ultra octo, vt dicitur auth. Ex quo, ex illo textu, fuerunt antiquæ Gallia solum ordinati & instituti octo. N. (vt dixi in præcedenti consideratione) item. Et licet inhibeat, ne tantu' ultra octo men fiant, deponinon debet supernumerari, dicit ibi textus & Angelus de Perusio, & seu commentator regularium cancellarij p. secundi in tertia parte.

Et, vt dicit ibidem text. tales sunt spectatores prout est præses prouincia (qui apud nos in tis locis dicitur balliuus, & in alijs locis & prouincijs senescallus) vt est glo. in 6. cumque hoc in verbo, ex quaestori. in proce. instituto. Quia maius Imperium omnibus post Principem beat, vt dicit tex. in l. præses prouinciam offi. præsid. l. ideo. ff. de offici. proconsul. Imo nec quicquam est in sua iurisdictione non per ipsum expeditatur. Tamen prædicti requestarum, præserunt illi, & præsiderunt in suis iurisdictionibus. Ethoc est, quia quidam, præsides prouincie sunt solum in 6. vt est tex. in l. i. C. de decurio. lib. 10.

Et obseruat in tota Gallia, in quibus locis sunt, tenuentes locum præsidii, basiliu seu senescallus, expediunt causa datus, seu balliuatus, aut senescallus: & per fieri per nobilem ac sapientem viuum Dionysium Poillot, lurium doctorem, magistrum requestarum, quando accedebant ciuitatem Heduen. causa habitandi, & fues, tenuerunt, postquam tres menses incurvata, vt moris est.

Et tales, post longam exercitationem officiorum, vocari merentur comites, vt dicitur de Platea. in d. l. eos. C. de execu. mune lib. 1.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

176

l.f. de decur. C. eo. lib. vbi ipse lo. de Platea po-  
nt. dignitates qua liberant quem è decuriona-  
m curia, & patria potestate. Inter quas est dignitas  
preferendariorum, quorum officium est responsa  
principi peragere & signare, vt ibi.

Erat alius sunt exempti seu eximuntur à muneri-  
bus, subsidijs, impositionibus seu tallijs, d.l. eos. &  
lo. de Plat. in locis praetaliis. Budarus tamen, &  
& post eum Pyrrhus in suo tractatu de magistrat.  
Romanis lib. i. magistros requestarum & proxim-  
os sacerdotum ferniorum comparauerunt, quod  
non credo tales esse, sed potius esse, les secretaries  
est commandamens, qui sunt quatuor ratum, aut  
us ordinarij.

Tales autem hodie apud nos habent iurisdictionem  
ordinariaem, qua tenent seorsum à curia in  
quae officijs Regis cognoscunt, ab eis tantum ap-  
petatur ad Parliamentum. Et ita decimus fuit ar-  
tculo anno domini 1584. vt referat Auftrij in tract.  
archorum. cap. 43. & G. Benedicti proxime dicta  
repetit in repetitione. ca. Raynati. in gloss. & vxo-  
rem nomine Adelasiæ. in additio. extra de testa-  
mentis.

**D**eodecima consid. Post prædictos ptesiden-  
tes, & magistros requestarum, sunt exteris a-  
equibuscumque officiariis, dominis & Principi-  
bus preferendi consiliarii curie Parlamenti in suo  
auditorio & curia, cum distinctione seu modifica-  
tione quadam: videlicet, Quoniam in Parlamen-  
to Principis solent esse consiliarii Ecclesiastici &  
Seculares. Ut Ecclesiastici à dextris, & seculares &  
à sinistris, & quilibet in suo loco & ordine se-  
funt secundum ordinem promotionis, vt qui  
post promotus ad tale officium, primo se-  
derat in suo loco & altiori, dixi supra in pluribus  
locis.

Et quod ad hanc considerationem, Quod con-  
siderant tales preferantur aliis, patet, Quoniam sunt  
Senatores, & loco senatorum sunt, vt supra dictum  
est in 9. consi. huius partis. Cum ad instar senatorum  
Romani fuerint instituta Parlamenta, in quo sunt  
Senatores seu consiliarii, & tales sunt propriæ cu-  
ria maxima, vt Parlamentorum Principis: ex quo  
convenit quilibet ciuitatis habeat senatum suum, vt  
in authenticis, de natura, liberis in curia deputa. in  
priori, ut dicit Luc. de Pen. in tub. & in l. omnes. la  
pramete; col. de decur. C. lib. 10.

Erat alius in corpore Reipublicæ obtinet locum  
consid., ex quo Imperator inler Senatores coiu-  
taratur, vt est tex. in l. ius senatorum. & ibi Luc. de  
Pen. C. de dignita. lib. 12.

Et de corpore Reipublicæ, quomodo regatur,  
per quos regi debet, vide eundem Lucam. in  
secunda. C. de apparito. proconsulis & legati,  
ad. b. 2.

Erat alius non possunt indici muneta, per quos  
civique iudices cuiuscunque autoritatis sint, Imo  
& quod eis est mandandum, hoc solum per princi-

pem scribi debet. l. nemo præfectus. C. de dignita.  
libr. 12. Nec bona eorum contribuere debent in  
sumptibus operum publicorum, quæ præsidet  
provinciarum in ciuitatibus iubent fieri, vel adi-  
ficari. l. quotiam diuersi iudices. & l. senatorum  
substantias. C. de dignita. ex quo male faciebant  
ciues Diuionenses, qui volebat compellere sena-  
tores seu consiliarios Parliamenti Diuionensis, ad  
aliqua munera oppidi Diuionem.

Et sub his senatoribus, comprehenduntur Pa-  
tritij & Consules usque ad omnes illustres, quia hi  
soli possunt dicere sententiam in senatu. l. fi. §. 1. ff.  
de senato.

Aduerteret tamen, quod appellatione populi cō-  
tinetur etiam Senatores. notatur per Inno. & a-  
lios in c. sedes. de rescriptis. Et horum magna est  
authotitas, vt l. humanum. C. de legibus. glo. in §.  
constat autem, in verbo, sed & plebis cita. insit. de  
iusti. & iur. Et hi possunt facere legem. l. non am-  
bigitur. ff. de legibus & senatus. Notatur per Ioan.  
Fabri in l. fi. C. de senatoribus. Hodie tamen cum  
condere legem sit vnum de referatis Principi, &  
sic solus Rex in suo regno leges componit, ipsi ve-  
ro consiliarij bene condunt circa ordinatio ualitis,  
aut reformat stylum curiae, aut addunt.

**D**eicimateria consid. erit. Quia offendentes  
tales consiliarios Principis committunt cri-  
men læse maiestatis. l. quisquis, C. ad legem lu-  
liam maiestatis. & vide Guidonem Papæ. q. 344.  
in fin. & dixi supra in 9. confid. huius partis. Quæ-  
ritur, si dicatur vni ex talibus consiliariis, Si non  
esset ob reuerentiam officij tui & Regis, bene te  
castigarem, dicit ille, non respicias Regem: nec cu-  
res de officio, sed defendas te si potes, & deponit  
vestes & Insignia Regis. Ita eum acriter verbera-  
uit, num quid in poenam verberantis senatorem  
aut officiarum regis incidat? Videtur quod non.  
ar. l. quævis. ff. de in ius voc. & quia hic videtur ce-  
fare interest partis, ergo & regis. l. 2. ff. si quis in ius  
vocatus non icrit. & hanc opinionem tenet. G. de  
Cug. in d. l. quamuis.

In contrarium videtur facere l. 2. §. usque adeo.  
ff. de iniurijs. Eo, quia ille à se abdicare non potuit  
officium Regis. l. legatis. ff. de offic. proconsil. l. fin.  
C. de defens. ciui. & hanc opin. tener. Io. Fabri in l.  
seruus. C. de pœnis. & ita tenui in commentarijs  
nostris super consuet. ducatus Burgund. in tit. des  
iustices. 7. septimo. in glo. simple resolutio. versic.  
7. conclu. Hanc questionem examinavit Alberi.  
in suis statutis. quest. 43. sed nescit in quam partem  
inclinar.

Et senatores dicuntur à senio, eò, quod solle-  
nes ad tale officium eligi debent. quorum insti-  
tutionem Romulus Romanæ urbis conditor pri-  
mo inuenit, vt supra dixi in d. nona consid. hu-  
iusec partis. Et ideo sapienter dicebat Inno. &  
Bal. in cap. primo, de renun. quod plus valet vni-  
bra se.

## SEPTIMA PARS

brasenisi, quam ensis iuuenis. De quorum senium  
praeminentia vide G. Bened. in sua repe. c. Rayn.  
in verbo adiecta impub. de testamen. & dicam la-  
tius infra.

Et ideo, nescio quid dicendum de quibusdam  
consiliariis nostri temporis, nouiter institutis &  
creatis in parlamentis, quos video ad dignitatem  
promoueri in etate xx. aut xxv. an. mediare pecu-  
nia, aut alia vinecio quali: Nisi quod difficile sit,  
Quæ malo inchoantur principio, vix bono pera-  
gantur exitu. Ex quo male omnia gubernentur,  
non potest aliud dici nisi quod, Consilium iuue-  
num, Roboam fecit egenum. 3. Reg. 12. mihi que  
propono ver. sc. morales:

*Roma vetus veteres cum te rexere Quirites,*

*Nec bonus immunit, nec malus ullus erat.*

*Defunctis patribus sucescit praua iuuentus,*

*Consilio cuius precipitata ruit.*

Et quod consilium senium sit cōsilium iuuenium  
preferendum, & magis laudandum, vide G. Bene-  
dicti in loco hicante allegato. Dicta & temporis  
nostrī gubernacula raceo, cum omnibus sint nota-  
& melius cfit in his tacere, quam male loqui, cum  
ex plurimis pauca exprimere sufficiat. Er, quia hic  
materia senium & iuuenium non se offert, nisi quo-  
dammodo extraordinarie, non aliter insisto.

Ex duabus proximis considerationibus infero  
vnum, Quod curia Parlamentalis Francie, est pri-  
ma & principalis omnium curiarum, & sic, si per  
modum curia congregata & conuocata incedat,  
& in actu, in quo tota curia repræsentatur, præ-  
det omnes alias curias. Et licet generales Francie,  
aut præsidentes in camera computorum videan-  
tur esse maioris dignitatis, quam consiliarij, de per-  
se, eum sint primi & præsidentes in curia curia:  
Non tamen in congregatione prædictarum Cur-  
iarum debent præcedere consiliarios curia Par-  
lamenti: Imo, nec grapharios eiusdem curie, ex  
quo tota curia tenet primum locum honoris, om-  
nes Curialisti seu ministeriani illam sequuntur,  
& sic præcedunt etiam ipsos præsidentes computo-  
rum, qui sunt de secunda curia, & sic de secundo  
loco honoris: argumento eorum, quæ supra deduc-  
ta sunt in quarta parte, in 32. confide. Vbi dixi,  
quod Canonicæ Ecclesiæ cathedralis, qui non sunt  
in tanta dignitate de per se, quantum Abbates, si  
tamē incedant processionaliiter in cōgregatione  
Ecclesiæ cathedralis & aliarum, præcedunt Abba-  
tes, & quæcunq; alia collegia, cuiuscunq; præ-  
minētæ, exemptionis, aut priuilegijs fuerint, cum  
sint primo de loco honoris. Ex hoc ergo inferitur,  
quod domini computorum, si vellent incedere,  
æqualiter cum Curia Parlamentali errarent, cum  
vellent attenare id, quod nocuit Luciferi, quia  
vellent fieri similes Altissimo, quod natura repu-  
gnat. Sed adhuc non est sine dubio, an debeat præ-  
cedere præsidentem prouincie, vt infra in secunda  
proxima confid. seq. dicitur. Ex quo ad minus cla-

rum est, quod etiā præsidentes computorum  
per se, non possunt præcedere distos consiliarij  
cum consiliarij sint illustres, prout & Quidam  
sed hodie sunt de priori loco honoris, in qua  
iam secundus est maior primo loco honoris.   
**D**Ecimaquarta confid. Inter hos consiliarij  
qua sunt quidam in magno consilio, quod  
dicitur Cōsistorium, alij sunt Parlame-  
nti, quæ dicuntur tribunal, est magna alter-  
na de præminentia istorum, videlicet, qui illorum  
sunt præferendi: Er quia Montaigne & N.  
Boerij satis super hoc insudauerūt in tra-  
fecerunt de authoritate magni consilij, ne  
corum transportein, & ne etiam volendop  
tollere aliquos ex his, ad dicta eorum mere-  
ex quibus vnuquisque cogitare potest, & ca-  
cidere, quis illorum sit præferendus, & in q  
locis.

**D**Ecimaquinta confid. Cum ut satisc  
hac parte sit mentio de statu iustitiae  
regnum in se durare non potest: cum, vi. 2.  
lib. 4. de ciuitate Dei. Quid enim sunt rega-  
latrocina, ubi nō est iustitia? & quia imperia  
maiestate oportet esse armatum & decora-  
vt habetur in procœlio institutionum, & imm  
tius dicam.

Erneuter istorum statuum iustitiae scilicet  
militia, sine pecunia consistere potest. Unde  
lippus animam Reipublicæ esse dicit pecu-  
(de qua plene in finali parte, in 54. confide.   
numinus profecto pro his omnibus quibus u-  
mo indiget fideiubeat, & de publicis pecuniis  
ciarij iustitiae, salario & militibus stipendijs  
gnari debet, de quibus viuunt ne subditos  
caviant, aur deprendent, secundum quod  
& tum Luc. 3. Neminem concutiat, neq  
niam faciat, sed estote cōtentii stipendijs  
Ideo introductus est terrius status in Francia  
omni parte mundi, qui est status thesauri,  
qui à querendis & conseruandis pro Roma  
vitilate pecunijs, olim Quæstores nomi-  
natur, vt supra in præced. part. iii. 18. confid. apud  
thesaurarios. Et olim primus honore gressus  
Questorij erat, vt dicit Cicero in oratione  
hodie tales apud nos sunt generales Francie, qui  
habent sub se thesaurarios, qui tamē omnes  
sub Camera computorum, vt resert G. Ben-  
dict. in repet. cap. Rayn. in verbo, & vxorem  
Adelasiam. n. 30. extra de testam.

Sed, quoniam hic solum in tendo facien-  
tionem de magistris computorum (cum  
Iudices officiarij iustitiae) ideo reliqui presi-  
sis dicendum videtur, quod præsidentes compu-  
torum hodie sunt subrogati loco procuratori  
farij, cuius officium consistit de iure in iudicando  
l. z. C. si aduersus fiscalum, & qui cognoscit de rebus  
tangentiibus, & venditionibus fiscalibus ita de  
dominio Principis, vt habetur in tub. vbi canit  
fatu.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

177

et in l.f.C.si aduersitatis fiscum. Et iste dicitur genes rerum priuatarum.l.si quis.& in l.vniuersitatis Cibis causa fiscales. Ex quo textu sumendum est, quod preses prouinciae est maior praefidente computorum. facit l.4.C.de officio praefidis, imo per illum text.d.l.procator. non habent potestatem condemnandi aliquem ad poenam, quod tamen hodie vñficiant ex potestate (vt dicunt) sibi illæ concessa.

Dicunt tamen aliqui, quod cum sint illustres, vt l.C.de officio Questoris. etiam comes rerum priuatarum, vt est text.in d.leg. si quis. & praefides prouinciarum tantum clarissimi, vt supra ista parte in quinta conside. quod debent præferri illis, foliis text. loquuntur tantum de Questoribus, qui dicuntur generales finantiarum apud nos, & sunt illustres: ideo tales præferri possent praefidis prouinciarum, sed non praefides computorum, quia tantum dici possunt spectabiles, vt dixi in precedentem par. in 17.confid. incip. de alijs officiis, ex quo sunt in loco procuratoris Cæsariorum, vt ante diuina est.

Estus procurator Cæsariorum differt à procuratore illius. Quia procurator Cæsariorum est ille, qui administra redditus prouincientes ex bonis, quæ Principes haber tanquam bona priuata, vt est dominium. Procurator autem fiscalis ille, qui administra bona Principis, quæ cōcurrentur in vñs publicos, vel vñ dicit Pau. de Cast. in l.1.C.vbi causa fiscalis, quia officium procuratoris Cæsariorum est, quod consistit in iudicando, d.l.2.C.si aduersus illum, vt sunt domini computorum. Nec consistunt in penarum impositionibus. l.1. ff. de officio procurator. Cæsariorum. Et iste est, de quo hic ante dictum est, qui est preses in camera computorum, quandoque officio praefidis vñtitur, prout dicit et ibi Salicet. in l.procurator. C.vbi causa fiscalis. Procurator vero fiscalis agit, & quandoque vocatur curator Reipublicæ. l.curator. C.de modo computorum, quandoque logista, id est rationalis. d.Lector. & de isto infra dicimus in hac parte, in qua consueta fit mentione in quo loco sedere debeant iure adiutorios.

Hanc de prædictis magistris computorum videtur bid. in ti. ff. de offi. quæst. & illos praefectos etiæ omnes vocat. la.Rebuffi vocat eos magistros scriniorum, vt habetur per cum in rubr. C.de magistris scriniorum, lib. 12. & dicit eos esse spectabiles. Pyrrhus vero in tractatu de questoriis magistris etiæ dicit, quod Imperator eos vocat praefidentes scribentes per tex. in l.vlt. C.de aduoca. fisci. Ab omnibus tamen sententijs appellatur ad Parlamentum, ex quo sunt inferiores dominis de Parlamento. Cum nō oporteat ad compares iudiciorum in maiis tribunal ascendi, sed à minore iudicio in maius tribunale, ut dicit tex. in auth. de appella. & alia quæ tempora. s. illo videlicet. colla. 4. Et in ista camera computorum, sunt alij officia-

rij, qui dicuntur tabularij, quibus æquiparantur clerici camere computorum (quos audientiarios vocamus) de quibus per la.Rebuffi. in l.instar. C.de iure sibi libro decimo.

**D**ecima sexta contid. In supremis Curijs, tam consistorialib. quād parlementis sunt grapharij, hoc est scribē, quæ cuam habent dignitatē ultra alios sed. ū regalium. & inter hos priui sunt cum spectabiles dici possunt, & sic videtur quod procedere debeant praefides prouinciarum, hoc est Balliuos & Seneccallos, quod non est dubium in loco eorum iurisdictionis, sed non in loco iurisdictionis magistratus dictorum Balliuorum, Quoniam ibi quocunq; procedere debent, pro quo l.4. ff. de officio praefidis. & infra hac parre dicitur, & in 24. confid. vbi dicitur quod gerentes magistratum generaliter in suis iurisdictionibus, ceteris sunt præferendi. Et, vt dicit Iacobus Rebuffi in rub. C. de magistris sacrorum scriniorum, lib. 12. secundum Bal. & And. de Bertul. magistri scriniorum sunt notarij magnæ Curia principis, quibus potest æquiparari magnus notarius magnæ Curia Parlamenti Parisijs, qui vulgo vocatur grapharius vel notarius principalis principis. Quod tenet registrum seu regestum literarū, & tales dicuntur proximii sacrorum scriniorum. Sed pro eliatori intelligentia hotum graphiariorum, seu scriniorum, sumenda est doctrina Iacobi Rebuffi. in l.1.C.de proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. Vbi dicit, quod tria sunt scrinia, siue camera, in quibus reponuntur scripturae Principem tangentibus: In uno scrinio, seu camera ponuntur epistolaæ seu literæ quæ per Principem alijs mituntur, scilicet ab alijs mittuntur principi. Et istud est officium secretariorum principis, de quibus supra dixi in par. præcedent.

Et licet plures in curia principis secretarij instruantur, tamē unus est magis secretus & continuus principi, qui est & reputatur præpositus huius scrieri scrinij: quia præponitur alijs scrinariis, hoc est alijs secretarij. Etiam vocatur proximus, quia plus se approximat & appropinquat principi, quālijs secretarij: & qui habet principalem custodiā vnius scrinij seu camerae, vbi tales sunt scripturae, & literæ reponuntur, cum talis seiat arcana, & secreta principis, vt l.proximos. C.de proximis factoriis scriniorum. & est apud nos hodie & à multis annis, scilicet à tempore Caroli VIII. usque nunc dominus Robertus qui præcessit & semper præfuit in talib. omnib. secretariis regni, & merito, cum non fuerit repertus excellentior eo in talibus.

Vel vt dicit idem Rebuffi, erat aliquis istis literis eu studiendis præpositus per principem secundum scrinium suæ camerae, vbi tales sunt scripturae & literæ posita, cum talis seiat arcana & secreta principis. Et dicitur serinium locus vbi solent libri vel chartæ recondi, tāquam cancelliquidā, vt in l.librorū. s.libris. ff. de leg. 3. Et sic cū in pala-

## SEPTIMA PARS

tio summo erant duo latercula, puta magnum & minus, id est, quæ camere, magna & minor, & istud erat minus laterculum, scumino camera, in quo vnicum erat scrinium, in quo sacræ dispositiones recondebantur: hoc est, Principum legales constitutiones, seu ordinationes vna cum codicillis, hoc est literis officiorum imperialium quorumcunque, etiam militarium recondebantur, ut facit tex. in §. i. in auth. de mandatis Principum, col. 4. vbi optimus tex. Et quod codicilli militarium officiorum ad sollicitudinē pertineant Quæstoris in codem minori laterculo, vide tex. in l. i. iuncta. 1.3. C. de officio Quæstoris. Et quod cum legalibus libtis codicilli, id est, literæ officiorum debent obseruari in ipso minori laterculo, vide text. in d. §. i. ibi: vna cum codicillis. in authen. de mandatis Principum. Quod quidem laterculum, de quo in illo §. primo, scribitur, erat minus, quod apparet exl. i. C. de officio Quætoris, & sic in illo minori laterculo erant tantum illa duo scrinia, quæ provno habebantur, ut dictum est. In laterculo vero majori, erant tria scrinia, ut statim dicetur, & in hoc laterculo minori erat vnum quod erat distinctum duobus, vnum pro libris legalibus, alterum pro codicillis: licet ut videtur tenere Petrus Cothereau in suo schedulari magistratum, in tit. de quæstore palati, & Cancellario Franciæ, quod non distincti essent scrinarij librorum Principis, & codicillorum, sed permixti essent tantum quatuor scrinarij libris & codicillis deseruientes inscribendo & dictando, & renoluendo, & excipiendo, seu registrando, qui quatuor antiquarij (ut pura idem Cothereau) sunt, de quibus loquitur text. in l. hac parte. C. de proximis factorum scrin. lib. 12. Mouetur. Nam ibi dicitur quatuor antiquatij scriniorum seu secretariorū memoriarium segregabantur à generali scrinio memoriae, & ei non obsequabantur, sed specificè erant istorum antiquorum quatuor scriniorum partes. Et isti quatuor antiquarij habent permixtum munus ad obsequendum libris & codicillis: qui quidem antiquarij dispositionum adquantur nostris commendatorij secretariis, quibus dictatio & transcriptio codicillorum seu literarum regiarum incumbit. Alij vero sunt secretarij Libell. Alij memoriales. Alij epistolares, de quibus ibi amplè p. Petr. Cothereau. Sed talis triplicitas apud nos obseruatur, cum tantum apud Principem & in aula ipsius ad illi descrevendum, seu obsequendum sint prædicti quatuor antiquarij qui dicuntur, les secrétaires des commandamens.

Alij vero, qui obsequuntur, & defervunt tantum consistorio, & sic cancellario (qui est principalior illius) & in his, quæ concernunt iurisdictiōnem seu iustitiā, non in his quæ concernunt res priuatas Principis. Et isti sunt de magnis laterculis, seu magna Camera, in qua sunt tria scrinia memoria, scilicet, epistolatum, & libellorum. Ista pro-

bantur in 1. 1. 2. 3. & 4. C. de proximis factoriis. Et de primo scrinio, vbi reponerentur literæ hic ante: de secundo vero, vbi reponerentur literæ libellorum, & cognitionū, potest posse complum, Parifins in Camera Parlamenti, ponuntur tales script. qui magistri Parlamenti cuntur, sunt ibi plures, sed sunt ibi quatuor dentes, qui preponitur alijs magistris Parlamenti & habent ibi praesidentiam, qui possunt appr. vno respectu propositi huius sacri scrinij, hinc camera Parlamenti, & hoc etiam iure vocatur proximi, quia magis se approximat Praes. Sed quia istud exemplū non est bene conveniens Ideo aliud ponit magis quadrans, scilicet, a phatio Curia Parlamenti, qui preponitur de est omnibus scribis illius Curie, & sunt tres capiales: Vnus qui dicitur grapharius ciuilis, & criminalis. Alius praefontionum. Et sub eius alijs quatuor, qui in absentia eorum signat, & liber illorum principalium habet suum scrinum, seu suam cameram, quam burellum vocant.

Et ibi vocantur propositi dictæ cameræ, qui magistri dicti Burelli, seu proximi factorum sicutrum, ut dicit lac. Rebuffi. in dicto loco.

De tertio vero scrinio, in quo sunt magistrorum præpositi, non hic repeteo, cum amittitur.

Aliud est scrinium in Palatio Regio Parisiensi Camera, in qua sunt depositari scripturarum antiquitatis, & notabiliora facta regni, quod scrinum vocatur Camera thesauri: & definitur a Vnus principalis propositus, seu presider, per gubernationem seu custodia illius cameræ, & clauem principalem illius cameræ, & portuarij etiam habentibus alias claves illius: & quod iam proximus vocari potest, cum se magister pinquar regi quam alij. Et tales proximi propositi factorum scriniorum, eisdem honoribus funguntur, quibus Vicarii Principis ex eo tempore, quo officium proximum exerci. l. i. C. de proximis factorum scriniorum, isti possunt salutare Principem, & federare principio cum iudicibus. l. in sacris scrinij, la præceptio proximi factorum scriniorum, C. cod. lib.

Et adiuerte, quod isti secretarij proprie iutores Cancellerij, ut dicit Petrus Cothereau suo schedulari magistratum, c. de auditio Principis, & debent esse septem, ut ibi dicit, vñam in l. cooperimus, C. de proximis factorum scriniorum. Quorum primus inter omnes secretarij apud nos, qui æquipari potest maximo de quo in l. peculiari. C. de proximis factorum scriniorum, qui dicitur prior illorum, & sunt adiutores questoris.

Decima septima confidit. Post principaliis officiarios supremarum Curiarum videtur est de alijs pluribus iudicis ordinariis qui sunt apud nos. Et primo de præceptio

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

178

atis, quia quibusdam adaptatur præposito Patiensi, & Tholosano. Dum volunt adaptare Vigne-  
no Tholosan, quod non credo, sed in quantum pos-  
it præposito Parisiensi, videtur quod sit magna  
authoritatis, dignitatis, & excellentiæ, cum præse-  
dus sit illustris, ut supra ista parte, in 2. consi-  
dum est. Ideo etiam præpositus Parisiensis illu-  
stris esse debet per huiusmodi adaptationem, &  
ut aequiparantur de iure præfecto prætorio. l. 1.  
C. de præfecto prætorio siue vrbis, &c. lib. 12. Dicit  
nam Purpuratus in l. 1. num. 90. ff. de officio eius  
cum mandata est iurisdictio. quod huius præfectu-  
ti similitudinem apud nos non videtur, cuius in-  
stitutionem ad prætorem translatam esse auctor  
stella. Capitanœ tamen ciuitatum, qui a-  
podnos videntur, quorum tanta non est potestas,  
ad la. Rebus. in 1. col. 2. in f. C. de mulierib.  
in loco, &c. lib. 10. huic præfecto vrbis non  
requiparandi. Ego autem dico, quod huic pos-  
tae aequipari capitaneus iustitiæ Mediolani, cum  
præfato prætorio aequiparetur: cum ab eo, prout  
ne a præfecto prætorio appellatur. Et ita vidi tem-  
pore, quo assistebam magnifico dom. Roberto de  
Pardines capitaneo iustitiæ Mediolani, tempore,  
quo illud dominus Carolus de Ambasie erat  
omnibus generalis in Italia, pro Christianissi-  
mo Francoru[m] in rege.

**D**icitur etiam consideratio de prætoribus  
tractat, qui sunt spectabiles, ut supra ista par-  
te, & confid. dixi, & tenent omnes in l. 1. ff. de of-  
ficio eius cui mandata est iurisdictio. sed quib[us]. ad-  
misi possint incerrum est, enim tales Prætores  
peccatum haberent legem condendi, seu ius  
honorarium appellabatur. §. 1. C. de adiutoriis.  
in se naturali gentium & ciuiili. Et in vrbis  
prætor à præcessendo nominatur, cui consulum  
concessa sunt, ut tradunt Pompo. Letus  
de cne. della, lib. de magistratibus cap. 19. Et vt Var-  
ro scribit, prætor dictus, quia iura precepit: quia iu-  
dere, vi iam dixi, & abrogare instituta solus  
poterat, & in causis ciuilib[us]. criminalib[us] sum-  
ma imperium obtinebat, ut tradunt Moderni,  
et Zasius. in l. 2. §. cumque consules. ft. de o-  
rigine. ideo dicit Purpuratus in d. l. 1. num. 204.  
quod hoc merito cum aequiparat senatoribus &  
præfato prætorio in l. omnes populi. 4. q. 1. prin-  
cipal. ff. de iusti. & iuri. & ideo non videtur, quod  
omnes alii essent similes, eum solum ibi loqua-  
tur de prætorie vrbis, ut dicit d. meus Iaso. in d. l. 1.  
ex quo male videtur aequiparari Ducibus, Mar-  
chionibus, Comitibus: & Episcopis, qui non pos-  
sunt eo modo statuere. cap. eum inferior. extra de-  
cimo. & ob. & hoc nisi essent Vicarij Principis vel  
præcipitatem iurisdictionem, merum & mixtum  
imperium, & principi preservata, ut declarat Are-  
tino in l. stipulationum aliae, in princ. colum. pen-  
sae verb. obl. quo casu tales essent illustres, ut di-  
cendum Purputatus in d. l. 1. num. 205. vbi facit il-

lam differentiam inter prætorem vrbis, & alios,  
quam etiam facit Bald. in l. recept. C. de non nu-  
merata pecunia. Et idco (vt idem Purpuratus ibi,  
in sequen. numero voluit) difficile videtur reperi-  
re inter magistratus nostros, qui aequiparetur iurie  
prætoti, quicquid de potestatibus nostris temporis  
dicant Bal. & Barbatia in rubr. C. qui. adiuncti.  
Maxime quia nullani habent autoritatem, nisi  
quatenus eius est attributa per statuta, seu refri-  
pta constitutionum, ut tradit Bal. in authen. casla.  
coll. 1. C. de sacrofane. Eccles. quamvis large  
omnis magistratus possit dici prætor, ut dicit Bal.  
in l. fin. in 1. q. C. de adiutoriis actio. & Decius in l. vi-  
beique, per illum tex. ff. de reg. iuri. Huic præto-  
ri vrbis ita possent adaptari præpositus Parisien-  
sis, & viguerius Tholosanus, sicut præfecto vrbis:  
nisi in hoc, quod non habent autoritatem con-  
dendi, nisi in his, quæ respiciunt stylum iuris-  
dictionis eorum.

**D**icitur etiam a consid. Præfides prouinciarum  
per Spe. in rub. de iuris omn. iudi. ver. mini-  
mi. & Bar. in l. 1. quo ibi nemo discrepat. ff. de of-  
fice. eius cui mandata est iurisdictio. tantum clarissimi  
dicuntur, & in quarto gradu, qui dicitur mi-  
norum, ponuntur. Et quod præses prouincie sit  
clarissimus, ut est text. in l. 2. in fin. C. de delatori-  
bus, lib. 10. Et talis etiam est rector prouincie bo-  
nus. tex. in l. memini. §. 1. C. de adiutoriis. diuer. iudi. &  
qui apud nos dicitur Ballius, & in multis locis  
Francie, senescalus, qui quidem rector prouincie  
dicitur clarissimus, ut est text. in l. vni. §. sin autem  
post. C. de raptu virginum, &c. & dixi supra ista  
parte, in 5. consid. Nec tenuis est hictitulus, ut di-  
xit Purpuratus in d. l. 1. num. 258. maximè in super-  
lativo positus. Cum dictio clarus, sit figurata posita,  
& pro insigni atque excellenti accipiatur, cum  
que denotet, qui veluti fulgore quadam fama, re-  
splendet, Ita, ut p[ro]p[ter]e sit, ac si dicatur ex eellen-  
tissimus præcetes prouincie, & dicitur index ordinarii.  
tex. in l. cos. in prin. C. de modo multarum. &  
in l. omnes. §. primo. C. de Episcopis. Et licet multa  
iura dicant præfides clarissimos, per hoc tamen  
non excludunt, quin esse possint in superiori gra-  
du Nam etiam senator dicitur clarissimus. text. in  
l. 2. C. de his qui veniam axatis impetraverunt,  
qui tamen in primo gradu superillustrium pos-  
tus est. supra, in hac parte, in prima consideratio-  
ne, ad finem. Et præfetus prætoris clarissimus  
appellatur. Et pro hoc, Purpuratus allegat auth. de  
Belisario vicario consulis. coll. 3. sed puto voluisse  
allegare in auth. de mensura ordinandorum, iu fin.  
collat. 3. quem tamen forte illufrem, nemo un-  
quam dubitauit, ut etiam dictum est in hac parte,  
in secunda consideratione. Et prætor dicitur clari-  
ssimus in l. 1. in princ. C. de tutotibus vel curato-  
ribus illustrium, &c. qui tamen inter spectabiles  
ponitur, ut in consideratione precedente dixi. Et  
iam proconsul dicitur clarissimus, ut in l. & si seue-  
rior. C.

## SEPTIMA PARS

rior. C. ex quibus causis infamia interrogatur. & tam  
en spectabilis est, & superius ista parte in d. 4. cō  
fid. probatur. Similiter Comites dicuntur clarissimi, in l. 1. C. de aduo. diuersor. iudic. & tamē pra  
dictos monstrauimus esse spectabiles supra in 5.  
pat. in 47. consil. & in supradicta 4. consil. Idco Al  
cia. in l. 1. C. de perfectissimatus dignitate, lib. 12. &  
lib. 3. disputationum. c. 4. bene se resolut in his al  
tercationibus, dicens. Non fuisse firmas magistratib.  
ipsiis dignitates: sed solitas concedi secundum  
merita personatum, & considerata plerunque lo  
ci, cui praeerant, qualitate. Licet non neget, hoc  
crebrius fuisse verum, quod à doctoribus traditur.  
Et post eum Purp. in l. 1. num. 163. sic concludit,  
quod cum appellatio præsidis generalissima sit,  
sic quod largissime accipitur pro eo, qui præstet ali  
cui rei, vt per tex. in l. 1. & ibi glo. 1. ff. de off. præsid.  
Largè quando dicitur præses prouincia, & sic præ  
ses, secundum varias potestates, diuersimode po  
test in his magistratum gradibus collocari, ita, vt  
aliquis reperiri possit, qui inter illustris cōnume  
retur, vt in præsidibus Parlamentorum, de quibus  
supra ista par. in 9. consil. Et hoc, propter concur  
rentem (quo ad quædam) autoritatē præfecti præ  
torio, & quia specialiter Principis est consiliarius,  
ex quibus illi stratur. Sed quicquid sit, præses pro  
uincia maius imperium habet omnib. post Prin  
cipem. t.c. in l. præses prouincia, quæ est tercia. ff.  
de offic. præsid. Etiam quandoque perfectissima  
tus dignitatem dicitur habere, vt dicit Purp. in  
disto loco, num. 265. cum tribus sequentibus. Et  
quod præsidis nomen generale sit, ad omnes ma  
gistratus prouinciarū rectores, vide Petrum Co  
therae in suo schedulari magistratuū ciuilium.  
C. de præsidibus prouinciarum, vbi amplè de his.  
Dicit ranien. Budrus in l. si in aliquam. ff. de offi  
cio proconsulis, quod Balliu, seu Senecalli, di  
cuntur præfeti aut etiam iuridici, & non conti  
netur nomine proconsulis, nec præsidis, quia in  
Gallia non sunt. Prouincie, sed Prouinciole. Item  
quia ab his appellatur ad curias Parlamentorum.  
Sed tuendo communem, videtur, quod vocari  
possint præses prouincia, nec est rēficiēda mul  
titudo terra, sed foresta. Item à sententiā præsi  
dis, & proconsulis appellatū. l. 2. & fi. C. de tempo  
ribus & reparatio. appellationum. & in l. 1. ff. quis  
& à quo appellatur. Et aliquando Prouincia ca  
pitur pro territorio, siue districtu, vrin auth qua  
in Prouincia. C. vbi de criminis agi oportet. Et ali  
quando unus præsidatus dicitur. vna Prouincia:  
Præses enim erat caput Prouincia, & ei suberant  
plures ciuitates, vt in omnib. ll. quæ faciunt men  
tionem de præside Prouincia. Et si fuerint facti  
duo Præsides in eadem Prouincia, censemur duæ  
prouincie. l. si eadem. ff. de offic. assesso. & non ca  
pitur hic, vt appellatione Prouincie veniat Re  
gnū seu Regio, vt est Francia, Hispania, Germania,  
Italia, & huiusmodi. De off. præsi. & quod iudi

cem oportet habere iutis & xqui notitiam vo  
luntatem boni, & potestatem exequendi: & con  
iuramento debet esse legibus alligatus, & a  
bus munerum alienus, vide in Polycratico, lib. 3.  
cap. 11.

Vigesima conside. In patria nostra duca  
gund. habemus & alia officia seu ma  
tus, qui dictūt Indices Cancellarie contrac  
duca. Burgun. quib. dicitur præfisi, qui apud  
dicitur gubernator Cancellarie contractu  
ca. Burgun. Quod est officium ordinarium, de  
ius iurisdictio ordinaria exercet in ciuitate  
& oppidis (in quibus diriones seu præfectoria  
liuorum exercētur) per l. si velit, aut suos occu  
tenentes, & ab eorum sententijs ad supremam  
riam appellatur: & de isto etiam infra ista par. 1  
38. consi. dicetur. Sed videndum est, quæ sit ea  
authoritas, & vitrum sit equalis. Præsidii Provincie  
seu Balliu, an verò inferior: & si sint in locis  
differenti, quis istorū præcedere debeat. Nam  
videmus, sua est cognitio tantum ad contraria  
receptio sub sigillo cancellaria duca. Burg  
qui habent executionem in parata m. ex quo id  
delegatus à Principe ad vniuersitatem caufatur.  
Ex quo ergo est delegatus à Principe videtur  
maior præside prouincia, & sic Balliu, qui est  
dinarius. Cum delegatus à Principe sit maior quæ  
cunque ordinario, vt est casus in cap. studiū  
tra de offic. deleg. melius probat in cap. passione  
de offic. ordina. & in c. sane quia. de offic. deleg. v  
dicit Alex. in rub. ff. de offic. eius cui mand. etat  
risisti. col. 1. & hoc communiter tenetur. Rer  
a est, quia delegatus repræsentat ipsum Principem  
deleganteim. c. sanè, le second. de offic. deleg. Alio  
in cap. decernimus. col. 2. de iud. c. extra. Ideo  
ius voluntati se confirmare debet. c. super  
de rescrip. li. limitando, vt ibi per Decū Qua  
notabilis cons. 143. col. 2. Idem Alciatus in  
doxis, lib. 2. cap. 12. disputat, ut in iudicio  
gnior esset delegatus, an verò ordinario. Et  
concludit delegatum: & vt dicit, licet cō  
qui de hoc disperant, nihil allegēt, quod mā  
faciat ad propositum, ipse tamen allegat talia  
l. C. de officio vicarii. Vbi si Vicarius, & consi  
mul cognoscant de causa, Vicarius tangit  
Principe delegatus, præferendus est. Fandona  
Bart. in l. duo. ff. de re iudicata. vbi si ordinario  
iudicis fuit adiunctus delegatus à Principe, &  
liam sententiam rulerit quam ordinario, &  
sententia delegati vim obtinet potius quam ordi  
narii, cum delegatus sit dignior.

Ex quibus satis constat, Quod in causis execu  
tionibus executionem præcisam ex contraria  
sub sigillo dicta cancellaria receptis dare fac  
legatus à Principe, siue tanquam collega, siue  
iam per modum priuationis iurisdictionis, quæ  
videretur esse dignior, & sic ordinario præ  
dus.

Ex his infest Alex. c. qnsi. 79. inci. circa primū.  
ver. quis igitur. in l. vol. Quod delegatus Pa-  
t. maior Episcopo, & delegatus ab Episcopo  
ad Vicario Episcopi in illa causa: Vnde ab  
eis ad Vicarium non posset appellari. Roman⁹ fin  
gili. 458. Incip. tu habes titulum. & communem  
tenet Guido Papæ q. 272. & est bonum argumen-  
num de delegato simplici ad vniuersitatem causarum  
ut per plura tenet Alexan. in l. mōre. ff. de iu-  
n. 2. om. iud. & Decius in c. cum causam. extra de-  
app. fine.

Contrarium tamen mihi videtur esse de iure  
dictum hoc casu, videlicet, Quod dictus guber-  
nator non sit maior nec dignior Præside Prouin-  
ciæ & sic Ballino, cum Præses Prouincie in ea Pro-  
vicia, in qua est, maius in imperium habet omnibus  
potest principem, ut dicit tex. in l. Præses Prouincie.  
id est offi. præsidis. & dixi in præcedentibus. considera.  
Et si gubernator Cancellaria est tantum iudex  
alietas causarum, creatus à Principe in priuilegium  
ann. scilicet Philippo I. duce Burgundia concessus,  
qui ad Burgundia non erat supremus, nec  
habet aliam potestatem, quod executiones fa-  
citur ut sigilli sui haberent executionem para-  
m, quod obtinuit à Rege, ut videlicet haberet  
iurisdictionem cancellariatus, quæ videtur depen-  
dere Cancellaria Franciæ, quæ tanta potestatis  
et quod instrumenta sub sigillo Regio receperat, ha-  
bent executionem paratam. Ideo hoc casu non vide-  
tur quod fuerit solum delegatus, immo fuit creatus  
suis uider ordinariis creando in hoc noui offi-  
cio, quod potuit facere Rex, cum noua officia  
creare posset, ut dicit Alb. de Ros in l. studentibus,  
q. ad prima. C. de officio præf. vrbis. Dixa in Cō-  
nicio nostro super consuet. duc. Burgun. in rub.  
B. suffices. v. unde nemo potest. Et in hoc quā-  
modo delegatus ad vniuersitatem causarum, ex  
quo est perpetuus, & non temporalis dicitur habere iu-  
risdictionem ordinariæ, prout videmus de auditori-  
bus Ror. qui sunt delegati ad vniuersitatem cau-  
sarum, tamen quia sunt perpetui, habent iurisdictionem  
ordinariæ: Quoniā quādō cōmittitur v-  
niuersitas negotiorū, dicitur cōcidi iurisdictionis  
datus Ita Alex. & d. meus Ias. & post eos Purpur.  
fol. mōre. col. 7. & 8. ff. de iuris. om. iud. Ex quo ma-  
nus modicē talis gubernator instituitur tanquā or-  
dinarius, & non tanquam delegatus, Ita quod lo-  
quendo in suis mandatis & commissionib. non di-  
cit aliquid agere autoritate concedentis, s. Re-  
ges, sed tanquā ordinarius loquitur, ita q. pro or-  
dinario habetur & tenetur: & in hoc nulla est du-  
ratio, quin non sit ordinarius, & datus cum or-  
dinario in illo genere causarum prouenientium  
et virtute sigilli, & sic videtur, quod possit aequipa-  
re Magistro census, qui dicitur clarissimus, ut in  
lauscula diuina. C. de testa. Ex quo vidēdum est,  
et datus accumulatiū e cuim ordinario, an verò  
primitiū, ita quod ordinarius possit semper se in-

tromittere de huiusmodi causis, si partes primò  
ad eatur. Et videtur in hoc, si æquparatur Magistro  
cēsus, q. nō, vt est text. in l. testa. omnia. C. de testa.  
Vbi Angelus multū se extendit circa huiusmodi  
dubii, & dicit istum articulū multū esse intrica-  
tū, sed tandem sic distinguit. Aut sunt plures delega-  
ti circa idem, & vni inādatur expeditio causarum  
alterius ad eādem causam, quod omnib. alijs intel-  
ligitur denegata. l. cum prætor. ff. de iudi. Alias nil,  
vel modicum operaretur tale præceptum. Quod  
dicit idē, si pastorale præceptum alteri delegatur,  
vt dicit in pluribus procuratorib. successiū cōsti-  
Fuit & beatus Germanus oriundus ex hac-tate Heduenſi, qua dicebatur Augustinus, vico sanctæ Anastasie, qui nunc dicitur vicus Blasij, qui tandem effectus est Episcopus.

Fuit & sanctus Lipardus frater B. Leon-honorē cuius est Ecclesia fundata in ciuitate relianensi. Fuit & ille beatus Ivo Brito, cu-in hoc multum laudatur, quod aduocatus & Brito.

Fuerunt & plures alii, quos longum esse merarc, & plus laboriosum quam subtile.

**T**rigesima consid. Officium aduocacionis diuferorum iudiciorum, ambiguo causarum dirimunt, seqꝫ, defensionis vnde publicis in rebus ac priuatibus, lapsa erigunt, gata reparant: non minus prudentes huma-neri, quā si prælijs, ac vulnib. patrī par-tesq; saluarēt, & qui laborantib. spem vitam posteros defendunt.

**T**rigesima præm̄ consideratio. Necesse est etiam est officium aduocationis, quod cōcordat cū honore, vt dicit Rodericus in culo humanae vita lib. 2. cap. 17. Vbi dicitur in hominum mortalium desiderium id potissimum tendat, vt veritatem agnoscat philosopho, ex quo, ad ipsum in rebus cognoscendis, iudicium humana properat inquisitio, pro-cum ob eas hominum cupiditates, quæ à iusto plerunque diuertire cogunt, pro-rerum humana varietates, difficilequod-itas ipsa & iustitia agnoscit potest. Hinc peribat prophetā, de iustitia humana dicitur: T-pannus menstruatæ vniuersitæ iustitiae: vi-nam iustitiam, difficulter attingi & cog-seliquid demonstrat. Avarius enim stius homines lites & iurgia mouent: qua-sapientis: Deus fecit hominem rectum, & misericordia questionibus. Fuit ergo necesse no generi, iurisperitos constituere, quorum stria & expedita iurisperitia, eas, sine be-fragoribus, quæstiones deciderent, quas h-na peruersaque avaritia attulit. Laudantur igit̄ plurimum, & merito diueris honorum tuis-lustrantur iurisperiti, qui veritatem aperiunt.

inter hominum cupidines per suæ scientia' con-  
statas & regulas, quid verum, quid iustum sit ex-  
plicat, atque è tenebris ad lucem vsque deducunt,  
quorum tanta vis est, vt non vñquam eas verita-  
tes, quas vel natura, vel industria, verius astutia hu-  
mana in damnum simul & pœnam peccati hu-  
manigenere, occultas fecerit. Ipsi iurisperiti, sui  
incenij subtilitate, ad Rcpuplica quietem atque  
nostram commoditatē, reuelent. Plurimæ si-  
quidem veritates incognitæ, plurimæ iniustitiae  
arripuntæ, manerent, si iurispritorum cesseret  
sufficiencia: & sua querendarum rerum studioſa fa-  
cetas contemptui, aut non vñsi haberetur. De-  
nique nemo vñquam dubitauit, verum & iustum  
autem esse meliora, quam falsum & iniustum. Ete-  
nam rationi dissolum, si verum à falso, iustum ab  
in iusto vinceretur. Quid vtique functum in Re-  
publica sepe accideret, si iurisconsulti deessent,  
quorum id præcipuum studium est, iustum ab in-  
iusto, falso à vero discernant. Et quod etiam sit  
textus statuum, est text. ad liricam in l. laudabile. C.  
& ad uocatis diuerso. iudicium. Dicit enim lauda-  
bile, utrūq; hominum necessarium aduocationis  
officium. Rursum, quam necessarium humanæ  
republicæ hoc exercitiū fuerit, ex eo patet: Quo-  
rum. vt Philosophus inquit in Ethicis: Sunt non  
sull homines pessimè quidam perfusiles, qui  
enim facile credunt, nisi certissima videant signa:  
autores habent persuasions. Aduocati igitur  
plurimum sunt commendandi, qui virtutē scien-  
tia centissimas vel propinquas, imo fortissimas  
perfectiones eliciunt, & illa iudicibus uident ad  
mandam innocenciam, & reprimendas punien-  
dias violentias & iniustitias. Et paulò post sequi-  
tur it paucis agamus) summa est excellētia hu-  
māterciij, quo ipsa vniuersalia statuta, humana  
generalib. atq; indeterminatis verbis statuū-  
tū ad diuis intelliguntur. Nam, per iurisperito-  
rum subtilem & ingeniosam applicationem di-  
cam legum ad causas particulares, mentem le-  
gum interpretantur: & tandem per hoc nobile  
aduocatiois officium infantes descendunt, op-  
perficiuntur, & vt paucis multa comprehen-  
dam iniustitiam perire, si cesset qui iniustiam alle-  
garer. Hec Rodericus vbi suprà, cum quibusdam  
alios de quibus infra in 10. parte. in 19. confide-  
ratione. Vbi fit mentio dc præcedentia scientia  
legalis.

Plurimum etiam cōmendantur aduocati per  
prophetam. Psalm. 83. cum inquit. Etenim bene-  
dictionem dabit legislator, ibunt de virtute in vir-  
tute, videbitur Deus Deorum in Sion. Etiā habe-  
bit Dan. 2. c. Qui docti fuerint, fulgebūt quasi stel-  
lae firmamenti, & qui ad iniustitiam erudiant mul-  
ta, quasi stellæ in perpetuas æternitates. transum-  
ptæ. in ca. fi. de magistris, extra.

Rigescimateria consid. Officium aduoca-  
tionis etiā meritorum est apud Deum non

modicum, prout dicit Alberi. in d. 1. vnic. quæ in-  
cipit: si qui desideria. C. de suffrag. Quod sic pbat;  
præsupponendo, Quod duo sunt genera operum  
misericordia' seu cleemosynæ. Quædā enī sunt  
corporalia, quæ sunt septem, Visitare, scilicet, in-  
firmos, potare, sitiens, pacere esurientes, redi-  
mere captiuos, colligere hospites, vestire nudos, &  
sepelire mortuos. vnde dicitur:

*Visito, poto, ibeo, redimo, ego, colligo, condо.*

Septem etiam sunt spiritualia, scilicet, consule-  
re dubitantem, corrigere peccantem, cōsolari tri-  
stem, remittere offendam, portare onerosos & gra-  
ues, & orare pro omnibus. vnde dicitur:

*Confule, castiga, solare, remitte, fer, ora.*

Et istasunt potiora absq; dubio quā tempora-  
lia, vt dixi infra in ultima par. in 29. consid. Cum  
igitur per dicta opera misericordia' seu Eleemosynæ,  
multum mereamur, vt habetur Matth. 25. Ve-  
nire ad me benedicti Patris mei, possidete para-  
tum vobis Regnum à constitutione mundi. Esuri-  
ui enim & dedisti mihi manducare: sitiui, & dedi-  
sti mihi bibere, hospes crām, & collegisti me: nu-  
dus, & operuisti me: infirmus, & visitasti me: in  
carcere crām, & venisti ad me. Scquitur, quod  
homo plus incrēteretur per eleemosynas spiritua-  
le, inter quas est impendere consilium dubitanti,  
& consolari & adiuuare tristes miserabiles perso-  
nas, que adiutorio carent (cum desolatis & tristib.  
sit consulendum). l. vnicā, in fi. C. de his qui ante  
apertas tabulas hære.) & redimere & iuuare captiuos,  
qui contra iustitiā detinentur, Quod faciunt  
aduocati iuste & debitè exercentes officiū eorum,  
Ideo non parū apud Deum merentur. Vnde dicit  
Hostiē. in summa sua decretaliū, col. 4. Quod vita  
bonorum aduocatorū est melior quā stratum  
prædicatorum, vel aliorum religiosorū. dixi alibi.

Et aduerte ex his, quæ dicit Alb. ibi, quia consu-  
lit aduocatis, vt parrocinium præstet pauperibus  
gratis, quoniam hoc faciendo, multū merentur,  
non tam dicit omnibus. Et materiam aduoca-  
torum in reliquis plene vide per Ant. Flo. in 3. par.  
sua summæ, lib. 6. & per Spc. in rubr. de aduocato.  
ad quos vos remitto. Cūm hic tantum tractaue-  
rim de huiusmodi officio, & de his, quæ tangunt  
honorem, utilitatem, & necessitatem eiusdem, &  
quomodo sit honestum, licitū, vtile, necessarium,  
& meritorum. Nam pericula aduocatorum reci-  
tare, est transcedere materiam huius operis,  
Sed de his habetur per supradictos, maximè Rode-  
ricum in d. lib. 1. cap. 18. per Ant. Flor. in d. par. 3. lib.  
6. & per Alb. in d. l. vnicā. C. de suffrag.

**T**rigesimateria consid. Inter cæteros aduo-  
catos in quolibet auditorio cuiuslibet ma-  
gristratus, præferendus est Aduocatus fisci illius lo-  
ci. pro quo allego text. in leg. secunda, quæ inci-  
pit. aduocatos in fin. ponderando ibi verbum,  
germanas. C. de aduocatis diuerso. iudi. & l. iube-  
mus. & l. restituendæ. §. 1. in verbo, primatibus. C.  
eo. tit.

## SEPTIMA PARS

eo. tit. Cum etiā inter clarissimos numeretur, per tex. in l. laudabiles. &l. restituēdæ. C. de aduocatis diuersorum iudi. Luc. de Pen. in l. i. C. de dignitatibus. lib. 12. Dixi in cōmentis nostris super consuetudinibus Ducatus Burgun. titulo des droitz appartenances à gens mariez. §. 19. in glos. entre nobiles. versi. aduert. & ti. des enfans de plusieurs liet. art. 4. in gl. i. versi. & ideo, &c. Imo etiam speciabilis dicitur, tex. est in l. in sacrif. 3. §. modum. C. de proximis sacrotum scribentiorum, lib. 12. Ibi, nec pro tempore virum spectabilem fisci patronum. & in authen. de iudicibus. §. vetus, in fin. ibi: id est, Apione viro spectabili & fisci aduocato. col. 6. Et tales aduocati fisci, possunt ex literis Principis illustri dignitate decorari. lege, restituendæ. §. facras. in verbo, illustrando. C. de aduocatis diuersorum iudicium. Verum, vnum ex filiis talii dignitate decorari facere poterunt, secundum text. ibi. Comites etiam merentur appellari. l. i. C. de aduocatis diuersorum iudicium. Luc. de Pen. in d. l. i. & l. mulieres. col. pen. C. de dignitatibus. lib. 12. & olim erant duo aduocati fisci (vt & hodie sunt duo in Parlamento Burgun.) vt de hoc tex. in l. binos. C. de aduocatis diuersorum iudi. Venus generalis, qui in aliqua causa contra fiscum esse non poterat. l. i. & 2. C. de aduocatis fisci, nisi in casibus. leg. fin. ff. de postulando, scilicet, in causa propria filiorum, parentum suorum, & pupillorum, quorum curam gerunt. Alter est aduocatus specialis, prout sunt aduocati fisci in Balliuatibus seu Senecallis. Qui licet in corum districtu non possint esse pro aliquo contra principem, tamen videtur per d. l. 2. esse secus in alijs. Ex quibus videbatur dicendum, quod si aliqua causa ad requestam procuratoris generalis sit devolunta in curia suprema Parlamenti, quod aduocatus fiscalis alicuius sedis particularis sit ibi postulans, vt est apud nos aduocatus in Balliuatu Diuisioni, possit esse ibi aduocatus pro priuato contra dictum procuratorem generali: De quo tamen apud nos dubitatur propter ordinationem regis Ludouici XII. num. 304. quæ prohibet aduocatis, ne postulare aut consulere habeant contra regem & iuria ipsius: unde melius erit quod se abstineant, si sit causa, quæ tangat factum regis, vt in l. 2. in fin. C. de aduocatis diuerso. iudi. Etiam est text. dicens, Quod aduocatus & procurator fisci, pro priuatis postulare possunt. l. penul. iuncta glo. & ibi Bal. C. ne fiscus vel Respubl. & Paul. in l. cum allegas. C. eod. tit. Et istud est verum, si esset stipendiarius, prout olim erat, scilicet sexcentis aureis, quæ præcipiebat ab arario publico pro salario. l. hanc. §. sexcenti autem aurei. C. de aduocatis diuerso. iud. Quoniam si hodierno tempore quosolum habet aduocati fisci in Balliuatibus apud nos triginta aut quadraginta libras Turonen. prohibentur pro priuatis postulare, ex hoc corum incommode consequentur, & egeni efficerentur,

quod est contra text. in d. §. sexcenti. & officia rerum esse eis damnoſa. Et cum labor inde est, crescit mortalis egestas, at illi morbi. Nec reperiretur, qui vellet officia exercere. Eſſolum est prohibitum per ordinationes Regne consulant contra regem: Imo, non exhibitum habere alia officia & pensiones ab prioribus, prout iudicibus & procuratoribus. vt cauerit in ordinationibus dicti Regis L. ci XII. art. 33. 34. & 35.

Olim vero tal officium etat annale. locatio. ibi: a unumq; completem. C. deatis diuerto. iudic. & post prorogatum vsq; ad annos. l. sancimus. 2. c. eod. ti. Hodie vero officia omnia officia regia sunt perpetua, quia lia: vt infra dicam, ita quod habentur in una ciariorum pro patrimonio, vt dicit G. Berg. sua repetitione. c. Rayn. in verbo, duos habetios. num. 38. extra de testam. & ibinum. 42. Quod Officiarij Francia: creat. quando Regnū cūrūt, nō possint reuocari, & ratione ibi signat. & cum hodie, viiā bis videmus aq; aut quinq; annis citra stipendia inregularitati ciarij non suerint soluta, nihilominus no aduocati & procuratores prae textu huiusmodi larum non soluti causas fisci desertere. vt dicit. d. l. i. c. de aduocatis.

Aduocatus vero fisci, ab Adriano primo statutus est, teste Budao in suis annotationem Pandectas, titulo, de officio quæstoris. ff. Erige, vt dixi, quod præcedit quoscunq; aduocati etiam co antiquiores. Quoniam maiori cœritate, argumento corum, quæ dicitur per A. inc. quoniam. 16. d. vbi infert, quod vna mons licet posterior tempore, præfert alteri, maiorem autoritatem. Facit, quia clavis designat claritatem & præminentiam homini Ioan. de Imo. & Ang. in l. qui folendo. E. redibus instituendis. dicam latius infra.

Eduerte, cum hodie (vt dixi) in causa mentea, sint duolocovnius, quod tam legij & dignitatis habet vnuſ, quantum & tantum quilibet illorum habet, quam haberet si esset. text. est in dicta l. binos. & per duos in principio. C. de aduocatis diuerso. dicum, grauiores tamen causa placentem primum, verum etiā multa negotia per mediuntur, & quisque malleret esse primus, cundus etiam in honore. Et de loco testorum in sequenti consideratione patet.

T<sup>r</sup>igesima quarta confid. Post aduocatum fisci sedere debet in foro procurator fiscus, iam ante omnes alios aduocatos simplices non habentes aliam dignitatem: cuius procurator fisci aduocatus dici potest. glo. est in notab. restituitur. in l. non intelligitur. §. ii. ff. de iure fisci. facit glo. rubricaria. C. de procuratoribus, dicit, quod procuratores sunt similes aduocatos.

lo procurator dicitur aduocatus. Spc. in rub. de  
ario. §. nūc de procuratorum. vtr. sed nunquid  
varii procuratoris. facit text. in l. i. §. aduocatos.  
f. de varijs & extraordin. cognitione. quod intellige  
verum de larga significatione, vt dictr. d. meus la  
ion in d. rub. C. de procuratoribus. Vbi ponit ali  
quas differentias inter eos, ergo sequitur, quod ali  
quibus est danda conuenientia.

Ideo maximē procurator fisci debet dictos ad  
uocatos praecedere, cum habeat dignitatē, secun  
dam Are. §. si. col. si. inst. de except. & ibi lo. Fabri  
allegat. tex. in l. i. C. de mandatis Principum. & in  
Landabile. C. de aduoc. diuersorum iud. Idem vo  
l. Roma. singu. 805. per text. quem dicit singu  
larem ad hoc in l. nemo perfectus. C. de dignitati  
ib. 12. Bonus de Curtilli in suo traēta. nobilitati  
ts. 3. par. num. 142. Et ibi ante ponit, quod Do  
ctor es aduocati non possunt exerceere officium  
procuratoris priuati, sed bene aduocati licentiat  
i possunt. Rationem ibi assignat de doctotoribus,  
Quod officium procuratoris priuati est vile, secus  
est in officio procuratoris Principis, quia tale  
officium confert dignitatē, & est nobile officium,  
vt dicit d. meus Iaf. in d. rub. & Iaco. Rebuff. in l. si  
ans procreationem. C. de cur. lib. 10. tamen et  
um loan. de Platea in l. vniuersos. C. cod. titu. de  
decimo. Quod aduocatio est dignitas, sed quia off  
ficium procuratoris immediate procedit à Prin  
cipi, ideo maius videtur esse illa dignitas quam  
aduocatorum quae non procedit à Principe, nisi  
mediata & non immediate. Ideo, ex quo causa  
proxima dignitatis procuratoris fisci, est ipse Prin  
cipis quo omnes dignitates defūndūt, vt dictū  
emphatica parte, in l. consid. & Princeps in aduo  
cato non est causa proximam in immediata, sed re  
mota, & mediata. ideo maior videtur esse autor  
itate procuratoris fisci quam simplicis aduocati,  
cum causa in mediata sit potius in consideratio  
ne quam causa mediata, vt eleganter notat Bald.  
secundum Nicol. de Neap. in l. i. col. 3. in fin. ff. fol  
iat. & Cap. in conf. 2. in his conf. criminalibus.

Educentum est, quod Fiscus est duplex, v  
niversalis & particularis, vt videmus apud nos.  
Duo sunt procuratores fisci, unus generalis, qui  
semper resideret in parlamento. Alius est Particularis  
vni in hoc Balliuatu Heduensi, vel in Balliuatu  
Dianensi, & in alijs Balliuatibus: Et his diebus  
vni in curia Parlamenti Burg. quod fuit per eam  
convenit & arrestatū procuratori fisci, in dicto  
Balliuatu Diuonensi, ne de cetero intitularetur  
procurator generalis in predicto Balliuatu, sed so  
lo procurator regius in ipso Balliuatu Diuonensi.  
Cum tantummodo ad procuratorem dicti Parl  
amenti spectet se intitulari facere procuratorem  
generalē simpliciter in tota patria & ducatu Bur  
go. Erat huiusmodi diuisione facit mentionem  
Expositus Cardinalis Alexandrinus, in tit. de pa  
rliamento firmando. ad hęc in vsib. feudorum.

col. 2. ver. quæto vrtū apud fisicum. Vbi dicit quod  
talis fisicus nullam haber iurisdictionem, & nulla  
est iurisdictione penes ipsum. Exx hac distin. gene  
ralitatis, & specialitatis infero, Quod fisicus gene  
ralis, seu procurator generalis, est praefēdus spe  
cialibus, cum species subalternetur generi. Et, vt  
videmus, apud nos obseruat, quod procurator  
generalis sedit in Curia Parlamenti inter duos  
aduocatos fiscales, & tales fiscales habent locū su  
periorem & superelevatum atq; distinctū ab alijs  
aduocatis simplicib. postulantibus in dicta Curia,  
& in alijs curijs & auditorijs huius patria: & duca  
tus Burg. puta Balliuat⁹ & Cancellarij procurator  
fisci semper praeceperit alios aduocatos simpliciter  
graduatos, quod tamen recusarunt alias Cabili  
nenses, licet ex prædictis constat quod errabant.  
Imò, quod plus est, sicut arrestatum per dictam cu  
riam supremam Burg. quod si procurator Balliu  
atus Diuonensis, interdum assisteret in ipsa cu  
ria quod sederet in loco & ordine aduocatorum,  
& ibi præcederet simplices aduocatos non haben  
tes aliam dignitatem quam aduocationis simpli  
cis, etiam si essent antiquiores eo.

Et ad vnum singulare aduertendum est, Quod  
procurator generalis Principis in aliqua prouin  
cia, est illuſtris, vt tenet Martinus Laudensis in tra  
stat. suo de officialibus dominorum. Et specialis  
in aliqua prouincia, est spectabilis, supra ita part  
dixi, in 4. consid. per tex. & ibi gloss. rub. in l. vnicā.  
C. de officio comitis orientis. Eadem ergo maiot  
erit ratio, in primo generali aduocato in aliqua  
prouincia. Et inter alios dicit Putpura. in l. i. ff. de  
officio ciui cui mandata est iurif. col. 5. & 6. Itud  
esse in procuratore generali illustrissimi Ducis  
Burgundiæ.

**T**rigesima quinta confide. sit de coactoriis  
Regijs (de quibus aliquid dixi in præcedent.  
par. in 20. consid.) Qui vulgo dicuntur receptores  
particulares in aliqua prouincia, seu in aliquo Bal  
liuatu, qui etiam multas pecunias ab ordinario  
iudice indictas colligunt & recipiunt, & bona cō  
fiscata fisico incorporant. Et teste Budæo, super ti  
tulo de officio quæstoris. ff. differt fisicus ab arario.  
Aerarium dixerunt pecuniam publicam & Imper  
rij. Fisicum vero pecuniam Imperatoris, quam do  
mainum vocamus: vnde, quia maior summa est  
pecunia publica quam priuata, factum est, vt si  
ficus pro pecunia publica, & inde confiscare dica  
tur, secundum Asconium.

Adverte tamen, quod indifferenter dicitur pa  
tronus fisci vel patronus ararij, secundum text. in  
l. pen. quæ incip. neino. C. de aduocatis diuersorū  
iud. Et hodie, quæstori, & coactores fisci, pecuniā  
publicā deferunt, binos fisicos singulis clirellarijs  
æquis imponentes, vt ait Budæus. Etiam ad hoc  
deputantur ipsi coactores, vt soluant salaria aduo  
cati & procuratores fiscales, & in hoc obseruant  
dispositionem. per hanc. §. sexcenti. C. de aduo  
catis

## SEPTIMA PARS

**C**atis diuersorū iud. scilicet, ut soluantur in calendis mensis octobris: & calendis Aprilis: & qui tantum sunt de dicta solutione de data illorū iudiciorū.

Sed an tales coactores debeant precedere in auditorio aduocatos etiam simplices? Et videtur quod si, cum habeant dignitatem ab ipso principe, ut dictum est in precedentibus considerando, de procuratore fiscali: pro quo etiam facit tex. in l. restituend. in f. C. de aduocatis diuersorū iudiciorū. & l. f. ff. de albo scribendo. Vbi dicitur quod promotus ad aliquam dignitatem a principe, potius honorandus est quam aliis, & dixi supra in l. par. in 36. conclus.

**T**rigesima sexta confid. Inter plures aduocatos post fiscales alicuius auditorij, seu sedis iudicialis, preferuntur in loco differenti habentes aliam dignitatem non habenti, eò, quia dignitas istud operatur inter alias aequales, quod praeserrut habens dignitatem non habenti, maxime in sedendo, tex. est in c. Episcopus 90. distin. facit, quia, digniorib. dignior locus habetur & q. i. c. istud. 63. di. c. metropolitan. c. statuimus extra dc maiori- ta. & obedien. Alber. de Rosate, in l. nemo. C. de offic. magistri officiorum. vbi alleg. Inno. cap. i. de maioritate & obedien. & 12. q. 2. c. Vulneranæ, & ibi glo. f. c. fi. & ibi gloss. optima. & per Archidia- co. 17. distin. in c. cum olim. extra de consuetudi- ne. Facit tex. in auth. de consuilibus. §. si vero for- fisan. ibi: eo quod honotare nobis placet dignos. & ibi glo. in verbo, dignos. collatio. 4. & tex. in §. fi. & ibi gl. fin. quæ notat, quod digniora preponen- da sunt. insti. de ciure naturali gentium & ciuii. Cui concordat. sancimus. C. de sacrosan. Ecclesijs, & c. statutum. §. i. de rescrip. in 6. & ille potius debet antecedere, qui magis potitur honore ac dignita- te. l. f. ff. dc fide instrumentorum. facit tex. in l. poti- toris. C. de offic. rectoris prouincia. Qui dicit, poti- toris gradus iudicibus ab inferiorib. competens reuerentia tribuatur. Faciunt, quæ dicit Alberic. in epistola, inter claras. C. de summa matrin. plura alia ad hoc allegat. Cäpola in tract. de Imperatorc mil- litu eligendo. in verb. ratione dignitatis. qui ponit ibi plura priuilegia dignitatis, quæ hic nō tepeto.

Ideo, aduocati tantummodo graduati, & non alii qualificati, exhibere debent reuarentiam aduocatis in dignitate constitutis: Quoniam, licet aduocati simplices (ut ita loquar) sint in dignitate, cum aduocario sit dignitas, ut dicit Io. de Pla- tea in l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. tamen, quia officium iudicis, aut aduocati fiscalis est ma- ior dignitas, quam sit simplex aduocatio, ideo talibus honor exhibendus est ab aliis. Facit l. 3. in in princip. ff. dc aliena. iudicij mutandi, &c. Et est textus, qui ad hoc multum facit in cano. fi. qui incipit: ad hoc 89. d. ibi: ut dum reuarentiam mino- res potiobus exhiberent. Ex quo videmus, quod in Parlamento huius patriæ, est ordo talis in seden- do, quo ad aduocatos non fiscales postulantes in curia, quod in priori loco sedent iudices Regij, si

qui sint, aut interdum assistant, & post eos aduocati fiscales Balliuatuum patriæ, & leuenti ordine, alii aduocati simpliciter postulantes, secundum quod insta dicitur.

Dixi tamen in casu, ex quo quidam aduocatus magister requestarum hospitij Regis, licet honores tantum, ut sunt multi, quod debet aduocatus praeccedere, per text. ad literam in qua, ut ordinarie praefectura. ibi: sive solo eos pa- cipare voluerit honore, &c. col. 5. vbi est ter- teram, quoq. etiam Princeps potest dare, non tantum ad effectum administrationis iam honoris tantum, ut sunt tales magistri starum, prout & glo. ibi in verbo, videatur, con- plificat de capellani domini Papæ.

**T**rigesima septima confid. Cum minor or- tationis praferatur maior ordine. gl. inter electionis in c. deliberatione. in prin. de c. dixi supra in 4. par. in 44. conf. Ideo aduocates cum habeant administrationem apud Curia Cancellariatus contractu, sicut & Bal- liarius, causas regis placitando in dicta Curia Ca- lariatus praeceder debent omnes alios iuu- iusdem dignitatis puta spectabilitatis. Ideo pra- dere debent locumtenentes Balliuatus, substan- tiant ut aduocati. Secus vero, vbi comparare, assistent aliquando pro causis suis, ut pro- negotio tangente factum Regis, seu Reipub. quia tunc honor esset eis defrundens. Et de hoc quæstio inter aliquos aduocatos fiscales huic tria, & locumtenentes in Balliuatuibus, non in- cum ex supradictis, & inferius deducendis potest, quid iudicandū sit. In quoque ramo- stu assistat maiores dignitate (puta illi utres per spectabiles debent eis præstare reuarentia dare locum, si commode fieri possit ab in- mento administrationis fienda perspec- vt dixi supra in 4. par. in 27. confid.

Addo tamen pro complemento ha- deratio. In sequendo communem deci- lius dubij, quis præscratur, an doctor, re- honoribus, sedendo, ambulando, vel op- que est, quod in actibus militarib. miles doctor pa- fertur, quia ibi non librorum, sed at monum- mina exercitentur in actib. vero scholastica. locis, doctor militi præfertur. l. nemoc- vel militaris. C. de summa trinitate. vpi. infra in 9. part. in 1. confid. Quod nobis patefecit Aetius poeta antiquus in Julio Cæsare in collegium poetarum venienti, non affert de quo Valerius lib. 3. tit. de fiducia sui. Nam inquit, spacio diuifus est à senatu ad poetam Aetium transitus. Is Julio Cæsari amplissimo, & flore- mo viro, in collegium Poerarum veniente, quam assurrexit, non maiestatis eius immensus. Sed quod in comparatione cōmuniū studiorū aliquando supetiorē se esse considereret. Quod

per insolentia crimine caruit. Quia ibi volumen, non imaginum certamina exercebantur. Faciunt, quæ scribuntur in 11. part. in 12. consertatione, in fine.

**T**rigesima oœta a consid. Quoniam inter aduocatos habentes dignitatem, insurgit sœpe contentio de precedentia seu prælatione, maximè euenit his diebus inter aduocatum fiscalem Balliuatus Diuionem. & locumtenentem cancellariam in dicto loco. Et iam inter duos locumentes in dict. curia cancellaria, de quibus primo diuersum.

Et pro intellectu horum locumtenentium, ad scindendum, An debeat præcedere extra locum suæ iurisdictionis aduocatos fiscales, præmitto, quod tempore quo Dux regnabat in Burgundia, & quo Du Burg non erat addicitus corona; ipse Dux Burgundie habebat ex priuilegio Regis dictam cancellariam contractuum. In qua erat deputatus, & conservatus unus gubernator, dc quo supra ista part. in 2. confid. Dixa, ad regendum dictæ cancellariam, qui singulis locis, & sedibus ubi sunt apud nos cum Balliuatus committebat locumtenentem. ad exercendam iurisdictionem. quæ tantum se extendit circa cognitionem instrumentorum gaufragiorum. & sub sigillo dictæ curia receptorum. Nunc vero à tempore, quo Christianissimus in Francia tenet dictum Ducatum Burgundie, semper remansit gubernator dictæ cancellarie, qui propriè videtur delegatus ad vniuersitatem cuiarum. Qui solitus est committere cum suis locumenten. particularibus, seu localibus, vnum locumten. generalcm, qui ex quadam vñitatem supra omnes particulares dicit se habere potestatem. Et equaliter dominus Cancellarius Francie dicit, quod à seipso dependet omnis cognitio in Francia respectu signilli cancellaria, cuius est fons, & non alii autem locumenten. dicti gubernatoris, & vice gubernator, sunt tanquam iuriuli, & iudices particularibus eo dependentes: ex quo constituit, & ordinavit locumten. particulares, etiam locumten. generalcm, prout & gubern. Et licet fuerit inter predictos locumten. particulares ipsius gubernatoris cancellaria, & locumten. domini cancellarii, quod de potestate & præminentia, & quis illorum maior esset: Tandem arrestatum est per curiam Parlamenti Burg, quod locumten. constitutus & ordinatis a prædicto domino cancellario advenientibus & presentibus cessaret potestas locumten. præfati gubernatoris: Et hoc, quia licet habeant candem dignitatem in uno, & eodem loco, tamen locumtenentes domini cancellarii, reperiunt dignitatem à maiori, ideo præfendi, & locumten. loco colloquandi sunt, vt satis notatur. in per quas, extra de maio. & obc. & ibi per Fely. Et disponunt multa exempla, quæ videri possunt. huius & pro hac decisione tex. in c. præcipimus. 93. quia substitutus à maiori, debet esse in loco ma-

ioris, quem tex. ad hoc ponderat LUD. Romanus singulati suo 340. incip. Bart. in l. si filius etiam facit, quia delegatus à Papa major delegato ab Imperatore, cum Papa major sit Imperatore, vt tenet Purpura, in rub. de officio eius cui mandata est iurisdictio. ff. co. 6. ibi. sexto, & dixi supra in 4. part. in 48. confid. Ex quo, cum istud sit decimum, quo ad tales non insisto, licet multa in hoc dici possent, quæ videretur facere contrarium, de quibus forte in sequentibus dubijs dicetur.

Ex his in seruo vnū, Quod cum ita fuerit decimus per dictam curiam supremam; quod frustra prætendebatur prælati, aut superioritas per locumten. generalcm gubernatoris dictæ cancellaria, contra locumtenentem generalem domini cancellarij in dicta Cancellaria, cum non maior videatur ratio in uno, quam in alio: & tantæ virtutis ac potentiae generalitas in suo genere, quantum specialitas in sua specie. Spec. in tit. de locato. §. tertio.

**T**rigesima nona a consid. Aliud dubium, seu a lia quæstio suborta est, ex istis locumtenentibus, sedis huiusmodi cancellaria in senatu, seu Parlamento Burg, ex quo tales locumtenentibus in reserto Diuion, voluerunt præcedere aduocatum fiscalem in Balliuatus Diuion. & alios aduocatos fiscales Balliuatum huius patriæ. Mouebantur primò ea ratione, Quoniam clarum est, vt ipsi proponunt, quod ipsi sunt iudices, etiam maiores, cum de his immediate appelleret ad curiam Parlamenti: Imb quod plus est, prædicti aduocati fiscales comparent, & assistunt in suis curijs, & adiutorij tam pro procuratore Regis, quam alijs, & ibi assistunt, vt fiscales, & tamen ibidem subsunt eis, nec præferuntur eis iudicibus. Ex quo videtur nunc inconveniens, quod in alio loco indifferenti in quo nullam maiorem habent administrationem dicti aduocati fiscales particularis, quam præfati locumten. quod ipsi aduocati eosdem præcedere debeat.

Quicquid sit, credo quod sit error, & quod non debeat præcedere dictos aduocatos fiscales ultra locum, & sedem sue iurisdictionis. Quoniam constat, quod tārum dicti possint clarissimi, vt satis ante hanc par. in 17. confid. dictum est: Ideo post aduocatos fiscales, qui sunt spectabilcs, vt hic ante dixi, ponendi sunt. Quoniam clarissimi post spectabiles enumerantur, vt patet supra in 1. confid. & per tex. in §. illo videlicet, & ibi glo. in illo verbo, & in verb. spectabiles. in auth. de app. & infra quæ tempora collatio. 4.

Facit etiam, Quia aduocati fiscales habent autoritatem à Principe, & sunt ab eo creati, & dati, & tales locumtenent. ab inferiori à Principe, ergo sunt digniores, vt in prædicti consid. dixi. & facit, quod dicit Lucas de Pen. in l. Albo. C. de decurio. lib. 10. Quod Romani in albo prius scribunt, qui dignitates, & honores iudicio Principis consecutus essent, pro quo facit l. r. ff. de albo, scrib.

## SEPTIMA PARS

**I**tem aduocati fiscales habent stipendia à Rege, prænominati vero locumtenentes nulla habent stipendia, ergo maior honor debetur eis, arg. text. in glo. pen. in c. si officia. §9. d. vbi dicit tex. & meritum probitatis stipendia anteacta testentur, & notarii ibi illagl. quod magis præsumitur pro illo, qui plura stipendia habet. allegat ad hoc tex. in l. nemo. C. de offi. magistri officiorū. vbi ait text. Is gradus ceteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. Concordata, miramur. ad finem. 61. d. vt infra plenius dicetur in 10. par. in 27. cons.

**I**tem, tales locumtenentes sunt solum delegati ad vniuersitatem causarum ab alio quam à principe. Ideo, solum iudices pedanei censendi sunt, prout dicit Spc. in tit. de iudice delega. §. 2. ver. 1. in fi. Sed pedanei iudices sunt infimi, immo etiā post clarissimos situantur, ut supra in 1. consid. huiussee partis, & pereundem Spe. in rubr. de iurisdi. omnium iud. §. 1. ver. infimi. Qui tales magistratus municipales, cum habeant solum cognitionem seu iurisdictionem vnius rei limitatę, ut sunt tales locumtenentes, qui solum cognoscunt de causis tangentibus sigillum Cancellariae prædictæ, & in hoc tantu sunt commissari domino Cancellario Franciæ, & gubernatore huiusmodi cancellariae, qui est in hoc delegatus à Principe. Igitur tales sunt pedanei, & per consequens inferiores à spectabilib. Ex quo ergo, cum aduocati fiscales sint spectabiles, sunt illis anteponeendi, ut supra dixi: igitur. Imò, propriè sunt iudiccs Chartularij, qui habent potestatem præcipendi, ut instrumenta recepta sub sigillo dictæ cancellariae executioni demandentur præcisè in vim præcepti: quod faciunt, cum recurrit ad eos, ut satis declarat Benedictus de Barzis, in suo libello de guarentigia. col. 1. & sic adhuc plus dicuntur pedanei, ut ante dictum est.

**F**acit & vterius, quia ex quo, ut dictum estantè aduocatus fischi est maior auctoritate extra locum iurisdictionis dictæ cancellariae, cum sit spectabilis, & iudices huiusmodi curia, & sedis cancellariae prædictæ sunt infimi, eo, quia pedanei ad plus non possunt esse nisi clarissimi, ideo debet præferri: cum claritas tituli designet claritatem, & honorem loci. Ioan. de Imo. & Ang. in l. qui soluendo. ff. dc hæredib. instit.

**E**t licet locumtenentes, in sua sedi præcedant aduocatos fiscales, tamē non sequitur, ut extra illa loca debet eos præcedere. Sicut dicitur de Archipresbytero, qui præredit Archidiaconum in missa, ut dictum est ante in 4. par. in 44. consi. non tamen in alijs locis: Sic, idem de locumtenente cancellariae contractuum Burg. in sua sedi, licet præcedat aduocatos fiscales, quia ibi habet administrationem, non tamen in alijs locis, in quibus non habet administrationem, & sic extra suam administrationem, vbi attenditur majoritas dignitatis, & non administratio. faciunt quæ scri-

buntur in 11. parte in 12. consider. ante finem. **V**adragesima consid. Hic adaptatur de nonnullis alijs locumtenentibus ordinariis, sive iudicibus gruariorum: hoc est magistri forestarum Hodie aut Diuion, qui habent illud officium à Pr. an tales in sede Balliuatus, aut cancellarii contractuum, seu etiā in curia Parlamenti debent secedere alios aduocatos ibi postulantes, non habentes aliquā dignitatem, præter gradū. Illud decidi ex ante dictis de locumtenentib. dictæ cancellaria. Sed vterius procedendo, quarti posse tales locumtenentes gruariorum, in alijs quam cancellariae præcedere debent locumprædictæ Cancellaria. Quia officium contractuum, & magis ordinarium, quam oīm cancellariatus videtur, quod tales locumtenentes gruariorum præcedere deberent locumtenentes Cancellaria. Eo etiam, quia creati sunt officia Regi. Alij vero non. Consilientem tamen in his attenderetur prioritas promotionis in officio, qui primò constitutus esset officialis præcederet tamen pro locumtenente, seu iudicibus in Cancellaria, quod iurisdictio eorum maiorum circa plures maiores causas & materias veritas & ex hochonorabiliorum apparere videtur. Quid enim quilibet præstet melioribus, tanto maiori & honestior est. Verba sunt in aut. de defensione ciuitatum. §. nos igitur. coll. 3.

**V**adragesima prima consid. Inter omnes existentes in adiutorio iudicis, post officia in secundo Nobiles plebeis prærendi sunt, debet sedes eorum esse paulo iudiciorum inferiores & contendentium altior. l. fi. vbi gl. not. inveni sedendi. C. vbi senatores, vel clarissimi. Idem bar. text. in l. fi. in fine. C. de officio diuersorum dicim. Dicam in seq. patt. in 38. consid. ab hac uilegijs nobilitatis tractatur.

**V**adragesima secunda consid. His bus nouissimis, creati sunt nouissimi in Regno Franciæ, qui habent potestates cancellarii testes, loco iudicium ordinarii, & dicuntur in vulgarí nostro inuestigati, hoc est amatores seu æquatores, & iudicij inuestigatores: & nulla habent stipendia seu salaria à Principiis, sed à partibus secundum ordinationes Regis, habent summam denariorum in taxata secundum vacationes per eos factas. Et quia talia officia committuntur, qui illa cuncti, & qui graduati, ex quo quisquis dubitet, an sibi iudicarij, vbi tales inuestigari dati sunt, debet præcedere aduocatos, etiā simpliciter gradus. Credo, quod non, quia cum circa quid specie intrromitant, & non habent cognitionem contractu, licet aliquam talem qualem dignitatem sequitur, eō, qd. cōstituti ad hoc à Principe, genet de coquo Principis, qui dicitur habere dignitatem, ut in proxima par. in 18. cons. dicitur: Tamen

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

187

pon est r̄sumum; q̄ præcedant graduatos aduocatos, qui & ratione aduocationis habent dignitatem, vt super dictum est, & quod ratione gradus unquam graduati ceteris non graduatis præferri debent.

Super huiusmodi præcedentia post antescritpa, inter nonnullos iuuenes aduocatos graduatos fuit contentio aduersus inquestarium, seu examinatorem in Balliuatu isto Heduen. Ita vt ab eis impugnatio seu siliastro fuerunt impletata: literæ Regis in Cancellaria Diuion. quib. mandabatur Balliuonostro, vt graduatos atēponeret dicto inquisitorio, & cundem sedere saceret in ordine, & ex procuratorum Curiæ: & cum haec discepta rem in foro, dubitatum extitit, quid super hac remientiaretur.

Elicet videretur dicendum, Ex quo (vt taſtum est) datus inquestarius habeat dignitatem à Princeps inmediatè dependentem à dignitate & potestate iudicis, qua præcedit dignitatem aduocato: cum iudices præcedere debeant aduocatos. n̄c ante dixi in 24. consideratione, & dicti inquisitorij cententur subrogari in locum iudicis quo ad examinationem testium, que competit iudicibus, vt est tex. qui multum bene facit in l. iudicis. & in auth. sequente, apud eloquentissimum. Coedide instrumentorum. Ideo ex huiusmodi subrogatione evidentur sapere naturam illius, in cuius loco subrogantur. l. si eum. §. qui in iniuria aliquis cautionibus. sed multi dicent, quod alle textus non probat, sed est bonus tex. in ea. Eccl. S. Maria. extra, vt liceat non contel. Probat tamen ille textus stipulationem accessoriè posita ab tractum regulari secundum naturam illius contractus. Ampliat ramè etiam textum ad hoc, illam regulaun Paulus, etiam si subrogatum in id creperet: quia in alijs assūmeret naturā, cuius loco subrogatur. Ita ampliar notabilitas Paulus in confi. 131. cuius initium est. licet ista & Trentinavita col. vii. quem allegat d. meus laſt. & qui in iniuriarum. Ex quib. concludendum, quod sine inquestarij prefari sint accessoriè dati iudicis, sive sint in aliquibus subrogati, licet in 25. creperant, tamen reputari debent coniudicis, & sapere naturam illorum etiā in accessorijs: Ideo fieri iudices præcedunt aduocatos. ita etiam inquestarij præcedere debent aduocatos graduatos, licet non sint graduati. Et sortè hac ratione, per alia motus vñus ex consiliarijs Parlamenti huiusmodi, & duc. Burg. executioni demandando exordiū arreſtum Curię posuit in inquestarios Balliuos Auxeti, eis sēdem, & locum ordinis dando ante aduocatos, & graduatos, licet tunc nō esent graduati.

Cedrem tamen dictos inquestarios nouiter eos in Burg. non debere præcedere graduatos & aduocantes in Curijs ante eos, quoniā clarum est esse creatos instar inquestiorū præpositū-

ræ Parisiens. in Castelletto, & aliarum sedium Regalium in Francia, vt satis constat ex creatione illorum: nec istud denegant, sed sīc est, quod ex parte disponitur ordinationib. Regis, rales examinatores non debere sedere in sede iudicis præpositi. Nec sunt aut reputantur pro aduocatis, aut notariis, ex quo tales sedes, scilicet, iudicis, & aduocatorum sint eis prohibita, obseruanda est ordinatio Regia, quæ optimis fundatur rationib. Non enim iudex est, nec se indicem dicere potest: quia nullam habet causæ cognitionem. Est enim solus executor rei sibi commissus, examinationis testium, quæ etiam alteri, quā indici committi potest, vt notatur per Alb. & alios in auth. sed iudex, Co. de Epis. & cler. Ex quo cum tabellio sit capax, & habilis ad recipiendam cōmissionem examinationis testium, etiam à iudice, & recipiendo non mutat dignitatem, quā non efficitur maior quā esset: Ideo idē videtur in Principe cōmittente examinationē testiū, quoniam videtur illam cōmittere, cum illa qualitate quā potest habere. Secus si talis examinatione alicui nō possit cōmitti, prater quā graduato aut aduocato, quia hoc casu cōmittendo alicui, licet non esset graduatus, videretur eidem conferre dignitatem ad hoc necessariā, & cum eo sup hoc dispensare. l. quidā cōsulebat. ff. de re iu. l. Vlpia. ff. de excu. tu. Scd cū nō eidem in hoc casu dat maiore dignitatē, quā habet ille cui committi potest talis examinatione testiū: Quoniam Princeps non videtur uno instanti tot specialia cōcedere, videlicet, q̄ cōmittat ei talem examinationē priuatiū ad iudicē (cui deberet cōpetere) & ultra hanc, det ei dignitatē vltra aut præter naturā aētus, quā cōmittit fieri, cū tot specialia non p̄fūsumuntur cōcurrere, argum. gl. in l. i. C. de dotis promissione, arguendo de lege mortua, quæ talia non admittit ad legem viuam (quæ est Princeps) quæ debet illam sequi in quantum potest.

**Q** Vadragesimæteria consider. Licet aduocati præfecturæ quæstorianæ, qui dicuntur aduocati in Camera computorum sint, vt alij aduocati fiscales priuilegiati, vt dicit Ioan. de Platea in l. fin. Cod. de decur. libr. 10. tamen cum apud nos, & in Camera computorum nulla aut modica habeant stipendia, Ideo extra locum sue præfecturæ quæstorianæ non debent præcedere aduocatos fiscales præsidatum: Quoniam vt prædicti supra ista parte, in 39. considerat. præseruntur, qui maiora stipendia habent data paritate, ergo multo magis præferri debent, qui habent stipendia his, qui non habent. Ex quo licet patronus Cameræ computorum præcedere debat omnes alios aduocatos solum graduatos, tamen non debet præcedere alios aduocatos fiscales, qui sunt aduocati in sede præsidii prouincia, qui dicitur Balliuus, aut Senescallos.

**Q** Vadragesima quarta confide. Inter aduocatos præferendus videtur, qui magis oꝝ natura,

## SEPTIMA PARS

& qui honestiorib. vestimentis induitus erit. unde  
vt dicit Spec. titu. de adiuvato. §. sequitur videre.  
quem index magis ornatū inspicier, maioris exi-  
stimatib. esse auroritatis, & ei assurgens salutatione  
debita, & honorifica, dicens ei, sede à dextris me-  
is: ad quod quidem tenentur. l.f. in fin. C. de offi-  
cio diuersorum iudicium. & eum præ alijs honora-  
bit, l. penul. C. eodem titu. quod forte procedit de  
ignotis & alienigenis. Sapè etenim maximè igno-  
tis vestis est causa honoris, iuxta illud.

*Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant.*

Et iuxta illud metrum.

*Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus*

*Creditur à milie, quamvis idiota sit ille.*

*Si careat ueste, nec sis uestitus honeste,*

*Nullius es laudis, quamvis sis omne quod audis.*

Ideo consuluit ibi Spec. (quem videoas) Quod  
adiuocati gerant uestem suæ professioni congruen-  
tem, & ibi scribit quibus uestibus vestiri, & quibus  
carere debent, de quo latius infra. Et quod honor  
est in habitu & uestibus, dicturus sum. Et ad propo-  
situm vide Lucam de Penna in l.2. Co. de uestibus  
oloberis, libr. ii. & dixi supra in prima parte, in 23.  
consid.

**Q**uod videtur astruendum, Quod inter adiu-  
ocatos simpliciter graduatos præferendus sit filius  
adiuocati Fisci, si sit adiuocatus in eadem sede, vbi  
alijs omnes alij cum eo sunt ciudem qualitatis.  
text. videtur esse ad literam in l. laudabile. §. i. Co.  
de adiuocatis diuerso. iudic. & in l. nemini. §. filios,  
& l. petitionem. §. filii. C. de adiuv. diuer. iud. & q  
alijs etiam æquæ bonis præferrantur, secundum tex.  
& in gl. in verbo, sumptibus. in l. iubemus. Co. co-  
tit. facit, quia doctor filius doctoris cæteros in col-  
legio præcedere debet, secundum Martinum de  
Lauda in tractatu de dignitate. conflu. 17. vbi re-  
fert ita alijs dixisse propter dictum Bald. in le. Gal-  
lus. §. quidam recte. ff. de liberis, & posthum. vbi  
etiam dicit, quod tales debet gratis doctorari. &  
cæteris paribus præferri alijs. allegata gl. in d. le. iu-  
bemus. de quo etiam vide per eundem in tract. de  
privilegio, articu. 93. Intellige tamen, prout dicit  
Luc. de Pen. in l. vnicuiq; C. de proximis sacrorum  
scrin. li. 12. col. 1. Si solito tempore legi doctrinam  
metuerunt, d. l. nemini. §. si vero. & d. l. iubemus. §.  
nec de cætero. & l. petitione. §. nec de cætero. C. de  
officio diuerso. iudicium. & si sunt facundia, & stu-  
dij serudit, & conspicui. cotit. l. per hanc, in prin-  
cipio, vel si per Principem subrogentur. l. f. §. pen.  
Co. de officio Magistri officiorum. & l. nemini. m.  
C. de re militari, lib. 12. alijs non, cum in honoribus  
simpliciter non succedatur iure hereditario.  
l. 3. §. queri. ff. de legitimi tutori. & potius sunt accep-  
tanda merita, & virtutes. c. Moyses. & c. si ergo. 8.  
quest. i. & l. honor. §. de honoribus. ff. de muneri-  
bus & honoribus. l. si quis. Co. de professoribus &  
medicis, lib. 10. & l. qui cum uno. §. granus autem.

ff. de re militari. vnuquisque secundum labo-  
ratos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates  
producit, & remunrari debet. tex. in l. fina. §. quo-  
niam ideo. C. de officio prefecti prætorio Afric.  
& c. cōcordat. tex. in l. nemo. in fi. C. de officio M.  
gistro officiorum.

**Q**uod videtur astruendum, Inter adiu-  
ocatos ciudem sedis carceris panis  
preferunt primo promoti. tex. in l. 1. & ibi. l.  
C. de consulibus, & non spargendis ab his. & c.  
l. prima. in fi. C. de præpositis faci cubiculari  
& dixi supra, in quarta parte, in 23. consider.  
etiam sint anciani supra alios, vt utr verbi  
primæ. in l. iubemus. & in principio. C. de adiu-  
ocatis diuerso. iudic. & secundum tempus recep-  
tis, & admissionis corū in aliqua Curia, & ad  
sibi vendicare, & in matricula inscribi debent.  
petitionem, in princ. C. de adiuv. diuerso.  
& l. fi. C. de adiuv. diuerso. iudicium. Et qui pri-  
matriculatus est præferri debet posterius matra-  
lato, secundum tex. in l. fi. ibi: locum iuxta mat-  
cula ordinem obtineat. C. de offic. præfeci ut  
Nam qui non sunt in matricula, sunt unquam  
priuati. notatur in leg. eos. Cod. de offic. Magis-  
tris.

Et hic ordo est ordi temporis, qui est ultimus  
& de eo non curatur, vbi locum habet ordi qual-  
itatibus: vt dicit Lucas de Penna in rub. C. vedi-  
tatum ordo seruetur. & dictum est supra in dī  
quartaparte, & inferius dicitur, vbi de ordi-  
natorum siet mentio, scilicet, in io. parte, consi-  
d.

**Q**uod videtur astruendum, Quod  
vitis vita, nobilitate, autoritate, aut scien-  
tiam, quando sunt eiusdem facultatis, alios  
cellit, præferendus est etiam alteri primo proce-  
to, notat glo. in verbo: præponimus. & ibi  
in c. placuit, in prin. 16. dist. facit c. in canonis  
dist. ideo Episcopus doctor, vel nobilis per  
primo promoto non doctori. Dominica  
et Gemi. in c. Isidorus. est ver. sub dicto ob. 1.  
Felyn. in ca. 1. extra de maiori. & obed. xxviii.  
dium Barbatiam, in cap. cum olim, in prin. de  
suetudine. Doctor etiam tardius receptus pro-  
dere debet prius promotum: Egoverò allegata  
in l. 1. C. de annonis ciuilibus, lib. 11. & ibi. l.  
facit pro scholaribus optimis contra doctores  
sufficientes.

Videtur tamen, q prædicta non faciunt  
maiorem cum extrinsecus venient, vt per  
ea remissiū do. Felyn. in d. c. 1. de major. maxime  
cum ista excellentia, & melioritas debet probari  
per qndecim testes. tex. est singularis in le. vna.  
& ibi notat gl. in verbo, superatas, C. de potius  
sacrorum scrin. lib. 12. domin. meus la. in l.  
quid. col. 4. ff. si cert. petat. in prima lectura. F. d.  
excellentia est multum consideranda, quoniam  
in multis propter excellentiam hominis, recul-

metegulis, d. meus laf. in l. iubemus. Co. de iudi-  
c. in l. repetitio. l. adm onendi. in 67. col. ff. de  
iudic. Fel. in c. super his. de accusation. dicā in fra-  
mōlissimē.

**Q**uadragesima oētaua consi. Inter aduocatos  
doctores praeferendi sunt licentiatis, & licē-  
tati baccalaureis, quoniā doctotorat eſt dignitas.  
intra in 10. par. in 26. confid. & maior est illius  
uniores, quam licentiatati, cū licentiatatus tantum  
habet potestatem docendi, regendi, & publicè le-  
gendi. nota in l. vni. C. de professoſrib. qui in vrbe,  
lib. 12. & in l. vni. C. de studijs liberali, vrbis Ro-  
man. no. lo. Fab. in §. responsa. inst. de iure natu-  
rali secundum gl. in c. i. in verbo, interpretat. ex-  
trax postulatio. Prælatotū, Et Pan. ibi, qui dicit,  
Quod doctor potest interpretari dubia illius facul-  
tatis quae est doctor, per d. le. vnā. C. de professoſ.  
Equidante doctorarum quis non potest magi-  
ster legere, nec disputare. Et si dictur licentia  
duo scholari hoc faciendi, potius sit ut addiscat,  
quam ut doceat. Ex quo magis est credendum do-  
ctor, quālicentiatato, nam licentiatus non habet  
dignitatem: sed tantū licentiam consequendi di-  
cuntur, & dignius est quod est in actu, quā q̄ in  
proleccione actus, sicut dignior est qui est cīnctus,  
q̄ amgēdus. Licet quandoq; habatur p̄ cīncto.  
et cīnctus, & de p̄cedētia doctori ad licētia  
us, & licentiatorū ad baccalaureos, in Cōmento  
ib. supet concordatis. in tit. de collationib.

**Q**uadragesima nona confid. Aduocati expul-  
chritudine laude conſequi videntur, & pro-  
prietate commenſabiles fiunt, ex emplo luxuria  
n. Papinianum iuris consultum acutissimum  
etiam omnī omni alio laudis genere, à quo lau-  
di potuſſer) ex pulchritudine, veluti summo  
præconio commendauit pulcherrimum  
q̄um nuncupans in proœ. digest. §. 3. versic. vobis  
z. Et licet Albert. & Angelus ibi ad decorum  
fæcere. & animi referant, tanč ad corporis pul-  
chritudinem & elegantiam referri potest, cum &  
q̄a plurimum pollet ad felicitatem habendam,  
ut ait Arist. lib. 1. Ethicorum cap. 8. Non satis  
felicitatem idoneus, qui deformis est aut  
ugor, & refert Bald. in superscriptione dicti  
prostern. in verbo, Flanius. in additio. quod de-  
cororis confort ad felicitatem in hoc mun-  
to. et tanti fecit Alex. pulchritudinē, vt in consi.  
no. inc. ponderatis his. col. 2. li. 6. consulerit no-  
tum diuitemque mulierem deſormem, quæ  
speciem que in piam formosum ſibi matrimo-  
niuſ defondit, non videti nupſile indigno, cū  
arbitrari nobilitas, & diuitiarum copia cū  
famaviri compensari, vt notat in ſimiſ Bal. & a-  
l. in c. ſuper eod. le ſecund. de testib. & de pulchri-  
tudine diximus 9. 11. & in ſecunda partibus huius  
modi.

**Q**uinquagesima prima confid. Scindendum est, quod  
in quolibet auditorio, vbi redditur iurisdi-

ctio per magistratum, debet esse notarius ſeu scri-  
ba, qui apud nos dicitur grapharius. Quia indicis  
officium abſque notario ſeu ſcriba commode ex-  
erceri non potest. probat tex. in ca. quoniam con-  
tra ſalfam. de probationibus. extra, & ibi docto-  
res. Persona enim publica eſt, vt dicit ibi text. &  
Panor. & dicitur habere officium honoris. vt eſt  
tex. in l. 1. & 2. Co. de primicerio, lib. 12. & habent  
Ecclesiastici 9. In manu Dei potestas hominis eſt,  
& ſuper faciem ſcribæ imponit honorem. Gui-  
avere. iu. euuele. Vbi dicit se omnia facturum,  
qui perire reconsulitos facta sunt. Quia ab ipso om-  
nibus imparitur auctoritas, facit tex. in c. aposto-  
la. de præb. in 6. & quæ dicit Fel. per illa iura, & in  
cam accessissent, in tub. de consti. dum loquitur  
a Princepe, confirmante statuta sui inferioris.  
Et illa nobilitas apud nos tam in vim scientia: le-  
gibus quam doctoratus, satis practicatur in voce,  
loquentia, maximè apud Diuionenses: quia om-  
nes aduocati, & doctores Diuionen. dicunt se in  
vniuersitate nobiles, & sapientes, non tamen per  
exempti sunt à munib. prout nobiles ori-  
gines, qui excusatur ab omnibus subsidijs, impo-  
nibus, & senagijs Principis. Dicā de hac scien-  
tia amplius, quando tractabo quod ceteris  
subducuntur; et præferenda propter multa, quan-  
nam ordinem literatorum inter se.

Dicitur tertia confide. Nobilitas etiam ex a-  
lia virtute, quam ex supradictis caufatur, &  
generaliter ex quacunq; virtute, vt ait Salustius  
egurthino: quamuis virtus, & sapientia con-  
seruantur, vt qd de vna dicuntur, de reliqua dictum  
attingatur, Hiet. ad Celantiam. Et summa apud  
Deum nobilitas est claram esse virtutibus: Vnde  
et apud Deum maior est, qui iustior, non econ-  
tra adest in c. multi. in fin. Ioh. And. in c. vene-  
tia, circa medium. de præben. in nouella. Et  
cum virtutum opera, viros eminentes in hac  
vita constituant. 23. q. 4. c. si non ex fidei. ad hoc et-  
tame et studijs. extra de præsum. Vnde, vt dicit  
Lucas de Pen. in d.l. mulieres. Nobilitas nihil aliud  
quam habitus opetatioq; virtutis in homine,  
in hac specie, illa citriam nobilitas, quæ ex bonis  
zumb procedit includatur, iuxta illud:

Degenerant homines virtutis suntq; minores.

Exaltare virtus nobilitando genus.

Id est etiam Ouidius de Ponto. lib. i.  
Non censas, nec opes nec clarum nomen aurum,  
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit. Et alibi:  
Nobilitas sola est aurum que moribus ornat,  
Exaltare velis si quos insignat honestas.  
Qua sublimet apex morum licet ampla facultas,

. Et patriæ destr. & gloria sanguinis alti.  
Virtus nobilitat animum, virtute remotus  
Migrat in exilium nobilitatis honor.  
Nobilitas animi sola est atque unica virtus.

Et vt dicit Bal. in l. 2. C. de commer. & merca.  
Quicunque est virtute præditus, est nobilis. &, vt  
dicit Host. in summa de inst. §. si quis institui. circa  
prin. Nō genus nobilitat hominem, sed virtutes,  
& videntur probari in l. i. C. de cond. in hor. publi.  
ibi, nobilis prudens. & ibi Bar. & lo. de Pl. lib. i.

Et haec est vera nobilitas, quæ plus est commen-  
danda, quam illa, qua habetur à parentibus, vt di-  
cam infra: Imo hec progreditur ad parentes. Vnde  
de Tullius 3. de off. M. Caton sententiam dixit. Hu-  
ius nostri Catonis pater, vt enim ceteri ex patrib.  
sic hic, qui illud meruit ex filio, est nominandus.  
Ita dicit Luc. de Pen. in l. mulieres, in 2. col. C. de  
dignitat. lib. 12. Et facit, quod supra dixi in parte  
præcedente, vbi dixi, quod filius aduocati fisci est  
ceteris præferendus.

**D**ecima quarta confid. Etiam nobilitas causa-  
tur ex quacunque dignitate: & de ista habet  
ur plenē in l. i. C. de dignitate. lib. 12. Quoniam, vt  
ample dicit Bar. in d.l. i. dignitas & nobilitas idem  
sunt. Quandoque maximè accipitur prout facit  
quem differre à plebeis, de quo loquitur in d.l. i. &  
etiam hic est intentum nostrum, & illud probat  
sic: Sola dignitas est illa, quæ facit à plebeis differ-  
re. l. i. in fi. & l. 3. §. tutorcs. ff. de suspectis tur. vbi la-  
cob. de Arena ponit, quod omnis carens dignitate,  
est plebeius, aliis qui est in dignitate, desi-  
nit esse plebeius, probatur in leg. ne quis. C. vt  
nemo priuatus. Illud ergo, quod secundum mo-  
res nostros appellatur nobilitas, illud idem est di-  
gnitas, quæ facit quem nō esse plebeium. Propter-  
ea, vt dicit Bart. hoc videtur esse expressum in §.  
plebitum. inst. de iure naturali gent. & ciuil.  
vbi dicit gl. quod plebs continet omnes, exceptis  
nobilibus. Et in tex. d. §. appellatur nobilis patri-  
ci, & senatores, quæ habent dignitatem. facit l.  
plebs. in prin. ff. de verb. signifi. & ita concludit ibi  
Bart. Licet quodammodo videatur arguere intel-  
ligendo alio modo dictum plebitum, quicunque vi-  
deas. Et vt dicit Lucas de Penna in d.l. mulieres.  
ista nobilitas extenditur etiam ad liberos: vnde su-  
ceptus ex patre clarissimo, ob dignitatem retinet  
nobilitatem, per d.l. i. C. de digni. Et, vt dicit, hoc  
progreditur etiam in ascendentibus: vnde pater no-  
bilitatur ex nobilitate filii, in auth. cōstirutio, quæ  
de dignitate. §. generaliter. Et idem dicit esse de no-  
bilitate, quæ prouenit ex virtute, & sciētia, de qua  
hic ante dixi.

**D**ecima quinta confid. Etiam nobilitas causa-  
tur ex Ducatu, Comitatu, Baroniu, vel do-  
minio huiusmodi: Et quanto maior est dignitas,  
tanto magis est nobilis, & de his maioribus digni-  
tibus dixi suprà in part. præcedente, vbi posui  
de Ducibus, comitibus, Marchionibus. Hic ve-

## O C T A V A P A R S

rotantum loquar de Baronij, & alia dignitate simili, vel inferiori.

Sed quia supra promisi hie loqui de Baronia, & Principatu, videndum est, quis Baro, & quis Princeps dicatur. Nam Franciscus de Curte junior in suo tracta, feud. in 2. part. colum. 28. ver. sed quia gloss. & doct. dicit post Barbat in rep. extra uag. volentes illum allegando, non reperire textum formaliter in iure exprimentem hoc nomen Baro, & subiicit, quod text. in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, comes, videretur racite exprimere hoc nomine, dum dicit: Qui vero à Principe, vel à plebe aliqua, aut plebis parte, per feudum fuerit inuenitus, is capitaneus appellatur, qui propriè Valuas or magnus appellabatur. Nam, vt dicit, si ille textus recte ponderetur, importat hominem inferiorem à comite: & sic videretur intelligendus de Barone. Et ad hoc adducunt Bal. in c. 1. in prin. qui scudum dare possunt. dum dicit, Sunt quos vulgo Barones appellantur. & refert quandam magnum doctorem sic dixisse in sua summa.

Addit Franciscus ultra Barbatiam, quod illud probatur in illo text. iunctaglo. & eo quod voluit Dominicus de S. Gemi. in c. fundamenta. circa s. de elect. in 6. Nam tex. ibi facit mentionem de Barone. Et glo. declarat, quis dicatur Dux, Marchio, Comes. nō autem declarat quis dicitur Baro, sed beneclarat quis dicatur Capitanus: & tamen Dominicus de S. Gemi. ibi dicit, quod differentia sit inter Princeps, & Barone, & in gl. ergo sentit exprestè, quod Capitanus dicatur Baro: & itam eandem opinionem etiam tenet Aluar. in d. c. 1. in 2. coiuin. quis dicatur Dux, Marchio. Et vt dicit idem Franciscus ibi, Baro dicitur à Baro, latine vero grauis. Et etiam dicit Alb. de Rosa. in suo dictio. in verb. Baro, ponit, quod Baro est vir fortis, à quo fit diuinatuum Barunculus.

Et licet supera dixerim, quod ex ordine literæ ex supra scriptione, ea. grandi. de supplen. negligenter. Barones videntur debere præferri coniubis, tamen est fortis tex. in contrarium, in d. ea. fundamenta. de elect. in 6. vbi præponuntur comites Baronibus, & ibi argueretur ab ordine literæ. Et maior est autoritas scripturae dispositionis, quam subscriptiōnis. Et de his vide supra in 5. part. in 47. confid. Mihi videtur, quicquidisti boni patres dixerint, quod hodie Baronia sit quædam dignitas inter nobiles, habens quædam præminentiam inter solos simplices nobiles, post principatus ex consuetudine introductam, & ex quædam modo videnti diuersimodo secundum diuersas patrias. Et apud nos propriè Barones dicitur tales, qui habent præminentiam aliquam ultra simplices nobiles, & subsunt sub ducibus aut comitibus. Cum, ut veraciter Dux dici possit, debet habere decem

comites sub se, sicut Archiepiscopus debet habere decem Episcopos sub se, & Rex debet habere cem Duces sub se, seu decem Ducatus dig. tab. extra de restib. & facit text. in c. scut. 2. Dux verò comites, & consequenter comes, qui in quantum habet maiores sub se, tum est maior: sic etiam Baro in quantum sub se, tres valios, seu fundatarios habet, sic major. Quando enim quisque maiorib. præcepit maior, & honestior est. in auth. de dicitatū. s. nos igitur. Vnde & illud: Gloria lata gente, & in diminutione populi cōtra cipis. 1. q. 4. s. his ita ver. Item Daud. & quia iora quist: a stat. rato ipse maior est. de cōtra 5. ca. de his vero. Et Salustius in proc. mo. narij, Maxim: am gloriam in maximo impetu, tauere.

Apud nos etiam est adhuc alias terminis & consuetudinariis, qui dicitur Baron banneretz. Qui videlicet dici debent, quod Banneria, que apud nos Vexillum, ante eorum dominū portare posse. Et tales Barones ex consuetudine nostra rei potestatem habent, quædam simplices & habentes solum iurisdictionem omnino. Quoniam etiam in patibulis, seu turcis, demonstratur diversitas, eo quia eorum pati possunt facere adificari cum quatuor pilari & summitate ascendentibus: simplices vero nobis haec patibula faciunt duobus, pilariis, seu columnis, aut cum una columna, seu potentia. Et si Barones etiā apud nos habent sigillum proprium & Balliuos, qui sunt iudices, ad quos at eos stellianis, seu præpositis appellantur, & debent di Balliuos, ad Balliuum Principis.

Apud Neapolitanos vero, omnes quædam habentes iurisdictionem in suis oppidis, & castellis, & cunctur Barones, & de his merem oportem videntur in suis locis emblemata & ritibus Neapolitanorum nobilium locorum dicuntur.

In multis etiam locis Francia non dicitur Baronia, nisi habeat quatuor castellana sub sua spira, & fundatiū, aut Ecclesiam collegiatam, & sigillo authentico. Et hoc modo cum tales niantur, credo eas esse dignitates præcipue simplicem nobilitatem, & post Comitatus.

De dignitate vero principatus specie, credo eam etiam introductam fusile ex consuetudine, & esse maiorem Baronia, quia licet non habet totum imperialia, & regalia, habet tamē auctoritatem ex consuetudine, aut ex priuilegio, ut est p. f. t. Orég. P. de Monti, & Achala, qui habent regalia: vt videb. & dixi sup. in 5. part. in 47. Cū habeant Parlamenta, & alia regalia, & apud nos quicquid sit ex consuetudo. nostra, excedunt dignitatē Baronia, & quasi ad quantum Comitatus.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

194

hic consuetudini standum erit, cum in talibus  
etatu operetur, ut dicit Bal. in c. l. §. marchio. in  
de his quifeud dare posse & dixi supra in pluribus  
osque non repeto breuitatis causa.

Aduertatur tamen ad id, quod dicit Jacobinus  
de San. Geor. in tract. de feudiis. in verb. Princeps.  
Videlicet ponit, qua hic non transporto. Et vide  
tum quia posui in consuetudinibus nostris duca  
Burgon. in tit. des. iustices & droitz diceles. in §. s.  
in §. d'prince. vbi ponitur diffinitio huius dictio  
nis Princeps.

Eredeundo ad propositum, vnde digressi su  
mum ex Baronia, vel dominio huiusmodi, qd  
domus habet in houines, & fideles suos, censetur  
dare dignitatem, etiam si castru habeat digni  
tatem, ratione cuius dignitatis præfertur omnib.  
aut nobilibus.

Hinc videmus, quod in hac diocepsi Heduen. in  
tronu Episcopi Heduen. si assitant nobiles, pre  
sumunt omnibus quatuor, qui dicuntur Baro  
nes, videlicet Baro de Sullyaco, Baro de Luxiaco,  
et de Motha S. Ioan. & Baro de Monte Pe  
tro. Qui tanquam primi huius dieccesis, eō,  
et Barones præferuntur quibuscumq; nobilib.  
debetinum primum locum, tam in ambulando  
et Episcopo, aut iuxta Episcopū, quam in por  
to Carthedra, seu tangendo, aut palliū portan  
do, quo denotatur, quod ista Baronia habet alii  
spicere inenitie vltra alios nobiles.

Et dicit Luc. de Pen. Hæc nobilitas non qua  
terialio feudo, quam in quo sunt vasalli, & fi  
lii, secundum Andraem de Iser. in ti. de capita  
curiam vendidit. in c. i. in fin. in vsl. feud. Ita  
quidem, quod nō sint modici numero, sed multi,  
ut triple And. in vsl. feud. in ti. quib. modis feu  
di amittantur. Imo etiā in numero copioso, cō  
sideratum digniratis, seu nobilitatis est habe  
bitudinos. in auth. vt iudices sine quoquo suffra  
go nolumus diuites & locupletes. cod. tit. §. i. Et  
quoniam quisq; maioribus præst, ranto maior est,  
videlicite.

Et dicit Luc. de Pen. in d. l. mulieres, non di  
cet nobilitas ex infudatione, nisi sit à Prin  
cipi. in c. i. quis dicitur Dux, Marchio, & in l. i.  
Ced. mestri. & protectoribus. & quod ibi not. &  
l. l. de præpositis laborum, lib. 12. & in l. viiuer  
is Cedecurio. lib. 10. in medio glost. illius, ibi:  
cum enim tale officium sit à Principibus.

A Regenium emanat origo dignitatum tem  
poralium, vt sentit Orosius ad Augusti. ad hoc c.  
ta dominus 19. dist. tamen dicit etiam Bal. in col.  
9. in 2. col. in 2. vol. Quod qui ex priuilegio, vel a  
universitate habet dicitur nobilis: de quo  
in commentariis nostrarum confucudinum  
hoc Bur. ti. des droitz & apparten. agens mariez.  
long. entre reges nobilcs, vers. 4. vbi etiam quæ  
dixi de nobilitate.

Hinc est, quod secundum nobilc nobilitat suum

possessorem. Alua. & Jacob. de Beluiso in prælu  
dijs feudorum. in prin. in 10. col. titu. quis feudum  
dare possunt.

Et dicitur nobilc feendum antiquum, quod est  
in feudatum nobili à Princeps, scilicet sialteri, quo  
niam nobilis iētu oculi non nascitur, secundum  
Bal. in præludijs feudorum in decima divisione.  
alleg. l. st̄minata. ff. de gradibus cognatio. sequir  
tur Dec. in confi. 53. col. 2. post mediū. de quo am  
ple per Bonum de Curtili in suo tract. nobilitatis  
in 3. par. num. 200. & 201.

Aduertendum est tamen etiam ad id, quod di  
cit Luc. de Pen. in l. cum neq;. C. de incolis. lib. 10.  
quod si rusticus emat feendum nobile, non ex hoc  
fit nobilis: Res enim à persona sumit condicio  
nem, & honorem, & non econtra. I. iustissime. ff.  
de adiutorio edito. l. l. C. de imponē. lucra. descri  
ptio. lib. 10.

Aduertendum est etiam, ad huiusmodi Baro  
nes, quod præcedūt milites. c. venerabilis. de con  
firmatio. vtili vel inutili. in subscriptio. & Barb. in  
confi. 57. col. 2. in fin. cum seq. in 2. vol.

Et Luc. de Pen. in l. fin. C. de mancipijs. & colo  
nis patrimo. lib. 10. vbi dicit, qd cum Reges habe  
rent plures filios, nec omnes reges facere possent,  
eo, quod regnum fectionem non patitur. Inno. &  
alij in ea. licet de voto, & vni administratio regni  
est cōmittenda. Arch. 2. q. 7. §. idem obiectur. do  
nabat eis ampla castra cum iurisdictione & Im  
perio, inde vocabantur Barones, id est, Filii alij  
excelsiores secundum eum, & pro hoc est bonus  
tex. in extrauganti, volentes, ver. Comites, Baro  
nes, & Nobiles, & ibi And. Barb. in sua eleganti re  
petitio. Et licet text. in subscriptione c. grandi. su  
pra alleg. præponat Barones Comitibus, tamen  
comites sunt præfendi: vrdixi supra in 5. part. vt  
etiam tenet Fran. de Curt. in tract. suo feudorum.  
in 2. part. prin. ver. principaliter videndum est, nisi  
tamen tales Barones essent filii Principum, quia  
etiam præferri debent comitib. sicut comites filij  
Regum præferuntur alij Ducib. dixi supra in 5. part.

**D**ecima sexta consi. Causatur interdum nobi  
litas ex communī opinione, puta, si aliquis  
cōmuniter pro nobili habeatur. l. cum de lanio  
nis. §. asinam. ff. dc fundo instruēto, instrumento  
que legato. l. l. §. i. ff. dc fluminibus. l. fin. ad finem,  
C. si seruus, aut libertinus ad decurio. aspira. & C.  
mandari. l. si pro ea. in prin.

Et horum nobilium, infinitus est numerus, &  
tales non sunt veri nobiles, sed asserti tales: vt di  
cit Luc. de Pen. in d. l. mulieres. in 3. col. C. de dign.  
lib. 12. Nihil enim stultius est, quā sentire opinio  
ne vulgi aliquam esse beatum, vt ait Tul. de c. Sed  
huiusmodi assertiones quandoq; sunt mendose,  
vt facit tex. in l. si priuatus. in 2. responso. ff. qui &  
quib. & ff. de offi. pratoris. l. Barbarius. Sic etiam  
falsa erat assertio, quam de Iesu turbæ faciebant.  
Nam alij dicebant ipsum esse prophetam. Alij Io.

Cc 2 Baptista,

## O C T A V A P A R S

Baptistam, & dieitur **Luc. 9.** Dicit tamē Fel. in hoc in c. super eo. de testib. col. 3. quod in hārēdo communi opin. vulgarium, secūdum quam verba intelligi debent, cum de nobilitate sit mentio, intelligitur de nobilitate generis. not. Matthæus Mattheillanus notabilis suo 103. in c. not. quod si capitulum. Quod an sit verum, vide Bonum de Curtilli in d. suo tract. in 3. par. num. 179. & 180. Vbi arguit in contrarium, eō, quia verba sunt intelligēda, secundum modum loquendi peritorum, & videatur ibi. non insīto.

Et ideo hoc casu, dicit Soc. cons. suo 246. col. 2. vcr. prima ratio, quod non sufficit in tali casu dicere, quod talis est nobilis, lino etiam dici debet, & talis reputatur. Faciunt quæ dicit d. meus lat. post Bar. & alios in l. i. C. de testam. Vbi dicit, quod non sufficit, quod dicatur, quod testis est infamis, aut excommunicatus: sed eriam requiritur, quod dicatur, quod talis tenetur & reputatur. Idem tenet Bar. in l. si arbitrio. C. de sententijs. & in l. cum ad testium. §. 1 & in l. cum lege. ff. de testa.

Et ad prædicta faciunt, quæ dicit Pau. de Cast. consi. 107. col. 2. & 3. alleg. per Arclii. in e. 1. de consuetudine, lib. 6. Phili. Dec. in c. nouit. in 6. notab. de iud. & in l. scemina. in 9. col. ff. de reg. iur. Rochus de Curte in repe. c. fi. col. 16. ver. 7. insertur. de consuetudine. Alb. de Rosa. in l. part. statutorum. q. 137. Facit tex. in l. i. §. quotidiana. ff. de aqua quotid. & cœliua. Facit quod dicir idem Dec. in c. ad auress. in prin. extra de rescript. Faciunt, quæ dicit Host. Ant. de But. & Abbas postulatios in c. illud. de præscript. Bal. in l. siue possidetis. in 4. opposit. C. de probatio. cum similibus per do. Decimum addutis in consi. 118. col. 1. ad si. Et do. Franciscum Balbum in suo tractatu de præscrip. in 3. par. in 17. col. in fin. ver. 3. præmisit. Vbi dicunt, quod si quis longe tempore fuit reputatus clericus, & in possessione beneficij etiam curati, habet intentionem fundaram, & clericus præsumitur, & rector beneficij.

Et ideo hæc nobilitas probari potest per famam, quod fama est, quod talis reputatur nobilis. Bal. in l. prouidendum. C. de postulatio. Ale. in additio. ad Bar. in l. de minore. §. tormenta. col. pen. ff. de qua. sequitur idem do. Dec. in e. 1. in 4. col. in prin. ver. 2. casus extra de appell.

De hac materia, quomodo ex communi opinione, & reputatione quis probatur nobilis, vide Bonum de Curt. in tract. suo nobilitatis, in 3. part. nu. 160. 161. 162. Et alium modum nobilitatis probandæ ponit Car. Alex. in c. per venerabilem. §. & autem col. 22. cum seq. extra qui filij legitim.

Faciunt & vitra, quæ dicit Bart. Coepo. in suo tract. de imperato. mili. eligendo, in verbo, nobilitatis. ver. 11. sicut opinio. Vbi dicit, quod statuta & consuetudines loci, faciunt quem esse nobilem, qui alijs non eset, Quia ibi ratione statuti, aut consuetudinis, reputatur talis, vt est apud Venetos,

& Florentinos, apud quos ex eorū statutis, & consuetudinibus, reputantur nobiles tales, qui quæ de iure non esent: & hoc dicit probari in l. i. ff. de munib. & honorib. Et hoc senit Bar. in vni. Cod. de mulieribus. in quo loco. libr. 10. c. 2. colum. ver. sed quarto, quæ dicuntur. ver. ver. secundum. Vbi dicit, quod honor est ille, & reputatur in loco, & sic officium in uno loco putatur honor, alibi non alleg. I. numerum, & principium, ibi: calendarij quoque, ff. & neirus & honoribus. Vbi hoc optime probatur. Et faciunt, quæ dicit lean. de lino. in cap. dta, in fin. extra de præbendis, quod ad diuidam dignitatem secularem attendenda est, sicut attenditur in beneficiis Ecclesiasticis, per ea, quæ habent in c. cum olim. ex iud. suctu.

Et ideo, vt dicit Cœpo. in loco supra alleg. apud exterias gentes sint in hoc diuerse conditiae, necesse est, vt diuersis modis nobiles contendantur, & in casu prædicto, vt dicit ibi, nobis sunt ex statuto, vel consuetudine, qui admittuntur ad consilia, & officia, non comprehendunt Bastardi, & spuri, vt notat Bal. in l. cum legit. ff. de starutis, & imaginibus. Aluar. in c. 1. in ann. col. in prin. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, & vñibus seudo. dixi in commentariis nostris non consuetudinibus Duc. Burg. ti. des successions in Bastardz. §. 3. in gl. 1. in fine. Vbi dixi, quod ex consuetudine Francie Bastardi retinent nomen, & possunt portare nomen, & armam domini pro hoc etiā videarur Bonus de Curtilli in d. me in 4. par. num. 45. & 46. vbi ampliè.

Vnde, vt dicit tex. in l. generaliter. §. spuri de decur. Spurij ad honores, & decurionares admittuntur, nec etiam ad beneficia. c. cum etiis de electio. propter tamen sua merita, & commendatos mores, nequum ad beatitudinem simplicia. Imo etiam ad maiores dignissimi Pontificatus sedem, admittuntur. cap. p. o. Sed & hoc intelligendum. 56. dist. p. i. h. r. runt Felix III. natione Romanus, qui ex F. aptre presbytero fuit, Gelasius natione Africano Episcopo Valerio natus est, Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Quamplures etiam alij fuerunt ex sacerdotibus nati Apolitice sedi praefecti. Dc quibus in c. Osyr. 56. dist. Dicunt tamen la. de Turreere. quod licet tales fuerint filii acerdotum, non tamen erat spuri, quia fuerant nati in laicali statu parentum, & antequam ad ecclesias ordines suissent promoti.

Hinc & vltterius idem Cœpo. in d. tractauerit, nobilitatis. in 18. opinione quod consuetudines & statuta Venetorum faciunt aliquos nobiles, qui alias de iure non esent nobiles: quoniam, vt dicit, licet mereatura impedit nobilitatem, nam apud eos si fuerint de senatu corum, vel de ceteris

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

195

kniliis, & si exerceant mercaturam, non perdūt nobilitatem ex statutis, & consuetudine illorum, quod dicit esse verum, si exerceant mercaturam magnam, & copiosam, secus si est tenuis, & vilis, silenter videtur M. Tul. Cicero in lib. de officijs. Tamen quicquid sit mercatura: est contraria noscere, cum eis sit interdicta l. nobiliores. Co. de commercijs & mercatorib. Et de hac nobilitate Veneturum non obstat. corum mercatura, eiā mea: Bonus de Curti, in dict. suo tract. 3. part. nu. 24. & 135.

**D**ecima-septima consid. Nobilitas causat, & inducit ex Principis concessione, sive priuilegio, quod potest facere Princeps, secundum l. sacrilegij. C. de diuersis rescriptis. facit tex. ac cum redemptor. 12. q. 2. & in l. 2 & fi. ff. de natura relatuin.

Eratlis sic nobilitatus à Principe non perdit in i. popularium. Bar. in l. Alexandrinus. C. de decu. 120. facit. quod fauore. C. de legib. cum vulga- re. Nobilis effectus popularis non perdit nobili- tum. Alex. in consi. 37. in 5. vol. Bal. in l. per adop- tionem. ff. de adoptio.

Contrarium tamen in hoc videtur decisum in statuto intitulato, Speculum humanæ vita: lib. 2. dicens: Non rectè dici posse, Principe in sua iurare eos efficerem posse nobiles, qui explibe- norti sint parentibus. Vnde requisitum quadam die plurimumque lacesitum precibus Sigismundum Cesarem à quadam plebeio sibi admodum electo, vt illum nobilem facret, respondisse qui non in dōctē, sed prudenter ac facetē: Refert enim quidem, aut exemptum, te facere, nobi- litatem minimē.

Sequitur tamen opinionem Bal. in d.l. sacrilegij, quam eam opinionem securius est Bon⁹ de Cur. in tract. nobilitatis, in 3. par. nu. 126. 127. 128. & 129. Vbi amplas ponit remissiones quomodo in- struit statutum, quod nobiles & equiparentur popularib. De quo per Alex. in consi. 108. col. 4. in 3. vol. & per cundem in l. sub conditione. ff. de li- ber. & poth.

In statutum seu consuetudo faciens mentio- nem de nobilibus comprehendat tales, licet Fel. in capl. pereod. de testib. in 3. colum. dicat. Quod interendo communis opinioni vulgarium, secun- dum quam verba debent intelligi cum de nobili- tate finitum, intelligitur de nobilitate generis, pournotar etiam Matheſillan⁹ notabili suo 103. act. no. quod si capitulum. & Pau. de Cast. consil. as. & dixi supra.

Cum autem consuetudines in ducatu Burgun- dia habeamus dantes quādam priuilegia nobili- tam in §. 19. in tit. Desdroitz, & appertenant. à gress mariez quādam in tit. Des enfans de plusieurs act. 5.-4. cuni sequi. Eō, quia sunt factae à viris do- cte & literatis, vt patet in proœmio illarum, I- deo debent intelligi de quaunque nobilitate iu-

ridica, ed, quia verba à doctis prolatas sunt intelligenda, secundum loquendi modum peritorum. glo. Vbi Bar. no. in l. quid si nepotes. quam Bar. legit cum l. si quis filiabus. ff. de rest. tutela. Alcxan. consi. 82. in 1. vol. & ita in simili casu arguit Barba. in rep. extrauganti, violentes. in verbo, nobiles. & in consi. 57. in 3. & 5. col. & consi. 135. 1. col. 2. volu. De quo plenē per Bonum de Curt. in d. suo tract. de nobilitate in 3. par. nu. 179. & nu. 180. vbi amplē de materia, quā nobilitas comprehendatur in sta- tuto mētionem faciente de nobilitate. In casu ta- men nostrarum consuetudinum supra mentiona- to quādam dixi ibi.

Sed aduerte ad prædicta, quod si quis nobilita- tur à Principe, gaudet priuilegio nobilitatis, si ex- erceat actus nobilitatis, & non aliās. Ex quo dixi in casu de quādam populari alicuius ciuitatis, qui licet fuisset nobilitatus à Principe, tamen quia a- cts nobilium non exercebat, Imo semper cum popularibus morabatur more popularis: & ipse, & vxor eius vestibus popularibus semper vestiebā- tur, & debeat reputari populares, & non nobi- les, cō, quia in hoc quo ad tales, est diuersitas ha- bitus.

Nam mulieres nobilium solent portare in ca- pite torera ex veluto, mulieres vero popularium portare solent caput ex panno lanceo, & ista est notoria, & manifesta differentia, quæ fit inter prædictas mulieres: Nam ed, quia habitus demon- strat qualitatem, & dignitatem personæ descrevit, vt ex multis colligitur in l. murileguli. Cod. de murilegulis, lib. 11. facit tex. in ca. siudex laicus. de sentent. exc. in 6. & mouebar argumento corum, quæ dicit Anton. de Bur. in cap. cuin desideres. ex- tra de sent. excom. Bald. in l. 1. Cod. de iuris, & facti igno. & in l. militem. C. de procu. Saly. in l. nō pro- hubentur. C. qui accusare non posse. Quod milites, non exercentes militiam non gaudent priuilegiis militum. facit tex. in l. fi. ibi: pristinum exerceat. ff. de excu. tut. faciunt, quæ dicit Card. Flor. in c. 1. in 9. questio. extra de celebra. missarum. Dixi in prædictis nostris Commentarijs in §. 19. supra iam allegato.

Faciunt & alia, quæ dicit Bonus de Curt. in prædicto suo tract. par. 3. nu. 87. vsque ad nu. 91. vbi di- cit, Tales, qui gratia Principis nobilitatem acqui- runt, licet sint descripti in matricula nobilium, si tamen non agant actus nobilium, non gaudent priuilegiis nobilium, nec comprehenduntur in sta- tuto faciente mentionem de nobilibus.

**D**ecimaoctaua consid. Nobilitas eriam causa tur ex loco, Quoniam cuius ex vrbe splendida oriundus nobilis est. facit c. nos qui. 40. dist. & c. il- lud. & c. Adam facit. l. non tantum. §. 1. ff. de excus. tur. facit l. seruos. C. ad l. Iul. devi publica. facit in l. vrbe. ff. de sta. homi. &, vt dicit Bald. in leg. 2. Co. de Alex. primat. libr. 11. quod melius est esse popu- larem nobilis ciuitatis, quā nobilē estē mediocris

## O C T A V A P A R S

civitatis. Et ibi etiam Iacob. Rebusti & Io. de Plat. & facit tex. in auth. de haredib. & Falci. in princip. colla. i. & sequitur Ludou. Roma. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. in ii. fallen. pri. par. licet glossa in le. i. Cod. de colonis Palæstinis. dicat. Quod natus in terra, in qua Christus est natus, non gaudet priuilegio maiori, quam coloni aliarum prouinciarum.

Et aduerte, quia vt dicit do. meus laf. in §. item Seruiana. in 4. col. institu. de aëlio. Nobilis inhabitan villam sive ruris non censetur propterea rusticus, quia nobilis à rusticis non loco, sed genere distinguitur: quamvis tex. in l. i. Co. vt rusticus ad nulla adseq. aduocetur, lib. ii. dicat, quod omnes illi censentur rusticani, qui habitant extra muros ciuitatis, quem textum ita refert Bar. in l. conficiatur. §. codicilli. ff. de iure codicillorum. & euā Lucas de Penna in dict. leg. mulieres. in 3. colum. de dignitate. vbi etiam ad hoc allegat textum in l. cum scimus prope finem. Cod. de Agricol. & censitis, lib. ii.

Et quamvis Raphael Fulgo. in l. fi. C. de testam. dixerit illum cēfendū rusticū, qui per totam dicem, vel pro maiori parte stat in rure, quamvis sit nobilis: Sed vt dicit domi. meus laf. in d. §. credit, quod loquatur quantum ad hoc, vt disposita in rusticis in eis habeant locum, de quo etiam, vt dicit Cyn. Rayn. Ange & Sal. in d. l. fi. & in locis ibi per eum alleg. benedixit, quod leges pluris existimāt, & faciunt nobilem habitantem in ciuitate, quam habitantē in villa. Ita probat tex. in auth. presides. in verbo, nobiliores ciuitatum habitantes. C. de Episco. audien. & text. vnde sumitur in §. interim. in ver. nobilitibus, in auth. de defenso. ciuitatū. colla. 4.

Apud nos Gallos tamen Nobiles vt plurimum habitant in rure, & ibi reiecta omni mercatura cultui agrorum, (saltē non multum opulentii) & rusticā & rei p̄familiam vacant: curam circa gregem atque atmenta gerentes suam, redditus suis sibi annuos debitos pecuniaria re nō mercionia querentes, quandoque venationibus intendunt. De quibus larē & vētē in inferius dicetur ista parte, in 49. consi. Bonus de Curt. in suo tract. nobilitatis. 3. par. nu. 144. dicit, Quod vbi quis praedita obseruat, capax est, & si recenti compertus sit familia, hoc tamen viuendi modo lucrītī ge nere eidem patēcit aditus. Et, vt dicit, ita vtūtū Romani, ac etiam Itali hāc habent, quod omnes suo redditu aut etiam quæstu non vili se reputant nobiles, licet habitent in Ciuitatibus, quoniā adhuc tales se reputant magis nobiles.

Qui autem dicantur exercere vile officium, vel viles artes, dicam infra in 11. part. de plebeis, in 27. considerat. Sed tamen vide in l. ne quis in verbo, officijs, & in verbo stationarijs. & ibi Bart. Iacob. Rebusti, & Io. de Pla. Cod. de dignitatibus, lib. 12. Capola in tract. de imperat. militum eligendo. in

verbo, nobilitatis. col. 5. Et tales exerceentes, viles, & mechanicas non possunt esse nobilitates, vt dicit Bal. in l. nobiliores. Co. de commercio & mercatoribus.

Videnuis tamen apud nos, quod cuiuscum conditionis sint homines nostræ ciuitati. H. oriundi, habent iura nobilitatis, cōd. quia ha facultatem, & priuilegium acquirendi & tenēndi feuda nobilia, ac si essent nobiles. Et ralepnum habent etiam Diuionenses, quod impetrant à Rege Ludouico XII. cuius anima regis in pace, quia erat zelator pacis, iustitiae, & tranquilitatis suorum subditorū, necredo fuisse gentis anni Regem in Francia, qui magis dicitur in institutam, & coderit iniuriam: & in pugnacij eorum est appositum, quod possint utilem prout ciues Hedu. & Cabilonen.

Et nunc non esset sine dubio, an illud primum seu facultas extendatur etiam ad viles, exercentes, cum dignitatem habere non sunt. Et nobilitas & dignitas, idem sunt, vt & pra in 76. considera. prima part. ergo nec iurabilitatis.

Decimanona consid. Adharentes latenter, cipis, & eidem in officio quoque seruientes, nobilitantur, & nobiles efficiuntur. Faciunt, quæ dicit Ang. Are. in §. fi. in l. sti. de exceptio. per tex. in l. i. C. de manda. pr. in l. laudabile. Co. de aduo. diuerso. iudicio. & secerarij. Principis dicuntur in dignitate conti. Sequitur Fel. in c. fraternitatis. in 2. col. ex hac reti. Facit quod dicit Ang. in l. i. C. de praetatis sacra. larg. per illum tex. quem refert. Et sequitur do. meus laf. in l. omnium. in 2. col. Co. de. Et quod dicit Barto. in l. i. C. de mulieri & loco, lib. 12. Vbi dicit cubicularios Principis dignitate, & honore constitutos. Et q̄ dicitur in tract. de præstantia Cardinalium, quæ dicit vbi dicit Coquū Principis est in dignitate habere dignitatem: Imò vt dixi supra in 1. & 2. consi. & in 6. par. in 27. consi. Omnes rūbus Principi sunt in dignitate, & ideo nobilitas & dignitas, & nobilitas idem sunt. Bar. in l. i. Co. agniti. lib. 12. & dixi supra.

Vigesima consid. Nobilitas etiam cauſa in vīta tanti temporis, cuius iniū mem extat in cōtrarium, cum hoc tempus habeat tituli iustitiae, priuilegij, & veritatis. Barto. 9. in 1. col. in 1. vol. & operatur etiam circuus que sunt Regalia, vt per Canonistas in c. supra. ad. dam. §. præterea de verbo. sign. Ettantum perfet quātum Imperator cum caufa, Aud. deliterat, quæ sunt Regalia. in ver. flumina nauigabili. col. 2. circa medium.

Et multa de effectu huius temporis immemorialis dixi in consuetudinib. ducatus Burg. ut. Des iustices. §. 2. in glo. & la preue. & in multis aliis o. cis. & adde plura cumulata per Alex. in consi. in 1. col.

In princi. in i.vol. per d. meum Ias. in auth. si  
in aliquo. Co. de edendo. & in §. omnium. in  
col. iust. de auct. & in l. ex his verbis. C. de mili. te-  
la in rep. l. admonendi in 90. col. ff. de iure iurant.  
verdo. Philip. Decimus consi. 85. col. 2. & consi. 42.  
C. consi. 35. col. 2. consi. 174. col. 2. & in c. 1. char.  
actra de fide instru. De qua plene per Bonum de  
Causa suotrac. nobilitatis. 3. par. nu. 132. Vbi dicit,  
adfectus nobilitas non habuerit principis,  
ab origine progenitorum, dicitur tam in generis  
nobilitas: quanto antiquior tanto nobilior: & ma-  
xime a parentibus relieta, quam à Princepe  
ex virtute donata.

Ita video nobilitas in antiquitate laudatur: Quo-  
dineis antiqua fuit virtus, & de his multos  
eximus apud nos, qui hodie magni nobiles, &  
nobilitissima domo nati reputantur, & haben-  
t. Qui tamen descendunt ab antiqua familia,  
nobilitatem acquisivit virtute, & habuerunt  
quos praedecessores, qui suis virtutibus pru-  
entia, aut scientia, non origine nobilitatem ac-  
querunt, quorum nonnulla aut parva extat me-  
oria: & ista est nobilitas, de qua Arift. 2. Rheto-  
r. Nobilitatem esse maiorum quandam cla-  
matum honorabilem progenierum secundū vir-  
tutem generis. & dicit Boetius de consolat. Philo-  
soph. Prof. 6. Nobilitas est quædā laus proue-  
tuſe de merito parentum.

**V**igesima prima confide. Nobilitas dependet,  
& causatur ex matrimonio vxoris persona  
considerata. Vxores namq; dignitatib. nobilita-  
te acvrorum præminentij fulgent. Erit ideo  
prolebeia copulata matrimonio nobilitati.  
nobilis. tex est in l. mulieres. C. de dign. lib. 12.  
et fina. C. de incolis. lib. 10. ibi: honore mulie-  
rum tristis, genere nobilitamus. &  
cognit. C. de nupt. ibi: vxor marito conerescat,  
et ut eius fulgorem. Dixi in Commentarijs no-  
tis perconfutedinibus duca. Burgun. in titu-  
lo. annis mortes. §. 7. & supra in 1. par. in 40. cōsi.  
et ampli per Bonum de Curt. in suo tra. no-  
tis. nu. 184. & 185. Vbi dicit, Quod si nobilis,  
non tenetur ad tributa soluenda, cōtraxit ma-  
trimonium cum plebeia, sive villana, que habe-  
bat apertorialia, pro quibus solita erat cō-  
tractum alii vicinis in collectam, cui nobili-  
tatem aet dote dedit, non tenetur ad munera  
nuptiorialia, iniusta, vel extraordinaria. alleg.  
ex lacco. de Belu. in l. Lucius. §. idem respon-  
dit ff. de munerib. & honorib. quæ reassumit Pet.  
ambolini tract. de munerib. char. 72. & etiam di-  
am parte.

Tamen in contrarium tenet Lin. de Pen. in d.  
teres. in 1. col. in 1. notabili. C. de dign. lib. 12.  
et soluim persona decorantur honore virorum,  
tamen res earum consequuntur priuilegia,  
habent res maritorum. l. spadonem. §. liberti.  
excusat tutorum.

Ex quo arguit, Quod si vir est immunis à colle-  
ctis, ratione propriæ dignitaris, non trahitur hac  
immunitas ad bona vxoris. Cogita si eas fues eueni-  
at, Cum hic sint duas opiniones contraria non in  
listo, cum latius in tractatu de munerib. insistam,  
vbi est materia: & in loco supra allegato ponitur,  
quomodo ista nobilitas tantum durat, quantum  
matrimoniu, aut viduitas vxoris, augeat, & pudi-  
cet viuat, fecus si luxuriosè, & quod non habet lo-  
cum econtra, dixi supra, & dicam infra.

Aduerte tamen ad prædictam decisionem, quæ  
pro op. Luc. de Pen. adhuc magis faciat dictu cō-  
mentatoris regularum Cancelleria lullij II. in 6.  
part. allegando in simili, q; dicit Bal. in l. ncc filii.  
C. de nupt. Quod si nobilis contrahat matrimoniu  
um eū plebeia, perdit nobilitatē: quia vt dixi de-  
honestauit nobilitatē. Sed hō credo hoc esse ve-  
rum: cōd. quod mariti non acquirunt nobilitatem  
ex parte vxorū, & per consequens, nec perdere  
debent, diminuitur tamen quodammodo de ho-  
nore illius apud probos, & graues viros.

**V**igesima secunda confid. Nobilitas ex diuitijs  
causatur, maxime vetustis, quæ ab antiquis  
progenitorib. obuenient. l. ad subeunda. Co. de  
decurio. & de prædijs euriatuum. l. 2. in fi. li. 10. l. re-  
scripto in prin. ff. de munerib. l. 1. in prin. ff. decu-  
to. reorū. Vbi æquiparantur honor & amplissime  
facultates. Adidem tex. in auth. de defen. ciuit. in  
prin. diuitis enim ob diuitias celeberrimi sunt. le-  
si res. ff. de admi. tu. dum tamen sint honestis ratio-  
nibus & iustitia, & bonis opibus conquisitæ. Et  
facit, quoniam personæ vilitas ob diuitiastegitur.  
l. eos. qui in fi. ff. dc dicit. vnde Cassiod. 3. variarū  
Epistolatum 19. Tantum quis nobilior est, quantu-  
m & moribus probus, & luculenta facultate re-  
luxerit. Ita dicit Lucas de Penna in dicta leg. mu-  
lieres. in 3. colum. Cod. de dignit. lib. 12. Vbi ienit,  
quod haec nobilitas non est vera nobilitas, quoni-  
am ad pecuniā dignitas non mensuratur, vt ha-  
betur 9. Ethic. in homine enim, vt ait Seneca ad  
Lucillum, id laudandum est, quod ipsius est, fami-  
liam formosam habere, & domum pulchram,  
multum fert, multum fœnerat, nihil horum in ipso  
est, sed circa ipsum: laudo in ipso, quod nec e-  
ripi potest, nec dari, quod proprium est honoris.  
Quanquam hodie, vt ait Ambr. 2. dc offi. ita incu-  
buerunt mores hominum admiratione diuitia-  
rum, vt nemo nisi diues putetur dignus honore:  
vnde solet diei:

*In pretio premium nunc est, dat census honores,  
Census amicitias, pauper ubiq; iacet.*

Etyrdieit Bonus de Curtili, in dicto suo tracta.  
nobilitatis. nume. 119. Nobilitas sine diuitijs penè  
mortua est; haec tamen nobilitas diuitiarum est  
fluxa & fragilis: Et quomodo haec cum nobilitate  
generis degenerent superbiam, dicam infra in 28.  
consideratione, in hac parte, & in 11. parte in 26.  
confid.

## O C T A V A P A R S

**c**onsid. dicam amplè de dinitijs, quonmodo faciūt quem inter plebeios præferri.

**V**igesimateria conside. Nobilitas causatur ex adoptione: Quoniam vt dicit lo. Raynaldus Gallus in suo comprehēsorio feudalī in tract. nobilitatis. Filius adoptiuus vel arrogat⁹ per parrem nobilem efficitur nobilis. l. liberos. &c. le. sénatoris filium. ff. de senato. vbi adoptatus à sénatore, sénatoris filius dicitur.

Bonus tamen Curr. in d. suo tract. in 4. part. tenet contrarium, & mouetur, Quia cui non cōueniunt diffinitionis verba, non conuenit & diffini- tum. l. quod cōstitutum. Vbi Bart. in specie notat. ff. de testa. mili. & in l. ita autem. in prin. & ibi Bar. etiam notat. ff. de admi. tu. & in le. 4. §. prætor. ver. totics. ff. de dam. infc. Faciunt quæ dicit Alexā. in consi. 18. in col. 1. in 1. volu. & Barb. in consi. 2. in 5. col. in 2. vol. Sed his filiis adoptiuis non conueniunt verba diffinitionis nobilitatis generis, quæ est qualitas quædam siue dignitas, proueniens à coruscatione clari sanguinis, à parentibus originem sumens, & in legitimos liberos per carnem continata: ergo nec diffinitum. Quod autem non cōueniat patet: quia in illis nulla clari sanguinis per carnem continuatio fit, vt patet ad oculum. Dicit tamen, quod non negat quin ex ipsa patris nobilitate & dignitate splendidiores magis reddantur cæteris: & ita procedit iura in contrarium allegata, quæ de nobilitate verbum nullum faciunt.

Nam ex quo nobilitas generis procedat à genere, fatcor, quod cum adoptui nihil habeant de genere patrum adoptiorum, vt plene notatur in l. si arrogator. ff. de adoptio. per G. Bened. in sua re pet. c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiā. quod nec habent nobilitatem generis: si tamen adoptio rēu arrogatio fiat autoritate Principis, de qua ibi. Videtur quod erit in illam dignitatem habere possint, vt hi, qui habent à Principe seu Principis concessionē: non tamen principali- ter vt illi, sed consecutiū & accessoriū: de qua nō est multum insistendum, cum pauci tales reperiātur apud nos. Etiā quia adoptio apud nos de modico aut nihilo seruat, licet quandoque videtur plures acceptos suisse in filios secundū l. quidam cum filium. ff. de ver. oblig. Imo quandoque tales voluerint se dicere saistos, secundū cōsuet. nostrā & generalē in toto Regno, sc̄ q̄ mortu⁹ saist viuū, &c. Eò, q̄a erāt alij ciuiles, & ciuitatis, seu actio ciui- lis, habet locum in statutis, vt dicit Bar. & d. meus la. in l. si is, qui pro emptore. ff. pro emptore. Sed dixi quod hac crāt somnia, & scripsi in casu emer- genti. Sed non vltra circa hoc remor, cum in Gallia tales non succedunt, prout nec naturales simplices: vt dicit idem Benedicti in loco supra al- legato.

**V**igesimaquarta conside. Nobilitas etiam cau- satur in filios nepotes, & descendentes in in-

finitum, quando causa nobilitatis existat in parentibus transit in eos. Abbas in c. lice. dec. Dicit tamen glo. in l. i. C. de dign. lib. 12. que biliris ciuilis durat & continuatur usque 2. tates inclusiue, nec vltra eos extenditur: quod rum, quando caula nobilitatis non trans- steris, vt dicit Bar. in d. l. i. C. de dign. vbi c- guit. Aut enim illud ex quo caularū non transit ad posteros, vt Regnum, Ducatus, tatus, & similia: de quibus supra dixi in 8. co- huius 8. partis: Et tunc vique in infinitum. erit ille, ad quē transit ipsa nobilitas, ca ex parentum quidem persona, quia ipse ex quo nobilis est, s. feudū nobile, & ideo im- ptu adest. Ex quo enim durat caula nobilis, ipsum feudum nobile, dutat etiam effec- & sic nobilitas ipsa, arg. oratorum in c. ad hoc sepelierunt de priuilegijs.

Aut enim illud non transit, vt dicit Bar. dc iure communi, ex patētū persona nō vltra prōnepotem nobilitas politica sicut, & ita procedit glossa in d. l. i. C. de dign. 12. men, vt dicit Bar. confutudo multum a te- da est, & capud nos extendit in infinitum. inter nobiles originis, & inter eos, qui perti- temporis, cuius initij memoria non exar- trarium, tales fuerunt reputati, de quibus pars iam supra dixi. Et de hac nobilitate tra- ria ad successores, vide Bonus de Curt. in a tract. in 4. part. quæ cū non sit materia nostra, cipalis, sic transeo.

**V**igesimaquinta conside. Nobilitas cō- satur ex nullitia, de qua dixi in Cōme nostris super confut. duc. Burg. in int. Desc. de plusieurs lietz. §. 3. & pro hoc videtur faci- in c. cum esfet. extra de simonia. Hoc tam- cit Luc. de Pen. in d. l. mulieres. C. de dign. non videtur esse tutum, Quoniam sim- pta, vt dicit, dignitatē non habet: quod & libi dicam, maxime infra in 9. parte, in deratione.

**V**igesima sexta conside. Nobilitas cō- sium ex clericatura. Ex eo, quod quæ- cus, efficitur nobilis. ita dicit lo. Andar. de seruientibus summo Principi, cui em- pes cæteri seruare debent. Si enim de- inesse videtur inest, multo fortius & de- gis, auth. multo magis. C. de factolan. Es- sunt & plura alia, quæ ponit Bonus de Curt. tract. nobilitatis. in 3. part. in fin.

Er hac nobilitas in multis casibus in ha- nostra practicatur, & in plurib⁹ locis hanc per- vbi clericis excusat, & cui sunt exempla ap- munerib. à quib⁹ alij ciues & incolae non res-

mine, ut in hac ciuitate Heduen. à quodam iure modiciori Franchisæ. Et in oppido Diuion. & Belueni à quodam iure, quod dicitur, lex Martia, à quibꝫ sunt exempti & immunes clericis etiam simplicis tonsuræ cōluggati, & etiam in pluribus alijs locis & villagijs, vbi tonsurati exculantur a quibusdam coruscis debitis dominis temporibus dictorum locorum. Erin ea cum emergentia a consuituī q̄ simplices clericis coniugatis viuētes mechanice prout alij rusticis & rurales nō debet tali ure gaudere, & ita fuit dictum & p̄nuncia nra per Curiam pro domino de Beriono contra subditos dicti loci de Beriono: tamen quicqđ dāem & cōsuluetum in causa Abbatis S.lo. Recensūs contra suos subditos, sicut iudicatum contum in possessorio. Et de hac nobilitate ponit etiam Bonus de Curt. in 3. part. sui tractatus nobilitatis, in fi. & vlt. col.

**V**igesima septimea consid. Intrando materiam præcedentia & p̄lorationis habendo responde ad septimeam consid. huius materiae, Quod nō preferuntur plebeis, & quia sunt nobiles recte, huiusmodi erit ordo plationis. Et primi, sunt duplice vel triplice nobilitatis specie inscripti. Ceteris singularibꝫ speciebꝫ decoratis præferuntur quod honoris: vnde doctor genere nobilitatis inferioris stat⁹ doctorem antecedere debet. Ita Bal. in l. nemini, per illum text. Cod. de adiutoriis lnd. Abb. in ca. vener. col. 2. de proben. &c. de dona, quo sequitur Felyn. in ccleri. col. sumptu. de iudi. & in rub. dc maio. & obe. Barb. nli. 57. in 8. col. & sequ. in 2. vol. Decius consi. 61.

Quod tamen intelligendum est data paritate honoris, ut tenet Innoc. in leg. statuimus. de mātobe. & Decius in d.c. clerici. & dicain latius nra.

Hic infert Sal. in l. sociates. ff. pro sōc. quod si in canonibꝫ, a summiendis equiparantur nobiles literati, nobilis & literatus præstrendus est literatiorum.

Hinc etiam Bal. in l. sed & si militates. in princ. L. et c. tuto. quod Comes & Baro debet præferendum tantum, vel Baroni tantum. Dux & Comes præfertur simplici Comiti. & in his attenditur maior dignitas dixi supra. & dicam infra, quan- do dicam, q̄r a digniori sit denominatio.

Faciunt ad prædicta, quod miles doctor præstendus est simplici militi, aut simplici doctori: vt tam. Ale. in l. centurio. in princ. in 3. col. ff. de vulg. & p̄n. subf. 5.

Hinc etiam dicit Cy. in le. prouidendum. C. de postulando, quod nobilis moribꝫ præstendus est. Ut generetatum, sed si quis sit nobilis moribꝫ, a senecte præstendus est ei, qui est nobilis moribꝫ. um: quia duplex dignitas fulget in eo propria etorū. Et illud dictum Cyn. sequitur Bal. in l. c. plures. §. 1. ff. dc admi. tuto.

Faciunt, quæ dicit do. meus Ias. in l. cohærdi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. Vbi per prædicta dicit duas stationes vincere vnam, & duas glossas auctoritatem vnius. Et facit regula geminaturum & actuum sine verborum, de qua in leg. balista. ff. ad Tre. Bartol. in leg. cum scimus. Cod. de agri. & censi. Pau. de Caſt. in le. i. C. de legi habetur. Barb. in ca. exlitteris. in 34. col. de teſcri. & in confi. 27. in 25. col. in 1. vol. & in confi. in 26. & 30. col. in 1. vol. vbi de geminatione peccati. Et per Rochum in c. fin. in p̄ticip. extra de consuetud. Felyn. in cap. si quando de teſcri. do. meus Ias. in l. nec damnoſa. Co. de p̄cib. impe. offer. plura alia allegat ad hoc Bonus de Curt. in suo tructa. nobilitatis in 3. part. nu. 24. vbi alleg. d. meum Ias. in pluribꝫ locis, & De cūm in multis confi. quæ iam cumulaueram in d.l. nec damnoſa. ad Ias. in cūm, & plura alia, quæ alibi diſturus sum.

**V**igesima octavaa consid. Nobiles ex sapientia, virtutibꝫ ac bonis moribus præhonorantur, cum præferendi sunt his, qui ex genere & diuinitate, seu loco aut priuilegio nobilitatis. decorantur. ha- tenet Lucas de Penna in leg. inulieres. in 4. ccl. in prin. Cod. dc digni. lib. 12. quod sic probat in 2. col. Cuim hæc species nobilitatis ex sapientia, sciencia & virtute sint in anima: spirituales, coelestes pa- riter & ex Deo, sunt in omnibus præferenda hi, quæ sunt terrestres & ex homine, & sine dubio digniores. Nam sicut anima præfertur corpori. leg. fancinus. C. de sacrofan. Eccle. & foli lunæ. ca. foliata. de maiorit. & obed. sic & nobilitates, quæ sunt spirituales in anima pariter & ex Deo, ceteris præferuntur.

Quantum enim aurum est speciosius plumbu. 46. dist. c. duo sunt. tanto hec species sunt ceteris in ferioribus celſiores. Nam virtus & malitia determinant nobiles & ignobiles, vt dicitur 5. Politic. & 2. Rhetor. Vbi dicit Aristot. quod ille est generoſissimus, qui est optimus. Vnde & Tullius contra Salust. Sanctius est, me mis. fulgere moribus, quæ maiorum opinione innitit, vt üm posteris meis nobilitatis: initium, & virtutis exemplum. Et contra eundem: quod deficit, incipit in me: Ego enim meis maioribus virtute mea proluxi, vt si prius noti non fuerint, à me sumant initium memorie suæ.

Ex quo inferebat, quod Salustius degenerabat, & nobilitatem maiorum perdebat, ipse vero propriis virtutibus suis nobilitatis initium præstabat.

Iphicrates, cū Cerdonis esset filius, ad Hermiodum qui sibi ignobilitem exprobavit: Meum (inquit) genus à me ipso initium sumit, tuum autem in te finit. Vt refert Plutar. in Apophthegma. Melius est enim de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibile natu. Hinc dicit Iuuenalis:

Malo patet tubis Thersites, dummodo tu sis

Dd

Accida

## O C T A V A P A R S

*Aeacida similis, Vulcaniaq; arma capessas,  
Quam te Therstae similem producat Achilles.*

Vt notat gl. in c. vndecim q. 56. dist. & facit text.  
& quod ibi not. glo. in ca. vñquam. ead. dist. Qui-  
nim de claro genere clarus nascitur, gloria clarita-  
tis non est eius solius, sed etiam generis. Vnde i-  
dem Iuuen.

*Miserum enim est aliorum incumbere fama.*

Et etiam ibi:

*Tota licet veteres exornent vndiq; cerea  
Atria, nobilitas sola est atq; vñica virtus.*

Et alibi:

*Stemmata quid faciunt, quid prodeft Pontice longo  
Sanguine cenfiri?*

Vt not. glo. in l. stemmata. in prin. ff. de gradib.  
cognit. Vnde Cælius lectionum antiquarum, lib.  
ii. c. 28. refert Licurgum prædicare solitum, qui ci-  
uibus suis comproubare nitebatur, nil profuturam  
illis nobilitatem, & quod ab Hercule viderentur  
propagati, nisi ea facerent meditare nrurque, qui  
bus ille hominum suminus euasisset. Catulorum  
etiam argumento, quos ijsdem natos parentibus  
educationis dissimilitudine, moribus etiam longe  
diuersis ostentabat, cum lucernarius foret v-  
nus, alter venaticus. Et ibi vide, cur Romani qui  
nobilitate præstante luulas in calcis gesta-  
re soliti essent, quia multum seruit ad proposi-  
tum.

Et tales magis nobiles dicuntur, qui ex virtute  
quam si essent genere: & de his amplè suprain ista  
8. par. in 7. consi. & per Capo. in suo tract. de impe-  
ratorc militum eligendo. in ver. pro imperatore.  
in 11. col. vbi amplè. A quo Bonus de Curti. excer-  
pit quicquid boni in hoc dixerit.

eius fructu contenti, sciminoles, seu nobilitati euadunt, si quisq; posteris nobilitatem præbent. Aut famulætes Principibus, aliquo prædio collato pro nobilibus honorantur. Ita plus illis tura, & nemus conferunt, quam virbes atq; ocij aut negotij ratio ad consequendam nobilitatem. Salua pace Pogij: quia non bene intellexit nobilitatem Gallorum, quippe illi apud nos habentur nobiles, & tales reputantur, qui origine antiqua, & immemoriali sunt nobiles, aut eorum prædecessores ex priuilegio Principis, & talcs, vt cōmunitcr morantur in rure, vbi habent sua castra, hoc est, casas altas, amplias, sumptuosas, & luxuriosas, sortes, & munitas muris, & vallis, atque etiam sua dominia habent, quib. vicuum percipiunt, cum censib. super ruricolis sibi assignatis: super quibus habent iurisdictionem, & venationib. & auctoripis cōtinuè occupantur. Qui vero etiam nobiles sorent, in villis, seu vicis ruralibus (vbi sunt etiā officia, sine muris, vel vallo) habitent, à nobilib. reprobantur, & dedignantur. Et de ritibus Gallorū nobilitum iam dixi, suprainis. confid. ver. apud nos Gallos. Et quod nobiles Galli sint optimi venatores, multumq; eis venatio cōueniat, satis scribit G. Bened. in sua repet. c. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelasiæ, in materia successionis ab int. nu. 885. Vbi inquit: Est enim Gallicæ nobilitatis vana confuetudo, ad feras venatu deprehendendas se cōuertere. c. quod fundam. 34. d. Vbi dicitur, quod Germani, & Galli sunt venationi naturaliter dediti, quibus multum consert, quod canes, qui leporari vocantur, leues & agiles habent, de quibus insigniter meminit Ouidius lib. I. Meram.

*Ipsæ amori, admisso (hoc est veloci) sequitur vestigia passu, Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo Videl, & hic prædam pedibus petiv illæ salutem.*

Præterea dulcis, & naturalis venatio, potius sit causa spatiij, & exercitij, quam commodi aut lucri, quia non tam gaudent nobiles de magna præda, quam de volatu, & cursu, qua animos recreant, praestim Gallorum.

Hos Britanni sequuntur, Angli hodie vocati, Qui nobiles in ciuitatibus morari, ignominia loco purant, ruta syluis ac pascuis seclusa inhabitat, nobiliorem ex censiudicant, reth rusticam currant vendentes lanam, & armentorum foetus: neque turpe existimat admiscere questui rusticano, & vt resert Pogius: vidit hominem relicta mercandi cura, cū prædia preciosiora emisset, atq; in eacum familia, vrbe relicta, se contulisset, auctorem nobilitatis filijs exritis, & ipsum non reit. Etum à nobilium cœtu. Multos huiusmodi hodie vidimus in Gallia, qui à plebecis orti, cum eorum prædecessores, vrbe posthabita, possessiones iurisdictionales sibi comparant, ex quibus viram degunt, se nobilium confortio immissere, & pro nobilibus reputari volunt, quod absurdè fit apud nos. sicut & in Anglia. Multos etiam ait Pogius, in Anglia

## O C T A V A P A R S

glia ignobilis generis, aliquod præstans in bello factus, acceptis à Principe donis, nobilitavit.

Hispacia, dupli nobilitate vtitur. Nam, & qui in suis ciuitatibus antiquo genere orti, ceteris presenti, diutius prædicti, & qui in campis commorantes nutriuntur ex prædiorum censu, cum ornato re quodam viuendi ritu, quæ ceteris præstant, nobilium nomen tenet. Inter omnes illos, Equestris ordo primum nobilitatis locum habet.

Apud Græcos, quicunque ad Imperatoris aulam vocati, seruitio eius insitum, quantumuis abiecti generis, ob Principis consuetudinem ac simulatum, nobilitatis titulo potiuntur, appellantur q; deinceps nobiles, & de ista nobilitate dixi supra in ista parte, in 19. confid.

Hodie vero, apud Principes is mos inoleuit nobilitandi, vt quilibet Princeps priuilegio, & literis faciat nobiles, nulla habita virtutis ratione. Ita isti (quod risu dignum est secundum Pogium) vsu & obsequio est, scriptura, & cera, nobilitatem adipiscuntur: & de hac dixi supra in 17. confid. huiuscem par.

Barbaris quoque gentibus, diuersi sunt nobilitatis mores.

Aegyptijs, ac Syris, nulla habetur nobilitas, nisi corum, qui militia deduntur, qui soli excellunt ac dominantur, reliquis seruorum loco habitis. At illos omnes constat esse emptitios seruos, qui postmodum prefecturas equitum prouinciarumque fortiri, vsque adeo fortuna beneficio effreruntur, vt ex eis poterit regnum occupet viribus armorum fructus.

Tucros insuper, & superiores Sarmatas arm nobilitant. Nam, qui ordines ducunt, ditati prædijs, nobiles dicuntur: & ipsi quoque, ex seruitio maiori ex parte ad militiam alciti, pueri enim empti pretio militiam condiscunt, in qua excellere parit nobilitatem, & de ista nobilitate, quæ causatur ex militia, habetur supra ista parre in vigesima quinta consideratione.

Sed, quæ istarum sit certa, & vera nobilitas, disputat Pogius in dicto opere de nobilitate, & tandem concludit. Quod sola nobilitas animi, & quæ virtute procedit, est vera nobilitas, & excellentior alijs, de quibus diffusè ista parte dixi, præcipue in 5. confid. ideo non repeto.

**Q**uinagesima confid. Ex omnibus superius deductis bene pensatis insertur illud vulgatum (quod solent nobiles quandoque dicere) in suis gentil homine comme le roy: & quod inferior nobilis dicitur superior. Ie suis gentil homme comme vous: non esse verum. Imò falsum, & per hoc sit iniuria superiori. Cum, vt hic ante scriptum est in 15. confid. etiam Rex, Dux, Marchio, & Comes dicuntur nobiles, & sint in alia dignitate, quam inferiores. & rex sit in maiori dignitate, quam Dux, & Dux quam Comes, & sic de singulis. Cum dignitas, & nobilitas idem sint, vt dixi ante in prima parte, in 66. confid. Sicut ergo dignitas

capit augmentum, vel diminutionem secundum qualitatem eidem adiectam, ita & nobilitatem dignitatem eiadictam. Quia nobilitas potest esse sine aliqua specie dignitatis, videlicet, quod secernitur & differt à plebe sive quis sunt sine aliqua dignitate. Ideo consideramus nobiles habentes annexam dignitatem Principatus, præscruntur omnibus inferius. Et tales possunt esse in primo gradu nobilitatis. Quoniam sicut iurisdictionem diversas, in meram, mixtam, & infimam. Et iurisdictionis sunt sex gradus, vt dicit Bar. i. ff. de iurisd. omnium iudi. aut tres gradus Bal. aut quatuor, vt volvit do. meus laf. & perium. de quib. per Purpuratum ibi, numerus sequitur iurisdictionem Bar. Sed quia de his sexi in 5. par. hic non repeto, cum in hac parte discutiatur de alia nobilitate, quæ non efficit gradus, sed in mixto, scilicet, post Principes. Et de hoc gradu mixti imperij, & sic mixta nobilitatis possent fieri sex species, secundum gradus. Tamen do. meus laf. facit tandem & sunt maximi, medi, & minimi: & hic erit in nobilibus, quia erunt maximi, vt Barones, & castellani, & alij minimi, vt minimi, & alij seu alij domini habentes tantum omnium iurisdictionem, & nullos vasallos sub se habentes. Et sic ex pluribus cognoscitur majoritas in antiquitate originis, ex maiestate praemittit & iurisdictionis, & ex maiori reputacione, & ex his potest dici maior, & maiorem habecit latitudinem. In infimis, qui sunt tertii gradus, sunt tres species, vt dicit do. meus laf. in d. l. Imp. in pen. col. Et sunt isti parvi nobiles, qui habent aliquam parvam iurisdictionem, & qui non multare delinquentes, nisi vijs; ad 60. fol. vsque ad septem solidos tantum, quod dicitur iuris seu iustitia sub solato, hoc est subletia, qui habent aliquod dominium nobile, & non subiectum alicui, sine aliqua tamme: & isti etiam dicunt se nobiles, sed invenire nobilitatis, & in minimo gradu. Et potest considerari, in unaquaque persona secundum ius qualitatem, cuius gradus sit nobilis, & nobilerum dicere, quod existens in ultimo gradu nobilitatis, possit dicere existenti in primo & gradu nobilitatis, quod est ita nobilis, scilicet: Quoniam ex prædictis constat quod quod sit iniuria superiori, qui potest omnem nobilitatem ex multis qualitatibus superponere quib. diuersificabitur ab alia. Ideo erit dicere, quod vnu est magis nobilis, quam alij, de hic ante in vigesima septima confid. Et ratiocinatur per inferiorē, quod sit ita nobilis, sicut vt dixi. Sicut si fieret de armis, ita prædicta nobilia alterius, inserti ei iniuntiam, ut par. in 15. 20. 21. 23. & plerisq; alijs conclusio-

et confid. Siquidem casu, si inferior, & minus nobis  
est viuper nobilitatem maioris & superioris, &  
sum inferiorem adaequare voluerit majori, & i-  
tud facile cognosci potest ex multis, quae elici pos-

sunt ex ante dictis in hac parte. quae si contingat  
facto, considera qualitates parium, & scias diuer-  
sificare secundum maius & minus, & secundum  
maiis dignum, & minus dignum.

*Octaua partis Catalogi Gloria Mundi finis.*

## NONA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

Laudes & honores Militum declarat.

*Quadragesima & octo Considerationes habet.*

 VM militia summa laus sit, vt  
habetur in cap. summa in initio. & in fin. 33. q. t. & Seneca in  
Hercule surte Tragoedia prima.  
Omnis (inquit) in ferro  
est salus. Ideo dicitur bellum  
omni iure diuino, naturali, &  
genum pro tuitione rerum suarum permisum  
est. secundum Paulum de Cast. consi. suo 33. & di-  
ctet. in c. militare. 33. q. 1. quod militare non est  
deum. Quoniam plures sicut milites at Deo  
arobati, vt de David, de quo dicit Deus. Iuueni  
inem secundum cor meum, & de plurib. ali-  
de quibus habetur Reg. 1. 2. 3. & 4. & Macchab. 1. &  
2. cum infra in 3. & 11. confid.

Erat ex eo prima consideratio: Quia hic ponit  
ut ordo milium ante ordinem liberatorum,  
per quod queri posset, quis procedere debe-  
tur Doctor, an miles?

Et in primis reperio inter alios dominum Si-  
gnolum de Homocidio legum doctorum, qui  
disputationem disputauit, Anno domini 1340.  
& coniuit, An doctor insignis honoris, & praece-  
nit militem procedere debcat, vel econuerso.  
Expositum Ludo. Bologn. qui in huiusmodi di-  
sputatione introduxit nouum duellum inter illu-  
strem ac excellētissimum in toto terrarum orbe  
confid. domi. Frāciscum dc Acolitis dictum  
de Aerio, pro parte doctorum tuenda loquen-  
tem. Erinuitissimum, ac iustissimum Principem  
armorumque Ducem & totius Italix benemeriti  
do. Federicu. Vrbinum pro parte militari  
descendenda loquenter. Et vltimo loco pro omni-  
ne concordia introduxit do. Alex. Tartagninum  
do. cuius sententia omnes acquiescisse attestatur.  
Causa etiā sententia acquiescendo, dico prout A-

lex. omisso tamen primo loco sedendi inter mili-  
tes & doctores, quem credo dandum esse militib.  
quicquid dicant omnes doctores, vt satis proba-  
ui in 8. consi. 7. partis huius operis.

Facit pro hoc una ratio vrgens inter alias, quod  
in omnibus ferè locis iuris ciuilis, vbi fit mentio  
de armis & legibus. semper praeferuntur arma, nō  
solum in legibus Imperatorum, vt in l. i. in princ.  
C. de lufsin. codice compon. & in le. 1. C. de vet. iu.  
enuc. & l. tanta. cod. tit. & in procc. inst. in prin. ve-  
rum etiam in legib. iuris consultorum. le. his honoribus.  
ff. de vacatio. mincrum, vt supra dixi in 8. cō-  
fid. 7. partis: etiam iure diuino, vbi fit mentio de  
officiariis militaribus, & instituta praeponuntur  
militares in ordine literæ seu scripturæ: qui qui-  
pem ordo scrundus est. i. qui solucendo. ff. de ha-  
rcd. inst. & dixi supra in 4. part. in 73. consi. vbi am-  
plè: In alijs autem locis præter illum primum in  
sequendo doctrinam Alex. in l. centurio. ff. de vul.  
& pup. subst. dico in hunc qui sequitur modum.

Post predictum primum locum, quē dimitto  
suo loco, vt supradictum est in actib. doctoreis, si-  
ne dubio doctor præfertur militi. i.e. ncmo cleric⁹,  
vel militaris. C. de sum. trim. Et econtra in actibus  
militaribus, milites doctoribus præferuntur. l. ci-  
vilib. Cod. de offi. vic. sed. in actib. promiscuis, seu  
neutralib. primò præscruntur doctores existentes  
ad latus Principis: & hi habent primum locū post  
supremū quē omitto. Secundū vero locum tenet  
milites, qui militant ad latus Principis, vel q. sunt  
Equites Romani. Tertium vero locum habet do-  
ctores excellēts, qui non sunt ad latus Principis.  
Quartū vero locū habent simplices milites. Quin-  
tum vero & vltimum locū tenet doctorelli:  
& ita dicit se alias tenuisse in lectura in leg. centu-  
rio. in 2. col. ff. de vulga. & pup. subst. in verb. puto,  
Ec 3 quod

## NONA PARS

quod in actibus militaribus. Et quicquid dicant & d. Ale. & alij, ego sum huius opinionis, Quod semper in actibus doctoreis præfetuntur doctores. In actibus militaribus milites, sed in actu indifferenti, data paritate militum, & doctorum, videlicet in Magistro militum primo, qui dicitur apud nos Connestabilis: & in præfecto præto. seu quæstore, qui etiam vulgo Cancellerius nuncupatur, quod semper milites præfertur doctori, & sic de singulis de gradu in gradum: quia in ordine literæ præponuntur arma legib. ex rationibus superiorius per me deductis in d. 7. par. in 8. confid. Ideo eriam tractando primo incipiam à militibus.

**S**ecunda confid. Plura militum genera repetit. Suntur quo ad nos. Quidam enim sunt milites militiæ Ecclesiastice, qui etiam licet sequantur arma, ramen sunt milites Ecclesiæ seu militiæ Ecclesiastice, qui dicuntur Hierosolymitani, & participant de virraque: tamen quia plus attingunt dignitatem Ecclesiasticam quam temporalem, ideo eos præponendos censui cæteris militibus: Que madmodum Ecclesiæ seu spiritualitas temporalitati præfertur, cum à digniori fieri denominatio. dixi supra in 4. par.

Alij sunt milites ordinis seu torquati apud nos, qui sunt milites existentes ad latus Principis: qui propriè & maximè habent in vim illius ordinis quandam dignitatem, seu prærogatiuam particularem ultra militiam simplicem deper se.

Alij sunt milites armatae militiæ simpliciter, & de per se, de quibus principaliter intendimus hic tractare, & de eorum laude, gloria, præminentia & dignitate.

**T**ertia confid. Inter omnia exercitia mortali- tum nihil excellenrius, nihil præclarius arma ta militia, Ea enim exercitatio utilitare, & honore cætera præstat. Per militiam enim & armorum exercitium Reipublicæ quies, atque salus queritur & conseruatur, & ab omni hostili vastitate liberarur. Cuius exercitij laudes & utilitatem ipsa humana indigentia demonstrat & extollit. Ut enim antiqui voluerunt, militia recte manibus comparatur, quæ naturæ imperio parata est ad corpus iuuandum. Sicut enim manus sunt in corpore naturaliter instituta ad repellendum nocua, ad percutienda infestantia, ad arrahendanæcessaria, & ad conseruanda alia membra corporum illaque augenda: sic milites ad ista conficienda in Reipublicâ pcr necessarij sunt. Quid enim profuit disciplina miliaris Imperio Romano, ponit Valerius in suo lib. 2. in tit. de disciplina militari. Et merito dicitur, quod summa militiæ laus sit, vt habeatur in c. summa. 33. q. 1. in prin. & in fi. Et Seneca in Hereule surente, Tragedia 1. Omnis, inquit, in ferro est falsus. Et ideo dicitur, quod bellum omni iure pro defensione rerum suarum permisum est, vt amplè scribit Ioan. de Terra rub. in opere devi-

nea Ecclesiæ, art. 10. tertij tractatus in glo-  
sificantur.

Imo & nos de Regno Franciæ dicere pos- illud, quod scriptum est in l. i. C. de Iuslum componendo: Quod dicebat Iustinianus, Reipublicæ Francorum tuitio, de stirpe domi- tetum armorum atque legum veniens, & suam exinde imuniens. Felix Regum notiss Christianissimum genus omnibus antecipi- tionibus, omnibus gentibus dominari, & tan- teritis efficit temporibus, quam Deo prop- æternum esficiet, vt de his infra dicetur, & de militia.

Inducta est enim pro pace tuenda. mul- ff. de accuſ. Hinc Plato de Republica. Cum- ros status in ciuitate instituisset, vnum nec um genus hominum lōge cæteris antecipat. atma tenerent, cieſque alios ab hostib. re- derent. Quibus mirifica priuilegia tribuitur, & dignitate cæteros voluit antecellere, q si minime honorentur, pauci fones refutur, iuxta Ari. sententiam, apud illos inue- fortes milites & tyrones, apud quos forus que honorantur, & secundum Ciceronem: sempcr & parum vigint, qui apud quodam decorantur. Ea ergo Republica tyranndi- pit, qua fortis, aut sapientes minime honor. Qui enim clarissimos milites cunctis non ponit, quorum pietas in patriam studioſa et mors pro illius salute semper offertur. Hinc Publicolæ, Camilli, Scipiones celebrantur. nim milites in Republica decesserunt, virgine sim raperentur, marres familiæ ad libidines herentur, sacra simul & prophana polluere tandemque cunæta cædibus & incendijs ma quadam condizione misercentur. Et tandem quid prauis hominibus liberet, id in nomine innocentes pati oportet. Et ideo Hippo. scripsit tres partes estenecciarias in ciu- mom quidem agricolarij, de quibus in 3. sum in ii. par. secundum arricium, tem- pulsatorum belli & armamentum.

Quod videntes nostri Hedui, & huiusmodi uiratis Incolæ posthabitatis literas Regiam feci edicti generalis de fugando, deieiendo, & dendo quodam ribaldo dictos auantunes. se absque licentia Principis insurterant. deuastando, & quodam societates incan- finita & innumerabilia nefanda & relatu- lia in populum committerebant: vt oppelli- & deuastationibus illorum resisterebatur. Se- mandatum & edictum domini Regis nostri- rum ciuitate hoc anno Domini 1523. statum tam ordinauerunt decernendo capitanos, cennarios, & centenarios. Ita quod per hu- ex mandato Regis ab huiusmodi sceleribus viris liberarunt, quod nec ausi fuere attacca- quies

et cunctis ciuitates Regni, nisi post infinitas miras executiones factas, per nos tristes ciues Hedu. in uniuersitate facinorosus homines, quos ita castigata & disrupta hanc nostram ciuitatem, quod quocunq[ue] posuit, interfecit, & laquo suspendi fecit: quod non gratissimum Regi & toti Republica plusquam fructuofum & necessarium: aliis totam Galliam degradassent, non habendo respectum ad nobiles quos spernabant, virgines quas violabant, & matronas quas adulterabat, omnesq[ue] alios quos crudeliter, & bona eorum degradabant.

ad redeundo unde digressi fueramus, Has vi-  
tae militaris utilitates Ari. conspiciens, in 7. Polit.  
Quod meritò bellicis artibus vacantes propriè  
tates ciuitatis, & eos veros ciues appellat  
tamen quod praedicti bellici homines, item  
ciuitati, indicatiui, ac etiam fæcere sunt  
tentes ciuitatis. Mercatores vero in quatum  
agricolæ, ac artifices mechâici & mercena-  
rii: anumq[ue] sunt diuites, licet necessarii sint  
necessitate) non tamen sunt vere partes, nec ciues.  
Illustrationem ibi assignat, quā etiam posuit Zos-  
onis Zamor. in suo speculo humana vitæ, libr.  
cap. 9. vbi per cum vide de laude militaris exer-  
citorum.

Et hoc exercitatio militaris fuit primo inuenta  
ib[us] olio Autilio, vt rescribit Valerius libr. 2. de insti-  
tutis. Et ibi dicitur, quod Neuimus centurio inne-  
xtrium velutum, id est, des archies. Virgilius Po-  
torus lib. 3. de inventoriis rerum capit. 10. dicit,  
quod primus fuit inuenta à Tūbalcamini. & ibi post  
ea ponit de pluribus alijs, qui inuenientur ar-  
mamenta: Dicit tamen in prin. quod tanto  
spatia tendere videtur, quanto facta diuersis pre-

Vita consid. Ordō militum Hierosolymit-  
anorum, qui dicuntur milites Rhodij seu  
veneres, eo, quia principalior locus eorum re-  
sponsibilis in insula Rhodi. Cuius non  
tam etiam habitatores & incolæ dicti sunt  
enī tempore Pauli, ad quos scripsit Epi-  
stola nomine vrbis, quæ dicta est Rhodos,  
omnes accepit. Quotum ordo est S. Ioan-  
nisi solymitanus: & incepit Anno 1120. ab ini-  
tione, prout rescribit Vincentius lib. 27. Hi de-  
bet regula B. Augustini, habentes nigrum  
modiolical, sed cum cruce alba in pectora, & de-  
perantur ad pugnandum corporaliter contra  
infideles. & de his vide supra in 5. part. in 64. con-  
fessione. Et licet firmissimum Christianæ re-  
ligionis esset propugnaculum, per maledictum  
vancam expulsi fuerunt, & quasi profugi non ha-  
bent certum locum religionis: Sperandum ta-  
men (Deo auspice) seditionibus Principum se-  
parata, ipsam recuperari, ac ipsum Turcam affligi  
et cunctis ciuitates Regni, nisi post infinitas miras executiones factas, per nos tristes ciues Hedu. in uniuersitate facinorosus homines, quos ita castigata & disrupta hanc nostram ciuitatem, quod quocunq[ue] posuit, interfecit, & laquo suspendi fecit: quod non gratissimum Regi & toti Republica plusquam fructuofum & necessarium: aliis totam Galliam degradassent, non habendo respectum ad nobiles quos spernabant, virgines quas violabant, & matronas quas adulterabat, omnesq[ue] alios quos crudeliter, & bona eorum degradabant.

illius, qui habet regimen & administrationē plu-  
rimorum militum, de quo est rubr. Co. de officio  
Magistri militum. Et vt denotetur eius autoritas, additum est istud adiectuum Magnus, ad deno-  
tandum majoritatem & superioritatem ultra il-  
lam quam habet Magister militum, qui dicitur il-  
lustris, vt habetur praedicto tit. in l. vlt. in superscri-  
ptione cum dicitur: Imperator Justinianus Zitæ  
viro illustri Magistro militum. Et Magister dicitur,  
quia maior est in statione. Et ron Græcæ, statio La-  
tinæ dicitur, secundum Papiam: Vnde & Magister  
militum dicitur Princeps militum. 2. Reg. 10. c. ha-  
betur per Hostianum de Magistris. §. 1. & lo. And.  
in ele. c. de Magistris. Qui dicit, quod ne mini de-  
bet huic modi nominatio esse molesta. cū Christus sic à discipulis vocaretur, lo. 3. quod etiam ipse  
acceptauit, Ioh. 12. Vos vocatis me Magister, &c.  
sum enim. Et est proprie is, cui totius regni guber-  
natio est commissa. l. 1. §. 1. ff. de exercita. actio. & fa-  
cit l. item Magistri. ff. de partis. & l. actor. ff rem ra-  
tam haberet. vel dicuntur Magistri à monendo. Nā  
quib[us] principia rerum omnium cura incumbit, &  
qui magis quā ceteri di ligentiam & solicitudinem  
habent reb. quib[us] præsunt, debent hi Magistri ap-  
pellari: Quintetiam ipsi Magistratus per deriuatio-  
nem à Magistris cognominantur l quib[us] ff. de ver-  
sign. Idcirco & iudices & Magistri codem ordine  
præcepti ponuntur, Deut. 16. iudices Magistri os cō-  
stitutes in omnibus portis tuis: vt iudicent populi  
insto Dei iudicio. Imo Magistri sunt maiores, cō,  
quia dictio, &, est augmentatiua. do. meus Ias. in  
l. 2. in §. 5. de succel. cōdict. Et etiam quandoq[ue] dicitur  
Coines. l. 3. C. de cursu publico, lib. 12. Vide ad  
praedicta Luc. de Pen. in l. hi qui. Co. de castrensis  
ratis, lib. 12. vbi ponit de offi. Magistri. dixi supra in  
6. par. in 7. confid.

Et quoniam, vt hic supra dixi, iste magnus Ma-  
gister & milites Rhodij non amplius habent insula-  
lam, nec urbem Rhodiensem, habent tamen in  
Gallia & multis Christianitatis partibus pulchrité-  
pla & oratoria, que multa sunt & opulenta. Sed q[uod]  
pauci corum sunt clerici, licet sint religiosi, vt di-  
ctum est supra, & gaudent priuilegio personali &  
reali clericorum, idco communiter dicunt horas  
suas, seu officium, exortatione dominicali, id est,  
Pater noster.

Bernardus autem in suis sermonibus talem re-  
ligionem militum commendans, docet, quales  
mores habere, & à quibus abstinerent debent. Sic  
enim dicit ad milites templi scribens: Nouum mi-  
litiae genus ortum nuper auditur in terris, & inex-  
pertum omnibus seculis: quos gemino pariter  
conflictu atque infatigabiliter decertatur, tum ad  
uersus carnem & sanguinem, tum contra spiri-  
tualia nequitia in ecclesis. Quid ante in viuēs  
vel moriens timeat, cui vivere Christus est, &  
mori lucrum? Gaude fortis athleta, siviuis &  
vincis in domino, sed magis exulta & gloriare,  
si mo-

## NONA PARS

**S**i moreris & iungeris dominio, si beati qui in domino moriuntur, multo magis qui pro domino moriuntur. O vita secura, vbi pura conscientia. O vere sancta, & tutta militia, atque ab illo duplice periculo prouersus libera, quo id hominum genus solent frequenter in militia seculi periclitari, vbi Christus non est causa militandi. Quoties namque congrederis, qui militas militia seculari, timendum omnino, ne autocidias hostem quidem in corpore, te autem in anima: aut tu forte occidaris ab illo in corpore, simul & anima. Ex cordis namque affectu, non belli euentu pensatur, vel periculum, vel victoria Christiani. Viunt enim hi milites in communis sub vnius obedientia absque vxoribus & liberis, & absque omni proprio. Nullo aurem tempore, aut oscosé sedent, aut curiosè alicubi vagantur: sed semper dum non procedunt, negratis pacem comedat, armorum seu vestimentorum vel scissis resarcunt, vel vetusta reficiunt, vel inordinata componunt, & quæcumque postremo facienda, Magistri corum voluntas & communis indicit necessitas. Persona inter eos minime accipitur, meliori non nobiliori deseritur: verbum insolens, opus inutile, risus immoderatus, murmur vel tenue sive susurrus, nequaquam deprehenditur, inemendatus relinquitur. Seacos & alcas derelictantur, abhorrent venatione, necludicra illa auium rapina, ut affollet delicitantur. Minros & imagos & fabricatores scurilesque cantilena, atque ludorum spectacula, tanquam vanitates & insanias falsas recipiunt & abominantur, capillos dentent, scientes iuxta Apostolum ignoraminiam esse viro, si comam nurriat: nunquam compiti, raro loti, magis autem neglecto crine hispidi, puluere foedi, lorica & cauam fuscii. Porro imminente bello intus fide, soris serro, non auro se muniunt, quatenus armati & non ornati habitus metum incutiant, non auaritiam prouocent, equos habere cupiunt fortes & veloces, non tam coloratos & phaleratos, pugnam quippe non pompam, victoriam, sed non vanam gloriam cogitantes, & studentes magis esse formidini quam admirationi. At vbi ventum fuerit ad certamen pristina leuitate deposita (tanquam sibi dicent: Nonne qui oderant te domine oderam, &c.) in aduersariis irruunt velut oves eorum reputantes, quia non de suis viribus presumere norunt, sed de virtute Dei Sabaoth victoriam sperare, cui facil est confidunt, iuxta Maccab. sententiam, concludere multos in manus paucorum. Quia non in multitudo exercitus victoria bellii, sed de Cœlo fiducia est. Ita miro & singulari quodam modo cernuntur, & agnis mitiores, & leonibus ferociores. Quibus nec deest monachi mansuetudo, nec militis fortitudo: de qua requid dicendum est, nisi quia à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Tales enim eligit sibi Deus, & collegit à finibus terræ ministros ex for-

tissimi Isracl, qui viri lectulum Salomonis de sepulchrum, vigilanter fideliterque custodiens omnes tenentes gladios in manibus & ad baculum. Hac Bernar. vbi supra relatus per annos in 2. part. histor. tit. 15. ca. 20. Vbi etiam in contra prædictos milites in pompis corum tandem error & furor tantis sumptibus & bus militare, stipendijs vero nullis nillaut aut criminis. Operitis equos sericis, & posse nescio quos panniculos loricis superindutus pingitis hastas, clypeos & sellas, frena & casco auro & argento circum ornatis, & cum tanta pudendo furore, & impudenti stupore ad temi properatis: militaria sunt hæc insignia: tuis muliebria ornamenta? Nunquid forte mucro reueredit aurum, geminis parcer, penetrare non poterit? denique ipsi sapientiæ experimenti, tria esse præcipue necessariant: Ut strenuus, industriusque & circuus sit miles ad se seruandum, & expeditus, currendum, & promptus ad feriendum. Vt contrarium in oculorum grauamen, ne eo comam nutritis, longis ac profusis corporis yobis vestimenta obvolutis, deligat teneras manus amplis & circumflexibus, & se pelitis. Nec aliud inter vos bella mouet, que fuscitat, nisi aut irrationabilis iracundia, aut inanis gloria appetitus, aut terrena, illucunque possessio nis cupiditas. Talibus causa, neque occidere, neque occumberet est. At vèto milites Christi securi perlantur, domini sui, nequaquam metuentes deinde peccatum, aut desua nec periculum, quoquidem mors pro Christo ferenda sit vera. Hac Bernar. vbi supra, relatus per annos in loco præallegato.

Nescio quid dicendum de talibus milibus hodiernis, nec solùm inueniua Bernardi, sed eis applicari, imo & multo maiora, Quid tales suissent, prout dicebat Bernardus, in tempore suo, forte Deus non permisit eis &PELLIÀ sedibus & finibus eorum, scilicet acerbis & insula Rhodi, que etiam quandoque dicitur Eboria: Sed cum iudicia Dei abyssum multum cere melius & utilius, quam male loquitur, tamen plagam in Christianitate fecerunt, dendo Rhodium, que sorte temporis qui amiserunt, non recuperabitur: Et vice est, si pecunias, quas in suis negotijs paribus & in pompis, & alijs, quæ sati non conuenienti non dico) in defensione & manu Rhodi, & in præparandis his, qua cœtu tuitionem necessaria, exposuerint, non Christianitatem cessisset.

Credorem, quod iste magnus Magister post Papam præcederet omnes Patriarchas, Cardinales, & alios Pontifices Ecclesiasticos.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

205

Ecum videatur esse tantæ dignitatis, cuius est  
baronarcha, quod post Imper. & alios Principes ha-  
bentes iura imperij, vrsunt Reges Fraciæ & Hisp.  
precederet omnes principes recognoscentes su-  
perorem, & non habentes iura imperij, puta Re-  
ges subditos imperio, & quoscumq; Duccs.  
Sub se habet multos milites, qui dicuntur prio-  
res, & habent aliqui adiectionem huius verbi ma-  
gnum qualibet prouincia: vt in Francia est vnu-  
s qui dicitur magnus Prior Franciæ, & habet ille  
magnus Prior multos alios commendatarios. Est  
etiam vnu magnus Prior Aluerniæ, alias magnus  
Prior Campaniæ, & sic de singulis, quos enumera-  
re nō possumus: & isti honorantur inter eos secū-  
dum ordinem, & secundum antiquitatem  
promotionis.

De origine horum militum sic descripsit Poly-  
dorus, Virg. de invent. rerum, lib. 7. c. 5. Hierosolyma  
ante quan à nostris postremo circiter annum salu-  
ti 999. recepta fuisset, à Saracenis obtinbarur.  
Cantiani, Latini nominis, qui inibi degabant  
aut insipetraverunt, vt sibi liceret iuxta Salua-  
tis sepulchrum habitare, ubi Cœnobium diuæ  
generici construxerunt, quod Latinorum appellab-  
antur, cui Abbas præterat: huius erat in primis offi-  
cium hospites excipere Latinos.

Eodem exemplo breui post tempore alterum  
vnguentum Cœnobium D. Magdalena iuxta dedi-  
carunt, quod item foeminas excipiebat. Confluen-  
tem postmodum peregrinorum cateruam, cum  
exoritur non caperet angustia, hospitalem do-  
cum prope etiam constituerunt, quod D. Io. Ba-  
glie dedicarunt, admoniti Zachariæ patris me-  
morie, quod eo loci saepe ad meditandum conue-  
nit. Sunt tamen qui scribant, Iohanni eleemosy-  
nas illud dicatum fuisse, qui Phoca imperante  
Baronarcha fuit Alexandrinus: ita cognominatus  
frequenter, quas pauperibus dabat eleemosy-  
nas.

Hac etiam domui vnu præfiebatur, Quare  
procedente tempore quidam præpositus loci no-  
mine Gerardus cum socijs, crucem in nigro pal-  
laco candidam affixit, & cum assumpsi ritum, quo  
ad sequunt. Pari exemplo Agnes, quæ virginum  
caecum præterat, professiæ est: Rex postea per Pon-  
tifices Romanos & Patriarchos probata adeo bre-  
ui credidit, vt opes deinde maximas Principum li-  
beratoriae sint assecuti.

Raymudus autem primus creatus est Magister  
ordines militia, qui in vniuersum ordinem ob-  
tulit imperium: consentur D. Augustini ordi-  
ni dominicani orationem certo numero repeti  
am pro canonice recitant horis.  
Hi cuius militam Deo optimo maximo & Ioh-  
annam insigniter exercebant, demum Rhodanus  
in vi testatur Platina à Turcarum imperio  
vindicarūt, quæ Clemens V. illis attribuit: q  
anno 1000. humanæ salutis 308. Sunt, qui tra-

dant eam insulam è Gotthofredo Regi verbis Hiero-  
solyma primo concessam: plures ramen, quib.  
assentior, cū Platina testimonio concordat, post  
receptam ex hostibus, Insulam illuc se recepérunt,  
dicti; inde sunt Rhodiana militia milites. Ibi cū  
Turci perpetuum bellum gerunt, atque exproxi-  
mo hostiliter infestant, saepe & ipsi bcello pertiti op  
pugnatiq; acriter nostra præcipuc, vt dixi supra  
memoria & ærate, cum eam male defensitam no-  
tum sit, ita quod nunc exulant.

Aducere etiam, quia dicit Bal. tales esse incapaces  
feudi, vt in consi. suo 170. inci. ad evidenciam  
præmittendum est in 2. par.

Viterius aducere ad dictum Oldr. cōsi. suo 127.  
incipi. quoniam ad investigationem sapientiae,  
Quod Conuentus prædictorum militum est supe-  
rior Magistro, & maiorcm potestatem habet: vt  
constat ex statutis & ordinationibus regulæ per e-  
um ibi positis, ex quibus in multis afguit maiori-  
tatem Conuentus, & ipsum Conuentum esse su-  
pra Magistrum seu superiorum Magistro. Videas  
cum, quia ibi amplè per eum dc illi potestate dis-  
crit.

**Q**uinta consi. Fuerunt & alijs milites, qui Tem-  
plarij dicebantur, & citcirr annum Domini  
ni 117. sub Pontifice Gelasio II. Hierosolymis ini-  
tiū sumpscrunt: vt certidem Polydorus in lo-  
co supra alleg. & Philip. Bergomen. in tuo supple-  
mcn. Chronicarum, lib. 12. Hi, quia in parte Acdi  
um templi habitabat, Templariorum nomē in-  
de habuerunt. Hi primum denuo gratia non  
longe è sepulchro domini habitates, Christianos  
peregrinos hospitio cum charitate suscipiebant,  
atque eos per sacra loca & templa armati duce-  
bār & comitabantur, vt omnem terram sanctam  
tuto inuiserent, & inde sine aduersiorum mole  
stia reduebant. Fuerunt huius charitatis officij  
autoris viri pietate insignes nouem num. quoru  
Principes Hugonem, Paganum, & Gaufredū de  
S. Alexandro extitisse furent. Utcebantur atque in  
cedebant mantellis albis cum cruce rubea. Dura-  
uit ha religio ferme 200. annos. & maximas facul-  
tates & oppida quæ plurima vbiq; gentium suo te-  
pore possedit. Veruntamen conuicti de mū impie-  
tatis, q; qui Hierosolymis agebāt ad Saracenos de-  
fecissent, esentq; in foeda vitia propter rerum ab-  
undantium à Christianis comprehensi, tāquam  
infideles & heretici, pontificatu Clementis V. cx-  
terminati sunt. Et etiam, qui apud Gallos stabāt,  
cum vbiq; ignominiose nimium vitani duce-  
rent, à Philippo Francorum Rege Pontifici Roma.  
cōcedente. Quib. omnib. deletis, eorū bona  
opulētissima, partim militib. Rhodianis, ino major  
pars, partim nouis religionib. attributa & con-  
signata sunt. Et istis Tēplarijs Hierosolymitanis  
privilegiū concessum erat, Ut excōminicati per  
sum Priorem, quisacerdos erat, absoluuerentur:  
vt in c. canonica de senten. excom. extra.

## NONA PARS

**S**exta confid. Alij reperiuntur milites Theutonici, & corum religio ex vtraque priorum mixta est, cum hospitio suscipiunt peregrinè illuc profectos, & cum res exigit pro Christianitate & fide, armis certant. Initium fecit vir natione Theutonicus, qui post Hierosolymam receptam à Christianis vna cum pluribus sua nationis ibi remanserat: Is uxorem & facultates habens motus suorum popularium (qui sepulchrum domini quotidie visitabat) misericordia, qui neque lingua nonuerant, neq; diuersorum inuenirent, domum suam hospitalem illis communem fecit, ac inibi diuæ virginis facillum adiunxit, cui postea turba magna fidelium, tam pro infirmis curandis & sollicitandis, quam pro tuncnda fide dicauit: Vnde Deipara Mariae virgi. milites sunt appellati. Teguntur pallio albo cum nigra cruce, subtus & tunica nigra. Ex statuto nullus nisi Theutonicus illius militiae esse potest, atque idem claris ortus sit naturalibus, & cui proponatur ante receptionem, ut contra fidei hostes, & sacratissimæ crucis domini nostri paratus sit omni tempore dimicare. Item, barbam vniuersitatem nutrit, prater eos, qui sacris intendit, & demum dominicam orationem pro canoniceis horis tantum vñfuerit.

Hæc fuit Theutonica militia origo, & est in tum laudanda, cum eam Roma Pontifi. postmodum approbarint.

Hi post Hierosolyma iteru amissa reuersi sunt in Germaniam, & terram Prusiam subegerunt, & occupauerunt. Et prius castellum ad Visulam flumen construxerunt, & mox successu temporis oppidum frequens cultu apparet, Marienburgum vocant, caput atque sedes corum, qui vniuersi ordinis funguntur magisterio. Abundant diuitijs: nec minor quæ Regib. est illis potentia: Vnde nullus aubigere potest quantus & qualis honor & reuerentia eisdem exhibeti soleat.

**S**eptima confid. In Hispania sunt milites S. Iacobi sub regula Diui Augustini instituti, & sub Alexandro III. Pontifice Romano (qui ordinem eorum approbavit), initium coepcrunt, quorum primus fuit Magister Petrus Ferdinandus.

**O**ctaua confid. Alios esse milites quos Calatravenses (aloco sic dicitos) ponit ipse Polydorus in dict. suo libr. Istius militia fuit autor Rex Sancti. In anno 1160. nigrum amictum cum cruce rubra portant. Sub ordine Cisterciensi profertur. Et istiusmodi etiam sunt in Lusitania, quæ Portugaliam vocamus, milites Iesu Christi, quos (teste Platina) Ioan. xx. sub Dionyvio Rege anno Domini 1325. instituit, ut escent, qui ex officio Saracenorum insultibus Bericam id temporis tenentibus resisterent: Crucem rubram affigunt pallio seu mantello. Huius ordinis est gubernator Abbas Alcohasiani monasterij, Cisterciensis congregationis, Vlysbonensis diocesis, & con-

scribendi & exauktorandi milites habet potestem.

**N**ona confid. Sunt etiam alteri apud Alicantiam oppidum in Regno Castelle, de quorum initio parum recitant scribentes, cubus, Rex Aragonie, duos etiam ordinatum circiter annum salutis 1212. ordinatum alteros sanctæ Mariae de redemptione priuorum, sive de mercede vocari voluit, qui captiuos redimere onus inumberat. Pallio tur albo cum nigra cruce. Alteros Montelitæ, rubra cruce munitos nuncupauit, quæ miliziam Gregorius IX. sua autoritate approbavit. De his militibus etiam, & ordine componit Volaterranus in sua antropologia, lib. 2. ordines militares, queni videas.

**D**ecima consider. Alij sunt milites partiales, qui habet certum ordinem regulare intra eos ultra milites simplices: & isti in Francia dicuntur milites ordinis: quod aptè & accommodat fit, eò, quia militia potest dici ordo, cum milites laudabiliter & virtuosè vivere debeant, dicit Lucas de Penna in leg. his quidem. in ca. Cod. qui milit. poss. libr. 12. Et ideo merito datur milites ordinis. Habent tamen inter eos quod signum particulare propter quod dicuntur habere dignitatem militarem particularē & specificam ultra alios, vt in Francia torquem ream, quod est signum militis, ut dicit test. cap. ius militare. 1. distinct. Vbi dicit test. Quod ius militare est belli inferendi solennitas facta faciendique nexus signo dato egressio in bellum pugnare commissio. Item signo datore ipsum item flagitiij militaris disciplina, si locus datur: Item stipendiorum modus, dignitatis gradus, primorum honor, veluti can. cœtu vel torques donatur: & vt dicit Ioann. de Larrecrem. ibi. Illo iure militari habeantur, inquit, du sive dignitatis officio vnuus alium praeditum putat in quo gradu Comitem Dux, Marchionem, Dux Ducem: & vt dicit Princeps omnes excellit dignitate. Et qualiter dicitur Comes ab alio Comite, & Dux à Duce, & Marchio à Marchione, & Princeps à Prince: dicitur, part. vbi etiam posuit de illis militibus, & decipline ipsorum, qui fuit institutus in Regno Francie per Ludovicum Regem XI. in honorem San. Michaelis Archangeli, certo militum numero decreto & ordinato. Inter quos Rcx ipse expandit caput, & cuiilibet certorum millium libram annuorum pro status augmentatione allegata regia pensione. Et isti milites de ordine regocantur portantes auream torquem, & D. Melch. Is regium insigne aureum pendeus, vi publica deri potest. Vnde secundum Budarium in sua notatio super l. vlt. ff. de senato. torques auream militibus ob rem strenue gestam donari ab Imperatore.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

206

ribus solebant. Vnde Torquati dicti. Torquati  
namen hodie vocitar debent equites, qui vulgo  
Cochleati dicuntur, quos Rex noster gestamine  
in regio que insigniuit. Nec potest aliquis vti hoc  
insigni ornamento, nisi cui Rex concesserit, in  
seioronathæ, cui Antiochus dedit potestatem bi-  
bere in auro, & esle in purpura, & fibulam aurcam  
fere. Macchab. 11. & figurata est Gen. 41. Vbi Pha-  
no, Rex Aegypti, in signum præmij, & saundo  
Isæph præposito sua domus, insigne militis & di-  
gnatiss, dedit ei torquem auream. Et Dan. 5. Vbi  
exempt Regem Balthasar circundata est collo  
Danielis torques aureæ, quod est signum præemi-  
tationis militaris in domo Principis. Cui adiunxit  
Christianissimus Rex imaginem diu Michaelis,  
cum nemo sit adiutor illius, nisi ipse Michael  
Principis fidei Christianæ in locum synagogæ  
liberata, vt dixi supra in tertia parte huius tra-  
ctus.

Et ideo, cum S. Michael sit signum & tanquam  
patronus & protector huius ordinis excellentissi-  
mæ potest dicens Rex noster Christianiss. illud Dani-  
ls. Ecce Michael vnum de Principibus, primus ve-  
nient adiutorium meum: & eo c. in fin. Nemo est  
ad iutor meo in omnib. his, nisi Michael Principis  
veller.

Quo autem ordine incidere & sedere debeat  
predicandi milites, quomodo a lios præcedere debe-  
ant, dñs supra: Sed tamen inter eos habent ordi-  
nationem de modo & ordine præcedendi que est  
tales.

*Item & pour offrir toutes erreurs, doutes, scrupules &  
doutez qui porroient venir touchant à priorité &  
porro de bonurs, estatz & degré z dentre lesditz cheua-  
liers, & compagnons & frères de l'ordre. Attendue que  
votre & fraternelle amour ne doit point avoir regard à  
quelqu'ordre. Nous volons & ordonons que tant en aller,  
veur faire en leglise, ou chapitre, à table, nomer, parler, &  
avoir, & en tous autres faictz & choses quelconques de  
jedans, regardans & touchans la situation en l'ordre  
d'ez, lesditz, & compagnons dieux ayent & tien-  
nent nature, lieu & ordre felon que auant ou apres ilz  
auront ruceul l'ordre de cheualerie. Et si plusieurs en y  
sont en vn mesme iour eussent estez faictz cheua-  
lens, donnons que le plus ancien de ulx ait premier lieu  
de prédicatz, & les autres enjuyant. Et quand à  
ceux qui cy appresseront mys à l'ordre par election du son-  
gant & de l'ordre des frères de l'ordre; ordonons qu'ilz  
auront le lieu felon le temps qu'ilz feront entrezen l'or-  
dre. Et si plusieurs en y auoit d'vn mesme iour ilz l'aurot  
plus leage comme ditz est. Excepte Emperours, Roys,  
Ducs, lequelz pour la grandeur & hautesse de leurs di-  
rectz auront lieu enceps ordre felon le temps qu'ilz au-  
ront l'ordre de cheualerie sans en auoir autre regar-  
d au oblige de lignage, grandeur seigneuries, offices, e-  
tate, ou puissance.*

Philippus vero, dux Burgundia, in suo ducatu  
Burgundia, & in urbe Diuionensi hunc ordinem

militatem ordinavit. Et pro huiusmodi ordine  
instituendo, accepit signum velleris aurei pendu-  
lum cum torque aurea. Alij verò Principes habē-  
tes tales ordines alia & alia habent signa, quæ eis  
relinquo. Sed an quilibet Princeps in suo domi-  
nio & principatu hunc ordinem creare possit, nō  
insisto.

Sed quicquid sit, Hi milites præseruntur cete-  
ris militibus, qui sunt simplices, non existentes de  
huiusmodi ordine: & sic laudandi sunt ex plurib.  
præceteris nobilibus, cum ultra nobilitatem quo  
ad nos habeant illam dignitatem à Principe, &  
sunt aggregati confortio seu societati Principis: i-  
ta, quod liberum ad eum habent accessum, in ne-  
gotijsque Regni pertractandis assistunt, & sunt de  
confilio secreto ipsius Principis. Et ut dicit Lucas  
de Penna in leg. vni. Cod. de equestri digni-  
tate, libr. 13. plus laudandus est, qui militiam à Re-  
ge suscepit, quam is, qui recipit ab inferiori. Et i-  
stos videtur adaptare Purpuratus in leg. 1. colum.  
11. ff. de officio cius cui mandata est iurisdictio.  
Patriis, sed non video cius bonam adaptatio-  
nem.

**V**Ndecima consilii. Alij sunt milites simplices &  
communes, de quib. in iure loquitur & lau-  
dantur in pluribus, dummodo habeat ea, de qui-  
bus in gl. in l. p. ff. ex causis maiorum, cui addo glo.  
in §. fi. in verbo. siquidem. in auth. de mandatis  
Principum.

Et ideo Cy. & Sal. post eum, in l. 1. C. de iur. & sa-  
et ignorantia. & post eos d. meus Ias. dicunt, quod  
milites nostri temporis non gaudent priuilegijs  
militum, Eò, quia non habent virtutes necessari-  
as ad militiam: idem renet Bar. in l. filius familias.  
S. veteranus. ff. de procura. & in l. militib. C. de p-  
curatoribus.

Quæ autem sint illa priuilegia militum, & vtrū  
extenduntur ad doctores, & clericos, qui sunt mi-  
litæ ecclesiis militiæ, ponit Alex. in l. centurio. in  
prin. ff. de vul. & pup. subst. & sorte caponā supra.  
& etiam priuilegia doct. in suo loco.

Militia huius summa laus est communis utilitas  
intendere, vt dicit tex. in summa. 23. quæst. 1. Lu-  
cas de Penna in leg. vni. in 2. volu. Vr armorum  
vñs: lib. 12. Instituta est enim propter duo, scilicet,  
propter iniuriam propulsandam, & vindictam in  
ferendam. 23. q. 1. c. 1. Est autem exercenda ea inten-  
tione, vt malo coercentur, & boni sublimentur.  
23. q. 1. c. apud. & c. se. Namque & plerique sancti pa-  
tres ex militia laudem acquisierunt: Vt Propheta  
Daud, qui militasse legitur. 1. Reg. 28. c. & Centurio,  
vt in c. u. sli. 23. q. 1. & de pluribus alijs, vt infra  
dicam suis locis: Ipsa quidem militia non cu-  
patur, sed ita militandum est, quod nil ultra stipendia  
qua ratur c. militare, eidem causa & qua tie-  
ne. & vide Lnc. de Pen. in l. 1. in l. col. Co. qui mili-  
tare possunt vel non, & in dist. leg. vni. Co. vt at-  
morum vius.

## NONA

## PARS

Miles enim procedens ad bellum, si occidat alii quem, non est rarus homicidij, quia legitima superioris autoritate occidit. c.1. miles. 23. q.1. Militaris quippe est disciplina tenacissimum vinculum, in cuius finium ac tutela screena tranquillitas; beatæ pacis status ac quiete, ut ait Valer. lib. 2. c. 2. in prin. Disciplina siquidem militaris acriter renta, principatum Italiz Romano imperio peperit, multarum urbium, magnorum Regnum orum, validissimorum gentium Regimen largita est, fasces Pontifici sinus patefecit, Alpium Taurique montis cōulsus claustra tradidit, Ornusque & paruula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen. hæc vbi supra. Et refert Luc. de Pen. in I. ram collatores, in 3. col. C. de re mili. lib. 12.

**D**odecima confid. Duplex est militia secularis, scilicet equestris & pedestris. Le à caligato milite. in glo. Cod. de nuptijs. Et pedestres milites dicuntur, qui habent caligas de corio. Et equites qui in equites vadunt. & notatur l. non omnes. §. qui in pace. ff. de re milit. Inde Magister militum dicitur equitum & pedum Magister. l. 1. & 2. Co. de offi. præf. præto. & l. 1. C. de offi. Magistri militum. Er vñ dicit Tit. Lini. de bello Mace. lib. 3. Equestres milites dicuntur equi milites. Ita dicit Luc. de P. in d. 1. i. in 1. col. C. qui militare possunt vel non. Et isti simplices milites Equestres sunt in dignitate, i. ordinis post clarissimos, ut est text. & ibi idem Lucas in l. vnic. C. de equestris dignitate, li. 12. & infra amplius dicturus. Ibi, ponam eos post constitutos in dignitate, & ex quibus laudari possunt & debent.

Equestris vero loca in theatro 14. gradibus cōcludebantur, qui & ipsi ordines dicuntur. Sæpe enim apud autores Suetonium, Iuuenalem, & ceteros de 14. ordinibus mentionem fieri inuenies, per quos equestris loca 14. graduum nomine intelligi conueniet, ut dicit Vdal. Zafius in reperi. l. 12. §. post hunc. maxime. ff. de orig. iur. in verb. in equestris dignitate.

Eraduerit, quod secundum Budæum in suis in notationibus super leg. fi. ff. de senato. Dignitas equestris, quæ hodie à Regib. & Regnum legislati, aut exercitum præfecti donatur, decus est militia, & ius annularum donare apud antiquos erat, id ferme, quod equitem facere dicimus. Et dicit idem Budæus in dicto loco, quod insigne militis Equestris erat olim annulus aureus, hodie verò calcar aureum, & hoc accipiendo militem pro illo, qui habet illam dignitatem, quod tamen in iure non reperitur, sed p. milite simpli t. Equestris quam pedestri.

**D**ecimateria confid. Inter milites equestres sunt multæ dignitates. Quidam sunt in maiori dignitate, ut sunt Duces seu Principes militiæ: & illi sunt in primo gradu, & apud nos vulgo dicitur Connestabilis, de quo supra dixi in 6. part. hius operis, in 7. in fin. & in 8. confid. Vbi posui de e-

ius excellētia & dignitate, & quomodo habet munum locum post Principem, ita (vribidem) videtur quod præcedere debet Cancellarium. Et tales Duxes sunt, qui præsunt exercitu, cendo diū, licet forte melius dicerentur collatores. arg. eius quod notatur in le. quænauis. ff. ad leg. Aqui. vr dicit Luc. de Pen. collatores. in 2. col. C. de re mil. Et ibi dicit, quales Duxes debent ordines instruere, reportare, & tramites, per quos sit eundū, manū in proce. fforum. §. 2. vi. nihil ex militari aero linquitur in cognitum: His autem cessant, circutus, & populi corrunt. l. item quartum locati. & Procer. ii. Vbi non est gubernator, plus corruvit, salus autem, vbi multa consilia, ergo Duxes, vt dicit, verius & utilius pugnant. Vuid. 13. Metamor.

Quippe manufortes, nec sunt tibi martes, sunt concilijs cesserere mei, tibi dexter abello. Vt ilis ingenium est, quod eget moderamine nra. Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri. Tu pugnare potes: pugnandi tempora metum. Elegit Atrides, tu tantum corpore prodes. Nos animo, quantoq. ratem, qui temperat antea Remigis officium, quanto dux militie maior. Tantum ego resupero, nec non in corpore profr. Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis. Et vñ ibi dicit Luc. de Pen. Pro his & corum b. lute, etiam honesta mors à militibus est appena-

da. Sed aduentendum est, quod quando crearetur tribunus, scilicet primus qui dicitur Connestabilis, debet ei extensa manu dextra dari gladium, & dicit: Accipe sanctū gladium, in quo es aduersarius populi mei, prout olim ficeret habetur 2. Macchab. c. vlt. De officio huius reperiuntur scripta, tam in sacra scriptura, tam in Historiogra. & Poëtarum: ex quibus multa ponit Luc. de Pen. in l. tribuni, C. de re mili. li. 12. Quæ quidam plieum iuristarum notitiam (cum motu ambo) ant ad laudem militia, & illi dignitatis intrare volui. Nam vt dicit secundum sacram script. debent milites ad pugnam præparare, instruere, & præcepta dare, ut formidolosi etiam corde padi, & plures alij ad pugnam inhabiles reuectores ad dominum: & ista habentur plenè Deut. 20. instruuntur Duxes exercitus quid habeant ante conflictum bellum.

la Veronen. in ſuo traet. de Imperatore mili-  
tum eligendo. in verb. pro imperatore. in verſi. po-  
tuit e iam eſſe terria ratio. Laudandi ſunt milites  
ex formositate & pulchritudine. Cum, vt dicit, in  
dubio formosior ſt eligendus. Dicit enim Philo-  
ſophus. Politicorum. vbi ſi tātuſ fuerint diſſer-  
tes corpore, ſolūmque Deorum imagines ſeu de-  
fectuſitatis homines dicent dignos ſeruire alijs:  
quasi dicere, quod deformes debent alijs ſeruire.  
Item dicit Porphyrius, quod Priamus propter ſui  
formositatem fuit dignus imperio. vnde de eo di-  
citur:

*Facies Priami dignaeſt imperio.*

Vnde Virg.

*Gratior & pulchro veniens in corpore virtus*

*Adiunat.*

Et F. Barbarus in libello quem de re vxoria ſcri-  
pit, ſic ait: Formosos cuncti diligunt, dignos cre-  
dunt imperio, eis facilius obſequuntur. Imo quā-  
doque dignitas capitū pro pulchritudine: eum vt  
ait Tullius lib. 2. Officiorum, Pulchritudinis duo  
ſunt genera, vnum muliebre, quam venustatem  
appellamus. alterum virile, quam dignitatem di-  
cimus. Et facit, quod praſumendum eſt pro for-  
mosiore, cō, quia vt dicit Bal. in prim. cōſti. ſforū.  
in §. itaq; in fin. 2. col. Si ſint duo nati ſimul, nec iu-  
dicari poſſit quis eſſe debeat, iudicanq; eſt pro  
formosiore. Et de pulchritudine ſatis dictum eſt  
in 5. par. in 18. confi. vbi laudantur Reges & Princi-  
pes ex pulchritudine.

Et plures laudati fuerunt propter formosita-

tem, vt de Adone filio Myrrha. de quo Virg.  
Ecloga 10.

*Eſformofas oues ad flumina panit Adoni.*

Et Ouid. lib. 10.

*Laudare faciem linor quoq; qualia namque  
Corpora nudorum fabula pinguntur amorum,  
Taliſ erat.*

Et Propertius lib. 2.

*Tefis qui niueum quondam percutit Adonim,  
Venante Idalio vertice durus Oper.*

*Ille formosum fleuisse paludibus illuc  
Diceris effusa tu Venus iſſe coma.*

Et de Auentino. de quo Virg.

*Victoreq; ostentat equos ſatus Hercule pulchro  
Pulcher Auentinus.*

*Adon. Alexi.*

*Aſlur. Auentinus.*

*Alys. Achilles.*

*Anthionus Bithynicus.*

*Achanta. Alibiades.*

*Amaracus. Aſterius.*

*Auguſtus. Aſius.*

*Amphimedon. Bellorophon.*

*Bathylus. Caſtor.*

*Pollux. Cyllarus.*

*Cefthus. Daphnius.*

*Diadumenus. Democles.*

*Demetrius. Euripius.*

*Endymion. Ephiſtio.*

*Filius Maximini. Galates.*

*Ganymedes. Pelopt.*

*Crtaxerxes. Cyrus.*

*Troilus. Patrocluſ.*

*Gizes. Hippolytus.*

*Hylas. Hyas.*

*Hippoclidee. Iulus.*

*Inuentius. Iason.*

*Joseph Laufus. Lygadus.*

*Magnes. Niſeus.*

*Ligurinus. Naratus.*

*Magnes Smyrneus. Narcifſus.*

*Nifus. Nereus.*

*Nearchus. Pyramus.*

*Paris. Phaon.*

*Phaedrus. Parthenopœus.*

*Rofcius. Idas.*

*Hymen. Serranus.*

*Spurina. Scipio cognoment.*

*Turnus. Demetruſ.*

*Tibullus Poeta eliographus.*

Xerxes, qui in exercitu habuit 68. myriadas  
quaeratio habet bis & quinquagies centum o-  
ginta tria millia hominum. Herodotus tamē ex-  
bit in tanto mortalium numero neminem i-  
pulchriorem Rege ipso, aut proceriorē sat ra-  
refert Tex. in ſua officina. Vbi etiā queſuuntur  
liores pulchra: & ſupra dixi de illis in 2. parte.

Fuerit

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

212

Fuerunt & temporib<sup>o</sup> nostris Principes formositate mitra decorati.

*Philibertus Sabaudus.*

*Philipus Austriacus.*

*Henricus Anglus.*

Franciscus Francus, Rex noster, qui fuit & est genit pulchritudine decoratus, antecedens omnem homines tortius Regni tam pulchritudine, proceritate, eloquentia, clementia, quam placatorie, & quod magis est fortitudine, vt infra dicatur.

Subtilissimus ille & acutissimus Papinianus iuvenilis laudatus fuit de pulchritudine, vt est tamen proœm. florum. in §. & hos tres libros, &c. libris acutem ipse pulcherrimus Papinianus, & ad bericus.

Vigesimalia consi. Miles laudatur, si fuerit vaudax & terribilis: vt dicit Vegetius: Nam vt pœnum si leonis aut vrsi (vt fuit Alexander Magnus in bello valentissimus, vt dicit G. Benedicti non repetit. cap. Raynulpius. in verbo, quæ ex eo in tuscipens. de testi.) effigiem habeat, ferocius & audax erit in bello: quia *Judaces* (ib. Aen. Virgil. habetur) *fortuna uuat, timidegetat.* Quoniam vt dicitur in libro principiorum. Anima coiuncta corpori imitatur passiones corporis, sicut per experientiam videmus, & mali habentes figuram in uulceris, sunt communiter & feminina molles, ocij & deliciarum amatores, & multo cōtrariantur militiæ, quæ omnia malitia habet, p. alii & Republica vñq; ad mortem inclinare, & ita iurant milites. insti. de testa. & per rub. & in l. ff. ex quib. causis maiores in eorum resti.

timere enim non debet miles hostes quamunque superbos, nec eos fugere, vel abeци occidere, sed in faciem eorum accurrere: h[ab]it contraria apud Romanos faciebant, ignorantes se puniebantur, vt de Licio Minutio consul. l. titu. dedit disciplina militari, refert Valerius. Debet ergo militem esse audacem & strenuum, compatum ad omnes labores absque timore, s. lucta illud Senecca ad Lucillum, Generis labor nutrit, nec est viri timere super. Quinimo dicit Philosophus. Ethicorum. ea esse fugere laboriosam. Ideo milites exercitantes debent habilitari. tex. in l. milites. Cadere mili. libr. 12. vt infra amplè, vt laboribus non timeant. l. 1. ff. de mili. testam. Cum tamen, s. suis proin protos, imitatio artifices aptos, concurrentia suum mos. Nechaber cōtrarium quam oculum; de quo Valerius vbi supra. Hac Benedict. in d. repe. c. Rayn. in ver. testa. nu. 27. de clementis.

Terciesimia consi. Milites etiam laudantur ex longitudine pectoris, & ex longitudine brachiorum & exploribus alijs, quæ dicit Vegetius de rebus. i. c. 6. vbi dicit. Sit ergo adolescentis Mar-

tio operi deputandus, vigilantiibus oculis, erecta ceruice, lato pectori, humeris musclosis, valentibus digitis, longioribus brachij, ventre inodico, exilio crurib. suris & pedib. non superflua carne distentis, sed nervorum duritia collectis. Cum haec in tyrone deprehenderis, proceritatem non magnopere desideres: Vtilius est milites fortes esse quam grandes. iuxta illud Cato.

*Corporis exigui viriles centennare noli.*

Et illud Papinij:

*Maior in exiguo regnabat corporis virtus.*

Scribit Homerus. Tidcum parvo fuisse corpore decoratum, in quo tam anima esset maxima, & vires amplissimæ. vnde in Priapis à Poëta decenter scriptum est:

*Vtilior Tideus, qui si quid credis Homero,  
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.*

Et Xantippes Lacedæmonius, qui brevi statura erat, ita laudatur à Silio:

*Exiguus vigor admirabile membris,  
Viuidus & magnos nju qui vincere artus.*

Idem Vegetius lib. 1. scribit corporaturam bonitatis tyronis implere sex pedum longitudinem. Praeterea in amplitudine & latitudine plus quam in longitudine sapientia consistit, secundum Pe. de Bella pertica, quod summe dispergit Cyno, qui ultra modum longus erat, vt dicit Bar. in l. 1. ff. de iuris. om. iu. nec sunt communiter audaces, nec valentes, velut cor multum distans à cerebro habentes. Hac ipse Benedicti in loco supra alleg.

Tridiesimia prima confid. Milites laudantur & in sobrietate: quoniam miles sobrius esse debet in cibo & potu, de quib. non multum enire nec delecto. Non enim assuesci debet sensualibus deliciis, quoniam vt ait facetus Poëta:

*Nil valeat in bello qui vivit deliciis,  
Nec sine duritia bellicosa palma datur.*

Eò etiam quia miles dicitur à malo, quod sustinere debet pro Republica. l. 1. §. miles autem. ff. de testam. milit. Vbi miles dicitur à militia, id est, duritia, quam sustinet. Ideo cum in expeditione degunt, tradi eis debet panis buccellatus ad comedendum per biduum, id est, panis bis coctus, qui siccitate sui grossos & ponderosos humores attrahit & bibit, quos cum superfluo digestionis expellit per fecesum: quibus eis sunt milites agiles res ad pugnandum, & præscrutati à multis infirmatibus, quas dicti mali humores ad putrefactionem facile gignunt. Et tertia die panis integer non bis coctus eis ministratur. Et vna die datur eis vinum, altera dic acerum ad bibendum, & vna die lardum, alia die habent carnem veruecinam: vt de hoc est tex. in l. 1. C. de crogatione militaris annona, libr. 12. vbi haec omnia amplè declarat Lucas de Pen. quare ista fiant. Etiam Guil. Benedicti in sua rep. c. Rayn. in verb. testamentum. l. num. 30. extra de testam.

Trigesimia.

## NONA PARS

**T**rigesima secunda confide. Miles laudatur ex paupertate. Nam olim milites solis stipendijs contentabantur, de quibus vivere debent, & non super argos, ut habetur Luc. 3. Nec debent subditos Regis ad eis præbendum viætalia cogere, nec illorum prædia inquietare, nec viætalia aut carera bona tangere. Quibus contrarium facientibus licitum est cui liber de plebe eos aut eorum ministros expellere, & propria autoritate resistere, amicis & viciniis in auxilium cœuocatis ad expellendum inuasores. Capitancum qui eos delegavit, temporali exilio puniendo, quia militibus transiuntibus solum permittitur hospitari in domibus, & nihil pro viatu aut eorum pabulo à prouincialib. etiā sponte efferentibus recipere, non soluto valore. l. canaticorum. C. de erogatione mili. anno n. & l. deuotum. C. de metatis & epidimeticis, li. 12. vbi lo. de Plat. dicit: Aequalitatem debere esse in eo, qui gratis hospitatur, vt nihil petat ab hospite ultra hospitalitatem. n. facit rex. in l. vii. & quæ ibi dicit lo. de Pla. Co. de salamo hospitib. non prestanto, co. lib. 12. Nec possunt milites tempore pacis faciendo monstras personarum suarum, equorum, armorum & cæterorum militib. stipendiarij necessariorum, viuere de bonis rusticorū, & aliorum subditorum, nec conuocari in magna multitudine. l. si. §. erit autem. C. de re mili. lib. 12. ne grauent subditos. O deos, cum videamus hodie modum eorum viuendi esse omnino in contrarium, ita quod exercent pauperes ruriculas quotidie, & tempore pacis, & alio modo viuendo super populo, quid fieri de anima eorum? unde non debet dici quo ibit anima mercatoris (vt dicit Bal. in c. eum causam. extra de testib. & in auth. ad hoc. coll. 8. C. de usuris.) sed quo ibit anima armigeri, seu militis, quionon contentatur de vietu, sed etiam in dominibus suorum hospitum rapuit quicquid possunt more prædatorum. & vt plurimum eos verberant, & cogunt soluere, & dare certam sumam, vt à domibus eorum exeat: unde deberent in simplicitate viuere, quæ magis cupit arma, quam leges. l. si. in prin. C. de iure delib. unde refert Valerius lib. 3. de fiducia sui. Scipionem Africananum in concione publica dixisse, quod cū totam Africam Romanæ ditioni subiecisset, non tamē aliud ex ea, quod suum diceretur præter cognomen tulisse. Er Publ. Scipio de se, & Lucio Scipione eius fratre loquens: Non (inquit) me Punica, non fratrem meum Asiatica gaza avarum reddiderunt, sed uterque nostrum inuidia magis quam pecunia locuplerior est. Quam Scipionis accusati constantem defensionem, Romanus viuens sus fatus comprobauit: vt ibi refert Valcri. Et idem lib. 4. de Valerio Publicola post Tarquinium eius primi consule, dicit: Quod post tres consules acceptissime peractos tanta paupertatis fuit, quod patrimonium eius ad expensam exequiarum suarum desecit. Ex quo patet, Quod viuens

possedit, cui mortuo lectus funebribus & rogauit.

Fabricius quoque plures Consul & imperatores Rom. (vt idem resert) filias proprias pauperes dotare nequivit.

Marc. etiam Curtius contra Samnites belligerens, legatis eorum se in scanno assidentibus in catino ligneo coenantibus, spectantibus, & buit. Cumque magnum aurum pondusci posse alissent, risit dicens: Referte, & dicite Samnium, Marcum Curtium magis locupletem impetrare quam ipsum locupletem fieri: & memorem non aci vinci, nec pecunia posse corrumpti.

Atrilius vero ab atrobad imperiū Romanū oceatis, postquam Rem publicam stabiliuit, gentes hostiis vires confregit, multosque triumphos consecutus deposito imperiali sceptro ratrum redire non erubuit. Textus tamen si. in prin. Co. de re militari, vocat eos diritti. Et contra istos Imperatores seu Duces bellum hincante, qui fuerunt pauperes, multum sunt ea, quæ dicit Cæpola in suo tracta de luctore militum eli. in verb. dirittijs. Vbi imperio seu Dux exercitus & militum, plutinum condatur in dirittijs, quod probat duodecim rati bus. Et ibi scribit 31. Priuilegia dirittijs, & sunt multum laudanda: quæ ibi videre potest satis declarantur per Albe. in l. si quis ad decimam. C. de Episcopis & clericis.

Phocion Atheniensis, vir non minus vir, quam rci militaris gloria clarus, cognomene nus pauper. Fuit enim semper pauper, cum simus esse potuisse ob frequenter ei delatos homines. Huic cum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarentur quæ acciperet: quamuis enim facile ijs careret, libet tamen eius essent necessaria, quibus differtur in summa paupertate ad paternam gloriam resurire. Si mei (inquit) similes erunt, idem hunc illos alit illos, qui me ad hanc dignitatem perdiderunt, nolo meis impensis illorum arripi: luxuriam.

**T**rigesimatercia consider. Laudatur in castitate, Quoniam casti esse debent, & stationes militum dicuntur castra, à castris quasi castrata, vel casta, quod ibi castrari debet bido, & caste ibi viuebant milites antiqui, cœrantes castitatem secum habere fortitudinem in nexam, quam seruarunt semper ut pupillam occuli. iuxta illud poëticum in Georgicis:

Sed non vlla magis vires industria firma,  
Quam Venerem & cæstumulos auerterere.

Luxuria enim vires eneruat. Vnde Quintilianus in milite Mariano. Ideo meretrices ab exercitu submouentur. Intrare castra foeminas non licet. Deuter. 23. Quando egressus fueris contra hedes ruos in pugnam, custodi est te ab omni remissione, sicut fuerit inter vos homo, qui nocturno pollens

hōmō, egreditur extra castra, & non reuerte-  
rūt priusquam ad vesperā laetetur aqua. & infra.  
Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorū,  
terrat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint ca-  
stamālācta, & nihil in eis fōxidatis appareat,  
ocderlinquat te. Propterea Imperator amato-  
rem castitatis sc̄e dicit in auth. quib. modis natu-  
ræ efficiunt legitiimi. collatio. 6. Vnde non sine  
cautēam tantum dilexerunt armigeri veteres &  
genēles. Nam de Cornelio Scipione resert Vale-  
nālia. tit. de milit. disciplina. Quod contra Nu-  
mantinos imperator missus ex momento, quo ca-  
strauit, duo mille scorta de ipsius expulit: qua  
peleat uefactus exercitus (qui paulò antē metu  
sdeformis se feederis iētū maculauerat) ete-  
rat recteata virtute aciem illam fortē & ani-  
mosam. Numantinam superauit. & incendijs exu-  
fauit ruiniisque prostraram Numantinam solo q-  
auit.

xepio quoque Africanus summis etiam effe-  
re laudib. qui Carthaginem obſidens, oblatam  
ex hostibus virginem eximie forū, & nobis  
trans, intactam & dotatam restituit. Hæc Guid.  
Benedicti in sua repetitione. cap. Raynut. in ver-  
o testamento. i. num. 37. de testamentis. extra.  
De audeverò castitatis dictum est in 2. part. in 12.  
conderatione. Idcirco non est mirandum hodie  
quid nos, si gentes armorum in bellis & exercitu  
ante bene habeant, cum in eis nulla sit castitas.  
quis sit exercitus viginti mille hominum, ter-  
cūpā illius erit sc̄itorum & meretricum quæ  
extremū sequuntur, & ducuntur per armigeros.  
me perpedites, quorum quique frequenti-  
as am fibi consociat: quod contingit culpa Ca-  
pronorū, & Dūcum exercituum, quia talia pa-  
tio deberent: Ideo facilius & frequentius  
Hannibal castra quām Hannibalis vidēmus eueri,  
et Luce de Pen. in l. vñica. C. de Castrensi omni  
capitulariorum peculio. colum. 5. in principio.  
vñ.

Tigesima quarta confide. Milites multum &  
T amē laudantur ex obedientia: Quoni-  
mā ut rex in summa. 24. qua. i. summa militia  
obedientia, & quicquid fibi vtiliter impe-  
rat, obtemperare. ita dicit Bartho. Capola  
mīstrati suo de imperato. eligen. in verb. diui-  
nit. 10. diuities. &c. Imo præcepto Dūcis  
summo parendum. c. quid culpatur, in fin. cum e-  
cōpen. ibi, igitur quod Cēsar præcepit ferendum  
quod imperator tolerandum est. eadem cau-  
dū question. Ex tali enim obedientia victoria se-  
ntur, & sat is Imperij gloria parta est, dicit Luc.  
epen. in lege tam collatorcs. col. 3. C. de re militi-  
bar. & iussionib. gubernatoris exercitus,  
et bellum vel ruginam spēcant omnino pa-  
tiam est: & si quis contemnat eas, etiam si reu-  
pere gesserit, capite puniendus est leg. 3. §. in  
ff. de re militari. Historia sunt nobis in

promptu ad hoc per Valerium in libro de discipli-  
na militari descriptæ, vt de Manlio Torquato, q-  
filium proprium licet Viñorem occidi fecit ob  
violatain disciplinam militarem. & de Papyrio di-  
ctatore, qui Fabium Rutilium Magistrum equi-  
tum, quia aduerfus editum eius quam prosperè pu-  
gnauerat, virgis iussit cædi, securi percussurus, nec  
contemni, aut precibus militum concessit a-  
nimaduersionē, eumq; prosigentem Romanam  
prosecutus est: nec ibi quidem remisio prius sup-  
plicij metu, quām ad genua eius & Fabius cum pa-  
tre prouolueretur, & pariter senatus & populus ro-  
garent. Hæc tamen feueritas non intantum est ex  
ercenda, vt animū militum ab Imperatore exerci-  
tus auerterat, quia tempore belli rigor non debet o-  
mnino scrupuli. c. fi. de transactio. & c. sc̄iēdū 29.  
dist. secundum lo. Fabri in proce. instit. super verb.  
gubernari. Vbi etiam dicit, quod tempore bel-  
li iura non scrupuntur de factō, licet sanctius esset:  
quod iustitia illo tempore fieret, quā alio: quia, vr  
dicit Cicero 1. Officiorum: Nullum est tempus, q  
iūlitia vacare debet.

T rigesima quinta confid. Milites etiam mul-  
tum laudantur ex scientia militari, quam ha-  
bere debent, vt habetur in l. vñica. C. de castrensi  
omnium Palatiōrum peculio, lib. 12. ibi: qui præ-  
sto sunt super actibus, quos intentos, & cruditos,  
studijs itinerum prolixitas & expositionum diffi-  
cultas exercet. & platur in l. 1. ff. de decretis ab or-  
dine faciendis. ibi: & peritia artis. & lo. de Plat. in  
l. 1. C. de conditis in horreis publicis, lib. 10. & hoc  
est, Quoniam turpe est ignorare scientiam &  
artem, in qua quis versatur. l. 1. §. Scruius autem Sul-  
pius. ff. de orig. iur. Vnde dicit Vegetius lib. 1. c. 1.  
de re militari. Scientia rei bellicæ dimicandi nu-  
trit audaciam. Nemo facere metuit, quod se be-  
ne didicisse confidit. Etenim in certamine bello-  
rum exercitū paucitas ad victoriam promptior  
est. Rudis & indocta multitudo exposita semper  
ad cædem. Idemque 24. cap. 2. libri scribit. Cuius  
manibus est scrupula Respublica, studiosius opor-  
ter scientiam dimicandi, vñsumque Reipublica iu-  
gis exercitū custodire. Et dicit idem Vegetius c.  
13. 2. libri, In pugna vñsum prodesse amplius quām  
vires. Nam si doctrina armorum ceſset, nihil pa-  
ganus distat à milite: Quæ quidem scientia neces-  
fatio requiritur in Duce exercitus, & in Capitaneis  
is ad guerram, aut alijs habentibus administratio-  
nem, seu autoritatem in exercitu, vt amplē de-  
monstrat Capola in tracta. de Imperatore eligen-  
do in verbo, scientiam. Vbi quod hæc sciētia mi-  
litari per armorum exercitationem acquiritur:  
vt est causis in l. in nomine Domini. ver. hæc autē  
ibi: iubemus vt semper milites ad exercitationem  
armorum teneant. C. de officio præfeti pratorio  
Africæ. & ibi Albericus, quid dicit per illū textum,  
quod milites armorum vñ quotidianō ad bella  
se præparare debent, alleg. l. milites. C. locati. Et  
Hh est

## NONA PARS

est casus in l. milites. 2. ibi: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se preparent. C. de re militari, lib. 12. Vnde exercitus nomen ab opere exercitii, & exercitatione traxit. tex. in l. 1. in f. ff. de mili. testamento. Veget. lib. 2. de re militari. c. 1. Ideo dicit, quod omne artificium seu scientia exercitio crescit, & per illud suscipit incrementum. tex. in l. legatis seruis. §. ornaticibus. & ibi glo. in verb. incrementum, ff. de legatis, not. glo. in verbo posfit. in cap. peruenit. 84. dist. & dicit Polyerat. in suo 6. lib. quod tria secretunt Romanos esse triumphantes & victores, scientia rei militaris, exercitatio, & fides. Pro quo facit tex. in §. cumque. in procœmio instit. ibi: quorum omnium solertia, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem. & text. in 2. constitutio. Co. in principio. dicit arma & leges Romanas omnibus anteponi gentibus & nationibus: scientia & dignitate etiam dominari preteritis effectis temporibus: que quidem scientia rei militaris optime cognoscitur ex experientia, ut per plura ostendit Cæpolain loco supra citato.

Ex quo infero milites expertos plurimam esse laudandos: Quoniam experientia est rerum Magistra. ca. qui sit. in 6. in prin. cum alijs per eundem Cæpolam allegatis. & dicit Philosophus. Natura potentem, ats facilem, vsus promptum reddit artificem. & in 2. constitutione. C. sed cum siti juris periti, commandantur experientia retum. & in l. certi. C. de iudicis. Vbi cauaram experti iudices dari possunt. Et dicit Bern. ad fratres de morte Dei: Rusticus habet duros neros, sortes laceratos. Exercitatio hoc facit: in ocio simul cum corpore mollescit voluntas: facit vsus usum, exercitium vires in omni labore ministrat. Et de huiusmodi exercitacione quomodo à Ducibus & trib. militum discenda est, facit text. in leg. officium. in princip. ff. de re milita. & in leg. vnic. §. 1. Co. de offic. pratoris Africæ. & quæ amplè ponit Lucas de Penna. in leg. milites. 2. colum. 2. ca. de re mili. lib. 12.

**T**rigesima sexta consider. Milites ex vigilantia laudantur, quoniam miles debet esse vigilans ad custodiā eorum, quibus praepositus existit, ne dormiens inuidatur ab hostibus. Et inde dicitur praefectus vigilum, quod tota nocte vigilare debet, armatusque discurrere, & inquinilinos admonere, ne culpa corum, aut negligētia incendiū oriatū. text. in leg. penul. §. pen. ff. de officio praefecti vigilum. Vigilare enim debent milites præcepto diuino excitati per Christum in Euangeliō, ut habetur Math. 24. Mar. 13. & Luc. 12. Vigilante, inquit, & parati esto, quia nefūtis qua hora fur veniet. Nam hostes dicuntur fūtes, quos per dolum & insidias licet vincere, si eis aliter fides promissa non fuerit. Sicut fecit Macrobins Carthaginensium Dux contra Assyrios missis, quos vincere dubitans vino & mandragoris dolose inebriatos dormientes interemit. Nam, ut ait Hier.

in li. vigiliarum. Vigilando timor omni eructatur, fiducia nascitur: quæ multum profunt in exercitu militari. Et de utilitate Vigiliarum scribita de Pen. in le. vnic. de studijs liberalibus virtutum. col. 11. lib. 11. Imo ita in eis laudatur, & cessaria Vigilantia, quod si excubias fibertas dimiserint, capite puniuntur. tex. in l. quæ bias. & ibi glo. ff. de re mili. facit le. 4. §. 1. p. cod. tit.

**T**rigesima septima consid. Etiam milita dandi sunt ex patientia in aduersitate bellorum sudoribus: Quoniam patientes et in aduersitatibus & bellorum laboribus sustineant, siti, astu, frigore, ac cæteris calamitatibus innumerabiles existunt. Iuvic. §. 1. cap. de co. tollendis. Et ad istud contemptobandum, G. & t. in sua repetitione c. Raynut. in verb. tum 1. num. 39 versi. octauo, mules detulit adducit plura dicta & historias antiquorum. mo enim in testem adducit Senecam lib. 3. scribentem historiam de Timagine hist. scriptore, Qui, cum quadam contra Aug. Casarem scripsisset, monuit eum Casar, monere moderavit etet, quod facere tecum tam Casar se vindicavit, sed volum suum suam interdicit. Addegit pariter Po. lib. 3. c. 14. qui plura exempla ibi de patientib. de ipso Octavianio Casare Augusto, quod re patientia fuit, & quedam alia de patre eius quorum, Quæ cum non multum faciant ad positum, aliter non insisto.

De huiusmodi patientia melius faciunt & Acneæ, in 1. & 2. Acneidos, cum dicat:

*Durate, & vosmet rebus seruare secundis.*

Et sequitur:

*Spem vultu simular, premire altum corde dolorum.*

Elib. 111. de eo dicitur:

*Mens immota manet, lachryma voluntas.*

Et in primo:

*Opaſſigrauiora, dabit Deus his quoque.*

Sed vt dicit Luc. de Pen. in l. milites. 2. Col. de re milita. allegando Tullium in 2. de Tulliana questio. Noſtri exercitus primum vnde non habeant: niſi ab exercitacione, ut facit tex. in fin. ff. de militari testam. deinde eis quiſ laborum agminis serre pluſquam dimidia metabarbaria ſerre, ſi quid ad viſum velint ferre. Nam ſcutum, gladium, galea, in oneribus militibus non plus numeret quam humeros, accos, manus. Arma enim membra militis eſt: dico, quæ quidem ita geruntur a ore, ut ſi viſus foret obiectus onerib. expeditis armis, ut membris non reponent. Quid exercitatio legionis? qd. ex fus, concutus, clamor, quanti laboris eſt? Ex ille animo in prælijs paratus ad vulnera, adperi animo in exercitatum militem, mulier, detur. Cur tantum intereat nouum & veterem.

quantum experti sumus atas Tyronis plenius melior est, sed ferre laborem, contemnere valus consuetudo docet. Quin etiam videm ex iace affer sepe lauacros, & quidem rudem illum & exercitatum, quamvis leui iactu ploratus turpis annos edere, at verò ille exercitatus & vetus ob emque rem fortior medicum modo requirens, à quo obligetur.

Rigescimmo & traham consider. Milites laudantur in fortitudine, & in pluribus locis Imperator & milites fortissimos, eisdando predictum timorem, cum ex illo decorarent, & honorentur, vt de hoc est tex. in I. ram collatores. in princi. & duobus locis. C. de re militari. & in leg. fortissimi & exercitatis milites. Co. de erogat. milit. annoz. b. 22. Et in milite fortitudo est virtus, qua ex malibidantur, & sine qua in bono non perficiuntur, & qua omnia roborantur & moderantur, de qua ait Philosophus 2. Ethico. Fortitudo tenet medium inter timores & audacias. & Cic. Rethor. 1. Fortitudo est concepcionis considerata parvorum laborumque perpessio. & in Tusculanis quarto. lib. 4. Fortitudo, inquit, est affectio animi agilium perpetiendi reb. obtemperas, vel est conseruatio stabilitatis iudicij in cisis rebus, quae formi & evidenter subeundis, vel repellendis, vel exercitiorum formidolofarum, eotriarumq; ut omnino negligendarum conseruans earum habile iudicium.

Exequibus infertur Fortitudinem locum habent arduis, & in gradib. probatur, cum sit illa, de redicere. Tendit ad arduam virtutem. Hanc si quis conseruarem si miles habuerit, minas non timebit, nec mortem pauebit. Cum viro sorti nequam turpis mors accidere possit. Fortitudo ante suam naturam, & effectu fortunam superat. Vnde Valerius: Fortiter, inquit, se in aduersis gerere, quod aliud est, quam fortunam lauacrum in adversum sui pudore vitam vertere? vt dicit G. Benedicti, in loco allegato in praecedenti consideratione. Qui, vt ait, non sunt optanda pericula, vt tam quis se ostendat, sed sufficit pericula, si cognoscit validè tolerare. Non sum (vt ait Seneca Ataculum) tam demens, vt agrotate cupiam, tamè agrotandum fuerit, sufficit vt nihil effeminate faciam. Non enim pari tormenta optime, sed pati fortiter, nee debet vlla rei nouitas faciat vertere pectora. Cum non possit athleta magnos spiritushabere, donec suum viderit sanguinem, luxurillud: Sanguis fusus humi vites ac sonoborat igne.

Tunc enim proiectus animum nō proiecit, sed cum magna spes pugnam descendit, caque viri malam fortunam vincitur, & bouia ornatur. Oportet ergo milires esse fortissimos, nulla vi, nullum terrorē a proposito recedentes, & considerare, ut Valerius, titu. de constantia, in princi. quod tam sic comparatum est, vt quisquis se aliquis

ordine ac recta mente complexum confidit, vel iam gestum, si obtrectetur, acriter tueatur, vel nondum editum, si interpelletur, sine villa cunctatione ad effectum perducat. Vnde refert Salustius bellum Catilinarium narrans, prope fin. Catilinam Romanum potentia nimium obsessum die sui interitus milites suos sic obscrafie: Nemo, inquit, nisi viator pro paece bellum mutaret. Nam in fuga salutem sperare, cum arma quibus corpus tegitur ab hoste auerteris, ea verò dementia est semper in prælio, his est maximum periculum, q; maxime timet, audacia pro inuero habetur. Cum vos confidoro milites, & cum facta vestra aximo, magna spes victoriae tenet, animus, atas, virtus vestra, me hortantur. Præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit. Hæc ille. Nam eiusdem nationis homines fortiores sunt ad se mutuo auxiliandum. Historiographi profecto laudant, & ad cœlos vsque tollunt eos, qui fortis & constantes fuerunt in prælio. Multa & terribilia Piso Rom. contemptus, dum speciosum mentis suæ flecti noluit rigorem.

Laudatur pariter ille Iudas Macchab. 1. Mach. 3. ibi: Et surrexit Iudas qui vocabatur Macchab. & induit loricae sicut gigas, & succinxit se arma sua bellica in prælijs, & protegebat eastra gladio suo, simili factus est leonis in operibus suis, & sicut catus leonis rugiens in venatione, & de prælijs Iudea narrabant omnes gentes.

De Catone Maiore resert etiam Valerius lib. 3. titu. de fortitudine. Fœlicior, inquit, progenie sua superior Cato, à quo Portæ familiæ principia manarunt: qui cum ab hoste in acie vehementi periculo petretur, vagina gladii eius elapsus decedit, quem subiectum præliantium globo, atque vindictæ hostilibus pedibus circumdatum postquam abesse sibi animaduerterit, adeo constanti animo in suam potestatem redigit, vt illum non pericolo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videatur. Quo spectaculo attoniti hostes posterad eum supplices pacem petentes venerunt.

Cneus Pompilius à Senatu Romano ad Syriæ Regem missus, sua fortitudine, & audacia, ac si totus senatus adsuisset, Regem terruit. de quo idem Valerius, lib. 6. titu. de grauirer dictis aut fætis.

Iulus quoque Cæsar, vt idem Valerius titul. de fortitudine resert. Cum in Gallijs innumerabili multitidine, & seroci impetu Neruiorum inclinari aciem suam videret, timidius pugnanti militi scurum detraxit: coque teclus acerrime præliari ceperit. Quo facto fortitudinem, & constantiam per totum exercitum diffudit, labente in que bellum fortunam diuino animi ardore restituit. Hæc sunt exempla, & historiæ, quæ G. Benedicti in dicto loco pro huiusmodi fortitudine in militibus requirita adduxit. Si tamen velis videre ad taturum

## NONA PARS

tatem exempla bellicosorum virorum, cum illustribus victorijs, & fortissimorum fortitudine corporea, vide Textorem in sua officina, vbi amplissime.

Addo etiam de Parmenione Duce fortissimo bellico, & strenuo per F. Patritium libr. 9. de institutione Reipub. tit. 2.

Dicit etiam Luc. de Pen. in d. l. fortissimi. C. de erogatione militaris annona, lib. 12. quod ad militiam (qua etiam à malo dicitur) non debent sumi debiles, sed fortissimi, bello idonei, præparati ad pericula, & præstantis animi: & ibi amplè. Vbi etiam accumulat quindecim, qua sortitudinem, & corporis & animi iuvant, vbi sunt pulchra dicta pro militibus: sed cum hoc opus iam sit satis oneratum, extra suam materiam, hic non repeteo.

**T**rigesima nona confid. Milites appetunt laudari, & prodest laus à Duce corum exercitus, cum de strenuitate laudantur. Titus Liuius 2. ab urbe condita, Addebatur & laudes, quibus haud minus quam præmio, gaudent militum animi. Vnde ex laudibus etiam militia interdum augetur. l. 1. §. sed vtrum. ff. de seruo corrupto, &c. sunt nonnulli. 68. dist. Vir quippe ad gloriam eruditus nullam partem animitiam mollem habebit, qua non meditatione, & ratione corroboret, vt ait Cicero 2. de Tusculanis quæst. ita dicit Luc. de Pē. in l. fortissimi col. vlt. ibi, quartum decimum. Co. de erogatione militaris annona, libr. 12. Hinc est, quod ut videmus milites attribuunt gloria, & honori mori in bello, cum de talibus ibi mortuis dicant eos esse mortuos in lecto honoris: pro quo tex. in §. 1. in fi. ibi. Hi enim, qui pro Republica cederunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. inst. de excus. tut. facit tex. in l. qua actio. §. si quis in colluctatione. ff. ad legē Aquiliam. & vt dixi ante in 25. consi. nihil timent propter laudem consequendam.

**Q**uadragesima confid. Milites laudantur ex deuotione, Quoniam Imperator eos etiam vocat deuotissimos. l. tam collatores, C. de re mil. & l. fortissimi, ac deuotissimi milites. C. de erogatione milit. annona. lib. 12. Et hoc est, quoniam deuota oratio multum valet ad fortitudinem, de cœlo enim est fortitudo. i. Mac. c. 3. & c. 11. Scidit Iona thas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & oravit, & reuersus est ad eos in prælium, & conuerit illos in fugam, & pugnauerunt. Et Exod. 17. Cum leuaret manus Moyés, & oraret, vincebat Israel. ita tener. Luc. de Pen. in d. l. fortissimi. ibi: Ostauimus deuota oratio, &c.

**Q**uadragesima prima confid. Milites laudantur ex fide seu fidelitate, qua licet in quoque necessaria sit, maximè tamen militantib. congruit, vt sint fideles. In hoc militia fundata est, vt nulla fraude vituperetur, quia vt Cicero ait, libr. 1. de Officio. Fundamentum primum iustitia: est

fides. & Seneca ad Lucill. Fides (inquit) est fidelissimum humani pectoris bonum, nulla necesse ad fallendum cogitur: nullo præmio compit. Imò, & hosti congruit tenere fidem. Nisi fidem perdidit, nihil habet quod possit aperire. Vnde nobiles dici non possunt, quod fidibus & infidelitatibus sua prælia exercet, & promittunt minimè obseruant. Occultus facto, & infidus sum malum, est perfidia, & sic facießissimæ vires sunt mentiri, & fallere, quæcum in commodi assert humano generi, quæ salutis bona fides præstat. Omnes enim si se honestum est, illos præcipie, quorū fidelis militaris, quorumque vocatio est Reipub. de. re. Militia autem dedecus patitur, nisi fiducia exercatur. & in milite nil pulchrius quam fiducia Vegetio de re militari. ca. 2. Vbi dicit, quod Reipublice salus in hoc consistit, vt typus id est, milites non solum corpore, sed animo & stantissimi deligantur, atque iuramenta suis fiducipibus facta obseruant. Cui assentit Polyv. c. 5. dicens: Duo esse præcipua in milite, scilicet lectoris seu delectus & sacramentum, vt scilicet des promissum teneat. Et de hac fide seruap. nit G. Bened. in sua repe. cap. Rayn. in ver. tef. 1. nu. 42. ibi, decimò requiritur. detestamenti & Textor in sua Offi. c. fidelissimi. Scribit de Am. Regulo, qui maluit ad supplicium redire, quia datam Carthaginibus fidem violare. Pro quo facit lex, nihil interest. ff. de captiuis. leg. conuictionum. ff. de pæctis. & in cap. noli. ibi. Fides ea quando promittitur, etiam hosti seruanda est, tria quem bellum geritur, quanto magis actum pro quo pugnatur. 23. q. 1. & c. innocens. 22. c. 4. 2. armigeri, qui iuxta vulgare se teundunt ad fieri illud obseruare debent, cum tautum sit ac promittere sub fide, vel iurarent per Deum & per sacra Euangelia, vt dicunt Ang. Ludouiph. eos domini. meus Ias. in leg. 3. §. iurari colum. 2. iureui.

Et de commendatione fidei, & fidelissimae lite, vide Capolam in tract. de Imperatore. edo. ver. pro Imperatore.

**Q**uadragesima secunda confid. Milites etiam laudantur ex perseverentia, nisi enim in diis virtutibus bellando perseverant, nequam reportabir victoria triumphum, & caciens in uno, sanctus est omnium reus. c. de cæcator. de regi. iur. Nec meretur dici Athene, qui saltem non vicerit. l. 1. C. de athletis. l. 10. Vnde omani, quia contra Carthag. in bello pertinuerunt, funditus eos deleuerunt. Hæc est maxima res perseverantia, quæ milites coronat. Bencin agere parum prodest, si mens labilis est. Nec ex aetibus generatur habitus, nisi fuerit operis perseverantia: quia secundum Ciceron. Rer. 1. Perseverantia est in ratione bene considerata fidelis perpetuaq; permanens. Nam talia contine-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

219

*vigent. Imo gutta aquæ mollis durissimum cauat  
epidem, per se unanter cadendo, secundum Alas-  
sum dicentem:*

*Gutta cauat lapidem, non vi, sed sapè cadendo:  
Sicut proficias, non vi sed sapè studendo.*

Tali certe medio extolluntur vereter Romani milites in oratione ad Cesarem senem de Repub. Semilianda adhuc refruntur Cymbrorum antiqui milites, qui nisi morerentur in bello, non reputabant se felices, ad finem vñq; non perseuerantes, de quibus Val. libro 2. de institutis. Mortui enim morbo, vel fenio, vere mortui sunt mundo, nec computantur in numero liberorum viucentium, sed qui in acie Principis pro Reipub. ceciderint, adhuc post per gloriā viuere dicuntur. §. i. Vide execu. tut. quia vt Cicero ait, Qui per virtutē perevit, non omnino interit. Hinc est, quod milites nostri dicunt se mori in lecto honoris, cum facie in ore temere obirent, vt ante dixi. De Aenea legi lib. ii. Aene. quod per medios ignes, rela, & hostes pereueranter se habuit, ex quo magnifica peregit. Quilicet multas in parte sensitiua patet tribulationes, tamen vium rationis in mente nonquam perdidit, immo si uos consolando, fortius pereueravit, vt pulchre habetur. lib. i. Aen. vbi ad tuos milites:

Renovate (inquit) animos, me & sumq; timorem  
Nittite forsitan, & haec olim meminisse iuuabit:  
Per variis cajis per tot discrimina rerum  
Tendimus in Latum, sedes ubi sita quietas  
Offendunt illis pacis regnum resurgere Troia.  
Ururate, & vobis metu rebus sernate secundis.

Et sequitur.

*Spem rultu simulat, premit altum corde dolorem.*

*Elib. 4. de eo sic dicitur: Mens immota manet iachryma voluntur manus  
Et Valerius libto 3. cap. 250. de fortitudine, posse  
perseuerantia cuiusdam militis, & lib. 3. ris-  
tare fiducia scribit de perseuerantia vtriusque*

Capitulum ad celos usque summos perseuerem  
militarem, lib. 8. siuor commentario  
de bello Gallico, extollit. Et intrantum est lau-  
dium in militibus, quod ex contrario deserto mi-  
litare exgrauerit etiam usque ad mortem punien-  
dam per plura fatus comprobat G. Bened. in rep.  
admon. in verb. testam. i. num. 43. de testamentis.  
que non tango, cum sit extra fines laudis, & pro-  
positi nostri.

Vadre fuit tertius con. 6. Milites eram lau-

Vadragesimata materia consi. Milites eriam lat-  
quant ex charitate inter eos. Cum in militi-  
tus debet esse charitas, & mutua dilectio, qua-  
deficiente, exscenteria veritatis diuinæ, desolabun-  
tur. Nam videtur, quod maior debet esse dilectio  
militis, quam inter patentes, cum, vi facie-  
tur l. militem. C. de procuratoribus, miles ad-  
mittitur ad comparendum tanquam procurator  
pro commilitone, & tamen non admittitur pro

parentibus. Præterea, paſtum de succedendo, vel  
lur mortis captanda inductiūm, non valet. I. fi-  
C. de paſtis. Ettamen inter milites valet. I. licet  
inter priuatōs. C. eo. de paſtis, eō, quia abundan-  
tia mutua dilectionis, facit ceſtare præſumptio-  
nem captandā mortis, cum non sit veriſimile v-  
num militem alteri inſidiaturum: Et ſicut ſunt ſo-  
cij paſſionum, ita eſſe debent & conſolatiōnū,  
iuxra dictūm Apostoli ad Cor. i. & cum ſocij ſint  
& vniuersi ſocietatis debent fe ad inuicem diligere  
tanquam fratres. Cum vt habeatur Proverb. 18. Vi-  
amicabilis ad ſocietatē, magis amicis erit, quam  
frater. facit tex. in l. verū. in ptn. ff. pro ſocio. Vbi  
ſocietas dicitur ius, ſeu ſpecies fraternitatis. & ille  
gloss. in verb. fraternitatis, vt dicit G. Bened. in lo-  
co in præced. confid. in fin. alleg. Si ſe non adiuva-  
rent in prælio, eſſent peiores daemonicis. Daemo-  
nes enim ſi ſe non diligant, ramen mutuo auxilio  
coadiuantur contra nos in prælio. Si faciunt  
milites, & armigeri, quoniā ſi vni fit Inuiaria, om-  
nibus etiam fit inuiaria. Si obſequiū, & placitum,  
nec illi nec cæteris. Et iſta charitas ſe ſiſit in duo-  
bus, ſclicer, vno modo adiutoriorum proximi ha-  
bendo, alio modo veritati adhærendo, vt dicit L.  
de Pe. in l. fortiſimi. col. t. ibi: quartum. C. de ero-  
gatione militaris annoꝝ, lib. 12.

**V**adragesima quarta confid. Etiam milites laudant nr ex sapientia: Quoniam, vt habeat Proverb. 24. Vir sapiens fortis est, vt vir doctus robustus est. Et Gregorius in Moralibus. Valde fortitudo desilitur, nisi per consilium fulciatur. Et Titus Livius libro secundo, de bello Punico, Malo te sapientis hostis metuat, quam fulti ciues laudent. Omnia audentem contemnit Hannibal, nil temere agente in metuet. Non enim tantum viribus corporis, & lacertis, fortitudinis gloria cst: sed magis in virtute animi, dicit Ambro. i. de officijs. & Cic. i. de officijs, parua sunt foris arma, si nō est consilium domi: quod citat Pan. in capit. ex multa. colum. secunda, vercis. nota, quod pollens consilio. extra de yoto. Et perierit Gigantes quos dominus non elegit, quia non habuerunt sapientiam. Baruch. 3. Non sic dicitur de filio sensato, propter quem dominus delecit potentiam inimicorum. Eccl. 47. Expedit enim interdū astutia, insidijsque pugnare, maximē in bello iusto, & contra eos, qui neque una patrē decuinci. c. dominis noſter. 23. q. 2. & ibi plures concordantias. l. i. q. non fuit. ff. de dolo. Vnde Grego. in registro. lib. tertio, capit. vlt. Terrenus hostis, qui munita loca cupitur in uadcre, pugnandi arte siccitur, larenter quidam ponit insidijs, & ad vnius loci expugnationem totum ostendit: vt dum ad defensionem loci illius ybi instar periculum conuenientur loca alia, de quibus nulla est suspicio capiantur, & enenir, vt qui cognitus resistentis virtute expulsus est latens obtineat, quod certando non potuit obtinere. Nam dum aliud attenditur,

## NONA PARS

aliud non cauetur. Ita dicit Luc. de Penna. in l. fortissimi. ibi: quintum sapientia. C. de erogatio. militaris anno n. lib. 12. Et quod in militibus requiratur sapientia, probatur in l. postliminium. §. fin. ff. de captiuis, & postlimini. reuer. not. Angelus in l. quod constitutum. ff. de militari testamento, & in l. vnica. C. de cōditis in publicis horreis. lib. 10. Et ibi per Io. de Platea. Facit etiam quod notat Bal. in l. ex diu. C. delocato. in fi. per dictam l. vni cām. Et ad hāc vide Valerium. titulo. de sapienter dictis, qui de Scipione scribito, sic ait: Turpe est viro militari dicere non putaram. Et explorato, & excusso consilio, quā foro aguntur, administratio portere arbitrabatur summaratione. Irreucabilis est enim error, qui violentia Martis committitur. Vnde Cicero libro primo de senectute. Non viribus, aut velocitate corporis, res magnā geruntur, sed cōsilio, autoritate, & scientia. Dant enim consilia plus agunt alijs, & philosophi consilia plus valuerunt in bellis, quām Principes aliunde, vt idem in ait lib. 1. officiorū. & salus est vbi consilia multa. Proverb. 11. Vnde Trogus Pompeius. lib. 11. ait: Alexander victoriā obtinuit, qui consilio gubernauit exercitum. Ita Cāpolia in trāta. dc Imperatore militum eligendo. in verb. virtus. vbi apprimē comprobāt, quomodo sapientia. & industria etiam est militibus necessaria. Ad duco dictum Horatij in odis lib. 3. ode. 4.

*Vis consilij expers mole ruit sua.  
Vim temperatam dij quoq; prouerbunt.  
In manus ijdē odore vices,  
Omne nephas animo mouentes.  
Testis mearum centimanus gigas  
Sententiarum notus, & integrē  
Tentator Orion Diana,  
Virginea donitus sagitta.*

Item Valerius Flaccus. lib. 4. Argonauticon, ita scribit. Sāpe agri potior prudentia dextra. Et habetur Ecclesia. 9. Dicebam meliorem esse sapientiam fortitudine. Et paulo post. Melior est sapientia quām arma bellica. & Sap. 6. Melior est sapientia quām vires, & vir prudens quam fortis, & melior fortis est sapientis vir. Et prudens vñū consilium multis manus vincit. Vnde apud Homerum lib. 2. Ilia. Agamemnon afferit facile se Troia potiūrum, si decem sibi adessent Nestori similes: tanquam pluris faceret decem Nestorum consilium, quām magnam militum manū. testis est Cælius, lib. antiquarum lectio. 6. c. 31.

Fuit optimē poētica histotia ab ipso Homero Odysseā 8. descripta, dum ait: Vulcanus claudus cum suspectam haberet vxorem Venerem, quod furtim cum Marte concum beret, nec vires suppetent, quibus adulterantes deprehenderet, ad artes ingeniumq; consugit: Lectum suum catenuit in uilibilib. circumuinxit, quod vbi fecisset, foras abire se simulat: deinde cum in arctissimis esent complēxib. Mars, & Venus, vineulis illis hoc

magis irretiti, quo magis se circumagerent, vide in adulterio manifesto deprehensi sunt. Vide Homerus ibidicet:

*Non unquam affequitur tardus celermq; comis  
Sic vti nunc Vulcanus, vesti vestigata da.  
Mauorem cepit, qui percūsum vnu  
Cunctorum, quicunq; tement super astra Dom  
Et quanquā est claudus pede, rē tamen arupē  
Proutidē etiam debet panas deprehensu ad  
Cui tentiē cōformat illa Menedē  
sophi, teste Laertio. Capitur ergo & ab inī  
ecler. Aquilamq; brevi testudo vincit.*

Adhāc accedit alia, & vera historia quam sc̄t Plutarchus in vita Sertorij. & Valerius Ma. 7. cap. 3. & Sextus Iul. Frontinusli. stratagēmā vltimo, c. fi. de qua etiā inenit in lo. And. in verbo difficile, extra de treuga, & pace, Quod Sertorius ipse Dux strenuus, suis copiis exhorta turbā conflatis, rationib; persuadere nocep̄t, in re militari plus habere pondēris, & memori, consilium, quā vires temerarias: posca illi interdum parum foeliciter certassent, hoc mento vñus est. Conuocatatorius exercitus in duos equos prope adduci iubet. alterum macrinoque confectū, alterū vegerum caudā p̄sa: Atque macilento illi iuuenē adhibet prædictā statura, & viribus admirandis. Contra, valens & forti pusillum imbecillum, & debilem adnūt hominem. Hic, ut illi præceptum erat, singulos pilos robusti equi paulatim vellens, breviter pore totam depilauit caudam, iuuenis eduxerū caudam omnem gracilis equi simul manib; triusque deprehensam, vi atque impetu conuicuēllcre. Qui cum incassum niteretur, tūm cūspectantibus præbuit. Sublīc assurgētorius, cuius consilio præcepto que hac acta rānt: Videlis, inquit, comilitones, quanto posſit, ingenium quām vires: cui histōrīa dat dictum Horatij libro secundo, ep̄ illū stūm, cum ait:

*Vt̄ promisso, caudaeq; pilos ut require  
Paulatim vello, denō vnum, denō etiam  
Dum cadat elus frustratione ruens acru.  
Qui redit ad fastos, & virtutem afimans.*

Hac recitat Tiraquellus in suis legibus coniūtib; lib. in prima lege.

**Q**uādragesima quinta consid. Etiammā plus laudātur, & inter eos extolluntur, cōces, quam alijs. Vnde Vegetius lib. 3. dēc. 1. in princip. dicit: Rem militarem virtutē dādā certē foelicitate contineri. Et Cepol. in statu ante alleg. in ver. ob foelicitatem, ample cōmetat foelicitatem in militia, maxime in Duce. cōcitus adduccendo plura exempla de multis, quādācēmē meruerunt ob felicitatem. Et felix dācēt prosper, quia cuncta ad votū sibi succedunt, si habetur in procēsio institu. in verbo, felix. Tutor vero in sua officina in c. fortunati, & felices.

merat plures, qui fuerunt multum fortunati, astiles. Et si studi interdum prouenit à virtute a-

nti, vel propter multas diuitias, vel cognitio-  
nem rerum mundi, ut per glo. in d. verbo, felix in  
proem. forum, vel excusodia, & administratio-  
ne honorum angelorum cuiuslibet, qui iuuant  
portiones quibus sunt commissi. Ita quod vnum an-

gelus deputatus vni, est fortior & maior altero, si  
cuncta diuinata est in 3. par. in 16. consid. incip. isto-  
nem angelorum. versicu. 3. protexit. cum sequen.  
Quod quandoque vnum angelus vnius patria, seu  
genus, reficit alteri, ut habetur Dan. 10. Sic etiam  
vnum angelus vnius hominis particularis, reficit  
eum, prout in casta simili recitat Plutarchus lib.  
de oianorum fortuna, allegatus per Caelium  
Antiquar. lec. c. 31. in fin. vbi dicit Marcum An-  
tonium, & Augustum singularia amicitia, & bene-  
mentia in eis, cum suppeterer oculum, saxe lu-  
crosus inter te diversis transfiniret solitos: verum  
nisi cū semper vietus abierit Antonius, quidam  
ad eum diuinandi peritia clarus audacter ita  
cononit, Antoni, quid nam tibi cum adolescenti  
ad refuge istum & vita: Tu quidem illustriores  
autem grandior, sed plurim quoque imper-  
ator, bella multa exantasti, peritia rerum pra-  
emores. At nescis quo pacto huius ipsius da-  
mum demon reformatus tuus? Quin tua qui-  
cum tortura exse ampla est, sed fortunae adoles-  
centi sub blandiuit. Quid ni abieris, procul ad il-  
defecturam apparat.

Vadragesima sexta conside. Quis in pugnan-  
do consequtitur maiorem honorem in ducl-  
to compresia factō ex multis, ut dicit Paris de  
modere militari, & duello, libro decimo, cāp.  
o.  
Inīdō, Qui cum majori vtilitate ac strenuita-  
te gererit in ipso prælio armaturis corporeis v-  
xim membris mouendo se in armis, ut iner-  
tem & agiliter pugnando enim prudētia, & cum  
temperio moderatione, & cum brachiorum, &  
primum temperamento offensas, & defensas fa-  
cundorbi & quando oportunitas aderit, fines  
he non exequo, ac arte, & artificio bel-  
lo, & non sola fortitudine, sed ingenio  
profiliendo, non offendendo incaute, nec  
iudecendo iudicendis, armaque cum mensura  
endo.  
Secundō, Etiam is maiorem honorem repro-  
bat, qui amplius de campi spacio reportat, & qui  
occupatum spaciū, seu rendum conser-  
vit. & tenet.  
Tertiō, Is etiam honoratur, qui propriū vul-  
nus quam convenerit nec retro, nisi opor-  
tere cesset: denique & is, qui melius insidias ho-  
biles offensas vitasset, & is qui in faciem, percut-  
isse, & repercutisse inuenitus permanisset, & is qui  
manū plicasset, nec manus, aut crura ad ter-  
ram recesserit: quia cadenti similis esset, & is ma-

ximē, qui sanguinem inimico fecisset se illato, Is  
etiam, qui inimicum in capite percussit, vel in  
manū, aut in membris nobilioribus. Ideo dicit  
Vegetius de re militari, quod pugnator pedestris  
debet ēcire artem dimicandi, & dicit Salomon, q  
in bello requiritur prudentia. Idem etiam ait Ve-  
getius lib. 1. c. 2. in fin.

**Q**Vadragesima septima conside. Milites, & Ar-  
migeri, de consuetudine non habent solue-  
re collectas, ut dicit Iacob. de Rebus. in l. 1. num.  
4. C. de indiūtio. & in l. fi. C. de fundis limitrophis.  
lib. ii. vbi ample tractat ipsam materiam. Et ibi di-  
cit, quod milites in acie existentes ab extraordina-  
rijs muneribus excusantur. l. in honoribus. §. an-  
gariarum. ff. de vacatio. munerum. Vbi dicitur,  
quod ab angariarum prestatione, & recipiendo  
hosptis necessitate excusantur. pro quo etiam fa-  
cit lex vltim. §. penult. ff. de muneribus & hono-  
ribus.

Aduerte etiam, quia milites in multis alijs pri-  
uilegiantur, seu honorantur.

Primo. Quia miles accusatus de crimine, non  
quaestio[n]atur l. milites. C. de quaestio[n]ib.

Secundo. Quia miles furca non suspenditur. l.  
3. §. 1. & ibi hoc no. Bar. ff. de re mil.

Tertiō. Miles in viginti casibus, in actu testan-  
di priuilegiatur, quos scribit Guillelmus Benedi-  
cti in sua repet. cap. Rayn. in verbo, testamentum.  
tuli, dicit, eam esse nobiliorē ceteris alijs scienti-  
j. quod etiam tenet & multum latè explicat S.  
Tho. i. q. i. 17. q. per totum. dicit cad. q. 3. c. 1. Prolo.  
4. per totum, quod ens diuinū rationabile est sub-  
iectum theologiae.

Hac igitur ratione theologia omnes alias sci-  
entias excellit. Vnde s. Metaph. dicitur, Quod sciē-  
tiade Deo est nobilior, quia est de nobiliori subiec-  
to. Et s. Ethic. dicitur, quod est scientia scientiarum,  
& habet rationem capitum inter omnes sci-  
entias: & in Prologo Metaphysica appellabatur Dca  
scientiarum. Ea propter Aug. deciu. Dei. li. ii. c. 1.  
inquit: Omnium gentilium literas, omnium sibi  
genera ingeniorum humanorum diuina scriptura  
excellit, & auctoritate subegit. Omnibus enim  
imperat quasi principalis, & vtitur omnibz in ob-  
sequium sui, quasi visualis, S. Th. in Prologo 12. c. 1.  
Dantes quoq. in 2. c. Inferni, in commendationem  
theologiae introducit Virgilium loquentem Beat-  
rici, quā theologia comparatur, & dicentem: O  
mulier virtus sola per quam humana lex excede-  
dit omne contentum. In quibz verbis ostendit, quod  
per theologiam humanum genus transcendit  
omne, quod continetur intra orbem lunæ, & ascendit  
vsq; ad quintam esentiam. Omnibus enim sine  
delectu doctrinis præponi debet. Omnimq; sciē-  
tiarum Reginam esse testantur omnes diuina &  
humana ei tribuentes, & iam non vsq; ad nubes,  
sed in æthera quoq;. Quin & illas quondam Luciferi  
sedes eam collocantes, vt statim amplius dicam,  
ponendo alias causas eius excellentiæ & pre-  
minentia ultra omnes alias scientias.

V Ndecima consid. Excellentia theologiae pro-  
bat ratione certioris veritatis. Quoniam,  
vt ait Philosophus & Commentator primo com-  
mento de anima. Quanto vna scientia certiori de-  
monstratione procedit, tanto est dignior. Et ista  
scientia, quā procedit per demonstrationem, pro-  
pter qd, i. à causa sup effectū, dignior est illa, quā  
procedit per demonstrationem, quia, id est, ab ef-  
fectu ad causam. Etideo demonstrationes mathe-  
maticæ

## DECIMA PARS

**C**ludit illam esse dignorem, nobiliorem, & excellenter omnib. alijs scientijs.

Ex quib. concludendum est, qd doctores theologi omnib. quibuscunq; alijs doctorib. sunt præferendi. Ex quo, vt videm us, ram per concordata, quā per regulas Cancellarie Apostolice, vbi beneficia debetur graduatis nominatis, præferēti sunt doctores in theologia: licet Præpositus dicitur Cardinalis in proce. decreti, in fine dicat, quod in beneficijs conferendis, præferendus est Canonista theologo. dicam amplius in glossis concordatorum, & infra.

**D**ecimaseptima consideratio. Scientia iuris Canonici cæteris post theologiam dignior est, quod multipliciter ostenditur, & maximè p̄fit dignior scientia iuris ciuilis, in quo per consequens sit dignior omnib. alijs scientijs: cum scientia iuris ciuilis sit dignior omnib. alijs. Quod ostenditur ex multis.

Primo, ex eius necessitate, cum scientia iuris Canonici seu eius utilitate: quæ necessitas ostenditur ex quinque.

Primo quidem quātum ad fidei munitionem, & Ecclesiæ sanctæ Dei contra errores, & heresies subortas. Licet enim in sacra scriptura quid credē dum sit continetur plenissimè, nihilomin⁹ multi errores & heresies suborta sunt in Ecclesia Dei occasione peruersorum hominum, qui aliter scriputur am sancđam interpretari nisi sunt, quā Spiritus sanctus efflagitat. Quocirca necessarium tuit ad habendum veram consonantiam scripturæ sacrae, vt sancti patres spiritu Dei pleni simul conuenientes multa explicent, exponenter & interpretarentur de scriptura sancta. Et ita illustrava vere ritate nubila popularerunt errorrum, quod maximè factum est in quatuor vniuersalib. concilijs, quorum Canones, & distinctiones sancte propagacula, & lucernæ fidei nostræ sunt in Ecclesia sanctæ Dei. Vnde B. Gregorius in c. sicut 15. di. Quatuor concilia sunt quatuor libri Euangeliij, quo se proficeri & venerari testatur, quare in c. ignorauit 38. dist. dicitur, quod ignorantia iudicatur cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis suiceperunt. sequitur ibi: Sciant ergo sacerdotes scripturas sanctas & Canones.

Secundo, predicta scientia est necessaria ad morū informationē. Tradit. n. hęc scientia Canonica plurima præcepta & docimēta sancte matris Ecclesiæ, qd religionē, pietatē, & sanctimonīa oēs homines maxiū cōponunt. Iuris nāq; p̄cepta sunt honestè vivere, alterū nō lādere, iuslū ynicuiq; tribuere. Ie. iusti. s. iuris. ff. deciu. & iur. & in proce. Gregoriano, quare optimè cōuenit huic loco illū. I p̄ ouer. Audi fili disciplinā patris tui, ne dimittas legem matris tuae, vt addatur graria, d est, coroni capitii, & torques collo ruo. gl. i. fulgor perfectæ operationis. de quo habetur i. d. c. ius militare.

Tertiò, prædicta scientia Canonica est necesse ad difcretionem graduum, & ordinum Ecclesiasticorum, & liturū, & iurgiorum terminis. Crescente enim Ecclesia ipsa Deo a gradibus & ordinib. rite in ea dispositis, cū ea discernendos, & lites, quas cupiditas effrenata ex mula, quotidie generat, lex non sufficeret, gelica, ram ab Apostolis, quām corum Vetus persucciones rempotum, statuta plurime edita, quæ generali vocabulo Canones apparetur. Per quæ, & dispositionis in gradibus & ordinib. (quorum varietate ipsa Ecclesia tangigina ornata est) distinctio habetur, & nouo manu appetit suo iuris regulis limitata, Ecclesiastica sopirentur. Quare in c. sacerdoti dist. 38. inter alia, quæ ipsis sacerdotibus sunt concessaria ad addiscendum, B. Hietonym⁹ ponentes: ergo scientia Canonica est necessaria, uadam unitatem Doctrinæ, & Religionis Ecclesiæ Dei, cuius una debet esse fides, & oblationis pietatis: quod fieri non potest, si non habetur notitia regularium, sancđionum sanctorum, quos Christus tanquam operis suos Ecclesiæ sunt præesse voluit paiores, & doctores, quare in c. nulli sacerdotum. 38. dist. dicitur. Leſtinus Papa, nulli sacerdotum licet ignorare, nec quicquam facere quod possit prius obligari obuiare.

Quartò, est necessaria ad multarū questiones solutionem, quæ in sacris Canonib. & sancđionibus sanctorum summorum Pontificum sunt p̄statæ, & dilucidatae; illius maximè sedis est fidei, & riſimmarum causarum dubia plana facere. Imitum quories. & est fides. 24. q. 1.

Quintò, hæc scientia Canonica est necessaria, quia in nulla alia scientia traditur nobis perfecta doctrina ordinum, & officiorum Ecclesiasticorum, sicut in Canonica. Vnde, vt dicit ex predicatione de Turrecre. in proœcio decreti. ver. ad primium. manifesta est huius scientia necessitas, vbi responderet ad argumenta, quæ sunt in oppositione, quod videbatur, quod non scilicet collata attenta theologia, quæ sativis videbatur sufficiat ad determinationem eorum, quæ sunt in scientia hæc Canonici.

Pro sexta ratione dicit Host. in summa in processu ibi quæ utilitas, quod lięc scientia asserta magis utilitatem, vt inter iustum & iniustum, & iniquum sciamus discernere. Vrhoneles in alterum nō ledamus, & ius suum vnicuique tribuimus, vt in proce. Gregoriano. s. ideoq; i. Sed istum est proprium iuris ciuilis, vt in sua dicam sequenti consid.

Secundò, excellentia illius computabitur ex eo, Quoniam, vt dicit Host. in proœcio. Gregoriano. versico. cui parti Philosophia supponatur. Non est querēdum cui parti Philosophia supponatur, sed cui scientię tota Philosophia supponatur, & potest

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

222

Scientiae tendunt vel ad corpus humatum, vel ad temporalem tranquillitatem, ut dicetur amplius ultra in alijs scientijs & articulis suis locis. Hinc ex aequo, quod est dignior, & nobilior omnibus, in scientijs ratione finis.

**D**ecimaquarta conside. Probatur excellentia theologiae, ratione utilitatis, quae appetet effectum cum illuminet. Ad quod facit quod habet Psal. 118. Lucterna pedibus meis verbum tuum, & amen semitis meis. Et Petrus in ean. sua. Habe insuperificium sermonem, cui benefacit attentes, quasi lucternæ lucenti in loco caliginoso. Ex hoc scientiae seculares etiam illuminent in multis alterius tamen, & aliter. illæ quidem, ut nocti lucem nocte, & interpolatim. Hæc autem sacra scâna, ut radius à sole iustitia procedens dominus Deo semper & in totum orbem. Illuminatio ipsorum illarum scientiarum desceptibilis est, quia beatitudine sunt sive practicæ, vel morales, tamen ordinari hominem ad felicitatem, que in prædicta haberi potest, politicam, vel speculativam, non autem futuram: quam non nouerunt authores rerum, ut habetur dict. 37. §. hinc etiam filius. Vide Hier. tractas illud Ecclesiastes 10. Labor stolidorum perdit eos, quia nescierunt pergere in ciuitatem. Nominar ibi plures Philosophos, Platonem, Aristotelem, Parmenidem, & alios quos fluiros appellant, quia non habuerunt rectum iudicium de ultimo fine Deo. Nam & si multum labauerunt in speculando & inquirendo veritatem, in multis tamen ex suo labore non reportauerunt in eterna doum, sed perditionis, & hoc, quia nescierunt pergere in urbem supernam. Non enim corum doctrinæ habent tale lumen, sed haec vera theologia seu sacra scriptura, quæ est vera sapientia, perducit ad claritatem æternam, ponens apofissimè ultimo fine vero Deo, & modo perveniendi ad eum secundum, qui est lux vera, unde deficiens: hæc dicit Anto. Floren. in sua sum. 4. part. a. c. 2. §. 2. vnde in §. 5. dicit illam esse etiam scientiam ex rationibus ibi per eum adductis, quæ veritatem hunc finem.

**D**ecimaquinta conside. Probatur excellentia iusscientiae theologicæ ratione excellentiæ doctoris. Ab excellentia enim & dignitate doctriæ significatur scientia: vnde Grammatica Prædicantia est dignior. Et Rhetorica Ciceronis apud Latinos, & Demosthenis apud Graecos, & Proclus Maronis apud Latinos, Homerius apud Graecos, & Philosophia Aristotelis, & sic de alijs authobus aliarum scientiarum. Hec enim sacra theologia, non Tullium, non Maronem, non Homericum, non Abraham, non Isaac, non Iacob, non Moyse, non Prophetas, non Petrum, non Paulum, non Ioannem, aut alios Apostolos, seu quosque alios homines: sed filium Dei, qui est sapientia patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiæ Dei absconditi, ad Colossem. 2. Cui

omnia nota sunt, ad Hebreos 4. &c. Deut. 2. q. i. qdicit Moysi Exod. 4. Ego ero in ore tuo. Et Hier. 1. Ecce dedi verbâ mea in ore tuo. Et lo. 15. Omnia quecumque audij à patre meo, nota feci vobis, & Lue. 21. ait Apostolus. Ego dabo vobis os, & sapientiâ, cui resistete nō poterunt omnes aduersari vestri. Hanc autem scientiam nō solum tradidit nobis Deus per Patriarchas & Prophetas, & per ipsos Apostolos à spiritu sancto instructos, quib. ait Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sed etiam volunt docere per scipsum. Matth. 5. Aperiens os suum docēbat eos.

Vnde Claudianus Poëta ait illi,  
Impia tu nostra domus nisi criminis vita.  
Passus corpora mundum vestire figura.  
Affariq; palam populis, legemq; fatri.

Hinc dicit Anto. in sua sum. 4. part. ti. 31. ea. 2. §. 1. Quod autoritas sacra scriptura est magna, & maior esse non potest: quia à Deo est revelata. Ideo dicitur Psal. 118. hic ante alle. Declaratio sermonum tuorum, quæ, scilicet, sunt à te Deo proferente. Et ut ait Petrus in sua cano. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et de Paulo ad Hebreos. 1. Multifariè multisque modis olim Deus loquens spatus in Prophetis, s. in Veteri Testamento. Nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio, &c. ut ibi. Ex quibus patet dignitas theologie à tam excellentissimo doctore tradita à quo processit. Ex quibus supradictis considerantur origo, effectus, & finis huius scientiæ, ex quibus laudatur scientia.

**D**ecimasexta conside. Etiam appetet eiusdem scientiæ excellentia ratione disciplinatus perfectionis. Nullus enim Philosophorum, aut Poëtarum, vel Oratorum, aut aliorum Magistrorum carcerum scientiarum in magnis gymnasijs habuit tales discipulos. nam Socrates habuit Platonem, Plato Aristotelem, Aristoteles Alexandrum Magnum, Plutarchus Traianum, Seneca Nero, Mutius Publius Aquilium Gallum, Cornelius Maximus Trebatium, Volusius Aulum Casselium, & quam plures alii, de quib. in l. 2. ff. de orig. iur. quo ad scientiam legalem. Sacra autem scriptura discipuli sub Deo præceptore, & doctore fuerunt Moyses, Samuel, David, Abraham, Aran, Ieremias, Esaïas, & alii Prophetæ. In Nouo quoque Testamento fuerunt Ioannes Baptista, quo inter natos mulierum non sūt maior. Matth. 11. & Apostoli, carterijs discipuli ac fideles, quibus (ut dicit ad Hebreos. II.) dignus non erat mundus. Alias tres rationes ponit Bernardi de Bust. ad demonstrandum eius excellentiæ, in 2. par. sui Rosin serm. 29. in 2. part. in litera N. in fin. post aliquas ex prædictis, sed cum non videantur mili habere magnuni saporem, ad illum te remitto. & in litera sequente, quæ est NN. duplicata, ponit quomodo in se continent omnes alias scientias, ex quib. cō-

## DECIMA PARS

**V**ero patet di. 4. per totum, vbi ostenditur. quod constitutiones principum Ecclesiasticis constitutio-  
nibus non preminent, sed obsequuntur. 2. q.  
3. c. Euphemiu. Leges seculi sacros Canones sequi  
non dediantr, & habetur in authen. vt clericu.  
& in auth. de Ecclesia. ti. in prin. & est text. in c. cle-  
rici. vbi doct. de iud. de correctione verò habet, in  
c. constitutiones. di. 4. vbi dicit text. Cōstitutiones  
Principum contra Canones, & decreta Romanorum  
præsum vel bonos mores, nullius sint mo-  
menti.

Nonò, probatur eius excellentia ex parte con-  
ditoris. Conditor enim canonum est Papa verus  
Christi Vicarius, viuens Ecclesiæ pastor. Con-  
ditor vero iuris ciuilis est Imperator, qui in protec-  
tionem Ecclesia. Papa minister est, iurat illi fide-  
litatem, & defensionem ecclesiæ. c. tibi domino  
63. dist. Ergo videtur, quod ex hac parte etiā scien-  
tia iuris canonici sit dignior, quam scientia iuris  
ciuilis. consequentia patet, & assumptum, de con-  
ditore tamen iuris ciuilis aliter dicam infra, dum  
ponam eius excellentiam ultra alias quasunque  
scientias.

Ex quibus insertur, quod doctor iuris Canonici præferendus est doctori iuris ciuilis, & ita tenet  
Io. An. & omnes alij in c. clerici. de iudi. dicit Ioan-  
de Terre. in proce. decreti. Dicit tamen Prapostus  
situs ibi, quod diceret bonum doctorem legitam  
præferendum doctorello ignaro Canonum, per  
text. in ca. quæ ipsi 23. dist. dum narratis pluribus,  
quæ oportet sacerdotes scire, subiicit: ex quib. om-  
nibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen in eo  
vix constabit. facit glo. in verbo. om nino. in §. or-  
dinatione. in aut. de monachis. Ludo. post Ange-  
lum, & post eos Ale. & do. meus Ias. in l. cum quid.  
ff. si ecr. pet. Arch. in c. de quibusdam. 31. dist. l. 1. C.  
de athletis. lib. 11. l. 1. C. de annonis ciuilib. cod. lib.  
dicam latius infra. Sed ibi dicit Prapostus, quod  
Io. And. in c. 1. de consang. & affinit. dicit, quod in  
beneficijs conferendis, præferendus est Canonici  
theologo, nisi beneficiū esset, vbi hæres pul-  
larent, secundum etiam Gem. in d. c. Episcopos.  
17. dist.

**D**ecima octaua confid. Cum hic versamur in-  
ter sciencias iuris Canonici, & iuris ciuilis, vi-  
dendum est an scientiae dici possint. Et videtur, &  
non. Èo quia legista vel canonista, vt inquit lo-  
gici, non habent modum arguendi, nec cognoscunt  
per causas, sed nituntur rantummodo auto-  
ritate legis vel canonis, quia dicunt: ita lex dicit, ita  
Canon loquitur: sed qui per causam non cognoscit  
non scit, quia scire est per causam cognoscere.  
& secundum Aristotelem primo Posteriorū, & 2.  
Meta. & 23. q. 7. c. occidit, de testi. c. cum causam.  
& Rofred. in princ. suorum libellorū. per Io. And.  
in proce. 6. in l. pupillus. vbi Bar. & Bal. ff. de acqui-  
hared. per Ange. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in  
14. col. ff. deverb. ob. And. Barb. in. c. clerici. in 5.

col. ibi, nam scire est rem per causam cogredi-  
extra de iudicij.

Secundò facit, quia leges dicunt amar-  
plicitatem nō subtilitatem, vt l. sieur. cires  
si debirori. ibi, hac autem subtilitas iudicij  
admititur. ff. quibus mod. pignus vel hypo-  
soluitur. l. 1. C. vt actio. ab hared. & contraria  
incipiant. ibi, nec propter nimiam subtili-  
& in c. dilecti filii. ibi, prouidentius & ardentius  
ita subtiliter, sed simpliciter, & pure. extra de-  
cij, c. capellanus, extra deferis cum multa  
qua allegari possent.

Tertio facit, quia lex est voluntaria, vt per-  
stet. in primo de cœlo, & mundo. no. glo. ff. 11.  
ff. vñcap. dum dicit, quod sufficit pro ratione  
tas. & probatur in l. prospexit ibi, quia ita ver-  
ciunt. ff. qui & à quib. & ibi per quam datur.  
sed ita lex scripta est de intellectu cuius legitur.  
Fcl. in c. si quando. in 8. col. extra de refra-  
& do. meus Ias. in l. non dubium. 7. col. C. de de.  
Facit ad propositum l. non aliter. ff. de legi.  
qui si. ff. de exercito. Hinc dicitur, quod pma  
placuit, legis haber vigorē. dicit text. in §.  
Principi insti. de iur. natu. gen. & ciuili. Er-  
nium, quæ à maioriibus nostris constituta  
tio reddi potest. l. non omnium. ff. de legib. & b.  
iungit lex sequens. Et ideo rationes comu-  
ni constituiunt, inquiri non oportet, alioquin mala  
ta ex his quæ certa sunt subvertuntur. & facili-  
mignus. ff. cod. de legib. Vbi dicitur: benignus in-  
terpretanda sunt, quo voluntas arum cognoscitur:  
& pro certo illa lex, non omnium. est linguis,  
& multum prodest legistis, vt dicit Alex. in l.  
post ad Bal. in l. solam. C. de testi. allegando. Ap-  
in d. l. omnium.

Quartò facit, quia est opinativa, & formata  
permixta, & sic non certa, & determinata, vnde  
tur probari in §. responsa prudentium. in verbo  
opinionis. insti. de iur. nat. gent. & ciuili. & in l. si  
& Titiū. in ver. subsistit. ff. si cer. pet. & in Litteris  
quoq;. in verbo, subsistimus. ff. de proc. Ex quib.  
in iuribus patet, quod non sunt reprehendendandi  
doctores, qui in eorum dubiis post quædam ra-  
tiones hinc inde allegatas dicunt finaliter. cogit  
aut alia similia verba, ad demonstrandum, quod  
tantum opinatiū loquuntur & nō decisivē, pro-  
possunt facere ex prædictis.

Quinto facit, quia lex seu ars ciuilis, aut facie  
non est passim necessaria, quia vt habentur & le-  
cer. de regula. quæ spiritu Dei reguntur, non sunt  
sub lege. & quod Inno. dicit in c. pastoralis de oī.  
ordina. Vbi habetur, possunt cum tanta ratione  
regi, quod nō subiacebent exercitio legis. & re-  
do. Ab. in c. Rex pacificus. in proce. decretal. & bo-  
nus i ex. in aut. de nup. §. si verò. coll. 4 Imo etiam  
quod plus est, est variabilis. c. i. de cōf. lit. 6. l. 1. oī  
est nouum. cum ibi notatis. ff. de legib. canonoc-  
bct. dc consang. & affi. n. qui tex. facit ramen. quod

potest responderi pro canonica, quia omnia comprehendit. & dicit lo. de Turrecr. in proœm. debet in ver. ad tertium. Quod saltem theologiam & philosophiam partim supponitur. Sed in quantum philosophiae supponit, est ea ratione, qua dictum de scientia iuris civilis, ut amplius dicam. Tertio, cuius excellētia probatur ratione finis, quae eadem cum theologia, ut scilicet ad fidem in ver. dicit Host. in dicto proœc. sua sum. ver. quis fuit ibi: secunda, ut adificantur, & ad hunc tenent theologi, & canonista.

Quarto, excellētia huius scientiae iuris canonici probatur ex eius digniori subiecto ad alias scientias, quod quale tamen sit, sunt diversæ diuersorum opiniones. Et inter alias Host. in loco praedicto, quod subiectum huius scientiae est fides catholicæ: cum ut dicit, sit materia. Sed hoc non approbat Joan. de Turrecre. in loco supra alii. et ad quintum, cum ut dicit, illud est subiectum scientiae, de quo & eius proprietatibus est principia & totalis consideratio talis scientiae: sed fides catholicæ non est huiusmodi, de qua, & eius proprietatibus sit tota scientia iuris Canonici. Et canonicum subiectum scientiae debet complecti, non quod determinatur in illa scientia, hoc autem non facit fides catholicæ respectu omnium, sed determinantur in iure, igitur, &c. Et etiam fides & virtus theologicæ, cum Deum habeat prædictum, & fine. Unde si subiectum alicuius scientie est dicendum, magis scientiae theologicæ, et dicendum subiectum, quam iuris Canonici, tamen non dicitur. Et ut finaliter ponam, lo. de Turrecr. omittit alia, quæ respondebunt supra. Est bonum ciuitatis Christianæ secundum ordinem iusti, & recti, secundum leges & constitutiones canonicas per os sanctorum patrum promulgatas diuinis: quod, ut dicit, si intenditur, id subiectum in aliqua scientia, quod copuliter intenditur, & gratia eius omnia alia secundum scientiam considerantur. Sed omnia alia, secundum iuris canonici non alia, gratia tractari videtur, quia communicatio Christianæ recte, & sancte regatur a hominibus, ut dicit Greg. in dicto proœc. Gregorius alleg. Vel, ut dicit, scientia subalternans, secundum subalternam debet aliqualiter conuenire subiecto, licet subalternata addat aliquid subiectum scientiae subalternantis, ut dicit ibi: Secundum subiectum scientiae mortalis, ut dicit Albertus Bonum hominis, secundum quod homo: Secundum subiectum scientiae politicae communicatio ciuitatis secundum ordinem recti, & iusti, ut idem Alerus testatur. ergo subiectum scientiae iuris canonici moralis scientia subalternatur, ut dicit de Turrecre. in dicto loco supra allegat. vero secundum ordinem recti, & iusti, secundum leges, sive constitutiones canonicas per os sanctorum patrum

diuinitus promulgatas. Et haec partes ponuntur ad distinguendum subiectum huius scientiae à subiecto aliarum scientiarum humanarum practicarum. Non iam scientia iuris civilis habet idem subiectum, quod ciuitas Christiana magis reddit ad salvationem animarum, & actus concernentes animam quam scientia iuris civilis. Et ideo, cum anima sit corpori praferenda, ut est tex. in I. Sancimus. C. de sacrosancto. Eccl. videtur, & etiam scientia iuris canonici sit scientia iuris civilis preferenda, dico in infra.

Quinto, excellētia iuris canonici est carceris omnib. scientijs praferenda propter vicinitatem quam habet ad theologiam, quod probatur sic. Scientia canonica est vicinior scientiae diuinæ, quam sit scientia civilis, & quæcunq; alia: Ergo conclusio vera consequentia patet, quia sicut gradus nobilitatis, & dignitatis inter intellectuales naturas attendit penes maiorem proximitatem ad intellectum diuinum: Ita gradus nobilitatis inter scientias accipiens est penes earum maiorem similitudinem cum scientia diuina. assumptum probatur ex dictis per lo. de Turrecr. in dicto loco, & ex his, quæ ante dixi.

Sexto, probatur ex parte materiae sic: Materia iuris canonici est nobilior materia scientiae iuris civilis, & quarum cunq; aliarum scientiarum, ergo scientia iuris canonici est dignior ceteris: consequentia patet per Aristotelem primo de Anima, vbi vnam scientiam dicit nobiliorem alia, quia mirabiliorum, & honorabiliorum est. assumptum patet & est manifestum, quia scientia iuris canonici tractat de articulis fidei, de diuinis officijs, & Ecclesiasticis sacramentis, & documentis, que multa dignitate excellunt materiam, quæ tractatur in scientia, scilicet, ciuili, ut supra dictum est, & infra latius dicam, igitur, &c.

Septimo, ostenditur ex parte finis sic. Finis quem intendit scientia iuris Canonici est superior & altior, quam sit finis scientia iuris civilis aut aliarum scientiarum. ergo sequitur, quod, scientia iuris canonici sit ceteris nobilior. consequentia est bona, per Arift. vbi secundum ordinem finium ponit ordinem dignitatum inter disciplinas. assumptum est manifestum, quoniam finis scientiae iuris civilis, ut procedit à fundamento fidei catholicæ & doctrina Ecclesiæ, consistit tantum in habitu elicito ex legib. gentilium, ut continetur in compilatione fforum. est scilicet humana nullo habitu respectu ad beatitudinem alterius vita perpetua. Finis vero scientiae iuris canonici non modo est bonum hominis in perfectionem virtutum moralium: sed secundum perfectionem insularum virtutum, que ad beatitudinem supernam preparant, & disponunt.

Ottavo, probatur, & ostenditur ex parte ipsarum legum, quoniam lex & canonica regula est tanq; diri gens regulas, & corrigens leges iuris civilis. Ergo scientia iuris Canonici est dignior, & nobilior. consequentia patet ex terminis, assumptum

## DECIMA PARS

standisunt illi qui tantummodo (vt sunt multi) v-tuntur temeritate pro scientia, contra textum in l. quisquis. C. de postulan. vel qui tantummodo vadunt per repertoria, & qui nihil volentes a se ipsis cogitare, timent consulere, vel pronunciarer, quoniam id à doctoribus non reperiunt taetum, & hoc licet adsit bona ratio vel bonum simile, sed male, quia vt etiam inquit Pau. de Ca. in l. Clodius. ff. de acq. hared. perniciosus est talis timor, & miserrimus est talis intellectus. Miserrimi enim estingenitj vti inuentis, & non inuenientis, dicit Boetius de disciplina scholasticorum, & dicit Fel. in c. cum ordinem in 4. col. extra de rescript. Quod expedire cōsultationes per regulas generales, est officium procuratorum, & eorum doctorum, quos vulgus positios appellat, & propterea etiā rationibus innitendum est, vt dicit tex. in l. 2. §. sed quia. C. de vet. iur. encl. & in proc. 6. Naturam semper nouas deproferat edere formas. Et quae de novo emerunt, nouo indigent auxilio. l. diuis. ff. de rest. in integ. Et quia cum plura sint negotia quām vocabula, non possunt omnes articuli signifikatim dcdi, sed debet procedi per rationes, & similia, vt l. non possunt. ff. de legibus. Imo, quod plus est, est certissima scientia, quia habet fineum quem non habent aliae scientiae, vt supradixi, & habetur in proc. fforum. col. pe. habetq; certissimas rationes, causas, & demonstrationes, vt peritis notum est, sed vt dicit Philosophus in primo de anima. unde scientia dicitur nobilior altera, vel à subiecto nobiliore, vel quia est certior, vel propter vtrumq; simili. Et de subiecto nobiliore dicam amplissime in duab. sequentib. considerationibus.

Sexto, imo Non solum est scientia simplex, sed inter alias dignissima. Cum sit diuinorum arque humana rerum notitia, iusti atq; iniusti scientia, auctore Chrysippo. vt l. iustitia. ff. de iust. & iu. & insti. co. ti. in prin. quae est illius diffinitio, à qua non est recendum, quia secundū philosophum 7. Metaphys. diffinitio est sermo iudicās quid, est esse rei per essentialia, & secundum Bal. in rub. C. qui admitti. allegantem Boetium. Diffinitio es- sentiam rei claudit, & allusio sive etymologia intelligentiā rei. Et propterea dicit Bal. in l. non si- ne. C. de bonis quae liber. quod illud dicitur inesse, quod constat ex sui diffinito.

Septimo, quod plus est, Nō solum dicitur scientia: sed & sapientia secundum iuris consultum. in l. 1. §. proinde. ff. de varijs. & extraor. cog. qui dicit, quod sanctissima res est ciuilis sapientia, & facit, quia secundum Beatum Thomā secunda secun- da. q. 1. art. 2. de dono scientiae. Cognitio diuinorum rerum vocata scientia, sed cognitio legalis est huiusmodi per iura allegata, & bonus text. in l. 1. C. de vet. iur. encl. vbi dicit tex. Nihil tam stu- diosum in omnibus reb. inuenitur, quam legum authoritas, quae & diuinias, & humanas res bene disponit, & omnem expellit errorem & sic sapien-

tia. Quoniam, vt dicit glo. in d. §. proinde. Ci- scientia, est sanctissima quoad animam, & fu- sima, quo ad mundum. Et dicit Philotheus ad Alexandrum: Sapientia est conseruativa sicut sanitas corporis. Sed hæc scientia est hæc modi: Quia fecit homines virtuosos dingen- in Deum, tollens lites, rixas, controvērsias, & ex quib. sequi solēt homicidia, & omnia alia: Ergo est conseruativa anima, & corporis sanctiss. quo ad animam, & fierissima quoad corpus.

Octaua, Cūm, vt clarum sit, doceat quid scientia, & eius effectus, & quomodo iustitia suam nistranda, vt haberetur ff. de iust. & iur. & iustitia & quasi per totum. Ergo est diuinarum notitia, cum iustitia de Cœlo prospexit. & effectus trinitatis. cum iustitia à iure descendat, & à iure boni, & aquila. l. 1. de iust. & iur. & dixi in rub. de iusticie. in prin. in commento consuetudine duca. Burgund. vbi etiam potius quomodo op- tilis.

Nono, Quia scipsum regere, est summus iusta- tia, vt per Philosophum de regimine P. sed hæc scientia nedum docet, icipit res ipsa etiam Ciuitates, & Provincias, & toram Imperi- blicam, & omnem orbem terrarum, quanto- tius dicitur sapientia, probant per tractatum in auth. vt omnes obedientiudi. Provinciarum. Sine ea factum est nihil, & est principia omnia aliarum, quum per eam reguntur omnia, quia docet iuris consultum habere, docendi rationem, dicendi secundum, & discernendi copi- interpretandi subtilitatem, soleritatem, fidem, ho- nores, mores, & laudabilem vitam. Notitiae iusti & iniusti, boni, & aquila. & si, notitia ipsius Dei, cum bonitas, & aquitas sint essentia transitoria, ipsius Dei.

Quid enim plus operatur theologia, dicam in- fra latius. Faciunt ad prædicta l. magistros. C. de professo. & medicis. lib. 10. l. 1. C. de professo. quan- vrbe Constantinopolit. lib. 10. l. 1. ff. de mil. & iur. & instit. eod. vbi dicitur, quod ius est sanbon, & aqua.

Dicimò facit, Quia ius ciuilis est dogma omniū sapientum, vt dicit tex. in l. 2. ff. de legib. & vera philosophia, & non simulata. l. 1. fidei iusti- iur. ergo est sapientia, & scientia. Et si dicamus quod sunt legistæ, qui ita dicunt, & assentur, & non ali. Adhoc est responsio, quod illis est credendum, cura sunt periti in arte: peritis in arte credendum est. c. fraternitatis. defrigidis, & malfricatis. digni- sti. l. 2. de homicid. l. 1. circa priu. ff. de veni. inspi- ciend. l. semel. C. de re milita. lib. 12. A/cr. in co- si. l. & 107. in 2. vol. post Pct. de Ancha. in quæstio- incip. in antiquo.

Vnde dicimò facit, Quia professio iuri dicente- ars liberalis, vt est tex. ad literam. in l. 1. C. qui tra- te, vel professio. lib. 10. pro quo etiam facit rub. invenit.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

224

videtur debet dicer per hoc quin sit scientia, cum dicitur ex parte non debet irreprehensibile videri, si secundum variationem temporum variantur & iura: cum Deus etiam ex his, quae in testamento veteri statuerit, etiam in testamento novo mutauerit. Nam si Deus quandoque variet sua statuta, & ordinationes, ideo nos mutare possumus exemplo Dei, cuius actio nostra est in structio.

Sexto facit, quia notitia legalis & canonica non est localis, sed localis, ut capitulo super specula. ibi, quam in Francia, & non nullis provinciis Romanorum Imperatorum, nisi in quantum nituntur, & non alias. Et etiam Iudei, & pagani volunt nec subiiciuntur Canonib. c. gaudete de diu. Felyn. in c. 1. in n. col. extra de conseruacione videtur, quod quasi omnes patriae, & provinciae: imo etiam ciuitates habent sua statuam legibus, & iurib. communib. repugnantia, & contraria quibus viuunt, secundum quod occurrit in l. de quib. ff. de legib. & in §. ex non scriptis de int. nat. gent. & ciuii.

Septimum facit, quia non omnibus prouidit, cum nonnones casus possint sub lege comprehendendi, sicut in l. neque ff. de legibus. Ergo talis cognitio vel notitia, non potest dici scientifica, quia causa debet esse de immutabilibus aeternis, & determinatis, ut per Aristotelem s. Ethic. & lex de temporibus vel aliter & particulariter, ut per cunctum Aristot. in loco praetalego: quia particula sunt infinita, quae a nobis cognosci non possunt, non sit de artibus humanis, impossibile est veritatem dicere: quia est vtile in aliquo particulari epositum legis obseruari, & de multis exemplis possunt ponri, ut patet ex nomine, omnes populi. ff. de iusti. & iuri. per 16. qua. & per id quod notant Inno. Pan. & ad. i. de constitutio. dum dicunt, Quod licet ab uno leges transigredi ex magna causa, de pluribus per Fel. in 14. col. ibi, fallit septimo, perdoni. meum Iaso. in l. non solum. §. morte, in §. colum. ff. de noui. oper. nunt. & Barba. in c. Qui admittit. & in c. etiam si clerici. de iudi. & perdonem domini. meum Iaso. in l. t. in 1. & 2. col. C. etiam imper. offe. vbi limitat dictum Inno. deus modis in 2. col. & etiam dicit quod hoc est confundens est superior secundum doctrinam Lud. Rom. de qua ibi perdoni. meum Iaso. in §. ex malicie, in tertia colum. inst. de a. dico, dixi alibi in consuetudinibus nostris duc. arguam. in t. des iustices. §. in gloss. pour la preuve de soys.

Ottavo. Nam nulla doctrina potest appellari scientia qua est virorum, & aeternorum in veritate & impossibilium aliter se habere, cum ut ait Philosophus in 1. posteriorum, quia nihil scitur, non enim, ut voluit Bald. in cap. 2. de constitut. Hoc dicit, quod scientia est entium, non eorum, quae natura aut ars reuelauit. Bal. in c. eum contin-

gar de res. Pet. de Anch. in cle. 1. de concessio. preben. per glo. in l. si pater. ff. de haered. insti. probatur in d. c. qui occidit. 23. q. 8. sed legalis scientia & canonica est circa contingencia in humanis actionibus extrinsecus contingent. aliter se habere, & diversimod se habere. ex quo dicit Barb. in d. c. si clerici. in 6. & 7. col. quod lex adaptatur temporis, & est mutabilis, ut dixi: igitur, &c.

In contrarium tamen, Quod ius ciuile, & canonicum sit scientia, probatur ex pluribus.

Primo, per tex. in proem. fforum, circa principium, in verbo, professoris legitimæ scientia constitutos, & ibi prima vestigia cuiusque scientiarum diocriter tradentes, & in quarta colum. ibi, & hi qui rudes adhuc legitimæ scientie capessenda aspirant. & in penult. colum. ibi, nihil legitimæ scientiarum eis deerit. & ibi, hac sola scientia fidem habet mirabilem.

Secundo, probatur per tex. in l. 1. ff. de iusti. & iure, ibi, ius est ars boni, & aequi. & ibi, aequum, & ini-qui notitiam profitemur. & ibi, aequum ab ini-quo separantes, & licitum ab illico discernentes. Nam si ius est ars, ut ibi, & in proemio fforum. in penul. colum. ergo est cognitio, quoniam ut dicit Philosophus primo posteriorum. Omnis ars & doctrina sit ex præexistenti cognitione, sicut contingit in iure, cum in eo distinguamus aequum ab ini-quo, quae distinctio fieri non potest sine cognitione, & non potest capi ars nisi pro habitu scientifico.

Tertio, probatur per tex. cum gl. in l. 1. C. de studijs liberalib. lib. 11. Dum ibi iurisperiti & medici dicuntur esse Philosophi veri profundioris scientiarum, & doctrinæ.

Quarto, probatur, quia leges habent rationem, & causam: ideo eam doctores, & præsertim legentes, semper inuestigant querentes de ratione dubitandi: ita de ratione decidendi. De ratione dubitan- di: quia lex non fit nisi in casu dubio. l. Labco. ff. de Carb. edito. l. antiqua. C. de furtis. In claris enim non opus est laborare. le. continuis. §. illud. ff. de verbo. ob. Item quia de singulis dubitare non est inutile, ut in prædicamentis Aristotelis, & perglo. in l. 3. C. de sum. trin. & fid. catholicæ. De ratione decidendi, ut intelligatur, quod est cum ratione facta, sicuti esse debet. 4. dist. c. crit autem lex. Et sic multis alijs omisissi, constat ex his ius ciuile esse veram scientiam.

Quinto, quia constat, quod non est solum scientia practica, sed etiæ speculativa, Quoniam oportet prudentem iuris solvere nodos, questiones, & controversias, quae nunquam etiam contigerunt, quod non potest fieri nisi per subtiles indagationes & per speculationem. Quo fit, ut quia subtilitez indagandum est, & incedendum per augmenta, rationes, & similia, & alijs varijs modis secundum regulas iuris, quas deceat habere. nota, quod dete-

standi

## DECIMA PARS

quiescunt, quod non est nisi quod continent rationem vel causam. Sicut etiam de dictis Pythagorax.

Refert Boetius, in prln. sua Arithmetica, quod sufficiebat dici, sic Pythagoras dicit: & ad propositionem etiam dicit Bal. in c. ad hæc, col. 6. de pace iura. firman. quod leges non allegatur in Curijs Regum, pro authoritate, sed pro ratione, & hoc fit breuitatis causa: quoniam gaudent breuitate moderni, vt inquit glossa in l. ff. quod metus causa, facit texr. in ampliori. §. in refutatorijs. cap. de appell.

Non obstat vterius, quod dictum est in secundo fundamento, quod leges dicuntur amare simplicitatem & non subtilitatem, Quoniam non est verum: in quantum tractatur de interpretatione iurium, vel in enucleatione questionum, & ad veritatem elicendam: Sed ne subtilitarib. fiant deceptions, peruertantur vera & recta iudicia: iniqüitates & equitatibus preferantur sub genere boni & æqui, vt inquit texr. in l. si seruū. §. de illo. ff. de verb. oblig. plerunque sub autoritate iuris scientia perniciose erratur, alias lecus. Et hoc est de quo propriè loquuntur iura contraria: Et id quod dicunt leges subtilitates non amare: quia est verum eas non amare: in quantum tendunt ad decipendum, vt etiam declarat Panor. in ca. dilecti filij. in 2. col. de iudicijs. extra. vbi latius per eum. quæ subtilitates sint attendendæ, & quæ non, & ad quid per Romanum cons. 301. incip. omnipotens Dei postulato suffragio. in proposita consultatione. & in c. si cupis. 16. quæst. l. quæ dicit, habeas simplicitatem columbae, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidijs.

Ad tertium vero fundamentum, quod factum est, quod lex est voluntaria. Respondeatur, quod fallum est, vt ex deducatis in parte contraria. Quoniam etiam sola voluntas Principis non facit legem. Quia immo debet esse regulata ratione. Nam & voluntas eius subiacet regularationis. Esterim animal politicum, mortale, & rationale secundum Bal. in l. 2. cap. de script. & aqua. & ideo non potest iniquum statuere, vt inquit Panor. & scriben. in c. 1. de constitutio. & per beatum Tho. 2. 2. q. 9. art. 6. & secundum Ange. in consi. incip. sanctissima. in 4. colum.

Opinioni eius non est standum, si cōtraria sententia est melioribus rationibus comprobata, alleg. texr. in l. Aemilius. ff. de minoribus, Et multa dicit Paris de Puteo in tract. suo syndicatus, in cap. 1. & 2. Quod non licet Principibus, nec Regib. in aliquo exceedere, nec quicquam facere, quod non conueniat probatissimo, ac sapientissimo viro. Et si aliter faciunt, non sunt Principes nec Reges, nec eis obediendum est vtibi latissime per eum, & per Iohann. And. in c. 1. de constit. in 6. post Host. ibidem. Vbi dicunt quod proprium Principis est iustitiam exercere. Et si deficit, in hoc auferunt ei

nomen boni & religiosi Principis, & sicarebit a mine, carebit & re. l. à nullo. C. de fermis. l. a. rialis. §. primo. C. de nupt. & c. nam & ego. cum verbo. signifi. Et concordat, quia Rex dicitur regendo. vnde debet regere & non regi. ff. de cap. l. si. alias non est Rex, secundum Bal. in l. nos. a. bigere. post Cy. ff. de legib. & in l. post sutorib. ff. de excus. ruto. Imo expressè attestatur Plautus se velle de legibus viuere. l. digna vox. C. de bus. l. ex imperfeto. C. de testam. & §. si. in mod. testam. infit. Ita, quod si ordinavit c. voluntatem vel rescriptu cuni iniuria alterius, esset cœquendum, imo est nullum & irreabile. l. quoties. & l. damnoſa. C. de precibus impetrando. offered. l. authoritatem. C. vnde. l. i. §. a. ff. ne quid in loco publico. l. nec auus. C. decept. libero. Facit. clem. pastoralis de te inducit. Facit quod dicit Paulus de Caſtr. consilio. v. a. impressione noua incipien. in Christi nomine, quia frustra petitur, & hoc etiam, quia alioquin esset lex, nisi esset rationabilis, communis & frumenta, vt in c. erit antem lex. 4. distinct. & v. a. si Ecclesia. in fin. Et concordat text. in instrumento cautela & fide. collat. 6. Et hoc in text. in authen. vt non luxurientur cōtra naturam, in prin. col. 6. & in aut. de priuilegijs dotis, in p. collat. 8.

Ex quibus patet, Quod leges sunt per ora principum diuinitus promulgata, vt patet in capitulo. 16. q. 3. vnde non possunt fieri, nisi cum vera iusta ratione. Et si tollatur lex, semper remansatio legis cui subiicitur. l. i. cum gl. ff. de co. cum emancipat. liberis. glossa. in c. fuerunt. v. a. Barb. in c. clerici. in 9. colum. ibi. 2. de iudic. cum

Nec etiam obstat l. prospexit. in dicto, iudicamento alleg. Quia, vt aperiti b. Bal. illarib. rationem, & ibidem Bal. in l. i. c. que sit longa, suetud & Felin. in ca. si quando. colum. sententia rescriptis. & potest adduci Bald. in c. i. de constit. Vbi dieit, quod lex dicitur sat rationaliter, ex quo non est prohibita, licet non possit demonstrari ratio eius, secundum glossa. singularem in l. 1. pueritiam. in verbo, ratus. ff. de postulando. & per ea quæ not. Arch. in c. frustra. 8. dist. & per Bal. in c. cum venissent. de co qui mit. in poss. cau. reuanda. extra.

Ad quartum fundamentum, in quodcumque. Quod lex est formidine permixta & operativa, non certa. Respondeatur, Quod imo est certa, cum sit ratione facta: quæ, vt dictum est, factio meatum & firmum, vt per Bal. in l. non dubium. c. de legi. & probatur in l. solam. C. de testi. cum ibi nota. & in auth. de hæred. & falc. §. his igitur. cum cōcord. colla. 1.

Præterea, Philosophicum est respondere per eum. dubitatum, vt per verbū, sortē. vt glossa. leg. cum res. §. sed si Stichus. ff. de leg. l. Erub. dubio, sortē, respondent sapienti, glo. in verbo, foris.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

225

tex.in lynica circa fin.C. de studijs libera-  
tib.Roma;lib.ii.& dixi supra ista parte in no-  
consideratione.ver.i.tamen.

Non obstant adducta in contrarium.

Eipromo, non obstat illud quod dictum est in  
primo fundamento contraria partis, Videlicet,  
Quod Legistæ , vel Canonistæ non habent mo-  
dus arguendi, nec cognoscunt per causas. Quia  
tunc, falsum est, vt supra satis declarauit. Et et-  
iam, quia primo licet non habent eundem mo-  
dum quem habent dialecticæ, vel habent aliarum  
scientiarum professores, non propterea sequitur,  
exponit est scientia : Eò, quia habent alium mo-  
dum scientificum , & concludente, secundum  
rationes & causas, quod sufficit. Cum que-  
libet scientia habeat diuersa generalloquendi: in-  
tuitum, quod proprius modus loquendi est absur-  
dis in alia, vt dicit Spec.in ti.de aduocato. §. nunc  
exordij, vtsi, quod si alter. Et sunt verba Au-  
gustini in c.loctione.38.distinctione.& dicit Phi-  
losophus in posterior. Vnaquaque scientia habet  
duas proprias imaginations, rationes, & disputa-  
tiones. Et bene, Quia locutiones habent esse, se-  
cundum subiectam materiam. I. si vno. C. locati.  
secundum philosophum. I. Ethico. Tunc perfe-  
ctam enunciacionis, cum subiectam materiam lo-  
quuntur, de quo etiam per Bal.in l. data opera, cir-  
ca medium. C. qui accusa, non possum si bene in-  
veniamus, repetimus, quod in omnibus legibus  
obseruantur primo Regule grammaticales, vt ha-  
bent per Lucam de Pena in l. grammatices. C. de  
potest, & medi.lib. io. Vbi ponit diuisiones gram-  
maticales, quæ obseruantur in legibus, & etiam fi-  
gure grammaticales, vt habent per Lucam de  
fama, in l. i. C. de cœsilibus, lib. 12. Vbi ponit om-  
nibus grammaticales, & quod legistæ eas ob-  
seruantur. Et de vnaquaq; dat text. quem ibi videre  
poteris. & ne transcedam matriam, non tran-  
porto.

Eteriam si bene videamus iura nostra, & argu-  
mentationes iuriuum, in his sunt obseruanda re-  
bus logicas ad argumentandum. Primo, quo  
adpositiones logicas, quomodo obseruan-  
tur. Et auctor Bar.in l. si is qui ducentum. §. vtrum.  
il decimus dub. vbi amplè declarat primiam figu-  
ram logicas. Et etiam Bal.in l. testium. C. de testi.  
debet decem prædicamenta logicas, quæ etiam  
littera obseruanda in administratione iustitia, & in  
admissione iuris cuiuslibet ad effectum, prout etiam  
argumentationibus sunt fere omnia media ar-  
gumentandi logicas obseruanda, licet possit dici,  
aut ultra illa sint & alia. Et ideo incepit & male  
scire legistam vel Canonistam non habere mo-  
dus arguendi. & omnes modos arguendi & argu-  
mentandi logicorum habent legistæ, & multos a-  
udire poteris per Albericum in suo dictio-  
nario verbo argumentum, quæ hic non transpor-  
tam sicut impresa.

Nec sunt tedarguendi in hoc, quod non omnes  
modos argumentationum logicalium obseruat.  
aut quod ultra eos alios obseruant. Quoniam, ve  
inquit tex.in c.indignum. & in cap. Ecclesiasti.18.  
dissim. Canones non sunt restringendis sub regulis  
Donati, nec etiæ ociosis Philosophorum scholis.  
Et facit, quia legistæ sunt reales locutores, rebus &  
non verbis intendentes. Quia non verbis, sed re-  
bus leges imponuntur. tex.in l.2.in fi.C. commu-  
nia de lega. & in ca.commissa. §. porro, de elec-  
tione. in 6. Et ideo Bal.in l.veteri. C. de contrahēc. &  
commiten.stipulatio.dicit, Quod leges sunt ve-  
ræ philosophia legalis & non dialectica, & pond-  
erat adhuc illum text. & concordat verba Ioan-  
nis. And. in regula, infamibus de regulis iuris, in  
6. qui dicit: Absit quod per sophistications ver-  
borum, naturam immutemus. & ideo secundum  
cum.c.1.de confessis. in 6.ex mente Didymi ad A-  
lexandrum. Non attem bene loquendi discimus,  
ne facundiæ oratotum rhetorumque operam  
damus, cuius officium est, falsatis sermonibus fig-  
mentare mendacia & innocentia fidem conser-  
rectim inib.ac parricidij teos accusare pīssimōs:  
Qui dum putant se alienæ laudis fructum per  
iniquam victoriam se rapuisse , nesciunt mun-  
imentum sua conscientia perdidisse, pro quo fa-  
cit tex.in c.sedulo.18.distinct. qui præclarissime ad  
propositum loquedo, dicit: Cordi casto linguam  
exercitatam conferre non audeant, & putant præ-  
ponendas esse verbis sententias, sicut præponitur  
animus corpori, debetq; veriores quam desertio-  
res audire sermones, sicut prudētiorcs quam for-  
mosiores amicos habere.

Item & secundum: Quia, vt ex supra deductis cla-  
re demonstratum est. Legistæ & Canonistæ cogno-  
scunt per causas & rationes. Cum ratio legis dicatur  
ipsa anima legis. ff. de pastis. Et strictius est ob-  
seruanda, quam ipsa lex, secundum Bal. in l. qui-  
cunq;. C. de seruis fugitiis. & in l. non dubium. c.  
de legib. in 5. col. in l. si quis seruo. C. de furtis. Vbi  
dicit, quod Ratio est sicut Anima, & verba sunt su-  
perficies. & in dicta l. non dubium. dicit quod est  
spiritus viuificans legem. & dicit Panor. in consi-  
l. in 3.col.in 1.volum. quod Ratio est sicut Spiritus  
& Anima.

Et dicit idem Bal. in l. nemo, in prin. C. descen-  
ten. & interlocu. omnium iudi. Quod ideo Fran-  
cigenæ tantummodo allegant legem, nisi pro ra-  
tione in ea contenta. Et dicunt, sic est ratio legis,  
non autem dicunt sic est lex, vel sic lex dicit: Sed  
concessio etiam, quod simpliciter lex allegatur,  
vel dicatur, sic lex dicit prout sit, quid ad rem? cum  
talis allegatio non est sine ratione, cum lex con-  
tinat rationem: & sit ratione facta, quod sit quod  
allegata lege, etiam ratio legis habetur pro alle-  
gata.

Nam & idem sit de dictis philosophi: quia eius  
dictis simpliciter adductis philosophantes ac-

L1 quiescunt

## DECIMA PARS

**D**ecimanona confide. Posito ergo pro firmo, quod ius ciuale sit scientia, excellere debet & excellit omnes alias scientias, & debet inter omnes scientias dici nobilior & dignior: Quoniam multa sunt, ex quibus scientiae sublimitas commendari potest, videlicet origo, effectus, & finis, in quibus comprehendimus subiectam utilitatem, conditorem, & necessitatem.

Et quia primo ab institutione seu origine vniuersisque scientiae, origo seu exordium capiendum est, in processio fforum. s. sed cū vols. l. 1. vers. iustitia namq. ff. de iusti. & iur. quos tex. Bal. ponderat ad hoc in l. argētarius. s. edi. ff. de cden. Ideo de origine iuris primo videamus.

Et licet dici possit, generalem omnē scientiam fuisse à Deo ortā, cum omnis ratio supernæ scientiae, vel terrena creaturae in eo est, qui est caput earum & autor. tex. est in c. legimus de beato Hieronymo. s. si. ver. omnis ratio. 37. d. cap. 1. de summa tñ. l. 2. ff. de legibus. c. reuertimini. 16. q. Et ideo dicitur Eccle. 4.4. Ego ex ore altissimi prodig. Et Baruch 3. Hic scilicet, Christus adiuuenit omnē viam discipline, & dedit puer suo Iacob: tamen magis particulariter considerando.

Origo iuris est à Deo immortali, quem alij diuerunt louem, alij Apollinem, alij Mercurium: sed melius dicendum est non in sequendo fabulas antiquorum, sed Archidiaconum & Præpositum, in processio. decreti, Leges à Deo optimo processisse dicemus. Cum enim Adam citatus fuisset, & data eidem fuisset lex, ne de fructu arboris vesceretur, legem accepit, quam statim violauit, & iuris ordine seruato pœnam sustinuit, quia exclusus fuit in loco in quo positus fuerat sub lege, ne de fructu illius vesceretur. Qui cum de inobedientia argueretur à domino, quasi auctori exceptionem obiciens: relaxationem criminis in coniugem, inquit, in coniugis auctorem cōuerit, dicens: serpens me decepit: mulier: quam dediti mihi sociam, ipsa me decepit, & comedi. d. poen. distinct. 1. serpens. Sicq; litigandi & vt vulgatiter dicimus, placitandi forma in paradiſo videtur exorta. Hęc nō ignorauit Propheta Psalm 88. Veritas de terra orta est, & iustitia de Coeloprospectis. Non, etiam ipsa lex seu iustitia gloriatur, quod semper fuerit cū Deo: Cum, vt habetur Proverb. 8. c. Dominus possedit me ab initio viarum suarum. & ibidem dicitur, cum eo etiam cuncta componens. Nonne etiam habetur Isa. 33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster. & Job. 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus est similis in legislatoribus. Et est donum Dei. l. nam & Demosthenes. in prin. ff. de legib. Ille fuit qui dedit leges Moysi vt tradiret Hebreis, vt habetur Exod. 31. ca. & Deut. 10. & Exod. 25. Et post hoc constituit iudices & alios pro iustitia administratione ex consilio letrois eius socii, vt habetur Exod. 28. capit. à quo omnes alij qui scriperunt, modum lumpserunt, qui

sunt post eum, videlicet Fotoneus, qui primo Grecis leges constituit. Mercurius, qui primus Aegyptijs tradidit. Solon vel Draco, qui legali theniensibus primus dedit. Lycurgus, qui Leges demonib. iura composuit ex autoritate Apollinis. Numa Pompilius, secundum aliquos, vel dum alios Romulus, primus Romanis leges dedit. vt habetur c. 1.7. dist.

Sexto, Barbatia adducit aliud fundamentum, & dicit, quod nulla doctrina potest appellari scientia, nisi quæ ex verorum, & eternorum in veritate, & impossibiliū aliter se habere, quoniam, ut dicit, scientia est verorum, secundum philosophum 1. Post. & Commentatorem in 3. de Anima. & facit tex. in c. qui occidit. 23. quez. 5. & quod voluit Bart. in l.2. §. quod obseruari. C. de iuramento calum. quoniam nihil scitur nisi vetum, vt voluit Bal. in e.2. de const. vbi dicit, quod scientia est Entitum nō corum quæ natura, aut ars reuelauit. Bal. in ca. cum contingat, de rescind. Pet. de Anch. in clem. i. de concessio. præbenda, & per gloss. in l. si pater. ff. de hære. insti. probetur. in d. c. qui occidit. sed philosophia est huiusmodi, & legalis censura est circa contingentia in humanis actib. extrinsecus contingentib. aliter se habere, & diversimode se habere. & ideo dicit, quod lex adaptatur temporis. & est mutabilis ex veritate temporum. 3. dist. c. erit autem lex. c. non debet. de consang. & affl. c. pe. de cle. non residen. ca. suggestum. de decimis. l. ex facto. ff. de vul. & pup. Et per consequens videtur, quod doctor philosophia, aut medicina sit præceptus doctori legum, seu Canonum.

Ad istud fundamentum est amplissime responsum supra in hac pat. in 4. confid. ibi, Ad quartum & ibi, ad sextum. vbi satis probauit, quod scientia legalis sit immutabilis, licet quandoque mutetur ex illa aliqua constitutio, non tamen per hoc dicatur mutabilis aut variabilis. cum omnia semper fiant cum ratione quæ est anima legis, & sicut quandoq; medicus mutat medicinam ratione loci aut temporis. etiā in uno & eod. tempore, & per hoc dicitur facere contra scientiā suā, & sic etiā dicendum est de lurisperito aut alio habēte potestatem mutādi alias leges: sed cum scientia legalis non sit in totum mutabilis, prout nec scientia medicinalis. Ideo est certa, & vera in genere, sicut ipsa medicinalis scientia.

Septimò, pro par. medicorum adduco alia fundamenta, videlicet, quod sunt honorandi. Quoniam vt habetur Eccles. 38. Honora medicū propter necessitatē, etenim illum creauit altissimus. à Deo. n. est omnis medela, & à Rege accipiet donationem, disciplina medici exaltebit caput illius, & in conspectu magnatū collaudabitur. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Vbi amplè constat, quod medicis sunt honorandi, & quod medicina est à Deo.

Sed ad hoc dico, quod ex origine ipsius non est tam honoranda quam scientia legalis, cum medicina sit de terra, & iustitia de Cœlo prospexit, vt supra dictum est, & ideo à digniori lo-

## DECIMA PARS

eo dignior dicitur argumento eorum, quæ dicuntur de matrimonio, quod est dignius Sacramentum, & quia in Paradiso fuit celebrarum, & ordinatum. Gen. 2. Erunt duo in carne una, prouamente dixi in consuetudine nostris ducatus Burgund. in rubri. *Des droidz, & appartenant à gens mariez.* in principiis.

Octauio, facit tex. in l. i. §. medicorum. ff. de var. & extraord. cogn. Ut ibi dicit rex, quod medicorum eadem causa est quæ & professorum, nisi quod iustior quo ad petitionem salario, ex quo in hoc diminuitur de coruni honore. Cum ex quo mercenariam operam non spernunt, non amplius inter Philosophorum professores numerantur, ut dicit ibi text. ibi, An Philosophi. & ideo ex quo legistæ non petunt salario, sed eis datur honorarium sic dictum, quia honor est donanti, & cui datur. ut dicit glo. in verb. honor in d. l. i. §. est enim. Quædam enim tametsi honeste accipiuntur, in honeste tamen petuntur, ut dicit tex. Ex quo textu clare constat, quod status aduocatorum est honorabilior, quam medicorum, eadem causa.

Nono, pcr illum text. hic ante allegatū dicitur, quod medici præsunt corporibus humanis: Legistæ vero reb. sed corpus præferendū est rebus, cum sit dignius, quam res: & digniora sunt quæ dignioribus præferuntur, ut in authen. de defenso. ciuit. §. nos igitur. coll. 3. igitur medici sunt præferendi legistis.

Ad hoc est supra responsum, quod licet legistæ præsint rebus, & habeant eas subiectas, habent etiam non solum corpus ad instruendum ipsum quomodo alterum ledere non debet, honeste vivere, & ius suum uniuicuum tradere debet. l. i. ff. de inst. & iure: & dixi. ante: sed etiā præfertur anima quam instruit, & docet (ut etiam predixi) quam preciosior est corpore. igitur.

Dicimo facit, quia leges impediunt cognitionem veritatis. Medicina autem facit ad eam decuere, quod sic probatur per dictum Auer. in fin. 2. Phys. vbi dicit: Ille, in quo congregatur consuetudo, & comprehensibilis veritatis non habet impedimentum à veritate, sed impedimentum semper est à falsitate, vel saltem ab eo, in quo non est veritas, neque falsitas, ut in legib. & 2. Meta. Ari. textu com. 14. quantum vim habeat consuetudo leges ostendunt, in quib. inuenies apologos plus animo applicabiles quam summæ veritatis, & tamen medicina ex quo est sententia speculativa, & per speculativas acquiritur cognitionem veritatis, ut dictum estante. Igitur cognitionem veritatis impediunt leges, quam medicina amplectitur: & per consequens medici legistis sunt laudabiliores.

Sed ad predicta estatis responsum, ex quo non solum scientia legalis est practica, sed etiam speculativa, ut dixi, igitur, &c.

Vnde dicimus facit, quia iurista, ut iurista, non possunt esse prudentes. igitur non possunt esse ciuiiles.

consequentia patet ex dicto Philos. 2. Polit. qui dicit, Neceſſe est ciuilem hominem esse prudentem, & probatur antecedens, quia prudentia est habitus cum ratione vera. Iura autem sunt cum formâ, quoniam sunt opinione: sed opinio nostra habitus, in quo anima prospiciat verum affirmando, vel negando, ut 6. Ethic. sed ea falli contingit, &c.

Ad hoc satis est responsum sumpta. Et dicitur, Valla in procœlio tertij libri suarum elegiarum, quod quinquaginta digestorum librum, cum admiratione re legit. Primum quod se fias, vtrum diligentiane an grauitas, prudencia an æquitas, scientia rerum, an orationis dignitas præfert, & maiori laudi danda esse videatur. unde, quod hæc ipsa ita in unoquoque illorum omnibus sunt egregia & perfecta, ut vehementer dubites, quem cui preferendum putas. Quia enim disciplina (ut idcirco sit) scilicet, quæ publicetur tam ornata atque aurea, ut ius ciuile. Tam igitur deberi putar eius facultatis libris, quam illis olim, qui Capitoliū ab armis Gallorū, que in fiducijs defendenterunt, per quos factum est, non modo tota vrbs non amitteretur, venientiam ut tota restituī posset, ita per quorū diuinationem sfororum, & semper aliqua experientia ammis, atque honore fuit lingua Rom. hæc ille alia.

Duodecim facit, Quoniam qui à Deo commendantur sunt magis approbati, ut dicit Apol. 2. ad Corinrh. 10. non enim qui seipsum commendat, ille approbat est, sed quem Deus commendat: sed medici à Deo commendantur, ut dictum est supra in septimo argumen. Iurista autem seipso commendant. ut habetur in c. clerici. perdeciū de iudiciis.

Sed medici, qui faciunt ius fundatum, aut non omnia viderunt, aut veritatem faciunt. Quoniam etiam iurista & legislatores laudantur à Deo: quoniam, ut habetur Psal. 83. Benedictionem habuit legislator, & ibunt de virtute in virtutem, quoniam etiam ipse Deus legislator dicitur Iob 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. & Iaco. 4. Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere, & liberare, & ut dicit Bern. de Bust. in 2. par. sui Rosarium mon. 29. 2. par. in litera C. hæc scientia est Deo, ut habetur Proverb. 8. per me legumi conditoris iusta discernunt. & habetur Psal. 9. Confite domine legislatore super eos, ut sciatis genes, quoniam homines sunt. Imo dicitur Acto. 4. Doctores legum dicuntur honorabiles, cum dicunt, Quidam etat in concilio Pharisaorum nomine Gr. malie legis doctor honorabilis.

In contrarium tamen, & pro parte legislatorum, quæ est ipsa veritas, & prout ita se habet obiectantia, & ira etiam tenet fides Apostolica, quod legistæ præferuntur medicis, & magistris in artibus teneantur.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

232

nateo, quod indistincte doctor legū, & canonum, ut vniuersitatum facultatum tantum, præfetur iudiciorum in medicina, & magistro in artibus. Quod probatur multis fundamentis, ex quibus iam superplura posui, sed ea quæ posui non recitabo. Sed quantum de eis mentionem faciam remissive ad loca supradicta, & supra descripta.

Primum ergo fundamentum est Barbat. semper pertinendo eius ordinem, & aliqua addendo, ex quo Anima est preciosior corpore, & semper est preferenda. I. Sancimus. C. de sacro. Ecel. c. cum infermitatis. de pœni. & remissio. sed legalis censu et medicina. Animæ & curat animam. text. est val. sing. iuncta sua gloss. in ver. nouis. de iur. cal. et de maximèius Canonicum, quod tendit ad bonum animæ simpliciter, & ad dirigendum Animas ad ipsum Deum, vt in cap. vt Animarum pencils. de confit. in 6. & est gloss. magna, circa medium, que ad hoc reputatur singularis. in cap. cum contingat. de iure iur. extra, sed idem etiam dicendum est de scientia legali, cum si sanctissima etiam quo ad Animam, vt est text. in l. 1. §. atenuo glo. in verb. sanctissima. ff. de varijs & exord. cognitio. Ut dixi supra respondendo ad fundamenta pro contraria parte. Sed medicina omni quandoq; corpus ægrotum, nō temper: quia Non sibi in medico semper relueatur vt ager: cōd: etiam qui constituti sunt vniuersaliter termini, qui praesertim non poterunt, vt habetur Job. 14. Et cum corporalia nihil sint ad comparationem Animæ, & spiritualium, vt capit. inter corporalia. de transito. præclar. Quoniam eriam, vt inquit Hieronymus, temporalis vita viræ æternæ comparata, potius est eterna mors, quam vita. & apud Ciceronem de Homo Scipionis. Vestra qua dicitur vita, mors & eternam militat hoc argumentum quo ad Philosophiam: quia licet philosophia naturalis tentat cognitionem rerum, & ad quandam felicitatem cognoscendi, iuxta illud quod dicitur in Georgicis, *Felix qui potuit rerum cognoscere causas.* Non tamē tendit ad beatitudinem animæ, & per consequens scientia legalis est nobilior philosophia, & medicina.

Secundo facit, Quoniam illa scientia dicitur honorabilior altera, cuius subiectum est honorabilis, assumptum est Philosophi in primo de Animali, & plures supra relatum est, sed subiectum legit (vt dicit Barba.) est iustitia, & iustitia maior est omnium aliarum virtutum. Vnde scribitur apud Ciceronem in lib. de Senectute. Optimus iustitiae cuique iterin Coelum paterer, & expeditissimum proprietiati quam acquirir beatitudinem, & ideo dicebat Aristoteles. Ethic. Quod iustitia est Virtus lucens, vt Hesperus, ergo scientia legalis est nobilior artibus, & medicina. Hac sunt quæ dicitur Barba. Sed de huiusmodi nobilitate iustitiae & alia virtute & excellentia scu præcedentia, ad unam alias dixi in rubr. de iustitiae in principiis.

commen. nostris super consuetudinibus ducatus Burgun. Er' d' subiecto digniori dixi in hac part. in 6. consid. Vbi posui, quod ratione subiecti etiam æqualis cum theologia, participat cum theologia scientia nostra legalis, ideo hic non repeto, quæ quidem iustitia domina est & Regina virtutum, vt dicit Beroaldus in tract. de felicitate: Imo cum iustitia pars sit Religio, vt ibi dicit, cum Dei cultus iustitia ascribatur. Ex quo vt dicit, est Animæ conservativa.

Tertiò facit, quia omnia denominantur sine, & finis est qui mouet agere, vt voluit Philos. sed finis legalis scientiæ est conseruare Rempub. Ciuitatem, & Hominum congregationem, vt probatur in l. 2. §. post deinde. ff. de ori. iur. & ibi Bal. colligit, quod ciuitas non potest stare sine iurisperito, tendit enim ad bonum publicum, prepter quod homines efficiuntur beati. teste Cicer. in li. de somno Scipionis. in ver. omnibus qui patriam auxerint, rexerint, adiuuerint, atque seruauerint. omnibus certum in Cœlo diffinitum locum, vbi tempore noxi fruantur. Sed ad hunc finem non tendunt artes, & in medicina, ergo ex sine legali scientia excedit artes, & medicinam. & de huiusmodi fine scientia legalis satis amplè superscripsi in hac par. 7. consi. quæ hic nō referor: sed ex ibi deductis est ampliandū istud fundamenrum.

Quarto facit. Illa scientia est nobilior alia, per quam humana vita melius disponitur. Nam homo est nobilissima creaturarum, iuxta illud Porphyrii. Sumus enim rationales nos, & Dij., sed mortales additum nobis separat nos ab illis, & in 6. Aeneis scribitur.

*Igneus est illis vigor, & caelestis origo.*

Et in illo Ouid.

*Pronað cum sp̄tient anima alia cetera terram,  
Oshonini sublimē dedit, cælumq; videre.*

Et dixi amplè supra in 2. parte, in 1. consid. Sed per censuram legalem melius disponitur humana vita. Nam per leges Homo Homini prohibetur in fiduciari. l. vt viii. ff. de iust. & iure. Imo non solum una ciuitas, sed nec exiguis hominum coetus potest esse sine iustitia. Nec etiam quidem parva domus, vt dicit Macrobius li. 10. de somno Scipionis. Ita quod non solum est virilis & necessaria cuilibet administranti & exercenti, sed etiam omnibus & Republicæ, vt dixi in d. rub. de iustitiae. in prin. supra allegata. in consuetudinibus nostris datus Burgun.

Quinto: illa scientia est nobilior altera, per quam homo magis efficitur obediens Deo, & magis ipsi Deo coniungitur: sed per legem nos efficiuntur virtuosi, vt l. prima, in principiis. ff. de iust. & iure. iungimur Deo, & sumus filii ipsius Dei, Quoniam Dij. & nos rationales sumus, vt dicit idem Barbaria in c. significasti. de soro cōpe. nu. 14. Imo, vt dicit Propheta Psal. 83. Etenim benedictionem dabo.

## DECIMA PARS

dabit legislator, & ibunt de virtute in virtutem, & habetur Dan. 12. Qui adiustiam crudunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. ca. fin. de magistris. & dixi ante in 7. part. vbi dictū est. Quod aduocati sunt laudandi & honorandi in tede magistratus. ita quod legista, etiam sacerdotes & sanctissimi vocantur. Dixi hic ante in 10. confid. Sed per medicinam in nihilo Deo attingimus, Imo nihil habet quod concernat conscientiam aut animam nisi à iurecōlultis, vt in c. cum infirmis. de pœni. & remiss. imo per medicinam quandoq; curramur ab infirmitate corporis tātum, nec Deo coniungimus, igitur, &c.

Sexto facit: Quoniam, vt inquit summæ sapientia Chrysippus, lex est rerum humanarum & diuinarum cognitio. I. nam Demosthenes. ff. de legibus. & medicina est tantū cognitio rerum naturalium & humanarum, ergo excellentior est legalis scientia. Cum eius subiectum, scilicet iustitia aut ius, versetur circa diuina, vt dictum est supra amplè. in 18. confid. & voluit Philosophus in principio de Anima.

Septimo facit: Quoniam lex est donum Dei. d. I. nam & Demosthenes. ff. de legib. & fuit inuenta à Deo, & sic processit à Deo. Exod. 31. c. ibi, digito Dei scriptos, & Deut. 10. c. & dicitur Exod. 25. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem & mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israël. & dicitur Proverbio. 6. quod est lux mundi & fons vita. 16. ca. Et procedit à sapientia. Eccl. 19. & fuit inuenta à Deo ex quo est magnificanda, sicut matrimonium magnificatur aucthor. ca. i. de votis lib. 6. & dixi supra hic in 5. confi. quomodo leges inuenta sunt à Deo, & origine à Deo processerunt. vbi ample. & sunt per ora Principiū diuinitatis promulgata. I. fi. C. de præscrip. longi temporis. & iuxta illud iam ibi per me allegatum. Per me reges regnant. Medicina vero est inuenta ab homine, videlicet, ab Apolline, Aesculapio, & Hippocrate doctissimo. iuxta illud Ouidianum: Inuentum est medicina meum. Ex quo sequitur, quod magis est honorandus legista quam artista aut medicus.

Oftauo, dicit Barbatia hoc probari ex gloss. in verb. nec medico, in c. non sanè, quod est c. fi. 14. q. 5. Vbi dicit, quod medici non sunt maioris valoris quam Obstetrices, vt videtur facere tex. in l. si duobus. §. sin autem artifices. C: communia de legatis.

Nonò, dicit Barbatia, quod etiam ex modo acquirendi scientia legalis est dignior, cum facilitior modo acquiratur scientia legalis quam artis aut medicina. Quoniam licet modus sciendi in Philosophia naturali sit demonstrativus, & sit certior & verior. iuxta illud: Certior aure arbitrus est oculus. l. corruptione. §. fi. ff. finium regundorum. I. i. ver. Atrox aspectu. ff. de ferijs. Et odem modo modus sciendi medicinam est demonstrativus aur diffinitius: vt apparet in primo Tech. primo ca-

nonis tercia fe. n. primo. Item modus sciendi lego est positivus & fallax. Ideo nō est certus & demonstrativus, sed modus sciendi leges, si certus positivus tamen est finitus, & sic est certus: & adducit quem dicit valde singularē in processione formam. §. quibus. Imo est sub §. duabus, in impressi nouis. vide tamen text. alium ad hoc in processione. in §. cumq;. in fi. ibi: vt & iuitium vobis & mis legum. Ex quibus textibus tria inscruntur.

Primo, quod legalis censura est scientia contra multa argumenta in contrarium, & supra angere probauit in 4. confi. huius partis.

Secondo probatur, quod est scientia finita & traditur per modos certos, determinatos & fixatos. Hinc dicit etiam tex. in aut. de priuilegiis. in prin. col. 8. Vnā nobis est in omni nostrae publicæ & Imperij vita. In Deo spem credimus, scientes, quia haec nobis & anima & imperio salutem: Vnde & legislationes nostras independere competit, & in eam respicere, & hoc espicipium esse & medium, & terminum.

Tertio probatur, quod finis suis est mortales, & faciat illud quod habetur in aphorismi Hippocratis, cum dicitur: Vita breuis, ars verò longa. pus acutum. experimentum vero fallax, & persequens sequitur quod ratione modi per quam securit scientia legalis est excellentior quam artis & medicinae.

Decimo facit, prout dicit Barbatia, illa scientia est alia excellentior, cuius finis excellentiore producit effectum. quia omnis effectus assimilans causam, quia natura est vis in stirabibus ex similibus, similia procreans, vt in i. de generatione & corruptione. c. ius naturale. i. d. i. l. quod si nolit. §. simili capi. ff. de edi. edi. & sed peritus in censuræ legi, effectus parens Imperatoris, vt est text. in libro in ver. apud Vlpianum parentem nostrum. C. de locato. Et alios plures effectus habet iuris, quos non habent medici: vt supra dixi in 6. & 10. confi. huius partis. Sed nō inueni iuriure causum, quod medicus aut philosophus sint parentes Principis, aut alios effectus habeant, de quibus supra. Eclite dicatur, quod primus medicus Principis equiatur Duci, vt supra dictum est: Non tamen sequitur, quod propter hoc sit præponendum iuris consulto. Nam iuris consultus est pater Imperatoris, quod bene notabis ad declarationem leg. i. C. de Comitibus & Architris. lib. 12. Quoniam sicut curia Principis aut Papæ fint duo doctores, quorum unus sit medicus Principis, & alter Consiliarius: quod præferretur doctor Consiliarius: quia dicitur pater Imperatoris.

Adde ultra Barbatiam, quod maximè istud debet habere locum in cæcellario Principis, quoniam non solum medicos, sed etiam omnes alios, etiam Duces (quibus assimilatur & aequaliter medicus præcedit, vt dixi supra in 6. parte, vbi amplè deus excellenti-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

233

excellētis, & potestate descripsi: & ita se habet con-  
siderando, de qua dicam in si.

Vnde decimo facit, illa scientia dicitur nobilior,  
minus splendor illuminatur vniuersus orbis. Nam  
publica vilitas priuata præsertur. l. i. §. pe. C. dc  
cada. tollen. c. bona. i. de postu. prala. dixi lupra.  
i. et per scientiam legalem illuminatur mundus:  
probatur in authen. habita. C. ne filius pro pa-  
re dixi lupra in 10. confid. & Res publica legislati  
committitur gubernanda. §. fin. in procem in-  
fitionum. §. duabus in fin. & §. penult. in proc.  
egularum. Sunt etiam Iuristæ omni tempore se-  
mper dicit tex. in procem. fforum. d. §. duabus in  
fin. Nec permittunt leges aliquem Iurisconsultum  
manicari aut pauperrate viuere. Ita dicit tex. in  
authen. de hæred. & sale. §. fin. coll. i. Sed hoc non  
nudum facit, quia etiam idem dicendum est de  
medicina, cum ut dicat glo. in verb. ditissimi, in d.  
procem. fforum. §. nos vero.

Dat Galenus opes, & sanctio Iustiniana,

Exillis palcas, ex iſlis colligegrana.

Sed magis communiter & plures videmus le-  
gas ditissimos quam medicos.

Duodecimè facit, Quia orbis maior est urbe. c.  
legimus. verbi autem. 93. dist. sed legalis scientia  
prodest vniuersis, quia bonos inuitat ad premium,  
malos prohibet à malo. l. i. ff. de iust. & iur. vt di-  
cit Barb. in dicto loco. sed addit. quod etiam omni-  
us homo subditus est legibus. c. de capitulis. cum  
quatuor sequent. i. o. dist. etiam in soro cōscientia,  
nos gloss. Bal. & docto. in c. quæ in Ecclesiistarum  
aut. de confitu. Abbas in princip. decretalium.  
H. de Ancha. in confid. 21. incip. videtur prima  
facit dicendum. dixi in commentarijs nostris su-  
per conseru. ducatus Burgund. in tit. des droitz &  
apertenant à genz mariez. §. 7. in gloss. des prochainz pa-  
re. contrarium tamen. Et redeundo ad Bar-  
bat. Sed medicina non prodest nisi agroris: cum  
erit dicat dominica veritas, Matth. 9. & cap. mul-  
ti. 2. quest. 1. non opus est medico valentibus. di-  
lupra ergo melior & honorabilior est scientia  
legis.

Decimotertiò, Sacerdotes præferuntur laicis:  
autem Dij. c. cum iniuncto. §. licet autem ibi,  
Dissim detrahens, sacerdotes intelligens, de ha- re-  
cis. circa. c. sacerdotibus. in princip. 11. qua. i. di-  
vidit in 4. par. in 1. 2. 3. 4. 5. & 6. confi. Sed docto-  
res legum dicuntur sacerdotes. l. i. §. 2. ff. de iust. &  
iur. lupra in hac parte, in 10. confid. Ergo do-  
ctores legum præferuntur doctoribus artium &  
medicinæ.

Decimoquartò, vt dicit idem Barb. Facit quod  
habetur in c. vnico. quod in c. Gloriosus Deus in  
audis suis. §. i. de reliq. & vene. san. in 6. Vbi dicit  
en. quod doctores quasi illuminosis & ardentes  
oculas super candelabrum positas vniuersissima  
opus (orbis errorum tenebris profugatis) velut  
ut irradiat matutinum; & sic doctores iuriis stant

sicut syrus in coelo, ergo præferuntur medicis. &  
facit tex. in c. super Speeu. quod est ca. fi. de magi-  
stris. extra. Vbi dicitur quod doctores velut splen-  
dor fulgent firmamenti, & velut stellæ in perpe-  
tuas eternitates permanenti, cum plurimos ad iu-  
stitiam edocere valeant. Facit etiam tex. in cano.  
multi. de poen. dist. 2. vbi text. appellat doctores so-  
lis radios. & dicit Host. in proce. sua summa. in  
6. mihi col. ver. ciuili. quod recti iudicēs & Aduo-  
cati fideles, vtreces legibus prout debent, melio-  
rem vitam ducent, quam fratres prædicatores,  
aut alii fratres: vide quæ scripsi supra in hac part.  
in dicta 10. confid. Ergo ex praeditis infertur,  
quod doctores legum præferuntur artistis & me-  
dicis.

Decimoquintò, facit pro ista parte. vt dicit Bar-  
ba. text. cui mundus respondere nō posset, in pro-  
ce. fforum. §. duabus. ver. quibus. vbi text. dicit,  
& quod pene in nulla alia cuenit arte, cum & si-  
lentissimæ sint. vnde probat ibi text. quod omnes a-  
llie artes dicuntur vilissimæ habito respectu ad  
scientiam legali. ex quo sequitur, quod habito  
respectu ad doctores iuriis, doctores artium & me-  
dicinæ succumbent.

Et si dicatur, quod lex non est ars: dicit quod ibi  
probatur contrarium, quod imo est ars, scientia,  
philosophia vera & non simulata, vt in l. i. §. nam  
vt. ff. de iustitia & iure. Additio tamen ibi posita  
ad Barbariam dicit, quod illud argumentum est  
ab autoritate iurisconsulti, quod nullum est secun-  
dum philosophum & veritatem: & vt dicit ibi, si  
valet, artista habet autoritatem magni Auetrois,  
qui appellant sequentes leges inuolentes & stu-  
tos, vt pater s. Phy. text. com. 4. & in prologo eius-  
dem: fed ad talia dicit per eūdem apostillatorem,  
ibi suprà, sat is est responsum, ideo nō insisto, cum  
confitetur de contrario.

Decimosexto, facit secundum cundem Barba-  
tian. Quoniam facultas legalis dicuntur esse thesa-  
rus: ita probatur in dicto procem. fforum. §. nos  
vero. ergo excellentiores artibus. Hinc vt ibi et-  
iam dicitur, docto Iuris ciuilis dicitur antecessor,  
& pluribus alijs nominibus excellentissimis &  
egregijs supra positis in 10. confid. quam vide ad  
hoc.

Decimoseptimo etiam facit vnum aliud, quod  
agre & moleste serre deberent omnes, qui salua-  
torem Dominum nostrum Iesum Christum co-  
lunt, quod Iudei assumentur ad doctotatum in  
medicina, sed non possunt assumi ad doctoratum  
iuris, vt l. fin. C. de postulando. Ex quo sequitur,  
quod cum Iudei non possunt assumi ad doctora-  
tum iuris, vt per Bart. in l. fin. C. de Iudicis. eo quia  
est dignitas, quam Iudei habere non possunt. Si er-  
go assumentur ad doctoratum medicinae, sequi-  
tur quod docto ratus in medicina nō est dignitas,  
& per consequens præferendi sunt legiste artistis  
& medicis, nisi dicamus, vt dicit, quod de facto &

Nu mon

## DECIMA PARS

no de iure Iudæi usurpant doctoratum in medicina & in artibus.

Decimo octavo facit argumentum ab ordine literarum quod est validum in iure. I. generaliter. §. quid ergo. ff. de fidei commis liberta. sed exordine literarum notarius praesertim medico. vt in l. s. in prin. C. communis de legat. Ergo multo fortius iurista sine doctoris præfertur medico. Et facit. vt dieir. quoniam tenuis non potest esse notarius. vt in l. generali. C. de tabularijs. lib. 10. & ramen seruus potest esse medieus: vt ibi. Ergo inferioris gradus est medicus quam notarius.

Decimonono facit rubr. C. de professoribus & medi. lib. 10. Vbi professor iurius praesertim medico. vt ibi dieit Luc. de Pen. Quod licet medicis in ordine propositionis preferantur patronis causarum. e. non sane. quod est cap. fin. 14. q. 5. etiam præponuntur professoribus in iustitia petitionis. cum publice viuentibus profisit. l. si duas. in fin. ff. de excus. ruto. Et de salute hominum curam agant. in l. in princip. ff. de var. & extraord. cogn. Et in ordine literarum etiam preferantur. in l. medicos. C. de professoribus & medi. Vbi dicit literam esse præposteratam. Cum etiam grammaticus in tali ordine etiam medico preferatur. l. fin. C. eod. Et professor medicinae sine Romæ. sive in patria profiteatur. habet excusationem à munib. l. eos qui. ff. de vacatio. in munib. quod doctores legum non habent. Et etiam medicus habet excusationem à patrimonialibus. d. l. medicos. quod non inuenitur in doctore legum secundum quodam. lmo etiam ibi de legum professoribus dicitur idem. Non tamen concludit ex his honoribus. quod scientia medicinalis sit nobilior scientia legali. vel equi nobilis. immo totum oppositum: vnde Ari. 1. Ethic. prope fin. Oportet politicum scire aliqualiter corum que circa animam. quicunque admodum. & qui oculos curat. rotum corpus. & tanto magis quanto nobilior. & honorabilior est politica medicinali. quæ politica est tantæ nobilitatis. quod principatur Dijs. vt haberur s. Ethi. Et dicit ibi Luc. de Pen. qui multum inuictus contra medicos æmulos scientia. &. vt dicit. veritatis & iustitiae inimicos.

Vigesimo. vt dicit idem Barbatia facit quoniam subrogatum sapit naturam illius in cuius locum subrogatur. lege eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. quod an ille text. hoc probet. ponit ibi dom. meus lafo. sed melius facit text. in cap. Ecclesia. 1. extra vt lite penden. Sed doctores legum subrogantur loco Dei. ergo preferuntur medicis. minor probatur. vt dicit. Nam Deus à principio creauit Coelum & terram. & omnia quæ in eis sunt: & Angelicam & humanam naturam spiritualia & temporalia quæ omnia per se ipsum rexit & gubernauit. sicut factor suam rem gubernare solet. & homini quem fecit. præcepta dedit. & transgrediendipoenam imposuit. vt habetur Ge-

nes. 2. 3. & 4. c. Et rex mundum visque ad tempus Noe. quo tempore Deus incœpit regere creaturas suas per ministros suos. quorum primus est Noe: postea per Patriarchas. per indices. per Reges visque ad tempus Christi. qui sicut verus & nazarenus Rex noster. iuxta illud Psalmista. Deus in omnium regi da. Pro ut scribit pulchre in libro. acer de foro comp.

Et sic appareret quod indices. vt constat in dicum. successori loco Dei ad regendum populum. ergo Doctores inris dati sunt. vt regant populum in locum ipsius Dei. quod regnum non fuit datum attistis & medicis: ergo nobilior est scientia legalis. quam artium & medicinæ. quæ Deus regit mundum lege & non medicina: qui eriam solus Deus sanat ab omni malo. & non diei. Sapien. 16. & infra subiicit. Etcuius nomine herba. neque malagma sanauit illos. sed tuus nomine sermo. qui sanat omnia. tu es qui sanas & mortis habes potestatē. &c. vt ibi: & ita dicit Luc. de Pen. in dicta rub. c. de professoribus & medicis. lib. 10.

Vigesimo primo secundum Barbatum facit. Quoniam. vt scribit. si quis opponit quod scientia legalis est reducibilis ad nihilum. ergo non est scientia. tia quia est de contingentibus. quæ possunt esse & absesse. & scientia est Ens Entium. vt sapientia dictum est. Lex enim potest aboliri per non vim ipsius. vt per glo. in verb. sacramentum. in leg. rem non nouam. in prin. C. de iud. & glo. in verb. frangere. in fin. in c. i. de treuga & pa. extra per dispositionem Principis. quia illam tollere potest & corriger. quia eius est tollere cuius est condere. l. rem non nouam. C. de sacro. n. Eccles. facit. c. erit autem lex. 4. distin. vbi lex adaptatur temporis. e. non debet. de consan. & affin. cum similibus & dictum est supra. ergo peritias legalis non est scientia. Quia ad ista potest responderi. quod licet lex corrigatur. tamen ratio legis non corrigitur. sed semper remansit firma. l. i. ff. de coniug. cum emanci. l. i. in glo. & per gl. in verbo. quicunque. in c. nouit. §. nos igitur. de iudicijs. extra & in cap. fin. 7. di. cum similib. & per cōfēquentem remansit firma scientia legalis. posito quod lex non obseretur. nix ampli supra in 4. confidit.

Ex quib. omnibus supradictis. vt dicit Barbatia in loco supra allegato. sequitur & inferendum est. quod licet artista & medicus sint doctores in principe vel in loco illustriori: & iuris sicut doctores etiam ab inferiori à Principe. vel in loco non ita celebri. quo casu data paritate preferentur doctores à Principe. non tamen artista vel medicus preferendus est iuris. Ista sunt fundamenta Barbatæ. quibusdam per me additis pro corroboratione materiae. Ex quibus tamen noluit condidere in ipsa materia pro aliqua parte. Eò. quare dicit. non adhibetur sibi fides. quia etiam quibus velit se dicere ita medicum sicut artistam.

Omnes

Omnis tamen alij Canonista tenent indistinctum quod semper iurista doctor quiunque sit, prout reponitur medico doctori, & sic de similibus, prout res & decidunt in d. c. clericis, supra alleg. Et istud tamen tenet & obseruat Ecclesia Romana, ut habeat tam in regulis Cancellariae Apostolicae lullii II. quam in concordatis nostris initis inter summum Pontificem & Christianis Regem nostrum Francium, de collationibus, in quibus habetur & decantur clarissime, quod Doctor Theologus praesertim Doctor in iure, Doctor in iure Canonico, Doctor in iure ciuili, & Doctor in iure ciuili, Doctor in medicina praefendit, etiam in nominibus. Ex quo, cum sit expressa decisio de praestatione inter eos, tam summi Pontificis, quam regis, restat quod non sit viterius super huiusmodi concordia hanc standum.

Vniversalis ergo & generalis erit conclusio, in qua non est dubium quo ad Ecclesiam & quo ad temporalitatem in Curia Romana & in Gallia, & ad eos in iure canonico & ciuili, vel in altero annorum, praferuntur doctoribus in medicina. Et dem in licentiatis & bachelareis. Et de hoc sunt regulz Cancellariae, & apud nos concordata, & an siem determinabatur per pragmaticam sanctionem, qua dant ipsam praestationem doctoribus in iure, etiam in nominationibus ad beneficia consequenda: Ex quo satis denotatur, quod sunt maiorum, & in hoc non est dubium responsum, nec agrestiter debet inveniri, si eisdem ad oculum demonstratur praelatio iuristarum quo ad eos, tam ex dilectione Sedis Apostolice quam regis nostri: & ista est quae confundit qui quid voluit dicere Petrus magno in suo tractatu super hoc edito, qui finit, licet voluerit ponere certas conclusiones, se in tamen confundit & intricat in illis, cu omnia sua fundamenta, que pro sua parte assumuntur, superius deductis, satis confundantur, & ad causas sui responsum. & cum ita sit decisum, non amplius disputandum, quia videtur, quod per locum vellet impugnare potestatem Principis, & tempore patre disputare, estet incidere in crimē, & iudicari, verdictum text. in l. 2. quæ incipit, disputare de principali iudicio non oportet. sacrilegij enim iniurie est dubitare, an is dignus sit quem elegerit elector. C. de criminis sacrilegij.

Vitam sit pax & concordia inter eos, iuxta dictum Apostoli, consulerem, quod ultra easum secundum futuram opinio theologorum, iuxta dictum Apostoli ad Roma. 12. Honore enim inuicem prouidentes, quod sibi ad inuicem honorem sufficiat, secundum mores & virtutes illorum, & secundum quod in seruus dicitur, quod unus dominus in una scientia debeat præcedere alium, quod ne similiter communiceat inter eos, prout si essent unus & eiusdem scientia doctores, nec alter alterum contemnat aut derideat.

Ex pro conclusione dicere rem seruandam esse con-

suetudinem in istis, que est, quod inter doctores & medicos iurista antiquior præferatur, non habita differentia facultatis. & istam consuetudinem recitat & reservat Dec. in d. c. clericis, col. 6. de iudicij, vbi dicit, quod debet obseruari: quia in istis prælationibus consuetudo attenditur, vt per Bald. in l. obseruare. §. antequam ff. de offi. procons. & in c. cum olim, per illum tex. de conuenienter extra, dixi supra in par. in 43. confid.

Vigesima sexta consid. Inter tamen omnes doctores, cuiuscunq; facultatis sint, præseruntur qui aetate legunt, et licet alij sint seniores qui non legant: prout probat tex. in l. 2. & ibi And. de Barculo, & loan. de Pla. C. vridigitatum ordo seruetur. lib. 12. Idem And. de Barculo, & Nicolaus de Neapoli in l. 2. C. de consilib. lib. 12. Alex. in l. cum quid ff. si cer. pet. & in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. substi. Ita dicit d. meus Iason. in d. l. cu quid. in 1. lectura. col. 4. Ethoc maximè, quoniam tales si legerint per viginti annos, dicuntur comites, ut habetur per gl. & doct. post tex. in l. vnic, C. de professorib. qui in urbe Constantopolitana docentes ex lege meruerunt Comitium, lib. 12. & per Cardinalem in c. 1. quis dicitur Dux, Marchio, Comes, in vñib. seu & de Comite dixi supra in 5. par. in 53. confi. Doct. enim legens apud suos scholares dicitur quidam regulus, ut dicit Bal. in proœ. Gregoriano. in 5. col.

Sed aduertendum est, quod tales habere debet multas conditiones, de quibus habetur in d. l. vni. C. de profes. qui in urbe Cōstanti. & inter ceteras, quod sint inter doctores ad legendum connumerati. Secundo, quod laudabilem in se probis morib. vitâ esse monstrauerint. Tertiob. quod docendi peritiam habuerint. Quarto, quod etiam sacramentum dicendi habeant. Quinto, subtilitatem interpretandi. Sexto, quod copiam differendi se habere patefecerint. Septimo, quod coetus amplissimo iudicante digni fuerint & summi. Ista omnia ponuntur necessario requisita ad hoc, ut sit Comes legens per viginti annos, per text. in d. l. vnic. que omnia sigillat & singulariter declaratib. Luc. de Pen. de verbo ad verbum, & de uno ad aliud, diligenter in 2. col. quod secundum Boetium de disciplina scholarium, debet alia sex habere, scilicet, quia debet esse eruditus, mansuetus, rigidus, antiquus, non negligens, non arrogans, que singula particulariter ibi declarat, ideo non transporto, cum omnes videat poterunt, & sit satis haec pars operata: & alibi sorte de unoquoque dicam, prout suo loco quadrabit.

Et his omnibus ponderatis, & bene in quolibet discussis, pauci tales inuenientur, qui possint sedere Comites: scilicet tamen & cognoui dominum & preceptorem meum dominum Iasonem habuisse peritiam docendi, secundum dicendi, subtilitatem interpretandi, & quod seipsum patescit publicè, habuisse copiam differendi in coetu amplissimo, scilicet, Mediolani, & etiam totius

## DECIMA PARS

Franciæ dignum fuisse estimatum, & inter doctores ad legendum deputarum, & in diuersis vniuersitatibus famosis semper per viginti annos & ultra fuisse connumeratum, & semper tenui & reputauit cum laudabilem in se probis moribus viventem: ex quo merito inter Comites annumerati debet. Et de his doctoribus, qui sic actuleregerunt per viginti annos, quod dicantur illustres, & de effectu illius ponit amplè Purp. in l. 1. ff. de officiis cui mand. est iuris d. col. 18. versi. octauum ponit in doctoribus. Et tales à tallijs exculanrur. Guid. Pap. q. 386. & q. 39.

**V**igilima optima consid. Inter tales etiam doctores actulentes, præferuntur qui maiora stipendia habent. Pan. in ea. clerici, & iudicij extra, facit text. in l. 1. in ver. ordine stipendiiorum. C. de agentibus in rebus. lib. 12. in l. 1. ibi, pro merito laborum stipendiiorumque. C. de castrensis, & in l. fin. ibi, stipendiiorum prolixitas suffragatur. C. de tyronibus eod. lib. & dom. meus Iason. in d. 1. cum quid. ff. si cert. pet. facit l. 1. & 2. C. de offi. magistri officiorum. Vbi dicit text. Is gradus ceteros antecedat, quem stipendia meliora vel labor prolixior fecerit anteire, cui concordat c. miramur, §. pen. & fin. 61. dist. notat gloss. fina. ca. Vulneranæ. q. 2. notarur in d. l. vnic. C. de professio. qui in vrbe Constantinopo. per And. de Barrulo. Faciunt & plura alia quæ dicit Barth. Cæpo. in tract. de Imperatore eligendo. in verbo, virtutis. in prin. 2. col. & in verbo, ratione dignitatis. in 3. col. ad quem in hoc recursas.

Et ideo tempore meo inter omnes doctores totius Italiæ & Galliæ præferendus erat dominus & præceptor meus do. Iaf. Maynus, cum propter eius eminentem scientiam, & co. quia Comes, & legerat per viginti annos & ultra, vt dixi: & maiora stipendia habebat quam vñquam habuerit doct. legens, co. quia scio ipsum fuisse stipendiatum à christianis. Regenostro Lud. XII. de mille ducatis aureis: & me exidente Mediolanii fuerint augmentara eius stipendia de ducentis alijs ducaris, ita quod habebat duodecies centum ducatus aureos seu seuta aurea, quod nunquam habuerunt neq; Bar. nec Bal. nec Alex. neque Barba. nec quicunq; alias docto. qualiscunq; fuerit. & pro certo non solum prædicta, sed multo maiora merebatur: & scio quod recufauit & Cardinalatū & multa beneficia, sed nunquam voluit neq; vxorari, neque promoueri ad sacerdotium.

Quomodo autem istud salarium taxari debet, tam doctoribus, quam aduocatis in magistratu, & officio, vide per G. Bened. in sua repet. ca. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelaiam. in 3. dec. n. 589. per Spec. in ti. de salario. & Bar. in l. 1. ff. de var. & extraord. cogni.

**V**igesima octaua consid. Inter plurcs doctores præferuntur, qui libros compofuerunt, seu scripferunt, cum sint maximo honore digni. Cum

sint velut stellæ in firmamento Coeli. Danie. 11. fatis magni sunt, qui inueniunt sapientiæ & doctri- tiam. Eccles. 30. Non enim solum sibi labo- fed omnibus exquirentibus veritatem. Ece. 34. De his vere dici potest illud facræ scripturæ Beati qui seminari super aquas, id est, super regnos. c. eum Martha. §. verum. de celeb. missiarum. Semen quippe satum in chartis perpetuo manet. Et quilibet lector inde metuens potest summa- clementia, sed quod verbo diffunditur tan- naturaliter fluidum, non sic de facilis gerenti, cum interdum supra petram, & secus viam, inter spinas & alias in mala herba cadat, vt dicit Luc. 8. Hi sunt qui cum nihil videantur agere, ma- joria siquidem & humana tractantes secundum Senecam lib. 1. epist. Epist. 8. vt plenè dicit Luc. de Pen. 1. mulieres. in pen. col. C. de digni. lib. 1. Vbi dicit, quod hi sunt qui omnibus geminis re- tes semper edunt, & floridos sapientiæ fructus, e quibus, quia teneris & etatibus doctrinarum abun- danria latiantur, optimos habent sapientiæ de- fus, instituunt ciuitatibus & humanitatibus mo- res, aqua iura, leges, quibus absentibus nulla cura- tias potest esse in columis. Honorandi enim atque eō mendandi sunt hi, qui viam veritatis aperte, teste Philosopho, dicente etiam ex falsis com- mendabor: quia veritatis inuestiganda viam & materiam præbui, præparauui, & iuuat viventes sciatur.

Hinc dicit idem Lucas in dicto loco, cum ergo tanta munera scriptorum prudenter priuari impo- blique omnibus fuerint preparata, non solum arbitror palmas & coronas his tribui oportere, sed etiam triumphos, & inter Deorum se deos dedicandos indicari, & dicit hæc scripta in libro, viatoriam arcliteftria, & tales etiam multum commendat Hierony. super Eccles. 2. c. Deinde vero scriptor scriptis amplè Ioanes Abbas & Martini Episcop. in Spanheim, & Ioannes Ger- son in libro quem fecit de laude scriptorum, qui incepit, Scrutari scripturas.

Sed utrum scriptores librorum debeat nominia sua in suis libris inseribere. Ioan. And. plenissime in Mercurialibus, in data postregulis iuri, ibi arguit ad utramque partem, & pro vita parte multa bona argumenta adducit, & ibi etiam imponit, an liceat doctori ex se dicere laudem suam, vide eundem, & in cap. nisi. §. fin. de renun. car. & per doctores in leg. 1. C. de nouo codice compo- nendo. Vbi dicit Alb. quod licet in ore proprio for- descat laus, tamen etiam & Deus & Paulus & Ang. quandoq; se laudauerunt ore proprio, ut supra di- xi in 1. par. in consi. incip. consideratio erit, an ho- mo gloriari debeat, &c.

**V**igesima nona consid. Antiquior docto- niori præferri debet, secundum gl. in ver. no- rum. in l. cum quid. ff. ff. cer. pe. facit tex. in l. ff. de albo

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

235

scriben. & in ca. r. extra de ma. & obe. notatur  
expresse in §. audiunt. in verb. iudice. in authen. de  
senectuita. coll. 3. & in l. i. C. de consuli. lib. 12. &  
lib. 13. de decu. eo. lib. facit l. semper in ciuitate no-  
stra. ff. de iure immu. l. fi. ff. de dict. inst. ca. Episcopi.  
& ibi gl. vni. 2.4. dist. l. prouidendum. in prin. ibi. aut  
renulus. & ibi gl. 2. C. de postulando. vbi dicit. quod  
aduocati praeferuntur iuuenibus: de qui-  
l. p. praedictu est in 7. par. Et facit. quia senes me-  
reantur. praeferuntur. facit gl. vni. in c. sic viue.  
M. q. vbi dicit. quod seniores Magistri poti sunt  
etendi. quam iuuenes.

Etiam faciunt per me dicta in commentariis  
super consuetu. ducatus Burgun. in proce-  
ssu. nostre conseil. & in gl. ordonne. Vbi scri-  
bi. quod Consiliarij seniores & antiquiores pra-  
epondent. Facit & ratio c. nisi cum pridem. §. a-  
causa. de renun. extra: Quoniam qui est æ-  
cum maior. præsumuntur maturitate senes præ-  
stator. & facit. sciendum. ibi accessit eriam dæmo-  
nib. & ibi gl. magna. ibi: Item quia pri antiquita-  
tis. 6. qu. 4. Quoniam præsumuntur ex rerum ex-  
periencia doctoris. & ideo sapientior. & c. porro  
Moy. quod est ca. fi. 84. dist. & Prouer. 20. Præsum-  
untur enim senes probi. scientes. grauca. vt di-  
ctio. de Pen. in l. i. C. de consuli. lib. 12. Vbi po-  
neat in quibus senes & iuuenes sunt laudabiles. &  
ram vituperabiles: Et vt dicit gl. in verb. ad seni-  
orem. c. cum in iuuentute. quod est c. pen. de præ-  
cepto. extra. in elioribus iuuenibus præsumuntur se-  
niores. & consilium senum melius est quam iuue-  
nem. ex mulra. §. secundo qua siuisti. in fi. extra.  
dicitur. Consilium iuuenum Roboam fecit  
quoniam. vt in c. Ecclesia. 16. q. 1. & etiam his versi-  
onibus. ostenditur:

Roma veteres cum te rexere quirites,  
Nec bonus immunit, nec malus nullus erat.  
Defundit patribus succedit prauaiuentus,  
Conflio cuius precipitata ruis.

Dicitur. Et vt dicit rex. in ca. fi. 20. dist. Senio-  
res. portius interrogandi & consulendi quam  
meritis. Vnde & iuri confutus quandoq; exver-  
nan ruficorum argumentari solet. vt in le.  
§. 3. ff. de leg. 3. Er vt dicit Bal. in ca. 1. p. illu-  
str. etenim. extra. Plus valet umbra senis. quam  
dolentia aut gladius iuuenis. idem Bal. in le. cū  
anterioribus. C. de iure delibe. Fel. in c. 1. de ma-  
tibus. & obed.

Ex ad predicta videatis do. meum Ias. in le. cum  
ca. 2. in 1. ec. in pen. & ylt. col. ff. si cer. pet. vbi po-  
neat in quibus acutibus iuiores postponuntur se-  
niores. & seniores præferuntur. Et de huiusmo-  
dum. præcedentia respectu antiquitatis. dicam infra  
parte. quando antiqui & seniores cines præ-  
sumuntur carceris. Decius tamen in d. c. cleric. col.  
4. & 6. fallentibus. dicit hoc esse verum in hono-  
ris delaris. sed in honoribus deferendis non an-  
no. sed magis idoneus præferendus est. vt per

tex. in l. honores. in prin. ff. de decurio. ad idem text.  
Vnique. C. de proximis sacr. scrin. libr. 12. facit  
tex. in §. ordinationem. in authen. de monachis.  
colla. 1.

Ex predictis etiam dici potest. quod ista antiquitas  
considerari debet etiam respectu ætatis. licet  
dominus Philip. Dec. in d. c. cleric. in 2. col. de in-  
dicis. extra. dicat. quod antiquior in hoc intelligi-  
tur non ætate. sed gradu & dignitate. & dicit gl.  
notabilis in verbo. antiquiores. in c. statuimus. de  
maio. & obe. extra.

Et ista consideratio ampliatur & procedit. et  
iam si posterior sit dition vel nobilior. ga ista qua-  
litates non tollunt prerogativam temporis à iure  
ordinati. vt notabiliter voluit Inn. in d. c. statu-  
mus: fed considerantur data paritate in tempore.  
vt norat Bar. in l. i. ff. de obsequijs. Bal. in le. nem-  
ini. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. Dec.  
in d. c. cleric.

**T**rigesima confid. Doctor in scientia excellēs  
etiam si sit iunior. antiquiori præfertur. per  
gl. in verbo. tempis. in §. ordinatione. in authen.  
de monachis. & ibi Ang. coll. i. facit l. prouidendum.  
in princip. ibi. aut meritum. vbi Sali. nota ca. de  
postulando. imo fortius tenuit glo. i. in l. i. Co. de  
annonis ciuilibus lib. 11. Quod scholaris si sit per-  
itus & excellens doctrina. doctorem præcedere de-  
bet in sufficientia. cum non pro titulo dignitatis.  
sed pro meritis stipendia assignari debent. secun-  
dum text. ibi: & quomodo procedere debeat illa  
glo. vide Pau. in dist. cap. clericis. Facit tex. pro hu-  
iusti excellenti in le. sed & reprobari. §. valde  
disciplinatos. ff. de excus. tut. & ibi Bald. nota: &  
per illum tex. dicit Roman. quod alias fuit deter-  
minatum Bononia. vbi erat statutum. quod mi-  
nor vigintiquinque annis non posset habere le-  
ctorum ordinariam. fuit recessum à statuto pro-  
pter excellentiam. ita nota Roman. in le. si vero.  
§. de viro. ff. solut. matr. & sequuntur Alex. & do-  
meus las. in d. leg. cum quid. ff. si certum pe. & Fe-  
lyn. in rubr. de maio. & obed. & Decius in d. capit.  
cleric.

Hominis enim excellenti deferendū est in multi-  
tis. prout enim primo vobis exemplo tradidit A-  
thenarum excellens Curia in persona Zenocratis  
Philosophi. cui testimoniū reddenti propter e-  
ius excellentiam iuramentum remiserunt. folie-  
ius verbo credentes: quod sibi iudicibusq; suis nū  
quam remiserant. de quo Valerius lib. 2. ti. de ma-  
iestate.

Pariter Senatus Romanus accusationem legē  
Iulia repetundarum contra Metellum consulem  
Numidicum propositam. propter eius excellen-  
tiā & sanctitatem repulerunt. vt referridem Va-  
lerius. lib. 2. in prin.

Similiter Alexander Magnus licet Thebas igni  
& seruo militibus diripiendas concessisset. vni-  
cam Pindari clarissimi illius Philosophi propter

## DECIMA PARS

ipsius excellentiam cremari vertuit, secundū cūdem Valcrium, lib.8.

Et licet Dionysius tyrannus fuisset, Platонem sapientem propter eius excellentiam honorificè suscepit, narrante Polycrat.li.8.c.38. Platoni obuiam Dionysium tyrannum vncaram nauim mississe Plinius refert, ipsumq; quadrigis albisegrediem in litorē excepisse.

Fertur & Myridates Persarum Rex imáginem in Acadmia locasse, & ei in scriptum Myridates Rodobati filius Platonis, hanc Musis imaginem dicat.

Cneus Pompeius Possidonij domum intratus, lictorem, id est, pedellum præcūtem vetuit de more pulsare fore, sed cōfularcs fasces ianuā Philosophi inclinari submittiq; iussit.

Hippocrati quoq; Pythagoræ discipulo, ob sin gularcm eius doctrinam, auxiliāq; medicinā hominibus impensa, Honores, quōs Hēculi cōsueverat impendere, Græcia dicauit.

Iura eriam relaxantur propter excellentiam hominis. Eò, quia vir multum excellens in sua arte propter eius excellentiam & eminētiā non punitur ad mortem, vbi dcberet puniri, tcx. est in legge, ad bestias ff. de poenis. do. meus la. in le. 1. in 2. col. ff. de legib. Nam inter Artifices longa est doctrina & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis. verba sunt tex. in le. inter artifices. ff. de solutio.

Multa alia de excellentia hominis, quæ in pluribus relaxatiū, vide per G. Benedicti in sua repe. c. Ray. in verbo, Adiecta. in sequendo materiam iuuenis excellentis, à num. 18. vñque ad finem. de testamentis, extra. Nec in hoc fit iniuria maiori, si à minore melius dicitur, in iure. le. potioris. §. 1. C. de offi. Rectoris Provinciae. & antiqui doctores non sunt maiores nouis in solertia. glo. in verbo, iudice, in §. audient. in auth. de defens. cimi. collat. 3. Et quandoque reuelatur minori quod maior & antiquior ignorat, vñ in c. ad audiētiam. in glo. 1. de consuet. extra. Et si malitia suppletat etatem, vt in c. monachus. & ibi notatur in glo. in verbo, deuotio. quæ allegat ad hoc. 1. 3. Co. si minor maiorē se dixerit. & c. de illis. secundo. extra de despōnatione impub. Non est mirum etiam si scientia sup pleat. l. 1. C. qui & aduersus quos. & ca. fin. extra de despōna. impub. & l. vñcuique. C. de proximis factorum scrin. lib. 12. cum sit donum Dei, vñ in ca. qualiter. de elec. & in ca. illo vos. de pignori. extra. Ita quod sunt aliqui, qui plus addiscunt in uno anno quam aliij in tribus, quia tunc ingenium ipsorum vñetur diplomate, vt in lege, continuus. §. cū ita. ibi, quod si diplomate vñs. ff. de verb. obl. Præsertim quando sunt iuuenes, quia ad addiscendum sunt natura aptiores. l. præcipiunt. ff. de adil. edict.

Nōnne Bald. qui in 15. suæ etatis anno publice repetit leg. centum, Capua. ff. de eo quod cer-

to loco. dignus erat & excellens inter alios, & eff. alij praferendus.

Barbatiam etiam, qui secundo anno quoq; audire coepit, publice sub domino loan. de Aia. de iure respondit in materia faiis difficult. lega. de cond. inde. ff. & anno tunc. sequ. & sic in transi sui studij ad legendum publice conductus Bononia exxit, vt ipsemer attestatur in ca. cum. 15. col. ff. de offi. deleg. & in c. h. in de solutionibus.

Concius etiam & contemporaneus noster do minus Dionysius Poillor, oīm Magister ordinarius reqwestarum Regis, nunc præsidens in Panimento Parisien si effectus, fuit doctor in etate 22. ann. in vniuersitate Ticinen. & similiter vi excedentes in iure nostro concives & contemporanei nostri domini Franciscus, & Ioannes de Blomme. lono effecti sunt doctores in etate 22. ann. Eggero in etate vnginti vnius anni assidebam Capitanco Iustitiæ Mediolani, & in etate 22. anno ei. Etus sum doctor in vtraque centura, licet immen-

tu. Et aduerte, quod dato concurrente excellētia inter aliquos, ipsa est probāda per quendam testes, & non minores, per tex. qui est singulans l. vñcuique. ibi: vt 15. primatum eiusdem, & c. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. prout tenet do. meus la. in l. cum quid. col. 4. ff. sicer. pet. & G. Bened. in loco supra alleg. num. 20.

Aduerte etiam, quod non omnis excellētia est laudanda, & vñtilis, sed solum illa quæ procedit ex virtute, vt ait Arist. lib. 3. Politic. c. 9.

**T**rigessima prima confi. Docto rō creatus à summo Pontifice, vel Imperatore, præferendus est doctori ab alio inferiore creato, etiam si talis ab inferiore creatus fuerit antiquior. Ita tenet Rōman. in l. si vero. §. de viro. in 49. col. ff. solut. mat. sequitur do. Alex. in l. 2. §. prius. ff. de vul. & pup. subst. arg. c. per tuas. extra dc maio. & obe. Vbi ff. postalios, qui idem dicunt in militibus, de quo si prædixi. & Pan. in c. postulasti. col. 2. de conceps. præben. & fuit dictum Francisci Tigrini, in l. 2. perl. lumen text. ff. dealbo scribendo. prout tenet Barbatia in c. quod clericis. in pē. col. extra de foro competenti, & facit glo. fin. in l. restituenda. Co. deaduocatis diuersorum iudicium. & in c. dominus nost. quod est c. pen. in glo. in verbo, elegit. 91. dist. & per glo. vñcam. in c. fi. 97. dist. Itud tenet, & sequitur do. meus la. in le. 2. §. prius. ff. derulgar. & pup. & in l. si quis maior. in fi. C. detrahan. & idē Fel. in d. rub. de maio. & obe. l. quod dicit idem. meus in d. §. prius. intelligendum esse in dōdere ab Imperatore, vel Papa cum rigore examinis, secus si sit doctor simplici verbo, puta, chodotor, quod potest facere Imperator, vt norat Ang. in l. cum salutatus. Co. de sententiam passis. Etatis sic docto ratus non præcedit doctorem cum rigore examinis, vt tenet And. Sicut in proce. de. in 14. col.

col. & Maria. Sieulus in ea. qualiter & quando. notabili extra de accusatio. per text. in le. ne-  
co. Cod. deaduocatis diuersorum iudicium. Di-  
cimus Bar. in l. Magistros. C. de professo. & me-  
dicos. lib. 10. quod tales presumuntur paruæ do-  
ctrinae.

Sed tamen, ut dicit Philip. Dec. in di. ea. cleric. adiudicij. in 3. col. illud videtur potius procedere ex quietate quadam, quam ex rigore furis: Quia rotavis in ipsa dignitate consistit, qua ab Imperatore etiam sine examine tribuitur. Cum ipse solo vero doctorem create posset. & quia talis præro- gativa dignitati conceditur, quo casu exercitium non consideratur, ut notat Dominicus. in proce- ssione. Bald. in l. qui sub prætextu. Co. de sa- crario. Eccle. Bart. in l. maximarum. in fine. C. de exaltatio munerum. lib. 10. & Ar. in d. ea. clerici. etiam concludit, quod doctor ignarus ga- priilegio doctorum, & ibi vide. Quando- cito matricula alicuius artis, si non exerceat rem, an debeat gaudere priilegio illorum, vbi- tor, quod sic, donec fuerit remotus. Plus dicit i- dem Dec. in ca. clerici. quod idem dicendum est, ut doctoratu à Comite Palatino, qui autorita- tam doctorandi aliquem specialiter habet ab Im- peratore vel Papa, quod dicit securus si haberet po- testatem doctorandi generaliter, non nominan- do personam, at. tex. in ca. hi qui. ibi. Vel alterius auctoritate Apostolica sibi specialiter in hac parte concessa. de præb. in 6. & facit tex. in capit. si cui. de- tribut. eo lib. & c. seq. & c. e. is cui. de offi. deleg. di- lib.

Erad hoc facit, quia ille, qui simpliciter conse- tur potestatem à Papa, vel Imperatore non vi- tur habere illam prærogativam, qua in ipso Im- peratore vel Papa consideratur, ut notat Inno. v. tur in materia dispensationis. in cap. du- second. col. si. ver. item si Papa mandat a- cœlestio. & idem Bald. in l. si testamentum. C. de testam. versi. item potest Felyn. in ca. lib. 15. ver. quartus casus, de resc. Alex. 4. incip. consideratis. col. pen. lib. 1. & in cō- 0. 7. inc. visu legi timatione. lib. 2. Quod ta- elligetur, nisi nomina illorum expri- scum quibus facultas dispensandi conce- no. Io. Milis in repertorio. in verbo, dispe- quem allegat Fel. in d. c. postulasti, sed est di- spec. in 1. de dispensatio. §. videndum restat pars. 2. versi. quid si Papa dat potestatem alicui. fine. Et dicit Decius idem esse, si autoritas do- cendi tribueretur expressè cum illa prærogati- a. que est in ipso Imperatore, vel Papa, ut in si- notat Bal. in l. filius. ff. de testam. militis. Ale. 4. incip. 67. incipit. consideratis. versicul. corru- stratur prædicta. in primo volumine. Paulus eō usq. princip. super p̄timo dubio, col. pen. Secundo limitat Fel. in c. per tuas. exira de ma- nus. obed. dummodo Imperator crete eos in ter-

ris in perij, quia si sint creati extra, non habent il- lam præminentiam: Imo creati à Papa in terris Ecclesiæ præferuntur. Cum creati ab Imperatore non habent prærogativam in terris Ecclesiæ. al- legat Pet. de Anch. in cons. suo 31. 6. incip. primum dubium. vbi dicit, quod Imperator iurans nō exer- cere iurisdictionem in terris Ecclesiæ, non potest etiam creare doctorem.

Tertiò limitat non habere locum in doctore created ab Imperatore in iure Canonico, & in sa- era pagina, quia de istis non videtur ei data potes- tias. & verba intelliguntur, secundum quod peti- tur qualitas illius in quem proferuntur, le. plenum. §. equitij. ff. de vſu, & habitatione. & notatur ple- ne per Fel. in c. causam, de resc. & cum Imperator subdit istis scientijs, iuxta notata in ea. Ecclesia de consti. extra. non videtur talis doctoratus posses- manare ab eo in tali materia. ita dicit Fel. in d. ca. per tuas, audiuisse alias suisque attentatum: sed quia non reperit scriptum, non affirmat.

*institutum universitatis  
parisiensis, sub  
Carlo magno.*

**T**rigesima secunda consi. Ex quo doctor crea- tus ab ipso Papa vel Imperatore, præferendus est ratione maioris dignitatis creatis, ideo vide- tur dicendum, quod creatus in maiori, famoso- ri, & digniori vniuersitate sit alijs præferendus. Et ideo doctores in theologia, & inre Canonico, aut medicina in vniuersitate Parisiensi præferri de- bent omnibus alijs doctorib. in illis scientijs, crea- tis in alijs vniuersitatibus reddendo singula singu- llis, & data paritate in reliquis, Cum illa vniuersi- tas sit maior, dignior, & antiquior omnium uni- uersitatum, maxime Gallia, & apud nos, & maxi- me in sacra theologia, quæ semper floruit in dicta vniuersitate. Quæ quidem vniuersitas à Carolo Magno Rege Francorum sui instituta, ut resert Guag. in suis Chroni. libr. 4. Nam delati naue ex Scotia Claudio, & Io. Raba. quoque, & Alcuinus ex venerabilis Beda discipulis in Galliam cum ve- nissent, nec quicquam præter bonas disciplinas patria exportassent, sc̄ sapientiam profiteri canq; venalem proclamant. Quare ad Carolum perla- ta, illos ad se vocat. vocati liberè profertur sapi- entiam illis esse, quam adipisci cupientes gratice docerent, si vita locusque tantum eis praberetur. Intellexit Imperator ingenuam hominum men- tem, eosque cum aliquot dies apud se tenuisset, vi- dens, quod studia literarum iam erant vbiique in obliuione, ut dicit Anto. Flor. in sua historia. in 2. par. tit. 14. c. 4. §. 12. Claudiūm, cui nomen erat, eō iversari Parisijs, & generosos adolescentes bonis disciplinis instruere iubet. Ioannem vero Papiam misit, & monasterium S. Augu. iuxta Ticinenes, quod est in Papia eidem delegauit. ut resert idem Flor. vbi supra.

Hoc initium habuit Parisiensis schola celebre, mox philosophis atque theologis gymnasium.

Dicit ēr Zabarella Cardinalis in cle. 1. de Magi- stris. in 5. q. Q fundatores studij Parisiensis fuerunt

Alchui-

## DECIMA PARS

**A**lchuinus, Rabanus, Claudio, & Heschorus: Et ut ibi dicit, legitur quod caput aureum statua, de qua Dan. 2. per Carolum Magnum exercuit Deus in Scotorum, qui cum Franci regnarent & studia literarum non haberent, & essent in obliuione, & cultus Dei periret, contingit duos Scotos monachos de Hybernia cum mercatorib. Britanis venire ad littus Gallicum in sacris, & secularib. literis eruditos: Qui cum nihil venale ostenderent ad turbas venientes causa canendi clamabant: Si quis esset auidus sapientiae, veniat ad nos, & accipiet eam. Nam apud nos non est venalis. & alijs putantib. illos esse infanos, Venit ad aures Regis, vocati que sunt ad eum, & cum interrogarentur, an habent sapientiam, dixerunt quod sic, & se paratos cam dare petentib. in nomine domini. Quo quarente, quid pro ea vellet responderunt tria: Bona loca, Animasingeniosas, & Alimenta. Tunc Rex gaudens cum iret ad bellum, unum nomine Clementem dimisit Parisios, & nobiles pueros ei commendauit, & viualia ei ministrari precepit, & loca optima concessit. Alium secum in Italiam duxit, cui monasterium in Papia S. Angeli delegauit, vt qui vellet addiscere, ad eum accederent. Et hoc audito, quod Rex gratianer sapientes, & religiosos admiraret, venit Alchuinus ad eum in omnibus scripturis exercitatus, quem usque ad finem secum retinuit, usque cum ibat ad bella. & dedit ei Abbatiam S. Martini, ut ibi quando Rex esset absens, quiesceret. & ad se confluentes instrueret, & sic Franci aquati sunt Romanis, & Athenensisib: quo ad gloriam studiorum in liberalib. artib. Hac ille vbi supra.

Nolo pretermittere, quod hoc etiam tempore exdictis Gaguijini, Anto. Floren. in sua historia, & etiam Zabarella in locis præallegatis, schola, vniuersitas seu Gymnasium Papien. habuit salie initium, ex quo contendere potest cum vniuersitate Parisiensi de institutione eodem tempore facta, & sic de paritate temporis, & hac dico, cō, quia fui alumnus, & scholaris Papien. sub quondam re colenda memoria do. meo Ias. de Mayo præceptor meo excellētissimo, & ibi doctroratum accepi sub eo, & domino Francisquino de Curte, neconon domino Philippo Decio, ac domino Rocco de Curte, qui fuerunt ibidē præceptores mei eximij per quinquennium. Et ideo nolui tacere laudem illius vniuersitatis Papien. que me nutrita uit, educauit, & aluit in iure Canonico, & ciuili: Postquam tamen habuerim prima cunabula in vniuersitatibus Dolana, & Piætauen. de quibus infra dicturus sum, prout suo loco quadrabit de una quaque.

De vniuersitate vero Paduana dicit Zabarella in cle. dudum. vtr. ab olim. de sepultu. & lac. de Aret. in proœ. s̄torum. Quod ciuitas Paduana ex confuetudine longissima habet studium. & in cle. i. de Magistris. in s. q. in s. dicit, quod non est me-

moria quādō incepit: habuit tamen, ut dicit, po stea priuilegia, & Apostolica, & Imperialia.

Sic ergo ex prædictis constat, Quod ha vñier fitates, scilicet, Parisiensis & Papiensis habuerunt saltem initium tempore Caroli Magni Francorū Regis circa ann. Domini 740. & Anton. Flores. nunc canonizatus, in sua secunda parte historiæ lib. 14. ca. 4. §. 12. prædicta de studio Parisiensi rat. & in c. 5. in fine dicit, quod ille Alchuinus origine Anglus Philosophia excellentissimus studiū ab urbe Romana transtulit Parisijs. Quidam à Græcia ad urbem Romanam transtulit fuit à Romanis. Et apud nos tenetur propria, & principaliori totius Galliæ vniuersitate, quod Philosophiam, Theologiam, artes, Medicinam, & ceteras artes: sed non quo ad leges: Quo in ea non leguntur leges, nec lura ciuilia, vñier in c. Super Specul. extra de priuilegijs. Ratoc. dupliciti assignat ibi rex. ne scilicet, iuris, sint impedimento theologiae, ut etiam dicitur de Pen. in l. vni. col. 6. C. de studijs liber. vñier Roma, lib. ii. Et quia ciuitas Parisiensis est maior, & principali ciuitatis Franciæ, vbi non vñiuntur Franci legibus Romanoru[m] Imperatorum, & non receperint, ut air gl. i. c. de accusationib. a. dixi amplè, eō, quia Franci non subiiciuntur Imperatori in aliquibus, ut dixi amplè supra in o. tapat. Imo etiam Hispani noui vñiuntur legibus Imperialibus. & quod plus est, Hispani alias ordinerunt in Regno, quod quicunque allegant leges Imperatorum in iudicio, capite puniuntur, videlicet Oldra. consi. 69. & alias fuerunt expulsa leges Regno Hispania, ita quod fuit prohibitus, ne c. rerineret libros, ut refert Ioan. Lupus in tepe. rub. de donatio. inter virum & vxorem, in prin. ver. dem mihi videtur dicendum, in antiquis. Refert tamen Ioan. le Maire in illustrationibus Gallicis. 3. lib. in c. incip. Semiramis, quod Sarco filius Magi III. Rex Gallorum primus instituit studia, vniuersitates, & collegia publica ad refrenandam ferocitatem, & vitiani hominum ferinam. A quo Celtrum theologos, & philosophos vocauerunt Sarxonidas: in maximo, & præcipuo quoddam honore habitos, & hac excerptis lo. le Maire à Berço, lib. 15. antiquitatum.

Sed redeundo ad propositum unde digressus ramus, etiā in Gallia apud nos sunt altae celebres, & famosæ vniuersitatis, ut est vniuersitas Tholofana, quæ est de vniuersitatis approbationis Gallicia, ut dicit Io. de Pla. in §. item Romæ grammatici. circa s. inst. de excus. tut. vel curat. & vñi Philipp. Bergomen. in suo supplemento Chronicarum li. 7. Jo. XXII. In ciuitate Tholofana, bonū literarum Gymnasium constituit, ex quod eappo batis dici debet.

Est etiam vniuersitas Autelianen. que similiter est approbata, saltem ex consuetudine tanti temporis, Cuius initij memoria non extat in con trarium,

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

237

sem, nec oratione colophonem, hoc est, finē imponetem.

Alia est vniuersitas, quæ dicitur Caturcene, quæ fuit instituta per lo. XXII. vt refert G. Bened. doct. dictæ vniuersitatis in sua repet. cap. Rayn. in verb. & vxor nomine Adelasiā. in succēs. ab int̄est. nū. 595. extra de testam. & idem Benedicti in d. gloss. num. 146. dicit: Quod in collegio S. Nicolai, q̄ est collegium doctorum prædictæ vniuersitatis, non admittuntur extranei, sed tantum oriundi ex prædicta vniuersitate.

Sic etiam faciunt doctores Papienses Mediolanen. & Patmens, & ferē in omnib. collegijs Italiæ non admittuntur nec recipiuntur extranei, & non oriundi, & doctores dictorum collegiorum habent multa priuilegia.

Et licet Mediolani, vt dixi, extranei non admittantur ad predicta collegia doctorum, nec acquirere possint immobilia in eorum districtu. Ego tamen cum assidebam Capitanco iustitię Mediolanī, & essem Magister requestarum illuſtrissimi Principis domini Caroli Abasiaci tunc locum tenentis generalis pro Rege Francorum in Italia, fui admittitus ad predicta ex priuilegio Mediolanē sium, qui mihi obtulerūt tale priuilegium, quod gratanter acceptum habui: sed eo nunquam vsus sum, nec volui. Etiam hac occasione vocatus fui de collegio Papie, sed non fui inscriptus: ex quo post haec non fuit mihi tempus ad me transrendum ad locum pro praestatione sacramenti.

Parisienses etenim doctores ultra prædicta adhuc magis grauit extraneos, cum nolint doctores extra eorum vniuersitatem creatos, & sic extraneos ab eorum vniuersitate Theoricam eorum ad practicam deducere, & ibi practicare, vt value runt facere de doctoribus in medicina extra eorum vniuersitatem creatos, quos nolunt pati ibi practicare, quod non video multum æquum, nec iuridicum. Sed istud videtur quodammodo sentire naturam caninam, cum non solum quod capere non possunt, sed etiam alijs capere non permittunt. Cum & pro eis, & pro alijs sit sufficiens vniuersitas Parisien. & si sint doctiores alijs, demonstret vnuquisque, quod sciat alter scire suum, cum alijs nihil sit, testante Persio in suis satyris.

Licet enim oriundi, & originarij sint ceteris præferendi data patitate in reliquis, vt tenet Roc. de Cur. in tract. de iurepatro. quem scip̄i sub eo. in verbo honorificum. 21. col. & G. Bened. in sua repe. c. Raynati in d. ver. & uxorem nomine Adelasiā, à num. 1048. usque ad numerum 1057. & Barba, consi. 24. in l. vol. & dixi in sequ. patre, in 22. consideratione. Tamen extranei, & peregrini non sunt omnino reiciendi, & in totum abiciendi. Maximè in exercitio artis, & scientiæ, & in officijs secularibus, cum præferantur originarij. Ie. fin. Cod. de criminis sacrilegij. Nam Carolus Ma-

O o gnu

## DECIMA PARS

gnus non ciecit Claudiūm, & Ioan. Scotos sapiētes & sapientiam docere cupientes, sed vnum p̄p̄ posuit Parisijs, alterum Papia. In his arbitror me liorem, & humaniorem esse naturam iuristarum in Gallia. Cum non solum oriundos, & originarios, Imo etiam quoscunq; extraneos alienigenos, & peregrinos admittunt, suscipiunt, & hono rant, & collaudant, Cum non habeat respectum ad loca vnde sint orti: sed an sint scientes, sapientes, & docti. & eos, si tales fuerint, amores scientiae venerantur, amant, & benignè recipiunt, trātantque.

De his originariis, & peregrinis, seu extraneis quomodo praeferuntur, dicturus sum latius infra in II. par.

Alia est vniuersitas in Gallia, quæ dicitur vniuersitas Montepessulanæ: Et quoniam studium general, seu vniuersitates, non soleant nec debeat fieri nisi in ciuitatibus, vñ et gloss. in verbo, Bononia, & ibi Panor. & alij in proœm. decretalium. per text. gloss. & doct. in leg. vnicæ. Cod. de studiis liberalibus Vrbis Romæ. lib. II. & per glo. in verb. hac regia. in I. vnic. C. de professo. qui in Vrbc Constantinopolitana. libr. 12. melior text. in proœm. fforum. §. hæc autem tria. & ibi glo. in verb. Regis vrbibus. Tamen ibi est vniuersitas approbata (licet sit castrum) vi et apostilla finalis pro hoc ad Dynum super proœm. de rei. quæ est Nicolai Bocrij, quæ dicit seibi originem sumptissimam, & studiis in vroqueire, & tui Placentinus glossator antiquus, qui primus dictam vniuersitatem erexit, & iacet ibi sepultus. Similiter do. Azo in di eti vniuersitate legit, & composuit ibi suam summam super tribus libris. C. vrips secessit in principi. dicta summa.

Dicit etiam Jo. Fab. in §. I. inst. de societa. quod studuit in Montepessulanæ, & etiam Iac. Rebuffi, & multi alij, ex quo potest, & debet dici vniuersitas famosa, prout & alia vniuersitates. de quibus supra.

Et isto termino, Famosa, vtuntur concordata noſt̄a facta inter summum Pontificem, & Christianis. Regem nostrum Franciscum, in tit. de collationib. §. præterea volumus. Vbi inter cetera auctur, quod prælari debent prouidere de beneficiis in mensib. graduatis, & nominatis assignatis, vacantib. illis graduatis simileb. aut nominatis, qui in vniuersitate famosa per tempus cōpetens studuerint. Et ideo prodeft scire, quæ sit vniuersitas famosa. Quoniā ex quo requiritur, q̄ vniuersitas sit famosa, cū sit qualitas iuncta aetui, non sufficit probare actū, s. q̄ studuerint in vniuersitate, sed et qualitate in illi adiūctam, s. q̄ sit famosa: Quoniā vbi requiritur actus cū qualitate, nō sufficit probare actū, nū probetur & qualitas, econtra Bar. in l. Fulcini. §. cū hoc. ff. quib. ex causis in possessione eatur, d. meus Ias. in l. non solum. §. sciendum. in l. col. ff. quib. cau. in poss. eatur. in l. §. in eum. ff. ne

quis eum, qui in ius vocatus est. & Pan. inc. 2. in 2. col. de ref. & ibi Felyn. in 12. col.

Sed cum prædictæ vniuersitates sint notorios in Gallia, illa notorietas non est probanda, cum notorium relectab. onere probandi. vñ cit gl. notabilis in verbo alias, in cle. appellant de app. Imo etiam videtur, quod non sit allegata illa qualitas in prædictis vniuersitatibus, cum dicto aetū, & concessio quod sit vniuersitas, fata notorium, aut debet esse, & iudici, & partibus est famosa. Cum tales suprà nominatae sint causæ per quæ famosa in Francia, secundum doctrinam Bart. in l. 3. ff. de iudic. de qua materia domine Bart. in l. ex quacunq; causa. ff. si quis in ius vocatus dixi in consuet. duca. Burg. in proœc. in l. gl. & in 2. loco ibi per me allegato.

Ex quibus videtur concludendum, quod predictæ vniuersitates suprà nominatae, videlicet Parisien. Tholosau, Aurelianen. Piemant. & ceteræ sunt ita famosas, quod non est nec proponenda, nec alleganda famositas illarum.

Consilierem tamen, quod allegaretur. Er quo nō sunt omnes scriptæ in iure, sed de his, q̄ sunt in iure descriptæ, & approbatæ de iure, vñ vniuersitas Romana, vt in rub. & l. vni. de studiis liberalib. vrbis Romanae. lib. II. & in ca. 2. de priuilegiis in 6. & vniuersitas Bononien. vt in proœm. Gregoriano, sexti, & clementinarum, & vniuersitas Paris. vt in cle. 1. §. hoc facre de Magistris. & ca. super Specu. de priuilegiis. extra, quod talis famositas non est alleganda nec probanda, cum, ut dicit Barba. consil. 62. incip. illud in medium referam. in 3. col. in l. vol. Notorium legis non est allegandum.

Quid autem de vniuersitate Andegaueni, & Bituricensi, quæ etiam sunt in Francia, & Valentinen. quæ est in Delphinaru, ant tales apud nosse putari debent famosas: videtur quod cum hæc vniuersitates fuerunt à paucis annis erectora (vñ credo) ex priuilegiis Apostolicis, & Principum, quod de his est iustificandum in alijs locis remotis, & extra sua loca. Sed quoniā in vniuersitate Bituricensi. Archiepiscopus loci, seu eius officiarum sunt & vident notoriæ ibi vigore vniuersitatibus, non possunt ignorare priuilegia dictæ vniuersitatis, et quod tenentur illis graduatis in prædicta vniuersitate prouidere de beneficio, sicut & ceteri in alijs vniuersitatibus famosis graduatis, sed extra loca prædictæ vniuersitatis, criderem, quod ibi graduati renetur iustificare, & probare famositatē dictæ vniuersitatis. Et idem dicendum est de vniuersitate Andegauen. Ex quo bene suillit aetū. (saltē ad rollēdā omnem dubitetatem) psummum Pontificem, & Regem nostrum, si sufficiat nominatum expressæ vniuersitatis, quas ipsi representant, & tenent famosas, quo ad effectum prædictorum concordatorum.

Quæreret quispam, nunquid graduato in vniuers-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

.238.

vniuersitate Dolana, quæ est in Comitatu Burgundia, quæ non vritur dictis concordatis, veletiam nominata ad beneficio cōsequenda, debeat p̄sonam de beneficio in Francia, posito, q̄ illa sit vniuersitas famosa; vel cū notorium sit, q̄ Roma, Bononia, Papia, & Padua, quæ sunt in Italia, sint vniuersitates famosæ, & etiam apud nos, an ibidem graduatis debeat apud nos in Gallia prouideri de beneficijs vacantib. in Regno in vim gradus: & si obtinere possint nominationes à prædictis vniuersitatibus dirigendas Episcopis, & alijs collatoribus, & patronis Galliæ, & Franciæ ipsiis concordatus subditis, cum nos sint ipsæ vniuersitates fidei dictis concordatis. Er ista nō sunt sine dubio, quia Papa, qui est supremus omnium, & Princeps cuncta per mundum. 9. q. 3. fe  
destitutus constituit prædicta concordata: & priuilegia eiusdem habilitatis in vno loco est vbiique priuilegium. cap. olim. de clericis coniugatis. extra. Etiam in simili dicit Zabarella in cle. dudum. §. ab man. 16. q. de sepulturis, quod habens licetiam ascendit ab illo, qui est Princeps omnium, potest que docere. Licet textus in dictis concordatis statuerit facere in contrarium, cum loquatur de vniuersitatibus Regni Franciæ tantum, & in titu. collationibus. §. monemus autem, dicam in collis meis supradictis concordatis, vbi h̄c quantum ad propositum, nec sint præsentis speculacionis.

Adnum tamen aduertendum est, quod studia possunt dici generalia, & sic famosa, etiam si priuilegia specialia non habeant. & de ipsiis non vacuar, dummodo talia reputentur à tali tempore, cuius initij memoria non extat in contraria. Ita dicit, & tenet gl. in verbo, generalibus in coll. dudum. §. nos autem. & ibi Zabarella in 15. de sepulturis. Quoniam tale tempus habet vim legij. cap. super quibusdam. §. præterea. & ibi in verbo, non extat memoria, quæ allegat cōcordantias de verbo. sign. extra. le. hoc iure. §. datus aqua. ff. de aqua quotidie. & æstiuia. Dixi amorem Commentarij nostris super consuetudinibus Burgund. in titu. de iustitia. §. 2. & in quibus Ma preue estre sienne. Princeps enim permodum tanto tempore videatur concessisse, & transesse prohibitionem, de qua in proce. florū. & hoc autem tria.

Alliqui etiam videntur tenere, quod, an studia generalia, relinquunt arbitrio iudicis, vt si viderit ibi sacra pagina, iura, & artes ibi doceantur, nonat. Ho. in e. tua. de clericis non resident, quæ equitur Pau. & Pet. de Anch. in cle. dudum. de securitate.

Loca etiam vbi iura doccentur debent esse insita, & præclara. §. hæc autem tria. supta allegato. vñia quibus hoc competit ex priuilegio (specia) & de iure communii, vt in c. 2. de priuilegijs. in id dicit, q̄ studium generale, & priuilegiatum est

Romæ, vcl etiam de antiqua consuetudine, in cuius contrarium memoria non existat, quia talia æquiparantur iuribus allegatis, vt dicunt Zabarella, & Pet. de Anch. in locis prædictis. Pro quo optimæ gl. in verbo, priuilegio. in prin. in ti. de causis. §. statuit. & decreuit. super pragmat. sanctio.

Sed nunc inquantum hæc tangunt materiam nostram, credo quod sic præfertur docttor creatus à maiori Principe, ita etiam præfertur à maiori & digniori vniuersitate, studio, seu gymnasio: data tamen paritate in reliquis. Hinc est, quod pl. astimantur apud nos creati doctores in theologia in vniuersitate Parisien. quām in alijs vniuersitatib. Et in iure ciuili magis astimantur doctores iuriuum creati in Italia, maxime Papia, Bononia, Padua, quām creati in Gallia: nisi sint creati in vniuersitate Aurelianen. vbi majori rigore examinis examinantur, quām alibi. Ex quo cum propter magnum rigorem examinis presumatur, quod sint doctores: ideo magis honorantur, & sic videtur q̄ alios præcedere debeant eiusdem temporis, & qualitatib: fed vbi c̄s let prioritas promotionis temporis, aut alterius qualitatis, attenderetur potius illa, quām præminentia, aut majoritas loci in quo creati essent. Et istud fuit etiam quo ad beneficia consequenda, de mente Cosmæ Guymier, in suo commen. pragma. sanctio. in tit. de collationib. §. ita tamen. in gl. non teneat. vbi dicit, quod quo ad nominandum, omnes vniuersitates, sunt æquiter priuilegiatae.

In iure nostro reperio multa fuisse studia, seu gymnasia, Primo studium Romanum, quod venit à Græcis, vt refert Anton. Florent. in 2. historiarum parte titu. 14. c. 4. §. 12. in princip. & ibidem in c. 5. in fine, & de isto fit mentio in lege vnic. Code studijs liberalibus vrbis Roma. libro undecimo. & in cap. cum de diuersis. de priuileg. in 6. Et quomodo Romani habucrunt leges à Græcis, vide in le. 2. §. 1. & ibi glo. ampla in verbo, constitui. de orig. iur. ff. & in §. & non ineleganter. de iu. na. gen. & ci. in institutio. & ibi glo. in verbo, institutis. Sed quod dicit Accursius, quasi stulto incruentiente, qui prætensa manu trinitatem significauerit leges Romani obtinuerint. reprehenditur per Vdalricum Zafium in suis scholijs super d. leg. 2. §. postea. in gloss. i. post Budæum in suis annotationibus in pandectis super d. le. 2. vbi dicit, quod Accursius ibi fabulam narrat, tam ridiculā quām falsam, & vltra dicit q̄ veritas historia est, Quod tres tantum modo legati, & non decem ad Graciæ am prolegibus ferendis misi sunt. Ideo cum ibi vide. tota tamen, & cōmunitis schola legistarum semper huciq; cum Accursio nostro communis præceptore pertransiit. Et quomodo Roma origo legū sacerdoti apud Latinos. Imo patria legū dicitur, & sacerdotij, & plurib. alijs nominib. elegerat. sit insignita. viderex. in auth. vr Ecclesia Ro. centum annorum, &c. in prin. & ibi gl. 1. & 2. coll. 2.

Oo 2 Et

## DECIMA PARS

Et de isto studio etiam meminit Robertus Göltetus in suo tract. de magnificentia, dignitate, & excellentia vniuersitatis Parisien. vbi dicit: Quod in isto studio studuerunt Iulius Cæsar, vt patet in libro de vita Cæsaris. Cato, vt narrat Solinus libr. 1. Virg. & Tulli. & in eo Aurelius Augustinus docuit rhetoramicam, vt ipse met fatetur, libr. 5. confessionum.

Ad unum tamen aduerte pro gloria Francorum. Quod Plotinus Lugdunen. primus Romæ Latinam rhetoramicam docuit. à quo Cicero se Romæ puerum cum Q. fratre Latinè primum doctum retulit. & ita scribit Philip. Bergomen. in suo supplemento Chronicarum, lib. 6. Istud etiam studium Romanum est generale, & priuilegium de iure communi, vt est text. in cap. 2. de priuilegiis, in 6.

Aliud sicut studium vrbis Constantinopolitanae, de quo fit festum in tit. de professoibus, qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege merentur comiriuan. lib. 12. Co. & in d. tit. de studijs liberalib. vrbis Romæ, & Constantinopolitanae. li. 12. & in tit. de priuilegijs vrbis Constantinopolitanae. co. ti. & in gl. in verbo, regijs vrbibus. in proce. ffor. h. hac autem tria. & in gl. fi. in l. sed & reproba. ri. h. ff. de excusa. tutor.

Aliud eriam sicut studium Beriti, seu Beritensis. (q. i. e. est ciuitas in prouincia Phœnicis, secundum rex. in l. 1. C. qui aetate vel professione est excusant. lib. 10.) De quo studio dicit gl. fi. in d. le. sed & reprobari, quod eiusdem præminentia, cuius est studium Romanum. pro quo est tex. in d. h. can tem tria. vbi etiam legum nutrix appellatur, & in l. vni. C. de metropoli Berito. lib. 11.

Aliter pariter floruit in Alexadrina ciuitate in Aegypto, & in Cæsariensi, de quibus habetur in d. h. hac autem tria. Et etiam de Cæsariensi habetur in d. l. sed & reprobari. h. amplius. & utrobiusque predicti text. sonant, quod erant & fuerunt alia studia, de quibus tamen nullam expressam facit mentionem.

Aliud est studium Oxoniense, quod est in Anglia, de quo in clem. 1. h. hoc sacro, de Magistris. & ibi Zabarella col. 5. quod Alexander in lib. de natura rerum dicit, quod iuxta vaticinia Merlini vigeant studia in Anglia tempore suo ad partes Iberianas transitura.

De studio Salamantino, quod est in Hispania, etiam fit mentio in d. cle. sed quo tempore habuerit initium non reperitur apud scribentes, vt dicit Zabarella in praedicto loco. & ibi ultra dicit esse incertum, quo tempore studia incepérint esse generalia in Italia, licet semper floruerint ibi, & maximè quandiu Romæ viguit Imperium, & tempore Octauiani fuerunt studia in oratoria & poëmia.

Et ista duo studia Oxoniens. scilicet, & Salaman tinum sunt priuilegiata cum studijs Parisiensi, Bo

noniensi, & Romano, secundum quod in d. d. scribitur. ita quod in illis quinq. studijs legi debet, & interpretari literæ Arabice, Hebreice, & Chaldee, & debent esse duo periti in qualibet lingua, in quolibet illorum locorum docentes, quib[us] pro uideri debet in stipendijs competentibus & pribus, per ibi nominatos in fine dictæ Cleom. tinax.

De studio Bononiensi etiam fit mentio in d. d. 1. de Magistris. & in d. gl. in verbo, Regijs vrbis. h. hac autem in proce. fforum. & in glo. fi. h. sed & reprobari. ff. de excus. tut. Et etiam tex. proce. Gregoriano. & ibi glo. in verbo, Bonone. Et fuit factum, seu incepit esse primo tempore Theodosij Imperatoris, vt perg. in d. verbo, Regijs vrbibus. quam ad hoc dicunt doctores esse oportabilem, sed pro hoc vide clariorem in verbo, Bononien. in d. clem. 1. & tempore Accursij tex. studii obtinebat monachiam secundum conditum in rubr. de studijs liberalibus vrbis Romæ. lib. 11. Cod. & tempore Azonis ibi erant decem m. scholarium, vt resert Odos. in authen. habitu. C. ne filius pro patre. & secundum Beroaldum in opificulo de felicitate, licet Bononia inter omnes Italicas vrbes sit florens & famigerata, eam tamen florentissimam illustrissimamque nulla ferme res alia peraque facit ac Diatribe, & Gymnasia literarum atque conciliabula scholasticorū, quae haud dubie cum omnib. totius Italiæ celebratibus Gymnasijs claritudine cōtendunt, nullice dunt, qua: Alexandrino Attico Tharnensi, Maffiolioticó memoratissimis apud Prificos Gymnasijs proxima accedunt, & quanquam longo interculo, tamen proxima.

Aliud sicut Athenis, & quidem solennissimum, & celebratissimum apud omnes autores. Vide Hieron. commendans ciuitatem Athenarum, dicit illam studio suisque aptissimam, primoq. leges tradidisse, alijsque ciuitatibus iura transfluisse, & non solum leges, vt supra dixi, sed etiam quilibet scientia habuit ortum, & descendit à Græcis, vt dicit gl. in verbo, constitui, in fi. post Prificium. in l. 2. h. ff. de orig. iur. Et in illo studio (ut teſer Robertus Gonletus in d. suo. tract. de præstanti vniuersitatis Parisiensis circa principium) tantu patientes admittebantur. Vnde ad portam ciuitatis fedebat senex ad obiurgandum volentes intrare, & si videbat signa impatiens, repellebantur. si autem patientes, ad mittebantur. Ex illo studio sicut diuus Dionysius Arcopagita, Christianus reliquias doctor eximiuit.

Alia vero octo Gymnasia antiqua enumerat Textor in sua Officina, quæ sunt sequentia.

Craneum, quod erat apud Corinthum secundum Cicer.

Cillarrium, de quo Plutarch' in Cleomene.

Lyceum, quod sicut Athenis Aristotelis Schola, & etiam Ciceronis in Tusculano.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

239

Academia Platonis Gymnasium celebratissimum. Vnde Cicero:

In Academia ymbrifera, nitido, lyceo,  
Fuderunt clares secundi pectoris artes.

Et Horatius:

Atq; inter sylvas Academi quærere verum. Vn-  
us academicus philosophi vocati sunt.

Prytanen, de quo Cic. lib. de oratione. & vtei  
ritus quotidianus in Prytano publicè pbereret.

Canopum vero agnoscit Philostratus in Hero-  
do Atticivita.

Pecilevero, porticus varijs à Latinis appellatur,  
nobis etiam ptopter picturam Marathoni-

cam Zenonis philosophi stoici cōuentu, vna-  
dīcīcī Stoici philosophi dicti, & stoica scēta.

Tempestiam fuit Gymnasium Athenis. .  
aut studia nunc nobis antiquissima. Sed

alia antedicta sunt nouissima, & quadam in  
descripta, & idco satis nobis nota, & certa.

De studio vero Senēsi, dicit Zabarella in d. cle.  
m. ab olini. dc sepulturis, quod tempore Pau-

Elæazarij, qui cōmentatus est dictas clementi-  
as, fuit nouiter reformatum, & ante fuerat de-

formatum: Sed tamen dicit illud esse generale, sed  
multum duravit in bono statu: quia denuo

reformatum tempore Pet. de Anch. qui con-  
ducit à Senensibus ad lecturam Decretaliū trien-

bilegit, vt fatur ipse Pet. de Anch. in d. cle. du-

am. col. circa s. iiii meo volum.

Referteriam Philosophus Bergomas, lib. 12. sui

ementi Chronicarum, quod in Vienna vr-  
bzustri magna est schola liberalium artium,

etie theologiæ, & juris Pontificij, in qua ma-  
gnum studentium confluit numerus. Non est ta-

citas, quæ habet Episcopij: sed est in diece-  
stauianis Austriæ prouincie ciuitate, & maior

lamarie. Et vt fertur, ibi studentes pauci e-  
legunt docti, cum voluntati nimium operam

& mulierum procacitas, & lasciuia corum  
est a studio alienet. Et in hac sepe dedecor-

depertrantur, & enormia fuit, quod diu noctuq;

modum belli fuit. Nunc artifices aduer-  
entes, nuncque Curiales in artifices arma-

unt. ita, vt rara solennitas sine homicidio  
possit. Quod & fit in plerisq; alijs vniuersita-

tum fuit in vrbib. excellentissimis, & popu-  
litute. Sciant quid alloquor, qui viderunt

(viiia loquar) suo tempore factas propter  
paues & corporales iniurias sapè à vilissimis ho-

bus sine causa sibi illatas, quas ferre non pos-  
sunt. Deinde in multis periculis exponunt: vt vta

urbis auth. habita. C. ne filius pro patre, & sic dici

et. felix ille scholaris qui saluum se dicit ab v-

eritiae. felicior ille tamen qui bene studuerit,  
et datus redierit. Cum frequenter accedit, plures

et commemoratos in studijs, quam studentes, li-

at ibi causa studij, vt dicit Gcm. in proœ. sex-

to milii quinta. Nec est villa vniuersitas, quæ

non habeat sua impedimenta, cum apud nos in  
vulgaricatur:

*Les fleurteulx, & ioueulx, de paulme de poitiers.*

*Les danfeurs Doreans.*

*Les braguars Dangiers.*

*Les croetz de Paris.*

*Les brigueurs de Pauye*

*Les amoreux de Turin.*

De Tholofanistram dicuntur.

*Les bons esfuans de Tholouze.*

Dico sanè in alijs suprà de malis, & non de bo-  
nis, nec improbo multa exercitia: vt ocia tollas li-  
beralib. viri necessaria, & honesta, quib. cum ma-  
gno salutis corporeæ commodo, & studiorū aug-  
mento indulgere possumus, nec cōtinuum lucra-  
rum cīrtamen approbo. Studentes enim debent  
habere recreations: quia exvehementis studio in-  
currūt agravitudines mortales, vt air Fel. in c. lator.  
de homicidio, dispensanda sunt hora pro cuiusq;  
rei officio, dūmodo ab illecebris, & ludis alearum  
atq; taxillorum abstineamus. Et quia forte non e-  
rit alienū ab instituto nostro interere, quomodo  
tempus sit distribuendum studentibus. Ideo ep-  
istolam Augustini Dathi descriptā. in 1. lib. suarum  
epistolarum, in prin. quæ non fuit facta ad illud, &  
est multum elegans, & utilis, hic referre arbitratus  
sum. Augustinus Dathus Thomæ Rimbotto, S.  
Petis quid te agre oporteat, vt faciliter in literarum  
studijs proficere possis. paucis à me postulasti, & ip-  
se quoq; respondeo paucis. Tempus ante omnia  
statuo distribuendum esse, & ordinem vehemen-  
ter probo. Medio noctis dies sumit initium, media  
nocte gallicinio. Conticinio quiescendū videtur,  
aut si vigilare contingat, quæ ante præcepta sunt,  
cognitione, & memoria repetentur. Diluculo est  
lectionib. danda opera, ac si quid proximo die a-  
gendum sit, id est accuratius mente atque animo  
volutādum, prævia meditatio futuram actionem  
tanto perfectiore efficiet, quanto diligentius  
fuit præparata. Mane cumprimum domo fueris  
egressus, templū pete, Deum venerare, Regnum  
Dei quare, saluta penates, sacras perulue lectio-  
nes. Hieronymi scripta libenter amplectere, vbi &  
orationis ornatum, & rectam vitam institutionem  
abundè poteris adipisci. Quæ vero splendidiora  
delegeris, ea in optimo thesauro reconde me-  
moria. Cum his versare, cum his colloquere, cum  
his confabulare, à quibus aut annulatiorem erudi-  
tionem, aut salutaria præcepta haurire queas.  
De efa & potu nihil est quod scribam, veterem  
serua frugalitatē, & tuum laudatissimum morem  
obtine. Meridi in tuis te laterib, oblecta: perua-  
ri noli. Quid est n. aliud frustra circūcursare, atq;  
etiā tempora placeas, angporta, ac forū luſtrare, qui  
pueroruī more ludere, quam seipsum perdere?  
Censo eum cibo, & quempiā ex leuiorib. ae io-  
cosis libris, quos nosti, legendum, vt corpus si-  
mul pascatur, & animus: Ac post modicam quie-  
tem,

*præcepta  
studentum*

## DECIMA PARS

tem, quæ aut legeris, aut audieris mente completere, difficultum locorum expositionem træta: præcipuam quampiam capesse sententiam vt ea sit tibi incundum pabulum, ac postmodum deambulanti salutare viaticum. Quod si exire libebit, augusta, & religiosa (quo ad potes) perquire loca, bibliothecas adi, & quos optaueris meliores percurre codices. Inde excerptæ semper præclarū aliquid atq; frugiferū: Hęc tibi recta fuerit in ambulandi ratio. Domine oprimat occiduum tempus, & vespera foris nunquam. Nam ab nocte in primis perniciosum simul putatur ac turpe, domum reuersus ac vrad futuras lectiones animum applices tempestate suprema, & vespera ipsa ac prima face perfruere, vt nulla pars temporis effusat tibi prorsus inanis. Cum oportunum noueris, genio indulge. Ex facris codicibus excerpta ne defere, & antequam ad cubitum accedas, Pythagoreorum more quid egeris dixrīsme, tecum ipse repeate. ac si tempus suppeditat, aliquid præclarius commendam memoriae. Deum comprecare. Inde enim sunt quæ optantur nobis bona omnia, concupisca & intempesta nocte, sile, quiesce, vt vitam tranquillam, & recte institutam degas. Vale.

De studio ~~et~~ Perusino, nulli est dubium, quod si generale, antiquissimum, & famosum. Nam Bartolomeus ibi per multa tempora, & ex eo orti sunt Baldinus, & Angelus de Vbaldis fratres germani virtuoseque iuris doctores excellentissimi.

In illo etenim studio, est quedam fundatio facta anno Domini 1362. Die vero 27. Mensis Aprilis, per quandam Cardinalem Tusculanum nomine Nicolatum tunc Archidiaconum Heduen. pro duobus scholarib. Ecclesiæ Heduen. aut ciuitatis seu dioecesis, qui possunt præsentari pro sex annis per Episcopum & Capitulum Heduen. & ibi habent viatum tantum. Et istud constat ex tenore fundationis hic post inserta, vt stilius memoria in posterum, & illam vidi signatam debite, & sigillatam in archivio dictæ Ecclesiæ Heduen. tāquam Ballinus, & Consiliarius ipsius: tenor ideo est talis.

Reuerendo in Christo patri domino Dei gratia Episcopo: ac venerabilibus viris Decano, & Capitulo Heduenfi, Nicolaus miseratione diuina Episcopus Tusculan. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis salutem, & sinceram in domino charitatem. Ordinata rationabiles homines natura constringit, cisdemque diuini & humani iuris scriptura demonstrat, quod in officijs charitatis primo loco eis tenemur obnoxij, à quib. nos cognoscimus beneficium recepisse, quodq; ratione sanguinis proximioribus amplius obligamur. Attendentes autem Ecclesiatum nostrarū magis beneficia, & vita sublidia magna qua' dudum recepimus, & de præsenti recipimus ab cisdem primo loco ipsarū Ecclesiistarū promouendis honoribus & procurandis utilitatibus obligamur, & cisdem Ecclesijs ratione spiritualis coniunctionis. Quæ nobis omnes

coniunctos sanguine in charitatis coniunctione procedunt plus ad beneficiendum adstrinximus, cum scribatur in Canone: Nullus nobis habetur detur esse proximior quam Ecclesia, que nō domino sociavit. Sanè præmissa diligenter meditacione, in mente nostra sapiens reuoluētes ac certes, quod modernis temporibus peccatis exigubus à Dō in nonnullis patribus incurrunt ignorantia secularium clericorum, quod rarissime reperitur secularis Clericus, qui faciat proponere populo verbum Dei, intelligere Canones, Ecclesiæ & populum regere. Aequum ab iniquo differnere, & intelligentes iustitiam ministrare. Cupentes exhibere huic defectui pro nostra possibilis modulō, in locis aliquibus supplementum, & alijs Christi fidelibus, praesertim Prælatis, quib; ad hoc sufficiunt facultates præbere imitatione exemplum, vt resploreat Dominus Domini eraris luminibus plurium lampadarū diuina, quæ inuocamus nobis assistente clementia. Ad reuuentiam Dci, Beatæ Maria Virginis, ac Beatæ Georgij Papæ doctoris egregij pro anima nostræ get utriusque iuris & aliarum scientiarum studiorum generali: Quandam domū scholiarium, quorum alij studere debeant in sacra theologia, & aliij in arte Canonico duximus ordinandā, & pro ipsorum viatu dūtaxat, certos redditus perpetuos & possessiones cimimis, & ~~ad~~ præstante domino alios cimere intendimus in futurum. Considerantes, quod ab Ecclesia nostra Heduen. ex Archidiaconatu, quem ex concessione & dispensatione Apostolica obtinemus, in ea dudum bona recepimus, & de præsenti recipimus, & quod propter ea eidem Ecclesiæ, tam spiritualis coniunctionis, quam recepti beneficij seu subsidijs temporalis vinculis obligamur, dignum arbitramur, nobisq; reputamus ad debitum, vt huiusmodi ordinarij leu. Elegimyæ nostræ dictam vestram Ecclesiam partem faciamus. Igitur tenore præsentium vobis & vestris successoribus titulo donationis perpetuæ irreuocabilis, quæ dicitur inter viuos damus, donamus, & coedimus, quod duos scholares pareres de dicta Ecclesia si reperiatur in ea, aliquam de ciuitate vel dioecesi vestra, quorum nullus habeat beneficium annui valoris ultra viginti quinque florenos auri portatos ad studiū, delegitimo matrimonio natos in primitu is vel latein grammaria sufficienter instructos, boni nolis, distinctione præditos, ac de honestate viræ & moribus commendabiles, qui studere debeant in dicto Canonicō per sex annos ad fidium dicto tempore in domo præfata per nos ordinandā, & habendum in ea viatum dūtaxat rectoribus dicto domus

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

246

presentare possitis. Ita q̄ finito huiusmodi  
sexxennio aut cedentibus vel decedentibus eisdem  
scholaribus per vos presentatis, alios presentare  
pro simili sexennio valeatis. Volumusque quod  
domine Episcope, Vestriq; successores duos vo-  
cus in assumptione huiusmodi scholarium habeat  
Hortamus autem vos omnes in domino Iesu  
C. lo, quod in assumptione praedicta nulla (q̄  
apud vos sit acceptio personarum, sed illos  
oc eligitis & assumatis, quos secundū Decum  
dantis meliores & magis præfatae Ecclesiæ,  
minus specialiter vilitatem & honorem inten-  
tus versimiliter profuturos. Super quo vestras  
contentias oneramus: Volumus etiam quod  
gentes nostra litera in communī dicta Eccle-  
sia capsa, in qua reponuntur alia iura ipsius  
Ecclesie perpetuo conseruentur: & nos similes li-  
teras ad caetelam in sacristia Ecclesie Perusinæ fa-  
cūs nihilominus conseruari. Et ad maiorem  
tamen & memoriam perpetuam omnium  
istorum, præsentis literas per notarium in-  
scriptum publicari fecimus, & nostri sigilli ap-  
patione muniri. Datum & actum Auinion. Die  
xvii mensis Aprilis, Anno nativitatis domini mil-  
lioni 1612. iudicione 15. pontificatus sanctissimi  
Christo patris & domini nostri domini Inno-  
centiu[m]a prouidentia Papæ 6. anno 10. præsen-  
tis Venerabilib[us] viris domino Angelo Prepo-  
tencia ciuitatis Castelli, & Raymundo Bo-  
canonico Terracon. ac Bertholino de Sagis  
Placentia maccrio domini Papæ testibus, ad  
venit vocatis specialiter & rogatis. Et ego Fan-  
tomas quondam Matthæi Ieremiae ciui[us] Pisanius  
c[u]s imperiali autoritate Notarius prædi-  
cationis, dationi & concessionis a omnibus  
guis supradictis yna cum prænominationis te-  
stamento, ipsaque de mandato supradicti  
lauretissimi Patris & domini Nicolai Tuscu-  
nepscopi Cardinalis in hanc publicā formam  
Tamen alijs occupatus per alium scribi se-  
tare yna cum appositione sigilli præfati domi-  
ni cardinalis subicripsi, cum signo & nomine co-  
bus in testimonium omnium præmissorum.  
Postulauit ultimam dictiōnem, quæ dicit tercen-  
tum & vltimo, additam, quæ propter inaduer-  
tu[m] dimisit[ur] erat, veram esse approbatio  
nem.  
Et multa alia studia in diuersis patriis &  
cœisis, quæ enumerare longum esset & forte-  
num, & cum vnaquaque patria suo sensu ab-  
text. est in ca. certificati, extra de sepulturis.  
co taliquo illis discutiendas præminentias  
rum.  
Ex predictis infero, Quod cum maior honor  
soetur his, qui doctorantur seu graduati sunt in  
vniversitate, quod etiam magis honorari  
solet, debent hi, qui doctorantur in vniver-  
sitate, vbi sunt doctores legentes & scho-  
lastes, quam hi, qui doctorantur in locis,

vbi non est vniuersitas, sed tantum habent priuilegium doctorandi, vt sunt plures ciuitates, & vrbes in Italia, prout sunt Placentia, Parma, & plures aliae: & Ideo dicit Zabarella in loco supra sapientia allegato, Quædam sunt studia generalia aucti & priuilegiata, vt sunt illa de quibus supra, & in clementi. de magistris: & ista præcedunt omnia alia. Quædam priuilegiata sed non aucti generalia. Quædam generalia sed non priuilegiata. Quædam particulae non priuilegiata, & ibi dicit, quod aucti generalia etiam non priuilegiata, magis preferantur quam priuilegiata, non aucti generalia. Ex quo concluditur, quod doctores in talibus vniuersitatibus aucti generalibus, magis priuilegiantur & preferuntur quam doctores in vniuersitatibus, tatum priuilegiatis, & non aucti generalibus, vt concludi potest ex deductis, per doctrinam Zabarellæ, vbi supra. Quoniam tales non videntur, nec presumuntur examinati in vniuersitatibus priuilegiatis tantum, sicut in vniuersitatibus aucti generalibus.

Et sic etiam inferitur, quod doctores, qui gradum accipiunt in facultate eis cognita, causa honoris tantum, non ita honorantur, nec honorem aucti qui debent, ratione illius gradus, vt dicit Petrus de Ancha. in ca. 1. de parochijs. & Panor. in c. clericij. de iudicijs. Sicut de doctoribus promotis, à doctoribus corruptis, vt notat Archid. in cap. de quibusdam. 37. d. arg. text. in l. 1. C. de athletis. lib. 10. Quod non placet Philippo Decio. & Aretin. in d. c. clericij. Quia vt dicunt, licet promotus sit ignarus, habet tamen dignitatem. Ex quo cum prærogativa detur ratione dignitatis, debet habere locum. Bar. in l. maximarum. in fin. C. de excusationibus munerum lib. 10. Bal. in l. qui sub pretextu. C. de facrofan. Eccles. Geminia. in proemio. sexti in fin.

De commendatione vero studiorum & gymnasiorum, dixi supra in s. part. in 21. conside. vt dixi gloriolum esse optimo Principi haberet rationem studiorum.

**T**rigesimateria confid. Inter plures doctores prefertur qui plures habet gradus. Exemplum in doctore utriusque iuris. Quoniam duo vincula sunt fortiora uno, & magis ligant. cap. primo, detreuga & pace. extra authent. itaque. C. communia. de successio. & §. si vero. institu. d. adoptio. ita tenent Abbas & alij in d. cap. clericij. & Ioan. de Anania in rubrica de magistris, videntur tenere, quod hoc sit verus ceteris paribus, hoc est data in ceteris inter eos paritate. Ex quo videntur inferre, quod si doctor in uno iure tantum est prior tempore, quod preferetur: tamen hoc non videtur verū, cō, quia nunquam aut parū cuenaret q̄ semper nō ester aliqua disparitas temporis, q̄ est in una hora attenditur, vt per gl. in l. si is plurib. §. ff. de solutio. Facit text. in l. Titius. §. Lucius. ff. liberis & posthui. Et intentio doctoris in d. c. clericij. videtur esse: quod semper doctor in utroq; precedat

## DECIMA PARS

præcedat doctorem in uno tantum, etiam si habeat unum gradum priorem tempore: Quoniam illa qualitas illius alterius gradus tollit illam qualitatem temporis, quæ non multum consideratur vbi est alia qualitas, & quoniam duplicatio gradus maiorem dignitatem inducit, & vbi est maior dignitas, prioritas temporis non atrenditur, vt per gl. in verbo, præponitur. in c. placuit. 16. dist. notatur in c. statuimus. de maio. & obed.

Ex quibus inferunt doctores, quod doctor Canonum, & theologia simplici theologo præsenter, vt dicunt Host. & Abb. postulos in c. i. de consang. & affin. Sic etiam doctor arrium & medicina præcedit doctorem artium tantum, vel medicina tanrum, vt notat Dominicus in d.c. placuit. in fine.

Ex his etiam inferunt doctores, quod vbi est paritas inter aliquos, si unus habeat duplicem dignitatem præfert ratione duplicitatis, etiam si illa secunda dignitas sit minor, vt de Comite & Barone, qui præcedit Comitem tantum, vt dicit Bal. in l. sed milites. ff. de excusatio. tut. dixi supra in s. par. vbi dixi de Marchionc & Comite, qui præcedit Marchionem tantum, & ibi dixi etiam quod ista duplicitas operatur inter Principes, ex quo sivnus Princeps habeat plura regna, præscendens est illi quin non habet tot Regna: Intellige tamen prædicta, quando illa dignitas, quæ est augmentata & duplicita est talis, quod de ea possit fieri comparatio ad aliam simplicem, vt puta, si quis est doctor in Iure Canonico tantum, alius qui est doctor in codicem iure Canonico & ciuili simul, haberet duplicationem tamē, quod una dignitas potest alteri æquiparari, & alia est superabundans, qui augmentat dignitatem, fecus si ambæ sint inferiores, ita quod de nulla ad simplicem possit fieri comparatio: Ut si dicamus, quod quis sit doctor in iure Canonico tantum, aliis vero sit doctor in iure ciuili & medicina aut artium. Nam hoc eas semper præfertur doctor in Iure Canonico, Quoniam de nulla aliarum potest fieri comparatio ad illam, & ille gradus solus videtur esse poterior & efficacior, ideo præfertur. Ita tenet & concludit Romanus in conf. fvo. 333. incip. quo ad primum. Ita etiam tenet Philip. Dcc. in d. c. cleric. in 5. col. de iudiciis. Et ideo Comes præcedit Marchionē & Baroncm. Dux, Comitcm, & Marchioncm. Rcx, Duccm, & Comitcm. Et unus Rex multum authenticus præcedit habentem plura parua Regna, sicut Imperator præcedit Regem habentem plura Regna. Rex etiam Francia tanquam excellens inter omnes, præcedit etiam Regem habentem plura Regna, quæ sunt multū inferiora à Regno Franciæ. Cum Rex Franciæ omnes præccdat, nō ratione sua personæ, sed ratione excellentie dignitatis Regalis, quæ prima in tota Christianitate post Imperatorem tenetur & reputatur.

Quicquid tamen supra dictum sit, adverte ad

id, quod dicit Decius in d.c. cleric., in 6. col. quod de confuctudine seruat, quod doctor in uno gradu prior, in tempore præcedit doctorem in uno quicquid iure. Et in his prælationibus attenditur co-fuendo, vt dicit Bal. in l. ob. crucare. §. ante quatuor. de officio proconsulis. & in c. cum olim in p. per illum tcx. de confuctudine. istud non est nullum securum, quia doctori de confuctudine attenti non creditur, nisi aliter apparcat. Ita tamen decimus Iason post multis in l. de quibus. col. p. delegibus.

**T**rigesima quarta confide. Inter plures doctores, præserrunt, qui primo licentiatu& potest doctor, illi, qui secundo licentiatu& primus doctoressit fuit per text. in l. i. C. de consulib. in 12. quæcum ad hoc adducit Ang. Aret. in §. quatuor. col. 5. in institu. de actio. Cuius verba illum. tandem ponit Alexan. in l. 1. ff. de obsequiis. seq. Fely. in c. i. de maio. & obe. in 2. col. Tamend. in Iacobus Ias. in l. cum quid. ff. si ccr. pct. & Phil. quis Decius in d. ca. cleric. post eum dicunt, q. ad h. text. nihil facit, quia in illa virtute erat dignitas & patriatus, & consulatus nimittit, significans dignitas facit eum præfeti illi, qui habuit locum dignitatē. In casu vero nostrosupradictos, qui primo fuit licentiatu& nullam primo habuit dignitatem, sed solum licentiam doctorandi; & ex licentia simplici dignitas non tribuitur. Sed quid sit, moderni in d. c. cleric. & in d. l. cum quid. tenet opinionem Angeli duplicitatione.

Prima, ponderando rationem quæ ponitur in d.l. i. in fin. dum ibi dicitur, quod ille præponit, qui prius fuit cœfūl, quia prius meruit. Patriatus quia ista ratio videtur habere locum in isto casu. Ex quo primo, Licentiatu& videtur primo meruisse doctoretum, vt per licentiam declaratur, ergo ex talis licentia præferri debet. Decius tamen in d. l. loco quadam modo prædictam rationem impugnat, & dicit, quod hæc ratio cuitati potest, ex quo meritum non tribuit dignitatem, vt concludit Cardinalis in clem. 2. in 2. q. dc magistris. In casu vero dicitur legis meritum declaratur per dignitatem Consulatus. vt ibi dicitur: Unde præfetus virtute dignitatis, & non propter meritum simpliciter. Præterea, vt dicit, illa verba, qui prius meruit Patriatuum: vt habetur in d. l. i. referuntur ad illum, qui fuit prius Patriatus: vt ibi patet. Unde tamen nihil facit, quia in effetu illa verba intelliguntur pro illo qui fuit prius Patriatus, & menti consideratur eum dignitate.

Credarem, Quod quo ad nos ille tex. mulsum facit, sed, quia in Gallia Licentiatu& dicitur habere dignitatem, cum sit gradus tenuis, & reputatus pro gradu, eo quia licentiat: Imò, quod minus est. Bacalaureus in altero iurium, præfetur doctori, & magistro in Artib. vt habetur in concordia initis inter Papam, & regem nostrum, in tit. de collationibus. §. quo vero. Et prius erat dictum in pragm-

pragmatica sanctione. in eod. ti. §. insuper. cum se-  
cundum. Et ita admittantur licentiat ad consulen-  
tiam, & ad dignitates, & officia, sicut doctores in  
collegio. & ideo, cum sit dignitas, magis stabit op-  
erari Angeli apud nos, quæ magis fortificabit per  
conveniū secundum per Modernos adductā, cum  
quod secundum Bal. in l. qui indignus. ff. de  
notoribus. Licentiat etiam dicitur habere di-  
gnitatem, sed ut dicit, sinc administratione, & per  
doctoratum sola administratio acquiritur: unde,  
autem, succedit, quod ille qui prius habuit digni-  
tatem suam administrationē, si postea administratio  
non coequatur, præfertur illi, qui medio tem-  
poris dignitatem cum administratione habuit, ut  
explan. l.2. C. vt dignitatum ordo seruerit. li.12.  
¶ Dec. adhuc impugnat hanc rationem, cō, quia  
noscetur diūnū Bal. esse verum. Sed cum apud  
nos verum, quod Licentiatus habet talem ad-  
ministrationem, qualiter habet Doctor in consu-  
lendo, & in officijs, etiam in beneficjib; & in  
ambib; adiūb; vbi requiritur gradus: cum illa ver-  
itatem, & concedimus licentiam ad occendi, le-  
gandi, interpretandi, &c. apponantur in eorum  
temporibus apud nos. Ideo stante hoc pro finio, stat illa  
extrema Angeli multum roborata per illam ra-  
tionem modernorum.

Allam, & tertiam rationem adducit Dec. in d.  
conci. vbi dicit, quod Doctoratus qui postmo-  
dus sequitur licentiam habet relationem ad li-  
centiam. Examen enim videtur principium, per  
curia habentur in l. magistros. C. de professo. &  
notariis lib. 10. Sed quando finis haber relationē,  
licentiam consequentiam ad principiū, prin-  
cipium attendit. l.3. §. Scio. ff. de minoribus. Vn-  
doctoratus, qui se equitur virtualiter, trahitur ad  
ipsius licentiam, & sic prius doctoratus videtur: ad  
bene facit, quod no. Bal. in d.l. qui indignus.  
conveniū. Vbi pluribus rationib; probat, quod  
licentiat in uno loco non potest in alio loco do-  
ctoratum accipere. Ex quo datur intelligi, quod  
doctoratus referatur ad licentiam præcedentem.  
Adistud etiā responder, & dicit, quod ista trans-  
ferentur videatur doctoratus, tempore licentia non  
admodum ancedit in præiudicium tertij, qui inter-  
venit tempore doctor efficitur, ex eo quod  
doctor relictus ad collegium, nō recuperat prior  
locum in præiudicium corū, qui medio tem-  
pore doctorati sunt.

Sed ad hoc est facilis respōsio. Eo, quia interim  
candide huiusmodi tempore, qui fuit positus,  
no nihil reputabatur quo ad collegiū. quod se-  
cessit in licentiatō, qui medio tempore habet di-  
gnitatem, licet non habeat administrationem de-  
cū, sed quo ad nos sic.

Veleum idem Decius aliter respondet, & di-  
quod dictum Bar. loquitur in restituzione quæ  
comitatus conununc, & de interspeciali. Ideo

non est in consideratione, & tempore priuationis  
acquisitum fuit ius alijs in collegio ingreditibus,  
& non amplius expectabatur restitutio. Secus in  
hoc casu, quia habita licentia expectabatur doctor-  
atus secundum ordinem iuris, & præsens status  
tendebat ad hoc, unde interim non videtur ius es-  
se alteri quæsitum, ex quo est clatum, quod illa de-  
cīsio Angeli est vera, quo ad nos. Quam etiā te-  
ner Marianus in c. quanto de magistris. & quod ille  
text. hoc probaret si bene & recte ponderetur,  
quia ibi licet Cōsul prius haberet dignitatem, ta-  
men illa dignitas non erat in consideratione re-  
spectu dignitatis Patritiat⁹ alterius: sed prior Con-  
sul ibi præponit, propter Patritiatum postea ac-  
quisitum, & illa cōiunctio Patritiatus posterioris  
cum anteriori Consulatu facit illum præferrī: &  
vt dicit, ista ratio videtur in casu isto procedere,  
quia licentia, quæ præcessit coniuncta cum docto-  
rato postea secuto, debet operari, quod iste præ-  
feratur, eo etiam, quia doctoratus habet necessā-  
riam consequentiam, & relationem ad licentiam,  
vt dixi supra. Ideo mihi videtur standum esse cum  
Angelo. Andini, quod ita sicut alias iudicium in-  
ter duos doctores Aurelianenses, qui aliquando in  
ter eos disputauerunt de huiusmodi præcedentia.

**T**rigesima quinta conside. Data paritate tem-  
poris, & gradus inter doctores, habetur con-  
sideratio diuinitarum. & nobilitatis: quia duo vin-  
cula magis stringunt: securi, si non sit paritas tem-  
poris, & gradus, quia tunc non habetur considera-  
tio diuinitarum, & nobilitatis: quia tales qualitates  
non tollunt prærogatiuam temporis. c. statuimus.  
extra de maio. & obe. Bar. in l.1. ff. de obsequijs. &  
Bal. in l. nemini. C. de aduocatis diuersi iud. ita di-  
cit, & tener Dec. in d.c. clerici. in 6. col. extra de iu-  
dicis.

Adverte, quod literati, & nobiles æquiparantur,  
etiam circa dispensationem in Beneficiorū. per text.  
in c. de multa. extra de præben. facit glo. singularis  
in verbo, suppletat. in l.1. societas. ff. pro socio. quæ  
dicit, quod bene literati ita recipiantur in Cano-  
nicos sicut nobiles, & merito, quia literati, & docti  
dicuntur nobilissimi. tex. in l. prouidendum est. in  
princip. C. de postulando. & dixi supra ista parte, in  
24. considera. & dicit Bald. in l. nemini. C. de ad-  
uocatis diuersorum iudiciorum. Quod si doctor  
est valens, licet plebeius, præfertur tamen doctori  
nobili minus literato. Sed si sunt æqualis scientia,  
præfertur ille qui est de meliori sanguine, & iam  
dixi. Sed contra dicta Bald. scripsit Barbatia in  
consilio suo, incip. præclare scribitur ab Iob pro cer-  
to patientissimo. col. 8. in 2. part. vbi tenet, quod  
data æqualis scientia, præfertur ille, qui sit plebe-  
ius. Mouetur prīmo per glo. quā dicit singulari  
in c. nunquam. 6. dist. quæ dicit, Quod natus à pa-  
rentibus prorsus alienis à virtutibus, dum tamen  
ipse sit bonus & virtuosus, præferri debet illi, qui  
natus est ex bonis parentibus, licet etiam sit bo-

D E C I M A P A R S

14  
nus & virtuosus. Secundò mouetur ad hoc, per id, quod voluit glo. in simili (quam etiam dicit valde singularem) in c. fideliō. l. distin. quæ dicit, quod peccator correcsus, & emendatus, est præfertus in promotionibus illi, qui nunquam deliquit, & semper fuit bonus & innocēs, exemplo Petri apostolorum ptimatis. ita in proposito data scientiæ æqualitate Plebeius præferti videtur nobili. Et sic infert, quod regula Cancellarie dictans ut illustris ex sanguine præferatur non nobili, intelligi non debet de literato, & doctore & licentiatō in iure, aut doctore, qui non solum est nobilis, sed nobilissimus, ut dictum est. Saltem non præfertur nobilis dictus ignobilis doctori, ut per Barbatiam in consilio supraalleg.

Et de his, qua suprà dicta sunt de doctoribus, idem intelligendum est dc Licētatis, & Baccalaureis (cum si gradus apud nos) referendo singula singulis.

**T**rigesimasexta consi. Doctores honorantur Insignijs pluribns, quæ eis dantur in assumptione gradus. Nec ante debet se quis doctorem nominare, priusquam sibi tradantur insignia doctoratus, ut dicit Luc. de Pen. in l. vnica. C. de athletis. lib. 10. Quoniam, ut dicit Apuleius primo floridorum, non licet Insignia honoris vestitu, & calcearu, temere usurpare: Imò quod plus est assumens insignia doctoratus cùm non sit, incidit in crimen falsi. notat Bart. in l. eos §. fin. ff. dc falsis, & ibi Alexan. de Imol. & pet. Aug. in l. vnica. C. ad leg. Visceliam. per Ange. de Clauasio in sua sum. in ver. insignia. §. secus autem si se doctore simplifici vctbo nomineat aut dicat: quia tunc tantum extraordinarie ponitur: notat Bal. in l. qui sub praetext. C. de sacrosan. Eccl. & Rom. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hæte. per Pet. Rauennatem in suo alphabeto anteo, in verb. falso. idem Bal. in l. data opera. C. qui accusare non possunt, vbi dicit, quod dicens se Comitē, & faciens actus Comitis cùm nō sit, debet grauiter puniri citra mortem. idem Bal. in c. nonnulli. §. sunt & alij. de re scriptis. dicit, Quod impetrans supplicationem nomine alteti? punitur arbitrio iudicis. facit tex. in c. quanto. de his qua fiunt à prælato. & cap. pet quem. dicit ibi Pet. de Anchar. quod scribens literas nomine alterius, co ignorāte, dicitur falsarius. Cy. Bal. & Saly. in l. f. C. de requirendis reis. vbi dicit, quod citans aliquem, singens se nuncium publicum cum nō sit, punitur criminaliter, & ad intereste citati tenetur. tex. singularis in l. Titio, cùm esset Romæ. ff. ad municipales. per quenam dicunt Bar. & Bal. in rub. C. de fide instruimen. quod abrādens ex literis nomen scribentis, & ponens suum, punitur vt falsarius. Faciunt notata per Dominicum. c. i. i. dist. vbi in uchit contra doctores, sibi appropriatec dicta aliorum. Et qui se etiā gerit pro doctore, cum non sit examinatus & approbatus, non excusat à inueneribus. leg. reddatur. C. de

professoribus & medicis. libro decimo.

Hinc sumpta occasione ponam, Que sunt signia doctoratus, Et reperio, quod sunt scripta pitem, quæ eidem dantur in examinatione, quæ debet esse triplex, ut dicit Luc. de Pen. in l. d. ca. C. de athletis.

Primò videtur, quod sit liber qui eidem auctur in examinatione qua sit. Sed an sit de fabula doctoratus ista libri assignatio, videndum est, & videtur quod non, sicut in consecratione L. scopio: ut patet ex eo quod legitur. 23. dist. c. I. p. 10. & 75. d. c. i. sed in contrarium facit, Quoniam cum Rex coronatur, datur erlibet legis. vnde: Pa. ralip. c. 23. Eduxerūt filium Regis, & impostrerūt ei Diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum Regem. fortius videtur hoc necessarium in docendo, cuius officium mere in librorum lectione constitutum. ut patet Deu. 17. vbi præcipiuntur Reges à fæcerdotibus Leu. cat tribus: & Iosue i. c. Non recedat volumen Regis de ore tuo, cunctis diebus vita tuz. & hoc efficiens. pro quo facit etiam satis aperte tex. in c. 23. dist.

Secundò, datur Birretū, & est habitus Philosophia, qui datur doctori, cum dignitate magister, decoratur. & dicit Luc. de Pen. in leg. muricella. C. de murilegu. lib. ii. quod Admirali Regni Siciliae honorantur tali insigni. & dicitur Birretum, quasi bis rectum: quia bis rectum decet esse Philosophum & Doctorem, scilicet, in docendo & operando, & se ad alios virtutib. regere & fôrdibus mundare debent. c. duo sunt. 23. quæst. i. Et de isto Bitreto habetur mentio. in c. si quis virorum. 1. Vel dicitur bis rectum ex multis alijs causis possit per eundem Luc. de Pen. in prædicto loco, ad quæ recurre. Sed solum aduertit, quod datum hoc modo. Accipe Birretum torundum, ad modum Coronæ in signum sanctitatis, & veritatis, ac doctrinæ, ut tales sitis in mente, quales fuerint in conuersatione, nec à docendo cessauerint, quia non coronabitur in Regno cœlorū, nisi quod legimus certauerit. Corona nempe in Regno iudeptione ponit consuenit in capite: quia corona signum est perfectionis, cùm sit sphærica figuræ angulo carens in signum caritatis sordium: quæ vbi angulus, ibi fôrdes esē dicuntur. gloss. in c. secundo, de vita & hone. cler. super verbo, & tonsuram.

Tertiò, datur Annulus ad denotandum, quod per eum factus est verè sponsus Philosophi & scientiæ, quam profiteretur docendamque suscepit, ut dicit Luc. de Pen. in l. vnic. C. profess. & medicis. libr. 12. Et dicitur, accipe Annulum subrationis. Nam sicut per eum contrahitur matrimonium inter virū, & uxō. ita inter scientiæ & doctorem. Qui enim tamē possidet sponsam, tandem spiritus donum possidet, & licet loan. And. dixerit in ca. vt Apostolica. de priu. in 6. quod cœticus

men, ut dicitur in doctore, qui in signum matronij inter ipsius & scientiam deferre potestantur, ut dicit gl. quae ponit casum in d.c. vt Apollonica. Annulus vero in signum dilectionis murice coniugatis ponit consuevit in quarto digito sive manu, vbi secundum medicos, est quemadmodum sanguinis, quae ad cor homini usque perniciosa dicitur. In c. secundum. in f. 30. q. 5. Doctorem non ponunt Annulum homini in pollice, ut scilicet testificati possint hoc suo sigillo.

Quarto, Cathedra, cum dicitur, sedete virtuosi in Cathedra non pestilentia & virtutum, sed faciem & virtutum. Et haec Cathedra esse debet quadrifrons. In anteriori enim parte depingendi duo lucentes propter robur, per quos deservitur Amor & Labor: Hi namque foris opus perenni Labor agit, Amor perficit. In posteriori duezuper quas intelliguntur Cura & Vigilia, quae usus secreto consilium paruit, Cura prouidet, gloria attendit. In alia verò à latere describitur mens accinctus, modica secū serens, per quem intelligitur Paupertas: quia non sectari superflua natura et querendum disciplinam, ut enim ait Horon. in tract. fidei & crudelitatis: Fluxu rerum libertate corporis soluitur, vigor mens constringitur, virtus corporis eneruatur: At in paupertate non laetitia coniuitia, non turpes potationes, non sordida, oninia rigida, omnia humilia non abiecta: Quoniam pura conscientia & virtute sine plena, non facile ad diuitias animi, id est, virtus accedit. In reliqua vero parte vir, fugientis tentans effigiem, quia Philosophas & Studens sunt, exiliū sibi debet indicare pro scientia recuperanda. Ita dicit Lue. de Pen. in d. lvnica. Cateprosso, qui in vrbe Constantinopol. in 10. col. lib. 12. vbi allegat & citat Hugonem in dictis huc dixisse, Quoniam ut etiam dicit Sacerdotem tamen non facit Cathedra: sed Cathedram doctor per virtutis & scientiae rudimenta. Recitat autem Chrysost. Canonis conditor, sedet quomodo sedetis super Cathedram, &c. Nam habetur c. vlti. 40. distin. Ad locum Cathedrae pularim cum virtutibus & magno sudore astante debent bene meriti doctores, alias, si nescientur ad ipsam Cathedram, delestantes in Cathedra, ut in loco gloriae sint aliis authentiz. c. quoniam multa. 48. d. Non enim locus dignificat homines, sed homo locum, qui au-

tem bene sedet super Cathedram, honorem accipiet Cathedra: sed qui male sedet, iniuriam facit Cathedra. c. si. 40. dist.

Quintò, datur ei Zona in hunc modum, accipit zonam auream, & lumbos tuos cingulo fidei praecinge, ut corpus tuum sit ornatus exteriorius, & apud Deum & homines se ostendat perfectius. Quæ zona deponi non debet, nisi completo doctoratus officio. Nam indecens omnino probatur, prius soluere militare cingulum, quam cedat victori adversitas priorum. c. i. de renuntia. iuncta l. 2. C. de his, qui non impletis stipendijs, &c. lib. 10.

Sexto, datur osculum pacis, ut habetur per Ioan. Andri. in clementina 2. de magistris. in verbo, Insignia. & ibi Card. Floren. dictus Zabarella in t. q. principali. Et sic datur. Accipe pacis osculum, ut foedus pacis in facultatibus iurium seruas perpetuum. Beati quidem pacifici, quoniam filii Dei eis cabuntur. Et de hoc osculo habetur in c. pacem de consec. distin. 2.

Septimo, est benedictio, licet dicat Zabarella in dicta clem. 2. in t. quas. principali, quod osculum, & benedictio potius sint de bene esse, seu ad bene esse reputantur, quam sint de insignijs.

Et predicta insignia dat doctor doctori tanquam pater filio, secundum Io. Fabri. in l. 2. C. de veteri iure encl. Eraduerte, quod doctores posse sunt vii insignijs doctoratus vbi est Princeps, sed non cognit. l. vnic. C. de honoratorum vehiculis. lib. ii. & Ant. Corfetus in suis singularibus. in verbo, & vbiunque. Etiam extra suum locum, in quo sint doctores. ut dicit Zabarella in cle. vni. i. q. de foro compe. Eo, quia talia insignia tantum sunt ad honorem, ut dicit ibi. & ibi ponit de pralatis, an possint vii insignijs suis extra sua loca: quod distinguunt in insignijs honoris tantum, & tunc sic: aut iuriis distinctionis, & tunc non dicam alibi.

**T**rigesima et quarta confidit. Doctor non tenetur semper vii doctoralib. insignijs sed quando vult, ut tenent lac. Rebuffi. in l. vni. C. de honoratorum vehiculis. lib. ii. & Ant. Corfetus. in singularibus suis, in verbo, doctores. Faciunt ea quæ supra proximè dicta sunt, quæ video vide.

**T**rigesima octaua considit. Si quis vsus fuerit Insignijs doctoralibus, antequam esset doctor, putat qui portauerit togam seu cappam, Zonam & Birretum, si postea efficiatur doctor, non debent ei dari talia insignia. Casus est in c. quod quidam versi. si forte. in lectura gl. in verbo, exhorruit. i. q. i. quam ibi sequuntur Archid. & Io. de Turrecre. refert & sequitur Romanus singulari suo 721. inci. quidam vultur in insignijs doctoratus: & etiam apostilla ad Jacobum Rebuffi. in d. l. vnic. C. de honoratorum vehiculis lib. 12.

**T**rigesima nona conside. An insignia docti ratus possint prescribi per Licentiatum aut Baccalaureum. Pura, quod portat Zonam auream,

## DECIMA PARS

cum nemini concedatur portare deauraturam, nisi habentibus dignitatem. tex. est in e. cleric. extra de vita & hōne. cle. Lud. Ro. cons. suo 291. dicit, Quod talia possint præscribi per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. In sequendo opinionem Host. in ca. cùm contingat. de t̄ta. & quali. Si verò præscriptio sit minor, quia scitur cius initium, tunc in sequendo opinionem lo. An. in e. Abbates. de priuilegijs. in 6. in nouella. non possunt præscribi.

**Q**uadragesima confidit. Doctores in hoc hono-  
rantur, quod iudex tenet eos ad se venientes, salutare, & inuitare ad secundum. text. in l. fi. & ibi gloss. in verbo, honoratis. C. de offic. diuer. iudic. Nisi quando est hora propriæ causa. text. in l. 1. C. de officiis. ciuiliū iudicū. Quod quomodo sit intelligendum declarat Purpuratus in l. 1. num. 166. 167. & 168. ff. de officio eius cui mandata estiuitid.

**Q**uadragesima prima confidit. Doctores in hoc  
etiam honorantur, quod consiliarii Principiis vocantur, ut dicit Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. pro quo allegat l. fin. C. de officiis. diuer. iudi. quod tamē non estē mente Angelii in l. quisquis. C. ad leg. lul. maie. Ita, quod Bart. non potuisse se dixisse Consiliarium Principis ex eo solum, quod estē doctor: & ita sequitur Purpuratus in l. 1. colum. 17. versie. septimum. & colum. 22. in princip. ff. de officiis cuius mandata estiuitid. Propterea non abs re à dominis Consiliariis de Parlamento huius patriæ fuit inhibitum, ne amplius simplices aduocati dicere & intitularent se Consiliarios, nisi cum effectu essent officia regis.

**Q**uadragesima secunda confide. Cum ex præcedentibus satis sit ostensum, & demonstratum, de præcedentia sc̄ientiarum, & doctorū, tam theologiae, iuris Canonici, ciuilis, quam medicinae, & qualiter inter eos sunt honorandi, & alijs preferendi, & de insigniis doctorum, de dignitate, excellentia, & priuilegijs corundem. Nunc deueniendum est ad alias scientias, quæ sunt inferiores & minores post prædictas. Et inter inferiores videndum est que illarum præcedent debeat. Et inter alios, qui melius demonstrauerit præminentiam, autoritatem, honorem, & gloriam illarum, fuit Philippus Beroaldus Bononiensis, qui supposuit testamentum cuiusdam patris habentis tres filios, Philosophum, Medicum, scilicet, & Oratorem, & illum heredem fecit & instituit, qui esset utilissimus Ciuitati. Post mortem eius, fuit contentio inter dictos fratres, cui hereditas paterna cedere debeat. Et inter illos Philosophus primo causam coram iudicibus agit proiuste suo sustinendo, dicens, quod Philosophia est Regina ciuitatum disciplinarum. Quam M. Tullius inuentum Deorum, Plato vero donum Deorum esse traherunt: quo bono (vt ipsius Platonis verbis vtar)

nihil unquam maius mortalibus datum est? D nec unquam dabitur. Hæc estenim Vitz let. V. tutum indagatrix, vitiorum expultrix, lumen, magistra morum, rerum elementorum exploratrix, Cœli, & mundi contemplatrix in altitudinis studio etiam cœlo ipso submersa quarpam vestigat. Et vt inquit Platonicus Apollinus, in æstimo mundi, tergo degit, hac interea homines Deo cognati, & proximi (imo, viri, rius loquar) Dei terreni efficiuntur. Quid per Deos immortales exellens sacrafissima illa Philosophia, quæ supra hanc caliginem, in qua remur, execedens, docet, quid agat in Cœlo, inquit; Seneca philosophorum sincerissimum, testisimusq; cui virtus, credi cōuenit, Naturæ rerum gratias agit, cum seceriora eius ingressus dicit. Quæ vniuersi materia sit, quid sit Deus, tota in se intenderit. An ad nos aliquando respirationes quotidie aliquid. An sc̄inc fecerit, pars mundi fū, an mundus, an mundi anima, an bonus opifex, & factor, liceatne illi ex leg. satorū aliquid derogare. An maiestatis diminutio, & erroris confusio fū mutanda fecisse. Ad hæc, nulla res magis cause, ritale caliginem illam nebula crassissimam, cur et duo Poetarum clarissimi prodiderunt, obnam mortaliū heberat, mentesque obducunt, propter ignorantis velamento. Quid porrors la philosophia parte, quam partium Ethicæ, patim moralem appellant, qua maximè ad homines spectat, quæ docet quid in terris agendum est. Et errores nostros discutit. Quæ vrbes peperit sapientis homines in societatem conuocauit. Rerum publicas bene moratas inservit. facit in l. 1. circa finem, ibi, igitur viii. C. de studijs liberalibus viris Roma. libro 10. & videtur Cæsarius antiquarum lectionum 12. cap. 21. post Socratem. Nisi Philosophi ciuitatibus dominentur, id hinc, qui nunc Reges potentesque dicuntur legitime, satisque Philosophentur, in idemque ciulis potentia, & philosophia concurrent, neq; quod nec fit à diuersis hæc tractentur ingenij, non enciuitati, hominum generi, villa malorum requies, neque prius Respublica orientis pro viribus & lumen solis spectabit, quod confirmat Cicero in ep. ad Q. Fratrem dida calicis, & hanc coniunctio, inquit Plato, potestatis, & sapientiæ salutem ciuitatibus esse posse.

Vnde non immerito secessores Philosopherib; vbique Philosophos nominat, non infacio, & religioso, quasi soles sapientia studiosos. Quantu[m] Pythagoram, Sophi, id est, sapientes & habebantur, & vocabantur. Quid estenim per Deos immortales (vt ait Tull. lib. 2. de officiis. c. 1.) oportibus, quid prestantius, quid melius, quid homine digna sapientia, qua Philosophi nominantur? Non est inquit, aliud Philosophia præter studium sapientie, & est res religiosa, vt est texti. in leg. 1. 9. an & Philosophi. ff. de varijs & extraordin. cognoscuntur. Vnde

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

243

Vnde Philosophus ver<sup>o</sup>, teste Augustino, Dei amorem esse creditur, quia sapientia Deus est, per quem omnia facta sunt. I. i. Nomen enim Philosophi fundum, ut dicit idem Tullius Tusculanis quod. lib. 2. c. 3. cum, ut inquit, Philosophia medet an iugianas, sollicitudines derrahit, à cupiditatibus liberat, pellit timores. Et ut ait Seneca ad Lucillam, Epist. 16. Philosophia quieta est, & contemni non potest, quin immo apud pessimos honor est. & Augustinus de cini. Dei, lib. 22. c. 22. Philosophia inquit, res sapientia, donum Dei est, donum Dei, & auctorium contra miseras huius vita. Et ut dicit ipse Tullius in dictis quarto. lib. 5. est vita Dux, Virtutum indagatrix, inuenitrix legum, Magistra morum, & disciplinae, &c. ut inquit Seneca ad Lucilium, Epist. 98. est lex vita. & in Polycratico. libr. 3. cap. 9. de Philosophis sic dicitur, In ipsis suis imago virtutis, & virtutem inueniatur in nobis, qui vir tuus imaginem teneat. Quia umbras virtutum induit, quibus videmus floruisse gentiles. Quise-

re  
Themistoclis diligētiā, Frontonij grauitatem, Socratis continentiam, Fabricij fidem, Scipionis pudicitiam, Vlyssis longanimitatem, Catonis puritatem, Titi pietatē imitatur? Hicenim laudabiles viri, quasi quādam seculo rum suorum sidera splendoruerunt illustrantes tempora sua. Hac ille ibi. ut etiam sequitur, & refert Iacobus Magni in suo sophologio sapientiae, lib. 1. cap. vii. ponit de dignitate Philosophia.

Et, ut semel finiam, Philosophus, hoc est, sapiens, est omnia, & ut inquit ille: Vno minor est locutus, liber, honoratus, pulcher, Rex denique legum. Et in tanta apud priscos astimatione ac reverentia habuit Philosophi fūctre, ut Platonis sapientia antistiti Dionysius Tyrannus vittatā nam obuiam miterit: ipse quadrigis albis, & curru regio egredientem in littore exciperit, & triumphantiō more ad urbem deduxerit. Ut Alexander Magnus Aristotelis Philosophorum doctissimum patrum restituuerit in honorem praceptoris. Catenon minus debere quā Philippon patri proponit. & teste Gellio libr. 9. c. Philippus Maccius Rex scriptis ad Aristotelem, Se Dijs gratias, quod filium illius temporibus sibi nasci coniugisset. & auctore Plinio, lib. 7. c. 30. Cn. Pompeius, Mitridatico bello concesso Posidonij Philosophi domum intraturus foresā lictore percussit, licet ex consuetudine cum Consulibus dominis aliquā in gressuri essent, clamosè simul, & impetrō lanuæ pulsarentur, & idem Plin. li. 24. c. 8. inquit: Non arcatus, nec arte, vñ Zenonis statuam in expeditione non vendidit Cato, quod Philosophera. Et veteres perfectionis loco existimabant: si vel Aristotelis, vel Pythagori, vel alterius magis Philosophi imaginem ad Bibliothecas ornamenti habuissent. Vnde Iuuenalis Saryra secundum. Nam perfectissimus horū, Si quis Aristotelem

similem vel Pythagorē emit, vt Pythagoram Crotoniā, ac Mactapontini pro Deo colerent, & ex eius domo templum sacerdentes. Qui in tantas fuit admiratione, ut qui præsentia illius frui meruisserent, id perscriberent ad suos, tanquam magnum quidam ac praelarum adepti forent, quod Pythagoram vidissent. Et Pythagorici discipuli si quid affirmarāt disputando, cum ex his quereretur quaerita esset, respondere solebant: ipse dixit. ipse autem erat Pythagoras, tantum opinio præiudicata potuit, vt sine ratione valeret autoritas, ut inquit Cicer. i. de natura Deorum.

Ex quib. videtur dicendum, quod Philosophus sit præferendus & medico, & oratori. Cum sit & medicus, & orator, ut dicit Beroaldus vbi supra: Imò & quod plus est, videtur, quod legista sit Philosophus, cum ut dicit tex. in l. i. ff. de iust. & iur. §. nam ut eleganter in si legista verā philosophiam non stimulatam proficitur, & affectant. Nam ciuilis sapientia vera Philosophia dicitur, ut in d. l. i. §. ceterum quidem res sanctissima ciuilis sapientia. ff. de variaj. & extraor. cog. Ideo etiam hac ratione legista præserendi sunt ceteris. verum ipsi iuris consulti pro eorum sententijs adducunt Philosophos, ut Aristotelem in l. si pater. §. si ff. de foliatio. & in lege proponebatur. §. si. ff. de iudiciis. vbi arguant ex autoritatibus Philosophorum, & in plerisque alijs locis.

Quomodo tamen aliquando, & in quibus reprobetur Philosophia videatur 37. dist. quasi per totum. in quibus non insisto, cum hoc opus tantummodo assumpferim, ad declarandum ea, quae sunt honoris, gloriae, laudis, & dignitatis. Plura in laudem Philosophiae vide per Beroaldum in oratione per eum habita in enarratione questionum Tusculanarum. & per Coelium libr. antiqu. lectio- num 4. ca. 30. per Senecam in Epistolis, præcipue in lib. ii. Epist. 74.

**Q**uodрагesimatercia confide. est pro tuitione honoris, gloriae, & laudis medicorum contra Philosophos, & oratores. Nam contra iuristas satis supradictum est in hac part. in 25. consideratione. & omnia fundamenta, & argumenta pro medicis ibi facta, multo magis hic prodefesse poterunt, & possent adduci, licet hic sit tantū quaestio, quis istorum fratum sit vtilior ciuitati. In cuius dubijs elucidatione cognoscetur, & quishonorabilior. & tuendo iura medici, sic inquit Beroal. in dicto loco.

Quis nescit medicum ad omnes totius ciuitatis ordines, ad omnem sexum, ad omnē aratē pertinere, cum summatibus, infimatibus, viris, sc̄emini, senibus, pueris, & grotare contingat? Cū omnes ex hoc utilitatem indiscriminatim petat, meritoque dici potest: Medicum rem communem terrarum esse. Et profecto, si vera diſpicio, si curiosè cuncta perpendimus, sola medicina loquē medico opus est omnibus. Medicina est,

Pp 3 quæ

## DECIMA PARS

qua: vna contra facta depugnat, eaque identidem expugnat: qua: languentibus vitam prorogat, que iam deploratos, iam defletos, iam in familia otei numeratos luci, aura:que vitali persape restituit. Multi que medicinæ opera reuixisse creduntur.

Et nefabulas percenseam, qua: ab Aesculapio Hippolytum, & Tindaridam ad vitam reuocatos ferunt. Nonne Aesclepiades inter medicos famili: gerabilis, argumentum huiusc rei vel potissimum est, qui homini, iam cœclamato, deposito:q; diuin: eſtritur, fatum attulit? Cuius animam in corporis latibulis delitescentem euocauit, eumq; ab inferis postliminio prope funeratum domum retulit. Etenim iurisconfulti ſacerati in libris eorum ſententias medicorum recitant, vt in lege septimo mente ibi, propter autoritatem doctissimi vi: Hippocratis. Si de ſtatu hominum. Et de ſententiis Hippocratis, & Galeni. in e:ne tales. de cōfcr. dist. 5.

Hucadde, quod huic arti tantum honoris tribuere maiores, ut Dijs inuentores fuos allignauerint, eculo:q; dicauerint Apollinem, Aesculapium que prodendo, quem ob id Archiatrum seu Protomedicum, id est, medicorum Principem dicit antiquitas. Hec Beroaldus. Etiam de huiusmodi inuentoribus scribit Polydorus in ſuo lib. de inuentoribus rerum. c. 19. & 10. Matthæus Lunensis c. 4. & c. 6. Et poteris videre de ista arte medicinæ in dicto loco per Polydorum: & per Rodericum in ſuo ſpeculo humanae vita: lib. i. c. 12. ubi deſcribit medicinam inter artes mechanicas, licet videatur, q; ſit ponenda inter artes liberales, & ibi dicit eam multum vita humana necessariam, cum ſalutem hominum agant, text. in l. 1. ſ. medicorum. ff. de var. & extraor. cogn. Et ſi amplissimè melius, & singularius quam per alium de laude medicinae videlicet, videas krafnum in ſuo Encomio, de laude medicinæ.

Aduerte etiam ad virum, quod grammatici, oratores, medici, & philologophi ſunt exempti ab hoc ſpicio militum, tex. est in l. inedicos. C. de professo:ribus, & medicis lib. 10. & in l. ſi. ff. de munierib. & honori. Sed ibi oratores praferuntur in ordine literæ medicis, & medici philosphis: ſed tamen etiam ſi grammatici videantur eſti de minoribus ſcientijs, quandoque praferuntur in ordine literæ, & oratoribus, & medicis, & philosphis. ſed hoc eſt, quia eſt fundamentum aliarum ſcientiarum, & initium, vt in ſerius dicetur.

**Q**uadragesima quarta confider. erit de oratore, qui callet rhetorican, & eloquens dicitur, in ſi ceteris praferendus. Et eius cauſam ſuſtentando, videtur primo, quod ſic ex eius diuini: tione. Cum orator lit vit bonus, dicendi peritus, rhetorice vero bene dicendi ſcientia, vt ait Iſidorus libr. 2. Etymologiarum. cap. 1. & 2. Ex quo neceſſariò extollenda eſt, qua: bonitate conſtat, ele-

gantia pollet, nitore ſplendefcit. Cuiusope, & pete præclaræ omnia fiunt, & magna. Equidem conditores vrbiū, non tam philosophica doctri: na, quā elegantia oratoria, & illicio faci: pelle exerunt diſpafatos, ſeu diſpar atoſ homines ad ciuitatem, politicamque viuendi rationem h. vr multa omittam, nihil eſt ira inctedibile, in diendo non ſiat probabile, nihil tā hom atque incultrum, quod non ſplendefcitora: ait Cicet. in paradoxis. Et eloquentes pro: quantum. Vnde habet Exo. 4. Non ſum c. impeditoris, & tardioris lingueſum. Et ſeq: Aaron eloquens eſt, ipſe loquunt pro teadp: lum. Et tales debent eſſe adiutori. i. l. perhanc. Co: de adiutoriſ diuerſi. iud. Qui etiam oratore dicatur. tex. in proceſſorum. ſ. nos verbo. ibi. diu. Regum oratores efficiantur. & in le. omnes ibi, & oratores effluſi in defenſionib. copa: ga præſterur & ibi, gl. C. de Epifc. & cler.

Hinc videmus conditores legumi, quibus penē emundius, limatus, & ſententioiu: admīnūlāt̄os fultris eloquentię, leges ſu: rimas eloquentissimāque condidisse. Formato: res quoque rerum publicarum Imperatores beli corum exercituum regere consilijs, & moderare magnas ſine docta voce, & oratoris vi: nus poouile. Vnde, vt ait Franc. Patrius lib. u. 4. de inſtruutione Reipublica: Animis medicina eloqua: nua eſt, qua: philosophia rationibus adiutoria nimium elatos, comprimit, depreſſo: queat, & ignauos fortes efficit. Vera eſt enim illa Eu: ripidis ſententia, qua dicitur. Omnia conficitio: quā etiam hoſtile ferrum nequitiam efficit, valeat. Quā enim alia vis, quam eloquentia potest furentem populum refrenate, ant metu perculum excitare? Quod, vt exprimeret diuina Po: ta Maro, oratorem minime furentem, aut popu: lum matitima tempesiati comparauit, his versi: bus:

Ac veluti magno in populo cum ſape coortiſſ:  
Seditio, ſacu:q; animis ignobile vulgus:  
Iamq; faces, & faxa volant, furor armamentum.  
Tumpictas, grauen, ac meritis, ſi forte rorū ſum  
Conſpexere, ſilente, arreclisq; auribus aſlam.  
Ille regit diuī animos, & pectora mulceret.  
Sic cunctus pelagi cedidit frigor, equa, poſtquam  
P; opaciens genitor, celo:q; inuenit aperio,  
Fleuit equos, currūq; volans dat lora ſeundo.

Eloquentiam etiam veteres retum dominam esse dicebant. Et eam Ennius Flexaniam appellauit, quod animum in quaecunque partem rellet, rapret: & ea dulcedini mellis comparatur. p. tex. in cap. legimus. 38. dist. Nec in pace, & otio ſolum vtilis habetur, ſed in bello atque tumultu: res alias omnes antecellit. Quod quidem verum eſſe afferuit Pyrthus Epitotatum Rex. Nam cum bellum in Italia gereret, Comitem qualiterdō: tum, ac ſocium Cyneam Thessalum oratorem, Demolite-

Demosthenis; discipulum accepit. Eiusq; opera impensa admodum vrebatur. Nam ad ciuitates, quas vi, & armis subigere non poterat, cum orato rem mittebat, quas magna ex parte in sententiam suam adducebat. Adeo ut sacerdoti Pyrrhus diceret, plures à Cyneae vrbes eloquentia in potestate suam redactas, quam à se armis esse supereraat. Et ut inquit Idem Patriitus, si recte iudicare voluntus ex omnibus disciplinis, nulla magis con- gruit ciuitati, quam oratoria: quæ, vt ait, in tripli occasarum genere versatur, quæ ibi videri possunt. & plura alia, etiam qui primi scriptores humani fuerunt. Et ut vir Budaeus vir eloquentissimus, de aſſe. Ut sine aqua & ignis sacrificium, a confucatio non rite peragitur, sic sine stylo eloquentia nullius aut Principis, aut populi gesta a posteriori incalceare possunt, & aeterna memoria consecrari. Merito apud Romanos, qua Republica nulla vñquam maior, nulla sanctior, nullaborum exemplis ditor extitit: summa tempore moribus dignitas fuit. Et ut auctor est Cor. Tacitus nullus magnam potentiam sine eloquentia aconsecutus. Quod vt de alijs taceam, Nonne Marcus Tullius ille orandi regula, & dicendi lex, cuius ingenium Rom. imperio parvuit, qui latine locundia pomerium promouit ad Consulatum, vñque amplissimamq; dignitatem ex humilitate maritum, & loci euectus est? Quo, quid virilis in Rom. Repub. excogitari potest? Quo suadente legem Agrariam, hoc est, alimenta abdicarunt Romana trib. Cuius lingua fulmen Carinæ integratudinam, & ipsum proscriptis Antonium. Cuius nomine supplicationes à senatu decretatae sunt.

Perci de magnis mire & sublimiter, de paruis propriè & subtiliter, de mediocrib. iucundè & graver, de omnibus sententiosè, & luculentiter dice quis docetur. vt hic dicit Budaeus in suis annot. in l. 5. quod ait prator. ff. de set. cor. & vt etiam ut Beroald. in oratione per eum habita in extirpatione Epistolarum Ciceronis, & Lncani; maius decorum munus est, & quo nullum maius congratari potest eloquentia. Qua vna vel maxima paruit hominem à ceteris mutis animan- tibus Deus ille patens, & mundi fabricator. Quæ, quoniam earent, irrationalia meritò vocantur. Eloquentia homines vagabundos in agris atque dispersos congregauit in populum, & exseruit usque in manibus mites reddidit, & mansuetos, viam in ptn. huius consid. dixi. Eloquentia mulieribus constituta sunt, plurima bella restineta, familiam societas sanctissima amicitia componit. Eloquentia mortales immortales efficiunt. Merito itaque flexanima, & omnium Regina rerum oratio à doctissimis nuncupatur. Cuius tamen dignitas, tanta maiestas, vt Duce Eloquentia his similius esse videamur. Et homines eloquentes (qui oratores nominantur) tantu reliquias ho-

minibus praestare creduntur, quantum homines bestijs an recellunt. Nihil medius fidius eloquentia diuinius reperiiri potest, nihil consummatio oratore praestanti. Et quanti olim fuerunt in pretio, & estimatione artes (maxime oratoria) scribit Bud. in libr. 2. de aſſe, & partibus eius. & G. Benedicti in proce. rep. c. Raynati. de testam. in antiquis. Sed in oratione hæc requiruntur: Acumen Dialetticorum, sententia Philosophorum, verba proprie Poëtarum, memoriam iurisconsultorum, vox Tragedorum, & gestus penè summorum Artificum: Ex quibus omnibus alijs de pet se est presentendus. ita inquit Bud. in l. 1. ff. de iust. & iur. Si quel dem, & de ipsis oratoribus sape fit mentio in libris iurisconsultorum, eorum etiam dicta & sententias approbando, vt in l. aur facta. §. qualitate. ff. de poenit. Vbi allegatur & dicitur Demosthenes apud Gracos maximus orator. Et de Cicero flore, & tuba Romani eloquij fit mentio in le. Cicero. ff. de poenit. & in l. Fulcinius. §. quid sit au tem. ff. quibus ex causis in possesso. eatur. & in l. in quaſti. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Et, vt semel finiam, concludit Beroald. in sua declamatione, q; orator Philosophus, & medico est anteponendus. Sic quod credibile est, vt ait, post perorata in causam à tribus fratribus, coram ipsis iudicibus concordi consensu omnibus sententij simul pronunciasse pro oratore. Illique adjudicasse paternam hereditatem. & hæc partem fonet ipse Beroald. cum eslet orator exactissimus, & rota dignitas dicendi suis se existimat, præcipue in Cathedra.

Textor in sua officina sub rit. oratorum quorūdam nomina, scribit plures oratores fusse: sed ferè omnes per eum nominati erant pagani, & infideles. Et cum nullos Christianos adnumeret, licet reperiantur plures, etiam ita excellentes, vt Pagani: Ideo illos oratores Christianos hic describere volui. & sunt sequentes:

*Dionysius Areopagita Parisorum Episcopus.*

*Dionysius Episcopus Corinthi.*

*Quadratus Apostolorum discipulus, & Athenarū Episcopus.*

*Aristides Philosophus.*

*Philocrates Ephesorum Episcopus.*

*Ignatius Episcopus Antiochenus post beatū Petrum.*

*Polycarp⁹ Io. Apostoli discipulus, Smyrnæ ciuitatis Episcopus.*

*Eusebius Historicus, & Martyr.*

*Philippos Episcopus Creensis.*

*Basilius Episcopus Cesarea Cappadocie.*

*Panteus Philosophus.*

*Gregorius Nazianzenus.*

*Athanafius.*

*Pambulus Martyr.*

*Ioannes Chrysostomus, id est, os aureum.*

*Ioannes Damascenus. Ioannes Cassianus.*

*Damasus Romanus Pontifex.*

*Hilarius Pictaviensis Episcopus.*

*Justinus*

## DECIMA PARS

*Iustinus rhetor, & martyr.*  
*Apollonius rhetor Romanus.*  
*Irenaeus Episcopus Lugdunensis.*  
*Cyprianus Episcopus Carthaginensis.*  
*Idorus Episcopus Hispanensis.*  
*Ambrosius Mediolani Prelulus.*  
*Hieronymus Cardinalis.*  
*Agapitus Hippomensis Episcopus.*  
*Gregorius summus Pontifex.*  
*Fortunatus. Leo Papa.*  
*Fulgentius Episcopus Rusensis.*  
*Hilarius Arelatensis Episcopus.*  
*Sdonius Auernorum Episcopus.*  
*Boetius.*  
*Bernardus natione Burgundus.*  
*Anselmus.*  
*Petrus Damianus.*  
*Petrus Comestor.*  
*Petrus Alphonse.*  
*Franciscus Petrarcha. Bocatus.*  
*Pius Pontifex II.*  
*Bessarion Ecclesie Romanae Cardinalis, & Constantinopolitana Patriarcha.*  
*Paulus gentium Apostolus.*  
*David Regius Propheta.*  
*Salomon sapientissimus Rex.*  
*Irenaeus Propheta sandus ab vetero.*  
*Job aduersus patientissimus.*  
*Prudentius hymnorum scriptor.*

Hic enim fuerunt oratores maximi, & Christiani, quos nominat, & refert Reuerendus quoniam pater dominus Petrus Rolin Canonicus, & Archidiaconus Heduensis sancte sedis Apostolicae protonotarius, & Cuius noster Hedu. in suo excellentissimo libro, quem composituit in defensionem artis oratoriax, in 1. par.

Nam etiam (vtait Cassiod. in expositione Psalterii) *Omnis splendor rhetorica eloquentia, omnis modus Poeticæ elocutionis, qualibet varietas decorè proununtiationis à diuis scripturis sumptu exordium, recitatus in ea. legimus. ver. in Leuitico. lib. i. denique in expositione 37. dist. Ipsa quoque rhetorica pars est ciuilis scientiæ ait Cicero. rhetoriconum. Inde Aduocati dicuntur negotia perorare, hoc est, postulando ornatus loqui. tex. est in 1. In chmni. in fi. C. dc adiocatis denero, iudiciorum. In his enim non requiritur mobilitas linguae, non celeritas verborum, non denique ea, q̄ nobis nō possum⁹ fingere facies, vultus, tonus. In oratore autem acumen Dialecticorum, sententia Philosophorum, verba prudentium Poëtarum, memoria luriſconfitorum, vox Tragodorum, gestum penè summum citatiorem non fane displacet adhibere. Educēdi deinde dictio est ex hac domo, & exercitatione, & vmbriatuli, medium in agmen, & in puluarem, in clamorem, in castra, atque in aciem forensem subeundus usus omnium,*

& periclitandæ virtes ingenij. Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Legendietiam Poëta, cognoscendæ Historias, omnium bonarum artium Doctores atque scripentes legendi, & peruvoluendi, & exercitationis candandi, & interpretandi, corrigendi, viruperandi, disperandumq; de omni te in contrarias partas. Et quicquid erit in quaqueret, quod probabile descripsit, eligendum atque discendum, & perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, perciplienda omnis antiquitas, senatoria consuetudines, disciplina, Recipilibus iura, sociorum federacionis, & libandus ex omni urbanitate gene re factiarum quidam lepos, quo tanquam lata conspergatur omnis oratio, vtait Cicero, lib. i. de Oratore. Neque enim solum acudenda nobis, neque proclaudenda lingua est, sed inueniendam, compleendumque peccatum maxima rerum suarum, copia, & vertate, vt idem ibi ait in secundo, huc Lue. de Pen. in rub. de legationibus, prælibato. C. vbi etiam dicit, quod potissimum erat debent habere virtutem oratoriam, tenuit, & facundia, & quod ad huiusmodi legem officium præcipue luriſperiti sunt afflumenti, & consueverunt assumi, qui maximè facunda polleant.

Reperiuntur etiam plures alii Christiani oratores, qui non sunt connumerati à prædicto domino Petro Rolin, vt sunt Gregorius Turonensis, Annonius monachus (licet alij Ammonius dicant) Benedictinus, & Gallus, &c. qui elici & extrahi possunt ab historiographis, præcipue à Collectanea de scriptoribus Ecclesi, quos hic infraecepit etiam fastidiosum quam vilie, ideo reuertitur ad illam.

Ex quibus cognosci potest, quod satis absunt dicit Antoninus Florentinus omnes artes, & literales, & mechanicas inuentas suis ab infidelibus, & reprobis hominibus cum si bene considereret, omnes scientiæ, maximè principales fuerunt inuenta à viris honestissimis, & à Deo approbatis. Primo, ipse Deus caput, & autor est ratiocinatio, scientia & sapientia, vt plesie in d. c. legimus, circa fi. 37. dist. Secundò ab Adam omnes scientiæ inuenta & demonstratae fuerunt. Nam etiam Iosephus in 1. antiq. tradit liberos Seth, Adelphi, & duabus columnis disciplinam rerum celestium à se primò inuentam concripsisse, & sic coadūtante diluvium Noe omiuinosum exiisse lacra rum, & scientiarum. Post vniuersale diluvium, quo homines perierunt, etiam literatum monumenta deleta fuerunt. ) Noc literarum aniumque rationem restaurasse, atq; Prophetas: vt Abraham, Moysen, Eydram scribam legisque doctorem, & iuris, & introductiſc tempera: bitratusque. Et in testem propriam adduco Polydorini de inventoribus rerum, lib. i. c. 6. Et sic theologia à Prophetis, ars etiam oratoria à Daniel, Salomone, Jeremias,

ma, & plerisque alijs inuenta sunt. Et nullus alias  
vol Dauidem fuit elegantior eo, quicquid senti-  
oratores, & Historiographi de alijs vero suo  
ad dicentes.

Sciendum est etiam, quod intentio Principis  
orat. Oratores maximè legum, ditissimi efficien-  
tia, in proc. s. nos vero ibi, ditissimi  
elegatores efficiantur, iam supra allegato. Ad  
etiam facit lex per hanc s. sexcentis. C. de ad  
oculis diuersor. iud. & leges neque in paupertate,  
vix, neque mori in anxietate permittunt. text.  
authen. de hæredib. & Falcidia, collatio. i. vnde  
datur:

*Eritis decretatum, lex lucra ministrat.*

*Patiem Mose, thalamos medicina subintra.*

Exterum. vt notatur in d. s. nos vero.

*Da Galenus opes, & sanctio Iustiniana.*

*Ex alijs paleas, ex iis collige grana.*

Et Proverb. 8. dicitur. De fructu oris viri reple-  
ntur venter eius, & genimina labiorum ipsius fa-  
cerebunt eum. & 12. c. de fructu oris sui vnuquis  
completur bonis. & hochabet eruditio, & la-  
menta, quod vitam tribuit possestori suo. Excle-  
. 8. Proverb. 8. In vijs iustitia ambulo, vt ditem di-  
gitates me, & thesa autorum repleam. & cap.  
Anima qua benedicit, impinguabitur. Ipsa  
eaque iura nimis appetunt literatos honorari,  
et dari, vni c. de multa. in fi. de præbendis in an-  
tiquis, & Proverb. c. 8. dicit Sapiens, Mecum sunt  
gloria, opes supernæ, & iustitia.

Vadagesima quinta confid. Ars Poëtica lau-  
dabilis est, ipsique Poëta laudandi sunt. Et  
autem laudem illotum plures enauigauerint: ta-  
men copiosius, & præclare de his differunt Beron.  
oratione habita in narratione Lucani, vbi sic  
conditum: Poëtica in primis sacratissima est, quæ  
anquim primariam quandam Philosophiam esse  
siderunt, quæ à cunabulis viuendi formulam  
docebat, quæ mores, quæ affectiones ostende-  
bat. Quæ res gerendas cum iucunditate præcipe-  
re videlicet ait Horatius:

*O puer tenerum, balbumq; Poeta figurat.*

*Mox etiam pectus præceptis format amici;*

*Instruit exemplis, in opem solatur, & egrum.*

*Cæptopter ciuitates Gracorum eruditissime  
libros in poësi primis erudiebant, solum Poë-*

*ta, spicente in esse dicentes. Et vt diuus August.*

*crebat, Poëta theologi dicti fuerunt, cum de*

*los immortalibus diuinitus multa scriberent.*

*Quales Orpheus, Musæus, Linus suis commen-*

*tiorantur. Quippe artis Poëtica studia, vt scribit*

*Ciceru, adolescentiam alunt, senectutem oble-*

*ctant, secundas res ornant, aduersis solatium præ-*

*stat: Oblectant domi, non impediunt foris,*

*modant nobiscum, peregrinantur, rusticant-*

*ur.*

Huc accedit, quod decor Poëticus exercetur

ab otatore, vt testis est Corne. quod oratori lectione  
nem Poëtarum plurimum conferte Theophras-  
tus affirmat, vt hic ante in prece. consid. aliquid di-  
ctum est, apud quos in rebus spiritus, in verbis sub  
limitas, in effectibus motus omnis, & in personis  
decor exprimitur: ideoq; in hac lectione ipse Ci-  
cero existimat esse quietendum, atque omnem  
loquendi elegantiam expoliri augeri. Est enim  
finitimus oratori Poëta, suntq; inter se cognatio-  
ne quadam coniuncti.

Denique, vt Cicero ait, se à summis hominibus  
eruditissimis accepisse. Cum ceterarum re-  
rum studia præceptis constant atq; doctrina: Poë-  
ta solipsa natura valent, & mentis viribus exci-  
tantur, & quasi diuino quodam spiritu inflamnat-  
ur. Vnde Plato ille diuinus scribit lib. 3. de legib;  
Poëtarum genus esse diuinum. & ab eodem dici-  
tur in libello de furore poëticō, Poëtas diuino in-  
stinctu concitatos cundem furorem interpretib.  
insundere, imitarique magnetis lapidis naturam,  
qui non solum ferreos annulos trahit, sed eadem  
trahendi vim ipsis annulis latenter insinuat. Ori-  
genes quoq; in libris Ecclesiæ, quibus titulus est,  
Peri archon. virtutem quandam esse docet spiri-  
tualem, quæ Poëtam inspirat, cuius inspiratione  
Poëta repleantur. Platonis, Origenisque senten-  
tia astupulatus Ovidius, sic scribens:

*Eft Deus in nobis, agitante calcimis illo.*

Et alibi:

*Eft Deus in nobis, sunt & commerciati,*  
*Sedibus æthereis spiritus ille venit.*

Idcirco merito Poëtas prisci sacros intitularunt.  
Vnde ab eodem scribitur:

*At sacri rates, & Diuum cura vocamur.*

Et Calphurnius in Bucolicis ait:

*Ile fuit rates facer.*

Et Lucanus:

*O facer, & magnus ratum labor.*

Ennius vero sanctos Poëtas appellat, qui quasi  
Deorum aliquo dono, & munere prædicti esse vi-  
deantur.

Hinc est, quod Poëta antiquitus in maxima ve-  
neratione, maximoq; precio habebantur: quod à  
Principib; souebantur, quod à Regib; ditabantur,  
quod ab omnib; certatim ainabantur. Vnde ob-  
id vere & pulchre canit Naso:

*Cura Ducum fuerant olim Regumq; Poeta,*

*Præmiaq; antiqui magna tulere chorii.*

*Sanctaq; maiestas, & erat venerabile nomen*

*Vatis, & largæ sapienti dabantur opes.*

Nam vt hic ante in 7. confid. scriptum est. Cha-  
rus fuis Scipioni Africano Ennius. Charus Archi-  
as merito atque Lucullus. Cherilū Poëram quam-  
uis ignobiliter in delitijs habuit Alexander. Vir-  
gilium fuit Augustus, cuius versiculos cum in  
Theatro Pop. Rom. audisset, surrexit vniuersus,  
præsentem, spectantemq; Virgilium, tanquam Au-  
gustum

## DECIMA PARS

gustum veneratus est. Horatium Mecenas adamauit. Tibullum Messalla dilexit. Papinum Domitianus aureo Palladio coronauit. Aufonium Gratiianus consulatu decorauit. Neque solum viuentes Poëta; qui honoriscentius vates dici existimātur, sed etiam defuncti venerabiles extiterunt. Si quidem Alexander Magnus, cum inter spolia Darij Persarum Regis scrinio lumen cepisset, auro, gemis, ac margaritis preciosum, in eis libros Homericos reposuit, ut preciosissimum humani ingenij opus opere ditissimo seruaretur. Idem Homerum adeo diligebat, ut eius Iliada, quod diuinum poēma edidicerat, quod viaticum rei militaris appellabat, noctu sub puluino, vna cum pugione subiiceret, & ira cum Homero Poëtarum Principe vigilabat, cum Homero dormiebat. Idē Pindari in eis Lyricos Poëtas præstantissimi, familiæ ac penatibus parci iussit, cum Thebas euerteret. Alter vero Alexander, qui Romano præfuit Imperio, Virgilium ad eō admirabatur, ut cū Platonicem Poëtarum vocarer, eiusque imaginem in Latario consecraret. Quinetiam Aelius Verus Romanus Imperator Martialem Epigrammaticum Poëtam, itum Virgilium nuncupabat. Quod & de Fausto apud nos factum est, qui Poëta Regius, saepeque regineus dictus est temporibus Caro's VIII. Ludouici XI. & Francisci I. hodie moderantis Francorum Regnum, & ab eis optime stipendiatus semper extitit.

Huc adde, quod etiam Dijamatores, vltoreisq; extiterunt Poëtarum: Siquidem Apollinis oraculum, ut inquit Eusebius Pamphilus, Euripidem laudibus in eccliam tulit, & Archiam tāquam celestem, ac profanum iussit exire de templo, qd Archilochū Poëtam interfecisset. Sophocle quoq; tragici corurn Principē Liber pater tanquā delicias suas sepeliri iussit.

Præterea Poëta quadam suauiloquentia adeo sunt dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur: quorum autoritas tanta est, ut illorum dicta pro certissimis testimonijs habeantur. Nam & Plato, & Aristoteles Principes Philosophorum Homeri, aliorumque Poëtarum carminibus suas sententias, & sua dicta saepe corroborant.

Quin etiam lurisq; sulti illi sanctissimi in libris fforum, frequenter allegant Poëticos versus. Maxime in leg. i. g. sed in vbi ter sit menuio de verib. Homeri. ff. de contrahen. emp. & vend. & in h. itē precium, cum g. sequ. inst. e. titu. & in l. aut facta. g. ff. de poenis. vbi Homerus præcipius Poëtarum dicitur, & in l. non facile. g. affl. ibi, viti soror. ff. de gradib. & de Virgilio fit mentio in l. in tantu. in fi. ibi restis in ea re est Virgi. ff. de rē diuisi. Verum etiam in leg. quæ extrinsecus. in princip. ff. de ver. obli. apponuntur haec verba Virgilii, *Amor virumque cano.* & in plerisq; alijs locis citant testimonia Poëtarum.

In decretis quoque Virgilij carmina afferuntur,

vt in c. nunquā de conse. dist. 5. & ibi in c. legimus. Horatius allegatur. item Lucan' in c. nec murum. §. magi. 21. q. 6.

Et Apostolus Paulus vas electionis, Tuba et gelij, & sanctarum scripturarum armarium? octas studiosè legis videtur: Qui (ut habetur Epistola ad Titum) illum versiculum Paridis Poëta recitat: Cretenses semper mendax, bestia, & ventres pigri. Et apud Athenenses in Areopago, hoc est, Martis curia disputatione, lud Arati Poëta inducit: In quo viuimus, morimur, & sumus, habetur Actuum 17. Præterea subiit Exodi 3. & 11. & recitat in cap. legimus distin. Dominus præcepit Ita clitis, ut Argentum argento spoliarent, Tropologicè intelligens, id est, eloquentiam apud Poetas tam colligerent, possiderent, in viuimque salutem & eruditiois applicarent, ut dicit tex. in d. cal. gnius.

David quoque ille Psalmographus Psaltem numeris Poeticis concinnauit. Quod, ut inquit Hiero, in morem Horati, & Pindari, nunc imbecurrit, nunc alcaico pertonat, nūc sapientiam met, nūc semipede ingreditur.

Denique Esaiæ, & Job, & Salomonis lucet volumina hexametris versi. (vt Iosephus & Onogenes scribunt) apud Hebreos composita decurrit. Quinetiam, ut Cassiodorus attestatur, recitans in d. c. legimus. Omnis poëtica elocutio à d. c. scriptis sumpli exordium, adeo musica, ventus, lepusque poëticus existimat est omni effluvitate refertissimus, adeo Carmina modulis numerosi placuerunt, ut Deos existimarent esse placabiliores si eos versib. adorarent, & carminibus precearentur, Vnde ab Horat. dicitur:

*Carmine Di superiplacanur, carmine manet.*

F. r. o. a. minus vere quam secunde ait Lucifer.

*Carmope requies horumin, Diuumq; relata.*

Igitur sanctum ac venerabile nonnullum Poëtarum, qui Principibus chari sunt, qui fouentur à bonis, quorum carmina ediscuntur à literatis. Quoniam versus terribilissimi aures Deorum muleant, colique exorribiles mortalib. faciunt. Qui quibusdam figuris adumbrari multa saluberrima precipit, adhortantur: sententias è penitralibus Philosophiarum & de promptas sub velamento quadam interserunt, mentes nostras optimis consilij frequentiter instruunt, & ut testis est Manlius:

*Omnigenus rerum dolli cecinere Poete.*

Item linguam ornant, facundiam auget, & suscipiente litem verborum faciunt copiosissimam.

Denique solis penè Poëtis datum est, ut ad laudandum & vituperandum patiter sint accommodati: & quemadmodum immortalis laude donantur illi quos verbis extollunt, amant, ita indebet illi notantur insania, quos maledicis carminibus insectantur. Merito nos admonet Socrates Platon-

Mationis, vt diligenter caueamus, ne Poëticum  
omnem quempiam nobis infensum habeas.  
Et Principes quos versibus ornant, Diui seu  
mortales efficiuntur, quod Horatius sic expri-  
mit:

Dignum laude virum musa vetat mori.

Celomus a bear.

Hec Beroal. vbi supra, vbi etiā excusat Poëtas,  
quilibet atq; amatoria carmina cantare, & de-  
promere evidenter.

Buteus vcrō in suis annotationib. in le. i. ff. de-  
monstraten. emp. plura de laude Poëtis expla-  
nat. Etiam F. Patriitus in lib. 2. de institutione Rei  
publicae titu. 6. ait, quod Poëta in ciuitatibus te-  
nentur, & honore a clande decorandi, qui cō-  
mendatissimi omnibus esse debet. Cum propter  
eum raritatem (nihil enim rarius in omni ho-  
num tuo optimo Poëta inueniri potest) tum  
propter ingenii magnitudinem diuinamq; natu-  
ram, & supra dictum est. Igitur (vt post plura om̄is  
aperiuerat tibi Patriitus) Poëta ab optima ciuita  
incipendi & alendi sunt, cum viles ad modum  
decorantur. Quid enim grammaticē sine Poë-  
tam peraltatione eruditio habet? Ver-  
suum elegantia, linguae proprietas, suaves trāſla-  
tiones, verborum sententiarumq; licentia, qua  
rationes, quasi stellis quibusdam ornant, nonne  
tū Poëti inuenta, & suis locis collocata ac di-  
stincta sunt? Qui verò scripsirint in poësi tam Gr̄  
et quād Latini, vide per Textorem in sua offici-  
alitate de Poëtis Gr̄ecis & Latinit. Vbi serè insi-  
nos connumerat. Sed inter Gratos excellētior  
Homerus, & inter Latinos Virgilius, pro quo  
tamq; sed ius, in f. de iure nat. gen. & ciui. in insti-  
tutib. & Beroal. de re rustica, hoc est, in oratione  
habita in enarratione Georgici carminis. Et de  
ad eiusmodi usque satis succincte ibi describit i-  
n Textor.

Sed de Poëtarum Comicorum Latinorum gra-  
m. & ordine dignitatis autore Aul. Gellio noctiū  
satrarum lib. 13. c. 24. Sedigitus in lib. quem scri-  
psit de pueris, & quem præstare ex omnib. catēris  
ac deinceps quo quæque in loco, & honore  
versib. suis demonstrat:

*Valas incertos certare hanc rem vidimus,  
Palam Porta comicu cui deferant.  
Eum (indice me) errorem dissolam tibi,  
Victris si quis sentiat, nibil sentiat.  
Cetlio palmam statuo de comicu,  
Platus secundus facile exuperat catēros.  
Den Neuins qui ferue precio in tertio est.  
Si quād quartu defetur, dabitur Lycinio.  
Post iniqui Lacinium, facio Attilium.  
In sexto consequitur hos Terentius.  
Terpilius septimum, Trabea octauum obtinet.  
Nino loco esse facile facio Lucium.  
Addo decimum antiquitatis causa Ennium.*

Vadragesimā scxta consideratio. Historicī  
etiam in ciuitatibus recipiendi, & inter alios  
literatos laudandi sunt. Quoniam (inquit Beroal-  
dus) in oratione per eum habita in enarratione  
Titi Linij, cuius verba transportare curauit. Cum  
omnium disciplinarum cognitione utilis atque iu-  
cunda mortalibus sit: Historia cognitionem, me-  
dius fidius utilissimā iucundissimāque esse cen-  
so, ex quo cum multum omnibus scriptorib. de-  
beamus, qui non sibi, sed etiam posteris vixisse  
creduntur, plurimum profecto historicis debere  
nos non possumus inificari, quorum laborac in  
dustria effectum est, ut omnium etatū, omnium  
gentium, omnium populorum res gestae, om-  
nia præclara facinora tacentur a nobis, intelligen-  
ter, & cognoscerentur: ut cuncta illustriſſi-  
morum virorum dicta facta memoratu digna  
contueri, ediscere, & recordari liceret, qua quidem  
re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil ma-  
gnificientius, ex cogitari posse contendemus.

Etenim (vt à Cicerone scriptū est) nihil carum  
rēcum scire, que antequam nascēs facte sint, hoc  
est, semper esse puerum. Cognoscere verò res ge-  
stas, antiquitatū, cōplorumq; meiorabilium  
habere notitiam, virile, decorum, laudabileq; ac  
propè diuinum est.

Scibis ideo maior autoritas & fides est, Quo-  
niam ob longam etatū plurimas res nosse, ac vi-  
disse creduntur, & in antiquis est sapientia, & in  
multo tempore prudentia. Job. 12. Ad hoc Iuueni  
bus cognitione historiarum valet, ut etiā anteactis  
seculis vixisse videantur, & illi profecto adolescen-  
tes, qui historias habeant ad inanum & exempla  
illūstriū virorum in promptu, tanto senib. sunt  
anteponendi, quanto plura negotia complecti-  
tur historia multarum etatū, quā faciat homi-  
nis vita longissima.

Accedat, quod qui bon⁹ orator esse affectat, in  
primis abundare debet exemplorum copia. & legi-  
ssime atque nossequam plurima. Nam cum histo-  
ria testis sit temporum, lux, & Euangeliū verita-  
tis, magistra vita, nuncia antiquitatis, nihil am-  
bigitur, quin orator optimus esse non possit, nisi  
fuerit vetus, & cōplorumq; cognitione instru-  
ctissimus. Nisi historias perinde ac vngues suos ha-  
buerit exploratissimas: quoniam, vt inquit Quintilian⁹: Historias alere orationem molli quodam  
ac iucundo succo.

Præterea opera pretium est, teste Liuio lib. i. in  
voluminibus historicorum cuiusque exempli do-  
cumento, velut in monumento insigni posita  
contemplari, intueri. Vnde quæ sestända sit de-  
promere, ac nobis proponere ad imitandum, quæ  
fugienda cauere possimus: quia (vt vere inquit  
Diodorus) pulchrum est aliorum erroribus vi-  
tam nostram in melius instituire, & quid appre-  
pendum, sugrediāmūc sit ex aliorū exemplis posse

## DECIMA PARS

cognoscere, vnde merito Demeritius Phalerus Problematum Regem subinde admonebat, ut libros de Imperio Regnoq; compositos legeret s<sup>e</sup>pissime. Quoniam, quia amici timent Principib; dice re aut demonstrare, ea in libris scripta reperiuntur: hoc est, in cognitione rerum, salubre atque frugiferum scire quib; art. qua disciplina, quib; morib; maxima Imperia orta sint, maximi Imperatores nomē sibi immortale comparauerint. Et edinero quā vitiorum sentina infecta amplissima regna collapsa sint.

In summa, Historia ad id, quod honestum & vtile est, capessendū inflamat, incitat, detestatur virtus, probos extollens, improbos deprimens, prout de legibus dicitur in l. i. circa prin. ff. de iust. & iu. Historiæq; (vt ait Vitrinius) per se tenet letores, cum habeant nouarum rerum varias expectationes.

Ceterum, cum omnes Historicis sint legendi, ediscendi, scriptores potissimum Latini, rerumq; nostrorum narratores sunt colendi, & legendi, quod Historicī Latini sanctiores, varijque Græcis scriptoribus suissē existimantur, teste Satyrico, qui ait: Quicquid Græcia nendaria audet in historia. Annales ideo illorum legamus, qui monumenta rerum gestarum recta, incorrupta, integra atque fideliter conscripta reliquerunt, primam ilam in primis obsernantes legem historiæ, quæ præcipit, ne quid falsi dicatur. Etenim dempta ex historia veritate, ita narratio omnis inutilis, ac pernitius mauca efficitur, sicut corpus animantis in utilis sit oculis effossis: vt scribit Polyb. haec tenus Beroaldus.

Ex quibus satis clare concludendum est Historicos esse laudandos & honorandos, atque Latinos Græcis anteponendos. Et ibi Beroaldus inter caros multum laudat Titum Livium, sed in Epistola per eum habita in declaratione Salustij ait, quod Salustius ob elegantiam inimitabilem quic in scribendo breuitatem, assiduest primas inter historicos partes: teste epigrammatico Poëta, qui sic inquit:

*Hic erit, ne perhibent doctorum corda virorum,  
Crispus Romana primus in historia.*

Ex cuius oratione nil demi sine detrimēto sententia potest, Vnde non iminerito dicit Macrobius Salustium in genere dicendi brenissimo dominari.

Sed attende, dicit insuper Aug. lib. i. suarum orationum in oratione de laudibus historicorum, & oratorum, quod magna semper apud præclaros Principes ac populos non modo Græciq; ac Latij, sed etiam ceterarum totius orbis Nationum atq; gentium laude & gloria digni habitu sunt gloriarum rerum scriptores, qui vel Historias, vel Annales literis commendauerunt, quod plurimum, tum ad antiquitatis memoriam, tum etiam ad iu-

uandam rerum publicarum administrationem scriptorum monumenta prodefevideantur.

In tātū etiam sunt utilitatis Chronicæ, quod probant in causis decidendis, secundum Barol. in leg. i. ff. si cer. pet. Bald. Anto. & alij in ca. mār. dilectos extra de fide inst. post gloss. ibi in verso, magis, & etiam gloss. in verbo transfluit. inc. per venerabilem extra de elect. & gl. i. circa pene un. in c. cum ex literis, extra de recti. in integr. & do. in c. placit. 16. dist. & gl. 2. in c. in nomine domini. 23. dist. & gl. in c. 1. 27. dist. & glo. in va. & lo mani. posito in superscriptione c. ablit. & vbi que Dominicus notat l. dist. & glo. in verbo, regi. n. rib. in processio fforum. in §. hæc autem tria, v referunt. fel. in d. c. inter dilectos. col. 7. vb. etiam dicit idem esse in libris historiarum quo ad facta antiqua secundum Dominicum in c. quamvis ante finem. 21. dist. Et vide etiam de materia dom. meum Ias. in d. l. 1. ff. si cer. pet. Si vis videre nominam multorum scriptorum in historia, recurre ad Textor. in sua officina in c. historiographi plen. Graci & Latini.

**Q**uadragesima septima confi. Ars grammatica, etiam laudanda est, quia in Republica est multum necessaria, cum sit fundamentum omnium liberalium artium, vt dicit Isidorus lib. Enymologia, c. 4. Ideo grammatici ponuntur, & describuntur ante oratores, vt habetur in l. grammaticos. 1. & 2. C. de professo. & medi. li. 10. Nam orator sine grammatica esse non potest, & tamē grammaticus esse potest sine oratoria.

Et vt dicit F. Patritius lib. 2. de institutione Républicæ tit. i. in fi. quod fundamentum omnium disciplinarum est grammatica, proinde (ut inquit) videndum est, vt solidas sit: si alias res educere volueris, quandoquidem inconcinnata, & nubes admodum reliqua doctrina evidenter, quæ in fantasiasunt, & barbaro eloquio harentes. Grammaticæ Romaini tanti secerunt, vt in triujs eam exstantibus publica mercede doceri edixerint: quo circa triuialis scientia diutius nuncupata est. Horaturque ibi Patritius Reipublica præfides, vt current, & publica quidem mercede, vt singulis quæque doctrinæ præceptores habeant, & de ipsi mercedibus, vt constituantur & solvantur. Prædictis etiam aliorum studiorum liberalium præceptoribus cognoscit præses prouincie. tex. int. L & ibi glo. i. sin. de varijs & extraordinarijs cognit. optimius tex. in l. medicos, in fin. C. de præceptoribus & medicis. libr. 10. Et inter alios sine regi præfessores grammaticæ: & uō tantum literis, sed etiam moribus probatissimi. Cum euam tales ex cellere alios oportet moribus primum, deinde eundia, vt dicit tex. int. Magistros studiorum. Co. eod. titu. l. vnic. C. de studijs liberalibus Vrb. Romæ. §. oratores. libr. 11. Et sunt innumeres ab omnibus numeribus publicis, & ciuilibus, & personalibus ciuitatis, vt dicit tex. int. medicos, & maxi-

maxime architros, vel exarchiatis grammaticos, & professores alios literarum & doctores. C. eod. & de professoibus, vbi patet, quod grammatici ponuntur in ordine literarum ante legistas. Etiā sunt munera tutela & cura. I. fidus. §. grammatici. §. glossi. de excusatio. tutorum. concordat tex. s. item Rom. instit. cod. tit.

Hoc addicetiani: quoniam, vt dicit text. in ca. si partem grammaticam, 38. distinet. grammaticorum doctrina etiam potest proficer ad vitam, fuerit in meliores ysus assumpta. Etiā in his ar- triuibus, gloriofa, adolescentia edoceenda subirendā est, vt ad profundiores & meliores somnas & doctrinas ascendere valeant. facit text. oratores. supra allega. Et non sunt ferendi (te- Quintiliano in lib. de arte oratoria) qui artem grammaticam, vt tenuem ac ieiunam cauillatur: si fundata fideliter icecerit, quicquid per luxurias finaliter corruet, necessaria pucris, unda schibus, dulcis secerorum comes. Et Au- crēait, quod grammatica est scientia qua a- na cetera aperiuntur, & qua clausa cetera clau- ui. Ex quib. & multis alijs eam plurimum ex- loan. Ludouicus Viualdus de monte Regali opera Regali de persecutionibus Ecclesiae, persecutione 10. & vt dicit, est prima, non tan- tam ordinis dignitatis, sed necessitatis.

Qui autem fuerint grammatici, & qui in gram- matice scripserint, vide per Textorem in sua offi- cia grammatici.

Vadragesimaoctaūa confider. Dialectica et- iam est laudanda & commendanda. Cum illi philosophorum eam eloquentia comi- dicant. Aristoteles vero & quilibet. Hinc o- tur F. Patritius lib. 2. tit. 5. in libr. de institutio- ne Republice, eam ciuili viro non negligendam, quod iter ad alias quaecumque disciplinas a- scendentibus aperire videtur, tu, quod ingenium tu, & ad veritatem cernendam maximas vires inere cernitur.

Nam, cum duo sint orationis genera, alterum perennum cui oratoria praeceps, alterum concisū, & dialectice, utrumq; necessarium est, vnu pro- batur alterum persuadere volenti. Licet primum agis ciuile esse videarur, quando suadendo persuadendo, molliori quadam via animos in- tam suam alliciat; hoc vero secundū ma- gis orquere videtur, quod probare nititur: & in altera concisis seu trunatis orationibus nos- sentiam suam rapit, cogitq; ea latere verbis, non inquam animo nullo modo assentiri possumus: hastamen disciplinas Zeno adeo con- siderat, thāc compresē in pugnum manus, illam vero explicitē, ac planē similē esse dicit: vt eunq; en sit, rhetorice fine dialectica imbellem, sicut vero sine rhetorica rudem omnino, & qualiter quiem esse arbitratur. Ex quo iuuenes shortantur ylli inqulgeant, quo melius dissi-

nire ac diuidere valeant, & sua acrius probare, alie na verò fortius infringere possint: vtique ad alias disciplinas parati magis accedant.

Et licet quodammodo, vt ait Hietonymus su- per epistolam ad Titium recitatus in ca. si quis ar- tem. 37. distinet. Si recte loquendi rationem ha- beat, & inter vera & falsa dijicit, non improbe- tur ab Ecclesia. tamen, quia non multum placuit Deo patri, filio, & spiritui sancto, vt in c. omnem. ea. distinet. & dialecticorum sophismata sint ten- dicula, & phantasmat, & vmbra quædam & imagi- nes quæ cito perefit, & resoluuntur, vt in c. vnicō. ea. distinet. Ideo alter circa laudem illius non insisto.

Probat tamen certis rationibus Io. Lud. Viual- dus in suo opere Regali, in tractat. de persecutio- nibus Ecclesiae Dei, in decima persecutione, quod Theologus tenet scire Dialecticam, quam ibi probat esse necessariam theologo, & eam laudat, vrvide poteris.

Sophiste etiam, seu dialectici, in ciuitatibus ha- bendi & admittendi sunt, pro quo rex. in l. vnic. C. de studijs liberalibus vrbis Romæ. §. oratores. lib. 10. Et sunt immunes, vt grammatici & calij profes- sores, & quibus in præcedenti consideratione. perl. medicos. C. de profesi. & medi. lib. 10. Eosta- men excellere oportet moribus, & saecundia. l. ma- gistrorum. C. eod. tit. facit tex. in l. vnic. C. de profesi- toribus qui in vrbe Constantinopolitana docen- tes. lib. 12.

**Q** Vadragesimana consideratio. De sci- entijs mathematicis, præcipue de Arithmetica tractat Cælius lib. suarum antiquarū lectionum. 4. c. 30. ad rem sic ait Pythagoras Italica Philo- sophia Princeps, & eū eo multi, ac eo duce amplissime astrinxerunt, absque mathematico quadri- uio, non facile philosophia apicem contingi, nec verum posse percipi. propterea, qui illud neglexe- rit, philosophari recetè non poterit: quoniam ma- thematicæ disciplina, vt ibi ait. & lib. 9. c. 4. in fin. subsellia quædam fint, ac elemēta vel gradus, qui- bus condescendatur, altiora.

Eas verò sic nuncupatas existimat Anatolius, quod cum cetera disciplinæ deprehendi, vel non docente aliquo possint omnes: Mathematica sub nullius cognitionem veniant, nisi præeuente aliquo, cuius solertia & industria succidantur vepre- ta, vel exurantur, & superciliosa complanentur. Vnde & mathematicum in anima, sicut theoreticum, hoc est, speculatum in moralibus vocat Plutarchus. Equidem & M. Tullius mathemati- cos in magnarum obscuritate, recondita arte multiplieq; ac subtili versari scribit. Sunt qui ex demonstrationum formitate dici mathematicos opinentur.

Ceterum, Initio Geometria præcipue, vt ibi ait Cælius, & Arithmetica in mathematicarū al- bum à Pythagora sunt aduocatæ, q; ad omnē scien-

## DECIMA PARS

tiam, omnemq; disciplinam capessendam, has in primis commodas perspexisset. Hinc & illa iucunda vox Aristippi Socratici, pfluxisse opinatur Cœlius: Qui ex naufragio in Rhodiiorum littus maris in petu, & ventis affilientibus, cum foret excussus, ac inibi mathematicas formulas conspexisset, gaudio gestiens prosiluit, & bene sperare comites iufit, quoniam vestigia hominū nosceret. Sed enim mathematica speculatio ad cogitationis acumen à Platone suscepta est, quia eleuat animum, & ad rerum diuinarum notionem aciem mentis exacuat. Quamobrē, inquit Alcinous, nisi finis istius gratia mathesin experere perrexerimus, omnis nostra indagatio recufira in nihilum, est nudior Leberide, ac Cinclo pauperior.

Hinc F. Patritius lib. 2. de institutione Reipubli cœti. 2. quadripartitam mathematics scientiam cœi viro necessariam esse autūmat: quia, vt prædixi Pythagoras opinatur strustra quenquam philosophari, qui eam non modo primoribus labris (vt dicitur) attigerit, verum oninino exhauserit. Cense etenim, sapientiam earum terum esse, quæ sunt, quæq; substantiam immutabilem habent veram, ratamq; cognitionem. Esse aurem ea solum putat, quæ cum immutabilis substantiæ essent, neque intentione creverent, neq; detractione minucentur, neque accidentibus ullis variarentur, sed propria vi, propriaq; natura semper interentur: veluti sunt qualitates, forme, magnitudines, paruitates, & qualitates, habitudines, actus, dispositiones, ceteraq; eiūmodi qua corpori coagmentantur. Intelligibilia namq; omnia esse dicimus, videri autē corporea talia per se spectacula semper eodem modo inueniuntur: iuncta vero corpori variantur, quippe, quæ omnia suape natura incorpora sunt, vigentq; immutabilis substantiæ ratione, sed corporis contagione mutantur. Subsequenter duas esse substantias asserit: unam continuam, alteram discretam: quarum declaratio nes ibi vide. Et tandem concludit neccliariam esse ciuii viro (quem sapientem esse volumus) huius quadripartitæ scientie cognitionem.

Et, licer Cœli in loco iā citato inferre videatur primam & præcipuam esse Geometriam: Attamen Iudochus Clœtoueus in sua epist. ad introductionem Arithmeticā Iacobi Fabri, prponit Arithmeticā, ybi sic ait. Inter eas disciplinas (quæ mathemata Græci vocant) duas Arithmetica & Geometria, præcipuum sibi vendicant Iocum, quod ad ceteras aſſequendas viam sternant. Ipsique ignoratis, nequicquam reliquis ediscēdis præstetur opera. Quis enim Arithmeticam non edocet, Musices lanè intellexerit? Quis item Geometriæ inexpertus, Inspectiuam, aut Astronomiam propè calluerit? Quam quidem hisce duabus cetera malhecōs partes subjiciantur, ex ipsisq; pendant. Quarum prior Arithmetice numeros ab solutos, corumq; affectiones determinat ad diui-

norum contemplationem priscorum iudicio 10. commodatissima. Et grauissima Pythagoræ authoritate mirum in modum illuſtrata, qui pri mus quidem numerorum perſtrator habens est, corumq; indagatricem Arithmeticam politis reliquit commendatissimam. Is enim ad certa diſpicienda illorum præſidio utque adeo cœtus suisq; creditur, vt de eo non absurdè cœctus videatur Ouid.

Iſq; licet cali regione remotus,  
Mente Deos adijs, & que natura negabat,  
Visibus humanis, oculis eapellorū banſit.

His etiam astipulatur Plato, scribens in Epime nide: Inter omnes liberales artes, & scientias contemplatrices, præcipuam, maximeq; diuinam esse scientiam numerandi. In terrogatus item cur homo animal esſet sapientissimum, respondit fer tur, quia numerare nouerit. Cuius quidem tentia & Aristoteles meminit in problematis. Et sanè non ab re, ne in p[er] id numero, in quaum, serum discernicula, discretionesq; dignoſcere, intercalalia duntaxat homini (vt qui solus omnium rationis sit particeps) concessum esse per quam exploratum: hæc ille. Et vt repetam à loco F. Patritij præallegato, Numerorum quidem cognitionis singulis penè artibus necessaria est, aut enim numerandum est digitis, aut scribendum numeris, supputandaque rationes ad vsum ratiocinandi, qui quoridie penè singulis vsu venit sine qua nū omnino homines esse videntur, & inciviles.

Ex quibus etiam concludo Magistros, & in tali scientiæ expertos esse in ciuitatibus admittendos, & honorandos. Cum huiusmodi scientia non lo luim vtilis, sed etiam necessaria esse creditur.

**Q**uadrageſima considerat. Geometriæ ylde ferè laudibus, & præconijs (quibus laudata extitit Arithmetica) laudāda est: quoniam eam vt ait F. Patritius in lib. 2. de institu. recip. tit. 2. Dimensionis disciplina artes singulas adiuvat, vix enim quippiam agere possumus sine mensura, & turpe ad modum videbitur, in singulis quibusque dimensionibus, anticipitem fieri virum, qui in ecclia homini negotiationibusq; versatur. Hebetis namq; & obtusi ingenij est, vel manifeste omnino negligentia, ea ignorare, quæ singulis quibusque horis necessaria sunt. Et, vt inquit ludicus Clœtoueus in epist. p[er]cc. confid. alleg. ipsa Geometria circa magnitudines earumq; proprietates versatur, quæ à plurimis, maximè Archimedē Syracusano suo ingenio celebratissima effecta est. Is enim teste Plutarcho, machinamentis geometriæ ratione excogitatis Marcelli Romanorum Ducis (cū Syracusas obſidione premere) victoriam multos dies remoratus est. Et hanc quoque disciplinam, ad diuinam anagogē, seu in intelligentiam quam plutinum conducere putauit antiquitas, quæ per circulos, spheras, triquetra, pyramidasq;

&c.

terta id genus: in primis ardua, cognituq; di-  
gusta, peruetligati posse contendit.  
Tertum, Geometria (teste Cœlio lib. antiqu.  
c. 4. l. 30. initium est ac metropolis exterrarum  
centiarum mathematicarum. Hac enim sensi-  
bus inherentes agglutinatosq; auellit assiduè  
educoq; ad intelligibilem, æternamq; naturam,  
cum contemplatio sit Philosophia finis.

Nam etiam Deus satis approbat hanc senten-  
tiam, cum ipse solus mensis est pugillo aquas, &  
cos patino ponderauit, qui appendit tribus di-  
gens molens terræ, & librauit pondere montes &  
colles in statu, ut habetur Esaie 4. c. & iterum 48.  
et Manus quoque mea fundavit terram, & dex-  
tra ea mensa est coelos. Ita ait Io. L. Vitudus in  
fere regali de persecutionib. Ecclesiæ in 10.  
peric. vbi laudat Geometriam, dicens talcm do-  
minum videri necessarium theologo, cum etiam  
scimus Sap. II. Omnia in mensura, numero, & pón-  
tate disponit Dcūs: ut amplè infra in 12. parte, in  
confid. dicetur: Et ars scientia liberaliū artium  
digniter edocenda est, quia per eam diuina ma-  
nus datur. c. de quibusdam. 37. disti. Et quemad-  
modum artes liberales ad virtutem non perdu-  
ant, sed præparant. vide Senecam in epistolis ad  
cellum, epist. 88.

Hec ars est licita, & approbata. I. artem geom-  
etriæ. C. de malefi. & mathema. Imò discere atque  
accere publicè interest, ut ibi text. est formalis.  
Iquo possunt cogi homines ad illam addiscen-  
tiam tamen Lucas de Penna in l. 2. C. de excusa-  
bus artificiis. lib. Jo. vbi ait text. quod tales  
sunt excusationem à muneribus. Et Geometrii  
sunt calculatores, secundum glo. in verb. cal-  
culatores in l. oratione. C. de profes. & medicis. li.  
ii. Sed potius mensores. I. si irruptione. ff. dc in-  
vadit finium regum. l. geometri. & ibi gl. de ex. tu.  
habetur per totum titulum. Si mensor falsum  
modum dixerit, in libris fforum, & ibi Budeus, qui  
namensur. arum describit, quæ singula præ-  
dicta & plura alia recitat. Textor in sua officina.  
et mensura quædam.

Quinque simaprima confid. ad artem musi-  
cas se concurrit, & an cantores, & periti in  
sunt laudandi. Etenim, ut inquit Beroald.  
invenire sua habita in narratione Horatij Flac-  
c. Musica adeo delectabilis est: ut eius dulcedine  
multa viuentia capiantur, cuius origo celestis  
memoratur, ipiusque ratione mundum esse com-  
positum Pythagorici ascriperunt: Vnde theolo-  
gi non musas esse dixerunt, propter octo sphæ-  
ram celestium musicos concentus, & vnam  
maxima continentiam, qua constat ex omni-  
bus, quam Harmonianam nomina auctunt. Cœlum  
autem ipsum canete asseruerunt. Musicam antiquis  
temporib. in veneratione maxima fuisse me-  
mor proditum est, ac maximos Duces fidib. ti-  
mores cecinisse: Quin etiā apud priscos tam Græ-

cos quam Romanos in conuiuis post cœnam ly-  
ra circumferebatur, qua laudes atq; virtutes viro-  
rum fortium canebantur, quam cum olim The-  
mistoës in epulis recusasset, habit' est indoctior,  
testis est Cicero in Tusculan. contra laudatus Epa-  
minondas Thebanus, quod cithatizare, & canta-  
re ad chordarum sonum esset eruditus. Socrates  
quoq; iam senio cōfectus, instruilyra nō erubuit:  
Et Plato, ciuili viro quem politicum vocat musi-  
cam credit esse necessariā. Et Aristoteles in politi-  
cis dicit Musicā inter disciplinas illustres esse col-  
locatā, quam vna cū literis, & gymnaſistica ado-  
lescentes priscis temporib. discere confūcerunt.

Et hāc tencris annis didici in gymnasij: quia  
olim & tempore meo præceptores, & gymnasiar-  
cha his in hebdomada post prādiū, loco solatij,  
& recreationis musicam docebant, quod hodie  
male obseruat: sed hoc contingit, quia ignari  
sunt illius scientia. Ideo non est in honore quem-  
admodum suit & esse deberet.

Deniq; F. Patritius in præfatione de iustitio-  
ne Republicæ dicit, quod libera sunt hominum  
ingenia, & quisque ad ea studia incenditur, quæ  
patria consuetudine laudatur, musices laus in om-  
ni Gracia quād maxima habebatur. Nec quis  
quād sati egregius, satiisque cruditus videri poterat,  
qui eiusmodi discipline expers esset, quo circa eā  
in senectute didicit, ut dixi. quam quidem ipse So-  
crates apud Platōnem tantum facit, ut ad eius nume-  
rum pleraq; in Republica constituit, & muratio-  
nem quoq; hatmonia, seu musices deterrimam,  
periculofamq; Republica arbitretur. Hęc etiam,  
& plura recitat idē Patritius lib. 2. t. 2. & Cœlius li.  
antiquarum lectionum 5. c. 20. in prin. vbi etiam  
recitat: quod Lycurgus, quamvis durissimas Lace-  
cedemonijs suis leges iniungeret, musices tamen  
studium egregiè videtur amplexatus, quando ip-  
sam hac natura parens impertiuit sc̄ animaduertit,  
quo trāsmitti laborum onus molestissimum  
proclivius posset. Remigem, ut Fabius inquit, can-  
tus hortatur, & singulorum fatigatio quamlibet  
se rudi modulatione solatur.

Musica antiquis sacrificijs ac funerib. adhi-  
bebatur. Cūras enim abigit, clementiam suaderet,  
& ad mulcendos affectus plurimum valet, &, ut in  
quit elegāter apud Philostratum Canius tibicen,  
Musica mōrētibus adimit mōrētē, hilares effi-  
cit hilariiores, amatorem calidiorem, religiosum  
ad Deos laudandos paratiorem, cademque varijs  
mōribus accōmodata animos auditorum quo-  
cunq; vult sensim trahit, ut ait Beroal. in dicta epi-  
stola. Magnus equidem iuxta Cithareodum Theo-  
philū, stabilisq; thesaurus musica est: mores enim  
instuit, componitq; atq; mollit irarum ardores,  
quod vel Homericus abunde Achilles denotat.

Pythagoras, & qui deinceps studia confectati  
sunt eadem, mundum ipsum nō citra musices ra-  
tiones concinnatū, cōpositumq; argumētorum  
subti-

## DECIMA PARS

subtilitate vissunt. Quum & artium veluti præstantissima diuinis se inscrut rebus. & quod testatur Ptolemaus, numinibus placandis adhibetur. Plato etiam gentibus contributam putat musicam, præclarus quoddam, præstantiusque opus. Nam cum sit concinnitatis inter frequentamenta varia præcipue artifex musica, non i deo à Diis data, ut ad litias conuentamus, & aurium pruritus: sed ut q̄ anima consonantiam turbat, & harmoniam humiuse voluptatis delinimēto sedari, ac ad ordinem redigi valeat, vt ait Cælius vbi supra.

Pythagoricis etiā moris fuit animos ad lyram excitare, vellenire, neque solum perturbationib. animorum, sed etiam corporis morbis medetur musica modulatio. Cum ad febrem quoque ac vulnera cantiones quotidie adhibeantur. Nam legitur quod à Pēone, & nonnullis alijs medicis agroci penè desperatae salutis musica oblectamentis curati fuerunt.

Quapropter laudatus est Zenocrates, qui organizationis modulis lymphaticos liberabat.

Et Aselepiades, qui tubarum cantu surdissimis medebatur. Thcophraustus quoque, ad affectiones animi moderandas tibias adhibuisse fertur. Quin etiam traditum est Thaletem Cretensem, cithara suavitati morbos ac pestilentiam fuguisse.

Ismeniam illum tibicinē celeberrimum, Boetius & cōplures Ischiacos, seu Seiathico morbo diuexatos, modulis suauioribꝫ persanastē tradunt. Et in testamento Veteris scriptum est, quemadmodum Dauide eitharizante, Saul refocillabatur à furore demētiae, quo identidem corripiebatur, vt habetur i. Reg. 16. fin.

Quid, Nōnne Bella musicis modulationib. accenduntur? quid aliud in Romanis legionibus litui, tubæ, cornuaque moliebantur? quorum cōcentus, equos, militesque pariter acuebat, & animabat. Lyceurgus etenim tibias in re militari constituit, quib. progreslui, recesslui que canerent, & animos militū adeo incitarent, vt ignauissimi etiam concentu concitati, fortissimi aliquando euaserint, patriaeque victoriam pepererint, velut in bello contra Meseniōs, in quo iam succumbebant in aie Lacedæmonij, quod animaduerteret Tyrtheus tibicen egregius, mutatis tibiae modulis, adeo militum animos in pugnam concitauit, acioresque reddidit, vt Meseniōs iam penē vītores Lacedæmonij subiecerint. Cretenſes etiam impetum in hostes facturi lyra seu cithara modulis incitabantur. Argui autem tibiae, sicut Latini tubarū clangore. Et Galli olim cornū strepitū, nunc vero tibiis ex ēre fabrefactis, & sonorosis. Et de multis tibiarum speciebus scribit Cælius, lib. antiquarum lectionum. 5. c. 26. Sed ad rem redeo. Nōnne Amazones ad calamos arma tractabāt? Nōnne Halyates Lydorū Rex (vt author est Herodotus) in exercitu habuit cōcinnantes fistulatores, atq; fidicinas?

Timotheus quoque musicus, vt testis est Dioprusensis, celebratur, quod Alex. Magnum nūtiale per id tempus cogitantem musici cantus modulatione adarma corripieda inflammaret, idem inflammatum mutato concentu cohibere. Is enī decimam & vndecimam lyra chordam addidit, & antiquam Musicam in meliore modis mutauit: & huius Timothæi meminit Cicero lib. 2. de legibus. Profuit ergo Lacedæmonij musica, profuit Alexan. & multis. Et quām utilis sit Musica, incidat nobis Ariō Methynicus citharebus, & Poeta Lyricus, dum Leſbon patrā petere videret, insidias & coniurationem parari fibiōcīs, vel nautis, quibus cū nauigabat, propter operas serbat secum, rapta cithara nonnihil proumodulans, in mare se coniecit. Cuius cantu plectus Delphin, dorso exceptum portauit ad litus, hoc est in Laconiam, antequam Nauitū illuc applicuerint: in enī rei monumentum crebat illi statua cum Græco epigrāmate, quod Raphaël Volaterranus latinum fecit hoc modo:

Cernis amatorem, qui rex Arionā Delphī:  
A Siculo subiens pondera grata manū.

Ouid. libr. 2. Fastorum de eo abunde meminit his verbis:

Quod mare non nouit? que nescit Arionā illā?  
Carmine currentes ille tenet aquas.  
Sepe sequens agnam lupus est à voceret emū,  
Sepe auidum fugiens restitit agna lupum.  
Sepe canes leporēq; umbras iacuere sub rā,  
Efectus in dō proximacerau Lea.  
Estine liteloxa cī Palladis alite cornix  
Sedit, & acipitriū iuncta columba fuit.  
Cynthias apace tuū fertur vocalis Arion,  
Tanquam fraternis obſlupiſſe modis.  
Nomen Arionium Siculas implauerat r̄bēt,  
Captaque erat lyricū Aſonis orasonis,  
Indedomī repetens puppim confende Arion,  
Atque ita quæſitas arte ferrebat opū.  
Forſitan infelix ventor yndasq; timebat,  
At tibē nauē tua tutius egor erat.  
Namque gubernato districto constituit,  
Ceteraque armata confisa turbamauit.  
Quid tibi cum gladio dubiam regenauit puppim,  
Non sunt hac dignis armatenendauit.  
Ille metu pauidus, mortem non deprecansq;  
Sed liceat ſumpta pauca reſerve lyra.

Et subiungit:  
Proinus in medias ornatus defili yndas;  
Spargitur impulsa carula puppī aqua.  
Inde ( fidemaius ) tergo delphinarēvū,  
Se memorant oneri ſuppoſuſſe nouo.  
Ille fedet, citharamq; tenet preciumq; rebendī,  
Cantat, & aquoreas carmine mulcet aquas.

De hoc etiam sati loquuntur Herodotus in Clio, & post eum Aul. Gellius in suis commentariis noctium Atticarum. lib. 16. c. vlt. vbi fabulam

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

249

*afficerit. Etab Arionelyra vocat ut Aronia. Idē  
dearce.*

*Quamvis mutus erat, vocis fauissē putatur  
Pjūcī Arionē fabula nota lyra.*

Quid pacis munia, nō unē apud antiquos musi-  
cantesibus lātēs celebrata fuerit? quod & adhuc  
stemporibus obsecutissime fit apud nos, dum  
canticū publicā latitiae, & foci festiui, ob quid  
peri, vel pacem compositam, aut partam vi-  
ctoriam, natuitatemque Dalphini, seu primoge-  
regis, & luiusmodi.

Ceterum huius magna vis ad animos in quem  
affectionē commouendos. Pythagoram e-  
cepimus concitatos iuuenes ad vim pudici-  
am afferendam mutatis in spondēum tibi-  
lis, compressisse.

Et quoque discipulus Empedocles Agrigen-  
tūs būndūm adolescentem (qui eius hospi-  
dānū patris accusatorem gladio adorire-  
cūtare uocauit, & placatum, mansuetumq;  
dedit.

Et Caius Gracchus, sc̄e populum Roma. in vo-  
cē suā pellexit, cum concionāti sibi ser-  
uissent, qui fistulæ modulis affectus oratio-  
nē praeclentes redderet. Etenim plures  
vōniū ciuitates, vt Martianus affirmat ad ly-  
leges, decretaque publica recitabant. Quid  
taū musicas disciplina, non solum homines,  
etiam bruta animalia demuleat. Cerui fi-  
ciū cantu capiuntur, Delphines, vt ante pa-  
ca arte mulcentur, Aues fistulis alliciuntur.  
Architectus quoque citra Musicam perfectus  
est, qui in primis esicax est, vt inquit Vitru-  
vius Balistarū catapultarū scorponumq; tem-  
peratas. Hidraulicas quoque machinas cīscire  
terit sine musicis ratione inib. Cum  
homines reliquaq; animantia, musica  
dominatio eiusq; dulcedine capiatur om-  
nia, celeberrimi scriptores extiterunt, qui  
carmina couponerent, & rythmis musi-  
calisq; modulationibus sua scripta con-  
tra. Quod non solum à Græcis Latinisq; ve-  
niant ab Hebreis factum est. Tanta quippe  
tas, tantaque voluptas in musica modu-  
lū. Quid enim Psalterio Davidico modula-  
tur canorum magis? quod in morem Pin-  
taratij; decurri? Quid Deutero. & Etiax  
aco pulchr'us? Quid Salomone pulchrius?  
aperficiens lob? q̄ominia hexametris, & pen-  
tēus versibus vt eruditī teſtantur, & hie ante  
consideratione dicitum est, apud Hebreos  
P̄fa, circa salebroſam asperitatcm progre-  
ditur.

Q̄ia autem inuentores fuerunt huius scientiā,  
torū instrumentorū musicorū, & quomo-  
derbit Textor in sua officina. c. citare cedī, tibici  
inventores, & musici, & F. Patrius in d. lib. 2. de-

institutione Recipub. ti. 2. & ibi Textor dixit, quod  
Poeta faciunt Orphæum Principem musicę lyrę,  
Dorcas vero cantu citharae apud Thraces secun-  
dam post Orphaeum incruit palnam. Marcianus  
tamen Capella ait: Nam Orpheus, Amphion, Ar-  
ionq; doctissimi, aurata omnes testudine conſo-  
nantēs flexanimum pariter redidite cōcentuni,  
& de his tribus Citharoëdis omnium præstatiſſi-  
mus meminit Pacificus sic:

*Orpheus Euridicen cithara reuocauit ab oreo,  
Ego suis mout saxa nemusq; iugis.  
Pjūcī fuit pelagus per longum vēctus Arion,  
Hactetiam Amphion monia fruxit ope.*

Anaxenori citharedo, M. Ant. tributa quatuor  
ciuitatū legenda concessit, propter cuius attispe-  
ritiam.

Eynomius Citharoëdus Loerēsis statuam, quæ  
inſidentem cithara cicadā habebat. Nam eum  
in certamine, quod cum Aristone regio musico  
de cantu ſuſceperebat, chorda vna fracta defecisset,  
cieada ſuperiuolans vocem fertur ſuppleuifſe. Et  
de plerisq; alijs: vide ibi per Textorem, qui enum-  
erat 77. Et apud pr̄ſcoſtāta fuit copia ac tantus nu-  
merus, vt Cicero neget, ſi fibi duplicitur artas, ſe  
habiturū tempus, quo lyricos poetas omnes per-  
legar. Quorum (teſte Beroal. in epift. in princ. hu-  
iū ſuſcid. allegata) apud Græcos longē Pindarus  
Princeps extitit, apud Latinos Horatius, qui, vt ait  
Quintilianus, ſerē folis lyricorum Poetarum le-  
gi dignus eſt.

Sed vt ſemel finiam, De laude illius etiam ſatis  
conſtat ex dietiſ Isidori. in 3. lib. Etymol. ca. 14. Vbi  
dixit tam turpe eſte musicā nescire, quam literas,  
vt refert Lud. Viual. in ſuo opere regali. in trac̄. de  
persec. Eccle. in 10. perfecu. Eccle. vbi etiam de in-  
uentoribus eiudem ſcribit. Et ait Christum ſuſſe  
ſummiū musicū, & quod plus eſt, quod fere to-  
tum corpus ſacré ſcripturæ non ſolum verſatur  
circa musicam, ſed etiam vniuerſos ad cantādum  
in musicis hortatur. Vnde Daniid, qui teſte Hiero-  
nymo Christum lyra personat, & in decachoto  
Pſalterio ab inſeris excitat resurgentem, in Pſalmi.  
32. ait: Cōfitemini domino in cithara, in pſalterio  
decem chordarū pſallite illi. Cantate ei canticum  
nouum: bene pſallite ei in vociferatione. & Pſal.  
42. Conſitebor tibi in cithara Deus Deus meus,  
quare tristis eſt anima mea, & quare conturbas  
me? Et adhuc nos hortatur ſacra ſcriptura laudare  
dominum in musica, cum dicatur Pſal. 98. Pſallite  
domino in cithara, & voce pſalmi, in tubis duelli-  
libus, & voce tubæ cornea, & Pſalm. 150. Laudate  
eum in ſono tubæ: laudate eum in Pſalterio, & ci-  
thara. Laudate eum in tympano, & choro: laudate  
eum in chordis & organo. & laudate eum in cym-  
balis bene ſonantibus: laudate eum in cymbalis  
iubilationis, omnis ſpiritus laudet dominum. Et  
ideo dicitur Eccle. 40. Vinum & Musica laxificant  
cor. & ſuper v̄traque dilectio ſapiencia. Quocirca

R r tam

## DECIMA PARS

tam exemplo, quā ratione satis constat, musicam in civitate admittendā, & ciuili viro vtilem esse: verum necessariam, & non modo animum oblectare, verum ingenium souere, & promptiores alacrioresq; viros reddere, non solum ad rem militarem, verum ad summa quæq; negotia obeunda, diuināq; persoluenda, & venerāda. idcirco in eius commendatione suūmus prolixiores.

**Q**uinquagesima secunda, & postrema cōsideratio, iamiam ad aliam artis, seu scientiæ mathematice partem deuenire nos admonet, quæ Astronomia, vel Astrologia vocatur, quæ tamen inter se dis̄crepant, cum Astronomia Cœli cōsiderationem, ortus, obitus, motusq; siderum continet, vel qua ex causa, ita vocentur.

Astrologia verò partim naturalis, partim superstitionis esse creditur.

Naturalis, duū exequitur solis, & lunæ cursus, vel stellarum, certasq; temporum stationes.

Superstitionis verò est illa, quam mathematici sequuntur, qui in illis augurantur, quiq; etiā duodecim Cœli signa per singula animæ, vel corporis membra disponant: sidereoq; cursu nativitatem hominum, & mores prædicare conantur. vt dicit Isido.3. Etymologiarum. c.26.

In primis, antequam ulterius progressum faciam, quoniam intentio huius operis solum ad laudem proteudit, licet multa in reprobationem huius Artis dici valeant, de quib. super sedeo, vos remittendo ad illos, qui de huiusmodi reprobatione scriperūt, videlicet ad principalem inter alios post doctores Ecclesiæ, Picū Mirandulā in suis disputationib. contra Astrologos. dicir tamen Lud. Viual. in suo opere regali de perfcc. Eccles. Dei. in 10. perfcc. q̄ theologus renetur scire Astrologiam, eo, quia in sacra scriptura multis varijsq; modis de Cœlis, de cursu solis, luna, & aliorum tractatur: ideo conuenit, vt rheologus dicat ipsam Astrologiam, de qua hic intendo tantum dicere prout est permissa. & secundum quod Ecclesiastici, & theologi doctores illam approbauerunt, decisionibus eorum me submittendo: & cum protestatione, quod nullo modo intendo de uiare à decisionib. doctorum Eccles.

Astrologiam ide o dico esse laudandam, & maximè extollendam, cum si vera sit & talis, vt à non nullis eriam Ecclesiastici existimat, est multum necessaria, & utilis Reipublicæ, & sub protestationib. predictis, videtur corroborari posse multris rationibus, autoritaribus, & exemplis.

Primò, rationib. sequentib. Quoniā vna est vox Theologorū & Philosophorū, mundū inferiorem à Deo per cœlū gubernari: vnde corpora inferiora à superiorib. regūtur: hoc Aristotelis vulgarissima illa sententia docet, necessario mundū hunc inferiorem superiorib. motib. esse contiguum, vt eius omnis virtus inde gubernetur. Sic Aurelius quoq; dixit Aug. per corpora subtiliora, grossiora hac regi atq; moueri. Quis igitur inquietus Philosophi,

& Theologi) dubitauerit mutationes quascunq; rerū terrenarū à motib. fieri corporū superiorū.

Secunda ratio erit Experiētia, quæ hoc demonstrat. Cum variatis anni temporibus ex aequali solis ad nos atq; recessu: vnde viuentiū quoq; habitus & conditio variatur, dum temperat aera cœlum, dum variat fruges, redditq; rapitq;. Sed & diurna revolutione sol aeris qualitate immixtus minus, tñ meridie, mane, vespero, calcificans, exsiccans, hunc: oris, frigoriq; derelinquens.

Luna quantas habeat vires in omnia corpora, præsertim fluxiora, quis ignorat? Aestus hæc Oceani faciens, ascendens, atq; descendens: pontū aguet, & terris immittit, & assert: fed & submergit frigoris concharum, & carcere clausa. Ad lunæ motum variant animalia corpus. Crisimi seu criticis vel decretoriis dies à mediis obseruari, Lunæ solisque motus sequuntur. Luna plena nascēt, diurnas pergit, cieri tempestates, & in corporib. agitari videntur humores. Hinc pastorib. nauticis, agricultoribus obseruationes multe, de Lunæ motibus accepit, multipliciisq; experiētia multis retrò seculis comparata. Cur igitur filuminarium manifestioris impressions, & in permutandis inferioribus autoritatē persistimus cessare aliquas stellas, & nefas, facies esse credimus? nec eorū vires ad nos quādā, quam occultiores peruenire: quibus subditā corpora varijs modis afficiantur. Quarum genit. arq; prudentes, secretoria quædā de futuris ventis possint præcognoscere, quādā quæ media, pastores, agricultoræ, nautici prædiuiniantur.

Tertia ratio ctiam sumitur ex dictis Pici Miradulæ in suis disputationib. contra Astrologos. c.2. vbi ait post præcedentia. Præterea nemo debet aeris habitum, tempestatesque de siderum statu, posituraque variari: cum & calor, & frigus, & siccitas, & humiditas, & quæcunque in sublimi sunt impressions à cœlestibus motibus, & influxibus generentur. Quod si terra visceribus inclusi sicciores halitus terræ mouent, siccations in aere ex quatuor illarum qualitatibus, relexuberantia, vel defecūt, si caritatem amnoneret, humiditas nimia facit, vel siccitas, cum aut frudus leguntur, aut feruntur in uicem fertilitatem statu aeris modicus oportet. Quis negabit à stellis modo tempestatū mutationes, & terram motus, sed pestilentias quoq; , & morborum varia genera in hominib. in pecorib. salubritatē Regionū, & fertilitatē, sterilitatemq; prouenire? Tum, si collamus nos quoq; ex ijsdem qualitatib. & corporis temperatur, mores, ingeniaq; variantur, integræ tamen libertate, seu libero arbitrio, cur nō fieri potest, ut propensiones in nobis ad iram, mansuetudinem, & affectus alias bonos, & malos, à sideribus habent bitem, sanguinem, pituitam, atram, bitem, vel siccitanibus, vel frænibus, quod humores affectus illi plerunq; comitantur? Cur non pauper siccæ calidaq; cœlorum impressions bitem excedentes in nobis ad litem, iurgia, contumelias, iniuria-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

250

animis citas excitare possunt? Vnde bella, cades, valitationes, vnde imperia Regnaq; mutantur. Post præcita colligit Ptolemaeus. Si faciunt stellæ diuerse corporis, & animi, deriuatur haec deinceps ad ea, quæ sunt quidem extrinseca, sed habet cum illis affinitatem, qualis cum corpore vxoris, & facultates, cum animo dignitas, & honores: Haec est præcepta ratio Ptolemaei, nec omnium effectricem fiduciam vim probat, alter villo loco, quam ex effectu primarum qualitatibus, quas producendo, certa quoque producant consequenter. Quare nec illis affectus causas, quād hæc quidem Saturnus, & Iuppiter, illa vero Mars operetur, quād quod Iuppiter Planeta calidus, & humidus. Saturnus sic frigidus. Mars siccus magis, & seruidus: hoc de ceteris erraticis, hoc de non erraticis pariter sensim, ex natura primarum qualitatibus erraticas, ex erratarum natura iudicantis non erraticas: verum etiam posse alij, relictis primis qualitatibus occultas vires eminentioresq; confugere, quas esse coelestibus plurimas, & efficacissimas ambigunt conueniat.

Quararatio assignata ab eodem Pico. Si quid interrenis quæsuntq; singularis, & excellentes dovidem, eas celi solemus munera existimare, non elementares: de quibus illa corpora coadūt qualitates, sed insusam illis potius virtutem aliis consequantur. Quanto igitur magis non abundent huiusmodi viribus, & proprietatibus. nonnulla illa corpora luce tam clata, mole tam illa, agitacione tam rapida, aut quoniam pactio cum moro lumine transmittuntur ad terram, non erunt mirabilium apud nos effectrices.

Quintaratio, vt ait Picus, cum cursus humana-  
mentum, de quib. Astrologorum potissimum di-  
ratio, cælestiq; potestate vel nolentibus vni-  
que perficiare videtur: in quo varietas ipsa sa-  
maritis, & frequentissima: tum multa supra vires  
mortalitatis fieri videamus, multa preter ra-  
sonem, & meritum, plurima præter ordinem, & in-  
dum conditionis humanae, quæ causas alibi,  
nam in celo nullas habere posse videntur: Hic  
vel ad Philosophiæ, Ille nascitur ad poeticam,  
hunc aliter alpernatur: vel ciuile negocium, vel  
ambitus felicissimq; per traçat: Vnde ista va-  
riatio geniorum? Est qui diuicias nihil faciat,  
quæ animam lucero vendat: Hic sobrius, Ille ne-  
quam, Hic audax, ille mætriculus: vnde tanta in-  
cordia dissimilitudo? Alexander orientem tam  
vicit quam vidit. vnde impetus tantæ felici-  
tatis? Quæ vis Aristotelei præceptor illius? Quæ  
aliquipius, Pythagoræ, Socrati cæteris naturæ  
recta reseruavit? Hæc ratio maior, quam ut è terra  
affulsa eredatur. Illa rursus astrotum fortuitis  
adib; quis non ascribat? Hominem innocen-  
tiam condemnari, Noccntem premijs affici. Indu-  
lantq; plutimorum, Solertiæ, Ingenium, Do-  
cumenta mendicare: Aliorum Ignauiam, Nequi-

tiamq; locupletati. Piratam cædibus cruentatam, inter mille pericula maris, & terræ, tandem domi inter suos, & senectute vita fungi: Hominem mi-  
tissimum, & paratiissimum, velà nolentibus im-  
prudenter gladijs obtruncari? Tum Portentain-  
genitorum quædam, & Monstra, vel foetidis gau-  
dentium: Vcl, vt fœmel dicatur, à legibus exorbitantiū humanitatis: nōne illa sibi vim quan-  
dam, necc̄ stratemq; fatalis potentia testari viden-  
tur? Ut infra amplius dicetur in finali part. in 16.  
consid. Vbi de excellencia climatum: propter in-  
fluentias maiores in uno climate quam in alio di-  
cetur. Et has quinque rationes scribit Picus in suo  
loco supra allegato: ad quaestadem responderet im-  
pugnando cīdcm. Et de quibusdam rationibus su-  
pra descriptis vide in margarita philosophica. lib.  
7. tract. 2. c. 8.

Et sic videtur inferendum, quod Astrologia ad hoc valet potissimum, vt sciamus quib. auspi-  
cijs, quibus præsidij, dextrone amico Hercule, demum res nostras sic frugi, & optimè instituimus: ne impingamus veluti de cura cuticulae, de bellis, & aciebus instituendis, & de itineribus, co-  
pijs, seruorum vel amicorum fortuna. Quæq; sua  
tempora, & obseruationes habent. Herculi pro-  
pterea, feliciter non cessisse suos labores aiunt, q  
non in tempore bono natus sit: & hoc Poetæ pro-  
bant, vt infra patet.

Et, quod Astrologia utilis sit in Republica, au-  
toritatibus comprobari potest, Poetarum dicta in  
primis adhuc adducendo. Vnde Virg. inquit:

*Ipsa dies alios alio dedit nomine luna,*

*Felices operum quintam fuge.*

*Septima post decimam, & ponere vites,*

*Ex prebēs dominare boves, & licita telæ Addere.*

*Non a fuga melior contraria furtio.*

Omnium vero elegantissimè Hesiodus in libr.  
cuius titulus, *Opera & Dies.*

*Ab Ioue nata omnis.*

*Prima dies sacra est, & quarta, & septima.*

*Prima natus Apollo radiantia lunina fudit.*

*Luce demum quartafelix ducenda fit vxori:*

*Omine captato sunt omnia prospera rebus,*

*Et licet incurvam trahibus componere nauim.*

*Et quintas fuge, namque illarum pallidus orcus,*

*Tum diræ Eumeniæ facies toto orbe vagantes.*

*Castigant, si qua in terra periuria falsum affirmat.*

*Sexta dies triflex ostendit mulieribus ortum,*

*Læta viris, multisq; etiam nascuntur in illa.*

*Hac oib; factum licetum castrare, vel bædos:*

*Scindimus oītao fortis genitalia tauro,*

*Castramusq; sues, felix est ponere plantas.*

*Nona viros gigant, vel amica forte pueras,*

*Luce viris decima faustos quoq; credimus ortus.*

*Vna post decima felix incidere vites,*

*Et tempesliuam seget, supponere falcam.*

*Tertia post decimam planitaribus optima surgit.*

*Spargere semen bumi.*

R. 2

Quarta

## DECIMA PARS

*Quarta post decimam mulieribus prospera natu.  
Et rursus de natura planetarum.* Virgilius:

*Atq; hec, &c certis possumus dicere signis,  
Æclipsi pluviis, & agentes frigora ventos:  
Ipse pater flatus quid menstrua luna moueret.  
Sol quoq; exortens, & cum se condet in randas  
Signa dabit, solen certissima signa sequentur.*

*Solem quis dicere falso  
Cudeat ille etiam cacos instare tumultus.  
Sape mons fraudem, & opertatum scere bella.  
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,  
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum  
Subiecit pedibus.*

Nam etiam, vt inquit F. Patriitus lib. 2. de institutione Republica titu. 2. Astrologia utilis est in omni Republica, propter agriculturam (qua magnam rationem ab ea accipit) siderib. suis vertendam esse terrâ docet Maro in Georgicis, vt supra patet. & Hesiodus arandi, scendendi, tempora, siderum ratione significat, cum ait:

*Pleiados est sub iugenda seges abhantidos ortu,  
Hac autem sejunctella condente ferendum est.*

Columella vero singulos quoq; dies astronomica ratione obseruari præcepit, tum propter rei rusticæ vtilitatem, tum propter pericula quam pluviina, q; moniti à pitius ciuis disciplina, caere possumus: ut in ista dicetur, vbi de exemplis fit mentio.

Et, vt dicit Ptolemæus, Astrologie maximus indagator, in suo Centiloquio. Ex constellationib. & Planetarum influentijs, ea, qua in mundo accidunt, causantur. Ideo videretur, quod nihil melius aut potius habere valeat homo, quam sub bonâ influentiâ Planeta natâ. Fato enim omnia fiunt, inquit Tullius lib. 1. de Divinatione, cito fin. Vnde Lucanus lib. 6.

*Præcepit agit omnia fatum.  
Nec medij dirimunt morbi vitamq; n.cemq;.*

Et Seneca in lib. Tragoed. ait:  
*Quicquid patinur mortales, quicquid facimus, re-  
nit ex alto.* Et iterum:

*Regitur fatis mortale genus.*

Et Plinius lib. 1. naturalis historiæ. Singulis sidera tributa sunt nobis: clara diuitiib. minorâ paupe-rib. obscura defectis, & pro sorte cuiusq; lucentia ad munera mortali bus. Et Quintilianus li. Declamationis.

Fato viuimus, languemus, morimur, medicina quid præstas, nisi vt iuxta te nemo desperet? Et de potentia Fati Ouid. 3. de Tristibus,

*Ratio fatum vincere nulla valit.*

Et Inuenialis lib. 3. Satyr. 1.

*Dicit enim quæ sidera te excipient modo primos  
Incipientem.*

*Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.*

*Ventidius quid enim, quid Tullius, an ne aliud, quæ  
Sidus, & oculi miranda potentia fati?*

*Seruis regna dabunt, captiui fatu triumphos.*

Vt inquit Bernar. de Bustis in 2. pat. sui Rosatij.

Set. 31. sub litera N. Et iterum Iuuen. lib. vltim.

*Plus etenim fati valet hora benigni,*

*Quam si nos Veneris cōmendet epifola Mer-*

*Et Boetius de consolatione.*

*Mutare fatu non possumus,*

*Stans dura inexorabilia.*

Et Damascenus lib. 2. ait. Corpora caelestia,

stituit nobis habitus, complexiones, & disposi-

tiones, & Ptolemeus Astronomus li. 3. quadu-

tati, dixit. Sed interfiendi, & sanan diu habet,

& ibidem ait, Corpora caelestia cogunt hominem

peccare, & bene facere. Et, vt dixit Q. Curtius,

Eludant videlicet, quib; forte ac temere humana

negotia volui, agiq; per sua fum est. Equidem gen-

na constitutione crediderim, in ex quo; caelarum la-

tentium, & multo ante destinatarum suum quocq;

ordinem immutabili lege percurrente. & Aug. de

ciuitate Dei. ca. 5. dixit, Fatum esse ordinem quan-

dam, & dispositionem secundarium caelarum ad

effectus producendos in his corruptilib. & gene-

talib. præter Dei, & hominum voluntates. Propri-

quod dictum etiam videntur tenere aliqui, quod

tales dispositiones fatales ex siderib. prouenient

necessitant, quod non est veru, & istud reprobant

theologi, vt inferius in vlt. par. in 16. cons. dictum

est. & habent plenè, & catholice per Bartholomeum

Sibyllæ in suo Speculo peregrinaru quæ

c. 9. primæ dec. in plurib. quæ siue culis, in quib; de-

clarat quid erendum sit de huiusmodi influen-

tij, & constellationib. sideri, & fato, reprobando

aut confutando opiniones philosphorū, & Astro-

logorum: cuam eas interpretando, prout cuam

fecit Pictus Mirandula in loco prealleg. & lo. Lat.

Vzial. in suo opere regali, in trac. de persecutionibus Ecclesiæ in 3. persecutione.

Vbi ponit plures reores sententia existentes in plurib. & exquiri-

Ecclesia multu grauat, & turbata exiit: & est tan-

à Lutheranis, quam plurib. divinat orib. & fortis-

quis, qui his temporibus pullat: sed cum hac sint

extra proppositum, ad materiam redeo.

Exemplis etiam probatur Astrologiæ esse non

negligendā. Nam, vt resert F. Patriitus in loco su-

pra alleg. Anaximander Milesius Lacedemonius

prædictit, diuinitatem, ac recta custodiens, infor-

matum terram motu. Hac disciplina præmit, quod

quidem factum est, & magna pars eius viris mon-

itusq; Taygeti concidit.

Sic Hippocrates veniente ab Illyricis per illam eam

prædictit, discipulosq; circum ut vites Græciz dumis-

tit, vt ægrotantibus adessent. Pro beneficio omnis

Græcia honores illi, quos Herculei, decrevit.

Pericles Atheniensium Imperator, exercitum

suum solis defectione perterritum, iamiamq; ho-

stifveluti propitiore numine adiutori itopharū con-

sedente in libertauit, redditâ ratione id sideris na-

tura fieri, non ira Dei, aut prodigio aliquo acci-

dere.

Qua disciplina nisi caruisset Nicias, nunquam

puer

polcherrimum exercitum in Sicilia amisisset, simul motu confusum, qua plaga Atheniensibus non medioter sexit, sed principium multorum malorum.

Atqui ne idem accideret exercitu Romano, cui Lucius Paulus imperabat, Sulpitius Gallus multo ante de Lunæ descensione disseruit, ne venato prodigo diuinitus factò militum animi deficerent.

Cicerone natura Deorum adducit exemplum dñorum fratrum, qui cū simul nati essent, etiam simul postea ægrotare cooperunt, & eorum mortuorum parvifloris coepit ingrauefcere, & eodē mediamine sanati sunt. De quibus dicit Posidoniæ etonomus, quod ideo haec æqualiter & univociter illis acciderunt, quia eandem constitutio astrariorum in conceptione & nativitate habuerunt.

In hac disciplina plurimum claruit apud Romanos Publius Nigidius, qui figuli cognomena habuit, propter eius scientia commentum. Nam cum disputaretur, cur Gemini diuersa habent, cum & geniti & orti ijsdem sideribus essent, & ipse artis suæ parte tueretur, negaretur quicquid propter celarem cœlestium orbium motum, id hoc pœsto ostendit. Figuli rōstris magna concitauit, & eadem duas atramenti guttas liquauit, & desistente motu longo interuale extremitatis rotæ gutta inuentæ sunt: quomodo igitur iniqui, & opinantur, cum tam celeri vertigine calorem rapiatur, posse & gigni, & oriri geminos ad sidem, cum figuli rota paruo cōcītata curvæ exsuffas guttas eodem momento tam diuersis ostendat?

Aliud exemplum addo de filio Io. de Lignano, tempore Papa Martini, qui quidem Io. doctiss. uicinon. ac celeberrimus Astronomus, prudens & agnitus filium quandam suum cruci affigens, divolensq; fatali genese os dispositioni succurrere: cum sacris initiari, ac liberalibus disciplinis ex parte fecit eruditus. Sed nec sic quidem euitare potuit sati. Nam cum eum patria Bononiens. pace componenda ad Martinum Pontificem summum legatum misisset, & ipse magis ad eximium quam commodum patriam clanculo propositus Pontifici, idque post redditum dominis inservieret, cum nocte patibulo affixerunt. Quem exercefecit die, cum pater pendente vidisset, deplorans inquit: Heu fili mi, tuum infelicissimum fatus nec humanis literarum adminiculis, nec causis ministeriis superare potuisti.

Item Eschilus Athenien. tragicus primus in Sizilia moenibus urbis (in qua morabatur) egreditus, aprico in loco resedit, super quem Aquila testam ferens elusa splendor capitis (quod erat apollis vacuum) eandem perinde ac lapidi illisit, & testudinis (Nam ingenium est ei testudi-

nes raptas frangere è sublimi iaciendo) carne veſceretur, quo iētu mortuus est. Sed illa fors (vt ait Plin. lib. natural. histor. 10. ca. 3.) interemit illum Poëtam Eschilum, prædictam satis eiusdie ruinam secura coeli fide cauentem.

Audiui etiam à pluribus me existente Mediolani (vbi assidebam Capitaneo iustitia Mediolanii) Cum semel quidam eximius Astrologus dixisset Duci Mediolani (qui vocabatur Galatius Maria Vicecomes, quintus Mediolanensis Dux) se moriturum ex vulnere inferendo à quodam suo vasallo: interrogatus à Duce, qua morte ipse Astrologus moriturus eset: qui cum eidem dixisset in publico occidi, & interfici debere ex trabe lignicadente, mox ei Dux verba fecit dicens hodie secus fiet, scientiamque quam prædicas ex rei eventu non esse veram apparere faciam, quoniam morieris ex gladio, & tunc iussit eum decapitandum ab executore iustitia in brolio publicè, & cum interim pararetur locus, & campanæ solito more in talibus pulsarentur, vt populus intercesset, ductus fuit ad palatium, & traditus executori. & cum hora cum ducēdi ad brolium aduenisset, executor cum ducens ad dictum locum, exiendo Palatium sub porta magna, qua est ante Ecclesiæ Cathedram (quaæ ut illo le Dome dicitur) tunc cecidit turris seu coopertura dictæ portæ, & prædictos Astrologum, & executorē iustitia vna cū certis alijs Birrijs intersecit: & illo anno Dux Mediolani in festo S. Stephani Protomart. & in Ecclesia ipsi sancto dicata, Mediolani vniuerso astante populo, omnibusque Aulicis ipsius, ab uno ex suis vasallis multis vulneribus turpiter confosus est. Quod & verum est de carde ipsius Duci, sed de Astrologo, & alijs non vidi nec legi, sed à quibusdam (vt dixi) accepi, qui ita reserbarunt: sed tunc non credidi, nec adhuc credo.

Plures Astrologos nominat Text. in sua officina. in c. Astrologi, qui Astrologiam inuenerūt, & in eam scripserunt.

Ad hanc materiam an Astrologia sit prohibita, etiā Legista & Canonista insudauerunt. Ita quod etiam Canonista disputauerunt, an eam exercentes peccent. Erat hoc varij varia dixerunt, sed nō multum circa prædicta insistendo, nisi quodammodo remissiu, videretur primitus, quod non sit prohibita. Cum sit vna ex septem artibus liberilibus, vt supra dictum est. Ideo in se non est mala: vt inquit Io. And. in ea. 2. de sortilegijs. Eo etiam, quia omnis scientia à diuinis scripturis sumptit exordium, vt dicit gl. in c. qui sine saluatore. 26. q. 3. Imò tales scientias exercentes præmiant iure. l. 1. ff. de varijs & extraord. cog. sacrif. eorum. C. de mathematicis.

Sed quicquid sit, opus est, vt ad veritatem condescendens, dicam id, quod Canonista dicunt, quod in desuetudinem abiit: quia ex eius occa-

## DECIMA PARS

flone homines quandoque incidebant in idolatriam, Exeo, quod credebat homines necessitatis corporibus cœlestibus: quod non est verum, ut dicit Bartholomæus Sibyllæ, in suo speculo peregrinarum questionum. sed corpora ista inferiora reguntur ex vi superiorum, diuina potentia hoc operante. vt dicit Archidiaconus in ca. non licet. 26. quæst. 5. Vel ideo abiit in desuetudinem, qui studenter in ea, dum nimia curiositate essent illi sciætia intenti, minus vacabant his, quæ saluti animarum essent accommodata, vt dicit text. in ca. fors. 26. quæst. 3. no. Pan. in ca. extuarum. extra de sortilegijs.

Et ad id quod dicitur, & queritur, An eam exercentes peccent? dicendum est, quod si velint prædicere ea, quæ causantur ex corporibus supercœlestibus, vt Eclipsin lunæ, seu solis, siccitatem, vel abundantiam frumenti, non peccant, dummodo non credant necessitatem inesse: quia Deus potest aliter facere, quam astra significant: seu demonstrent. Ideo dicit glo. in cap. non licet. 26. quæst. 5. quod medici in dando medicinam, & rufuci in seminando non peccant inspiciendo

cursum lunæ, vel stellarum, dummodo non credant necessitatem inesse: quia ista corpora supercœlestia sunt signa rerum, & non sunt causa de hoc per Arch. in c. si clericus. 25. quæstio. 5. & per L. Tho. 2. 2. quæstio. 10. art. 10. Vbi dicit hoc modo. Aut volunt Astrologi prædicete casus fortunos hominum, certitudinaliter hoc assertentes, & peritant. Quia licet corpora supercœlestia habeant inclinationem, non tamen necessitatem. Et licet homo inclinetur secundum dispositionem corporis ad aliquod vitium, tamen per rationem liberi arbitrij potest aliud facere. Anima enim non subiicitur istis corporibus supercœlestibus, sed quia plerique homines sequuntur sensualitatem suam, & appetitus naturales, captiuitates liberum arbitrium, & rationem intellectus. Ideo Astrologi quandoque dicunt verum, dicendo, quod talis est dispositus ad tale vitium. Sed si Astrologi dicant, quod astra inclinant ad tale quod, & non imponant necessitatem (quia vir sapiens dominatur astris) non peccant. ita dicit Panor. in d. cap. extuarum. extra de sortilegijs. Et cum his hæc pars decima claudatur.

*Decima partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.*

VNDECL



VNDECIMA CATALOGI  
GLORIAE MUNDI PARS,

De plebeis, Artificibus, seu Opificibus:  
& de laudibus eorum  
tractat.

*Secta in quinquaginta duas Considerationes.*

**N**O T A T V dignum venit, Primo, pro inductione huius partis, Qui Reipublice præsunt, in primis operam suscipiant, ut iuvenes, vel studijs bonarū artium, indulgeant. Cura enim disciplinarū præcipua omnino debet in omni libera Ciuitate. Plato enim etas fieri Respublicas, qā sapiētibus, & doctis reguntur, vel si minus, quando non omnes optimi euadere possumus. Mercatura, nautica, aliae artes ciuilis societatis vtilies exerceantur. Qui laborare quisque debet, ut vñi sit sibi, familiisque, & alijs conciubibus. Hinc ocij magis, ne negotiationē exigere debent, qui Reip. præsunt, & optimi ēt patres familias ab his quibus imparant: Quod quidem & doctissimi veteres cœsuerunt, & Gymnosophista nudi illi sapientes, qui in se degebant: Nihil magis odio prosequendum surabuntur quam segniciem, ac torporem animi. Quocirca, antequam epularentur, adolescentes in mensam deuocabant, ab eiusque rationem degabant, quid officij, quidue negotij per diem regissent: & illis solis esculentia apponebāt, quo in industriam comprobabant. Illos autē excoecavolo expellebant, qui per ignauiam & inertiam negligenter, & cibum officio, negotio, vt lumentur, imperabant, vt scribit Franciscus Paternus lib. 1. de institutione Reipublicæ, tit. 8. Vbi exemplum formicarum, & apum omnes sequentes, & quasi in communi labore, ut omnia, ut necessaria humano usui suppedientur. Licit enim (ut inquit) durior esse videretur, & ab humana aliena illa lex Draconis, ut ocij damnati caepissentur, ramen ratione neutiquam caret. Ceteram, vt scribit Diodorus, legem fuisse apud Aegyptios, qua singuli cogebantur nomina sua apud præfides profiteri, & qua arte quōue luto vicerint, ostendere. Et siq̄ mentirentur, aut iniuriantur, viueret, capite damnabātur. Nec, vt dicit, etiam fidius iniuria otiosi, & ignavi iuvenes vñi enim ciuitatis sunt, proni ad libidine sunt, boz̄ incident, aliena appetunt, & denique seditionis turbulenti euadunt. adeo ut pessimè cum illis agatur (vt etiam planè in præfatione huius operis amatio scripti) & infra ista part. in 29. considerat, neque admittendi ad munera publica sunt, id frugalitatem redigendi: vel si hoc minus

fieri potest, multandi sunt bonis, vel extortis, &c, ut ait Paulus iureconsultus in l. 3. ff. de offi. præsidis. cutare debet is, q̄ prouincię præst, malis hominibus prouincia putgare: quia homines pestilentes dissipant ciuitatē. Proverb. 29. & oociosi, ignavi, & inutiles patria sua magis oneri quā honori sunt, teste Valetio. lib. de testamentis quæ recessa sunt. c. 2. & idem lib. 2. tit. de institutis antiquis dicit. Apud Athenienses incites, id est, qui sine arte, seu exercitatione viuebant, tanquā obnoxij delicto ēt in forū protrahebant, ut punirentur. eius sunt verba: Apud Athenienses inertia in latebris suis languore marcens, in forū perinde ac delictū aliquod protrahitur, fitque ut facinorosæ, ita erubescendæ rca culpæ, & in c. seq. subdit. Areopagi tæ (qui officium simile Romanis censoribus gererant) quod quisq; Atheniensis agret, aut quoniam quæstu sustentaretur, diligentissime inquire resolebant: ut homines honestæ vita rationē me mores reddendam esse sequerentur. Vnde in Euangelio dicitur: Redde rationē villicationis tua, hoc est, negotiationis, vt scribitur Luc. 16. Et in rū in modū, & senerē increpuit alijs quidam Philosophus a dole ceterum Romanum ex Equestri familia stantem segnem apud se, & assiduè oscitantem: vt scribitur apud Gelium in ca. 2. octauī libri. qui ramen hac a tate non reperit.

Et idem Gellius libt. 4. cap. vlt. refert vnum exemplum castigissimam discipline, & quidde eius notad liberatum, qui steterat forē apud censors oscitabundus, duin ait: Altera severitas ciudem secta, & disciplina est, liberatum est de nocti, qui apud Censors ab amico aduocat⁹ est, & in iure stans, clare nimis ac sonore oscitauit. Atque inibi prope, vt plesteretur, fuit: tanquam illud iudicium vagi animi foret, & allucinantis, & flexæ atque aptæ securitatis. Sed quum ille dicrassem in quietissimum se se, & repugnantem oscitacione vistum, tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur, tum notæ iam destinatae exemplus est. & vñit Gel. P. Scipio Africanus Pauli filius hæc histriam posuit in oratione, quam dixit in censura, quum ad maiorum mortes populum hortaretur. Ideo non immerito Text. in sua officina laudat labiosos quosdam ab corecitos, sub verbo labiosi, vbi ait, Quod Cleanthes Philosoph⁹ inopia mercenariū fecit, ac noctu quidē in hauriēdis aquis

## V N D E C I M A P A R S

**a**quis vietum sibi comparauit, interdiu liberalib. studijs dedit operam: pinsebat quoq; farinas sepe numero, vt penuriam illam necessariam plerisq; in malum excuteret.

Item pugnabat Plautus in paupertatem dies & noctes. Scribebat enim subulas suas interdiu, nocte verò operam locabat pistori, & in agendis molis (quas trufatiles vocant) qualem enq; faciebat qualitum. Sed qua: inter alias sit ratio, vt incertes, & ooci os extorres siant, est: Quoniam sapientia proficit, vt eieci patria cum peregrinantur, & à parentum delitijs absunt, ègendo dicant querere, & parta non modo luxu prodigere, verum omni parcimonia, & continentia conservare. Idecirco, cuni Opifices parant ea, qua: vslui nobis sunt, & sine quib. minus commodè viviit, non modo tolerandi sunt, sed inter honestos ciues censendi, & etiam cum vrbes diuersis ornamentiis illustriores reddunt: vt & ibi nartat Franciscus Patriitus, quo modo aliqui Opifices, & Artifices vtile suerint ei uestibus suis, vt de Demetrio Duce, expugnare qui Rhodus cum veller, accedens ab ea parte muri, in qua notissima illa Prothogenis Sicauni tabula collocata erat. Cum iam incendium vrbi pararetur, certior ab oppidanis factus eius rei, ne præclaris artificis incendio monimenta deleret, vrbi, & ciuib. pepereit: vt & arrestatur Aulus Gellius libr. 15. e.vt. Olympij Louis statua diutius Phidias nomen seruauit. Capitolini autem Mentoris. Tales opifices ciuitates illæ, qua: protulerunt, inter suas laudes connumerare posunt. Solonis lex præcipue laudatur, qua quidem fanciuit, filiū nequaquam parenti necessaria vita subficia debere, aquo nul lam artem susecepist.

Et non solum Opifices, verum etiam Mercatores in ciuitatis souendi sunt, & extollendi, cum ciuitates longe magis abundantes reddunt his rebus, qua: magis vlti esse posunt, vt inficius eadem part. in 45. consil. latius describetur. Et exploribus concludit Patriitus. Opifices honestioris quamstus, qui ciuitatem rebus necessariis augent, vel speciem vrbis decorant, neutquam excludentes. Sed aliter cum his agendum, vt cognoscant industria sua non esse penitendum. Et si illis locus inter Primarios non sit, inter reliquos honeste esse posunt. Iustum namque esse videtur, & ad concordiam inter ciues seruandam maximè accommodatum. Si hi, sine quibus ciuitas vix esse potest, quique participes onerum sint, honorum etiam participes aliqua ex parte reddantur. Et sic post honestos, & virtuosos primò, secundò verò disciplinarum liberalium expertes, tertio nobilis in suffragijs reddendis habenda est ratio eorum, qui mercatura, artificio, & industria ciuibus profunt, & yrbe opulentiores, nitidioresq; reddunt.

Sive rō Opifices inter ciues connumerandi, &

ad honores assumendi sint, vide Aristotelem, Polit. c. 3.

Inter plebeios reperiuntur quatuor status, dum Luc. de Pen. in l. i. albo. C. de decurionibus lib. 10. Quidā enim sunt in primo honore, vi. lib. 10. qui in Magistratu constituantur. In secundo honore, qui sequentem honorem administraverunt post Officiales Regios sunt Officiales ciuium. Et post eos tertio dignantur honore, vi sunt Decuriones, & alii in seriores, qui præsunt alicun cognitioni. Ultimò & quattò, qui nullo suncti sunt honore, vt de singulis infra dicetur.

Ecunda consid. Barth. Cap. in tract. de rem. Slitari, & duello. lib. 7. vbi de nobilitate scribitur in 4. col. dicit. Quod triplex est hominum status, scilicet, Maiorum, & hi sunt, qui ad dignitatem à fortuna prouecti sunt, & de his ante in 4. 6. 7. 8. 9. & 10. partibus: Mediorum, & hi sunt nobis sine alia dignitate, & de his in 8. par. scriptis: Minorum, & hi sunt ignobiles, seu plebei. Filiorum modi sunt nouem, vt vult lac. Faber in huius introductione in politica Aristotelis.

Primus Agricolarum, qui circa alimenta satur.

Secundus Opificū, qui versatur circa artes, aut necessarias, aut honestas, aut voluntarias.

Tertius Cauponum, vendentium, clementium, mercatorum, & numulariorum.

Quartus Naualium bellatorum.

Quintus Piscatorum.

Sextus Portitorum.

Septimus Negotiatorum marmoriorum.

Octauus manu operariorum parvias facultates habentium.

Nonus Liberorum nō tamen ex vtoque parente ciue ortu habentium, & de singulis suo codicendum est. & in hoc opere explicabitur, ut comprehendatur status Reipublicæ, in qua multa sunt species hominum & rerum, de quibus sat scripsi, preter plebeios hie describendos vitres status hominum hie comprehendantur, qui sunt, scilicet eorum, qui sunt in dignitate nobilium & plebeiorum, vt dicit Lue. de Pen. in l. col. vlt. C. de desertoribus. lib. 12. & vt dicit Guil. Budæus in legi diuina Marcus. ff. de officio præsidis, qui vulgo status dicitur, in iure ordo dicunt: Et vlt. sunt tres ordines, inter quos sunt plebeii. Et ait Zalus in repl. 2. in §. post hunc maximè autoritas fuerunt. ff. de origine iuris, q; Roma fuerunt tres ordines, sed inter alios ordo plebeiorum era in fin.

Aristotelis verò sententia, & Politicorum primo esse inter homines quosdam velut naturam imperantes, seu Principes, & alios velut natura parentes, & seruituti mancipatos, seu rustici osterrina quadam mente, & nimio plus ab humano re vsl, ac urbaniore sequestratos. Quod sit proper conseruationem. Nam qui mente rem prospiceat, potest, natura imperante videtur, ac dominati.

Qui

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

253

Quiverò ita corpore affectus est, vt exequi ista posse, nihil ipse fecerat ex ratione dispicere, natura patet, atque seruit. Nihil enim natura facit tale, quae in Chalcotypi, id est, arari fabri Delphicum gladium dñeis accommodum exinopia; tecte Cæsarei, antiquæ, lectione, 10. c. 8. de quo infra latins ista parva in 8. consi.

**T**ertia consi. Antoninus Floren. in sua summa par. i. titu. i. c. 3. §. dicit, Quod mechanicæ septem habet species, Lanificium, Armaturam, Navigationem, Agriculturam, Venationem, Mechaniam, & Theatricam. Et dicitur Mechanica, scientia adulterina, sine non liberalis, secundum gen. in verbo, mechanicis, in auth. de non adulteris, aut permutandis reb. Ecclesiasticis, &c. Quod autem dictum est, coll. 2. Et ad hanc artem mechanicam omnium rerum fabrica concurrendetur, qua humanis necessitatibus, inuenitur gen. commoda, & necessaria. Ita etiam dicit Lu. Pen. in l. 2. C. de excu. art. si. lib. 10.

Lanificium vero prima est, species, ad quam extinet omnis operatio agendi, retorquendi, condendi, quicquid sit instrumento, colo, fuso, acu, pedine, calamistro, gurgillo, alabio. In materia lignana, canapi, & sub eis omnes vius floccorum, tunorum, sagorum, sagmarum, sportarum, &c. Armatura ponitur pro secunda, que nomen habet in duas species Architectonicam, s. & Faustilem. Architectonica in cementarium, & carpentariam. Cementarij sunt, qui ad officium ex lapidibus, cemento faciunt, & construunt. Carpenterij, ad officia exiglo componunt. Fabrilis in navigationem, & fusoriem, & hæc fabrili, & ferradibus rebus constat, ventis, tectilicet, & flammaria.

Agriculturam ponit Antoninus pro tertia: lego vero eam primam constitutam, in sequendo modos plebeiorum, à Iacobo Fabro hic in praecedente consi. designatos. Licet lanificium fuerit genus, quoniam antequam Adam laborasset terram, dominus Deus fecerat ei, & vxori eius velles pascas, quibus induit eos, ut scribitur Gen. 3. in Quod quidem artificium continetur sub artificia, de qua hic ante, & infra in 41. consi. di-

Agri cultura vero quatuor habet species, s. agriculturae agrum, qui sationib. deputatur. Consistunt in memorib. constat, ut sunt vineta, oliueta, pomorum, Pascuum, qui pascuis constat, ut prata, hordeum, vthottus, & rosaria. Venatio pro quarta specie ponitur ab eodem. et ait, tres habet species, s. ferinam, acupium, spicularam: quæ quomodo siant, vide ibi. Navigationem scribit post venationem, quæ numerum industriam emendi, & vendendis. Hæc vniuersa littora adit, pacem & familiaritatem cum exercis nationibus componit, & priuatis communica.

Medicinam deinde ponit Antoninus, sed Luc. de Pen. ponit Chirurgiam, & credo, quod inclitus: Quia medicina est artes, seu scientia liberalis: ut supra in praecedenti parte dictum est, in 24. consi. Medicina vero corporis, vel tuctur, vel restaurat salutem: hec continet occasiones & operationes, ut latius infra in 48. consi. dicetur.

Sextima species est Theatrica, que ludos diuer sigenieris continet, ut in pen. consi. huiusc partis videre poteris. Sed in praecedentia horum plebeiorum non levar, nec ordinem Anto. Flo, nec lac. Fabri, nec Zoderici Zamo. in suo Specu. humanæ vita.

Et aduerte ad unum, qd scribit Buda. in l. vlt. ff. si mentor salsum modum dixerit, Quod in omni arte, res homines sunt considerandi: Opifex, Architectonicus, & in arte instrutus, & eruditus.

**Q**uartu. consi. Priusquam ad particulares pleniorum modos, seu mechanicorum species, descendamus, præponere generalia decens est. Primum, in omni statu seu modo inaequaliter rendi sunt foeminae, & sunt plus honorandi quæ foeminae: quia per masculos conferuant agnatio. l. pronunciatio. & pater. ibi: cōmuni iure, in ii. ff. de cœr. & ret. signifi. l. i. iunctag' o. ff. de probatio. Et per masculos conferuant memoria aeterna ascendunt. liberorum. in fin ff. de verb. & ret. signific. Facit l. & quia ff. de interrogat. actio. Facit etiam tex. in 3. item virtus. in prin. in lit. de ha- red. quæ ab intest. deferunt. & de senatus consi. Tertul. in prin. vbi masculi præferuntur foeminae. Et naturaliter parentes plus diligunt masculos, quæ foeminae. Quinimodo matres, quibus fortè, & com muniter sua dulcior esset, & magis gratiosa, ve- luti ei similes, in sexu semper concipere & parere malent inculum: quia grauius foeminam in utero gerunt, & pariunt, secundum Philosophum in libro animalium. Quæ (inquit) foemina se- runt, sunt pallidiores, & grauius degunt, & via auidius appetunt, statimque fastidiunt, quamque mares: & plus motus magna ex parte mares in utero infert, quam foemina, & celerius prodit, & sic ma trem non tantum torqueat in partu. Et etiam mas- sculi sunt longioris vita foemellis, cum calidius animal sit masculus quam foemella, teste Aristotele, lib. de longitu. & breuit. vita, & eodem auto re in lib. de animalib. in genete humano paucige- minis feruntur, si alter mares, & alter foemella sit, quæ mares in nocte inbreuitate vita. inde dicitur Ecclesiasticus. Omnem masculum excipiet mulier, id est, grauium accipiet in partu plusquam si mares in nocte pareret, secundum Lyram, ibi: Quia foemina non a homo simpliciter, sed homo occa- sionatus, secundum Philosophum libr. de ani- malibus, quod denotat imperfectionem ratione det, etiam materia, ex quo preuenit, qd foemina ge- neratur, & calor est eau' maris, & hi ditas redi- dit foemella, & per membradextra generantur,

## V N D E C I M A P A R S

masculi, & sinistra fœminæ. Et in utero matris à dextris sunt masculi, & à sinistris fœminæ, vt scribit Arnal. de Villa noua in suo tracta. de coitu, in prin. circa si. & in 1.c. & Cælius li. antiquarum lect. 2.c. 54. & 55.

Et ex his facile cognoscimus, & cognoscere debemus, nos summo Deo teneri, & obnoxios esse. quod nō homines creauit, & nō mulieres. vnde referat Lactantius libr. 3. non sine causa Platонem de quatuor gratias egisse Deo. Primiò, quod homo natus esset, & non animal brutum. Secundò, quod Græcæ potius quam Barbarus. Tertiò, quod Athenisticè tempore Socratis. Quartò, quod mas potius quam fœmina: quia teste Thomæ in 1. quæst. 99. art. 2. Fœmina est quid occasionatum, & defensum, cō. quod virtus productiua, quæ est in fœmine maris producere intendit simile sibi perfectum, secundum masculinum sexum, sed & fœmina generetur, est propter virtutis astus debilitatem, vel aliquam materiæ indispositionem, aut transmutationem ab extrinseco, puta à ventis australib. qui sunt humili, secundum Arist. in d. li. de animalib. vbi dicit, quod virtus septentrionalis coadiuat generationem masculorum. Aufra his verò ad generationem fœminarū. Vnde si Adā non peccasset in Paradyso delitiarum residēs, qui est supra omnes ventos, de quo in sequ. part. in 4. conscripti, homines tot fœminas, & non plus quam viros generassent.

Et nobilitas masculi, & excellentia illius ultra fœminam cognoscitur, tam ex eo, quod creatio humana naturæ fuit producta in uno individuo solo, & sexu virilitatum: vt habetur Gen. 1. & 2. Ut sic esset primus homo principium omnium individualium naturæ humanae, & consequenter totius speciei suo modo: sicut Deus est principiū totius vniuersi, vt quoad esset in masculo quadam similitudo hominis ad Deum propter humanae naturæ dignitatem, iuxta illud Actuum 17. Fecit Deus ex uno, omne genus hominum, id est, ex Adam, quem solum (cum Eua tunc adhuc creata non esset) posuit in Paradysum voluptatis, cīque foli adduxit omnia, quæ creauerat, quib. ipsi nomina imposuit, & deinde Euam creauit, vt patet Gen. 2. & 1. ad Timoth. 2. dicitur, Adam, n. primus formatus est, deinde Eua. Nec obstat, quod in primo cap. Gen. dicitur, in aſculum & fœminam creauit eos: quia hoc ibi dicitur per anticipationem, vt dicit Nicolaus de Lyra ibi, vt recitat G. Bened. in sua tepe. cap. Rayn. in verbis, duas habens filias. numc. 136. de rectam. & num. 137. dicit, quod maiorem habet dignitatem sexus virilis quam fœminæ, per textū in le. 1. ff. de senatorib. vbi sunt verba Vlpiani, quod maior dignitas est in sexu virili. Et ad corroborationem huius scribit ibi plura exempla G. Bened. in gl. in verb. si absque liberis, secundo. de exemplari substitutione. numc. 41. allegans Augustinum de ciuitate Dei. libr. 18. & ibi di-

cit, q̄ dignior est homo quam fœmina, & q̄ fœmina ciuitas Athenarum fuerit nominata à nomine mulieris, tamen Neptunus iratus, & iniuria motus, quia mulieres ex una obtinuerunt aqua laxauit per rotam regionem, in maximam de destructionem, & perditionem, pro quo p̄cando fœminæ et tunc fuerunt tripli pœna flisti.

Primiò, quod nunquam vocem in deliberatione consiliorum haberent, Ex quo etiam obser- runt Romani, quod in legibus condendis so- ri, & non fœminæ vocarentur, vnde Papinius in 1. ff. de legi. Lex, inquit est communis præceptum rerum prudentium consultum: Et hoc, quia mulieres sunt fragiles, & earum consilium inutiliter & consiliū propriæ virorum est, non mulierum ac- gu. l. quidā decedens. §. Papianus. ff. de admis- strat. tutorum.

Secundò, quod nunquam proles nomes matris gestaret, de quo scribitur per eundem G. Bene- dict. in eadem repeti. in glossa pro quo textus expre- sus. in §. i. in fin. instru. de legitima agnitorum re- tula.

Tertiò, quod nunquam fœmina hoc pulchro nomine Athenæ vocaretur, vt dicit Augustinus vbi suprā.

De pluribus priuilegijs, prærogatiis, & hono- ribus, quibus viri honorantur, & nō mulieres, ha- betur in 1. fœminæ ff. de reg. iur. Et ibi amplissimè per Philippum Decium, vbi est propria officia, & iau aliiquid suprā dixi in secunda parte hu- manis, non insisto, & pro maternis semper recom- ad Decium, vbi scribit multos casus, in quibus fœminæ sunt deterioris conditionis, prout etiam habetur in 1. Papiniani, quæ incipit, In multis iuriis nostri articulis deterior est cōditio fœminarum, quam masculorum. ff. flatu homi. & ibi glossa enu- merat. & idem Decius multos casus, in quibus fœminæ sunt melioris conditionis, & plures, in quibus pari passu ambulant, scripti in d. i. e. fœ- mina.

Adde, quæ notat Dominicus in e. statutum. 3. colum. mihi prima in fin. de hære. in 6. Quod quo ad honores filij sequuntur linea paternam, & non maternam, quod facit (vt ait) quod filii non debet portare arma familia maternæ, sed pa- ternæ.

Aduerte tamen, quod actus deambulationis in altiori loco, & sedendi in mensa, denotant præro- gatiuam, vt supra dixi. in prima par. in 16. 30. & 37. considerationib. Sed mulieribus debet honor in deambulando, tam vicarii, quam oppidaum, & etiam in sedendo, & epulando: vt superius in 2. par. in 37. consid. scripti. Ideo videatur, q̄ fœminæ sunt honorabiores, saltem in illis casibus.

Vtterius ad anredita facit, & comprobant masculos fœminis esse præferendos pluribus ra- tionibus.

Primiò,

Primo, ratione naturali, ex eo, quod naturale est, illumi dominari, & praeesse, qui viribus corporis praestantior est: Quoniam, ut ait Iosephus apud Eusebium, lib. 5. excidij lero solymitanum, c. 15. & etiam lib. 6. belli Iudaici. ca. 12. lex naturae cadem omnibus hominibus, voluntatis, feris, bestiis infusa, ut vnu quisque cedat poterit, Taurus Leo, cerus Vrfo, Leopardo Caprea, Aquila Accipiter, Accipitri Columba, seu Alauda. Ipsi tauro inveni in inferiores. Arieti ouium greges, hirco caper, ne diversi generis videatur aliqua distantia. & refert Plato lib. 3. & 4. de legibus, iustum imperium secundum naturam esse, ut potentiora imbecillioribus dominentur. Quod satis approbare mentur iura, cum velint viatu & captum in bellicosis seruum fieri, ut habetur de toto titu. de capitulis, & postli. reuer. ff. & C. & late per scriben-rem leg. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Quae iura etiam apud extraneos à Romanis locum habuere testimonia Xenophontis. libr. septim. lex est, inquit, inter omnes homines perpetua quando beligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum esse, qui ceperunt, & corpora eorum, qui in vrbe sunt, & pecunias. Et illam sententiam sequitur Aristoteles lib. 4. Politic. c. 4. quod locum habet veritas, cum bellum fuerit iustum, vt in c. fulgentius. lib. 1. & in c. dicit. 23. q. 5. vbi Amb. in libr. 1. de Partachis scribit pradam Regis Sodomorum vtiq; habere in potestate victoris Abrahæ, & habetur per liben. super 4. sententiarum dist. 15. & per Bal. in c. 1. & do. meus las. in l. 1. 3. qu. in vtraq; lect. ff. & c. q. poss.

Sed constat mares foeminae esse robustiores corpore atque animi viribus multo praestantiores: Quod licet sit clarum, tamē sic probatur. Primo, quia virita nominatur, quia maior in eo vis est quam in foemina; & hinc virtus nomen accepit, ut voluit Lactantius lib. de opificio Dei. c. 12. Miserere, vt Vattro interpretatur, & repetit ipse Lactantius, à mollicie dicta est, immutata & detrahit, quasi mollior, ut etiam habetur in capitulo suis 32. q. 7. licet ibi ad molliciem mentis attinatur. Ad corp' vero refert Lactan. vbi supra, quod idem scribit libr. 1. diuinarum institutionum cap. 26. & Plato in lib. 5. de Republica, unde dicitur lib. 9. de natura animalium. cap. 1. & Plinius lib. 9. naturalis historiae. c. 48. scribunt omnes mares in omni specie animalium fortiores esse, atq; valiosores, praterquam in Pantheris, & Vrsis: ad dixim seq. par. 78. confid. Anicenna vero lib. de animalibus. 9. in prin. in Leopardis, & Lupis. Alurus autem Magnus lib. 8. de animalib. cap. 1. in Vefis & Leopardis exceptit. Aristot. etiam l. 4. de generatione animalium. c. 6. scribit foemina sua natura debilior esse quam mares, & idem orbiculum questionum lib. 39. ca. 11. dicit, mulierem superficie iniquius esse quam virum (quamquam

natura ratione mas sit praestantior foemina) quia mulier infirmior est, minu'q; proinde iniuriam facere potest. Hinc idem lib. 4. de natura animalium col. vlt. & lib. 3. de partibus animalium. ca. 1. autor est, & partes suas velut arma natuta animalibus dedit: ut dentes, cornua, aculeos, calcaria, & cætera huiusmodi. aut maribus tantum naturali ipsam concessisse, aut certè potiores atq; robustiores quam foemina: quod & scribit Plinius lib. 11. c. 32. & Albertus lib. de animalib. 12. c. vlt. ad fin. & lib. 18. tract. 2. cap. 5. vbi ex hoc arguit mulieres citius crescere, compleri, & senescere quam viros.

Ex hoc effici potest, si mas, & foemella codem casu simul moriantur, seu perierint, de iure praesumitur vir tanquam robustior diutius vixisse, & mulier præmori, tanquam debilior. Casus est leg. qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dubijs. & in l. cum hic status. §. anibo. & ibi glo. in verbo, simul. ff. de dona. inter virum & vxorem. & in l. si possessor. §. si eodem, vbi hoc notant glo. vlt. & Bal. ff. de religiosis, & sumptibus funeris. Felynus in ea. capitulum sanctora crucis. col. antepe. extra de referbris. Hippolytus de Marsiliis in rep. rub. C. dc probario. col. 83. de quo tamen vide Signorolum de Homo deis, consi. 9. in c. hoc capite quomodo praesupponitur. & consi. 155. in c. in processu factio. col. fin. Facit, quia si gemini puta masculus, & foemina nascantur, & de nativitate ordinis non appareat, praesumitur masculus prior editus. casus est in l. si fuit. §. ff. de rebus dubijs.

Et inter theologos dixit Alexander de Halis in secunda parte sua summa, quastione 78. in membro 5. conuenisse mulierem fieri corpore debilorem: virum aurem validiorem ex qua uero rationib. ibi per eum descriptis.

Illud vero nec admiratione catet ex hoc, quod quam mascula sunt, ea quoque sunt valentiora, & firmiora. vnde & masculum pro forti, vehementi, & magnanimo usurpaunt antiqui, ut scribit Neuius. E contrario Hippocrates libro Aphorisi. 5. c. 16. carnium effeminationem in sua translatione scribit pro debilitate: ut sentit ibi Gale. interpres, quoniam foemina masculo sit debilior. Hinc quoque mulier, ut scribit idem Hippocrates Aphorisi. 7. c. 44. retulit. & Plinius lib. 7. cap. ambidextera non efficitur: hoc est, quia ambabus manibus pro dextra vtatur, ut nonnulli viri vtraque manu vtentes se penumcro nobis apparent. Cuiusmodi Aioth suis testatur, lib. Iudicum ca. 3. & Asteropeum Homeris lib. Iliad. 21. Nempe ob natura mulieris debilitatem, ut prodit Galenus in eo loco. Nam si ambabus (inquit) manibus ob incurvorum robur ac muscularum quidam viri videntur, optima ratione, nulla mulier vtetur: sed satis abunde que habeat si una dextra modice vtatur. Amazonidas quidem solitas dextram ambulare manimam tradit historia, ut in proximani

## V N D E C I M A P A R S

manum plus alimenti concurrens, & proueniens maior vigor, & valentia ei adesse: vt quæ etiam ciper naturam inualida habeatur, vt scribit Cælius lib. antiquarum lect. 2. cap. 35. circa medium. Vbi etiam scribit qua ratione physici tradunt ambidextrum fieri hominem, aut sinistra vtatur aliquis pro dextra.

Accedat huc, quod scribunt, qui numerorum rationes scrutati sunt, numerum parem foeminae esse, imparem verò marem: quia semper fortior sit ad omnia, vt copiosè differuit Macrobius libr. 1. de somnio Scipionis. & Lucas de Penna in leg. 3. post initium. Cod. qui morbo se excusant. libr. 10. vt in sequenti parte, in 37. consideratione dixi.

Pro hac ratione militat, quod rerū natura scriptorcs plantis, herbis, arboribus & virgultis, quibus maior vis inest, masculinum nomen ac titulum assignant: quibus verò minor, foeminae, lieet non propriè, sed similitudinariè, quod quadam illis insint masculorum proprietates, & foeminarum. Et quemadmodum masculus maioris est virtutis, vt plurimum, quam foemina. Ideo planta cui maior vis adest fructus promendi, masculi adepta est nomen. Cui autem minor foemina, vt scribit Plinius naturalis historia li. 14. c. 4. circa initium. Arborib. immò potius omnib. que terra gignit, herbi que etiam vtrunque sexum esse diligentissimè naturæ tradunt: Vt etiam resert Cælius lib. antiquarum lect. 11. c. 33. in fi. & de quib. in seq. par. in 40. consid. dictum est.

Secunda ratio est, Quoniam qui plus haber rationis, ingenii, prudentia, & consilij, aliotum rector, & dominus constitui debet, qui verò min⁹, seruat, quia vt ait Salomon Proverbio. 10. Qui stultus est, seruiet sapienti. & 17. ca. Seruus sapiens dominabitur stultis filijs. Et scribitur Eccl. 10. Seruos sensato liberi seruent. Et infra haec par. in 8. confid. latè dicitur. s. sapientes esse præferendos illis, qui in scititia rerum que ignorantie tenentur. Sed consilium mulierum est inualidum, vt inquit Aristoteles lib. 1. Polit. vlt. c. & resert Bal. in rub. C. de rerum permu. ver. itē quare donatio. vbi dicit, hoc esse naturale, & immutabile. & in c. t. in 2. lect. col. pen. ver. vltra querro. extra de iudi. Cùm plerūq; foeminarum cōsilium aduersus propria commoda laborat. l. si par. in fi. Cod. de sponsalib. Et dicit glo. in l. 1. C. de confirmando rutorc. quod consilium mulierum est fragile. Et in h. 1. inst. de satisfacta tutorum, dicit esse infirmum. Et etiam Cicero in oratione pro Lucio Murena: Mulieres sonnes (ait) propter infinitatem consilij, maiores in tutorum potestate esse volucrunt. & multo plura a lia pro fragilitate huius consilij dici possent. Quacum sint extra prop̄positum, relinquo ea Andraea Tiraquello in suis legib. connubialib. in prin. vbi multa cōtra mulieres scripsit. Vnde aduersus eum Almericus Bonchardus Gallicus Apologiam sc̄

minci sexus edidit. Et ibi concludit Tiraquello, q̄ cū mulieres sint viris longè inferiores, & anima & corporis viribus, vt ibi, & ante aliquid datus & comprobatum est, à quibus viribus potestas proficitur, & dominatio: illud concludendum. Vt viri vxoribus p̄fint, dominentur, imp̄t. vt domini contra uxores, quas rationes, à diu Augustino assumpit. Cuius verba iusmodi in lib. questionum, Gen. vbi & gl ordina ria citat: Est ordinaturalis in hominibus, vivi uant foeminae viris, quia & illius hac iusta est, vt infirmior seruatis tortiori. & hæc in dominibus & seruitutibus clara iustitia est, vt que nunt ratione, excellant dominatione: qua verba (corruptè tamen, & diminutè) reperuntur in ca. est ordo. 33. qu. 5. Imò etiam vir inferioris dignitatis præseratur foeminae maioris dignitatis. cu. m̄ p̄fectorius præseratur foeminae consulari. ff. de senatorib. vbi Vlpianus scribit, Consularis mina consulari virum præserendum esse nemo ambigit. Sed vir præfectorius an foeminae consulari præseratur, videndum est. & puto præferat. Quia maior dignitas est in sexu virili. In quam ente am Euripides in Iphigenia inquit:

*Praefat vir viricus, estq; lucis buuis munere  
Dignior, quam mulieras an feminarum nullas.*  
Ideo firmabitur, quod nimis gloriose quedam Dominicæ in pomis, supplicationib. rogationibus processioneibus dominicalibus, & festis incedunt statim post sacerdotes. & ante maleulos, quoniam semper masculi in actibus publicis perfrondunt.

num. Quod facit contra aliquos nedum intellectu & verecundia: sed etiam sensu carentes, qui malunt se filios magnatum (quibus etiam filios habere non licet, vt Ecclesiastici, & non coniugati) vt illorum nomina & arma (eis tamen non debita) occupent, quā maritum propriæ matris eorum genitorem honorare, tanquam patrem legatum, etiam si agricultola, aut mercator, aut alterius negotiationis sit. Tales profectæ se infames spurious latentur, propriamq; matrem impudicā demonstrant, sive verum latentur. Alijs si falso superbia fingant, non est eius honor, sed summū decus apud probos viros. & talibus deber improperari, cum sint quomodo cunque infames. vt dicit Azo. in summa. C. ex quibus causis infamia interrogatur. supra alleg. & per Alex. in d. consi. 64. vta pudi nos sunt alij qui natu in matrimonio (saltē pre sumptiu) habentes fratres, qui legitimi reputantur: tamen, vt bona consequi possint, se Bastardos & spurious dixerint, & in hoc gloriari volunt, & etiam timorem ex hoc in cutere putant ampliorem (cum spuriis citius, & feruentius ad vindictam dominus aduolent) quam legitimi, vt dicit Ang. cōsi. suo 30. incip. Domina Francisca, & consi. 191. inci. super punctū viderit. Sufficiat exemplum de Goliath spuriu, vt habetur 1. Reg. 17. in quo vituperari debet, prout de Hercule legimus. Cui impropertatum fuit se filium Iouis ex Alcmena matre genuit dicentem. de quo Ouid. lib. 9. Metamor. in princip. ita ait:

*Nam quod te iudas Alcmena matre creatum,  
Inupiter aut falsus pater est, aut criminis verus,  
Matri adulterio patrem petis, elige fistum:  
Effe Iouem malis, an re per dedecus ortum?*

Non sic fecit Moyses, qui grandis factus negavit se filium esse filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. vt dicit Apostolus ad Hebreos vndecimo.

Sic, nec etiam eximi⁹ prophetarum Dauid, ful generis paupertatem manifestare vetuit clamās, deposit foerentes, de prope fontes suscepit me dominus, vt scribitur Psal. 78. in fine.

Pariter legimus de Gordio patre Regis Mydæ opulentissimi Phrygū, Qui Gordius ex agricultura sumprus ad regimen peruenit, quo potitus Gordium ciuitatem inter Asiam maiorem, & minorē condidit, & à se denominauit. In qua templum loui consecrauit, & non immemor, nec vte ritus originaria conditione, nec cam celans, in eo aratrum, quo interdum vīsi fuerat, destinauit, & ex funibus, quib⁹ colla boum subingarat, nodum connexuit miro, & inextricabili artificio: vt neq; principium, neque exitus deprehenderetur in eo. Euniqué loui consecrauit, donec qui eum soluat, occurreret.

Qua de re secundum omnes Alex. ille Magnus reprehensione fuit maxima dignus, quod porti⁹ se

## V N D E C I M A P A R S

voluit Draconis filium, scilicet, Dci Hammonis in specie Draconis apparentis, & spurium nuncupari: quam Regis Philippi. de quo Valerius lib. 9. tit. de superbia. Et in hoc fuit iurorum p̄genitorū desp̄ctor, prout communiter sunt nobiles, & ni-  
mum honoris appetitui, vt dicit Aegid. de regi-  
mīne principium, par. 3.

Accedat huc Olympiadis Alexandri matris super hoc comis, ac prudens ad filium rescriptio, quam scribit Aulus Gellius lib. 13. capitulo quarto in plerisque monumentis rerum ab Alexandre gestarum, & paulo ante in lib. M. Varro, qui inscriptus est Orestes, vel de infania. Olympiadam Philippi vxorem seiuissime rescriptissime legimus Alex. filio. Nam cum ipse ad matrem ita scriptis-  
set, Rex Alex. Iouis Hammonis filius, Olympia di matris salutem dicit. Olympiae ci rescriptis ad hanc sententiam: Amabo, inquit, mi fili quiescas, neque deferas me, neque criminare aduersum Iu-  
nonem. Malum mihi profsum illa magnum da-  
bit, cum me literis tuis pellicē illi esse confitevis. Ea mulieris sc̄ita atque prudentis, erga ferocem filium comitas sensim, benignè non granatè ad-  
monuissē eum vita, deponēdam esse opinionem vanam, quæ non nisi ex magna gloria inanis cu-  
pidine, & fatuitate nō mediocri oriebatur, & quā ille ingentibus viētioris, & adulantium blandiū-  
ris, & reb. supra fidem prosperis imbibetur. f. geni-  
tum esse sēte de loue.

Videmus etiam Romanos, tanquam molles, effeminatos, & lascivios, se ab Aenea adulterino coitu ex Venere Vulcani vxore, & Anchise conce-  
pro p̄cessisse, gloriatos es. Vide Aenead. & dicti  
sunt, vt est tex. Iustiniani Imperat. in authētico, vt  
pr̄ponatur nomen Imperatoris. §. 1. colla. prima.  
Imo tales, qui familijs alicis se immiscunt, pra-  
sentium infiniti, vt magnatum & potentum ho-  
nors, & successione participant, acriter puni-  
nuntur lege. C. de crimine falsi. Cum rē nedum pri-  
uatam, sed publicam perturbent: quod serēdum non est, vt dicit Valerius, lib. 9. titulo vltimo. qui  
est de his, qui infinito loco nati, mendacio se clari-  
fissimi familijs inferere conati sunt. in principio  
hoc impudentia genus, & anceps non ferenda te-  
meritas. Et ibi recenset de quodam, qui cum san-  
ctissimæ & clarissimæ sororis Augusti vetero geni-  
tum fingere ausus fuerat, imperio Augusti remo-  
publicæ tricēmis (hoc est, nauis implenda tripli-  
cire orum ordine ad Rem publicam pertinentibus)  
fuit affixus. Nam veteris moris erat (vt & ho-  
dic vius inoleuit de incertibus, ociosis, & in tene-  
bris ciuitatum languore torpētibus) pernicio-  
sos & perditos ribaldo ad remigium damnare, v-  
bitalis superbia domatur. Ideo tales spurij, & ille-  
gitimi nati etiam in matrimonio non verentes  
impudicitiam matris pat̄facere propter eorum  
superbiā, nedicam temeritatem, & impuden-  
tiā in Republica pernicioſissimam: & cōtra bo-

nos mores & politiam, ad remigium damnari, &  
deportari deberent, more antiquorum.

Illegitimi ergo dicuntur indecori, & idcō inha-  
bilis ea, quæ in decore consistunt, vt ad digni-  
tates. c. cum indecorum. de fil. Presbyterorum. Ex  
quo non potest Bastardus, & spurius, etiam mag-  
nis dicere legitimū, etiam filio plebejī, quod si  
magis astimandus, & honorandus. Sed potest in  
pūne filii plebejī legitimū dicere huiusmodi spu-  
rio. quī est plus homme de bien qu' luy. & in hoc non  
errat. Cūm in his, quæ sunt honoris, & digni-  
tatis seu decoris, Bastardi tanquam infames nihil  
pr̄tendere possint: vt ante dictum est. Sed infi-  
mibus porta non patent dignitatum, iurib. vid-  
atis, & insīra dicetur.

Imo etiam Consiliarii Principis esse non pos-  
sunt, secundum Bal. in l. cūm legitimū nuptiæ &  
de statu ho. & non immicrito, cum sint (vt dicit) la-  
fames secundum Azo. in loco ante alleg. & Bald. in  
l. 4. in prin. ff. delib. & posth. quem ibi sequitur  
Alex. & idem Bald. in l. in bona fide. C. dicitur cre-  
di. & in l. 1. C. de iure aureorum annulorum. Alex.  
in cons. 94. ante allega. Sed etiam si spurius & Ba-  
stardus fuerit legitimatus, remant et infamis defas-  
to, inter bonos & graues notatus. d. l. 4. in prin. ff.  
deli. & posth. cum quo transit Alex. in l. ex fado.  
col. 3. ff. devulg. & pup. & in d. l. 4. col. 2. & dimi-  
priā in prin. huius considerationis. Et sic tabellio  
ad banchum iudicis, hoc est, grapharius efficien-  
tis, vt dicit Bart. in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repe-  
tun. quem sequitur Alex. cons. so. incip. examina-  
to processu in 2. volu. Per quorum d. ēta diuina  
in contingentia facti: quod condemnatus advo-  
ne fama ola, tanquam infamis non potest effigia  
pharius ad banchum pr̄fidiis seu Baillini, aut Ca-  
riæ seu sedis Cancelleriae: de quib. Curiis ad lo-  
gungi suprà in 7. part. in 19. & 20. considerationib.  
dictum est.

Nec sufficeret, quod communī opinione habe-  
retur pro tabellione, nisi etiam pro homine legi-  
timo reputaretur, quod est verum secundum ali-  
quos, etiam si esset legitimatus.

Nec etiam testis esse potest, vt plenē non in l.  
in verbo, diuina. C. de sum. trinita. & Pan. inc. te-  
stimonium post gl. ibi, in verbo, emendatus exi-  
detur.

Nec etiam potest doctorari, quia doctorari est  
dignitas, vt dicit Bar. in proce. Co. & Zabarella in  
procēdū clementi, & vt scribit Bald. in d. l. C. de  
sum. trinit. licet doctoratus infami, & excommunicato conferri possit: Tamen spurio doctoratus  
confessi non potest, vt dicit Zabarella in cle. 2. de  
Magistris, quod videtur esse verum, etiam si essent  
legitimi. Cūm legitimat̄ sit similis Alchimiz: quæ facit apparere, quod non est, vt dicit Bald. in  
l. col. 5. extra de constit. quem refert, & sequitur  
do. meus laſ in l. cum acutissimi. C. de fideicom-  
missis. & idem Bald. in q. fi. extra de transla. Epik.  
dicit.

huius legitimatum assimilari homini medicato à  
barbo, in quo semper aliquæ remanent cicatris.  
Cuius dictum reecensit Curt. consil. 78. col. 19.  
& sequitur. Sed tamen Guilelmus Bened. in d. sua rep.  
Ravnum in verb. eodem, Raynu. num. 29. extra  
de Testamento, videtur tenere etiam legitimato  
doctostrari posse. licet legitimatio id non exprimatur  
in verbis, quod sit legitimatus ad doctostrandum  
nequoniam tales etiam si mplices legitimatio  
ne extenduntur ad dignitates alteti non ptaudi  
cables, secundum Innoe. in c. per venerabilem.  
qui snt legitimi. & plus dicit idem Zabar. in  
de Magistris, valere consuetudinem, ut etiam  
legitimati doctostrantur, quem sequitur Fely.  
sequitur de Magistris.

Vnde non sine causa, præsertim inter illustres  
Bastardi pro nihilo reputantur, quos magnatum  
nobilium consuetudo non nonit propter bo  
norum obseruandos & retinendos: vt not. Barb.  
add. ad Bal. in c. naturales. ti. si de feu. sicut cō  
muni. inter do. & agnatum vafalli, in vñb. feu. &  
not. Curtius in consil. 26. incip. clarus vir. colum.  
quod totus mundus abhortet, & detestatur istos  
fatos. facit tex. in d. c. per venerabilcm. & in §. fi  
carth. quib. mod. natu. efficiun. sui. col. 7. hinc  
tunc Prouerbium de eis haberut. que ce feroit  
zur nature si faisoient bien. Ed. qui sunt male na  
re communiter male nutriti, male cdocti, ideo  
sunt Bald. in d. c. naturales. an te fi. ipsos esse tuodes  
ludicros, & ab omnib. spretos, ex quo non nisi  
rata facere possunt, & sic non nisi male agere, p  
ad te veritatem communiter videtur. Nō  
sunt de parentela nobilium, cum sordes no  
bi non mereantur inter præcipios: vt dicit  
Bal. d. l. cum legitimæ nuptiæ. ff. de statu hom.  
a. & per tuas extra de maior. & obcd. quod Ba  
stardi quantumcumque legitimatus, sedete non  
in eadem mensa cum fratre legitimè nato,  
tempore hondrem & reverentiam debet. l. hu  
c. de nuptiis. facit §. foror. insti. de inoffi  
c. Nec etiam spurij habent ius retractus: vt per  
tenet in Cōment. nostris super consue. duc.  
leg. a. Des retrahit. §. l. inglo. le plus prochain.  
add. quando. ita etiam decidit Dce. conf. suo  
per me allegatus. in versic. plenè de hac. &  
not. Guil. Bened. in sua repe. c. Raynurtius.  
vñb. & vxorem nomine Adelastam. in secon  
dum principali articulo. circa fine m. extra detesta  
ratis.

Nec potest portare Bastardus nobiliu insignia,  
quod dicit Bald. in d. l. cum legitimè. & est de incerte  
Angelian consil. 30. & 191. antc allegato. nisi esset  
consuetudo in contrarium, vt apud Francos, vbi  
Bastardi portant armadomus cū quadam tam  
p. a. per transuersum (qua incipit à sinistris, &  
ad dextram) vt dicit Guid. Papæ quæst. 58. &  
ante in t. part. in 38. consideratio. in 24. & 77.  
conclusionibus. secundum Nicolaum de Vbal-

dis in tract. successionum. parte prima. col. 19. &  
20. Quia si barra inciperet à dextris, & tenderer ad  
sinistram, non designaret genus illud infectu: sed  
esse de matrice domo legitimè, fortè collaterali  
ter processum, vt sunt illi de Bourbonio, vel alij, q  
habent Barram originalem in suis armis, vt illi de  
Longo vico, qui habent Barram azuream in cam  
po aureo. & illi de Cabilone habent Barram aurea  
am in campo rubeo. in d. 38. consid. in 37. conclu  
sione.

Nam si Bastardi illarum familiarum portent  
arma sine Barra tendente ad dextram, & in ciptie  
te à sinistra, potius sacerent agnationi & domui ia  
uriam, quam honorem, quoniam alias non est  
eis permissum. & possunt abradi, & deleri ab illis  
de agnatione, & prohiberi Bastardis ne aliter por  
tent, quoniam expedit ita fieri, vt familia distin  
guantur & indistincte recognoscantur: & pra  
sertim hoc debet seruari in Bastardis, vt differentes  
& distincti à legitimis cognoscantur, ne sorores per  
errorum computentur inter splendores. Facit ca  
nisi cū pridem. §. progra. si. in si. extra dc tenui.  
maximè in participatione bonor. Cum portare  
arma sit honor, qui non competit Bastardis: vt  
tenet Bald. in d. l. generaliter. & in le. filium. ff. de  
his, qui sunt sui vel alie. iur. Nec dicuntur Bastard  
i esse de genere patris, cum appellatione eorum  
de genere solum veniant agnati, & non cognati.  
l. i. iūcta gl. ibi. ff. de probatio. Et ipsi Bastardi agna  
ti non sunt, nec habent agnatos, quoniam ēt vt dicit  
Bal. in d. l. generaliter, Bastardi propriè, iure, aut  
consuetudine nō sunt de domo, nec familia seu  
agnatione patris: quod tener Bar. in l. fi. ff. de ver.  
& rer. signi. & Pet. de Anch. in consil. 290. in initio  
incipien. vñs diligent. Ex quo nimis superbè, &  
præsumptuosè loquuntur Bastardi aliquorum  
magnatum seu nobilium, qui dicunt se esse de do  
mo & familia illorum, qui non habent iura san  
guinis: vt in §. vulgo. insti. de success. cognatorum.  
l. ex parte. & l. Spurius. ff. vnde cognati. l. pronun  
ciatio. §. familiæ. ff. de verb. signi. vt dicit Barb. in  
addi. ad. Bal. in dict. cap. naturales. Imò plus dicit  
Pet. de Anch. in d. l. loc. quod filius legitimè natus  
ex Bastardo non potest dici nobilis, cūm nascatur  
extadice corrupta. l. fin. Co. de naturalib. lib. Et si  
mater eius esset nobilis. Cuius nobilitas. verè ob  
nubilatur si nupserit Bastardo. & sentit Bal. in le.  
ex libera. Cod. de suis & legi. h. redi. per l. i. Co. de  
dignitatib. lib. 12. quod mulier nobilis nobes ple  
beio perdit nobilitatem. Et ideo cum carēt agna  
tis, non habent tutorcs legitimos, secundum Bal.  
per illum tex. in l. matres. C. quando mulier tutel  
la officio fungatur. Nec etiam tutorcs testamen  
tatio secundum gl. & Bar. in l. i. ff. de testamentaria  
tutela.

Nee etiam Bastardus dicitur eoniūcta persona, se  
eundum Inno. in c. nonnulli. de rescript. & Bal. in  
l. cū acutissimi. C. de fideie. & Ang. in consil. 191. su  
prā

## V N D E C I M A P A R S

**p**rà allegato. Nec etiam eius filius. ideo non agit, vt coniuncta persona sine mandato; vt confuluit. Paul. de Castr. consi. 134. vt dicit Guil. Bencd. in loco supra allegato.

Nec etiam Bastardo debetur legitima, nec aliquid remedium contra testamentum patris, secundum glo. in hoc singularcm in l. ff. de bono. poss. contra tab. quam sequitur Bal. in le. humanitas. C. dc impi & calijs subst. Nihil enim capit contra, vel præter voluntatem patris, vt ibi. Nec econtra pater naturalis in bonis filij naturalis secundum Azon. singulariter in sua summa, titulo de legitimis hæredibus. quem sequitur Bat. in l. fi. col. lccū da. ff. de his, quibus vt indignis, & dominus meus Ias. in §. pœnales. numer. 61. versi. accedit dictum. in stit. de actio.

Nec possunt fieri successibiles ex statuto, vcl cōsuetudine: vt dixi in Commentarijs nostris super cōluct. adinib. Dueatus Burgūdia, in rub. Des successions des bastards. vltta quæ ibi dicta sunt, adduco Bal. in l. in 3. oppo. C. de his, quæ pœna nomine. vbi dicit tale statutum esse contra ius diuinum. vnde habetur Gen. 31. quod renouat Apostolus ad Galat. 4. in fi. quod filius ancillæ non erit heres eum filio liberæ. Vnde poena in contrarium nō teneret, neq; iuramentū, secundum Bal. in l. & Bar. in leg. Scius & Augerius. ff. ad legem Falcid. Et in tantum legitimū præstentur bastardis, q̄ si statutum ciuitatis quo ad honores & dignitates, præferat filios nobiliū filij popularium, certum intelligendum est de legitimis: quia legitimū plegebū præferuntur Bastardis nobilibus: vt dicit Ang. quem refert & sequitur Dominicus de sancto Germaniano in c. statutum. col. 2. in fi. de hæreticis. in 6. Alleg. enim Ang. in consi. suo. 33. & corrupti: q̄a est in consil. 30. cuius initium est, Domina Francisca suprà alleg. Cūm Bastardi sint duntaxar in defectum legitimorum assumendi. le. generaliter. §. spurios. ff. de decurionib. Facit dictum Bal. in d. le. filium, in 2. lectura. in prin. Quod si alicui conceditur priuilegium in cauam filiorum, Bastardi vivi priuilegio non poterunt. l. si liberti ius. ff. de operis libcr. & in l. 2. ff. de exens. turorum, & idem Bal. in dict. cap. quæ in Eccle. colum. vlti. extra de constitut.

<sup>1</sup> Similiter idem Bal. dicit in l. parentes. circa. fi. ff. de in iūs vocando. Quod si doctori furit concessa immunitas, & filijs: quia hoc casu non ponderatur ratio naturalis, sed accidentalis: qualitas ipsius partis, scilicet, doctoratus, tunc naturales, vel spurii non continentur. Et generaliter vbi eum que agitur de commmodo, & honore filiorum & nepotum, non veniunt filij naturales tantum aut spurii. Circa ea videatis Bat. in l. iutela. ff. de capit. diminutione. & in l. pronunciatio. ff. de verbis signif. & in le. prima & secunda. ff. de accusat. Ioan. Andræ in addit. ad Spec. in tit. qui filij sint legit. Bal. in cap. nonnulli. de re scriptis. Panor. in

e. pertuas. & ibi etiam Bal. dc probatio. Bar. Pall. Ang. & alij in leg. fin. Cod. de verbis signif. & plures remissiones ad hoc adducit dominus eus Ias. in §. pœnales. numer. 58. in situ. de abo- nibus.

Ex quibus omnibꝫ concluditur effectus nostre cōsiderationis, quod legitimitas honiūs civilis de decoris titulus, quæ parentes debent filiis procurare, per legitimū in matrimonio.

Adnum tamen est aduertendum, quod r̄t ageretur de illegitimorum onere & incommode, & sic in materia odioſa, veniunt appellations filiorum, & comprehenduntur in dispositio. ab eo. berorum: de quo plenè per lo. de Pla. in l. 1. Co. de imponenda lucrativa descriptione. li. 10. pe: Ang. in d. consi. 30. & Dominicum de sancto Gemino in d. c. statutum. de hæreticis, in 6. Ita, quod lac filius patrem naturalem, & legitimū occidit, tenerit & punit. le. Pompeia. de particidis sic etiam tenebitur Bastardus & spurius. per taxim. ehos accusare. §. omnibus. ff. de accusatione. Bal. in c. per tuas. col. 2. extra de probatio. & in d. c. quæ in Ecclesiast. col. pœn. ver. ex nobili. extra de cōsti. Et comprehenduntur in l. quisquis. Co. adleg. Iul. maiest. Quia tunc, cum de corum agitur in commode, dīpositio legis ad naturam retetur, & non ad ciuitatem, nec ad fictionem iuris. hoc dicit Barto. in leg. eūm scimus. Cod. de agri & censitis. lib. 11. quid spurij possunt agere adiōne iniuriarum, & pro iniuria facta alicui de genere, quod non credo verum, cum spurij sint manes, vt autē dictum est. Ideo videtur, quod in nulla bona fama tolli potest cum non habat: & sic frigiditas non potest esse sine substantia vel subiecto. l. 2. Et ibi Bat. ad hoc no. ff. de viufructa. Ne potest esse accidentis sine substantia vel subiecto: ita per illum textum dicit Bald. in l. 2. Cod. ac bon. poll. secundum tabulas. & in l. omnium. Co. de testamentis. Cum enī non sit substantia bona fama, quomodo restituī possit: & p̄cipiat p̄ supponit habitum, & nō Entis nullæ sunt qualitates: vt dicit do. meus Ias. in l. eius. versic. quod si stipulatio. ibi: nota terrib. ff. sicut. petra. & quid non potest. l. quorū. ff. de nouati. Idem do. meus Ias. in l. singularia. col. 2. ff. co. sicer. per. faciunt quæ dicta sunt in prima par. in 42. consi. quod præ uit, hoc est, infames, & turpes personæ, non l. t digni honore, quoniam & infamibus portæ non patent dignitatum. cx. in l. 2. cuius iniuriam hinc que famosis. C. de dignitatibus. libr. 12. & regula iuris, infamibus. de regi. iur. libr. 6. Et sic, cum honor debetur tantum his, qui sunt capaces honoris: quia actus agentium operantur tantum in patiente bene disposito: secundum Philo. 2. de anima. probatur in l. 2. ff. de statu hominum. & in venerabilem. vbi colligitur de electio. Non est dicendum, quod homo infamis sit patiens bene dispositum ad recipiendum honorem. Nā qualia sunt

meritaria subiecta, talia debent esse prædicata, & per consequens, quod infamia possit percre, quod sibi tamquam honorabili honor fiat: quia honor non causat eo, tanquam in suo penitus cōtrario. Cum honor & infamia, & tanquam duo contraria, non possunt esse in eodem subiecto. I.e. i.C. de furtis. Et secundum prædictum, si honor, non est dispossessus ad subiectum, sed hominem infamem, nec simulare possunt in eodem subiecto, tanquam contraia. Nam homo, qui est subiectum, habet cum prædicatum infamiam, quomodo tunc possit capere contrarium subiectum, respiciens honorum cum infamia, & honor omnino contrarietur dictum est. Ideo bene dicit text. in d. l. neq; famosis & notatis. Et quos seculis ant vitæ turpitudinibus, & quos infamia ab honestoru cœleregerat, dignitatis portæ patebunt. Faciunt, q; aut. Luc. in Pen. in l. vnic. C. de professoribus, qui utrbe & c. col. 3. lib. 12. Vbi dicit, quod infamis nō est fieri doctor: quia doctori est honor, vt hinc non prædictum est.

Décimasexta consid. Inter plebeios maximè, dubium nullum est dignitas, Patres filiis sunt præzendendi. Cum per filios honor debatur patribus in tribus, si exhibitione reverentia: vt habetur Eccl. 7. Honor patrem tuum, & gemitum matris ne obliuiscaris, quod in multis consistit, vt scilicet. Secundò, eis obediendo: vt habetur ad oboles. Filii obediunt patribus vestris. Tertiò, in necessitate subueniendo, vt habetur i. ad Timot. 5. reddite vicem parentibus, vt scribit Anto. Toren, in sua sum. in 4. part. tit. 5. cap. 9. §. l. & in §. declarata etiologia, que filii consequuntur abutus modi honore & reverentia erga parentes: ut sunt tria: Primum, scilicet, prolongatio viæ unde Ecclesi. 3. scribitur. Qui honorat paucum, vita viuet longiore. Itenu, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longauis super terram, vt scribitur Exod. 20. Deut. 5. Matth. 15. Mar. 1. ad Ephet. 6. Secundum est exauditio orationis & consolationis in filiis. Eccl. 4. Qui honorat paucum suum iucundabitur in filiis, & in die orationis sua exaudietur. Tertium est in multiplicando temporalium, & spiritualium rerum. Eccl. 4. item 3. Honora patrem tuum & matrem tuum, super tunc tibi benedictio à Deo. Lege etiologata patres sunt honorandi, & eis obediunt etiologati filii. l. 1. §. l. iuncta l. sequenti, que incipit, scilicet eiga Deum religio, vt parentibus & patriæ carcamus. ff. de iustitia & iure. Lege etiam humana, & cuiuslibet præcipitur filius, vt reverentiam & honorum parentibus exhibeat. l. parentibus. & l. generaliter. cum ibi notatis. ff. de in ius vocando. & l. C. de patria potestate. & l. 1. ff. de obsequijs & libertis parentibus à patronis praestantibus. Facit lex. cum oportet. §. non autem. Cod. de causis que liberis. & in authen. de nuptijs. sed sancitum est. ibi: erubet enim lex castigata.

tores filios genitoribus statuere. & sequitur: Illös quidem erubet. col. 4. Et de hoc scribit Bernar dinus de Bustis in secunda sua rosarij parte. sermo ne 25. in 3. par.

¶ Hinc parētes (hoc est, pater & mater) in ius vocari non possunt à filiis, venia non impetrata. d. l. generaliter. ante alleg. & l. co. ii. ff. de in ius voc. an. etiam si mater ester meretrix. d. l. 4. in fi. cum. lcg. seq. eod. loco. Alias panuntur filij, vt in §. poenales. insti. de actionib.

Etiā pater conuentus à filio venia impetrata habet beneficium, vt solū condemnatur in quantum facere potest, hoc est, deducto ne egeat, & detracto tanto, quod possit inde vivere, vt est tex. in §. sed & si quis. insti. de actio. concordat l. tum qui in id, in fi. cum l. scq. ff. dcre iud. & hoc obsequiū. etiam paternam, secundum Dyn. in d. §. sed & fi. qs. licet Nie. de Neap. ibi: quem sequitur d. meus Iason. Item ibi dicit, quod ratio est: quia tunc habet locum regulā. Dolo facis quod petis, quod statim restituturus es. Cū filius paucum egentem reneatur acle, le. si quis à liberis. §. si vel parentes. ff. de liberis agnoscēt. Et vnum etiam scias, quod incteuerentialis qui est in filio erga patrem, est sufficiens ad rescindendum contractum filii factū præsentia patris, aut cum patre: l. 1. §. que oneranda. ff. quartum rerum actio non datur. do. inctus Iason in transactione. C. de transactio. & per cundē in §. quadruplici. nu. §. cum §. numc. sequen. insluto de actio & per Fely. in ca. causam matrimonij. extra de officio delegati. Etiā frater maior qui gubernat, causat inctum reverentia. cm. Id: in do. meus Iason, in legce pactum. in fin. C. de collatio. & idem dicendum est in marito erga vxorem, vt ait dominus Iason in dicto §. quadruplici. i. o. ante dicto. Quia non minor debetur reverentia per vxorem marito, quam per filium patri, secundum eundem dominum meum Iasonem in d. l. e. transactionem, vbi declarat idem esse in focro, cui etiam huiusmodi reverentia debetur. Sed cum haec non sint presentis speculationis, ad alia deueniam.

Et non solum pater naturalis est honorandus, sed etiam pater spiritualis: vt per plura tenet G. Benedi in repet. cap. Raynati. in verbo. & vxorem nonmpt Adelaiam. num. 76. exrade Testamentis. vbi etiam amplē de patrino, hoc est, de illo, qui aliquem de sacra fonte levavit, cui debetur honor & reverentia: Ita quod poena inductæ contra vocantem in ius, sine venia patrem naturalem, habent locum in patre spirituali, & per d. meum Iasonem, in d. §. poenales. nu. 64. insti. de actio.

Interdum tamen filius preferendus est patti, quando pater est irrationalis, vt in c. quaritur. 2. q. 6. Vbi est tex. seruamus honorificentiam patris quæ debetur à filio, non aquamus filium pari in honore, sed præponimus filii patri in veritate: in

## V N D E C I M A P A R S

& sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum. Etiuxta dictum Senecæ: nō quis, sed quid dicat attendito, vt recenser Luc. de Pen. in l. omnes judices. col. 15. C. de decurio. libr. 10. quia præualet veritas, & vincit. c. consuetudo. 8. dist. & dixi infra in sequenti parte, in 26. confidatione.

Item, quando filius est index, aut gerit magistratum, vt plenè dixi ante in 7. par. in 24. consideratione. Vbi citauit ad hoc Aulum Gellium libr. 2. c. 2. vbi diserte scribit, q̄ ratio obseruatioq; officiorū esē debeat inter partes filioq; in dictum bendo, sedendoque, atque in id genus rebus, domini forisque, si filii magistratus sint, & patres priuati. cui addo Valerium in lib. 2. tit. de institutis antiquis. dum ait: Q. Fabius Maximus à Senatu legatus ad filium Consulem Sueßam, postquam animaduerrit cum ad officium suum extra moenia oppidi processisse, indignatus quoque, q̄ ex lictoribus nemo se equo descedere iussisset, plenus ira: federe perseverauit: quod cum filius sensisset, proximo lictori, vt sibi apparcret, impetravit: cuius vocis Fabius continuo obsecutus. Nō cego, inquit, filii, summum imperium tuum contempsi, sed expetiri volui, an scires Consulem agere. Nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur, rerum publica instituta priuata pierate potiora iudico.

Idem de filio Episcopo, aut sacerdote, qui debet præcedere patrem in Ecclesia, vt hic ante in 12. consideratione scriptum est. Et ratio est, quia in illis filius est maior patre, & in maiori dignitate: vt lege, sed si vnu. §. interdum, ff. de iniurijs. 56. dist. c. nunquam in si. habetur per Luc. de Pen. col. pen. C. de priuilegijs scholiarum. libr. 12. Nam aliás videretur, & enceretur quadam insania, si filius patrem, discipulus Magistrum, aut superiorum inferior subiungare conetur. c. si quis dubitet. 96. dist. Non enim est seruus maior domino suo, nec Apostolus illo qui misit illum. Ioan. 13. & vide 2. q. 7. per totum. & facit extra de officio delegati. c. vii. 2. & 3. responsu.

Nulla quippe iustitia est, vt maior minori seruat. 23. q. vii. cau. est ordo, licet nonnunquam Vicerius sit melior Principalij. i. iustissimè. post principium. ff. de adiutorio edicto. Luc. de Pen. in l. ante allegata.

Et hic notabilius, quod vna persona dicitur alij præfici: quinque modis, vt notat Archidiaco. in ca. quamuis. vers. in his. 21. dist. Scilicet officio, vt in e. nouo. eadem dist. Secundò, vt in subdiacono. beati. 2. q. 7. Tertiò, ordine, vt in ca. à subdiacono. 93. dist. Quartò, administratione, vt archidiaco-nus archiprefbytero. c. i. extra de officio archipref-by. Quinto, consecratione, vt Episcopus omnib. c. i. dist. 21. Et haec præalatio consistit in tribus, in Iudicij. c. inferior, eadem dist. in præceptis. ea. nunc autem. cod. loco. Et in sacramentis. c. denique. ca-

dem item dist. vt per singula ante in 4. pat. dictum & comprobatum est, & istadiuissio etiā servatur potius pro illa 4. parte.

Subditur, & in cridò, An parentes sint preponebendi omnibus alijs in honore. Hæc qua suorum plenè examinat Alberi. de Rosate. in le. velut in 8. ff. de iust. & iure. vbi dicit diuersos esse gradus honoris, quidebentur diuersis. Primus est communis principalis causa, secundus est sapientia, & tertius bonitatis.

Honor siue præminentia Principij triple est. Prima est, quantum ad esse naturale, quæ p̄ducuntur non esse in esse, & hanc habet pater carnis: & huius ratione honorandus est pater carnis p̄z. alijs, & ideo dicitur: Honora patrem & matrem, & Eccl. 6. Memento, q̄ nū p̄ eos natus nō sufficit, & dixi hic ante in 4. consi. versi. tercia ratio.

Alia præminentia principandi est, quantum ad esse spirituale, & ista ratione honorādus est p̄z. latus p̄z. alijs. vnde Ecclesiastici 3. scribuntur. Tamquam dominis seruite eis qui genuerint in opere & sermone. Et de ista præminentia dixi ante in dicta 4. parte.

Alia est præminentia principiandi, quantum ad esse temporale, & secundum hanc honorandi sunt Principes seculares, vt Imperator, & Rex. vnde describitur i. Pet. 2. c. Deum riueret, & Regem honorificare. & de huiusmodi præeminentia, vide supra in 5. parte.

Secundus gradus principalis honoris est ratione sapientie: & secundum hoc honorandus est vir sanctus. vnde Apost. ad Philip. 2. de Epaphroditodicit: Excipite illum, & sequitur: Et honor habetote: quia propter opus Christi vique ad mortem ac cessit tradens animam suam.

Est etiam sciendum, quod honor paternus in duobus præcipue consistit, s. in reuerentia, & in sustentatione corporali. de quibus ante ista consideratione aliquid dixi.

Reuerentia autem paterna consistit in tribus. In affectu, timendo offendam paternam amorem. Vnde Hieron. Præbeatur patribus honoris mitia formido. In effectu, & hoc obediendo, ad Ephes. quinto. Filij obedite patentibus vestitis. Et in signo, asurgendo, inclinando, cosprponendo, & similia faciendo, quæ sunt signa honoris. vnde Apostolus ad Roman. 13. Cui honorem, cui tributum. & de huiusmodi signis scripti supra in prima part.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

262

part. in II. confederatione, & pluribus alijs sequentibus.

Sustentatio etiam consistit in tribus, scilicet, in solatio verborum. vnde Eccl. 3. Dederunt filii pater in honore, quia ut dicit glossa. Honore, & solatio debent souere parentes. Vnde Hier. De honoribus, de parentibus, Nemo patrem in asperis verbis lasset, affectum sonet, quicquid lingua dixerint liberorum, haec filiorum ora loquentur, quod parentes debent audire. In servitio, vnde Eccl. 3. Qui timet Dominum, honorat parentes, & ibi alia ad hoc. Item in exhibitione necessariorum, vnde Hiero. Honora patrem tuum, non in verborum sono, q[ui] pertinacia parentum casta adulazione frustrari in iustus necessariis ministrandis. Et Phil. 9. Ethic. dicit, quod in his, quae pertinent ad sustentationem naturae, quae est per nutrimentum filij, maxime debent sufficientiam praebere parentib. sunt enim in hoc eis debitores, & sic filii cogunt alere parentes. I. si quis a liberis, in princ. & §. si vel parentis. ff. de liberis agnoscendis, & hic ante di-  
cunt est.

Concludit tandem Albert. in eadem l. nu. 10. Quod non omnis honor debetur patri, quia non est largitor vniuersalis omnium Bonorum, sed particularis, nec continet in se omnem praeminentiam honoris, & id dicit Philo. 6. Ethico. Non omnem honorem debet homines parentib. quia neque eundem honorem debet patri, & matri, nec patri debet honorem, qui debetur sapienti, vel qui debetur Ducis exercitus: sed patri debetur honor paternus, & matris maternus, & cuilibet seni-  
tum suis debetur honor.

Et veterius querit ibi Alberi. An in omnibus obediendum sit parentibus? vbi sic resolutus. Licet adiutor, quod sic, ut habetur ad Col. 3. Filii obe-  
diunt parentib. vestris in omnib. Tamē Philo. 9. Ethic. declarat, quod non omnia parentib. debeantur, sed quodam etiam debentur consanguineis, amicis, benefactorib. & virtuosis, & secundū Alex. & Hales. 3. vol. sum. Non solum obediencia debet parentibus, sed & alijs: puta Pratalis Ecclesiastis, & secularib. secundum gradus, & distinctio-  
nes corporalium, & spiritualium, ut Prælator Ec-  
clesiasticus in spiritualibus, seculari in temporalibus, patr. in regimine familiæ. Et idem decidit Tho.  
10.2. q. 26. arti. 3. Apud legistas vero ista quæstio sa-  
cra expeditur. sic, quod in atrociorib. filij nō de-  
bet obediens parentibus al. as fecus, notatur in l. li-  
ber homo. 2. ingl. magna in f. ff. ad legem Aquili.  
Facile. ad ea, quæ non habent atrocitatcm. ff. de  
regul. & c. non semper malum est non obedire præ-  
cepto. 11. q. 3.

Et arguitis de officio liberorum erga parentes,  
nam semper in omnibus partibus obsequendū  
est, & parentum super ea re relatis Græcorum, La-  
tinarumq[ue] (qui de officijs scripsierunt) sententijs,  
Aulus Gellius libr. 2. cap. 7. ita concludit. Omnia

qua in rebus humanis sic sunt, aut honesta sunt, aut turpia, aut media, q[ui] sua vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet sive imperer pater sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæque turpia, & omnino iniqua sunt, ea ne imperet quidem, ut si præditionem patriæ, si matris necem, aut alia quædam imperatur turpia, aut impia. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leviter, & ve-  
recundè, ac sine detractione minima, sine opprobriatione acerba reprehensionis declinanda sensim, & relinquenda esse debent, qui de officijs scri-  
pserunt, quæ respunda. Quæ vero in medio sunt, hoc est, in indifferentia seu media dicuntur, ut in mi-  
litiam ire, rus colere, honores capessere, causas de-  
fendere, vxorem ducere, vti iussum, proficiere, ut acerbitum venire: quoniam, & haec & his similia per se ipsa neque honesta sunt, neque turpia, sed perinde, ut in nobis aguntur: ira ipsis actionibus, aut pro  
banda sunt, aut reprehendenda, propter ea in hu-  
iusmodi omnium rerum generibus patri parentum esse censent, veluti si vxorem ducere imper-  
et, aut causas pro reis dicere, quid enim si imper-  
vxorem ducere in famam, propugnare, criminio-  
fam? Aut p[ro] eo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causam dicere? Non, si parentum, quoniam accidente aliquo turpitudinis numero, desinunt esse per se haec media atque indifferentia.

**D**ecima et prima conside. Quia in antiquis est Sapientia, & in multo tempore prudentia. Iob. 12. & vbi inter plebeios est quæstio de immanirate, hoc est, exceptione, seu vacatione munera, & onera: semper sui veneranda senectus priuilegio etatis, le. semper in ciuitate, sicut de iu. immu-  
nitas sunt verbalia, c. Calistrati moralia. Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. Namque maiores nostri penitus eundem honorem tenibus que in magistratibus tribu. ebant, circa munera quoque municipalia subeunda, idem honor se-  
neatur tributus est, & semper honorados dicit esse antiquos. Bar. in l. 1. ff. de albo scribendo, & in l. 2. C. de decurio. li. 10. Canon iste in c. statuimus. ex tra de maio. & obed. Imò absurdum est, & iniqui nouos, & sic iuuenes antiquis præferre. text. in ca. statuimus circa initium. st. dist. & ibi notar. quod seniores semper præponendi sunt junioribus, in electione, in responsione, & in subscriptiōne, per plura iura ibi allegata: Quoniam qui est aetate maiori, præsumitur maturitate sensus præstantior. text. in c. nisi cum pridem. §. alia vero causa. extra de renunciatio. & dixi in pluribus locis in 4. & 6. part. Ervitiam Hedui nostri (qui olim confederati Romanis, & ab eis frarres conscripti fuere) more ipsorum Romanorum, suos antiquiores concorditer præbonorarent: Cum hodiene-  
nes antiquioribus præterri, & senum cōsili: a postponant, quod & p[ro] postere sit, cum iu. Consilijs senes sint anteponendi: ut plenè scripti in Com-

V N D E C I M A P A R S

mentarijs nostris super consuetudinibus ducatus Burgundiae, in procēd. super rex. ordonne que six de noz cōselliers. Et eorum prouerbia sunt etiam attendenda. text. in leg. si chorus. §. i. ss. de legislati 3. & glo. in ca. cum in iuuenient. in verb. senilem. de p̄fūlūmptio, & pro causis decidendi seniores sunt consulendi. c. de quibusdam. in fi. 20. dist. Et antiquorum sententia in dubio est amplectenda c. domino sancto. in fi. i. dist. & ibi Arch. de priuilegijs antiquorum. & Ludouie Romanus in le. si verò s. de viro. in 53. fallentia. ff. soluto matrimonio. Et iuuenies antiquis pro eo ut eruditio tradendis sunt. c. omnis artas. 12. qn. i. Et ipsi senes primam vocem habere debent in consilio, vt scribitur Ecclesiastici 32. Loquere maior natu, deeeet enim te. & post alia sequitur de adolescente. In medio magnatum loqui non p̄fūsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris. Etiam de iure in deliberando senior debet primitus loqui secundum ordinem sessionis. c. i. de controuer. seu. apud patres termi. & ibi Bal. Spec. tit. de aduocato. §. iā nūc videndum. ver. porrò. Tamen domini de Rotavuntur, quod iunior prius loquatur, quod practicant aduocati Palatij Parisiensis in collationibus, vt dicit Cosmas Guymier in suis Commentarijs. Ita Bal. in l. obseruare. §. antequam vero. ff. de officio Proconsulis. Et pro isto dicto facit bonus text. cum gl. in e. sciendum. initio. 26. q. 4. & tex. in l. claram. C. de autoritate praestanda, & in l. fi. §. filij. C. de bonis quæliberis. vbi antiqui p̄fūsumiūr magistri temperatores iuuenib[us], & dixi amplè in tempore p̄cedente, in 29. consideratione. Vbi scripsi, quomodo doctores antiqui præferuntur iuuenioribus. Dixi etiam in 7. parte, in 46. consideratione, quod aduocati seniores iuuenib[us] antefuerunt, quæ hic non repeto. Intellige tamen, vt dixi in dicta parte p̄cedenti, in 30. consideratione. Nisi iuuenes sint excellentes scientia, quod quadrat ibi ad propostum de literatis, sed in non literatis etiam iuuenes excellentes ingenio naturali præferuntur seniorib[us]. Ita decidit Imo. in cle. 1. de artate, & qualitate, & Ludo. Romanus in repetitio. d. l. si verò. §. de viro in 5. fallentia. ff. sol. matr. Alex. in Apostol. ad Bar. in l. i. ff. de albo scriben do. Quoniam habens ingeuium naturale excellens sita debet doctrorari, sicut habēs excellentem scientiam.

Et, ut reaſumam de honore impenso ſenibus  
a iuueniibus, quodque antiquitus etati ſenece po-  
tissimum habiti ſint ampli honores: eleganter  
ſcribit Aulus Gellius lib. 2.c.15. in initio. Apud an-  
tiquissimos Romanorum neque genetri neque pe-  
cuniæ preſtantior honos tribui quam etati ſoli-  
tus. Maioresque natu a minoribus colebantur ad  
Deum prope, & parentum vicem. Atque omni in  
loco, inque omni ſpecie honoris priores, potio-  
neq; habiti. A coniuio quoq; (vt ſcriptum eſt in  
antiquitatib.) ſeniores a minorib. domum redu-

cebant: cumque morem accepisse Romanos Lacedaemonijs traditum est: apud quos Lycurgus, gibis maior rerum omnium honos maiorum atque habebatur. Et graui stylo in hanc sententiam differrit Vale. Max.lib.2.tit.de insit.antiq. Vbiā Señetū inuentus ita cumulatū & circumspectum honorem reddebat, tanquam maiores res natu-les ceterū cōmunes patres essent: Quocirca uen-nes senatus die vtiq; aliquē ex patrib. conscripsit, aut propinquū, aut paternū amicū ad Curiandum ecclā, assiq; quibus expetabat, donec reduendi officio etiā sungenerebunt: qua quidem in voluntate statione, & corpora, & animos ad publica officia sustinenda impigre correborant, breueque processu rerum in lucem futurarum virtutū tua- verecundia, laboris meditationis pī docēbore- rānt. Et sequitur: Inuitati ad coenam, diligenter quarebant, quinam ei coniuicio silent interclusi, ne senioris aduentura discentibit præcurrente, sublataque mensa priores consurgere, & abire patiebantur: Ex quibus appareret, coena quoque tempore quam parco, & quam modello sermone his praesentibus soliti sint vti. Et ibi sequitur de majoribus dantibus exemplum vittutis inueniens, q; videre poteris.

Et non solum hæc antiquitas consideratur ex atate, sed etiam ex tempore. Nam qui longioriter in labore, assiduis stipendia meruit, in debito est præponendum, ut est rex, in l. prouidendum, iuniorum, ibi: aut meriti nobilissimos fecerit aut veritas. C. de postulando, & iu. l. 2. ibi: vt is graduatus antecedat, quem stipendia meliora, & vel labor prolixior fecerit anteire. Co. offi. Magistri officiorum, & in c. miramur. circa fin. ibi: nec potest fide eius proactione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis et fioris loci praemium debetur 61. distinct. & l. 1. & 2. Cod. de præfectis praetorio sue virbis, & Magistris, &c. & in l. vnic. C. de Comitib. & Archiaris sacri Palatij, & in l. vnicique. in initio, maxime ibi, ut nemini penitus licet, cum sit posterior tempore locum præcedentis abire. C. de proximis sacrorum scriiniorum, & in l. f. §. illud præcipuum. C. de primi certiori, lib. 12. cum pluribus alijs allegatis per Copiam in suo tractatu de Imperatore nullum eligendo. in prin. ibi: qd autem dictum est, & ante illum versic. enumerat. s. o. priuilegium. antiquitatis, in quibus senex est magis honorandus, ad quem pro hinc remitto. Frat. clarat Lud. Ro. in d. l. si veio. 6. de viro. ff. sol. matt. in 54. fallentia. Antiquitatibus se necuti deferendū est in multis, s. in consiliis quarendis, & etiam sequendis, in onere excommunicationis, in onere eundi ad iudicē pro testimonio ferendo, in onere nō cōparendi, in onere assumendi officia autoritate, vel utilitate publica, aut auctoritate tantum, in scriutiorū exhibitione, in suspcionis remotione, in pœna relaxatione, in maio ri probationis fide, in testificatione, in reuerberatione exhibiti-

exhibitione, in sessione, vocis redditione, & subcepione, in consuetudinib. suscipiendis, in Prae-  
stolidigendis, in facienda reuocatione, in ordinis  
reposteratione, in libris corrigendis, in obser-  
vatione instrumentorum. De quibus singulis am-  
perecundem Rom. in eo loco. Et de vltimo, in  
obseruatione instrumentorum, & actorum inter-  
duos notarios, vide per F. Niconitum in rcpet. c.  
quoniam contra falsam, vers. nota sexto loco Ab-  
bas, quod Notarij officium circa tria versatur. ex  
rade proba. Vbi etiam dicitur, quod claves castris  
debet esse penes maiorem natu. Honestum est  
cau iuuenib. ministrare, & obedire senioribus,  
quatenus limitat, nisi sit maioritas inter esse in  
mori quoniam tunc præsertim minor. Et ideo,  
quahabat maiorem partem in re, dicitur habere  
maorem potestatem, & ibi plura, ad quæ recurre-  
re, et in quibus senes, & iuuenes sint laudabili-  
& virtuoperabiles. scribit amplè Luc. de Pcn. in l.  
de consulibus. lib. 12. Vbi dicit, quod præsumi-  
pro senibus, quod sini proibi, sciētes & graues.  
quem, (vt sum breuior) videre poteris.

Equis dicatur senex, notatur in l. si pater fami-  
lia in arrogationibus. in verb. 60. ff. de adopt. &  
ann. in 1. g. o. ff. de testib. & per gio. 2. in d. l. sem-  
per in ciuitate. ff. de iure immunitatis. Vbi notat  
enim se, qui habet 60. ann. l. non tantum. §. 1. ff.  
de decurio.

Décima octaua conside. Inter plebeios etiam  
præfendi sunt Literati, & habētes aliquam  
scientiam, in aximē legalem. Quoniam vt scribi-  
tan proem. institutio. §. fi. habētes illam scien-  
tiam erunt patriarcharum suarum gubernatores, &  
ehoc ante in præcedenti parte, vbi laudauit viros  
exitos, & in nonaparte, in 35. consideratio. de  
Coepola in suo tractatu de Imperatore mili-  
tēligendo, in verbo, scientia. Vbi probatur, &  
scallens scientiam rei militaris, præsertura-  
Augustinus Dat. hus, etiam in suis orationibus.  
in 14. epistola, dicit inter homines ciuita-  
teratos es̄t honorandos, & honore maxi-  
mō extollendos, vltra quo sūnque alios: cum, vt  
Omnia quæ sunt in ciuitate, non sunt omni-  
bus temporibus: Quis enim bellicā virtute  
præsumit, togavir teitur? Quid militaris discipli-  
na pac̄ p̄rodest? quapropter bella geruntur: ca-  
non sūnt etatū omnium, quod testatur Ci-  
tate. Delirum namque senem appellauerimus,  
qui canes alat, pascat equos, studia venandi con-  
ducit, fetis plagas tendat, ac turpiter denum  
imp̄p̄ueleat: catena non conueniunt pluribus lo-  
cas. Qui enim ciuitate pulsum, atque extorrem  
omnib̄ decet Reipublica gubernatio? Mitto  
mercaturam, qua nūquam apud pr̄ficos quic-  
quam habuit ponderis. Apud Thebanos verò  
nullus mercator fungi poterat publicis muneri-  
bus, nisi 10. annos negotijs ac mercatura defitif-  
ca. Sola literatū ac rerum cognitio etatē exi-

git. Nunquam intempestiuā est, & vbiq; gentium  
magno celebratur honore. Imo etiani, scientiam  
supplet. vt scribit G. Benedicti in sua repetitione.  
c. Raynutius. in verbo, adiecta impuberi. numer.  
37. de testamentis. Qui enim adepti sunt illam, ve-  
rè hominēs sunt, & maximis præmijs muneribus  
que dignissimi. Quapropter non iniuria plerique  
lureconsulti, quos nullius serme rei scientia fugie-  
bat, cùm de scientia dignitate ac nobilitate diffe-  
rent, doctos viros nobilium nobilissimos & ve-  
rè, & eleganter appellare soliti sunt, vt ante in 8. &  
10. parte, in pluribus consid. & in d. epistola Augu-  
stini deducunt est.

Concludo igitur, Quod inter plebeios, Aduo-  
cati ceteris præserendi sunt, atque multis honorib-  
us decorari debent, vt & suprà in 7. & 10. parte  
dixi in diuersis cōsiderationibus. Quomodo sunt  
honorandi etiam inter nobiles & literatos, mul-  
tò sortius inter solos plebeios. Etiam quia aduo-  
cati dicuntur habere officium, vt dicit Iacobinus  
de sancto Georg. in l. in princ. ff. de iuris. omn.  
iud. per cap. fi. extra de postulando. Et post eos et-  
iam sunt honorandi Medici: vt in 10. part. scripsi,  
in 25. consid. Licet inter eos quandoque fuerit cō-  
tentio de paritate: vt ibi, vtraque tamen scientia  
Iuris, & Medicinae & Deo est. Nam leges diuinitus  
per ora Principum sunt promulgatae, & scriptum  
est de medicina, Eccle. 38. Altissimus de terra crea-  
uit medicinam, & vir prudens non abhorrebit  
eam. Er de iure, seu legibus. Proverb. 8. Per me Re-  
ges regnant, & legum conditores iusta decernunt.  
in l. inter claras. C. de sum. trin. & vtraque esti-  
cessaria hominibus, Iura ad pacificationem ho-  
minum, Medicina verò ad sanationē corporum,  
c. facta, 4. distin. Et vtriusque peritus multum ab  
hominibus honoratur. c. non san. 14. q. 5. & de lu-  
re quo exercetur iustitia. Sapiē. 8. Per hāc habeo  
claritatem ad turbas, & honorem apud seniores.  
Et de Medico dicitur, Eccle. 38. Disciplina Medici  
exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum  
collaudabitur. Ideo debent seruare iurisperiti, &  
Medici illud Apostoli ad Roman. 12. Honore inui-  
cem præuenientes, vt ait Antonius in 3. part. sū  
sum. tit. 5. c. 2. §. 4.

Et ne absit dictum pulchrum Arnaldi de Vilfa  
noua, subiungo id, quod in cautelis medicorum  
scribit, quod primus locus in mensa solet seruari  
Sacerdoti, & Medico, quod intellige de sacerdote,  
qui est rector in sua Parochia, vt supra dixi in 4.  
parte, in vlt. consid. Et etiam in Medico in domo  
infirmi.

Et de laude Literarum, scribit F. Patritius libr.  
2. de institutione Reipublica, titu. 1. Vbi dicit li-  
teras in primis ab omnibus, si fieri potest, edi-  
scendas es̄t propter fructum illarum, & vix arbitrii  
potest, vt ait, in liberā ciuitate quenquam si-  
ne literis ingenij, cuius nomen mereri. Qui enim  
sine literis nō solum liberales disciplinas, sed mi-

## V N D E C I M A P A R S

nimas quasq; artes discere aut tueri possunt? Nec mercatura ipsa nec agricultura sine eis satis tua esset: cetera prosequere, vt in eo loco.

**D**icitur nona confidit. Notarij & tabelliones, etiam tanquam literati post aducatos, & medicos prescruntur alijs plebeij. Tabelliones enim dicuntur iudices ordinarii voluntariae iurisdictio- nis, secundum Inno. in c. cum à nobis. de testibus, & tener elarius Paul. de Castr. in consl. 73. col. 4. Er esse notarium aut tabellionem est honor, ut habetur Eccl. 10. super faciem scriba imponet honorem. Et magis creditur tabellioni, aut notario, quam alij, secundum glo. in verb. tabulariis. in §. si vero absunt. in auth. d. h. a. & f. a. coll. 1. Bal. in auth. sed cum testator. C. ad leg. f. a. Fel. in c. in no- stra. col. 3. circa med. extra de test. Ethoc propter officium publicum, quod habet Tabellio. tex. iun. & a. g. in verbo. officij, in auth. de testibus. §. sancti- mus. collat. 7. In officium Notariatus, & Tabellionatus est dignitas, ut dicit Lucas de Pen. in l. Yniuersos. C. de dignitatib. lib. 12. Maximè quando est Notarius, aut Tabellio à Principe, ut ibi dicit Lucas de Pen. Quis enim ait, non diligit cum & honestate magna compleri putet, qui decreto Principis ad Tabellionatus officium peruenit? in auth. vi iudicis sine quoquo suffragio. §. ideo licet, colla. 2.

Eteriam propter necessitatem, & utilitatem in Republica sunt honorandi, cum videantur esse necessarii. Quoniam Tabellionum suum Notariorum ars, & viuendi formula quam honesta, honorabilis, & laudata sit, exploratis, præsertim illis necessitate, & utilitate faciliter cognoscitur. perire si quidem omnis iudiciorum tela, nisi essent Notarii qui acta conscriberent, periret ipsa Veritas, & fides in contractibus, & commerciis, periret omnis ordinis in iudicio forensium causarum, nisi esset aliqua fidelis publicaque per sona, cui iudecderet de his, que ab vtraq; litigantium parte, aurofferuntur, aut dicuntur. Item sunt in instituti Notarii ad confirmationem veritatis, sed ipsa veritas ubique eunque sonnerit, ab illo est, qui dicit, Ego sum via, & Veritas. Io. 14. Ut scribit Zodericus Zamorensis in speculo humanæ vitæ lib. 1. c. 19.

wendant, nihil cnius proficiunt nisi ad modū men-  
tianum, vt scribit Cicero i. officiorum. c. 57. Nam  
etiam, vt plurimum, mercatores sunt mendaces.  
ut dicit. c. ejcijens. & c. seq. Luc. de Pen. in l. 2. Co. de  
colis. lib. 10. Item mercatura si tenuis est, sordi-  
dus est. vt infra ista part. in 45. confid. Posunt enim  
viles censeri, qui huiusmodi mercimonij p̄-  
tent. arg. l. humilem. C. de nupt. & l. i. C. negotia-  
tiones ne militent. lib. 12. & l. ne quis. C. de dignita-

tib. cod. libr. Potissimè, si utensilia vendunt, hoc  
est, esculentia, & poculenta, vt lege, eos. in prin. ff.  
de decurio. Et hi tricoli Bononia dicuntur, vt in  
l. 2. glo. vlt. ff. de nundinis. vbi Calistratus ait: De-  
nique summa prudentia, & autoritatis apud Gr̄  
cos Plato, cum insisteret quemadmodum ciu-  
tas benè & beatè habitat possit: in primis illos  
negotiantes necessarios dixit. Apud nos verò re-  
gretarij, negotiantur enim, & emunt insimul à  
rusticis, & reundunt in minorum seu ociosè distri-  
buūt ciuibus: ita Luc. in dict. leg. maximarum. vbi  
etiam ait, quod saepe tales multantur, eò, quia  
precio statuto non vendunt, aut quia corrupta ve-  
dunt, ex quibus multari possunt. l. 2. C. de condi-  
tis in publicis horreis. lib. 11. Et vltra, quæ sint ar-  
tes viles: vide plutes remissiones per Cæp. in tract.  
de Imperatore militum eligendo, in verbo nobili-  
tatis. in 18. opin. de quibus non intendo hic dice-  
re, nec de sordidis: sed de honorandis: & de vtraq;  
specie, vide infra ista par. 33. confid.

**V**igesimalitera confid. Diligens & utilis præfe-  
rendus est inutili & pigro, & de nihilo serui-  
enti: Facit tex. in l. suspectum. ff. de suspectis tuto-  
rib. vbi sunt verba Vlpiani. Enim uero tutor quā-  
uis pauper, est fidelis tamen, & diligens remouen-  
dus non est. & illa verba reassumuntur in §. fi. in-  
stitut. eadem ratio. Cum turpe sit ciuibus ignorare  
statum seu artem in quibus versantur. argy. leg.  
2. §. Seruus autem Sulpitius. ff. de origin. iur. vnde  
inertes, id est, sine arte cogendi sunt ad labo-  
rem, & negotiationem. l. vni. & ibi Luc. de Pen. C.  
de mendicantibus validis. libr. 11. Et tales inutiles  
non afferentes structum reprobantur: vt habetur  
Mat. 3. & 7. Omnis arbor, qua non facit fructum  
bonum excidetur, & in ignem mittetur. Vel, quia  
etiam non sufficit abstinerere à malo, nisi fiat quod  
bonum est. l. in illa stipulatione 2. ff. de verbo. obli-  
gatio. in clem. cupientes. depœnis. in cap. de for-  
ma. 22. q. 5. no. glo. in verb. cuique. in princip. in l.  
iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iust. & iu. & instit. de  
eisdem locis. in glo. ius suum. in initio, quæ alle-  
gat. cap. non satis. 57. dist. Sicut enim piger vitupe-  
ratur. Proverb. 21. & 6. Ab opposito laudanda est  
diligentia, quæ mater est omnium virtutum in suo  
quoque opere. c. nihil. 88. distinet. dixi in præfatio  
ne huius operis circa initium. Et alia plura ad hoc  
referit Luc. de Pen. in d. 1. le. vnic. Ideo dicit Cicero,  
libt. i. officiorum. cap. 57. Quibus artibus aut pru-  
dentia maior inest, aut nō mediocris utilitas quæ  
ritur, vt medicina, architæctura, vt doctrina rerū  
honestarum: Hæ sunt his, quorum ordinis conve-  
niunt honestæ: vbi in hoc laudat artes, quæ affe-  
runt utilitatem. Inertes autem, & ociosi multum  
sunt reprimendi, & à ciuitate omnino expellendi.  
Cum Atheniensis ignavos homines, & languore  
marcescentes, qui vitam in ganeis & popinis, atq;  
illecebris locis silentio transigebat, in forum p̄tra-  
hebat: eosq; vt facinorosos & flagitiosos supplicio  
pleste-

## V N D E C I M A P A R S

plectebant: ut plenē in 1. consid. huius partis scripti. Et resert Guili. Leporeus Heduen. in suo tract. artis memoratiuꝫ. lib. 4. c. 10. vbi de ocio disserit. Ocio ergo tollamus: cum pro omni verbo ocioso reddituri sumus rationem in die iudicij. vt ait Hiero. relatus in c. quoties. 22. q. 5. & multam malitiam docuit ociositas. Ecclesi. 33. Et ociositas, & voluptas armis sive hostis antiqui ad miserias animas captiuandas. c. nisi cum pridem. §. verum. extra de renuntia. & ibi gloss. in verb. ociositas. alle-gans illud:

*Otia si tollas perire cupidiniū arcus.*

Et iterum:

*Quaritur Regibus quare se factus adulter,  
In promptu causa est, deinde sius erat.*

Quiduo versuſ etiam scribuntur in c. nunquā. in gl. pen. de conſer. dist. 5. vbi Hier. hortat Rusticum monachum, quod cum in desiderijs sit omnīs ociosus, faciat aliquid operis, vt ſemper Diabolus inueniat eum occupatum.

**T**riglima confid. Cum pulchritudo in homine sit dignitas, vt ait Cicero. lib. 1. officiorū. Ideo pulchriores exteris praſerri debent, vnde Beroaldus in ſuo opere de felicitate ait: Sine bonis corporis (inter quaenam pulchritudinem) non poſſe eſſe veram felicitatem. & vt ait Aristoteles: Non ſatis idoneus eſt ad felicitatem homo per natus deformis. Eſt enim forma Dei munus, vt inquir Homerus: Deorum dona gloriosa nequaquam aspernanda. Ideo apud Platonem in Gorgia. & 2. de legibus canto conuiuialis celebratur, quam cantores in conuiujs vſurpabāt, ita cōcinnitatis, Optimum quidem eſſe bene valere. Secundū loco ſormofum eſſe. Tertiū habere diuicias bono modo partas. Et ibi Beroaldus infert, quod ſine pulchritudine non poſſet eſſe absolute felicitas, ex quaque laudati fuerunt: vt apud Homerum Agamemnon, Achilles, Menelaus, Polyxenus, Niueus, Patroclus, Deiphobus, Aeneas, Ulysses, Thelomachus, Euryalus, & alij, quos in membrorum formaque dignitate laudauit. Necipit Homerus non tam laudauifet pulchritudinem in illis inuenit, aut non finxit (vt aliqui opinantur) niſi doceret magnū illud bonum eſſe, & in oculis hominum collocandum. Virgilii quoque Apollinem formosum appellauit Eclog. 4. ibi, ſormosus Apollo. Et in libris Aenidium, Lausum, Turnum, Auentinum, lulum, Virbiū, & plures alios in formositate & specie laudat, & in Euryalo de hac re ita ſentientia:

*Gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus.*

De quo meminit Alexan. confi. 209. incip. pon deratis his. col. 6. vbi refert. quod Cyn. in l. 1. in 3. q. ff. de iuriſd. omn. iud. dicit, quod in corpore pulchro reſider anima virtuosa: quia quo quilibet pulchrior eſt, eo magis virtus in illo reſulget necesse eſt: de quo Orpheus extollit Iasonem hoc pacto:

*Clarior in cunctis diuins ſplendebat Iason:  
Iuno etenim letos oculis afflarat honores,  
Et pulchrum dederat, magnumq. & peltore ſtatu.  
Plato vero lib. 1. de legib. & lib. 6. de Republica.  
Bona bifariam diuidit, alia, ſcilicet, eſſe diuina, &  
alia humana: horum primum dicit eſſe fanum,  
deinde pulchritudinem, tertio vites ad curſum,  
& ad alios corporis motus, quartuſ, diuicias, imo  
mulii ſormam & pulchritudinem bona valenti  
ni praferri non dubitarunt: moxi ex hoc, quod lo  
cum parere formas anſitatem habere exiſtente,  
de quo Cicer. lib. officiorū. c. 35. quo loco de re  
percrantia diſſerit. Venuſtas, & pulchritudino corporis eſcē non poteſt à valetudine. & Ambro. lib.  
1. officio. Pulchritudo, inquit, ſupra ſalubritatem  
ac valetudinem in videūr excellere: & tamen ſine  
hiſ eſſe non poſteſt, neq; viſo ſeparari modo: quo  
niſi bona valetudo ſit, pulchritudo eſſe ac ve  
nustas non poſteſt. Et idem Cicero libr. 4. Tuſcu  
lauarum quæſtio. Inter præcipua corporis bona,  
pulchritudinem primo loco colloca. dum inq:  
Sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vi  
res, valetudo, ſirmitas, velocitas. Erenim apud  
Poëtas formis hominis, & pulchritudo ſemper in  
honore & pretio ſuit, vt hic antepateret. quod & e  
legantiū Tius Lucretius doceſtis verſib.*

*Condere caperunt tum vrbes arcamq. locare,  
Præſidium Reges ipſi ſibi perfugiumq.,  
Especudes, & agros diuifere, atq. dedere  
Proſacie cuiq. & viribus, & ingenijq.  
Nam facies multum raluit.*

Et non mirum ſi Principes in diſtribuendis ro  
bus formosos ceteris anteponēt: cum & antiquo  
tempore Principes & Reges apud plerosque deli  
gebantur, qui forma præ ceteris præſtabant, vidi  
xi ante in 3. pat. in 18. confid. vbi dixi Reges, & Prin  
cipes inter ceteros laudari ex pulchritudine, & de  
cor corporis conſert ad felicitatem in hoc mun  
do. Verum etiam non ſolum Principes, ſed etiam  
plures alij laudandi ſunt expulchritudine, vti plu  
res annumerat Tex. in ſua officina, & vi tra 60. ſub  
verbo, ſormosi, vt etiam luris conſulti & Aduoca  
ti. vt ſupra in 7. pat. in 49. confid. vbi dixi Aduoca  
ti expulchritudine eſſe commendabiles. De pul  
chritudine vero mulierum in dixi in 2. pat. in 22. co  
fid. & quo modo milites laudantur ex pulchritudi  
ne, in 9. pat. in 28. confid. dictum eſt, & iſta confid  
ſit generalis ad illas.

**T**riglima prima confid. ſit de Artificio. Quo  
niam mutat hominis conditionem, & poti  
tius eſt officio, cum quadam namque perpetuita  
te diſſicetur. & ex Artificio vberior & honestior que  
ſtus etiam perciptitur. Notatur in l. legatis. §. 1. in  
ver. officium. circa ſi. ff. de leg. 3. Luc. de Pen. in le.  
2. C. de excus. artifi. lib. 10. Ideo dicit Bar. in l. ſeruſ  
urbanis. §. ſi alij. ff. cod. de lega. 3. quod Artificium  
ſuperat Officium, niſi quis habet plura Officia  
& Artificia, quia tunc attenditur id in quo magis  
vera

versatur. Et ratio quare Artificium extinguit Officium, est: quia Officium, in quo quis prius erat, non potest dici Artificium, & sic nouum incipit habere: aut prius erat in Artificio, & postea transiit ad Officium, secus est, quia Artificium potest dici Officium. Hoc autem ratio cessare videtur, ut ex Artificio trahit ad aliud Artificium. Ideo Romanus in d. glo. Officium, reddit aliam rationem quoniam cessat, quia Officium ideo non mutatur per Officium, quia Artificia potentiora sunt, & cum quadam animi perpetuitate discuntur: eò, quod indebet & honestor quartus percipitur. Officium ad tempus propter necessitatem, vel inopinatim subeuntur, ut dicit ibidem.

Adiectu tamen, ut intelligamus, id est, de quo cuestio, quod Artifex est ille, qui emit Rem, & mutata forma vendit, ut est mens ferrum, & vendentes ex ipso ferro fabricatos, & sic de singulis, quoque facit tex. in c. ejc. dominus. §. quicunq. 73. dist. quod facit ad limitationem ea, quam de censib. in 6. Quis autem sit mercator, & negotiator, scribit Alex. in d. legatis. & vide in d. sicutunque. sed latius infra dicam ista part. in 45. confid.

**T**rigesima secunda confid. Artificium est ita necessarium in Republica, quod non solum quis cogit exercere Artem quam non sit: sed etiam ignorans competit huius addicere. Ideo si in ciuitate aliquod Artificium fuerit necessarium, nec aliquid ibi, quod illud exercet, vniuersitas ad hunc item aliquem eligere potest, & debet, & cogitatur, Artemque illam addicere, ut postea exerceat. quamētonotorum in c. super Specula, extra de leg. 23. q. 1. in summa c. quid ergo. II. q. 3. leg. 20. §. sed damnam. ff. de poenit. I. tempor. §. qui viliam. ff. de iure immunitatis. ibi necessarium est, & l. 2. C. de ponderato. & auri illatione. videlicet in auct. de defensoribus ciuii. §. & iudicatis. praecepta vero faciat. collatio. 3. & leg. 2. §. pote de diutius. ff. de orig. iuris, & c. ex studiis. ex de pref. simp.

In his enim, que ad vitam communis usum pertinet, peccatum est laicus, nisi sibi ipsi inuicem operam dederint. c. te quidem. & c. sicut constat. q. 1. & c. placuit. 90. d. & cap. elec. c. cum quid. & c. in scripturis. 8. q. 1. Nec enim desiderant qui respire debet, quin obtemperet in his, que mater sua Respub. desiderauit: arguento c. vos autem. 16. q. 1. Nam & ad malitiam curvantur eliguntur tyrones. le. eadem. §. lege. 2. allez. lul. repetund. & l. quicunq. uno. §. 1. & 2. & quicunq. ff. de re mil. & le. quod evitandi. Co. de mand. ob tur. cau. ita tenet Lue. de Pen. in l. 1. C. de artificium. libr. 10. Et cum sententia incepit Artifices aliqui exercere officium, non possunt dissimilare, & verum ad hoc cogi possunt, ut res sententia Lu. in l. 1. col. 4. C. vi rustici ad nullum quoniam deuocentur. libr. 11. Ex quibus plurimes

dixi in ciuitate nostra. Quod cum aliquando desint nec reperiatur, q. velint acceptare aliquod onus, ad faciendum aliquid, quod in Repub. si necessarium, ut de commissariis ad distribuendum victualia pro equis armigerorum seu militum stationariorum, secundum ordinationes Regias, quod ad hoc exercendum possunt cogi aliqui de ciuitate. Et etiam, cum interdum desint panes, aut carnes, aut alia id genus quæ fiunt, aut exercentur per aliquos mercatores, & per eos, qui de talibus soliti sunt se intromittere, quod possunt cogi ad exercendum, & ad ea, quæ sunt necessaria inueniendum: prout ante faciebant: vbi ex desidia corum (aut forte, quia carius velint vendere res merciales) inercari desistunt. ex antedictis, & alijs per Lucam de Penna in dict. leg. 4. Cod. vt rustici ad nullum offic. Facit tamen dubium ibi, an possint cogi ad vendendum potius in uno loco quam in alio, vide cum. Et quomodo Artifices sint necessarii in Republica, hic ante in l. consideratione dictum est.

**T**rigesima tercia confid. Licet Budaeus, vir bonum literarum, dicat in suo tractatu de aſſe, & partiibus eius, folio mihi 139. Artifices esse factores urbium, ut & infra dicetur de aliquibus: tamen inter Artificia est contentio de nobilitate, ut scribitur in Viola animi, in Dialogo. I. ca. 1. & teste Bar. in l. 1. col. 7. C. de dignitatibus lib. 12. in ter Artifices distincto fit talis. Nam quidam sunt nobiles, quidam autem ignobiles, per text. & notata per doctores ibi in l. 1. ante fin. C. de conditis in publicis horreis. lib. 10. & in l. prouidendum. in princ. C. de postulando. Et isto modo seruus & ancilla potest esse nobilis, ut habetur L. enitici 19. post medium. ibi, quæ sit ancilla etiā nobilis, & de hac nobilitate loquitur Aristoteles 2. Eth. in princ. & refert Bonus de Cui tili in suo tract. de nobilitate. in 2. par.

Facit etiam dictum Sabellici li. 10. suorum exemplorum. Pulchrum est (inquit) in omni artium genere excellere, & quia pulchrum, & optabile, idcirco natura, homo desiderat ceteris omnibus in suo ordine praestare. Quo enim altiora sunt ingenia, eo magis laude efficiuntur, acriusque nituntur in arduum, laudis cupiditate. Et ait Cassiodorus. i. variarum Epistoliarum 13. Quod Ars est de cuso urbium, ut refert Lue. de Pen. in rub. C. de excusatio. Artificium lib. 10. Et aequiparantur à lege aliquem alii, & artificio erudiri, per tex. in l. 1. in fin. Cod. de infantibus expositis. ibi: ut si qua in alendo eo, vel sorte ad discendum Artificium iustè consumpta fuerint, restituunt: licet alii aliquanter differant. l. impensu. ff. de verb. & rerum significacione. Et interdum Ars laudatur: Ut ab August. 4. c. e ciuit. Dei. Vbi dicit, Ars est virtus, bene recteque vivendi. & pro hoc Ecclesiast. 38. v. bi de multis Artificibus premisso subiungitur. Omnes hi in manibus eorum sperauerunt, & ynlquisi in arte sua la-

## V N D E C I M A P A R S

piens est, sine his omnibus non edificabitur ciuitas. Item appellatione in opum non continentur Agricola, nec Artifices. c. quod super. §. i. extra de voto. facit l. sili. §. vi. ff. ad municipales. Et licet ab operariis seu Artificibus vestigia exigitur. le. ad reparationem. C. de aqua duatu. libr. ii. Veruntamen hi odiosè grauandi non sunt, immo leuandi, si ipsorum Artificium vtile est in ciuitate. argum. l. ad bestias. ff. de pœn. c. queritur. ante finem. ibi, probatur hoc 22. qu. 2. Honor enim alit artes, ait Tullius lib. Tuscula. questionum. Et propterea his Artificibus consueuerunt rustici immunitatem concedere. l. vacuatis. Cod. de decurio. libr. io. Nam & à pluribus oneribus Artifices sunt immunes. leg. i. Cod. de excusatio. Artificium. codem lib. & agricola. l. i. C. de agricolis, & censitis. lib. ii. de quibus infra ista par. in sequen. & 37. confid. & l. ff. de nundinis. Imò, & omnes artes perutiles, & ex hoc souvendae sunt, vt enim ait Tullius 2. de officijs. Quid enumicerem artinni multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse poruisset? Quis enim agris subueniet, qua esse oble & ratio valentium, quis viatu aut cultus corporis, nisi tam multæ nobis artes ministrant: quibus rebus ex cultu hominum tantum destitit à viatu, & cultu bestiarum? Et quomodo ars generaliter sumpta, multa comprehendit. vide Luc. de Pen. in rubr. & le. i. in prin. C. de excusa. artificium. lib. io. vbi dicit, quod magi dicuntur habere artem.

Verum Artifices à pluribus honoribus sunt arcendi, censentur enim quidam Artifices ignobiles. tex. in §. sanctimus, & ibi norat gl. in verb. ignobiles. in authen. de testib. collat. 7. vnde Ecclesi. 38. iam ante allegat. præmisso de pluribus artificibus subiungitur. Et non iuhabitabunt, nec in ambulabunt, & in Ecclesiam non transilient. Super sellam: indicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient iudicium, & disciplinam, & in parabolis non inuenientur: sed creaturam cui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animas suas, & conquirentes in lege altissimi, nec est grande lucrum ipsorum Artificium, iuxta ilud:

*Esurit ars, decreta tument, lex lucra ministrat.*  
**T**rigesimaquarta confid. Multi Artifices de scripti in l. i. C. de excusationib. Artificium. li. 10. in hoc priuilegiantur, & honorantur: quod à munieribus personalibus sunt immunes, qui scilicet sunt sequentes:

Architecti, hoc est, Artifices principales, qui aedificijs construendis, & teclis præfunt, de quib. infra ista par. in 42. confid. & de his fit mentio in leg. vlt. ff. de iure immunitatis.

Medici, de quib. in præcedentipar. in 25. cōfid. & infra ista par. in 48. confid.

Staruarij, de quorum excellentia, & laude hic, infra in 43. confid.

Marmorarij, de quibus in d. 43. considera & de excellentia marmorum dixi in sequenti par. in 9. consideratione. & sunt illi, qui marmoracedere, vel æquare sciunt, aut qui marmoratum operari ciunt.

Lecticarij, vt ibi exponit glo. & sequitur lucas de Pen. sunt, qui faciunt brcues lectos, de quibus habetur in l. si ex toto. h. si ita legatum sit. ff. de l. 1. & in leg. legatis. §. 1. & 2. ff. de legat. 3. vbi glossa tropique exponit lecticarios pro illis, qui scient facere lecticas. Alter tamen exponit Pyrrhus in dict. le. i. scilicet, et pro illis qui dominum in lectis portabant.

Actuarij, vt dicit gl. sunt, qui faciunt machinas in star lacus, vel torcularis. Alij dicunt veram esse lectionem Arcarij, hoc est, qui arcas faciunt, quorum mentio est in l. vlt. C. de iure immuni. Tales etiam vocantur scrinarij.

Actuarius vero habetur tanquam notarius, & qui acta publica scribit: de quo hic ante in 9. consideratione.

Claucarij, & tales possunt dici, qui claves, seu clavos aut clavas faciunt: & sic sunt fabri clavium, clauorum aut clavarum. Sicuti Luc. de Pen. in d. 1. an numerat securios, hoc est, fortè quicunque secu instrumenta ad secundâ ligna, & id genus ferramentorum fabricant, & claustrarij ciuntur, qui claves, & cetera, qua ad claudendas stia pertinent, laborant.

Quadrigarij, qui faciunt quadrigas, vt declarat glo. Sederetiam quadrigarius ductor quator equorum in quadriga seu curru iunctorum dicitur, qui & plaustrarius vocatur: de quo in leg. si seruus seruum. h. si ex plaustro. ff. ad legem Aquilam.

Quadratarij, qui faciunt lapides quadratos, vt fuerint sancti quatuor coronati, vt ibi glossa expone: Sed Pyrrhus ibi amplè exponit, & dici possunt latomi, qui operantur in lapidibus cedendis, & quadrantis, vel qui lapides incisos, & struunt constitueret & componere solent: quos statuentes, seu collectores vocant. Et loco vocabuli Graci pestant in d. l. positi. dicit Luc. de Pen. ibi melius statuta septa pto his qui faciunt clavas ex aquacunq; materia sit: vt in medio alicui libere fluat aqua. all. l. i. §. septa. ff. de riuis, & hos follores dicere possumus.

Structores, id est, aedificatores murorum, & muros faciunt ex minutiis lapidibus forti.

Sculptores ligni, id est, incisores, secundâ glo. ex quib. postea statuz, vel alia operationes sunt. Et bene dicit ligni, quia ante de marmorarij, & statuarij dixerat lex, hoc est de his, qui cardendo statuas aliquas in marmore, & alijs lapidibus, aut in ære seu ebore faciunt, & sculptunt.

Musearij, quia multi in expositione huic vocabuli missant, & eredo eos diuinare. Ideo pro tuo arbitrio expone, licet Pyrrhus dicat eos fortes gyp-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

270

primus ferrum fundere docuit, & ex eo statuam fecit ferrcam.

Signarij, qui faciunt sigilla, cum signum pro sigillo capiatur. facit l. 3. iuncta gl. s. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibendis.

Deauratores, qui res auro cooperiunt, vel ex-

antur. inquit Lucas.

Albini, quos Graeci comatas dicunt: vt est tex. sed Pyrrhus post Alciatum dicit legendū esse comatas, vt per albinos, albariosue intelligamus eos qui albario nuros spargunt: & hoc magis quadrat, teste Pyrrho. Est autem albarium (secundum eum) calix ipsa liquefacta, qua muri exalbanur ac remouantur. Sed Lucas ibi legit comatas, de hoc remansad l. pen. s. in Aegypto. ff. de extraordinariis criminibus. vbi vero text. est. In Aegypto, quam comata ruinit, vel dissoluit, placentur extra ordinem. His sunt aggeres, qui quidem solēt aquam non tam continere: sed de his qui aggeres, & mūras faciunt sacere, dictum est ante in verbo, quod catur.

Argentarij, qui dicuntur campsores seu numularij: de quibus in l. prator. ff. de eden. vel, vtdi arg. qui pingunt in argenteo colore, & de his Budensis in l. si hominem. s. quoties. ff. depositi. vbi dicitur Argentarij Rōmæ, tabernas in foro puto conductas habebant. de his hic intrā in 38. confid. diceretur.

Barbacarij, gl. Accursij dicit eos esse qui faciūt recepta, quæ alias dicuntur Barbacana: sed melius autem esse legendum Pyrrhus, post Alciatum, Barbaricar. os, qui Barbaricas vestes intexūt: quas barbaras, & Babylonicas vocat Apuleius in Floris. Hic quoq., (vt ait) frigiones dicebantur, qui magno, & coloratis filiis in vestibus hominum, atque animaliumq.; effigies exprimebant.

Diatrecarij, glo. dicit, quod sunt illi, qui faciūt arcas devitro. pro quo allegat lex, si seruus ferrum. s. calicem. ff. ad leg. Aquil. eo forte sic dictos: ad facili terantur hinc rumpantur. Et quamvis (testa Alciato) legi possit Diabatrarij, hoc est, transfiguratores: tamen melius stabit secundū Pyrrham in sequendo Budæū diatrecarij: hoc est, arcas: quamuis etiam secundum eosdem diastrarij dici possint, & sunt, qui rotas pilasq; ligas faciunt, & carros.

Aeratiū fusores, qui fundunt æs. glo. exemplifizat, vt qui campanas faciunt, vel similia, vt vasæ æsæ: Veld secundum illam glo. quod sunt duo vocabula separata, aeratiū, scilicet, qui operantur in ære, & qui faciunt vasæ æneas, & fusores, qui sunt fusores, ex quo sit lamina, aur aurea, argentea, au chalcœa, stânea, plumbea, ferrea, electrea, aut æsæ, sive ex alio metallo. Quia es capitul pro omni metallo, pro quo facit tex. in l. vlt. ff. de iure immunitatis, vbi per se ponuntur aerarij. Et, vt dicit Lucas, fusores alias fossores legitur, de quib⁹ tamē dicitur est. Et aducere quidā Theodorus nomine,

Fabricarij, qui dicuntur fabri, in d. l. vlt. ff. de iure immuniti. Et dicuntur fabri Magistri etiam de lignamine, vel murorum, vt notat gl. in verb. fabrorum. in s. certe. instit. de rer. diuissio. facit l. 1. s. item Iulianus. ff. de eo, quod certo loco. Vel tria magis propriètate ferro, & inde faber ferrarius in omnitem terra Israël. vt habetur. Reg. 13. Et faber lignarius dicitur non solum is, qui ligna dolaret, sed omnisi qui ad fabricaret. l. ferri. in f. ff. de verborum & rerum significatio. de quo vide infra hac part. in 42. confid.

Bracharij, à longis brachis Theutonicorum, vel torcularium, quæ pro foemoralibus accipiuntur, quibus pudēt reguntur: sicut vulgariter accipit solent. Vnde Ambrosius lib. 1. officiorum, Sa credotes (inquit) veteri more brachas accipiebant, sicut ad Moysēm dictum est à domino. Et facies illi brachas lineas, vt regatur turpitudo pudoris, à lumbis vsque ad scemora erunt. Vocantur enim subligaria, seu subligacula campestria, succinctoria, fœminalia umbria, & perizomata, vt habetur Genesis 3. Cumque cognouissent Adam, & Eua se esse nudos, confuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: Ex quibus elicuitur, quod post transgressionem ipfi Adam, & Eua primum sartoris officium exercuerunt, faciendo sibi brachas: & sic illud indumentum fuit prius ab eis inventum quā aliud, vt usum in tegendis verecūdis praefaret: Hodie loco bracharum habemus & vii murcaligis, quæ à planta pedis ad vmbilicum tybias & alias partes corporis obtengunt.

Particarij, vt est rex. in d. le. 1. sed Pyrrhus voluit legere Perticarij, quos putat esse mensores seu mēfuratores ad perticam: de quibus Budæus in l. vlt. ff. si mensuram falsum modium dixerit. & in tractat. suo de assē, in diuersis locis. & Tex. in sua officina in cap. mensuræ quædam. sol. mihi 272. Sed forte bene staret Particarij: & tunc dicentur negotiatores particularim, hoc est, minutatim vendentes: de quibus hic ante in 28. consideratione.

Libratores à libra (vt ait Accurcius) id est, ponderatores à pondere: cum libra, & pondus, idem significant. vt scribit Budæus in libris de Assē, in principio libri primi, & in 2. libr. non prope initium.

Figuli, qui faciunt vasæ ex terra in figuris, vt le. vlt. ff. de seruit. vrba. prædiorum. & isti Græcē dicuntur ceramei, & non ceranei.

Aurifices, qui faciunt vasæ aurea, vel annulos, vel id huiusmodi: de quibus hic infra in 38. consideratione.

Vitriarij, qui artificiosè de ferro vel de materia

## V N D E C I M A P A R S

trahunt vitrum, vel fundunt. Et isti apud nos pro nobilibus reputantur, ex quo alijs praferendi sunt: de quibus infra ista parte, in 43. consideratione.

Plumbarii, qui extrahunt plumbum.

Specularii sunt, qui faciunt specularia, & vt dicit Bud. in l. sylva cedna. ff. de viti fructu. & Blonius in 9. lib. de Roma triumphante. Specularia in domus ornamento fuerunt, que nū: per verbē Ecclesiā, præsertim ad vībenem sive pulpitū lectioñarī paratum videmus, marmora diversi coloris ira expedita, vt speculi vices reddant: quib⁹ prīcorum domus & ipsiſis fornīcibus & porticibus ornabantur.

Eborarij, qui faciūt opera ex ebore, vt habetur de eboris tabulis in l. 2. §. postea ff. de orig. iur. dicit tamen tex. ibi in tabulis eburneis.

Pelliones dicti sunt, qui uestes pellieas aut alia quacunque opera ex pellibus conficiunt, qui primò à Deo instituti fuerunt. Nam scribitur Gen. 3. Fecitque dominus Deus Adé & vxori eius tunicas pellieas, & emisit eos de paradyso voluntatis. Lucas verò alijs legit polliones. Pollio vero flos tritici dicitur. inde pollinarij, qui cribrum faciunt de lino non de setis equorum ad pollinem purgandum. Nam cribra, quæ ad exciendam farinam fiunt, excoria dicuntur. vnde Plinius lib. 18. Cribrorū genera Galli è setis equorū inuenere. His pelliūtio excurtia, ac pollinaria.

Fullones verò sunt, qui maculas è pannis detergunt, & eorum ars vocatur fullonica, vt in l. æquis summi. §. fructuarius. ver. item si domus. ff. de vī fructu. & l. apud Trebatium. in prin. ff. de aqua p. uia areen. & sunt illi, qui lauant pannos ac telas. & dicit tex. in §. si. insti. de mandato. quod fulloni datur vestimenta policenda curandæ: & dicitur, vt ait gl. pen. qui tingit, & lauant pannos, & etiam pollit eleuando superflua: & ibi etiam addit quis sit fascinator, & proprièis est, qui sarcit vestimentum, vel scissum consuit.

Carpentarij dicuntur propriè fabri lignarij, qui carpentia conficiunt. Et carpentum genus est currus seu vehiculi: sed secundum Isidorum lib. Eymolog. vltimo. ca. 12. est currus Pompticus, quia in pompis solebat haberi, & in quo matronæ, & nobilesvehuntur. Vnde Ovidius libr. 1. Fastorum:

*Non prius Cufonias matres carpentare vehabant,  
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.*

Quali carmentum à Carmenta Euandri matre dicatur.

Sculptores, secundum aliquos tex. in d. l. prima, sed Lucas ponit loco illorum futores.

Dealbatores (ait gl.) atmorum, ybi debent fieri subtilissimæ picturæ de quo cunq; colore, & vulgo, *Forbisseurr.* Sed quia dicit de quo cunq; colore, videtur tunc non esse dealbatio, sed tamen prius fit dealbatio, & nitor, quam pingantur arma. Ideo

potius diei videntur illi, qui dealbant mutor & prieres ex calce alba, vulgo, *Blancbiflers.*

Et in hac ciuitate Heduens. sunt excellentes, qui conducuntur à multis Praelatis, & Nobilibus diuersarum Regionum: ad dealbanda Tempa, & Palaria, & quod ante dictum est Albini. iunge, de auriores Albini.

Cluiores, alijs clansatores secundum nonnos, tamen nulli exponit quid important hecocabula, & sortè dicuntur qui faciunt clausuras, hoc est, fabri lignarij, qui portas & fenestras ad claudendum domus faciunt, cum elido olim pro claudio accipiebatur, & in vulgo *Almufiers.*

Trigarij, qui faciunt vehiculæ tribus rotis de rigagenuis currus habens tres rotas, sicuti bugiæ habent duas.

Signarij superfluit in d. tex. le. i. quia ante dictum est. ideo Lucas scribit Tignarij, hoc est, fabri non solum ij, qui tigna doant, sed etiam qui solaria lignea, hoc est, qui trabes cæterasque ad balutata domus vtilia, & omnes qui a difficultate liguntur, ut inquit Cainus luris consilust in l. ser. §. fabros. ff. de verb. & rerum signifi. Quia signi appellatione omne genus materia (ex qua adhuc constat) significatur, vt ipse Cainus ait, in le. iniugni. ff. eod. titu. vel, vt idem Lucas ait, ponet tignarij, hoc est, qui faciunt tinas, quæ erant vasa non ampla, apud antiquos vinis plena mensis adhibebantur: Vnde omnibus licebat haurire, & sic inter epitraperzia numerantur. etiam sub hecocabulo apud nos habentur. his etiam è ligno fabricatis musta cum vinaceis ebuliunt, & sic cupa dicuntur. Pyrrhus verò in dicto loco ciliarij legi, qui etiam ducunt, quod vehiculi biroti gen. est. pro quo est lex Vlpiani, in l. item queritur, scilicet iurius, id est, carrucarius, dum ceteros transit contendit, cilium euerit. ff. locati, & conducti. & ibi Budæus in suis annotationibus.

Braçearij (vt dicit Accursius) sunt, qui faciunt quadam rotunda, & volubilia in freno circa caput equi, & hi dicuntur pentalarge, à penta, quod est quinque, & largæ, id est, latæ, quæ quinque latæ, & volubiles rotulae: quia tantum quinque debent esse, vt dicunt frenarij, & sic ipsis opificib. & ipsis rotulis conuenit nomine pentalarge. Budæus verò in l. apud Labconem. ff. de prescriptis verbis. Vbi sit mentio de vaſcularijs. dicit, quod inter artifices sunt vasculati, cælatores, inauratores, & braçearij, id est, qui aurum malleis iusun, & ad quinque tenuitatem ductile rebus inaurandi inducent, & ita tenuissimas laminas ex auro, argento, vel alio metallo faciunt. Et vt ait Pyrrhus, non debet legi pentalarge, sed pentalurgi, pentalemmi, braçea, seu folium de braçearis dicitur.

T Rigesima quinta consid. Inter plures Artifices eiusdem Artificij, præfertur illi, qui sunt Artifices Principiū, cujus dicatur habere dignitatem, habetur de coquo Principis, q. diciuntur artifex, ina, quod

quod venit in statuto faciente mentionem de Ar-  
nicibus, ut tener Fran. de Crema in notabili suo.  
§. incip. statuto caetur, perl. si quid venditor. §.  
l. de adil. edict. Martialis:

*Non satis est ars sola coquos seruire palato,*

*Nam, quoque domini debet habere regula.*

Et dicitur habere dignitatem, ut tenet Lud. Ro-  
m. singu. suo 649. & etiam dicit eum habere ar-  
tem, & officium ratione cuius officii præfettur.  
gl. verb. coquus. in l. legat. 3. ita etiam tenet Fel.  
in rub. de officio, & potestate iudicis delegati. col.  
ver. tribus modis. imò dicit Joan. And. in ca. 1. de  
facta, quod coquos delicatorum c. borum dici-  
tabere officium, & artem. allegat tex. in ca. ne  
as. de consecr. dist. 5. & de coquo Principis, qui  
faret officium, vide lacobinum de S. Geor. in l. i.  
supr. ff. de iuri id. omn. iudi.

Rig. simna ex t. confide. Inter plebeios præfe-  
rendi sunt qui habent officium, & ideo, cum  
habere custodiā portarum, & pascuorum sit of-  
ficiū, vel tenere stationem ad vendendum sal, &  
ocum, dicatur officium: ideo videntur præser-  
endali. Sed quia huiusmodi officia sunt vilia, ut  
dicit ac. de S. Geor. in l. i. ff. de iuri id. om. iudi. ideo  
son præstam aliquam prælationem inter alios.  
Exempli c. aliter in habitibus officia in sua ar-  
& ministerio, vr. in pluribus ciuitatibus Regni,  
vbi sunt magistri operum seu architecti. in quo  
specie sunt Artifices, puta interlati oros in ciuita-  
tibus. est magister operum in illa Arte; & il-  
lud officium conceditur a Reg. & habet certiu-  
m & privilegia ultra alios ciuimodii Artifices: & de  
cunni ruinis murorum, vel parietum, vel quo-  
modo de novo construendi solet iudicare. Et  
confudebam legibus in vniuersitate Pictauen.  
Carolus Contant exercebat illud officium, cuius  
nom. eram, & coemptar sui lecando Bartholo-  
mæi vnum ex filiis suis ex sacro sonte: & pro cer-  
toibus vir erat, multum expertus in sua arte, at-  
quælandans: & cum id officium haberet a Re-  
gatione quandam dignitatem, & præstan-  
tam in sua arte habere videtur. Et huiusmodi ma-  
gister operum Rex creauit in vi be Diuionen.

Rig. simna septima confid. Premissis his gene-  
tibus, ad nouem particularē modos plebe-  
iūm hic ante in 2. confid. expressos nostra se cō-  
mutat oratio. Et primò de primo modo, scilicet,  
de agricolis, laude, & honore illorū qualem cun-  
que honorem mereantur inter plebeios. & licet  
pedeatur, quod nullum mereantur, per text. in l. i. &  
col. C. de agricolis, & censitis, libr. ii. & l. i. C. de  
agricolis, & mancipijs dominieis. lib. cod. Vbi di-  
ct. lacob. Rebūs, quod agricultores, & soſtōres vi-  
tarum non debent eligi in Confules, vbi est co-  
pa aliorum sapientum. Quoniam indecorum  
est consilium tales esse Confules, nisi in defe-  
ctum aliorum, vbi ibi notatur, & per Luc. de Pen. in  
l. col. 3. C. de agricolis, & censitis. cod. lib. ii. Vbi

scribit ad quæ munera teneantur. Agricultura ta-  
men est laudanda, quoniam (vr inquit Cicero lib.  
1. officiorum.) omnium autem rerum ex quibus  
aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, ni-  
hil uberior, nihil dulcior, nihil hominē liberō di-  
gnus. Ex libro vero de senectute, sic ait: veniam ad  
voluptates agricolarum, quib. ego incredibiliter  
delector, quæ nec villa impeditunt senectute, &  
nihil ad sapientis vitam proximè videretur accede-  
re. habet enim rationem cum terra, quæ nūquam  
recusat imperium, nec vñquam sine vñsura reddi-  
dit, quod accipit. Agroq; ornato, & bene culto ni-  
hil potest esse, nec viu uberior, nec specie ornatus:  
qui etiam satis est accommoda ad fugiendum o-  
dia Ciuitatum. Vnde Teren. in Eunicho. Ex meo  
propinquo rure loco capio commodi: neque agri,  
neq; vrbis odium me vñquam percipit. Optimus  
etiā populus est, qui terra cultius est: vt scribitur  
7. Polit. & resert Luc. de Pen. in rub. C. de agricolo-  
lis. & censitis. lib. ii. Amplè de laude rei rusticae scri-  
bit Beroaldus in quadam oratione, quam fecit in  
enarratione Georgie carminis, vbi ait post Var-  
ronem: Vitæ hominum dua sunt, rusticæ & urba-  
na. Quæ, quemadmodum loco distincta sunt, ita  
temporis interualllo separatae. Longè enim anti-  
quior rusticæ est. Cum rura diuante vrbes inuen-  
tas homines coluerint, & immenso annorum nu-  
mero agricolæ urbanis antecellunt, & meritò.  
Cum diuinæ natura dederit agros, arti humana  
ædificauerit Vrbes. Ipsa vero rusticam vitam  
eruditissimè duiserunt in paſtoricam, & agricultu-  
ram. Alia nemp̄ scientia coloni est, & alia paſ-  
toris. Neque idem sunt paſtio, & agricolatio. Quæ  
ab exiguis profecta primordijs ad id dignitatis  
proceſſit, vt rusticæ urbanis præponerentur: vt a-  
pud veteres Romanos rusticæ laudatissimæ iudi-  
carentur, urbanæ vero ignominioſæ. Et apud an-  
tiquos Græcos illustrissimus quicunque paſtor erat.  
ex quo alios polyarnas, alios polymelas, alios po-  
lybutas vocarunt, à multitudine, videlicet agno-  
rum, ouium ac boum. Romani vero cum virum  
bonum laudabant, eum bonum agricolam, bo-  
numque colonum appellabat. Amplissimè enim  
laudari existinabat, qui ita laudabatur. In tanto  
denique honore, tantaque estimatione apud pri-  
f eos fuit ipſa rusticatio, vt Imperatores Romanos  
non puderet manibus triumphalib. colere agros,  
tractare semina, disponere arbusta, & eadem dili-  
gentia metiri arua, qua castra: & eadem eura exer-  
cere ligones & sarcula, qua gladios, & pilæ. Ipsi pro-  
ceres vrbis in agris morabantur, &, vt inquit Ele-  
giarum scriptor:

*Cenemilli in prato sapientus erat.*

Et cum consilium publicum desiderabatur, à  
villis accerserantur in senatum, ex quo viatorib.  
nomini est inditum. Senatores, Ducesque in vñ-  
bem accersentibus: vr inquit Columella in præ-  
fatione. Aranti enim Cineinato viator ait ultimū di-

## V N D E C I M A P A R S

Etaturam . Seranum inuenere serentē oblati honores. Potius Cato ille Censorius, & omnium bonarum artium magister , agricolandi studiosissimus suit, & villaticis voluptatibus in primis oblectabatur. Inter alios quoque Abdolomino agrum colenti regimen Tyriorum vltro traditum est, & vltro oblate sunt Regiā maiestatis insignia. Praterea nobilissimiarum familiarium non aliunde cognomina accepta sunt, quam à rebus rusticis. Nam Fabij, Lentulii, Cicerones à leguminibus (quaer quisq; optimè sereret) cognominati sunt. Pisones à pinendo nuncupati. Multa quoq; nomina habemus veterum Romanorum, partim à maiore, partim à minore pecore deducta. Nam Iunios, Bubulcos, Statilius, Tauros, Pomponios, vitulos, cognominauerunt. & Porcij Catones, & Annij Capræ inde dicuntur. & Roma populum à pastoriis esse ortum omnes pradican.

Item, ex agricolis milites gignuntur strenuissimi, & optimi tyrones ex robusta rusticorū iuueniente deligebantur. Firmiora etenim salubrioraq; sunt corpora eorum qui sub dio artus roboretur, forisq; versantur; quam qui in vrbibus intra concepta umbrosa desides cunctantur. Et hinc est, quod Græci, Romaniq; templo Aesculapio medicina Deo extra vrbes edificabant. Quia videlicet credebat fidelius constantiusque illos valituros, qui in agris, quam qui in ciuitatibus habitarent. Hinc illa veterum Romanorum mascula proles agrestibus operibus exercitata: & sub dialib. durata laboribus bellicos tumultus, mariasq; exercitationes facile sustinuit, & aduersus externos hostes vietrix extitit. Enim uero tempora illi ita partiebantur, vt non tantum, & idibus res urbanas renisstanter: reliquis septem diebus res rusticæ exercerent. Vnde & nundinarum conuentus constituti. Praterea, cum mercatorum quæstus sit periculosis, & calamitosus, cum soecratorum in honestus, & dedecorosus: Cum opificum sordidus, & illiberalis. Sola est agricultura, ex qua quæstus stabilissimus honestissimusq; consequitur, minimisque iniudiciosus. Quā Aristoteles in economicis potissimum secundum naturam possessionum esse commemorat: in qua Catonis oraculū, vitem quæstusissimam indicauit. Scropha vero praris primatum bonitatis dedit, à quo antiqui prata parata nominauerunt. Hinc locupletes appellati loci, hoc est agri pleni. Et ipsa pecunia ipsumq; peculium à pecore nomen fortinrur, quod in rusticatione quæstusissimum est. Quod vnum diuiniarum genus apud veteres usurpabatur. Nonnulli tamen volunt pecuniam à nota pecudis esse appellaram, qua signatus fuit ex ære nummus à Seruio Tullio Rege Romanorum. Theſsum quoque apud Græcos memoriaræ proditū est, signasse numerum bouis nota: vt ita ad agricolariō Atticos prouocaret.

Quin etiam scriptores incliti fortunatiorem,

beatioremq; rusticorum vitā, quam vrbicorum esse dixerunt. Et olim Delphicus Apollo, Aglaum Plophidium dixit esse felicissimum, qui parum quidem prediolum colebat: sed annuis viabus largè sufficiens, ex quo nunquam egressus fecerat, & Diocletianus Imperator Imperio Imperatoriaq; purpura depositis, se contulit ad tranquillitatem rei rusticæ: illicq; in quiete beatissima cōfenuit. Et Attalus Rex omnissimā Regni administratione, hortos fodere coepit, & gramina seminare. Vnde non minus verē quam eleganter scripsit Virgil.

*Fortunatos nimium sua si bona norint  
Agricolas. Quibus ip[s]a procul discordibus armis,  
Fundit humo vrbium facilem iustissimatum.*

Et idem.

*Rura mibi, & rigui placeant in rullibus amne,  
Flumina amem, fluviasq; inglorias.*

Et ab Horatio dicitur:

*Beatus ille qui procul negotijs,  
Veprisq; a gens mortaliū,  
Paterna rura bobus exercet suis,  
Solutus omnifanore. Hac Beroaldus.*

Blondus verò de Roma triumphante, lib. 8. de dignitate agriculturæ scribit: & etiam diuiditcam in rusticam & vrbana, & inibi dicit. Proximè ad literas & doctrinam accessit priscorum delectatio agriculturæ, quam tamen primam posuit Varo, tantum ei tribuendo: vt longitudinem vitz hominum maiorem suis edicat: quo tempore ex folio agriculturæ fructu viuebatur, ea quam posset habuerunt aetates delitijs vta. Itaq; & pluram dignitate idem Varro edocet, & origine agriculturæ, que recensetibi Blondus, & sc̄r̄ omnino sub eiusdem verbis, ut scripsit Beroaldus. Idem Blondus tres agriculturæ partes ostendit. Nempe agri seiniaria cura, vna pecuariorum, & passionis secunda, & tertia villarum.

Et, vt dicit Franc. Patritius, de institutione Rei publica. lib. 3. titu. 2. Nisi nos ipsos nimium amamus, nobisq; ipsi blandiri volumus, & molliem quendam muliebrem sequi, Agricultura sola est, cui & ingenium excellentes viti manus ad mouere debeat: tum propter necessitatem, cum sine ea neutiquam viuere possumus: tum etiam quod quæstum nobis honestissimum, & sine fallacia ac mendacio præbet. ita quod opus agriculturæ est ad vitam humanam vtile, & necessarium, vt enim dicitur Proverb. 28. Qui operatur terram suam, replebitur panibus, & ibi scribitur. Egestatem operata est manus remissa, feliciter, ad labrandum. & Ecclesiast. 7. inquit Sapiens. Non oderis laboriosa opera, & rusticatam creatam ab altissimo. Nam Deus eam instituit. dicitur enim Genet. 3. Emisit Dominus Adam de Paradiō voluptatis, vt operaretur terram de quæsumpus est. & post diluuium, vt habetur Genetis 9. Noe vir agricola cœpit exercere terram, & plantauit vi-

ncam,

nam, vt vnum colligeret, quod prius ignoratur, vt etiam scibit Antoninus Florentinus in etia parte sua summa, it. 8. ca. 4. §. 12. vbi etiam de fraudibus agricultorium, cum sit extra positum.

Propreca cum agricultura sit ad vitam humam vallis & necessaria, agricultae multum sunt importandi, & confoundi: ita, quod tempore agricultura nullo pacto debent molestari. l. colos nonnquam. C. de agricultis & censitis. libr. 11. & 12. C. eo. Cum perutiles sint Reipubl. vnde Plautius ad Traianum Imperatorem pedibus solo negoti inhaerentibus agriculta captantur, quib. caus prouidentia tanto magis necessaria est, quo pluri inueniunt offendicula, dum in obsequio corporis in terra graduntur. Eisq; iusti regum enrum deberut suffragium, qui tòri corporis egiunt, sustinent, promouentque molem: pedum alimicula robustissimo corpori tolle, suis virib. non procedet: sed aut turpiter, inutiliter, inhone que manibus reperit, aut brutorum animalium que mouebitur. Ex his sequitur, quod nimium nondi sunt tucti. Nam & ipsi propter culturae exorum nonnulla specialia contra iuris rationem constitutuntur. vt l. ff. C. de seruit. & l. ff. §. item Sam. ff. de aqua pluia arcen. vt inquit Luc. de Gen. in d. l. Sed maiora specialia, & priuilegia agricultis conceduntur. Non enim pro quocunque numeri etiam tempore guerræ turbari deberent: dictum est, & comprobatum. ne ab agricultura recinetur aut diuertantur. facit lex l. ff. de tigno iusto. Quod si fiat, destruitur, aut saltem minuz, anno næ præbitio in detrimentum boni agriculti, pro quo conseruando singulari gaudet agricultores priuilegio, & immunitate. Quia licet vi- minus ante felicem ambolam, seu exerelatum Regi, aueni Ecclesia, & minus cuiuslibet alterius pro transfusendo exercitum non excusari. l. iu- minus nullam. C. de sacrosan. Eccle. & l. iubemus. Lenauibus non excus. libr. 11. Attamen instruenda agricultura pro bello occupari non debet, minus persona eorum ab agricultura diuerit: publica impediatur utilitas, qua in præbitione consistit, & sine qua mundus viuire non possed irrationabiliter periret, vt tex. & docto- r. l. C. de agricultis & censitis. libr. 12. Idcirco Quidam in repet. c. Rayn. in verb. & vxoricam no- mina delasiam. num. 93. extra de testamentis. ex- clamat contra Principes Tyrannos, qui nedum tempore necessarij belli agricultores eorumq; a- stimulam occupant, & agros segcubus vastant, sed etiam bellum occasionem querunt, vt omnia etiam habitorum suorum, quos protegere tenetur, peni- te consumant, & destruant. qui si iuri positiuò hoc prohibenti obediunt nolint, quo talia prohibentur, amittunt humana ab initio naturaliter institutum, agricolas etiam ob publicam belli gerendi

vtilitate in, non esse occupandos, nec molestados: saltem veterum gentilium annales reuoluunt, qui agricultas omnino in libertate agrorum colendorum tutabantur, nedum in suo, sed etiam in suorum hostium Regno contra quos bellabant. Vnde Diodorus Siculus, lib. 3. Indorum ante bellum Troianum gesta narras vetera, confert, inquit, ad Indorum fertilitatem consutudo, qua in bellis seruatur. Nam apud ceteras gentes, scilicet, tyranico more viuentes, hostes bellorum tempore Regiones spoliant, vastantq; neq; agros coli finunt. Apud Indos vero, belli tempestate in campis opus rusticum excrent, abfq; cura agriculta procul ab omni discrimine belli: hostes in prælijs mutua ca- de grassantur, agricultis nulla in re nocent: sed intactos relinquent, tanquam communis vtilitatis ministros, neq; verò hostium agros vrunt, nec ca- dunt arbores. Et idem septem trib. Indorum describens: Secunda, inquit, tribus, est agricultarum, qui multitudine superantes alios à bello reliquoq; opere liberi solis agri colendis tempus impariunt, nullus hostis lacessit, neque spoliat: sed existimans eos in communi vtilitate versari ab omni iniuria abstinet, ita soluti metu agriculta terram liberè co- lentes, rerum afferunt virtutatem.

Pariter Nebuzardam Princeps militia Nabu- chod. capto Rege Sedechia, eiusque filiis in patris conspectu trucidatis, ac eo excarcato, vincito & co- pediatito, quibuscumque occisis, ciuitate & tem- ple demum spoliatis, & in terram prostratis, crudi- lis super omnem sauitatem, de pauperibus ter- ræ viniores reliquit, & agricultas in pace pro futura communi vtilitate, vt habetur Iter. vltim. Iusta igitur ratione optunoque fauore sunt agricultores humaniter tractandi, & ab his publicis tumultuationibus eximendi propter bonum Rei publicæ.

Habent & alia priuilegia agricultæ ultra immu- nitates praetextas.

Primo, quod non obest ei, si intra præfixum tempus non petiat bonorum possessionem pro consequenda hæreditate aliculus sui parentis, vel proximi. l. penul. C. qui admitti ad bonorum pos- sessio. possunt.

Secundo, In corruptione albi pretotis, vbi no- ita puniuntur sicut alij. l. si quis id quod. §. in seruos. ibi, vel rusticatatem. ff. de iurisdictio. omnium ludicu. quod quomodo intelligendum sit, & de pluribus limitationibus ad hoc, vide ibi per domi- num meum Iasonem. in 7. col. & in l. f. C. de iuris & facti ignoran. & in l. iuris. C. qui admitti.

Tertio, Si vocatus in ius non iuit. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius vocatus non erit.

Quarto, In vsita bladi mutuali, vel pecunia- mutuata agricultis, à quibus non potest recipi, nisi octaua pro modio, & siliqua pro solidio. Nec po- test creditor populi retinere pignori terram, bo- ues, vel aratra eius. in authentica, ad hac. & in corpore

## V N D E C I M A P A R S

corpo vnde sumitur. C. de vsur. Et de hoc etiam est ordinatio Regia Caroli VIII. de qua meminist. G. Bened. in loco ante all. ita, quod, ut ibi dicit, etiam illa ordinatio Regia est intelligenda pro debito fiscalis, ita quod huic priuilegio etiam rusticus, & agricola renunciare non potest.

¶ Quinto, In testamentorum confectione, in quibus sufficiunt quinque testes. l. fin. C. de restamen. & ibi dominus meus Ias. de huiusmodi priuilegio.

Sexto, In opponendis exceptionem per emptionem post sententiam sicut opponit miles: vt not. in l. 1. C. de iu. & fact. igno. quod an sit verum, vide do. meum Iasib. 2. col.

Septimo, Boues, & aratra, & alia ad agriculturam pernientia capi nō possunt pro executione, vel pignore. l. executores. & l. seq. in auth. ibi posita. & corpore vnde sumitur. C. que res pignori obligari possunt, vel non. imò dicit ex. in d. authen. que incipit, agricultores circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sunt in quacunq; parte terrarum: ita vt nullus inveniatur tam audax, vt personas, boues & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrorum operam rusticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auctore presumat. Si quis autem huiusmodi statutū ansu temerario violare presumperit, in quadruplum ablata restituat, in infamia, notam ipso iure incurrat, imperiali animaduertione nihilominus puniendus.

Ostaud, Si rusticus, seu agricola, vendat rem in personas prohibitas, parcitur rusticatus, ne perdat premium, sed sibi restituatur. l. vnic. C. non licet habitatoribus metropolitani lib. ii. & nota gl. in l. quemadmodum. in verb. emptor. C. de agricol. & censitis cod. lib.

- partis. Et referunt Blondus eodem loco mercatorum societates Reipublicae usui suisse. Vnde Cicero pro Plancio orans, cum ex bono loco usus claudare, cum partem eius equitem Romanum dicit maximum societatum autorem, plurimorum esse magistrum. Et ad Crassipedem scribens, id est Bythinis mercatoribus sic habet. Quanquam ibi prasos com mēdū, ut potius diligenterissime fecos Bythinia, quæ societas ordine ipso hominum genere pars est maxima ciuitatis. Iuuerunt autem difficillimis temporibꝫ Rempublicam societas mercatorum. Luius 23. Cum Scipiones Hispaniam frumentum, vestimentaque exercitui implenda postulaverint, nec vnde darent senatus regulæque haberent. Fultius prætor in concione horatius est eos, qui redemptijs auxissent patrem, ut publico periculo essent, exolutijs; poena senatus. Et 24. cum censore ob inopiam Aenei fei ian locationibus abstinerent aedium fararum tuendarum ciuiliuniq; equorum præbendum, ac siuiliuum his rerum: cōuenient ad cos frequentes, qui hasta huius generis affluerent, horantur; censores, ut omnia perinde agerent, locarent, ac si pecunia in Aerario esset, neminem nisi dolo coacto pecuniam ab Aerario peritum esse. **Q**uadragesima sexta consil. sit de laude hospitalium, quos credere inter alios mercatores multum esse laudandos, & extollendos. Et sub istis mercatoribus comprehenduntur etiam tabernarii, ut not. Bar. in l. cum pater. f. mens. ff. de lepi. Ideo etiam comprehenduntur Caupones & stabularii, cum quibus addendi sunt Nautæ, ut hic titulus de trib. furibus, scilicet de nautis, cauponib. & stabulariis, qui est in ff. veteri. Nautæ, caupones stabularii, ut recepta restituant: Quia, ut dicit tex. in nauta, & campo, & stabularius mercedem acquirunt ff. eo. titu. Et licet isti sinr de genere praedictorum, cum nec nunc quidem abstineant ab humeris fraudibus, ut dicit tex. in l. s. i. ff. cod. not. Tex. in l. i. in prin. C. de eden. & Fr. Niconitius in p. e. quoniam contra. in prin. nu. 26. & 27. extra proba. Tamen hodie apud nos alio & honorabili nomine vocatur hospites. Cum hospitalitas multum necessaria, & multum etiam commendatur ab Apost. ut scribitur ad Romin. 12. ibi, hospitatem seftantes. Et excusis laudanda amplectetur & inquirenda est. ut dicit Io. de Tute. in sum. 42. dist.
1. Quia est res valde decora & honesta. Sacra enim res est mensa hospitalis, ut ait Seneca libr. 4. de offi. Tullius libr. 2. de officijs. Recte, inquit, à Theophrasto laudata est hospitalitas. Est ita ut mihi videatur, valde decorum, patet domos hominum illud, illustrib. hospitib. idq; ut Reipub. est ornamento homines externos hoc liberalitatis gener-
- re in urbe non egere. Est et vehementer utilis his, q; honeste possidere multa voluit, per hospites, apud externos populos valere opibus & gratia.
2. Quia hospitalitas disponit ad susceptionem diuinæ gratiæ & preparar. ut ostensum est Luc. v. 1. Vbi discipuli cognoverunt Dominum coactum hospitari cum eis, etiam in fractione panis.. vnde Gregorius in Homilia. Ipse quoque dominus non est cognitus in via a discipulis dum loqueretur, & in domo cognosci dignatus est, dum pauperetur. Sic et ex hospitalitate Christi in domo Marrha: ipsa Lazarus eius frater, & Magdalena eius soror repperunt a Christo diuinitam cognitionem. Sic etiam quando que diuina cognitione infunditur hospitiorum alius cuius sancti viri in hospitio recepti.
3. Quia hospitalitas bona temporalia multiplicat, exemplo viduae, quæ Eliam in hospitio recepit. Cui toto tempore famis, farina & oleum non defuerunt. 3. Reg. 17.
4. Quia a malo etiam temporali seruat, exemplo Raab. Quæ, quia recepit nuncios filiorum Israël, ideo cum parentib. suis saluata est, & omnes alij cives in Iericho occisi sunt. Iosue 6.
5. Quia meretur Angelos recipere, exemplo Abraham, & Loth, ut habetur Gen. 18. & 19. & in summa 42. dist. & in c. 6. §. At non Abraham 35. dist. unde Apostolus ad Hebraeos ultimo. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt, Angelis hospitio receptis, vnde Hiero. Abraham & Loth Angelos suscepserunt, quia hospites dilexerunt.
6. Hospitalitas est amanda, quia Deum meretur recipere. Matth. 10. Qui vos recipit, me recipit. & Mat. 25. Qui recipit unum ialem parvulum in nomine meo, me suscipit. vnde Hieron. ad Negotianum, Mensula tua pauperes & peregrinos suscipiat, & cum illis Christus conuiua erit. Hoc autem non modo accipendum est, cum in membris suscipitur Christus, sed etiam quandoque personaliter, ut narrat Gregorius de multis, tam in Dialogo, quam in Homiliis Evangeliorum.
7. Quia etiam per Christum commendatur hospitalitas, ut scribitur in dicta sua in na. 42. dist. Cum dicatur Matt. 25. Hospes fui & non receperitis me. Et etiam per Paulum & Petrum Apostolos, ut de Paulo ad Roma. 12. & ad Hebraeos vlt. & de Petro. Petri 4. cum dicit, Hospitalites inuicem sine murmuratione.
8. Quia etiam apud Barbaras gentes commendatur, ut facit tex. in c. offerebat. 32. q. Vbi dicit illum debere esse iniuicibilis, ita quod hospes hospitium defendere teneat. ut teneri glo. & l. i. ff. nauta, campo, stabu. cum illius dicatur habere cu. stodiari.
9. Quia hospitalitatem sectates exemplo Lotici, qui primo hospitalitatem fecit, habent multa priuilegia, de quib. habentur in l. omnia priuilegia. C. de Epis. & cler. Et licet ille tex. videatur loqui de his,

## V N D E C I M A P A R S .

his, qui pauperes recipiunt gratis & sine mercede, credere fortè etiam prædicta priuilegia debere habere locum in alijs hospitibus, etiam peregrinos recipientibus: Cum vt dicit Hiero. ad Nepotianū: Mensula tua pauperes, & peregrinos suscipiat. Ecce quomodo non solum commendat pauperes, verū etiam peregrinos. Si. n. nulli esentia spites ad recipiendum peregrinos, non pauperes, quomodo hospitari posse? ecce quomodo pauperib. subueniretur, & alijs non. Ideo putare hospires esse ita priuilegiados, sicut hospitalarios, saltem in his, q̄ possunt impedire hospitalitatē peregrinorum, vt est in recipiendis & hospitādis militib. nisi tanquā hospitib. in quo priuilegiantur hospitalaria, vt scribitur in d.l. omnia priuilegia. Ex quo pluries dixi, quando milites, securamigeri, ponuntur in aliqua ciuitate, vel vrbe ad castrametacionem seu portus stationem (garnison vulgo) & eis deputantur hospitia ab officiariis loci in domib. ciuiū, vt moris est fieri in Gallia: q̄ non debet ponni in domib. hospitium, ne per eos impediatur peregrini ad hospitandum. Et licet alijs contrarium videbim fieri in hac ciuitate, hoc tamē perperam contra meum iudicium siebat. Nā hospites saltem principales ab huiusmodi hospitijs militum eximi debebant.

Et facit vna alia ratio, Quoniam sicut videamus ergasteria mercatorum esse exempta, quia à mercemonijs occupata. l. in qualibet. & l. p. C. de metatis. lib. 12. Eadem ratione domus hospitium, quae omni hora possunt, & sunt hospitibus occupatae, ad quod etiam tenentur eos recipere. l. 1. §. fi. & ibi Bar. ff. nautæ, caupones, stabularij. ex quo chm te- neantur ex debito peregrinos recipere, & in hoc onerantur, debent in alio onere relevari, quia est onus patrimoniale, quod recusare non possunt. l. 3. C. de muniberis patrimoniorum. lib. 10. Ideo in alio simili grauari non possunt. Et disserit Budæus in leg. solent. ff. de officio proconsulis. quod huiusmodi ius hospitandi erat necessitudinis. Cū secundum morem antiquum dabatur tessera dimidiata; vt agnoscí possent, & Deus hospitalis erat Iuppiter. Et tale ius erat honorariū, vt ibi narrat, & etiam vt erat sanctissima hospitij necessitudo, ideo violari non poterat. Sedan hodie sit honorarium, & nomen amiserint ex fama eorum? videtur quod sic, cum vt plurimum sunt rapaces, & plus exigere solent à peregrinis, quām expenderint.

Addet tamen vnum, Quod ex quo quandoque sunt mulrum rapaces in exigēdis debitibus hospitij causa (quod scotum vulgo vocant) potest pro hoc taxari certum prēcium, vt tenet Alber. in suis statutis, in prima par. rubr. 79.

Aduerterit etiam ad vnum, Quod ex quo dixi hospites debere esse immunes ab hospitio militum, ita etiam ab hospitio iudicium, quid debent hospitari prout milites in loco, vbi non est domus Prin-

cipis, & sic in loco, vbi non est Prætorium, possunt exercere eorum iurisdictionem, nec potest cedere negari locus. ita videtur rencre Luc. de Pen. in l. f. C. de professo. & medicis. lib. 10. vbi text. auchine parificat hospitium militū, & iudicium in habebis. Nec corum domus vbi cūq; possit militem, seu iudicem suscipiant hospitandum. Ampleverò dc hospitijs militum, vide in tractatu quem fecit Surgetus, q̄ dicitur Enchiridion militaris disciplinae.

**Q** Vadragesima septima consid. Cū in ipso ratiōne denti consid. de hospitiis attigerimus, bis ordinis officiorum sententias vtramque gravem afferre libet, scilicet, quo locoponendum sit hospes, ex testimonio Auli Gellij lib. 5 c. 13. vbi sit in hac verba, Seniorum hominum, & Romano nobilium, atque in motu disciplinaruu veterum doctrina, memoriaq; præstantū disceptatio quodam fuit, præsente atque audiēte me de gradatique ordine officiorum. Cumque quereretur, quibus nos ea prioribus, posterioribusque facere oportet, si necesse est in opera dando, faciundo; officio, alios alijs anticerere non constabat. Conveniebat autem facilē, constabat q̄ue ex moribus pop. Rom. Primuni iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei, turcæque nostræ creditos. Secundum eos proximum locum Clientes habere, qui se se iridem in fidē, patrociniumq; nostrum dederunt. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos affincij. Massurius autem Sabinius libro iuris ciuilis tertio, antiquorem locū hospiti tribuit, quām clienti, & post primum locum ut telæ secundum hospiti tribuit. Verba ex coll. (sc̄ste Gellio) hæc sunt. In officijs apud maiores ita obseruantur est, primum tutela, deinde clientis cognato, postea affini. & post Aulum Gellium vtramq; sententiam succinctè enarrat Blondus de Roma triumphante. lib. 5.

**Q** Vadragesima octaua consid. Hic scribiposset de medicina, cū inter artes mechanicas ponatur, autor est Ant. Floren. in prima pars usus summa. tit. 1. c. 3. §. 3. vbiait, Quod medicina corporis, vel tuctur, vel restaurat salutem. Hæc continent occasiones, & operaciones. Ocasiones sunt sex: Aer circundans nos, Cibus & Potus, Somnus & Vigilia, Motus & Quies, Exinanitio & Repletio, & Accidentia animæ, id est, passiones insurgentes. Operationes sunt intus, & foris. Intus, vīca, q̄ intromittuntur per narcs, per os, per anum, ad extitandas sternutazioni, vomitationes, & purgationes. Foris vt sunt emplastralia, incifio, & vstio. Et duplex est medicina, spiritualis, scilicet, & corporalis. cap. vlt. 29. dist. Corporalis medicina præcepta diuinæ conditioni contraria sunt: quia nec ieiunare, nec flere, nec similia sinunt. e. contraria de consecr. dist. 5. vt scribit Luc. de Pen. in rubr. de professorib. & medicis. lib. 10. Sed quia decisio in præced. part. in 24. consid. & hac part. in 3. & 28. consid.

confid. ad ibi dicta de laude medicorum, & excellenti recurendum est. & ad Erasimum in suo Encomio de laude medicinae. Sed quia sub his comprehendendi possunt Aromatarij, Chirurgi, cap. tuaea, de homicidio, & etiam dentarij: vt air Fran-  
cise de Ripa. in tract. de peste. fol. 73. vers. sed iam de salariis medicorum, non tamen barbitosum, secundum gloss. in cap. i. in verbo, cum de statu regulatum. in 6. dicam statim. & ideo de eis pau- ci dicenda sunt. Etenim Aromatarij honorandi sunt: quia quo ad medicinalia deseruunt ad vita humanae conseruationem: & est necessarium eo- rum ministerium ad esse seu conseruationem, & faciatem humanam, & quo ad alia ad bene esse: recensunt Antoninus Floren. in 3. par. sua sum. tit. 1. c. 4. §. 6. & Bernard. de Bust. in 2. par. sui Rosarij. sermone 32. in 2. par. in litera Y. Et isti Aromatopo- logi apud nos Apothecarij dicuntur, & pro- fessant Pharcacopola, seu Vnguentarij, qui ve- cant medicinas, & vnguentarij, aliaque medicinas secundum recepta medicorum conficiunt. Vnde gloriantur in hoc, quod Deus dicitus sit Vnguentarius. vt scribitur Eccle. 38. ad principium. & per lo. de Turtur. de consecr. dist. 1. in proce. nume. 3. cum dicatur: Et approprians alligavit vulnera eius oleum superinfundens, & vinum. & habetur Eccle. 37. Sicut Deus creauit medicinalia & Eccle- lastici eodem. Altissimus de terra creauit medici- nam. Ita & ipse primus autor extitit artis, & sci- ence medicinalis, vt refert Antoninus Floren. 3. par. his summa. tit. 7. cap. 1. in princip. & de sapientia habetur Ecclesiast. 24. Quasi cinamomum, & bal- num aromatizans odorem dedi. Et Myropola etiam dicitur venditor vnguentorum. Et medica- mentarius est qui medetur, seu qui morbis affert remedia.

Barbitoniores etiam sub medicina comprehen- suntur, autor Antoninus Floren. in d. loco. §. 7. & demar. loco supra citato: quia ad medicinalia per- totum minutio sanguinis sedandi seruoris gratia, que phlebotomia dicitur. Ideo, ppter viuitatem quam afferunt Reipub. & etiam necessitatē crea- tur Deus medicum. Eccle. 38. in principio. Sed i- ntriپie sunt Chirurgi, qui sunt medici vulne- rantium necessarij & vtileis in Republica: ma- nū in exercitu militari: & apud nos sunt in ma- gno honore & pretio. Inter hos etiam comprehen- dentur Obstetrics, quae medicinam exhibere vi- deantur. leg. i. §. ff. de var. & extraordi. cognitio. & l. nem siobstetrix. ff. ad legem Aquilam. Plinius 1. cap. 7. Sotyram & Salpeo obsterices facit, quantum etiam placita in quibusdam morborum remedijcitat. Idem libr. 32. cap. 10. de Salpe men- minit. Et dicitur esse artis probata & fidei. tex. in circa principium. ff. de ventre inspicioendo. Et du Barr. quomodo iurent. Quandoque tamen ea manū & oculū fallit. rex. in e. nec aliqua. q. c. pen. extra de proba. c. fraternitatis. extra

de stigid. Et tales obstetrics debet scire formam baptizandi, cum ferè semper sint in partu foeminarum, vt vbi eminent periculum de vita infantis, & cum necessitas fuerit, baptizare possint. c. mu- lier. de consecr. dist. 4.

Credere, & fortè non inconsultè omnes eu- iususcq; ordinis sub hac arte comprehendi posse. Cum ferè nullus signarus & expers huiusc artis reperiatur, saltum pro aliquaparte corporis. Cum etiam Medicus dicatur, qui alicui parti corporis medicinalam præber. vr dicit Bar. in d. l. i. §. 1. ff. de va- rijs & extraordi. cognitio. Ex quo euenit cū scmel quidam Aulicus Ducus Mediolani, & quidem fa- miliaris de suo fratre conquereretur, quem medi- ci non rectè curauerant: vr ex eorū incuria (ne di- cam sorte inseitia) morbo interiisset, petijtab co Duce vñ Carlinū impositionis super vnumquæque medicum sui dominij, & ducatus Mediolani. quod & facile concessit Dux, putans deridere Au- licum, cū pauci essent medici: fed aliud in mente retinebat Aulicus. Quoniam tandem coram uno se fixxit infirmum dolore dentiū, corālio dolore ventris, & sic de alijs. & postremo omnes repe- rit esse medicos: & vniusquisque dedit ei alijs: me- dicinam pro specie morbi, qđo detineri & affligi asserebat, & ita pl̄ exegit, quā cogitasset Princeps. Idcirco cum sit artis omnibus communis, omnes illam laudare debent, ne scip̄los illam deprimendo vituperet. Maximè qui passi interdum suerint aliquam infirmitatem, si postmodo conualescat, infinita consilia dant. vnde Terent.

*Dum conualimus agrotis recta confilia damus.*

Quid autē de mangonib. seu Hippocomis (quos vulgō marescallos vocant) & alijs urantibus cor- pora brutorum, an dicantur medici? vide gl. inl. 1. C. de excusatio. artificum. libr. 11. lo. de Pl. 1. ea in l. cum te. C. de professōribus & medicis. libr. 10. v- bi ait eos habere excusationem à numeribus per- sonalibus.

Et aduerte, quod non solum est licitum landare medicos, verum etiam ipsi se laudare possunt, vt dicit Cardinalis. in c. ad aurcs. extra de xata & qualitate. & Francisc. de Ripa in tract. de peste. fol. 75. versic. 1. aduertant ad artis peritiam. vbi scribir quomodo licet alicui se laudare. de quo ante in 1. pat. in 59. confid.

**Q**uod vdragesimana nona confid. sit de venatorib. Quid enim de arte venatoria, quæ, vt autor est Anto- ninus Flo. in 1. par. sua summa, tit. 1. c. 3. §. cod. nu- mero. constitut in tribus speciebus, serina, scilicet, aucupio, & pīcatura: sed propriè venatio serina conuenit nobilibus: plebeis autem venatio alio- rum animaliū. Erisli propriè apud nos sunt Macel- larij: tamen pro sordidis artis ijs, & mechanis repuantur. Macellarij vero dicitur, qui macellū exercet, nō solū carniū, sed omniū obsoniorum. quineriam panis, & frumenti venditor, quippe haec omnia in macello venū dabātur. Varro: Duo sunt

## V N D E C I M A P A R S

**O**rithonis genera, hoc est, auiariorum. vnū dele  
ctationis causa, alterum suūtus gratia, quo gene-  
re macellarij, & in vrbe quidā habēt loca clatis, &  
rure maximē cōduēta, & sunt loca vbi mittuntur  
propriē aues & gallinae ad vendendū & distribuen-  
dū: & magis extētē vbi nutriuntur animalia ad  
eadē distribuenda pro alimento ciuitiū & populari-  
um. Macellum verò est loco, quo venalia omnia,  
qua ad vietū humanū pertinebāt, cōtraheban-  
tur: diētū Macellum à Macello quodā vīro, qui in  
vrbe latrociniū exercebat, quo dominato censō  
res Aemilius & Fulvius statuerunt, vt in domo ei  
obsonia vendentur, redactis in fiscū eius bonis.  
Donatus à mactādīs pecoribīs deriuat. Alij à ma-  
cerando, quod pecora dum eō ducuntur, ibi; re-  
tentur, macerantur. Hinc diētū sunt macellarij,  
eo quod mactēt carnes, & vendunt in illo loco  
publico ad hoc destinato. & de hoc scribitur ad  
Cor. 10. Omne quod venit in maccilio, manduca-  
te. Et si qui artifices, aut negotiatorēs laudē & ho-  
norem consequi debent ex communi uilitate  
& necessitate quam afferunt Reipublicā, isti nul-  
lo pacto sunt prætermittendi absq; honore. Cum  
multū sint necessarij in Republicā, maximē co-  
rum, qui carnibus vescuntur, vt Alani, nō autem  
ichthyophagi, qui pisces. viūnt, apud quos pescing,  
& viuaria in precio. Etiā qui tales distribuunt car-  
nes populo, vocantur viſceratores, quoniam car-  
nis cruda distributio viſceratio dicitur, qua fieri  
solebat antiquitus, vel in solenni festiuitate, vel in  
funere aliquius excellētis personæ.

**Q**uinquagesima consi. Cum in præced. consi.  
de materia venationum tractatum sit, qua  
est frequentata apud nos, Hic quarto primō, an sit  
licita venatio, & quib. personis. Et in hoc, vt breui  
absoluam, nō insistēdo in venatione qua dicitur  
hominiū oppresſiua. Nec in venatione arenaria,  
de quib. scriptis lo. de Turrecr. in c. qui venatorib.  
86. dist. Sed solum in venatione, qua dicitur saltuosa,  
qua est illa, qua exeretur, & sit in siluis & salti-  
bus interficiendo feras, vel aues: siue fiat propter  
necessitatē indigentie, vt cū quis extali artificio  
sustentatur, siue propter necessitatē violentiā, vt  
cū quis venatur feras vastantes fructus suos, vel pe-  
cora: quo casu licitū est omnib. venari de iure ad  
lupos apros, vrfos & leones. l. vnic. C. de venatio-  
ne ferarum. li. ii. siue fiat propter utilitatē. vt carnes  
habeat in cibū, vel pelles ad vestimentū, siue pro-  
pter recreationē. Et licet omnia ista genera venati-  
onū, de quib. ante diētū est, sint opera ad se indif-  
ferentia, & bene & male fieri possunt. Et dicit idē  
lo. de Turrecre. in loco ante alle. quod in laicis est  
licita, & licitē ab eis exerceri potest, dum tamen  
siue fiat sine damno & laſione proximi. Ex quo primō  
fac conclusionem sequentem, q̄ venatio omnib.  
laicis est permitta, ita q̄ licitū est omnib. laicis ve-  
nari ad feras bestias, & fiunt occupantis. q̄ ferē igi-  
tur bestia. cum q̄ seq. insti. de ter. diuīsione. qua rā

men in multis nō habet locum. de quib. scriptis  
Cōmen. nostris super consuet. duca. Burg. in. Des  
foretz. §. 7. ad quem recurre. & ad G. Bened. inter-  
pet. c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelphi-  
am. à nu. 868. vsque ad nu. 922. extra de testament.  
Et inter alia attende ad ea, qua dicit, Quod cōlue  
tudo potest inducere, vt aliquib. sit phobia rea-  
tio. vt autor est lo. Fabri. in §. si. insti. cod. dēter. di-  
uīsione. Ex quib. id em Guil. tenet. ibi, q̄ in Fran-  
cia ex generali consuetudine, & etiam ex prohibi-  
tione dominorum agricola est prohibita, ne ab  
agricultura euocentur, aut diuantur. Nō em-  
turbari debet, nec interrumpi agricultura. l. i. in  
principio. ff. de tigno iniur. cōto. Quod si fieri de-  
striceretur, vel saltuā diminueretur annoz præ-  
bitio, in detrimentum boni publici. Nec iam ei  
sua venatione pecunia litorarētur, ex qua fieret ab  
agricultura diuersio, quod fieri non debet, vt dicit  
Ioan. de Platea in l. domini. C. de agricola. & cōfisi-  
tis, lib. ii. vbi etiam dicit, quod nec canes, nec aues  
ad venandum debent habere agriculta. & non so-  
lum in Gallia estis prohibitum, sed etiā alijs non  
nobilibus. vt est testis idem Guill. Imsius in loco an-  
te alle. nu. 917. Et cum huiusmodi sit prohibitum,  
non possunt etiā venari: vt venationem capiādo-  
mino, aut Principi darent à quo manauit prohi-  
bitio. l. i. C. nemini licere in strenis equestri. lib. ii.  
Quia omniū cauſa cadereut in poenam prohibito-  
nis, ac si pro corum lucro proprio venati fuissent.  
secundū lo. de Plat. ibi. Maximē vbi venatio arti-  
ficiosa prohiberetur per superiorē. Quiacta  
intelligeretur inhibita in apris & alijs feris iure  
missis, vt prohibitio aliiquid addat, & operetur. In  
signum cuius Domitius prætor Roman' olim Si-  
ciliam regens, quia pastor quidam contrafecera,  
& aptum captum ei obtulerat, ipsum crucifigis-  
cit, vt recitat Valerius lib. 6. ritu. de seueritate, pro  
quo facit, quia ex quo lex erat scripta, seminādārat.  
l. prospexit. ff. qui & à quib. manumissi libertatem  
non accipiunt.

Quomodo vero, & quando venatio sit clericis  
prohibita, sc̄bit lo. de Turrecre. in d. c. qui venato-  
rib. 86. dist. & toto titu. de clericis venatori in anū  
quis. & per Guillēmum Benedicti in loco sape  
alleg. nu. 875.

Item etiam venatio non possit fieri per illos (si  
cet habeant potestatem venandi) in alienis gare-  
nis, nec in alienis forestis, aut iurisdictione alterius.  
vt per plura comprobaret idem Guill. in sape di-  
cto loco. nu. 869. vsq; ad nu. 875. Plures celebres ve-  
natores. nu. 33. laudat Tex. in sua officina in ca-  
venatores. & ibi ait Mithridatē venandi studio a-  
deo intentum suis, vt septem annis, neq; vrbis,  
neque ruris teatō teretur.

**Q**uinquagesima prima consider. de pescatura  
tractat, & an sit licita. de quib. dicitor lo.  
an. de Turrecre. in c. qui venatorib. 86. dist. quod  
pescatio qua sit propter necessitatem, vi sunt illi,  
qui

qui de ea viuctum querunt, est licita. & dixit istam esse conclusionem Gregorij super Ioan. 21. ca. vbi sequitur apostoli post Christi resurrectionem redire ad opus pescationis. qd idem dixit, si propter solarium adhibitis debitis circumstantijs. Imò ius & facultas pescandi non potest prohiberi per Principes & dominos, nisi in contrariū sit consuetudo ut dicit Ioan. Fabri. in §. flumina. iustitu. de rerum divisione. Quæ quidem est in Francia in multis locis. vt de hoc etiam meminit Guido Papæ. quæ. & dixi in commentarij nostris super consuetudin. ducatus Burgund. tit. des For. §. 7. Et duo sanguineta pescandi, quæ consistunt retibus, & panico. vt ait Ioan. de Turrecr. in cap. est aliud. 24. p. 1.

Aduerte, quia vt autor est Blondus, lib. 9. de Romanophante, fuerunt olim venationes, & pescationes in villis, prout hodie multis in villis & vesupinos adhuc reperiuntur venationes: vt fuit ad lupos venatores, qui vulgo Luparij dicuntur. hoc est, qui capiunt lupos, & habent istud officium à Rege, & percipiunt pro lupo capto certum quid à singulis habitatoribus loci, vbi capiuntque ad certas metas, & loca huiusmodi colunt subiecta.

Quivero olim habuerint piscinas celebres, scribit Tex. in sua officina. in c. piscinarij. Piscinarij vero dicuntur qui piscinas habent refertas piscibus, tash. magno studio curant. Ostrearum viuaria prius omnium Sergius Orata inuenit, optimumq; seponit Luciniis adjudicauit.

Licinius Murena, reliquorum piscium viuaria prius instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem exedit iuxta Neapolim, maiore impendio quam villam adificauat, admisso matre. Vt roscribit M. Catonem Vticensem, cum hares testamentum Luculli seu Lucilij esset relictus, pīces de piscina eius 40. milib. vendidisse. Murenarum viuaria excoxit auit C. Hirtius, qui coenis triumphantib. dictatoris Cesaris tex millia murenarum aqua appendit, & dedit in pondus.

Vedius Pollio cum piscinas magno studio costr. solebat seruos occidere, eosq; piscibus vorare: vt hominum cruento pasti, delicatio- scilicet.

Curauit & piscinas Hortensius orator. murenam adeo dilexit, vt mortuam multos dies atraheretur.

Anthonia Dfusi murenæ, quam diligebat, inures, hoc est, ornamentum ex aure dependens addidit.

Codicarum viuaria primus instituit Fulvius Hippinus.

Aliquos recitat pescatores Text. in sua officina. pescatores, quos laudat ibi. Et, vt autor est Hieronim. in Psalm. 82. & recitat in capit. Et. 86. dicit. Non inuenimus in scripturis sanctis, sanctorum aliquem venatorem. Pescatores inuenimus

sanc̄tos. Nam ecclesiastici dicunt Petrum Apost. omnium Pontificum primum, fuisse pescatorem professione. Item, Andream eius fratrem. Item, Iacobū Zebedæi & Ioan. fratribus, vt scribitur Matt. 4. Mar. & Luc. 5. Et dicitur in scripturis sanctis, hoc est, in veteri & nouo testamento, vt exponit Io. de Turrecr. in d. c. Esau. propter Eustachium & etiam Hubertum, qui fuerunt venatores.

**Q**uadragesima secunda consider. Erit de arte theatrica quæ consilit in ludis, & sic in artificibus huiusmodi ludos exercentibus, qui inter tales sunt extollendi, & laudandi: Et ista ars theatrica continet ludos diuersi generis, vt ait Antonius Flo. in prima parte, sua summat. tit. 1. cap. 3. §. 3. de quibus etiam per F. Patriitum. lib. 2. de institutione Reipublicæ. tit. 8. vbi etiam originem ludorum, & genera illorum scribit, quæ sunt quatuor, scilicet, Ludic gymnici, Circenses, Gladiatorij, & Scenici. Nam Ludus gymnicus est, quando fit luctatio nudo corpore, & exercetur in gymnasio. & illius quinq; sunt genera, scilicet, Saltus, cursus, virtus, arque luctatio. Dicitur autem hic virtus, immensitas viri in labore, & pondere corporis.

Aut verò ludus, teste eodem Anto. Flor. dicitur Agon, & fiebat in quodam loco Romæ, qui circus Flaminii dicebatur, & exercebatur per modum certaminis, aut belli. Et agonum genera fuerunt cursus, celeritas, sagittandi peritia, standi parientia, ad cirharam quoque, & tibias incedendi gestus, decanrandi modulario, terrestris quoque & naualis perpetiendorumque suppliciorum certamina.

Aut circensis, & circenses ludi dicti sunt à circumdeundo, vt dicit Anton. Floren. loco ante allegar. Textor verò in sua officina in cap. Ludi, & spectacula diuersa ait: ludos circenses factos suis in circō, vbi loca erant, & subsellia equitibus, patribusque designata. Primus circum designauit Tarquinius Priscus.

Aut verò ludus est Scenicus. Scena autem comedem Anton. Floren. autore: Locus est intra theatrum in modum domus instrata cum pulpito, vbi cantabant comici, & tragœdi, saltabant histriones & mimi: Hodie in Christianitate ad formam huius domus in conuentur religiosorum, maximè in loco qui dicitur refectorium, solent similia loca fieri, vbi cantatur aut legitur aliquid alta voce in laudem Dei, dum religiosi prandent. Blondus libr. 2. de Roma triumphantē, dicit ex Placido grammatico scenam esse cameram hinc inde compositam, quæ in vinclis locum in theatro erat, in quo ludi astitabantur. Itē Scenam dici arboreum in se incubantiū quasi concameratā dēfariōnem, vt subterpositos regere posuit. Itē Scenā vocari compositionem alicuius criminis, quæ digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis. Vlpianus autem iurisconsultus in lege, quod ait prator. §. ignominiae causa. versic. scena autem est,

## V N D E C I M A P A R S

vt Labeo diffinit : quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moueturque, spectaculum sui præbiturus, posita sint in publico, priuatoq; vel in vico: quo tamē loco passim homines spectandi causa admittantur. s; de his qui notantur infamia. Et, vt ibi declarat Accursius. Scena est obumbratio cortinatū vel pannorum, quæ posita sunt in publico, vel priuato loco. Et dicitur scena à scenon secundum Accursum, quod est chorda: quia ioculatores faciunt ire caballos per chordam: & teste Blondo eodem loco, & libr. 3. de Roma instaurata post Cassiodorum. theatrum, Græca appellatione, visoriū interpretatur, quod turba conueniens eminus videatur, & videat. Et scenam theatri frontem binis, plurimisue contignationibus conformatam, in quibus histriones recitabant, mimiq; mirimiles & ceteri ludi variis ludis gesticulationesq; edebant. In scena autem cum hemicieli sotinam habebat, gradus fediliaq; fuere, de quibus primarij magistratus, honoratiq; spectarent, corumque sedilium pars intima. Et ad haec loca ostendenda debent esse officiarij in ciuitate, qui dicuntur designatorcs, de quib; est tex. in l.athletæ. in princ. ss. de his qui notantur infamia. Instituti fuere huiusmodi ludi ob pestilentiam, acceditis ex Hetruria ludionib; ad tibicinis modos saltatibus. Qualiter tamen omnes ludi scenici fieren, difficile esset docere, vt utar verbis Blondi in d. li.

2. quod singulis penè vicibus ex histrionum ingeniaco industria variarentur, & satis constat omnes fabulas, à Plauto, Tarentioque & alij comicis fictas in scena, & theatro ab histrionibus, corumq; ministris personatis Deorum cultui spectante populo suisse actas. Ludi scenici fiebant in theatris, venationes & gladiatorijs in amphitheatris.

Aut verò (in sequendo ordinem) Anto. Floren. in hac re) est ludi gladiatorijs: & vt ait, gladiatores pugnabant in amphitheatre, & dixi autem proximo loco. Illic iuvenes vsum armorum diverso modo discabant, & modo inter se pugnus aut gladiis, modo circa bestias intendebant. Hodie apud nos huiusmodi ludi per nobiles exerceretur, & fuerunt primo instituti à Tornianine, vt autor est Blondus loco præallegato, vt & instituti iuuenes in hoc exercitio armorum (quādo res postularet) affuererent non expauscere congressum hostilem, vulnera, ferrum, aut sanguinem. Et adhuc hodie in multis ciuitatibus sunt magistri huius artis, qui docent artem gladiatorijs. Et ordo inter istos erat, quoniam primi erant equites equis albis, signisq; militaris in honorem Martis. Secundi in honorem Neptuni, quem in bello nautico iuocabant. Tertijs securores dicebantur, & retiarios in sequerentur, & ad honorem Vulcani pugnabant. Quartierant laquearij, deinde pugiles & alij huiusmodi, de quibus pet eundem F. Patritium, lib. 2. de institutione Reipub. tit. 8. Gladiatorum spectaculum fuit, autore eodem Blon. lib.

2. de Roma triumphante. nō ex eo genere hominum, ex quo lanistas cōpatarc mos cōseruorum, quis sanguinem venalem habent. Voluntaria omnis, & gratuita opera pugnantium fuit. Nam alijs iussi à regulis suis, ad specimen insitæ gentivitatis ostendendum. Alij professi se pugnatores in gratiam Ducis. Alios æmulatio, & certamen, vi prouocarent prouocatiuē, aut abnuerent trahit, quidam qui disceptando controvicias finire nequuerat auriculari, pauci inter se vt victorem sequerentur: ferro decreverunt neq; obscurigeris homines, sed clari illustresq; Et degladiatoribus habemus l. vnicam. C. co. tit. lib. ii. vbi duella & torneamenta prohibentur, item pugna ferarum.

Sed nunquid huiusmodi lusores sine alij quicunque sint, laudandi veniant. Non est dubium, quod illi, qui sunt causa mercedis, ita quod sunt ludibriæ personarum, tales ludi sunt reprobati, & non solum sunt vituperandi, immo etiam infamia notantur, vt dicit cx. in l. athleta. s; de his qui notantur infamia. Ludicros & Scenicos auctores censura damnavit nota, vt improbos mente, & enīlii homines. Propterea Labienus que, excusat se, per epigrammatā à Cæsare coactum, in histronica in uitium descendit. Nero eam ob cauam infamis habitus est. Hodie apud nos sunt dehinc in modi lusoribus histriones, & mimi, & alij dicti scenobates, abatcleurs, in vulgari. Hos tamen histriones non esse infames, sed eos laudandi dicunt Blondus eodem lib. & libr. 3. de Roma restaurata. Imo olim erant stipendiarii de publico. Habant enim mereudem diurnā mille denarios sine regalibus. Et Episcopus ex histrionario quatuor ducentes sacerdotiū filii reliquit. & Roſcius vir doctes, librum scripsit quo eloquētiam cum histrionis cōparauit. Qui verò amicentia canit, prædictos ludos faciūt, sunt laudandi & extollendi: quoniam, vt ait Blondus dicto loco, Ludi qua causa fuerunt instituti, Cicero legum primo, etiam Platonis auctoritate ostendit: Erat enim loco ludi, talis: Ludi publici, quod sine curriculo & sine corpori certatione fiant, populariē latitiam, anu, & fibibus, & tibijs moderantur: eaq; cum diuino honore iungint, Assentiorq; Platonis (vt ait Blondus,) Nil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varijs canendi sonos: quorum vix dici possit, quanta sit vis in utraque partem, namque & incitat languentes, & languescit excitatos, & tum retrahit animos, tum contrahit. De ludorumq; laudibus Cicero pro Murena hæc habet. Nunquid ego dicam populum ac vulgus impunitū ludis magnopere delectari, minus est mirandum. Quanquam huic satis est, sunt enim populi ac multitudinis comitia. quare si populo dotinum magnificentia voluptati est, nō est mirandum, cum leg. Murena apud populum profuisse. Quid tu adunaris de multitudine indocta? Luccas

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

280

Otho, vir fortis equestri ordini restituit non  
dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque  
ad ludos pertinet, est omnium gra-  
tia, quod honestissimo ordinis cum splendore  
et quoque iucunditatibus est restitutus. Et ideo  
habemus plures leges tam in titulo de spe-  
culis & scenicis lib. II. C. Imo dicit tex. in eo lo-  
nemo, quod festivitates in cunctis oppidis  
debent impediri: quam etiam in titulo de ex-  
sens ludotum. ibi, & etiam de mayuma. & in vi-  
la rubricarium librorum. C. & in plurib. alijs  
C.

Nonne etiam ex veterum monumentis prodi-  
summos viros & multa laude praesignes, lusu  
abstulisse? Nam Herculem illum portento-  
m donitorem, Louis & Alcmenam filium ferut,  
puerilis saepius collusisse, eoque modo curas  
remisisse.

Ab Alciabiade quandoq; deprehēsus est Socrate-  
scum Lamprocle infantulo colludens.  
Agesilaus cum filio arundinem cuitabar, qui  
excessus mos est, alludente Hotatio:

*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*  
Tarentinus Architas cum pueris de famulito  
sagittabat, hisq; oblectabatur plurimum, dum  
conuicuius Volaterranus ait Cosinum Me-  
dicum iam senem, & patria Principem, nepo-  
tis parvus collusisse: & ex his cuidā aenā in me-  
so foro aptasse: vt autor est Textor in loco ante al-  
iis diuersos ludos & varia spectacula scribit,  
cum omnium ludorum, seu spectaculorum &  
armatum. Apud Gracos præcipua, & celebra-  
tissima quatuor fuerunt genera: Olympia, Pythia,  
Semea, & Isthmia. quorum præmia, & honores  
constituti erant victoribus, Athletis Olea-  
ni corona oleagina, Lautus, Apium, & Pinus.  
ante in honorē Pelopis, Apollinis, Arche-  
lauri, Lycurgi filij: & Palæmonis: sic et aliqui ad Io-  
annam & Neptunum Olympia & Isthmia referant.  
Hoc Starins in lib. I. Thebaidum.

Non aliter quam Piseo sua lustra tonanti

Quam redunt.

Sum quinto quoq; anno in honorem Olympi-  
onis celebrabantur, quos constituit Hercules  
Helenides & Pisam Græcie oppida.

Apud Romanos vero quatuor erant ludi, Me-  
nenses, sunebres, plebejii, & Apollinares: & de a-  
bus scripsierunt prædicti.

Augustus vero, vt scribit Sueto. spectaculorum  
dramata, & magnificientia omnes antecessit. Et  
Domitianus spectacula edidit magnifica & sum-  
ptuosa. De his & pluribus alijs scripsit Textor in  
op. predicto. & Blondus libro tertio. de Roma  
alatara. & libro secundo, de Roma trium-  
phantem.

Intra alia spectacula quæ fuetunt in tota Gallia,  
nam Europa à multis annis edita, non fuit ex-

cellentius eo quod fuit factum in hac ciuitate He-  
duen. anno 1516. in honorem diuinæ maiestatis,  
ne non diu Lazari nostra ciuitatis & dieceesis  
patroni. Cuius vita per spectacula & ludos thea-  
trales, ita ostensa fuit: vt nihil excellentius videri  
aut dici queat. Fuit enim constructum theatrum  
ligneum & rotundum, mira art, & sumptuositate,  
in quo erant ducentæ, & quadraginta cancri  
omnino distinctæ: vt qui in una positi erant, ad  
aliam non potuerint accedere, & qui in superio-  
bus sedebant, nec nocere his qui in inferioribus  
cameris erant, potuerint. vt amplè in seq. part. in  
66. consideratione dixi, vbi bellaria thea-  
rum videre poteris.

Quicquid fit, licet ludum gladiatorijs, & sic tor-  
neamenta de iure canonizantur esse prohibita. vt scribitur in tit. de temporibus Antis. extra & cr-  
iam iure ciuili, vt ante dixi. Tamen, cum ars mili-  
taris sit vnicuique populo & Recipibiliæ multum  
necessaria, vt ante scripsi in 9. parte in principio,  
quæ commode exerciti non potest sine arte gla-  
diatoria. Ideo credarem, tales artifices, docentes  
in ciuitatibus huiusmodi artem seu ludos gladiato-  
rios, esse recipendos, & in oppidis instituendos:  
vt armis iuuentutem exerceant, & ijs iuuenes af-  
fuerint minus hostes timeant, nec vulnera aut san-  
guinem abhorreant, que ratio nos docuit tempori-  
bus elapsis vtile esse, iuuentutem Heduorum  
esse institutam atque exercitatum in armis, ad in-  
cursions & deprædationes illorum furciferorum  
(quos vulgo auanturierios vocant) evitandas, & re-  
primendas, nec alias nisi armis resistendum crat.  
Ex quo dico vtile esse in ciuitate, imo quasi necessarium,  
vt sint talces qui docant artē gladiatoriam  
in omnigenere armorum. Erfere in tora Gallia  
tam in ciuitatibus. oppidis & alijs locis obseruantur,  
vt sint certa societas sagittariorum & iaculatorum,  
qui se excent circa artem sagittariæ. & fin-  
gulis annis in mense Maio fit certa congregatio,  
seu certam inter eos, vt qui vincat deiiciendo si-  
gnum alicuius quis iuste sagittæ, quod solet fieri &  
dici sub specie pistraci, dicitur Rex sagittariorum  
pro illo anno, & priuilegiatur, & in hoc honoratur,  
quia efficitur immunita subсидij, collectis, &  
impositionib. ciuitatis, & vocatur Rex sagittario-  
rum ad illicetum iuuenes, vt arce illam dicant,  
ita quod si Respublica indiget armis, sunt exerciti  
hoc genere armorum: & isti sunt laudandi &  
extolledi inter plebeios, prout milites inter alios  
cum in hoc magis appropinquant statuti milita-  
rii quāli artifices.

Et intet istos etiam comprehendendi potuisse  
se eos, qui docent ludum gladiatorium, qui dicuntur  
vulgo (maistres de scrymen) quia sunt viles  
Reipublica & quasi necessarij. Imo etiam officia-  
rij ciuitatis deberent cogere iuuenes diebus  
feriatis, vt hanc artem addiscerent, & habere pe-  
nesse

## V N D E C I M A P A R S

nesse armia bellica, quod alias in ista ciuitate Heduuen. fuit obseruatum. Et quantum ad hanc artem theatraicam (cum non sepe apud nos frequenter) sufficiat pauca attigisse: prout ad rem faciunt, & an tales inter artifices sint honorandi, & laudandi.

Ad eos vero qui dicuntur Athletæ, pugiles, & palestriti: aut gladiatores, aut histriones, & actores, seu sagittarij, & iaculatores, vos remitto ad Textorem in sua officina in locis ante allegat. & ad capitula athletæ, pugiles, & palestriti. Item gladiatores, item histriones, & actores. Item sagittarij & iaculatores perit. Et de plurib. his ponit Bloudus in locis aliis.

Non tamen ceterum, quod hodie apud nos etiam sunt spectacula permissa, ut dicit Ioan. de Platone, politica. C. de athletis: lib. 10. vt sunt spectacula, & ludi honesti, q̄ sunt in scena, vbi ludunt tragœdi & comedii tragœdias, vel comedias recitantes, & tales populo permituntur. Et in talibus senatoris præbēt officium suū, ut dixit tex. cum gl. 1. in l. 1. C. de spectaculis. lib. 11. Sieut videmus, q̄ domini de Parlamento Parisiensi, præstant autoritatem suam in festo Regum, & alijs qui bus solent ludi theatrales, tragœdias, aut comedias, exerceri, & recitari, & per eos approbantur: cum sunt ad honorem, & daorem ciuitatis, & ad populi recreationem & publicam letitiam. Et quomodo in illa causam potest legari, & quilibet ludi sunt permitti, scribit Surgetus in suo libello, qui Enchiridion militaris disciplinæ dicitur. Et Angelus de Cl. in sua summa: in verbo, ludus, quorum dicta non reperio, qui non est præsentis speculatoris. Et quod possit relinquere legatum pro ludis in ciuitate faciendis, tamen glo. in verbo ludos. in l. ciuitatibus. ff. de leg. primo. quæ ponit easum, cum relinquere recitantibus versus vel comedias in scena, prout fecit quædam domina Tholosana. vt dicit Gulielmus Benedicti in repetitione capit. Raynati. in verbo, si absque liberis. 2. in fidei commissariâ substitutione. num. 12. extra de testamentis.

**Q**uinquagesimæ tertia consideratio. In arte theatraica etiam sunt, qui dicuntur saltatores, quodan sint laudandi videamus. Et videtur quod sic ex quo saltatio laudatur, & apud nos satis visitata est. cum sepe iuuenes in ludis saltatorijs se exercent, en morisque vulgo, & tripudijs quæ in ciuitatibus permituntur fieri. Vetus verò non fuit, nec etiam contemptibilis esse debet ex multis. vt autor est Coelius lib. antiquarum lectionum 3. c. 3. quoniam in primis apud antiquos nulla ceremonia fiebant, quib. non adhiberetur saltatio: quæ res eo grauior videtur, quod à magnis profecta auroribus videtur, Orphao videlicet ac Museo, qui vt honestissimum quiddam sanxisse traduntur, cum rhythmo initiari, & saltatione.

Quo factū est, vt qui mysteria prodidissent, eos dicent pleriq; defaltasse. In Deo sacrum nullum fiebat absque saltatione ac musica, ut plenē ibi declarat Coelius & Protea. Itē Apollinem & louem fuisse saltatores ait. Et legitur 2. Regum 6. Quod David Citharam, Psalterium, & Organa preciōtis, ante Arcam domini saltabat. & recitat in ea, ut cognouerunt, versicu. quomodo chansonem non habeat. Qui irrisus à Michol, filia Saul, de pœni. distinxit. 2. Propter ea Socrates hanc se perdīcēndam voluit, veluti multum inservi statis in apto concinnoque motu, & corporis formatio composita. nec erubuit iam a tate grandis inter disciplinas serias habere saltationem. Ceterum, inquit Plat. 2. legum: Reliqua anemates sensu ordinis, ordinationisque suorum motuum vacant, quibus bene compositis nomen unditum est numeri & concentus. Dij autem sensum numerosum, concinnum, suauem, & pericundum nobis dederunt. Modulos, italicos que genera docuere. Itaque primam erudititudinem effici Musarum & Apollinis opera clara est. Ineruditumq; hominem est, qui choreas Musarum expersit. Eruditum vero qui compescit. Totumque id genus in choream, saltationemque, & cantum distribui declaratur. Unde fa, vt qui bene eruditus est, bene cantandi saltandoque peritiam habeat. Ex quibus denique omnibus inquiet saltationem, nullo modo facilium, expostorumque artificem videri, imo (vt graues voluntatores) disciplinarum excellentiū apicemant, non musicis modo, sed & rhythmicas & geometrias in primis verò philosophie, tum physicas, tum ethicas. sed nec theoreas cognoscitur ignorare: quatenus mores indicat & affectus, quos thetores permoveant: verum nec à graphica seponunt, aut plastica, quoniam harum cōcinnitatem, eurythmiamque sibi vendicat, sed in primis moria precellens in saltatore exiguntur. Imo verò iuxta Calchancem Homericum, seire saltatorem oportet, quæ sunt, quæ surrunt, quæ mox venturæ, abhinc, vt nihil prorsus cum lateat. Caput antenam maquæ saltationis est, Imitationis scientia, eorum, quæ conceperit, enunciatrix: Obscurorum latentiumque illustratrix. Et quod de Pericle pronunciavit Thucydides. Excellens est saltator laus nostræ quod deceat, & id ipsum posse explicare. Quoniam verò imitatrix est saltatio, prima in ea virtus, perspicuitas, quæ in oratore desideratur in primis, ut eorum, quæ exprimitur gestulatione ac motu, tanta sit claritas, ut nullus protinus sit opus interpretibus.

Apud Lacedæmonios (qui inter Græcos diu habiti præstantissimi sunt) saltandi studium, non erat incelebre, quando ephebi non accusati quam saltationem discebant. Ab Castore & Pollice acceperant. Chariatissare, species et latitudo niserat,

erat, vocabulo à Carijs ducto, quæ est in Laco-  
nicias. Haec tenus Coelius: vbi & iuc. 4. saltatio-

num species & partes plures scribit: & cū his pars.  
vndecima finem sortiatur.

Vndeclime partis Catalogi Gloria Mundi finis.

## DODECIMA ET ULTIMA HIVVS LIBRI PARS, CEN- TENARIA ERIT:

*Centum enim considerationes continet, concernentes diuersarum re-  
rum materias, & laudes illarum.*

**N**e ipiendo à dignioribus, erit prima consideratio de dignitate diuinæ, cuius tanta est excellentia, quod m̄cns de Dō e cogitā defieit. Cum sit enim ipse incomprehensibilis. Sen-  
sus enim nō pereipit, cum sit in-  
comprehensibilis. Lingua ipsum non explicat, cum sit in-  
comprehensibilis. Locus eum non capit, cum sit incircum-  
scibibilis. Scriptura eum non explicat, eum sit  
incomprehensibilis. Tempus eum non mensurat, cum  
sit inmensurabilis. Virtus eum non attingit, cum  
sit inaccessibilis. Desideria & vota transgreditur,  
cum sit insuperabilis, vel incomparabilis. Erbre-  
uer, non nisi creature ad Deum comparata, defe-  
dunt habet: quia finiti ad infinitum nulla est pro-  
portio. Quomodo ergo illum laudare poterō? Et  
hoc primo, dicam eum Augustino in suis soli-  
cūpis, c. 10. Vnde hoc mihi Domine, vnde mihi  
ad laudandum te? Sie ut seeisti me sine me,  
non complacuit ante te, ira laus ribi est sine me,  
ante te placat ante te, Ante te dominus laus tua.  
Hoc es, laudent te opera tua secundum multi-  
tudinem magnitudinistuæ. Laus tua domine in-  
comprehensibilis est. Corde non comprehendit  
te non mensuratur, aure nō percipiunt, quia  
transfunt, & laus tua domine manet in aeternum. Cogitatio incipit, & Cogitatio finitur,  
vox sonat, & Vox transit, Auris audit, & auditus  
definit. Laus vero tua in aeternum sicut. Quis ergo  
est qui te laudet? Quis homo annunciet laudem  
tuam? Laus tua perpetua est, transitoria non est:  
Hic te laudat, qui te ipsum & laudem tuam ere-  
xit. Hic te laudat, qui te ipsum noscit in tua laude  
non posse pertingere. Laus perpetua quæ nun-  
quam transit. In te est laus nostra, in te laudabitur  
una mea. Non nos laudamus te, sed tu te, & per  
te, & in te nobis etiam est laus in te. Tunc veram  
habemus laudem, quando à te habemus laudem:  
quando lux approbat lucem, quia tu vera laus tri-  
buis sc̄ram laudem. Quotiens ab alio, quām à te  
quārīmus laudem, totiens tuam amittimus lau-  
dem. Illa transitoria est, sed tua aeterna. Si transi-  
toriam quārīmus, aeternam amittimus laudem.  
Si aeternam volumus, transitoriam non amitti-  
mus. Laus aeterna domine Deus meus à quo om-  
nis laus, sine quo nulla est laus, non valeo laudare  
te sine te, habeā te, & laudabo te. Quid enim ego  
sum domine, per me, vt laudem te? puluis & cinis  
ego sum, canis mortuus & foetens ego sum, vermis  
& putredo ego sum. Quis ego sum, vt laudem te  
domine Deus fortissime, Spiritus vniuersa car-  
nis, qui inhabitas aeternitatem? Nunquid tenebrae  
laudabunt lucem, aut mors vitam? Tu lux, ego  
nebrae: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas vri-  
tatem laudabit? Tu es veritas, ego homo similis fa-  
etus vanitati. Quid ergo domine laudabo te? Nun  
quid miseria mea laudabit te? Nunquid factor lau-  
dabit odorem? Nunquid mortalitas hominis,  
qua hodie est, & cras tollitur, laudabit te? Nun-  
quid laudabit te homo, & filius hominis vermis?  
Nunquid laudabit te domine qui in peccatis con-  
ceptus est, & natus & nutritus? Non est enim spe-  
cioſa laus in ore peccatoris. Laudet te domine  
Deus meus incomprehensibilis potentia tua, in-  
conscriptibilis sapientia tua, & ineffabilis boni-  
tas tua. Laudet re supereminens clementia tua,  
superabundans misericordia tua, a semper aeterna quo  
que virtus, & diuinitas tua. Laudet te omnipoten-  
tissima fortitudo tua, summa quoque benignitas  
tua, & charitas tua, propter quam creasti nos do-  
mine Deus vita anima mea. Hac Aurelius Augu-  
stinus loco supra allegato. Laudet te ramen do-  
minum Deum omnes Angeli, & virtutes tuae,

## D V O D E C I M A P A R S

Iaudent te sol & omnes stellæ & lumen, & omnis spiritus laudet te, & dicar laus, gloria, & virtus sit in domino Deo nostro: prout dicebat vox magna turbarum multarum audit a Ioannem, vt habetur Apocal. 19. & haberur prima ad Tim. i. Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor, & gloria. Sybilla Erythrea citia p̄cipit eum honorari. Cum dicat omniū nutritorem creatoremq; qui dulcem spiritum omnibus apposuit, ac Principem omniū Deorum fecit, cum dedit Deus fidelibus viris honorare.

Etilice etiam de huiusmodi gloria, laude & honore Deo attribuendis, dictum sit supra in tercia parte, in 1. consideratione: tamen ultra prædicta, quod adorandus, magnificandus, laudandus, & honorandus sit, ex pluribus sacrae scripturae autoritatibus comprobatur. Ut ex sequentibus patet, propter eius sapientiam, bonitatem, iustitiam, & potentiam, & alia innumerabilia.

Ipse enim Deus creauit cœlum & terram, cum omni ornato eorum, vt habetur, Gene. i.

Ipse dominus est omnipotens. Gen. 17.

Ipse est dominus, cuius non possumus resistere voluntati: Gen. 50.

Ipse est dominus Deus meus, qui facit magna, & inestimabilia, & mirabilia absq; numero.

Qui dat pluia in superfaciem terræ, & irrigat aquas vniuersa.

Qui ponit humiles in sublime, & mœrētes erigit hospitate.

Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cuperant.

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, vt habetur Job quinto.

Qui sapiens corde est, & fortis robore.

Qui frangit montes, & nescierunt hi, quos subiuerit in furore suo.

Qui commouet terram de loco suo, & colonos eius concutit.

Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo.

Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris.

Qui fecit arcturum, oriona, & hyadas, & interiora austri.

Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

Ipse est dominus Deus, apud quem est fortitudo, cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curvantur qui portant orbem. vt describitur Job nono.

Qui excelsior cœlo est, profundior inferno, longior terra mensura eius & latior mari.

Si subiuerit omnia, vel in unum coactauerit, quis contradicet ei, vel quis dicere epoteat, cur ita facis? Job 10. Nam quis resistet ei, & pacem habuit? Job 9.

Ipse est in cuius manu est anima omnis viva, & spiritus vniuersa carnis hominis.

Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam.

Si destruxerit, nemo est qui adficiet, si inducerit hominem, nullus est qui aperiat.

Si continuerit aquas, omnia siccabitur, si emiserit eas, subiuerent terram.

Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipiuntur.

Qui adducit Consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.

Qui baltheum regum dissoluit, & percingit, ne renes eorum.

Qui dicit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat.

Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens.

Qui effundit desperationem super Principes, & eos qui oppressi sucurant relevans.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.

Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subversas in integrum restituit.

Qui immutat cor principum populi terra, & decipit eos, vt frustra incendant per iniuriam.

Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios, vt scribitur Job. 12.

Ipse est Deus qui fecit spiramentum.

Ipse est coram quo nudus est infernus, & nullum est operimentum perditionis.

Qui excludit aquilonem supervacuum, & appendit terram supernihilum.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non eum pariter deorsum.

Qui tenet vultum solij sui, & extendit superlud nebulam suam.

Qui terminum circumidit aquis, vñq; dumaniantur lux & tenebra.

Ipse est ad cuius nutum columnæ cœli contempnunt, & paudent.

Ipse est, in cuius fortitudine repente maria congregata sunt, & prudētia eius percussit superbum.

Ipse est, cuius spiritus ornauit cœlos, & obstericante manu eius eductus est coluber tortuosus. vt habetur Job 26.

Ipse est Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.

Quis poterit scrutari vias suas, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem?

Ipse est Deus magnus vincens scientiam nostram.

Ipse est, cuius numerus annorum inestimabilis.

Qui auerst stiwas pluiae, & effundit imbreas ad insturgitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.

Qui si voluerit extendere nubes quasi tentorium suis, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quo-

us quoque maris operiet, ut scribitur Job. trigesimo sexto.

Qui facit magna, & inscrutabilia.

Qui præcipit nūi, ut descendat in terram, & hyems plauis, & imbris fortitudinis suæ.

Qui in manu omnium hominum signat, ut non singuli opera sua.

Ipsius magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & misericordia non potest. Job. 37.

Qui posuit fundamenta terræ, & eius mensura.

Qui retendit super eam lineā, & bases eius concludunt.

Si est, quem laudant astra matutina, & ante eum iubilant filii Dei.

Qui conciluit ostijs mare, circundans illud terram suis, posuit vestem & ostia: & dixit huc vobis, & non procedes amplius, & hic confinximus fructus tuos.

Qui aurora locum suum ostendit.

Qui concussum extrema terra, & excussum impios era.

Qui ingressus est profundum maris, & in nobilissimis abyssi ambulauit.

Ipsius est, cui aperte sunt portæ mortis, & ostia teatra, & vidit.

Ipsius dominus considerauit latitudinem terræ, qui inquit in qua via habitat lux, & tenebrarū quis deus sit, ducat unum quodque ad terminos suos, intellige semitas domus eius.

Quis sit quando nascituri sunt homines, & numeros dierum eorum nouit.

Qui ingressus est thesauros nūi, aut thesauros mundi, apexit, que præparauit in tempus hostis indiem pugnae & belli.

Quis sit per quam viam spargitur lux, & diuidit zelus super terram.

Ipsius dominus dedit vehementissimo imbris cursum, & viam sonat tonitru: ut plueret super terram, ab eo que homine in deserto, ubi nullus mortalius commoratur, ut impleret inuiam, & desolatum, produceretque herbas virentes.

Ipsius est pluvia pater.

Qui genuit stillas roris, ab ipso egreditur gloria, & genuit gelu de cœlo.

Qui induxit aquas in similitudinem lapidis, & aperticiens abyssi constringit.

Ipsius qui coiungere potest micantes stellas pleias, & gyrum arcturi dissipare potest.

Qui producit luciferū in tempore suo, & vesperum super fines terræ consurgere facit.

Ipsius nūi ordinem Cœli, & ponit rationem eius in terra.

Quia mitterit fulgura, & vadunt, & reuerentia dicunt ei, assamus.

Qui posuit in visceribus hominis sapientiam, & qui dedit gallo intelligentiam. Et hoc supradicione successivo enarrantur de Deo. Job. 38.

& ibi etiam scribitur, quod ipse præparat coruō escam suā, quando pulli eius clamant ad eum vagientes, eo quod non habent cibos.

Et concordat dictum psalmi, Psal. 146. cum ait:

Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non est sanctus, ut est dominus, & non est fortis sicut Deus noster: dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat.

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriae tenat.

Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. I. Reg. 2.

Ipsius est quem Cœlū, & Cœli Cœlorum capere non possunt. 3. Reg. 8.

In fine 1. Paralip. vbi David orat: Benedic tus es domine Deus Israël patris nostri ab æterno in æternum.

Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria, atq; victoria, & tibi laus.

Cuncta enim, quæ in Cœlo sunt, & in terra tua sunt.

Tuum domine Regnum, & tu es super omnes Principes.

Tua diuinitas, & tua es gloria, tu dominaris omnium.

In manu tua virtus, & potentia.

In manu tua magnitudo, & imperii omnium.

Et in fin. 2. Paralip. in oratione Manasse.

O domine, immensa es, & inuestigabilis misericordia promissionis tuae, Quoniam tu es Dominus altissimus super omnem terram, longanimis, & multum misericors, & penitentia super malitiam hominum.

Ipsius est Deus Deorum, & dominus dominorum, cuius misericordia in seculum, & in æternum.

Qui facit mirabilia magna solus.

Qui fecit Cœlos in intellectu.

Qui firmauit terram super aquas.

Qui fecit luminaria magna.

Solem in potestatem dici.

Lunam, & stellas in potestatem noctis.

Qui percussit Aegyptum, cum primogenitis eorum.

Qui eduxit Israhel de medio eorum.

In manu potenti, & brachio excelso.

Qui diuinitate mare rubrum in diuisiones.

Et eduxit Israhel per medium eius.

Et excussum Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro.

Qui traduxit populum suum per desertum.

Qui percussit Reges magnos.

Ero occidit Reges fortis.

Qui in humilitate nostra memor fuit nostri.

Et redemit nos ab inimicis nostris.

Bbb 2 Qui

## D V O D E C I M A P A R S

- Qui dat escam omni carni. Psal. 135.  
 Qui fabricatus est auroram, & solem.  
 Qui fecit omnes terminos terrae, & statem, &  
 ver plasinauit ea. Psalm. 73.  
 Qui ambulat super Pennas ventorum Psal. 103.  
 Ipse est dominus excelsus, terribilis, rex magnus  
 super omnem terram.  
 Non est similis illi in Dijs. Psal. 85. Et etiam om-  
 nes gentes qualcumq; fecit adorant, & glorificant  
 nomen eius: quoniam magnus est faciens mira-  
 bilia, & Deus solus est eo. Psal. 85.  
 Ipse est dominus, qui vita, & mortis habet pote-  
 statem, & deducit usque ad portas mortis, & reducit:  
 Sapicn. 16. Et ipse est qui liberat ab omni malo, ubi  
 supra.  
 Ipse est, qui constitutus est Iudex viuorum, & mor-  
 tuorum. Actuum decimo.  
 Ipse dominus dinumerat arenam maris, & plu-  
 uit gurtas, & dies seculi.  
 Qui dimensus est altitudinem cœli, latitudinem  
 terra, & profundum abyssi. Eccle. 1.  
 Ipse est omnipotens super omnia opera sua, ter-  
 ribilis dominus, & magnus vehementer, & mira-  
 bilis potestia ipsius.  
 Honora Deum ex tota anima tua. Eccle. 7.  
 Ipse maior est omni laude. Eccles. 43. & ibi ple-  
 nissime de laude creatoris.  
 Qui omnia in mensura, numero & pondere di-  
 sposuit. Sap. 11.  
 Ipse est Deus noster, suavis & verus, patiens & in  
 misericordia disponens omnia. Sap. 15.  
 Ipse est dominus, qui mensus est pugillo aquas,  
 & cœlos palmo ponderavit.  
 Qui appendit tribus digitis molem terræ, & li-  
 brauit in pondere montes, & colles in statera. Esa.  
 40. cap.  
 Ipse est, cui millia millium ministrant, & decies  
 centena millia assistunt ei. Dan. 7.  
 Ipse est, qui bene omnia fecit, & surdos fecit au-  
 dire, & mutos loqui. Mar. 7.  
 Ipse est, apud quæ omnia possibilia sunt. Mar. 10.  
 Ipse est, ante eius thronū turbam magna, quam  
 dinumerare nemo potest, gratias agit. Apoc. 7.  
 Ipse est, ante cuius conspectum centum quadra-  
 ginta quatuor millia sunt citharizantes in citha-  
 ris suis. Apoc. 14.  
 Ipse est dominus, quem laudat omnis militia  
 cœlestis exercitus, & omnis creatura. Luc. 2.  
 Ipse solus, omne bonum.  
 Ipse solus, omnia sciens. c. fundamēta. §. ptoin-  
 de. de elect. lib. 6.  
 Ipse solus, nouit corda filiorum hominum.  
 Ipse solus, cognoscit omnia præsentia, præteri-  
 ta, & futura.  
 Ipse solus, scipsum comprehendit.  
 Ipse solus, est ubiq; præfens.  
 Ipse solus, creat res de nihilo.  
 Ipse solus, de instanti operatur.

Ipse solus, stabilis manens, dat cuncta moveri,  
 iniquis, Ego enim Dominus, & non nutor. Ma-  
 lach. 3.  
 Ipse est secretorum cognitor. c. erubescit. 32.  
 dist. apud quæ omnia sunt cognita. ca. noui de  
 appell. c. noui. de off. leg. & c. nouit. de iud. & Barb.  
 plenè in d. locis. Augu. in lib. de trin. Oportet Dei  
 cuius est & summè cuncta sentire atq; intelligere,  
 nec mori nec corrumpi, nec mutari posse, nec cor-  
 pus esse: sed spiritum omnipotentissimum, muta-  
 sum, optimum, beatissimum fateanur.  
 Ipse est, cui omnia seruiuntur.  
 Ipse est iustus, & rectum iudicium eius. Psal. 141.  
 Ipse solus, ex autoritate miracula facit.  
 Ipse solus, de qualibet creatura facit, quod vult.  
 Ipse solus, voluntati hominis cognoscere potest.  
 Ipse solus, in iœci oculi mortuorum iuscire potest.  
 Ipse solus, essentia: animæ illabili potest.  
 Ipse solus, peccata dimittere potest.  
 Ipse solus, gratiam infundere potest.  
 Ipse solus, in igne perpetuo corp' sternere potest.  
 Ista soli diuina maiestati conuenient & nulli  
 alteri, in quibus excellētia sua dignitas apparat  
 ut describitur in compendio sacræ Theologie. ca.  
 22. in primo libro.  
 Ipse vult omnes homines saluos fieri, & ad agni-  
 tionem veritatis venire. 1. Tim. 2.  
 Ipse est, qui in rebus per tempus orti summa-  
 gratiam fecit. Cum propter salutem humani-  
 neris, quod nimia charitate dilxit, misit filium  
 eius unigenitum æternaliter generatum, in plen-  
 tudinis tempore in Maria Virgine humanum,  
 quem verum Deum, & hominem constituit. Qui  
 factus est obediens usq; ad mortem crucis, vnos  
 redimerer à peccato: propter quod & Deus exal-  
 tavit illum, & donauit illi nomen, quod est super  
 omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genute-  
 statur, cœlestium, terrestrium & infernum. &  
 omnis lingua constitutur, quia dominus Iesus Chri-  
 stus in gloria est Dei patris. ad Phil. 2. Hæc fides  
 nostra, hæc consolatio nostra, hæc vita nostra, hæc  
 spes beatitudinis nostræ, firmior quam cœlum &  
 terra, per eum qui dixit, Marc. 13. Cœlum & terra  
 transibunt, verba autem mea nō transibunt. Cui  
 Deo nostro benedictio, claritas, sapientia, grata-  
 ritu aetio, honor, virtus, & fortitudo in secula secul-  
 lorū. Apoc. 7. Qui est splendor glorie, vt dicit Paul  
 ad Hebr. 1. & gloria eius est super omnium creatura-  
 rum gloriam, claritas super claritatem, sublimitas  
 super altitudinem, beatitudo super beatitudinem,  
 thronus denique super thronum, rypore cuius-  
 ta sacra eloquia data est omnis potestas in cœlo  
 & in terra. & dixi supra in tertia parte, in secunda  
 confide.

Aduerte etiam, q; Deus fecit omnia propriis  
 nōrē siuum, vel hominis utilitatem. Deus. n. cum  
 sit omniū bonorum, & pulchritudinissimus po-  
 ssessor, & copiosissimè plenus scipso, ideo intra-  
 credere

credere non potest. Non ergo accipit à reb. aliquā vilitatem, sed solum extrinsecum honorem. Ho-  
mo vero, cum sit creatura de nihilo facta, semper indigens, & de se ad nihilum vrgens: idcirco cre-  
dere potest interiu in bonitate, in veritate, in o-  
mniperfectione, & ideo ei debetur utilitas, seu cō-  
modum, sed honor nequaquam. Deus igitur, qui o-  
mnia operatur principaliter propter sc ipsum, &  
quia intus crescere non potest, ideo omnia opera-  
tur extra se propter suum honorem. Et cū sit sum-  
mā bonus, ideo omnia operatur propter creatura-  
rum vilitatem, multo tamen principalius suum  
ad hunc honorem, quam vilitatem creaturæ. Quod  
quomodo hæc inrebellantur, scribitur in tracta-  
tum titulato, Viola animæ, in quarto Dialogo. c.  
vbi multipliciter cōprobatur, quod Deus o-  
mnia operatur ad suum honorem. Et ibidem in  
cap. ponitur, quomodo homo teneret Deum ho-  
nore, & ad hoc obligaretur propter octo causas ibi  
relatas, quas videre poteris.

In ista diuinitate sunt tres personæ, Pater, &  
Filius, & Spiritus sanctus, æquales in Deitate, ita  
quod vñanō videtur esse major altera: quod quo-  
modo intelligatur, vide Magistrum sententiarum  
imprimo lib. dist. 20. Ordinem tamen illarum po-  
nimus. in 3. par. qui intelligendus est, secundū q  
dicuntur. & quod ibi ponit sanctus Thomas, vbi  
quærit. Vtrum in diuinis personis sit ordo & vbi di-  
cit aliquem esse ordinem, quem clare explicat: po-  
nendo, Quod ordo in ratione sua includit tria, &  
rationem prioris & posterioris, distinctionem &  
rationem ordinis, de quibus dixi suprà in pri. part.  
n 78. consid.

Et de laudibus Dei ponit Dionysius Rylrel, qui  
scit tractatum vnum.

Et de honore Dei Ioan. de Teneramunda scri-  
pit librum vnum.

Ipsen enim magnus est dominus super omnes De-  
os, & habetur Psal. 94. Sed olim apud homines i-  
dolatrias plures habiti fuerunt pro Diis: de excel-  
lentia quorum non curio, cum in eis non possit di-  
grediency quo ad Deitatem, quoniam omnes  
demonia, Psal. 94. & de plurib. Diis  
Deabus, vide Textorem in sua Officina in cap.  
Dabbi ponit de viris, qui fuerunt reputati Diis,  
& de mulierib. quae fuerint reputatae Dea: quoni-  
am loquendo etiam de mulierib. Deos dicimus.  
Vnde Virg. de Venere:

*Difendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes  
Expedior.* Et etiam de stellis & Planetis, qui  
colebantur pro Diis, & etiam de animalibus. & o-  
mnibus multi inuocabant in eorum necessita-  
tibus, & putabant auxilium habere ab eis secun-  
dam diuersitates necessitudinum. vt ibi declarat, &  
in maximo honore aliqui in vñoloco, alij in alio  
sæbantur. Hodie vero loco istorum Deorū, nos  
Christianii inuocam Sanctos, vt ore Deū p no-  
bis, nec Deosalienos adoram⁹, p̄t nec fecit Dau.

**S**ecunda consid. Paradysus cœlestis est excellē-  
tior in omnibus Paradysis terrestri, propter in-  
finita, quæ nō sunt in ipso Paradysu terrestri. Quo-  
niam in eo est inclyra felicitas, cum sit ciuitas cœ-  
lestis, in qua scripti sumus, & ciues decreti. vnde  
dicit Prophetus Psalmo 86. O quam glorioſa diuina  
sunt de te, ciuitas Dei. Sicut latitandum omnium  
habitatatio est in te: fundaris enim exultatione vni-  
uersæ terra. Non est in re senectus, nec senectutis  
miseria: non est in temancus, nec claudus, neque  
gibbosus, neque deformis, dum omnes occurrit  
in virum perfectum in mensuram ætatis plenitu-  
dinis Christi. Quid hac vita beatius? vbi non est  
paupertatis merus, non ægritudinis imbecillitas?  
Nemo læditur, nemo irascitur, nemo inuidet. Cu-  
piditas nulla excedit. Nullum cibi desiderium.  
Nullus honoris aut potestatis pulsat ambitio. Nullus  
ibi Diabolicus metus, in fiducia demonum nul-  
la, terror gehennæ procil. Mors neque corporis,  
neque animæ, sed immortalitatis munere iucundus  
da vita. Nulla erunt tunc mala, nusquam discon-  
cordia, sed cuncta consona, cuncta conuenientia, q  
a omniū sanctorum vna erit concordia, pax cuncta,  
& latitia cōtinet: trāquilla sunt omnia, & quieta,  
iugis splendor. Nō ille qui nunc est sit tanto clarior  
quanto felicior: quia ciuitas illa, vt legitur, nō e-  
gebit lumine solis, sed do. omnipotens illuminabit  
eam, & lucerna eius est agnus, vbi sancti fulge-  
būt, vt stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splen-  
dor firmamenti qui erudiant multos. Quapro-  
pter nō ibi nulla, nullæ tenebra, concursus nubi-  
um null⁹, nec frigoris ardor, vel asperitas vlla: sed  
talis erit temperies, quam nec oculus vidit, nec  
auris audivit, nec in cor hominis ascendit: nisi il-  
lorum, qui ea perfici digni inueniuntur, quotum  
nomina scripta sunt in libro vita. Verum super  
hac omnia est consociari choris Angelorum &  
Archangelorum, atque omnium cœlestium vir-  
tutum, intueri Patriarchas, & Prophetas, videre  
Apostolos atque omnes sanctos, videre et parētcs  
nostros. Gloriosa sunt hæc, sed multo glorioſi⁹ est  
præsentem Dei vultum cernere, incircu mscriptū  
lumen videre. superexcellens gloria erit, cui Deum  
videbimus in seipso, videbimus, & habebimus in  
nobis, quem cernere finis non erit. hæc Augustinus  
in suo manuali. c. 17. ponit de gaudio Paradysi,  
vbi sic dicit: O vita vitalis, vita sempiterna, sem-  
piternè beata, vbi gaudium sine moere, requies  
sine labore, dignitas sine tremore, opes sine a-  
missione, sanitas sine languore, abundantia sine  
defectione, vita sine morte, perpetuitas sine cor-  
ruptione, beatitudine sine calamitate. Vbi omnia  
bona in charitate perfecta, vbi spes, & visio facie  
ad faciem, vbi plena scientia in omnibus, & per  
omnia, vbi summa Dei bonitas cernitur, & lumē  
illuminans à sanctis glorificatur, vbi præsens ma-  
iestas Dei conspicitur, & hoc vita cibo sine defe-  
ctu mens intuentiū satiat, vident semper, & vi-  
dere

## D V O D E C I M A P A R S

dere desiderant, sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur. vbi verus sol iufitiz, mira sua pulchritudinis visione omnes reficit: & ita vniuersos coelestis patriæ eius illuminat, vt luccant. ipsi lumen vident illuminatum per Deum, lumen illuminans vltia omnem solis nostri splendorem, atque cunctorum stelarum immortali adhaerentes Deitati, ac per hoc immortales, & incorruptibles facti iuxta promissionem domini salvatoris. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritate meam, & omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint, hac ille. Et idem Augustus amplè in libro soliloquiorum. c. 36. ponit gloriam coelestis patriæ. Fortè dicam latius infra, quā do ponam de excellentia patriarcharum.

De huiusmodi Paradyso coelesti scriptit Danates in vna Comœdia, quæ appellatur Paradysus, allegatus per Albericum de Rosate in suo Dictionario.

Sanctus Thomas in tertio sententiarum. dist. 22. q. 1. art. 1. q. 3. dicit triplicē est Paradysum, coelestem, terrestrem, & spiritualem, quæ dicitur virtus Dei.

Vide quid dicant Philosophi, & Catholici de beatitudine huius coelestis patriæ seu Paradyso, per Symphorianum Campegiū in suo libr. de vita supercoelesti. c. 1. 2. 3. 4. 5.

- Adverte etiam, quod Paradysus dicitur coelum empyreum, vt dicit glo. in verbo, quæ in Paradyso. in ca. Ecclesia. de consecra. dist. 1. vt habetur etiam Ezech. 29. In delitis Paradyssi fuisse. dc quo habetur de poen. dist. 3. c. priu. Et etiam dicitur visio Dei, siue vita beata, iuxta illud dictum latroni: Hodie mecum eris in Paradyso. Luc. 23. Et etiam habetur 2. Cor. 12. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, &c. & post. Quoniam raptus est in Paradysum.

Vel dicitur etiam Paradysus, quasi parans Dei visum, vel quasi paratis dans visum: quia ibi facie ad faciem Deum videbimus. 1. ad Cor. 13. vt dicit Io. de Turrecremata in d.c. Ecclesia. de consecrat. dist. 4.

**T**ertia confid. est de Anima, eò, quia animæ beatorum' collocantur in Paradyso coelesti, quicunque deputatus est pro illis. gloss. i. & ibi Ioan. de Turrecremata. in ca. tempus. 13, quæst. quoniam dicitur Psalm. 44. Aspergit Regina, id est, anima, à dextris Dei in vestitu deaurato, circundata varietate, vt dicit Antron. Floren. in 3. part. in proœm. illius 3. partis, & dixi supra in tercia parte, vbi dixi, quod nedū Angeli sunt in Paradyso, sed etiam sancti.

Ideo etiam ante omnia laudanda est: quia cunctis rebus preferenda est, Primò corpori: vt est tex. in c. schedula. 38. dist. Secundò, quibuscumq; reb. inanimatis. tex. est in l. sanctimus 1. C. de sacrosan. Eccl. do. meus Iason. in l. licet inter priuatos. in 1.

col. C. de paſt. & in authen. sacramenta puberum. in 16. col. Co. si aduersus venditio. Alex. confit. 38. in 3. col. in 1. vol. facit tex. in ca. cum infirmitas extra de poen. & remis. & in c. precipitus. in poen. 12. q. 1. &c. si habes. 24. q. 3. & cap. solit. & s. verū. verū. quid aut. extra de maio. & obe. corpus tamen teb. l. in seruorum. in fi. ss. de poen. Alex. in confi. 14. in fi. in 3. vol.

De excellentia Animæ videatur Florentinus in sua summa, parte prima. tit. i.c. 1. vbi ponit, quomodo est facta à similitudinem Dei, & in ha. & 3. de nobilitate illius & pulchritudine habetur in c. 2. §. 1. & 2. Etiam de dignitate & excellentia illius ponit Bernar. de Bust. in 2. par. suirostri, ser. 10. in litera T. vsq; ad fin. Vbi dicit, quod nobilitas Anima ex trib. appetet, exordine, s. magnitudine, & pulchritudine.

Primo ordine, quia in supremo loco ordinata est: Bonum enim vniuersi consistit in ordine. II. Meramor. Primò, Deus in insimo loco posuit terram, & terrena grauia. Secundo loco superiori, & ascendendo posuit aquam. Tertiò aereni. Quartò vero ignem, quem propter calliditatem ab nobis elongauit. Post ignem posuit Lunam in proximo celo: deinde Mercurium in secundo celo: post Venerem, in tertio. Solem, in quarto. Martem, in quinto. Iouem, in sexto. Saturnum, in septimo. Cœlum stellatum cum duodecim signis in octauo, & quasi septuaginta duabus constellationibus, quod dicitur firmamentum. postferma mētum siue cœlum stellatum posuit cœlum crystallinum: & post cœlum empyreum in quo iacent & collocantur animæ beatorum. dicam infra suis locis.

Cum igitur natura ordinat ignobiliora inferi: nobiliora verò superi, patet animam esse nobilissimum omnib. supradictis ordine, quia collocatur in nobiliore loco.

Secundò verò dicitur nobilior magnitudine, quia magna est terra, vt infra dicemus. Vnde dicitur Theodosius, & Euristenes Philo. quod longitudo est triginta, & vnum millia milliariorum. Littera autem terra sit tantæ magnitudinis, tamè maior in decuplo est aqua, & similiter vnum cœlum altero. Et ideo cœlum empyreum est indicibilis altitudinis & magnitudinis. vnde dicunt quidam, quod si massa plumbæ à cœlo empyreō descendaret, vix in quingentis annis usque ad terram veniret. Nam vt refert Rabo Moyses magnus Philo. Quodlibet cœlum cuiuslibet Planeta habet in spissitudine viam 500. anno. id est, tantù spatiū, quantum quis possit ire de via plana in quingentis annis. Et idem Philo, dicit, quod inter cœlum & cœlum similiter est distantia vix 500. anno. vnde secundum eum à centro terræ usque ad concavum cœli Saturni, est via 7700. anno. id est, tantum spatiū, quantum de via plana aliquis ire de septem millibus, & septingentis annis situm viue-

ueret. ita quod quilibet annus computatur ex diebus, & iter cuiuslibet dies sit quadraginta solum, & quodlibet milliare sit duorum miliebitorum. Si autem tanta est distantia à terra que ad cœlum Sarurni, quod est septimum cœlum, quanta erit usque ad decimum, scilicet empyreum? cum latius insit de his cœlis. sed an sint hæc verum? Deus scit, quia omnia se in ponde, numeris & mensura. Sap. ii. Indubitanter ramen est tempore, quod cœlum ipsum empyreum est maximum & altissimum, in loco autem illo in maximo locabitur Anima. Vnde ipsa dicere potest illud clara: Cœlum sedes mea. & Eccl. 24. Ego in mis habitaui. & Baruch. 3. O Israël, quā magnus dominus Dei, & ingens locus possessionis eius magnus & non habens consummationē, excellens & immensus. Ex quo apparet nobilitas animæ in tam excelso loco, & nobili colloquende.

Tertio patet Anima & nobilitas ex eius pulchritudine, & preciositate, de qua Aug. in Epistola ad Deodatium, inquit: Animæ natura, nec terra, nec aqua, nec sidera, nec luna, nec sol, nec quicquam omnino quod tangi aut videri potest, non denique ipsum quod à nobis videri non potest, cœlum melius esse credendum est. Inquit hæc omnia lōga decessora esse, quā est quælibet anima, ratio certa conuinicit. hac ille, vt dicit Bernarditus de Buslito dist. 10. in fin. Ex quo dicit, quod nobilior est anima quam omnes aliae creaturae: præter Angelicam, quod etiam probat sic: Nobilior est si quis sunt ad finem. 2. physico. sed finis quo ammodo omnium est homo, vt dicit Arist. 2. de anima. Quodammodo dicitur: quoniā, vt habet. Erith. Duplex est finis, scilicet principalis & secundarius, siue finis sub fine, vt ibi habetur. Si loquuntur de fine principali, tunc secundum Bonaventuram in 2. dist. 5. art. 2. q. 1. & Rich. in eod. lib. dist. 1. q. 2. art. 2. q. 1. quod Deus est finis omnium creaturarum, quas ad sui gloriam creauit. Prou. 16. Si autem loquamur de fine secundario, sic homo est finis omnium. vnde Gen. 1. dicit dominus. Domini unicus pescibus maris, volatilibus cœli, & benevolentia terræ, omniq[ue] reptili quod mouetur terra. dixi supra in 2. parte, in 1. consid. Si ergo homo est finis aliarum creaturarum, ergo est nobilior illis. Pars autem hominis dignior est Anima. vnde Aug. de ciuitate Dei. lib. 8. ca. 15. dicit: Omnis corpori præferuntur animæ. Et id lib. folio quoniam. c. 20. ait: Quicquid. n. cœli ambitu continetur, inferi ab humana natura est, quæ safa est etiam superius possideret, cuius possessio ne beata fieret. Et ait Ouid. 2. Meta. Caloq[ue] animus & animalior omni. Et sic anima dignior est cœlo emperio, in quo est collocanda. Nam & plerunque contentum dignius est continēte, sicut lapis pre ciosus suam capsellam valore transcedit. Ideo de animali quoque in li. de quāitate animæ, Augu. ait: Quidam modū satēdum est Animam humanam

non esse quod Deus est, ita presumendum est nihil inter omnia quæ creauit ipsi Deo esse propinquius. Et dicit Chrysippus in libro de cōtemptu mundi. Quanto cœlum terra pulchrior, tanto Anima & pulchritudo omnem formam quamvis pulcherrimam superat. Et ibidem ait, si fieri posset, ut corporalibus oculis Anima pulchritudinem videremus, derideremus omnia haec, quæ extrema substantia decora esse videntur. Ita dicit Bernardinus in loco supra allegatio. Et ibi etiam principio ponit de animæ immortalitate, ubi probat ipsam esse immortalem autoritate, ratione, & exemplo. Ad quam beatitudinem peruenire possit Anima, vide Simphorianum Campegiū in suo lib. de vita supercœlesti. cap. 5. 6. & 7. & ampliè in Margarita Philoſo. libr. ii. cap. 30. 32. & 33. & totus ille liber undecimus est de Anima: ad quem re curre.

Et aduerte, quod determinatio Parisiensis ita se habuit in consilio vniuersali Parisijs celebrato, quod vna anima est perfectior alia, etiā in naturali, ita quod vna anima differat ab alia naturali præstantia, quod etiam tenui Bonaventura, & plures alij contra Tho. & Alex. de Halis, ut resert Simphorianus Campegius in libr. de vita cœlitus comparanda. libro nono, dicam forte alibi quād ponam, vnde hoc quod unus est perfectior altero.

Aduerte etiam, quod Anima iure humano in multis priuilegiatur.

Primo enim dieit ius humanum, quod vnius Animæ amissio maius damnum censetur, quam si innumerabilium corporum mors contingere, textus in ca. si habes. ver. quid dicam. de coniuge. 24. q. 3.

Secundò, q[uod] probatio, quæ Anima & sauorem respicit, quamvis dubia acceptari debet, ut in nobili casu ponit Fely. in c. præsentia. in 2. notab. col. 7. de probationib.

Tertiò, quia relictum pro Anima dicitur relictum ad pias causas, glo. est i. i. i. si quis Trito. ff. de legat. 2.

Quartò, quia sauori Animæ non potest renunciari, Bal. in l. i. in 2. col. Cod. de vsu & vsuatu legato.

Quintò, in his, quæ salutem Animæ respicit ad vitandos graues conscientiae remorsus, tutor pars est tenenda. Ita dicit tex. in cle. exiui de Paradyso. q. item quia. ver. nos itaq[ue]. de verb. sign. not. in e. iuuenis. in tex. & gl. i. extra de sponsi. & in ca. 1. in gl. fi. de scrutinio in ordine sciēdo. & est tex. in e. illud. q. licer autem. & ibi gl. in verbo, in dubijs. de cler. excom. ministrante. facit etiam tex. in fin. de senten. & re iudicata.

Sextò, licer vasallus feudum irrequisito domini consensu alienare non possit, etiā pro Anima. ut est tex. in e. i. q. donare. qualiter olim poterat feudum alienari in vñib. feud. Tamen dominus tandem

## D V O D E C I M A P A R S

quam habēs ius potentius, inuito vasallo poterit feudum pro anima sua relinquere. tex. in c. vnicō. 1. responſo de allodijs. Lud. Rom. per illum text. in repet. auth. similiter. in 13. col. in tertio priuilegio pīe causē inter vltimas voluntates. Co. ad legem Falcid.

Septimō, quamvis pater possit filium exhāredare, & filius patrem, ex causis in authen. vt cum de app. cognoscitur in §. cauſas. collat. 9. Tamen propter fauorem anima si fili⁹ monasterium fuerit ingressus, non poterit à patre exhāredari. cap. non licet. in princ. 19. quāſt. 3. Quem ponderat ad hoc singularem Ludou. Rom. in d. auth. similiter. facit tex. in authen. de monachis. in princ. colat. 3.

Octauō, quia alijs filius familias, qui nō potest testari. l. tam is. §. fi. ff. de donatio. causā mortis. le. ſentum. cum glo. fi. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Tamen pro Anima teſtari potest. c. licet. §. fi. de ſepulturis. in 6. Rom. in d. auth. similiter. in 15. col.

Nond, verba fauore Animæ debent interpreta ri, & accipi in latri oratione. Bzr. in authē. sacramenta puberum. C. fī aductus venditionē. Hæc prædicta dicit conciuſis, & contemporaneus noster do. lo. Monthel. in ſuo Promptuario iuris. in verb. Anima.

Quam viii potestatemque, & imperium habeat Anima rationalis in corpus humanū, & quām proclue ipsum corpus deprehendatur ad Animæ obsequia: multum eleganter deſcribit Cælius lectionum antiquarum. libr. yndecimo. 13. cum ſequen. vbi philosophical & historicè pro cedit.

**Q**uarto confide. eſt de Paradyſo terrestri, & ſe cundū aliquos ſunt ſex, quos enumerat Phil. Bergom. in primo libro ſui ſupplementi Chro nicarum, vi in ſtra patet. Et excellentior omnibus alijs eſt ille, qui eſt in oriente, de quo Gen. 2. Plantauit dominus Deus Paradyſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formaue rat, produxitque dominus Deus de humo oinne lignum pulchrum viſu, & ad vſcendum ſuaue: lignum etiam vita in medio Paradyſi, lignumq; ſcientia boni & mali, & catena huiusmodi: vt ibi habetur, & hic locus eſt in orientis partibus, cuius vocabulum ex Greco in latinum vertitur hortus. Porro hebraicē hau eden dicitur. hau hortus, & eden, in noſtra lingua delitiæ interpretatur, quod vtrunq; iunctum facit hortum delitarum. Etenim omni genere ligni, & pomiferarum arborū conſtitutus, habens etiam lignum vita, non ibi frigus, ſed perpetua aëris tēperies, in cui⁹ medio fons prorumpens totum nemus irrigat, diuiditurque in quatuor naſcentia flumina. de quibus infra 18. conſideratione dicam. de quo cecinuit Poëta Ouid.

Ver erat aeternum, placidiq; repentibus auris

Mulcebat Zephyrinatos ſine ſemine flores,  
Mox etiam fruges tellus in arata forebat,  
Nec renouatus ager grauidis canebat arifti.

Vt refert Ioannes Laziardus in ſuis Epato. historia vniuersalis. in cap. 5. de Paradyſo terreftri.

Cuius loci aditus poſt peccatum primi hominis interclusus eſt. ſeptus eſt enim vndeque rompea flamma, id eſt, muro igneo accinctus, ita ut cum vertice eius ecclœ peniungatur incendium. Che rubin quoque, id eſt, Angelorum praefidum arcē dis ſpirituſibus malis ſuper rompea flagrantia ordinariū eſt, ut homines flamma, angelos vero malos Cherubin ſubmouerent, nec cū carnī, vel ſpiritui transgressionis aditus pateat, vt dicit Prolema uſ in ſuo libr. de trib. orbis partib. c. 2. Ita etiam de hoc Paradyſo loquitur Arch. in ca. omnib. in prin. 24. q. 1. & Alb. de Ros. in ſuo Diction. in verbo, Paradyſus. in 3. notabilis. in fin. vbi dicit, quod Paradyſus eft amoenissimus ex mirificis inſehonibus, & plantis, & fragrantissimiſ aromatiſibus vernantibus floribus, & temperatissimiſ ronbus, & moderatissimiſ ventis ac placabilibus, ex amoenissimiſ aium cantibus, ex plurimiſ floribus, ex validissimiſ ſepebus, & ex oculoſiſimi custodib. Deo etiam loquitur Bal. in c. 1. §. mutus. in prin. in tit. Episcopum vel Abbatem, &c. in vſibus ſeudo. Vbi dicit allegando Albertum, Quod de Paradyſo terrestri propter eius altitudinem aqua caſtes faciunt tantum ſtrepitum, quod omnes. q. ibi naſcuntur, per diu auditum: tameu nō ſint ſu diā natura: quia ſi tranſportarentur ad alium locum antequam ſurdeſcerent, audirent. Et de hu iuſmodi Paradyſo terrestri dicit Damasc. lib. 2. ca. 11. ſic: quia vero Deus exiſtibili creatura plati na ruerat hominem ad ſuam imaginem, & ſimi litudinem, tanquam quandam Regem, & Prædi pem vniuerſa terra, & eorum, qua in ea ſunt pre ſtruxit ei quandam veluti Regiam, in qua diuer ſans beatam, & ex omni parte felicem deducere vitam, & ipſe eft diuinus Paradyſus Dei manibus in Eden plantatus laetitia & voluptatis omnis Promptuarium. Eden enim voluptas interpretatur: in oriente vero omni terra excelsior colloca ſt, optima tempeſt, & aere ſubtiliſſimo ſplendi dus, plantis ſemper virientibus in ſignis odoris ſua uitate refertur, plenusque lumine viuente ſenſibilis venustatis, & pulchritudiniſ ſuperexcelleſ intelligentiam: diuinus proſecto locuſ ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fueraſt incolatu, in quo nullus irrationalium habitabat: ſed ſolus homo diuinarum manuū facta. In medio ve ro eius lignum vita Deus plantauerat, & lignum ſcientia, &c. Hæc ille. Et ibi ampli in Commen tario: An fit verum, quod nullum ibi habitauerit irrationale? Sed non inſiſto, cum non ſit pre ſentis ſpeculationis, & ſolum inſeo ad gloriam, & coim̄dationem illius Paradyſi terrefris, qui viſra commendari & laudari poſtent in muluis.

Primo,

Primo, propter antiquitatem platanonis, quo  
iam vt habetur Gen. 3. & supra eadem consid. in  
gen. dixi. Plantauit Deus Paradysum voluptatis. à  
principio, &c.

Secundo, nobilitate situationis siue fundatio-  
nis quia fundatus est locus ille in parte orientis,  
ut dicit beatus Isidor. vt quidam doctores expo-  
nunt illud Gen. 2. Plantauit dominus Paradysum  
in principio, non quidem solum temporis, sed et  
iam loci: cuiusmodi est pars Orientis, quae nobil-  
iter est, sicut dextra pars in homine. Et q̄ sit in ori-  
ente ponitur in Margarita Philos. lib. 7. 45. vbi sa-  
us ampli.

Tertio, propter nobilitatem hospitis: Habuit  
cum uobis habitatores, scilicet, hominem:  
cum dicitur Gen. 2. Plantauit Deus Paradysum  
voluptatis, in quo posuit hominem quem forma-  
vit.

Quarto, excellentia denotatur ex affluentia vo-  
luptatis sine delitiorum. vnde Gen. vbi supra. Pla-  
ntauit Deus Paradysum voluptatis.

Quinto, excellentia illius denotatur ex arbo-  
rum & florū amoenitate, cum Genes. 2. dica-  
tur. Producitque Deus omne lignum pulchrum  
vita.

Sexto, ex preciositate fructuum, cum in loco  
paragalo dicatur. Erat enim in medio Parady-  
sum lignum vita.

Septimo, & ex puritate & mundicia, quae satis  
comprehendi potest ex fluvio egrediente de illo,  
cum dicitur Gen. 2. Et fluuius egrediebatur de lo-  
co voluptatis ad irrigandum Paradysum. Ista di-  
catur & refert Ioannes de Turrecremata. in d. cap.  
xliii. de consecrat. distin. 4. vbi dicit. Eccle-  
siam conuenienter cōparati debere Paradyso ter-  
ram, propter illa septem commendabilia, quae  
supradicta ibi Ecclesie militanti, vt ibidem videre  
posse.

Era it Philip. Bergomē. & suprā dixi, sunt sex  
Paradysitētres.

Vnus, yd dicit, est in Oriente versus zephyrum.

Alter, in aquinoctiali inter eurū & euronorū.

Tertius, de quo Beda meminit inter Ciceri tro-  
pon, & circumulum antarticum.

Quattus, ad orientem versus. Eurum ultra æqui-  
talem, in quo solis calores sunt.

Quintus, Paradysus terrestris ad polum antartici  
cum esse dicitur, de quo Solinus meminit.

Invenitur etiam in occidente alius voluptatis,  
& deliciatum Paradysus, de quo si habemus, quod  
meminimus, populusque Romi, quando uit summiū sa-  
corum Pontificem, non nisi de Italiæ horto deli-  
ciorum eligi debere. Et de huiusmodi Paradyso  
erecti multa à theologis habentur in 2. senten-  
ciarum dist. 19.

Vide etiam Cælium in libr. suuū antiquarum  
etiam, li. i. c. 21. dicentē, apud Platonem esse  
regionem simili Paradyso terrestri, & in quo lo-

co sit ipse Paradysus terrestris, secundū Artianum,  
apud Gracos històricos tanta in scribendo inte-  
gritatis, vt veritatis conservator, studiosusque vul-  
go sit cognominatus, atq; ita etiam in honeste-  
tute in libros. Hic in parte postremā Indici cōmen-  
tarij, veluti ipse quoque Moysi succineret, ita scri-  
bit: Hanno Carthaginēsis, prouectus classe ab co-  
luminis Herculeis in Oceanum, relicta ad lègam Lybia, diebus triginta enauigauit occidua petens:  
mox vbi in incridicem diuertisser, plurima fessilli  
obiecere impedimenta. Nam præter ardores ser-  
uidi sideris, vt in perusta Regione mundi aqua  
potabilis deficiebat: audiebatur porro creber de  
cœlo fragor, interim latè promicantia in sublimi  
figura oculos perstringebant, videbanturque ve-  
luti flammarum riui precipitantes è cœlo, quan-  
quam Cyrene ad extrema Lybiae in tanta camporum  
valitare herbis nuda non sit, neque item a-  
quarum inops. Et ibi allegat de Paradyso dicta Da-  
maseni, & sancti Thomæ, & Conciliatoris dic-  
tum Paradysum esse in oriente, quæ portio  
mundi nobilior est: quia dextra, vti Celsus, quem  
ideas.

**Q**uinta consi. est de cœlo, quod dicit Aug. esse  
Regnum felicissimum, carens morte, & vacans  
sine fine, cui multa tempora succedunt per æ-  
uum, vbi continuo sine nocte dies necit habere  
tempus, vbi viator miles post laboreni donis inef-  
fabilibus cumulatur. Nobile perpetua caput ample-  
xente corona, hac dicit Aug. in suo manuali.  
e. 8. Sedes enim domini est, & omnib. dominabitur.  
Psal. 102. & Psal. 10. Dominus in cœlo sedes e-  
ius, & habet Esa. 66. Cœlium sedes mea. & habe-  
tur Mar. 5. Nolite iurare per Cœlium, quia thronus  
Dei est e. & h̄ Christus extra de iure. Altitudinē  
illius ne mo dimensurare Eccle. 2. Nec quæ in cœ-  
lis sunt, quis inuestigare potest. Sap. 9.

Aliqui dicunt, quod sunt vnde decim cœli. In pri-  
mo stat Luna, & nulla stella in eo stat præter Lu-  
nam, totum in superficie cœli secundi concava  
continetur, & in orbēs quatuor, & Epicyclum di-  
citur. Habet in primis tres orbēs sicut Sol in figura-  
tione dispositos. Ultra hoc habet unum orbem  
mundo concentricum predictos tres ambientes,  
qui deferens caput draconis dicitur insuperi, & Epicy-  
clum habet profunditatis medijs primorū tri-  
um orbium immersum, in quo corpū Luna figi-  
tur, & mouetur.

In secundo vero stat Mercurius, & in superficie  
concava cœli tertij continetur, & in orbēs quin-  
quies, & Epicyclum partitur: Habet enim duos orbēs  
in æqualis spissitudinis, quorum superficies  
connexa suprēma mundi concentrica sunt, super-  
ficies vero concava supremi, & connexa infiniti  
mundo sunt eccentrica sibi ipsi, tamen concentri-  
ca, & harum centrum (per etiam centrum parui  
circuli nominamus) à centro æquantis tantū quā  
cum cœtrum, quantis à centro mundi distat, & vo-  
lantur.

## D V O D E C I M A P A R S .

cantur hi duo orbes augen & quantis deferentes. Quomodo autem mouentur, dicam infra in explanatione Planetarum.

Tertium est cœlum, in quo solus Planeta qui dicitur Venus, rotatur: & in superficie concaua cœli solaris continetur, insuper, & in orbes particulares, quemadmodum Saturni, Iouis aur Martis cœlum partitur. Circumfertur autem hoc cœlum totum in 24. horis, semel ab Oriente per Occidentem in Orientem redeundo per primi mobilis motum: sed orbes eius augen deferentes super axe, & polis zodiaci ad motum octauæ sphæræ circumducuntur. Quo autem motu mouetur: Vide in Margarita Philo. lib. 7. de principijs Astronomia. cap. 32.

Quartum cœlum est, in quo Sol est, & in quo mouetur, in superficie concaua cœli Martis continetur, & in tres orbes particulares diuiditur, duos, scilicet augen deferentes, & ipsum deferentem solare corpus. & quærem autem, & Epicylum non habet. Mouetur autem motu raptus ab Oriente per Occidente redendo in Orientem in 24. horis ad motum primi mobilis, orbes augen deferentes eisdem mouentur motibus, quibus & orbes auges Saturni, Iouis & Martis deferentes. Deferens autem Solis super polis, & axe proprijs secundum successionem signorum ab Occidente, scilicet, versus Orientem quotidie quinquaginta nouem serè minutis, & octo secundis circumfertur. Et ita Sol totum zodiacū in 365. diebus, & sex horis fermè peragat, nobisq; annum complet. Dicam latius infra ubi fiet mentio de Planetis.

Quintum cœlum est, in quo solis Mars rotatur cœlo sexto contiguum, & sub eo locatur quemadmodum sextum sub septimo. In totidemque orbes diuiditur, & mouetur, & eisdem motibus, quibus cœlum Satanni, & Iouis, de quibus statim dicam.

Sextum cœlum est, in quo stat sola Stella Iouis, & est cœlo Saturni contiguum, ita scilicet superficies eius connexa concavam cœli Saturni continet: de motu eius etiam infra dicetur.

Septimum cœlum est, in quo cōtinetur Saturnus in orbes tres ab inuicem diuisos, & contiguos partitum, de cuius motu infra vide.

Octauum cœlum est, quod firmamentum dicitur, & stellis innumerabilibus ornatum est, quæ fixæ appellantur, quoniam omni tempore aqualiter à seipsis distant. Nec proprium motum à motu sui cœli habent. Et in hoc cœlo sunt deceni circuli imaginarij sepe intersecantes, ac imaginum in cœlo sicut, motum, & diuersitatem notificantes. Et mouetur tripli motu.

Primus est ab Oriente versus Occidentem ad motum primi mobilis super polis mundi, & compleetur in spacio naturalis diei.

Secundus & huic contrarius ab Occidente, sci-

licet, in ortum secundū successionem ad motum nonæ sphæræ in 200. annis, gradu uno, & 28. minutis serè, & sic in 49000. annis tot⁹ perficiuntur, & motus augiū, & stellarum fixarum dicitur, quod motus stellæ quæ sunr in firmamento cœli valuntur de signo in signum respectu zodiaci primi mobilis. Vnde pleiades stellæ fixæ, quæ iuxta figuram suam sunt in capite Tauri in firmamento retrospedienti zodiaci superioris sunt in vigesimo secundo gradu Tauri, & sic de alijs.

Tertius mot⁹ repetitionis, quo, s. octaua sphæra mouetur super diobus circulis parvis, quorum poli sunt capita libra, & arietis nonæ sphæræ, & semidiameter illorum circulorū est grauus 4. minuta 18. & secunda 43. & ille motus accessus, & regressus nominatur, & in 7. millib. quoq; annis cōpletur: & solus octaua sphæra p̄ prius est, quia vnius corporis naturalis tantum unus est motus secundum naturam ratione et illius motus stellæ fixæ, nō semper æquæ distantiæ polis immobilibus primis sphæræ, de his amplè per Margaritam Philo. vbi suprà. cap. 6.

Nonum cœlum stellis caret, similib. charactrib. quib. & decimum est insignitum, de quo statim dicam. Et duplice motu revolutur. Primum, dem ad motum primi mobilis. Secundum mouet ad Occidente versus Orientem super polis proprijs in 200. annis, gradu uno, & minutis 28. serè secundum successionē signorum respectu zodiaci primi mobilis. Totā revolutionē in 49000. annis completer, qua revolutione à quibusdam magnus annus Platonis dicitur. Aliunt enim Platoni scriptissime integra revolutione ista cōpleta omnia in eodem statu & dispositione consistere, quo initio revolutionis fuerant. Hanc positionem diuus Augusti, de ciuitate Dei lib. 12. ca. 13. in fine explodendam, & religione nostræ contrariam ostendit dicens: Absit, inquam, vt nos ista credamus, semel enim Christus mortuus est pro peccatis nostris, resurgens autem à mortuis iam non moritur, & mors illivtra nō dominabitur, & nos post resurrectionem semper cum domino erimus, ad Rom. 6.

Hoc cœlum à quibusdam Aqueum, ab alijs crystallinum appellatur: Super firmamentum enim (quod octauum cœlum dicimus) scriptura aquas esse multipliciter aſtruit. Vnde Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: & dieunt scriptura firmamentum esse constitutum in medio aquarum, & diuidere aquas illi supereminentes ab aquis subsidentibus.

Quia autem supra firmamentum sunt aquæ, præter Genesios sententiam ostendit eriani David Psal. 103. Qui extendis cœlum sicut pellem, quægis aquas superiora eius. Et Psal. 148. Et aquæ, quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. Dicam infra amplius quando fiet mentio de elementis, sed nunc sufficit, quod eriam istud vocetur ab alijs quibus crystallinum.

Decimum cœlum omniū corporum primum  
immobile motu, s. diurno ab oriente versū occi-  
tem, iterū redeundo in orientē in 24. horis si-  
tuatione, & pœna regulariter, id est, non ve-  
sus uno tempore quām alio: & illo motu secum  
tutus oēs spheras in superioribus: sitq; talis motus super  
mundi. Etenim hoc cœlo nulla sunt stellæ, nec  
planeteres, & lineações, quæ percipi possint, sic  
neccin nonno cœlo. Quidam tamen contendunt  
ut acutissimo quasdam percipi posse, sed alios  
vult quia falluntur, vt habetur in dicta Margar-  
ita loco supra citato. c. 9.

De his decem cœlis scriptis Iohannes Laziardus  
in lapidariis historiæ vniuersalibus. c. 4.

Indecimum cœlum primo de immobili crea-  
tura, & mox Angelis sanctis repletum, est corpus  
beatissimum, primum mundi fundamentum,  
et quantitate maximum, qualitate lucidum, figu-  
rione sphæricum, locali situ supremum, ampli-  
tudine spirituum, & corporum visibilium, & in-  
solubilium contentuum, Dei summum habita-  
colum, & diuerbras ob causas variè denominatur.  
Postmodum tamen dicitur empyreum, hoc est, igne-  
um à superbenedicta trinitate in eodem re-  
sidere, secundum nonnullos illuminatum  
est.

Rabanus tamen dicit, quod sunt tantu septem  
celi, empyreum quod supremum, cristallinum  
et aequum, sidereum, igneum, olympicum, æ-  
tereum & aereum.

Inter haec tamen, dc quibus Bar. Anglii in suo  
doto de proprietatib. rerum. lib 8. Cœlum empy-  
reum est dignius, & excellentius omnibus alijs.  
Nam sit primum & summum, & talis est locus  
angelorum regio, & habitaculum hominum  
caatorum. Illud enim est primum mundi firma-  
mentum quantitate maximum, &c. Vthic ante  
colum est. Etenim hoc cœlo empyreto sunt Animæ  
mortuorum collocatae, vt dicit de Lyra Daniel. 7.  
Super illo verbo: Regnum autem, & potestas, &  
magnitudo Regni quæ est subter omne cœlum  
et populo sanctorum altissimi. Lieet enim  
esse sivebique, tamen specialiter dicitur esse in  
esse, quia ibi relucet potissimum virtus sua  
operæ. Et ideo cœlum dicitur specialiter sedes Dei.  
Quoniam corpore infida species cœli pulchrior est,  
velut lo. Damæ in lib. 2. ca. 6. quem videoas cum  
commentario illius, quoru dicta infra latius re-  
feratur.

Ideo species cœli in visione gloria est. Eccl. 43.  
dicitur. Et species cœli gloria stellarum mundum  
illumina in excelsis domin⁹. De huiusmodi cœ-  
li videtur Arist. in lib. de cœlo, & mundo. & An-  
to. Flor. in prima parte sua sum. tirul. 14. & Caius  
lib. antiquarum lectionum. cap. 13. vbi ample, &  
concl. seq. Vide de nobilitate cœli circa prin-  
cipium. versi. & quod Corpora. Sed mihi ad pro-  
positum sufficit, vt denoteam, & inter oēs cœlos

sunt vnum excellentius, & nobilius alijs, scilicet, cœ-  
lum empyreum, quod dicitur Regnum cœlorū;  
de quo hic ante dixi. Habet enim circumfluentia  
in omnibus inferiorib. Er de huiusmodi cœli  
dignitate multi admirantur, & comprobatur per  
Lud. Cœli ex multis historijs, vt habetur in suis  
libris lectionum antiquarum. lib. i. c. 19. Vbi sic  
inquit: Cœli dignitatem eximiam, vel inenarrabilem  
potius contemplanti mihi subit quādoq;  
quod de Arabibus scriptum reliquit Arrianus, co-  
liab illis duos modū Deos, Cœlum, & Liberum  
patrem. Ac Cœlum quidem, quia cernatur, & si-  
derum collocutib⁹ oculis excellenter contextū,  
solem preferat utilitatis immensæ autorem incō-  
parabilem. Neque item excidit, quod de Anaxa-  
gora Philosopho proditum scimus. Qui interro-  
gatus, Cūnam s̄ natum arbitraretur? Respōdit  
cœli ac solis videndi causa, quam quidem vocem,  
ab Philosophis summa exceptam admiratione, ri-  
ſu prosequitur Laertianus, putans nescientem  
quid responderet in hæc prorupisse: Ego verò ni  
me quid secretius fallit (ait idem Caius) facile  
contenderim, non temere id omnino effusum,  
sed vt ab sapienti studio penitulatè admō-  
dum, & excusè. Nam qui exactius pensatrit rem  
totam, comperiet liquido cœlestē claritatem  
adeo præcclere natura quadam præsigni m̄ie-  
state, vt in perenni ac vitali luce illa, augustissimū  
diuinitatis mysterium sit facile deprehensurus.  
Si quidem vertiginosus ille motus ampliorem  
nobis indicat potestatem. Lux nitidissimam fa-  
pientiam. Calor suauissimus amorem. Quibus à  
Principe rerum Deo mouentur, illustrantur, per-  
ficiuntur omnia, atq; seruantur: primò inquam,  
inter separatas, atque spiritualis formas, sicut in  
ter corpora, longè clarissimo cœlum principatu  
censetur. Extra haec, qui plura in clarissimo putat  
globo requirenda, is plane quæ sit corpore natu-  
ra perfec̄tio, parum perspicile deprehenditur.  
Quicquid alia partiriō, ac diuisim possident, in  
vnum id est amplissime cōgestum. Sinc hoc nec  
inserius generabitur quippiam, nec genitum suas  
exercebit operationes. Et quidem sicuti in timus,  
& vitalis noster calor corpora confouet ac seruat,  
eiūque somento quæ agunt in nos, non frustra a-  
gunt. Ita si non adit cœlestis ille calor, corporum  
virtus omnis, præsertimq; ille ipse tam vitalis,  
tamq; familiaris nobis calor proficiens depereat  
necessit̄ est. Cœlum vtique naturale corpus est o-  
mnium corporum naturalium perfectissimum.  
Corpus naturale tam morus, qui sensibiles qua-  
litates consequuntur: perfectissimo igitur corpo-  
rum naturali, perfectissim⁹ quoq; motus, & sen-  
sibilium perfectissima congruunt. Nullus motus  
perfectio orbiculari, nulla qualitas sensu perce-  
ptibilis, luce perfectior, quare hac cœlestis corpo-  
ris propria sinr necessit̄ est. Quoniam verò perfe-  
ctissimum corpus est, cōparati quoque locum,

## D V O D E C I M A P A R S

idest, supremum habere, ex rerum dignitate consequens fuit. Ideo secundum Apuleium finis altitudinis dicitur. Scitum illud Aristot. c. 8, ex libr. 8. Auscultationis Physicæ, motum primi coeli vitam esse omnibus, quādoquidem evidentissima est, & cōmuni operatio vita intimus motus. Cefante autem coelo, nec carterā in obvuntur. Sicut in minore itē mūdo si esset motus cordis, omnes animales motus perire necesse est. Nec lapis itaq; deorsum moueretur, neq; ascenderet ignis, quod mirum utique est sed verum rationibus ostenditur si motus quiesceret primus. Est autem, quod primum in unoquoq; genere causa reliquorum, quæ sub ea continentur serie, licet non omnia cādem cause habeat rationem. Porrò, quod de motu astruimus, pater in caloris ratione. Nam si cœlestis intereat calor, nec ab frigore profluet frigiditas, nec ab caliditate calor. Si quidem non est frigori contrarius calor ille sidereus, sicut calor igneus. Sed omnes continent elementares qualitates eminentia simplici, sicut lux omnes colores. Hæc ille Cælius vbi suprà: pro quibus allegat Pīcum Mirandulam.

Hic non est sine dubio inuestigare. Cum Angeli sint in undecimo coelo, ut hic ante dictum est. Et virgo Maria sū exaltata super choros Angelorum, & vt dicit glo. verbo Apostolicae. in h. omnes dies. C. de ferijs. exaltata est super Apostolos, Angelos, & Archangelos, an condecenter ponatur in duodecimo coelo, quod est trinitatis secundum nonnullos, de quo nunc dicam, quod non videtur esse inconveniens. Cum etiam Deipara dicatur, vt diei Joan. Damasc. lib. 3. c. 12. vbi Deiparam Dei genetricem, Deique parentem, & propriè, & verè sanctam virginem celebramus. Nam, vt verus Deus est, q; ex ipsa nat⁹ est, ita vera Dei genitrix verū Deū ex ipsa incarnatione genuit. Si ergo Deigenitrix est, & mater, collocetur seu collocari debet ad dextrā filii, prout mater collo canda est, vt dixi suprà in 5. part. in 40. consider. & non sub filio. videtur ergo, quod virgo Maria condecenter ponit in duodecimo coelo vbi est Deus. Et hoc dico solum pro quadam inuestigatione, non tamen istud affero, sed me remitto ad dominos Theologos. Quicquid sit, tamen ego teneo, quod in quoconque loco sit, est super omnes choros Angelorum, super omnes beatos & sanctos cuiuscunque autoritatis, & praeminentiae sicut. dixi suprà in tertia parte huius libri, in quarta consideratione.

Etiā exp̄reditis constat, quod Cœli enarrat gloriam Dei, & opera manuum eius annūtiat firmamentum. Psal. 18. quod est triplici via, & modo mirabilis.

Primo, ex eorum creatione ab immensa potentia.

Secundo, ex eorum conseruatione, & manutencitatem ab eadem infinita sapientia.

Tertiò, ex eorum virtuali operatione multipli cōs collata à supra, & impendente clementia.

Circa primum, Cœlorum creatio pandit, & narrat gloriam Dei, quia tanta & talis operatio, quæ est de nihilo ad esse productio, non poterit nisi ab aliqua intelligentia. Cum ad eorum creatio nem̄ requiratur infinita potentia, quia potentia repugnat intelligentia, & Angelo. Ideo secundo, cœli pandunt, & enarrant gloriam Dei ex parte eorum creationis.

Circa secundum, Cœlorum manutencitatem, & eorum conseruationem, quæ immediate à Deo pendet, etiam enarrant, declarant, & manifestant gloriam Dei: quia omnis creatura tam spiritualis, quæ corporalis, quantū est de se tendit ad non esse, & quanto per se, tanto maiori indiger manutencitatem Dei. sicut equus minori indiger manutencitatem, quam Angelus: quia Angelus plures personæ habet equo, & omnem esse præter primum esse, quantum est de se intendit ad non esse. Ideo cœli in manutencitatem tali tam mirabiliter enarrant gloriam Dei.

Circa tertium, Cœli enarrant gloriam Dei ex eorum operatione virtuali. Vnde tot variationes, & temporum mutationes, frigora, calores, pluvia, sterilitates, guerrarum abundantia, & pauca pax, & iustitia, & quandoque inter homines infirmitates, pestes, & inter animalia terribiles, volutes aëris, & viuentia in aquis, talia Dei conciliu prouenient ex influentiis cœli, qui enarrant gloriam Dei: & licet Deus possit aliter facere, & faciat quandoque, teste Bearo Augusti in libr. de civitate Dei. Sic Deus condidit res, ut suis motibus finit eas peragre. Agunt causæ secundæ, virtute prima causæ, & operationes earum, quando placeat, suscepit prima causa concurrens immediatas ad effectum cuiuslibet causæ secundæ, quām causa viuenteris secunda. Ita dicit amicus medicorum in declaratione illius Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, &c.

Aliqui vero ponunt duodecimum cœlum, quæ est cœlum trinitatis, quod dicunt Deum esse secundum dum rem, & differt ratione. Nihil tamen aliud est, (vt inquit Albertus) quām virtus eius excellētia, qua continet, & ambit omnia creata. Et esse in tali Cœlo, est esse in æqualitate virtutis Dei omnia continentia atque saluantis, quod non solū conuenit patri, filio, & spiritui sancto.

Nonnulli tamen dixerunt tantum esse tres cœlos, ad quorum tertium se dicit raptum Apost. 2. Epist. ad Cor. c. 12. cùm ait: Scio hominem in Christo ante annos 14. sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vñq; ad tertium cœlum. Tres autem cœli, de quorū testimoniis meminit Apostolus sunt, vt dicit Damasc. li. 2. c. 6. Cœlum aëreum, firmamentum, & cœlum firmamento supereminens, ad quorum supremū meatus

mentis extasi raptum Paulus afferit. Alij interpretantur alio modo, quod primum sit aëreū, secundum firmamentum, tertium spirituale, vbi angelū & Anima sancte, Dei fruntur contemplatione. Alij distinguunt secundum tres angelicas hierarchias, vt primum Cœlum dicatur postrema hierarchia, secundum Cœlum media, tertium vero suprahierarchia, vt amplè explicant Io. Damascenus, & commentator ipsius in loco supra allegato.

Exta consi. in cœlo Empyreo sunt tres hierarchiz, vt dixi amplè supra in 3. part. huius libri. Prima scilicet supercœlestis, qua consistit in trib. gafonis. Secunda cœlestis, qua consistit in Angelistica subcœlestis, qua perfitur in prælatis, vt dicit Diony. in suo lib. de cœlesti hierarchia. Et hac cœlestis hierarchia est triplex, quædam superior qua dicitur epiphanie, & hæc continet tres ordines, scilicet, ordinem Seraphin, Cherubin, & Tronorum, & ista est excellentior alijs, vt diictum est. Ideo non aliter insisto, ne fiat repetitio eorum quæ iam dixi. Et ibi etiam diictum est, quod in tredecim ordines, ordo Seraphin est dignior, & excellentior. Et ad ibi dicta me remitto circa hunc modi excellentiam hierarchiarum, quæ sunt in tredecimo cœlo, vt etiam supra dictum est.

Sunt enim quidam, qui subtiliori succo de non discedendo tempore operiunt, dicunt enim cœlestem hierarchiam non in plenitudine sciétiæ, sed charitatis culmine finiri, vnde Seraphin, qui denominatur à plenitudine charitatis supremus est ordo, sub quo Cherubin quia plenitudine sciétiæ solum accepit. In Seraphin tamen minorem esse scientiæ, quam in Cherubin Catholici negat. patrilib. sentent. dist. 9. Tantum igitur Seraphin in scientia Cherubin excellit, quantum in charitate est. A charitate autem ille supremus ordo rāquam nobis Dei dono nominatur. ad q̄ profecto scientia ordinatur. Cherubin autem non à charitate, sed à scientia nominari debuit, quia iam superiora à charitate nomen sibi vindicabat.

Sed aduertere ad vnum, quod tanta est nobilitas, excellētia Angelorum, quod vt dicit Anselmus monachus sermone, si unus Angelus staret in coelum, & tot essent soles quot sunt stellæ, clavis illius solius Angeli offuscarer omnes illos solis claritate, sicut modo claritas solis offuscarer claritatem stellarum. & ibidem dicit, quod ille Angelus tantum transcendere nosceret ut pulchritudinem terræ, & mōgagis incomparabiliter. Hæc dicit Bern. Bult. in 2. par. sui Rosarij. serm. 10. litera B.

Epitoma conside. S. Thom. in scripto eius super Libris de Cœlo, & mundo. 2. leq. 25. dicit quod omnes stelle præter Planetas sunt in supremo cœlo, quod intellige in firmamento, quod dicitur secundum aliquos supremum: sed in Empyreo nullæ sunt stellæ, vt dictum estante. Ex quo ergo præ-

dictæ stellæ sunt supra Planetas, videntur esse digniores propter altitudinem, & superiorē locum quem obtinent, & quia approximat diuinitati. Et de potestate huiusmodi stellarū fixarū, an sit major potestate Planetarum, ve contra, ponit Cælius lib. i. snarum antiquarum lectionum. c. 17. vbi inquit, magnam alterationem esse inter studiosos, qui quandoq; stellis non errantibus quæ sunt fixæ, vim eminentiorem ceteris ascribunt, quandoque verò è diuerso, & vt plurimum cōmunem felicitatem pro nascentis modo, mensuraq; à prosperiore Planetarum statu contribui sanctiunt: à fixis verò quandam incomparabilem, extra quam opinetur aliquib. fortunæ benignitate, quam sententiam dicit comprobatam esse à Ptolemeo. Alij omnino Planetas vi effectuque prepotentiores ostendere conantur, cum Proculi sententia, tum rationib. id euidetē monstrantib. Accedente item veterum testimonio, qui Planetas velut quosdam mundi Principes intelligerent. Quo autē discriniculo certiore ista teneant bonarum literarū studiosi. Astra (inquit secundo cœli Aristoteles) nequēr per se, & proprijs moueri morib. aut locum mutare, sed orbi infigūtur, veluti in tabula nodus, itaque orbis motu feruntur, cui inhaerent. Ceterum Planetas deprehēsum est diuerso serii incessu, ut tum velocitate, tum tarditate plurimum discrepante, atq; situ etiam. quosdam namq; exortum petere, in occasum alios remcare: porrò in austrum deicisci hos, in septentrionem protollit alios. Ideoq; ex motu inæqualitate nomen quoque adeptos, & assequutos. Ex qua item certius coniectatum oribus eos distincti ferri. Fixas verò globi octaua stellas dicimus, non quod non moveantur. Nam dupli saltē circumagi motu animaduersum junioribus est, quibus, & globus in quo sunt, motibus rotatur. Altera ab ortu in occasum. Reliqua ab occasu in exortum super Zodiaci polis, tantæ tamen tarditatis, vix ut percipi, vel annis centu in queat. Nec item fixas dixeris, quod orbis modo circumferatur ambitu. Nam, & hoc est illis commune cum Planetis, quod secundo cœli, (vt dictum est) astruitur.

Sed ita dicuntur, quia candē perpetuò seruant figuram, situm, propinquitatem, distantiam. Diuersitas Planetarum in motu, dum vel propriores nobis fiūt, vel remotiones, causa est (sicut philosopho placet) valida, vt varij producantur effectus. Vniformis autem, & constans motus mobilis primi id agit, vt diuersitas hoc genus æterna sit, ac vniiformi pergit periodo. Ita dicit Cælius in prædicto loco, qui etiam afferit Chaldaeos dixisse Planetas interpres, quoniam ex alijs astris, quæ tunc minimè erant, tum certum seruant, & statuum meatum. Sola hæc incessu propriæ suæ nitentia, res futuras insignitus ostendant, ac veluti Deorum mentem interpretentur. Eſe autem hosce Saturnum, Martem, Venerem, Mercurium,

## D V O D E C I M A P A R S

Iouem: de his statim dieam. Sed quo ad stellas fixas quæ sunt in octaua sphæra, cum sit alijs in inferioribus nobilissima, vt dicit Arist. in fine libri secundi. de Cœlo. ex quo ergo, etiā stellæ ibi positæ sunt alijs nobilissima.

In hoc octauo cœlo sunt quadraginta octo imagines stellarum, in quibus est concordia apud omnes antiquos, sicut dicebatur, & sunt in eis 1022. stellæ, quæ dicuntur stellæ fixæ, & mouentur uno motu, scilicet, ad motum octauæ sphærae incertum annis ferè uno gradu, & antiqui posuerunt in sex ordinibus. Ita, quod illas quæ sunt maiores posuerunt in primo ordine, & sunt quindecim: Et quæ sunt infra has posuerunt in secundo ordine & sunt 45, quæ sunt infra has, posuerunt in tertio ordine & sunt 208. Quæ vero sunt infra has, posuerunt in quarto ordine, & sunt 474. Et quæ sunt infra has posuerunt in quinto ordine, & sunt 217. Et quæ sunt infra has posuerunt in sexto ordine, & sunt 63. Ex his 48. duodecim sunt in via solis, & in zodiaco, vt dicitur infra, & sunt in eis sex stellis 346. Nomina carum sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Vrna, Pisces. de quibus infra dicetur. Et remanent triginta sex imagines, quarum viginti una declinant à via Solis ad Septentrionem, & quindecim ad meridiem: quæ declinant ad Septentrionem habentes stellis supradictis 360. & nomina imaginum sunt hæc:

Prima, est vrsæ minor. Secunda est vrsæ maior. Tertia draco. Quarta dominus flammæ, vel succensus. Quinta canis latrans, vel vulans. Sexta corona septentrionalis. Septima in curvatus, vel genuflexus. Octaua, vultur cadens. Nonæ gallina. Decima sedens super sedem. Undecima deferens caput algo, id est, diaboli. Duodecima tenens habendas. Decimatercia serpentarius. Decimaquarta serpens. Decimaquinta accusator. Decimasexta aquila volans. Alij habent vultur volans. Decimaseptima delphinus. Decimaoctaua equus primus. Alij habent caput equi. Decimanona equus secundus: alijs liber habet, equus alatus. Vigesima mulier quæ nō nouit virum. Vigesimalis est triangulus.

Quæ vero declinant ad meridiem, habent ex stellis supradictis 316. quarum imaginum nomina sunt hæc:

Prima earum est leo, quem quidam vrsum appellant. Secunda algobor, id est, canis validus. Tertia flumæ. Quarta lepus. Quinta canis major. Sexta canis minor. Septima arca Noe. Octaua ferrens. Nonæ vas. Decima coruus. Undecima deferens leonem, & ipsius medietas est humana: figura altera equi. Duodecima leopardus. Decimatercia thubulum. Decimaquarta corona meridionalis. Decimaquinta pisces meridianus. Haec nomina ponit, & ordines supradictos lo. de Saxonia in commento super rectum Alchabitij: quæ hic

recitantur solum pro ordine supradicto: & intentio mea pro complemento huius operis non tendat ad aliud.

Eadem tamen imagines ponit etiam amicus medicorum in c. 2. secundæ differētia. Vbi etiam ponit de ordine stellarum, & imaginū visibilium Cœli, tam in parte septentrionali quam meridionali, quem ideo vide, quia ibi amplissimè.

Harum stellarum nomina ponit Aufonius Galushis versibus:

*Ad Borei partes, arti iunguntur, & anguis.  
Pof has artophylax, pariterque corona, genæ,  
Prolaphus, Lyra, auris, Cepheus, & Cessiopea.  
Curva, & Persens, deltot, & Andromeda atra.  
Pegas, & delphinus, selum, aquila, anguitenans.  
Signifer inde subest, bis sex, & sidera compleri.  
Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,  
Libra, & scorpius, arc, tenens, capricornus, & tria  
Qui tenet, & pisces: hi sunt in partibus Austris,  
Orion, procyon, lepus, ardens, sirius, & ego,  
Hydrus, Chiron, thubulum quoq; pifcr & ingeb,  
Hunc sequitur pistrix, simul Eridani fluens.*

**O**ctaava conside, in Cœlis septem sunt principales Planetæ: Luna, & cœlicet, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iuppitcr, & Saturnus. Veterum autem dicunt quandoq; luciferum, quandoq; vero hesperum fieri. Ceterum Planetas, id est, eratiles hos vocarunt, quod ex aduerso Cœli suum motum peragunt. Nam Cœlum, & reliqua stellæ ab oriente in occidentem mouentur, sat ipsi soli occasu in orientem motum habent. Et hoc ploratum habemus ex luna parumper singulo quoq; vesperi ad orientem remeante, vt dicit I. Damascenus in lib. 1. cap. 6. Vbi enumerat illos septem Planetas, & posset considerari in aioritas illorum ex altitudine loci secundum, scilicet, quod sunt in altiori loco, ideo videntur esse digniore, vt distum est in genere de existentibus in altiori loco supra in 1. par. in 14. confide.

Et quod corpora superiora sunt nobiliora, constat ex elevatione eorum super omnia inferiora. Quanto eniū corpus est nobilis, tanto debetur ei altior locus. Et nobilitas corporum superiorum patet ex figura siue forma ipsorum, quæ est rotunditas, quæ est nobilis omnibus suis figuris, sicut dicit Arist. in lib. de Cœlo, & Mundo, quod patet ex eo, quod omnes aliae figurae habent terminos. Rotunda autem figura habet formam circularem. Et circulus non habet principium, neque finem, sed in se terminatus est. Et primo Cœlum nobilis est inter omnia corpora. Est enim ingenerabile, & incorruptibile, virtutem habens salutium respectu inferiorum. Omne autem agens, nobilis est patiente: sed corpori nobilitati debetur forma nobilior, & forma sphærica siue rotundanobilior est omnibus alijs formis, siue figuris corporibus propter sui capacitatem, & interminabilitatem, quia non habet principium, neq; finem, & est vna

superficie contenta. ergo sphaerica forma debetur  
lo. ergo cœlum est sphaericum, siue rotundum,  
et dicit Albertus Magnus in sua philosophia natu-  
rali lib. de celo, & in mundo. c. 3. & in c. 5. scribit et-  
am quomodo nobilitas corporum superiorum  
robatur ex impossibilitate corum. Sunt enim im-  
possibilias, & ingenerabilias, & incorruptibilias, vir-  
tutem; actuam respectu inferiorum habentia.

Ideo, ex quo Saturnus est in altiori loco, ut di-  
ctus amicus medieorum, in 4. c. doctrinæ quintæ:  
debet esse dignior Jupiter post, & supra Martem,  
Mars post, & supra Solē, & sol post & supra Vene-  
rem, & Venus post & supra Mercuriū, & Luna post,  
est in primo cœlo ascendendo, & Saturnus in  
quarto, ut supra dixi in hac part.

Veleiam vnum potest dici dignior, & maioral-  
lo propter longitudinem, latitudinem, & ma-  
gnitudinem, in eo quod continet plus altero. Ideo,  
cum Sol & Luna plus continent quam alij Pla-  
netariorum, & quia Sol continet terram centies sexies  
sefies, vt habetur in Margarita Philosophica  
tract. i. cap. 31. Luna vnam de tribus partibus  
terram. Alij verò minus continent, eum Mercurius  
de una pars de tringinta duabus mille partibus ter-  
ram. Venus una de tringinta septem, Mars continet  
duabus mille partibus terram semel, & dimidiat. Jupiter terram  
nonaginta quinq; vicibus, & Saturnus nonaginta  
sextubus, ut habetur in dicto libr. 7. tractatu  
astro. & ibi ponitur de motu illorum, prout et-  
iam supera hac eadem parte dixi. Nam Saturnus in  
quinque annis totum perficit zodiacum. Jupiter  
in annis setme duodecim percurrit zodiacum.  
Mercurio in centum sexaginta quinque diebus, &  
horis. Evert dicit Archid. in cap. i. de regu. lib. 6.  
omni anno cursum suum reperit, & Venus se-  
parat, & idem etiam de Mercurio, sed Luna ferè  
etiam ambulat totum zodiacum in viginti octo die-  
bus. Hoc habetur in d. loco. cap. 34. 33. 32. 31. & 30. Seil  
sequitur sic hanc ratione, & ea etiam ratione, quia  
sol est in medio stellarum, & Planetarum totum  
dum vniuersaliter illuminans, tanquam sit  
clarare maius specialiter à Deo creatum, ut ha-  
bit Genes. i. dicitur Rex stellarū, & Planetarum  
Iulianus Isidorū in libro de natura rerum, quem  
et. & sequitur Guili. Benedicti in sua repetitio-  
ne Raynultius. in verbo, duas habens filias. extra  
testamentis. Solis laudes p̄cipue describuntur  
in suis ad longum per Cœlum lib. suarum anti-  
quarum lectionum 13. c. 14. quas hic refere volui.  
Sic enim ait: Solem Plato ipsius boni conspicuum  
etiam nominauit, eredit quoq; esse solem per-  
petuum Dei statuam in hoc mundo ab ipso Deo  
constitutam. Hunc veteres ut Deum venerabantur,  
et quisquis non videt Solem in mundo ima-  
ginem esse vicariumq; Dei, is certè noctem nun-  
quam considerauit, nec sole suspexit ex orientem  
tempore illius animaduertit munera, nec Areo-

pagit Dionysij monumenta vñquam adjit.  
Theologi veteres dicebant reginam omnium iu-  
stitiam è medio solis throno per cuncta propaga-  
ti, omnia ditigentem veluti sol ipse omnium sit  
moderator: quicquid adest nobis boni, solari po-  
testate adest, vel ab ipsa tantū, veletiam si ab alijs:  
id quidem, vel à Sole absoluuntur, vel à Solc per alia.  
Est quoq; Sol elementarium virtutum dominus.  
Luna virtute Solis domina generationis. Ideo  
Albumalū per solem, inquit, & lunam omnibus  
vim insinuari. Moyscs, cœlestium dominum in  
die Solem arbitratur, nocte lunam, quasi nocturnum Solem. M. Tullius Solem veneratur ut du-  
cem, & principem ac moderatorem luminum re-  
liquorum, mundi mente, & temperationem.  
Heraclitus fontem cœlestis lucis nuncupauit.  
Physici etiam cor Cœli: id enim in æthere Sol  
est, quod in animali cor. Cuius id proprium, ne  
vñquam cesset à motu. Sunt, & qui ætheris oculi  
nuncupent Solem. Pleriq; ex Platonicorum  
scholis in Sole mundi animam constituisse  
videntur. Quæ sphæram Solistoram implens, per  
globum illum quasi igneum, tanquam cor effun-  
dat radios veluti spiritus inde per omnia, quibus  
vitam, sensum, motum vniuerso distribuat. Hinc  
Astronomi dicunt: Sicut Deus solus intellectua-  
lem animam nobis tribuit, ita sub Solis modo  
in fluxu eam mittere, id est quarto duntaxat men-  
se post conceptum, ut ctiam infra patet. In Sole  
etiam enitescere imaginem diuinæ trinitatis mi-  
ram excogitatum est. Inibi siquidem tria quædam  
visitari distincta pariter, & vñita. Primum quidem  
naturalis animaduertitur ipsa fecunditas sensi-  
bus nostris prorsus occulta. Deinde, lux eiusdem  
manifesta ex ipsa manans fecunditate ipsique  
æqualis semper. Postremo estab vtroque propa-  
gata calefactoria vis, penitus virisque par. Cœ-  
lum ex Platonicorum doctrina, nō est negandum  
Cœlum solēm esse calidum. Calefaciunt aut  
solis radij salubriter pro ignea solis viuificaque na-  
tura. sed ex quo prorogatur talis calor, & lux Cœli,  
vide ibidem. De eo etiam habetur Eccles. i. Oritur  
sol & occidit & ad locum suum rcueritur, ibique  
renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aqui-  
lonem. Ioan. Montaigne in suo tractatu de præ-  
minentia sacri consistorij. in primo argumento  
pro magno concilio, dicit q; sol amplius illustrat  
lunam sibi proximam, quam cœteros Planetas, &  
stellas eidē remotiores: Sed non dicit verum, quo-  
niam Luna nō est illi proxima. Cum inter solem,  
& Lunam, sint Venus, & Mercurius, ideo stadiū  
est in hac ratione eo, quia est in medio Planetarū,  
dicit etiā Plinius lib. 2. c. 6. quod sol medius fertur  
amplissima magnitudine ac potestate, nec tempo-  
rum modo terrarumq;: sed yderū etiam ipsorum  
ecclij; rector hūc mundi esse totius animū ac plen-  
ius mentē hūc principale naturæ régimē ac nu-  
men cedere decet opera eius astimantes. Hic lu-  
cem

## D V O D E C I M A P A R S

cem reb. ministrat aufertq; tenebras. Hæc reliqua sydera occultat. Hic vices temporum annumque semper renascentem exysu natura temperat. Hic Cœli trititiam discutit, atq; etiam nubila humani animi serenat. Hic suum lumen cœteris quoque syderibus scenerat præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens. Et sol ex sententia Platonis secundum Cœlium libri.13. antiquarum lectio. c.12. sic describitur: Sol cœlestis est ignis, qui solem ab ortu ad occasum ab eiusdem aspici potest. Animal sempiternum, astrum animalium, diurnum ac maximum, huius syderis maiestas veteribus credita est dinina. Proinde religiosus dum percutitur foedus ab Agamemnonre aduocatur apud Homerum, ut foederum custos, & inspectrix omnium. Sunt qui tam ample potestatis sydus oculorum metiantur argumentis, & animi conjectura scrutentur, sed vanitas multis coagitur indicijs immensum esse. Plinius inquit, quia arborum in limitibus porrectarum in quotlibet pass. millia vimbras paribus iaceat interuallis tanquam toto spacio mediis. Epicuri scholæ sunt quæ statuant ea magnitudinem esse Solem, qua videtur. Ceterum, non peruidisse illos quantâ inde conseretur absurditas. Si enim, inquit Cleomedes, in cœlestium orbium contemplatione tatus sit Sol, quatus appareret, proœcto multæ simul in ipso magnitudines erunt, siquidem exoriens, & occidens maior videtur. Porro, non apud omnes eodem exoritur tempore. Nam cum sit globata specie terra, aliæ apud alios oritur, & occidit, & medium cœlit tenet. Quamobrem cum accidat eundem apud alios oriri, & apud alios in medio Cœli exire, simul & maior, & minor fiet. Maior videlicet quibus oritur, minor quibus est in medio Cœli hora eadem, quod certè in eo absurdissimum censendum est. Horum namq; effectum ratio ea prominut à scientissimis. Maior inquit nobis Sol oriens, & occidens videatur, & minor in cœli constitutus meditullio, propterea, quod in orizonte per aerem densorem, & humectiorcm ipsum videremus. Eiusmodi namq; est vicinus terræ aer. In medio autem Cœli, quia in puriore cernimus se prius ab oculis ad ipsum radius non reflectit, quod in alio contingit situ. Argumento sunt, quæ in aqua visuntur grandiora, corpulentioraq;. Nam, & ex puteis altioribus Sol conspectus, id ipsum patitur. Eisdem porrò rationibus colligitur, cur in medio cœli Sol constitutus nobis videatur propior. Oriens vero, aut occidens remotior: hoc siquidem aeris efficit qualitas. In humectario re namq; crassiore que conspectus longius abesse creditur. Per purum verò interuallo videtur propinquiore. Proinde dicit Posidonius: Si fieri posset, ut per parietes aliâ solidâ corpora Sol videatur, multo amplior se nobis ingereret, & ampliore distare interuallo crederetur. visum porrò insigniter falli iudicio esse potest colorum subin-

de in sole mutatio, quod aeris affectio facit. Hæc nus ille. Iti tamen Planeta diuersis causis alias altiores, aliâs inferiores videntur, ut plenè declarat Plin. eodem lib. 2. c. 16, quem videas, & altitudinem illorum etiam ponit commun. Ioh. Damascen. lib. 2. c. 7.

Si vis tamen scire distantiam à superficie terre ad superficiem Planetarum, vide quæ dicuntur in dicta Margarita in dicto libro 7. tractatu primo, cap. 36. Vbi dicitur, quod distantia à superficie terre ad superficiem concavam orbis lunæ, (ut quidam scripscrunt) est milliarium 10742. Distantia verò à terra ad superficiem conuexam orbis lunæ, & concavam Mercurij, est milliarium 20818250. Ad conuexam Mercurij, & concavam Veneris 542750. Ad conuexam Veneris, & concavam Solis 364000. Ad conuexam solis, & concavam Martis 3965000. Ad conuexam Martis, & concavam Iouis 28845000. Ad conuexam Iouis, & concavam Saturni 46818250. Ad conuexam Saturni, & concavam firmamentum 65337500. Et est quantitatis diuidi diametri, singulorum diameter tota est 230715000. Circumferentia est 410818371. Contineautem cubitos 3000. Ex his orbium spissitudo facile cognoscitur, & ibi dicitur, quod id, quod de quantitate stellarum in superioribus dictum est credibilis redditur. Continet enim Solitatem centies sexagesies sexies, & tres ciuius octauas. Terra autem continet lunam trigesies nouies, & insuper ferè quartam eius. Sol autem maior est Luna sexies millies sexcentes quadragesies ter: & insuper eius continet medietatem, ut videre est in quinto Almagesti Ptolemyi. Distantia autem Planetarum à terra non semper est eadem propter eccentricitatem deferentis, & Epicyclorum quâtitates propior est. Igitur Planetæ terra in inferiori parte Epicycli, circa oppositum augis, & remotior in superiori parte Epicycli, & augen deferentis. Et dicam in hoc cum alijs, quod nec ego iam dida verificavi, sed ab alijs postea recitauiceteris decadem re opinionib. prætermisssis, & fini haec iucunda, & miranda.

Vtterius est aduertendum. Nam, ut dicit glo. in verb. dic solis. in lege omnes iudices. C. deserij. Septem dies denominantur à septem Planetis. & Sol est in medio illorum, & descendit sicut in firmamento affixi. Hoc modo, scilicet, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Erunt septem Planetæ maximam habent potestatem atque operationem in hominis generatione, quoniam secundum Astrologos, Galenum, & ceteros medicos: Cum mulier conceperit.

In primo mense, dominabitur ibi Saturnus, qui semen in matrice mulieris receptum coagulat, & condensat frigiditate, & siccitat sua, iuxta illud Iob. 10. sicut caseum me coagulasti.

In secundo mense, Iupiter ibi membra, & sanguinem

quinem tribuit, & si sit masculinus anima rationalis  
Deo infunditur, scilicet quadragesima dic à die  
conceptionis computanda, vt notatur in lege di-  
uis. ff. de extraordinarijs criminib.

In tertio mense, Mars subtiliat sanguinem, &  
rumores condensat, & ordinat, & componit. Erà  
Deo anima rationalis infunditur embrioni, si est  
animata die octuagesima pariter à die conceptionis  
computanda, vt notatur in glossa fin. in cap. i. s.  
dian.

In quarto mense, Sol ibi vitalem calorē, & spi-  
cum capiti, & cordi tribuit.

In quinto mense, Venus organa sensibili, & of-  
ficiā membra, scilicet, aures, & narces, & similia  
ponit, & disponit.

In sexto mēle, Mercurius omnia foramina cor-  
poris componit.

In septimo mense, Luna suis limitib. mēmpta  
dit. Erin hoc septime mēse (quia nō sunt nisi  
est Planetae conceputi principaliter operan-  
ti nascitur partus perfectus, vitalis, & salubris.  
Touscēt de authoritate Hippocratis in leg. scripti-  
onem. ff. de statu homi. Et sufficit intrasse in  
septimo mense per duos dics. tex. cest in l. intexta. ff.  
de suis, & legitimis hæredib. & noratur in d. l.  
anno mense. Ideo si nascatur puer in septimo  
mense, post nuptias iusta presumuntur legitimus.  
Salutaria constituti oportet, cum l. sequen. ff. de  
cibus. Sed pro hoc text. est clarus. in d. l. septimo  
mense. in fin. Si autem in hoc septime mense par-  
tus distulcrit, & nascatur in octavo mēle, tūc  
puer moritur, quia Saturnus redit super eo, qui  
muditate, & siccitate sua partū mortificat. Alias  
referat Cælius libro II. capit. primo, quas  
vit.

Animæ certè (quando spiritus est in sicco) habi-  
vit. non noteſ. tex. in c. Moyses. 32. quæſt. 2. quod  
dicit pro Normannis, Anglicis, & Polonis,  
dicitur biberetur, ne anima habiteret in sicco.  
Et dicit ibi glossa in verbo, in sicco. Si vero na-  
scit in octavo mense, & nascatur in nono:  
nascit lupiter, qui suo calore temperato par-  
tus facit, & custodit, taliter quod nascitur vi-  
ta. Sed si partus distulcrit nasci in nono mense,  
poterit in decimo, in quo tedit Mars qui sui  
coris, & siccitatibus beneficio partum facit regre-  
trobustum. facit text. in l. Gallus. in princip.  
ad decem mensibus proximis. ff. de lib. & post  
l. fin. C. de posthum. hæred. in situ. Salo-  
mon ergo, decem mensium tempore sicut nutriti-  
tas in vtero, vt habetur Sapien. 7. in prin. Et etiam  
apieendo mensim pro triginta diebus, Christus  
panus sicut in decimo mense post quinque dics, vt  
dicit G. Bened. in sua reper. c. Rayn. in verbo, & so-  
lo rem quam gestauerit in vtero. num. 28. extra de-  
lib. ponit quatuor miranda quæ sucrunt con-  
cupitione Virginis.

Vltra verò decem menses mulier conceptum  
non portat in ventre, vt d. l. intestato. ff. de suis,  
& legitimis hæredibus, saltem ultra duos dies in  
mensim undecimum, vt in authent. de restitutio-  
nibus, & ea quæ parit in undecimo mense post  
mortem viri. ff. vnum siquidem. vers. quam ob  
rem. vbi bona glossa in verbo. perfecto. collat. 4. in  
quo undecimo mense redit sol super partum, qui  
vitalitatem, calorem, & spiritum epati, & cordi re-  
fouet. videatnr de hac materia Plin. in 7. natura-  
lis historiæ capit. quinto. Aristoteles in libro dc  
animalibus. dom. meus Iaso. in leg. Gallus. in prin-  
cip. in 12. colum. in glo. in verbo, in decem mensibus.  
ff. de libe. & posthum. De huiusmodi tempo-  
re partus quasirunt, & medici, & Astrologi, vt di-  
cit Aulus Gellius in noctibus Atticis lib. 3. cap. 16.  
qui ibi plura differit. Tandem in fine illius cap. re-  
fert senatum adiudicasse bonorum possessionem  
nato in undecimo mense. Quoniam nullum cer-  
tum tempus statutū ei videretur. & ibi etiam po-  
nit de natis in octavo mense, qui non sunt vitales,  
quod reprehendit Picus Mirandula libro 3. sua-  
rum disputationum. 18. capit. & in eodem libr. 25.  
cap. dicit astra in his inscrioribus nihil agere, nisi  
per modum causæ vniuersalis, sed non in particu-  
lari. quem allegat idem Benedicti loco præallega-  
num. 31. quicm videas. Et prædicta hic inserta sunt  
ad denotandam excellētiam dictorum Planetarum  
supra alias stellas Cœli fixas. Amicus medico-  
rum ponit etiam quinque dignitates essentiales  
horum septem Planetarum. 5. cap. differentiæ 2. &  
in c. sequen. ponit virtutes accidentales, per quas  
influentia eorum fortificantur. Altitudines au-  
tem illorum siue exaltationes ponit commen-  
tator super Damascenum lib. 2. c. 7. non in isto, cum  
non sit præsentis speculationis, nec sit materia ad  
propositum.

Aduerterendum tamen est ad vnum, quod dicit  
Abrahamus, vt Landinus ait, sunt septem angeli  
conductores horum Planetarū, scilicet, Caphiel  
qui interpretatur virtus Dei, & est conductor Sa-  
turni. Saniel qui interpretatur iustitia Dei, & est  
conductor Iouis. Samael auxilium Dei, & est con-  
ductor Martis. Annael populus Dei, & est con-  
ductor Vencris. Michael dominus Dei, & est cōductor  
Mercurij. Raphael medicina Dei, & est conductor  
foliis. Gauti, & Gauriel, & est conductor lunæ.  
Et dicit qne mlibet illorum ducere mundum annos 354. & quatuor menses: fuit talis ordo, vt Saturnus  
duccret primò, quia hora Saturni creati sunt  
Sol, & Luna, & post Saturnum ducit Venus. inde  
Iupiter, inde Mercurius, inde Mars, inde Luna,  
inde Sol. Itaque ducatus omnium septem Plane-  
tarum assumit annos 2480. & quatuor menses. Et  
cum Saturnus habuerit initium à creatione mun-  
di, durauit usque annos 354. & quatuor menses:  
quod tempore incepit Venus, & durauit usque ad  
annos mundi 708. cum octo mensibus: quo tem-  
pori

## D V O D E C I M A P A R S

pore incepit Iupiter, & durauit vsq; ad ann. mudi 1063. quo tempore incepit Mercuri<sup>o</sup>, & durauit vsq; ad ann. mundi 1417. cum quatuor mensibus. Quo tempore incepit habere cursum Mars, & durauit vsq; ad ann. 1770. & mensib. octo. Quo tempore Luna incepit habere cursum sui regiminis, & durauit vsq; ad ann. 2136. Quo tempore Sol incepit, & durauit vsq; ad ann. 2480. & mensib. quatuor. Quo tempore iterum incepit Saturnus habere cursum, & durauit vsq; ad ann. 2834. & octo mensibus. Et iterum Venus hoc tempore incepit, & durauit vsq; ad ann. 3189. Quo tempore incepit Iupiter, & durauit vsq; ad ann. 3543. & mensibus quatuor. Quo tempore incepit Mercurius, & durauit vsq; ad ann. 3897. & mensibus octo. Quo tempore incepit Mars, & durauit vsq; ad ann. 4232. Quo tempore incepit Luna, & durauit vsq; ad annum mudi 4606. cum quatuor mensibus. Quo tempore incepit Sol, & durauit vsq; ad annum 4960. cum octo mensibus. Quo tempore incepit iterum regnare Saturnus, & regnauit vsque ad annum 5305. sub quo natus est Christus, vt testatur satis Virgilius:

*Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.*

Quo tempore iterum incepit Venus, & durauit vsq; ad ann. 5669. cum quatuor mensibus. Quo tempore incepit Iupiter, & durauit vsq; ad ann. 6023. cum octo mensibus. Quo tempore incepit Mercurius, & durauit vsq; ad ann. 6378. Quo tempore incepit Mars, & durauit vsq; ad ann. 6732. cum quatuor mensibus. Et sic hoc anno domini 1525. sumus adhuc sub regno, & cursu Martis, & regnabit vsq; ad annum domini 1555. Quo tempore incepit Luna, & erit annus mundi 7066. de alijs futuris temporibus non curo amplius determinare. cum scio & certus sum me talia non visurum: Quo tempore illis temporib. extiterint, semper sic dinumerent, & videbunt sub quo Planeta erunt, & quis tunc regnabit. Cum ramen de Marti ducatur adhuc habemus decem annos, dubitandum est si illo tempore vigebit pax, & Martis suror remissus fuerit, (quod spero Deo annuente) scire ramen melius possum Astrologi, siveorum scientia vera sit: sed quicquid sit, ipse solus Deus nouit, qui nihil ignorat. Non negabimus tamen, quod influentia Planarum aliquando aliquid operatur. Ita, quod magis potest aliquid euenire sub vno Planeta, quam sub alio, & diuersimode, vt dicit amicus medicorum, in 6. & 7. c. differentia secundæ.

**N**ona consideratio in octauo celo (ex quo magis excellit) sunt decem circuli, quorum sunt sex maiores, & quatuor minores. Maiores sunt zodiacus æquinoctialis, colurus solstitionum, colurus æquinoctiorum, circulus meridianus, & orizon. Et inter illos zodiacus est maior, cum in eo continentur duodecim signa, quorum aliqua versus austrum declinant, & dicuntur australia, vt

Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Alia vero declinanti versus septentrionem, & dicuntur borealia à vento septentrionali, scilicet, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Etha et duodecim signa habent maximam operationem in Cælo, & maximam influentiam circa corpora inferiora. Inter prædicta ramæ, per Aries præcedit, & dicitur dignius alijs. Vide secundum Philosophos est primum signum, & secundum Catholicos, Sol creatus est in Aries, de quo signo, & omnibus alijs vide Ant. Flot. in pars. 31. cap. 2. §. 4. vbi ponit de omnibus signis, & de naturis illorum, & quomodo Christus transiit de uno in aliud. Et etiam est dignius, quia in primo loco ponitur. Et, ut dicit Cælius lib. i. c. 8. Ut prius inter zodiaci signa locum Aries habere creditur: Ex quo dicit Astrologi, nūdum habuisse initium tempore, quo sol habuit introitum in Arietem, & vocant Astrologi istud signum Principem aliorum signorum, ut habeatur in Algorismo. in lib. 3 de signis, de ariete, & tauru.

Et ad obiectum, quod fieri possit, quare super principium, cum circulus non habeat principium, neque finem. Responder Ptolemaeus in 156 propositione prima partis quadripartiti, quod ideo est principium ab Aries, eo, quia est masculinum signum, & agens est dignius passo, & aquinoctialis transit per ipsum: & abinde, id est, ab aequinoctiali incipit maior mutatio totius firmamenti.

Sed aliquis diceret per istam rationem, videtur, quod initium debeat esse à Libra: quia est signum masculinum, & aquinoctialis transiit per ipsum, & maior motus firmamenti est ibi: quare ergo incepit ab ariete potius quam à libra: Ptolemeus in 140. propositione, quadripartiti fol. u 1, & dicit: Quod principium in initium est ille locus, in quo cōplexio corporis est humidior, sicut prævia Actas animalium est, iu qua complexio est humidior. Potest ramen aliter dici, quod ab Aries incipit generatio, à Libra vero corruptio. Ita dicit Ioan. de Saxonia in commento super textum Alchabitij.

Et licet dicatur ab Astrologis, quod prædicta signa habent magnam influentiam in corporibus inferioribus. Eo ramen, quia Augustinus in libro quinto, de ciuitate Dei, ijs non assentit, nec etiam alijs sancti patres doctores Ecclesiæ, & Theologici, ut habetur in Margarita philosophica, libro septimo, tractatu secundo, capit. 12. 13 & 14. Etiam Pictus Mirandula in suis disputationibus nulla scripsit contrarios. Ideo aliter non insisto, sed metemitto in reliquis ad theologos: unde non licet Christianis obseruare, & colere Elementa, aut Lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallacium pro domo facienda, vel propriæ segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia sociandas. vide text. ad hoc in c. non licet. 26. quast. 5. alias est idolatria.

solalatrat, vt in c. illos Planetarios. cum c. sequen.  
13.2.

Aliquid tamen (sub protestatione, quod non  
tendo his assentire) ex doctrina aliquorum, di-  
o de virtutibus, & potentij se orundem in specie,  
sicut, quod homines, qui nascuntur sub his si-  
gas magnis, & vt plurimum participant de vna  
qualitate quam de alia hoc modo:

Primo, nati sub ariete sunt capite malleari, den-  
tibus instar velleris supra frontem eluatis,  
qui capite certarent, vel pugnarent. Julius Firmi-  
nius tradidit nasci gibbosos, qui in 7. par. Arietis ha-  
bent horoscopum. Et idem resert scriclarium  
tem nasci, qui habuerit horoscopum in 28.  
par. Arietis.

Homines verò signi Tauri, sunt oculis magnis,  
vulta rotunda, collo groso, & breui, & magni co-  
nditores, & inquit Julius Firmicus, & quicunque  
habuerit horoscopum in 21. part. Tauri, lanceati,  
in exitu lancearum orientur.

Sub signo Gemini nati, callidi, bifrontes, & du-  
abus animi natura sunt.

Sub Cancro, nascuntur breues, sed lati pectoris,  
et Cancer homines, & sub hoc signo nati semper  
liberites cum suis fratribus aut sororibus.

Homines verò lati cordis, sunt sub Leone, ad  
magos aspirantes lionores, dignitates, & domi-  
nia procurantes.

Sub Virgine homines nati, ephebi, & tenues,  
seri, tamen eorum subtili ingenio sunt.

Liber, tam viros quam mulieres pulchra facie  
urbasque, & supercilijs, & planis capillis, decenter  
et atq; patat.

Scorpioniste, facie fuit rubea, naso aquilino,  
stolidi, ardentibus, fraudulenti, & deceptores, vt  
aspuribus evadunt.

Sagittarius, bellicosos, venatores, sagittarios  
aut.

Hec Capræ constellatio: homines longa facie,  
lucido acuto, capillis asperis, atq; voce ca-  
renata, apparentes.

Huius aquatij homines, bonorum sunt profu-  
sa, damna inferentes. Paruae sunt statura homi-  
nis constellacionis pisces.

Quoniam supra vidimus, quod Aries est pri-  
mus, sed quartus positus sit Taurus post Arietem, dein  
Gemini, postea Cancer: dicit Albumasar, quod  
naturae sunt qualitates simplices Elementorum,  
sicut, caliditas, siccitas, humiditas, & frigiditas.  
Ex duabus existunt sicut agentia, scilicet, caliditas,  
& frigiditas. Aliæ verò duas, sicut patientia. Agen-  
tia autem digniora sunt patientibus, idco incoe-  
renter sub agentibus. Et agentium unum est prin-  
cipium generationis, scilicet, calliditas, & aliud  
principium corruptionis, scilicet, frigiditas. Res  
tempore prius generantur quam corrumptur. ideo  
nascuntur Arietem in principio, quod est signum  
calidum, & siccum de natura ignis, qui est primo

calidus. Et Cancrum in fine, quod est signum fri-  
gidum, & humidum de natura aquæ, quæ est pri-  
mo frigida. Et Taurum post Arietem, quod est si-  
gnum frigidum, & siccum de natura terræ, quæ est  
primo siccæ, quia siccitas terra conueniens est cal-  
ori ignis. Etiam posuerunt signum Geminorum  
ante Cancrum, quia est signum calidum, & hu-  
midum de natura aëris, qui est primo humidus, & hu-  
miditas aëris est conueniens humiditati aquæ. Ita  
dicit Ioan. de Saxonie in loco supra alleg.

**D**ecima consideratio est de mundo, & prius  
videndum est quid sit mundus. Nam Cleo-  
medes in libro de orbium cœlestium contempla-  
tione ita diffinit: Mundus est constitutio cœli &  
terra, & natura rerum, quæ intracluduntur. Hic  
omnia continet corpora, nullo penitus extra reli-  
cto, non infinitus quidem, sed terminatus: argu-  
mento, quod à natura gubernatur. Nullius enim  
infiniti natura esse potest, cum id continere, & ei  
dominatio naturā oporteat, cuius sit natura. Quod  
verò naturam habet administrante inquiet. Pri-  
mo ex ordine partium: deinde earum rerum quæ  
orientur: inde tertio ex partium inter se se consen-  
su, mox ex miro ordine, quod hinc profluit emolu-  
mento. Naturam esse Aristoteles censet principiu-  
m motus, & quietis, in quo primo est, & non  
per accidens. Ad naturam efficientem, gubernan-  
tem, continentem; Plato opificem vocavit. Ari-  
stoteles vero in lib. de mundo, dicir q; mundus est  
vniuersitatis orto, ac exornatio à Deo, & p Deum  
custodit: & quomodo mundus cōstat ex duob. re-  
fert Cœlius libro antiquarum lectionum i.c. 4. &  
& ibi etiam tria principia mundi esse assertit post  
Platonicos, quæ cum nō sint præsentis speculatio-  
nis, non aliter in isto. Dicit etiam Possidonus, q;  
mundus constat ex Coelo, terra, & terrenis, cœle-  
stibusq; naturis, ex quo licet in hoc meo libr. mea  
etiam ponantur aliqua de cœlestib. & laudib. seu  
excellētijs eorundem, tamen omnia comprehen-  
dens, intitulauit Catalogum gloriae mundi tam ter-  
reni quam cœlestis. qui quidem mundus laudan-  
dus est, cum ait Lucius Apuleius, in libro de dog-  
mate Platoni. Quid enim mundo præstantius,  
lauda quam putas speciem, portio à te mundabitur.  
Pulchritudo etenim illius ex quatuor à non  
nullis cōnendarunt, & orbiculati figura, quæ om-  
nium prima est ac maximè capax, item ex colore  
qui Cyanus est, id est, coeruleus. Ex magnitudine,  
postremo ex tot tantorumq; syderum varietate.  
Ita Cœlius lib. prænominato, cap. 5. & ibi vide cur  
pulchra fiant in mundo, & in seq. determinatur  
non esse dabile vacuum in mundo. Quid autem  
sit mundus, & unde sit dictus, & quare homo mi-  
crocosmos, id est, minor mundus appellatur, &  
quod caput eius, & facies orientalis Regio. Vtima  
pars occidentalis est: vide in tractatu de locorum  
admirabilium mundi descriptione, cap. 52. qui est  
impressus cum geographia Ptolemaei.

## D V O D E C I M A P A R S .

Orbis dimensionem hic addere sorte non erit alienum, vt eam describit Philip. Bergomas in suo supplemento Chronicarū lib. 7. ita dicens: Cæsar diuinis humanisque rebus singulariter instrutus, eum consulatus sui fasces ageret ex senatus consulo (vt Priscianus in sua Cosmographia scribit) censuit omnem orbem per prudentes viros admetiri. Et ideo à suo consulatu vsq; ad consulum Saturni per triginta continuos annos missi sunt diminores Legati viri doctissimi, & in geometrica arte periti, per omnem terram ad Präsidēs, Duces, & iudices Provinciarum: vt describerent, mensurarentq; terras, aquas, nemora, plana, concaua, montes, colles, itinerariū, maritimū, &c; etiam loca nautigaturi tangere debuerant: & si forte aliquid prodigium in his occurseret, illud senatur reiq; publica scripto nunciarēt. Etsi in codicim autore referente repertum est, quod omnis orbis habet famosa maria 30. infulas 27. montes famosos 40. prouincias 78. r̄bes insignes 370. flumina magna 94. gentes 125. Cuius etiam orbis ambitus est trecentes, & quindecies cœta paſuum millia. Longitudo verò terra habitabilis est ab ortu ſolis vſque ad occasum. & ab Iudia vſque ad columnas Herculis in Gaditano ſretō octies quinque 178. millaria. Cuius quidem longitudinis dimenſio comprehenditor, id est, intelligibilior est per mare quam per terras. Latitudo autē terra ab australi litorē Oceani, ab Aethiopia vſq; ad oſium Thanais fluminis in ſeptentrione ſere dimidio minor est quam longitudine predicta, & continent quinquagies 462. millaria. Repertum etiam q; profundissimum mare continent ſpacium 15. ſtadiorum in perpendiculari.

**V**Ndecima confide. determinat quale ſeculūrum sit dignius & excellentius alijs: fed prius ſicut dignum est, quod lo. Damascenus lib. 1. cap. 1. varijs ennumerat ſeculi acceptiones. Quoniam vt dicit, hoc nomine quāuis duratio, ſive principium habens & finem, ſive sortita principium fine, ſive carens, vtroque exprimi & significari competitor. Enimvero, ſeculū pro vita praefanti quā principio & fine clanditur frequenter in ſacerdotali literis accipit ut. vt habetur Lue. 20. c. Filij huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias. & Mat. 28. Ego vobis ſum omnibus diebus vſque ad consummationem ſeculi. Inde temporalia ſecularia dicta ſunt quā altera dierum nocturnaq; revolutione hac in vita ſuccedunt. Vnde Pau. ad Titum 1. c. Quā promiſi qui non meritit Deus ante tempora ſecularia.

Seculum etiam ſepenumero pro huius vite deſiderijs cupiditatibusq; ponitur, quemadmodum etiam mundus. Paul. ad Rom. c. 12. Nolite conſortari huic ſeculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus vestri.

Deus etiam ante ſecula eſſe dicitur, quod ante mundi constitutionē ab æterno extiterit. Psal. 74.

Deus autē Rex noster ante ſecula operatus eſt ſatum in medio. & cereſſe ſecula dicitur, quod hanc viſibilem mundi machinam condiderit. Paul. ad Hebræos ca. 1. Fide intelligimus apiaſa eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuifibilibus viſibilia fierent.

At verò ſeculum, pro futura vita quā intermitata eſt & principium habens ſine carens, in iure frequenter in ſcriptura, ſine ea beatitudiſ confectorum forteſ fuit, ve Marc. c. 10. Etsi futuro ſeculo vitam eternam, ſive a eterna felicitate perpetua priuandorum. vt Psal. 80. In domini mentiti ſunt ei, & erit tempis corum in ſecula: quia perpetuus eorum futurus eſt cruciatio & damnatio.

Demum, pro æternitate principij, & finis, ſuper ſumitur ſeculum, vt Psal. 89. Priuſquam montes ſierent, aut formarentur terra & orbis, ſeculo & in ſecula eſt Deus, & in hoc significato ſumptum, ſeculum ſeculorum omnium contentivum eſt, quod æternitas omnia praetambia & superambiat ſecula. Hinc Deus ipſe Rex ſeculorum dicitur a pud beatum Paulum, vbi air 1. ad Timoth. 1. Regis ſeculorum ſoli inuifibili Deo honor, & gloria, vt dixi in prima conſideratio. ſuprà eadem parte. Et Regnum eius Regnum omnium ſeculorum nuncupatur. Psalm. 144. Regnum tuum omnium ſeculorum, & dominatio in omni generatione, & generationem.

Etsi, vt dicit commentator Damasceni, dictio geminata, ſive in ſingulari, ſive multitudinis numero, perpetuitatem designat ſine earentem, & habetur Psal. 144. Et laudabonem tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Et Apocal. 4. adorabant viuentem in ſecula ſeculorum. Idem lo. Damascenus accipit ſeculum pro ætate mundi, id eſt, temporali duriōne inter duas in ſignis, atq; nobilis hominum mutationes intercepit. Et hec paſto, vt dicit commentator Damasceni, ſeptem ſolent assignari ab autoribus ſecula.

Primum, ſuit à mundi exordio vſque ad exordium Noe, quod duravit ſecundum Hebræos, ann. 1556. ſecundum verò 50. interpretes, & Ifidorum in 5. Ethicorum 2242. Diuinus erò Hieronymus millia duo non plenē dicit. Aug. ſicut vero in 15. de cœnitate Dei, cap. 20. dicit 2262. Philippus Bergomensis primo libro ſupplementi Chronicarum,

Seeundum verò ſeculum, à Noe vſq; ad Abraham, cui primum mandata eſt circunciſio, & durauit ſecundum Hebræos 292. annis: ſecundum vero 50. interpretes, & Ifidorum 942.

Tertiū, ab Abraham vſq; ad Moysē, & hoc durauit 25. annis ſecundum eundem Philip. Bergomaten, computato numero ſuo ab uno tempore ad aliud.

Quartum, ſuit à Moysē vſque ad Regem David, quod durauit ab anno mundi 3686. vſque ad annum mundi 4124. & ſic durauit annis 435. vice fuit Phil-

et Philip. Bergomē. in princip. libri sexti suarum  
chronicarum.

Quintum, à Rege David qui fuit primus Regū,  
quibus secundum carnem descendit Christus  
que ad transmigrationem Babyloniam: quod  
dauit per annos 485. vt Isidorus ponit. Aduerte  
men, qnod Philip. Berg. de his duob. scilicet nō  
scit nisi vnum.

Sextum seculum fuit à prædicta transmigratione  
Babylonica ad Christi aduentum, & durauit  
an 50. vel circa.

Septimum, ab aduentu Christi in carnem ad  
eum vñque mundi extenditur.

Octauum verò à consummatione seculi sempit  
erum durabit. Et id ipsum est quod venturum  
ruñque seculum dicitur proorsus interminū.  
Et hū est posterius omnium, sive si septuaginta  
seculum aliquos, eum ante consummationem  
et complures enumerat tantum sex. vt Philip  
Bergomensis. & glo. in procē. sexti, in verb.  
seriat. & Alexander in l. si insanti. C. de iure de  
verandi. Cardinalis & Moderni in c. 3. de sponsa  
bus & in rub. de dictis puerorum. Siue sit octa  
vum, vt dicit commentator Damaſcenī, quod v  
nique est vero consonum, & non alienum à ra  
zone, & excellentius & dignius cum sit posterius  
omnium, & cetera claudat, sive sine fine futurum,  
& beatitudinem perpetuam claritatis sine noctis alter  
natione irradiatūrum. Quoniam vt habetur Apo  
cal. Noxibz non erit. Improbis autem nocte in  
terpetuam, ignem atque intransibilem. quia nū  
cum finiendam, neque in diū communandū  
superuenturam, ita dicunt Damaſcenus & ei  
commentator in loco prædicto.

Dodecima consi. est de quatuor Elementis,  
qua sunt in mundo, quod illorum sit digni  
tate nobilis, & excellentius: Et si credamus Aristó  
tles, & ex Auerrois primo cœli confirma  
z. Terra inter elementa ignobilior est. Ignis ve  
nobilitate præstat quæ rerum series, vt dicit Cę  
bantius. lection. 1.c. 3. non modo in ijs visi  
in inferioribus, sed in corporibus item cœlesti  
Nam vt Aristot. in 1. libr. de animalibus dicit:  
naturali persimilem videri terrestri natu  
ræ, sicut ignis naturæ sua nobilitate,  
luciditate in mundi ratione qui ambi  
maxime contulit: Ita terra soliditate iusta ad  
mundi compingenda perutilis ac necessaria  
affidet. Eam verò optimum maximum  
deorum chorum aliquem diuinum templi medium  
confutuisse amplius animaduertenti patet. Nam  
mundum (vt Plaronici volunt) vbiique con  
rationis plenissimum, quo clarissimum  
autorem: in sphæra qualibet viuentia ple  
collocauit, quæ non templum modore dñe  
excellissimum: sed summi Pontificis laudes  
concerent. Quod ipsum humanas itidē  
z. in meditullio positas facere voluit. Hæc

verò est illa veteribus celebrata musarum g̃horeas,,  
quæ ad Apollinis ipsius imperium recinit perpe  
tuo, saltatq; Ipse verò, vt ait Orpheus, Cœlum,  
vniuersum cithara temperat canora. Apollo verò  
hic non alius est quam Deus, quem vniuersalem  
vocat Pythagoras, dictumque vult simplicem ae  
vnum, vel ab alijs sequestratum, & multitudinis  
nescium. Et quoniam Pythagore ineidit in entro,  
quem Plato eximiè veneratur. Id quoque ingeniu  
um effusissē diuinum grauissimi autores prodide  
re. Sucurrit quod ex doctrina p̃mitur eiusdem,  
pertinetque ad nostri huius Elementi præconium.  
Hic enim sicut accepimus, & meminimus in libris de  
eccl. & mundo Aristoteles, terram èstillis vnam  
esse prædicabat, & plerique alij dicentes terram  
si vniuerso comparetur, esse veluti punctum, vel  
quasi stellam quandam minimam reliquarum.  
Propterea si mente reueluaste esse in quodā sub  
limi mundi loco, vnde oculis subiectiatur terræ  
moles, aquis circumfusa, & solis siderumque ra  
diis illustrata, non aliam prosectori vñsum iri pro  
babile est, quām qualis modo visatur lunaris glo  
bi species. Verum hoc quāso cuiusmodi putas, q  
in spatijs medio equilibrita per ambitum tanta  
cœlorum maiestate obuallatur, quorum rotara  
vertigo motu, vt Varro dicit, orbito, immensissim  
illi consert salubritatem, dum noctis dñeque ci  
stos ita attemperat annū, vt alimentorum omnis  
generis nec copia desit nec bonitas. Illa verò cœ  
lestium radiorum in vnam eam coniunctio, ac ve  
luti discitorum aggregatio, qualem non modo  
splendoris excitat micantissimam claritatem: Sed  
eo parat inde virtutē: quanquā nō me fallit, Ploti  
num scribere eriam radiis contemplationē non  
posse obuenire, vt coalitum cumuloq; nouā sibi cō  
ciliēt virutē, aut mirabilis aliqua inde forma dif  
fultet. Quid verò ibi afferendum? Cum Plato ter  
ram vocat Deam antiquissimam Deorum omnium,  
qui cœli anibz clauduntur: putat Plotinus  
hoc loco terra à Platone animam esse contribu  
tam. Quæ cum animantia propaginat innumerā  
sūq; animalis maximi, i. mundi membrum, tunc  
in primis non absque necessitate, tum nec asper  
nabile censendum est, inquit, animal esse, sed in  
tellecuale atque diuinum & sensu pollens. Nam  
cum Anima vim iudicariam habeat, habet & fa  
cultatem, per quam dum spectat in corpus, de pa  
tionib; illius valeat iudicare: sed hac ille viderit.  
Nobiscerte ex ijs, qua haec tenus de prompta sunt,  
iamiam minns videtur mirum, cœlestem patrem  
rationales animas conditoris lumine obsignatas,  
vrlate doininentur. Hic concludere, rursumque  
prescripto ambitu peracto canere receptui. Quod  
si quidem perutacius terræ nomen, vt vile offen  
dit, is mihi haud ita multa videtur loctifasse, cū &  
sciētissimi Philosophi Lunam a hercain terram  
appellare non dubitarint. Nam & Mercurio aquā  
attribuerunt, Aërem Veneri, Ignem Soli. Sed am  
plius

## D V O D E C I M A P A R S

plius ordine mutato, Ignem Marti ascripserunt, Aërem Ioui, Saturno aqua. Sphæram verò, quæ procul ab errore constituta Aplanæ dicitur, dixerunt esse terram, in qua celestissimi apud Poëtas Elysij cogitentur campi. quod ne quis risu expondere pergit, non absimile est, quod in sanctis habetur literis, Matth. 5. Beati inies, quoniam ipsi possidebunt terram. Et in thesauris eisdem, nonne terram legimus viuentium? Nonne Moyses & David aquas per cœlestia fundunt? Et Nicolaus Theologus, Aquas dicuntur (inquit) æquiovae. Nam quæ sunt super firmamentum cœlestis sunt natura, quæ sub firmamento elementaris. Augustinus in Genesio explanatione, Saturni stellam esse frigidam contendit, ex aquarum supercœlestium vicinia. Solidatam verò quasi terram adesse cœlo, ratione coniectari Plotinus putat. Nam terra naturam opacam luci aduersatur, & densitate immobilem, brutaque à cœlo abesse longe arbitratur lucidissimo, & ad morum maximè pernici. Rursus & aquam, quæ ihsita frigiditate in primis cœlo aduersetur, quod esse confitat calidū primum. Latini firmamentum à firmitate dictum autumant: quoniā, ut in lob legimus, Cœli quasi ære solidissimi fundati sunt. Ex ijs satis cōstare potest, Terræ elemcntum non esse contemnedum. Sed audi Platonis Timæum. Diuini (inquit) de coris ratio postulabat, talem fieri mundum, qui & visum pataretur & tactum. Constatbat autem neque videri posse aliquid absque ignis beneficio, neque tangi sine solido, & solidum nihil esse sine terra. Vnde mundi omnē copus signi, & terra instructe fabricator incipiens, vidit duo conuenire sine medio colligante non posse: idem aërem & aquam inter ignem terramque contexuit. Qualem igitur hunc mundi cardinem esse existemus, tanta prouidentia maiestate constitutum? Nonne Regium verè? Nonne animalium Principe dignum? Utinam tā grātē beneficam in nos, ac propensissimā conditori bonitatem recognoscamus omnes, qui non pigebit aqua modo lance expendentes. In sede media tam augusti ram diuinī templi, veluti sacerdotes locatos, qui iugiter tanti artificis laudibus personemus. Iam eram siue huic materia impositurus, cum illa ipsa (veluti munificentissima patens) terra lasciuia retrahitum communuisse est visa, ac ornamenta sua ingerere perrexisse. Satis (inquit) me in mundi sede in media constitutam solidam, & vndique in me numeribus meis conglobatam contemplatus es. Ceterum, quæ species rerum est, quæ varietatis maiestas, sic me inenarrabili herbarum, florum, fructuum, arborum, frugum, copia conuestitam, & vt Apuleius inquit, cœsariatam conspici? Quid Arابum odoramenta recensem? Quid nata Dei thura? Quid orientis aromata, & medicamina numerosa, sine quibus, ut nunc est, vix vita constituit? Quid tot tantorumque animalium, & miti-

um, & serorum, ac cicurum agmina subiiciam? Quid tantorum mariuui vasitatem? Quid gelidorum fluminum ac sontium perennem iucunditatem: lauacris abundis & collucentibus mirè grata? Quid pīscium portentosam molem, temperatam, modicam, pusillam, ac penè magnitudine nullam memorem? an non cernishic mei pelliculis usque ad delicias excavatam? illic accluem & superba in montium proceritate surrectam, & quodammodo scensibili supercilio cœlum affedantem, ac humana genere dictantem vita lege? Aliibi sum depræf'la vallib' & campestris planicie scensiofa inultaque, dulcissima vobis suggero alimta in visceribus nec homini sterilis. Ibivè reconita seruantur auri, argenti, æris, ferri, ali orumque metalla. Nec satis marmora produco omnium uaria molibus fulciens, constitutis, incrūtis disque partibus excidunt. & in statuas tantum non spirantes conformanda. Nec gemmarum de fuit suppellex preciosa, quibus vestri niteantur.

Sed & maris cōchilia, margaritas foeminae susserunt. Nec lenisq; serum sylua luxu retro molissimam abnegant vestem. Taceo auicularum musicos catus. Quid suſtrictiones magnifico compendio nobiles speraram? Quid urbium tatarum splendidissimam claritatem? Sed quod omnem excessit admirationis captū. Ego te animal puidū, sagax, inmemor, plenum rationis & cōsilii, natū sustinco, vagientis fleetū excipio prima, adulū educo etiam delitosē, opibus te contego nieis, quicquid mihi est, summa hilaritate condonatur tibi, quia magni conditoris lumen in animorum claritate signatum animaduerto, iamiam à reliquo naturæ partibus abdicaros in suu vos admittit meos: plura quoque & largius impertitura, nisi Principem naturæ Deum rebelli animo, atq; intestabilis nulla non hora conuelleritis. Hæ sunt terræ præconia, & quæ pro excellētia & laude ipsius dicta sunt à Cœlio in loco supra alleg.

Plura etiam laudabilia, & multum singularia de ipsa terra, vide per Plinium in suo secundo lib. cap. 65.

Iohannes Damaseenus in lib. 2. ca. 6. ponit ordinem quatuor Elementorum, & proprias qualitates explicat dicens inter cetera, Quod aquæ est levior terra, ubi nomen levior tantundem valet, que minus granis, cum aqua profus sit levitas expers sicut & terra: verum quia illa minus gravitas quam hæc obtinet, minusque deorum deprimitur, aquæ gravitas ad terram collata, quodammodo leuitas esse viderur. Et planæ aqua ratione motus maiorem, quam terra fortius nobilitatem, quod terra ad suum dunataxat locum ubi extra illum fuerit decumbit: in suo vero loco ob densitatem, & crassitudinem torpida manet, & immota. Aqua verò & ad suum præcepit ruit, & in eo collocata vitro citroque agitat, ut aqua fluua-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

292

qualis suo contenta aluco manifestum præbet  
scium. Hinc cognoscitur, & cognosci potest  
nisi pulchro ordine rerum Opifex hunc mūdum  
constituerit, & pro sua naturæ conditione Eleme  
num collocauerit. Terram quidem in imo, quod  
omnium sit imperfæctissimum ob torporem, ma  
mam dæsitatem, grauitatem, opacitatem, & ad  
depressionem. Aquam vero terræ superemi  
tem, quod minus ca immobilitatis, densita  
tis grauitatis, & motus deorsum, & perspicuitatē  
translucentiamque in se ostendat. Deinde Aërem  
quæ superposuit quod agitabilior sit, rarus, leuis,  
leuum tendens, magisque perspicuus. Demum  
quam supremo constituit loco, vr qui Elemento  
ca omnium maximè sit agitabilis, leuissimus,  
anomalous, in sumnum locum cminans, & ob  
tenuitatem ampliusq; cætera diaphanus, re  
squaque naturæ dignitate excellens est. Sed vr di  
cendum Cælium omnium bellariorum, iucundis  
ignis.

Calistamen lib. suarum antiquarum lectio  
nem 14. c. 38. dicit. Quod aquæ vtilitates longè vi  
centur ignem præstare, & sic nigris laudanda est.  
Quoniam multa sunt animalia, qua absq; ignis  
vnt, degere autem sine aqua nullum. Nam  
hinc humoris potestate exæguinata, ex  
aque principiorum liquore interarcunt. Qui  
ne plantas ipsas, aut herbas florescere citra aquæ  
medicationem. Qua ex cauâ Pindarum restè  
auerunt dixisse, optima quidem aqua, & Hesio  
dum in theogonia. Aquam statuisse rerum initia  
m, & chaos nominasse, velut ab effusione. Si  
dem fusilis fluibilisq; ac fluitans aqua est.  
Munda aquam affert & illud creditum  
Deos per stygian paludem iusuram  
concepere, vel quia à Diis & hominibus o  
habentur, qui ad decursum procluiiores sunt,  
qua iuxta Hesiodum omnibus Elementis an  
ore est aqua. Porro cum aquarum infinita  
modum vtilitates sint, gratissimæque. Qui  
etodiis gerunt moribus Aegyptiorum, ostend  
entes ressones à liquoris potestate consistere. I  
n secum hydria ad templum ædemique casta re  
que desertur, tunc in terram procumbentes,  
bus ad celum sublati diuinæ gratias agunt  
ani.

Cum prædictis concordant dicta F. Patritij in  
stitutione Reipub. lib. 7. tit. 10. vbi primò dicit,  
odaqua ciuitatis per quam necessaria est. Mor  
bi namq; natura facilius cuiusq; rei indigen  
tia quam aquæ ferre potest: desin frumenta, sup  
er terræ furculorum, arborumque fruges, turabi  
litas carnis, aucupio, piscatu, oleribus, radici  
etiam herbarium: verum vbi aqua deest, nulla  
virtus, aut feruari, aut parari potest. Infelicem  
omnino patriam dicemus, qua aqua carc  
eret que cam noxiæ habeat. Aqua itaque pro  
vina vita necessaria est, qui enim aqua priua

tur sine gladio interficitur. Judith. c. 7. Et ex aridi  
tate aquæ is, qui patitur, inter mortuos computa  
tur. ibidem c. 11. Ad idem aperte facit rex. in l. fi. ff. de ri  
uis. & l. de pupillo. q. si quis riuos, & ibi notat gl. in  
verbo, securitatis. ff. de operis noui nunciatione.  
Et illud Ecclesi. 39. Initium necessariae rei vitaæ ho  
minum Aqua, Ignis, Sal, Panis, Botrus vua, & Ve  
stimentum. & c. 29. Initium vitaæ hominis, Aqua,  
& Panis, Vestimentum & Domus. Coluntur a  
quarum calentum fones, & stagna, qua vel ope  
ratis vel immensa altitudo sacrauit. De aquarum  
præstantia, sicut apud Græcos comperitur, optimam  
ex aquis, qua citravillam sit qualitatem, vel  
saporis vel odoris: sed quæ mox hypochordia trah  
mittant. Illæ vero incomparabiles sunt excellētiae.  
Nam quæ illis immorantur, ac inflant ventrem  
grauantque, censemur non bona. Et amplius de  
aquarum præstantia per eundem Cælium. c. seq.  
& infra ista par. in 18. consid. Circa huiusmodi au  
tem quatuor Elementa non aliter insisto, cum re  
liqua quæ de ipsis possint dici, non sint præsentis  
speculationis: sed videatur supra allegatus. & in  
Margarita philosophica in lib. 7. tracta. l. ca. 42. 43.  
44. ad quam recurre pro summaria cognitione il  
lorum, & ibi videtur poteris multos doctores alle  
gatos.

Aduerte tamen ad ea, quæ dicit in 43. ca. vbi as  
serit: Quod in terra est quadruplex infernus, de  
quibus ibi, & amplissime in 12. libr. cap. 42. 43. 44.  
45. & 46. Etiam de huiusmodi locis inferni am  
plissimi per Augustinum Dathum in suo lib. in 1.  
part. cap. 14. vbi de prædictis recenset quid senti  
ant & Philosophi, & Poëta, & Oratores, & Theo  
logi, in quo non insisto. Cum nostræ tantum in  
tentioñis sit laudare ea, quæ sunt laudanda, & quæ  
tendunt ad excellentiam, gloriam & honorem,  
non ad poenam. Et etiam de excellentia & præ  
stantia terra, videatur Matthæus Vegæus in tract.  
quem fecit de terra, sole, & auro.

Et quomodo vñs Aquæ necessaria quo ad po  
tum, communis est omnibus de iure naturæ, Bru  
ris sicut Hominibus, vide per Luc. de Pen. in leg.  
pen. C. de aquæductu. lib. 12. Er quæm vtilis & ne  
cessaria sit aqua structibus terra, dixi infrâ in 76.  
consid.

**D**icitur Ecimarcia consider. Sunt quatuor partes  
Mundi, seu terræ: ex quibus tota terra diuidi  
tur. Vna est qua dicitur Oriens, alia Occidens, ter  
tia Septentrio, & quarta Meridies. Et ut dicit Cæ  
lius lib. 1. suarum antiq. lectio. c. 21. Oriens est no  
biliar pars mundi, quia dextra, quod tenet Arist.  
in 2. dc Cœlo. Cleomedes ramen dicit dextram  
mundi esse in septentrione, sinistram in meridie.  
antiq; in Occidente, posteriora in Oriente. Secundū  
q; idem Cælius cod. li. c. 9. dicit in mūndo esse anti  
ca, postica, dextra & sinistra, sursum & deorsum.  
M. Varro sexto lingue latine fragmēto diuersimo  
dœc-

## D V O D E C I M A P A R S

de orbis hasce constituit partes. Nam, inquit, cœlum qua tuimur dictum templum, cuius tēpli partes quatuor dicuntur: sinistra ab oriente, dextra, ab occasu, antica, ad meridiem, postica, ad septentrionem. Eandem sententiam amplexatur & Plinius cum ait: Errantia sidera contrarium mundo agere cursum, id est, lœcum, semper illo in dextrâ præcipiti. Pythagoras verò, Plato, & Arist. mundi dextras ad ortum partes esse dixerunt, quibus sit principium motus. Sinistras verò occiduas. Empedocles autem dextras quidem in æstiuum tropicum. Sinistras in hybernum reiecit. Et Titus Luuius ab V.C.i.augurum scientia dextras ad meridiem partes statuit, ad septentrionem sinistras. & vide infra in 61. consid. Si verò dextra cœli pars orientis est, dicitur dignior & nobilior. Cum dextra pars sit dignior. vt supra dixi in 1. part. in II. consideratione.

Etiā, vt dicit Antoninus Florc. in sua summe, in 3. par. tit. c. 2. §. in prin. oratio fit versus orientem propter tria.

Primo, propter diuinæ maiestatis iudicium, quod nobis manifestatur in motu cœli, qui est ab Oriente.

Secundo, propter Paradysum ad Orientem constitutum, quasi queramus ad Paradysum redire.

Tertio, propter Christum qui est lux: & oriens nominatur Zach. 6. Erab Oriente ascendit, & ab Oriente aspectatur ad iudicium venturus, vt habetur Mat. 29. Sicut fulgor erit ab Oriente, & appareret sive ad Occidentem: ita erit filius hominis, Io. de Turrecre. in c. Ecclesiastiarum. 11. dist. citat alias rationes, videlicet eò, qui in Oriente natus est nobis Saluator noster: & quia ibi habuit initium Euangeliū, & per consequens salus nostra. Ex quibus concludit conuenientem esse consuetudinem orandi ad Orientem, tanquam ad dextram existentem, & sic in digniori loco. Er has tres rationes ponit etiam Ioan. de Selua, in suo tractatu de beneficio. in 1. par. q. 5. vbi dicit, quod caput Ecclesiæ Orientem respicere deberet. & vide infra in consideratione, quæ fit de numeris. versic. & inter alios vide etiam Polydorum de inuentoribus. lib. 5. ca. 9. vbi scribit: Cur in Orientem versi adoremus.

Licet ex prædictis soluta videatur quæstio, An Regio orientalis, communiter infidelium, eligibilior, gravior, excellentior sit Regionibus occidentalibus, & communiter Christianorum. maximè propriece circa quæ attendit salubritas Regionum. Tamen eam altrius disputatione, prout disputatur in Speculo peregrinarum quæstionum, in cap. 3. primæ decadis. Dicunt orientales, quod patria eorum sit gravior occidentali, & ad habitandum eligibilior, & rationibus comprobabant.

Primò sic. Nam est de mente Philosophi 6. Po-

liticorum, septem esse circa quæ attendit salubritas & nobilitas patriatum: maximè ad plagam orientalem dextram eccl. dictum est, tepe tur. Primum, nobilitas vegetabilium, icilicet, metalorum, aromatum, & gemmarum. Secundum, salubritas fontium, & fœcunditas fluminum pro generatione piscium, & irrigatione terrarum. Tertium, situs congruentior ad Solem, & propinquus influentia quo ad influxum coelestem. Quartum, abundantia vitium, & nobilium: in aliis menses, bus hominum conuenientium. Quintum, conuenientia situs ex montibus, sylvis, fluminibus, iheribus, & mari prouenientis. Sextum, conuenientia pia & salubris viuentium. Septimum, tempestes Aeris ex regulari nascens duplo sonoro.

Et ex his septem orientales te tactas, & occidentales reddentes causam tue ad: v. N. teste Petro Comestore, sunt insulae sua: landa, & multum seneantes nuttiunt homines: ita quod nec in ipsis insulis moti possunt, nisi ad alias insulas transferantur. Etiā in India sunt arbores (vt scripsit Alexander Magnus Aristoteli) quarū fructibus sacerdotes Solis & Lunæ, quib. dicatae, vescuntur: ex quorum vsu ad trecentos annos a cœrdotum vita protenditur.

Secundò sic probatur ex scriptura sacra, per quam Deus obedientibus promisit terram promissionis in Aegyptum ad plagam orientis, quæ abundat lacte, melle, aqua, vt patet Esaïa 1. De tero. 6.

Ad hanc questionem duabus conclusionib. in dicto Speculo responderetur.

Prima, quod in quibusdam aromatibus, metallis, fructibus, gemmis preciosis orientalis infidelium Regio excellit occidentalium Christianorum Regiones, & è conuerso. Hoc patet ex supra dictis. Quod fecit Deus propter duo. Primo, propter mutuam & amicabilem Regionem & hominum ad inuicem communicationem, que nutrit dilectionem & amorem ad quæ etiam dispositi: quod unus homo vel patria altero homine relatiuitas patriæ rebus indigeret, & è conuerso, Quoniam plerunque euenit, vt quod alteri superete, alii desit. vnde ad hoc inuenta fuit permutatio, vt c. t. in 1. in prin. ff. de contrah. empt. Secundò illud factum est, vt nemo vel nulla Regio inspectis proprijs excellentijs se extollat & superbiat, quasi omnibus perfectior sit, & sibi ipsi sufficiens omnino, & nullius egeat. Sic raro est aliquis homo, quin à quolibet alio in aliquo bono manifesto vel occulto excedatur: & ipse quemlibet alium in aliquo excedat: sic Deus sapientissimus moderauit, & temperauit Regionum conditio[n]es, quod serè quilibet Regio abundat in aliquo, quo alia caret vel minus habet.

Secunda conclusio, Regiones occidentales Christianorum simpliciter in his communibus, quæ sunt conuenientis, & optimi viætus humani,

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

293

pro consuetuatione legalis & moralis vita longe  
cibidores sunt, & in temporalibus ordinatio-  
nes, & in naturalibus honestiores, temperatores,  
& salubriores Regionibus infidelium orientalibus.  
Et Italia, Francia, Hispania, Regiones occiden-  
tales Christianorum, omnē terram Eiulath,  
Indianum, ludicram, superant & excellunt in bonis  
spiritualibus, in conuenientissimis bonis corpora-  
bus, & in ordinatissimis & honestissimis vībus.  
Quod pater ratione, cum felicior sit illa patria, in  
qua conditiones omnes opima Regionis conue-  
nient niediocriter & moderatè, quam illa, in qua  
aliqua ex his vel plures, non tamen omnes  
excurrunt. Sed ea sunt felicitate Italia, & Fran-  
cia, vt quæcumque bona Regionem efficiunt,  
qz libi mediocriter, & temperatè ministrant &  
negant; quod in alijs non contingit. Idcito  
non iniuria videntur cæteris Regionibus orien-  
tibus præferenda. Orbis demensionem posui  
in 10. consideratione, quæ de mundo tra-  
fuit.

Decimaquarta cōsi. Secundū Astrologos, Phi-  
losophos, & Cosmographos, sunt quatuor  
principales venti, à quatuor mundi plagis orien-  
tes. Subsolanus, scilicet, ab Oriente, Auster à Me-  
ridie. Fauonius ab Occidente. Boreas à septen-  
trione. Et isti quatuor venti dicuntur cardinales.  
vt dicunt in rubr. de mundi descriptione cap. 49.  
qui est additus geographie Ptolemai. Habent  
nam geminos hincinde spiritus. vt ibidem dicuntur  
cap. 25. Eribi autor ponit Subsolanum pro pri-  
o, in d. verò cap. 42. ponit Boream pro prime,  
nam alio loco posuerat pro ultimo. Ideo non  
dicitur in insitendum in excellentia illorum  
opima denominatione, cum diuersificatur per  
eandem, sed ex alio excellentia illorum requiren-  
tur.

Erit ad finit Albertus, Ventum esse vaporem  
terrenum, Aeris superiora transcedentem, & Ae-  
ris sumptum fortius percutiendo impellētem. Sed  
ad 25. venit us dicitur, quod sit vehemens & vio-  
lens, vis enim tanta est, vt non solum faxa & ar-  
ces cuellat, sed etiam cœlum, terramque con-  
trahat, mare commoueat. Et ideo inter fortiora  
conumerari possit, de quibus infra. Seneca (au-  
to. Cœlio lib. II. f. uarum antiquarum lectionum.  
cap. 1.) eleganter & iucundè de ventorum eau-  
sine completestum sic inquit: Ventus de-  
summus ille rerum Artifex ad custodiendam  
terrarumque temperiem. Ad euocandas  
suppamenta, & aquas. Ad alendos savorum at-  
trahendos fructus. Quos ad inmatritatem cum  
causis adducit ista iactatio. In summa cibum  
attrahens, & ne torpeant permouens. Dati quo-  
rum venient ad vñctiora pernoscenda. Quippe fui-  
tū imperium animal, & sine magna experientia  
rum Homo, si circumscriberetur natalis soli fi-  
xus. Dedit eni ventos parens Deus, vt commo-

da cuiusque Regionis fierent communia, non ut  
Legiones Equitesque gestarent, nec ut pernicio-  
sa gentium arma transtulerent. Habent etenim  
quatuor prædicti principales seu cardinales ven-  
ti geminos hincinde ventorum spiritus. Nam  
Subsolanus, qui Græcæ Apeliores dicitur, & est ca-  
lidus & siccus, sic vocatus, cō, quod sub ortu So-  
lis nascatur, à latere dextro habet Vulturnum, qui  
& Caracias vocatur. Hic dissoluit cuncta, atq; de-  
siccavit, & hic alte tonat, de quo Lucret.

## *Altitonans Vulturnus, & Auster fulmine pollens.*

A latete verò lœuo habet Eurum, cō, quod ab  
eo fiat, id est, ab Oriente, & est calidus. Et videtur,  
quod sicut Oriens sit nobilior pars mundi ex qua  
tuor, quod etiam hi venti prouenientes & flantes  
ex Oriente sint nobiliores & digniores.

Alius vetus cardinalis & principalis dicitur Au-  
ster, ab hauriendis aquis, & est validus & humili-  
dus, vnde & crassum seu nebulosum Aërem facit  
& nutrit. Hic Græcæ Notus appellatur, cō, quod  
interdum Aërem corruptio corrumpit. Nam pestilentia  
(qua ex corruptio aëre nascitur) Auster flans in  
reliquas Regiones transmittit. Sed sicut Auster  
pestilentiam gignit, sic Aquilo repellit, & in hoc  
est exrollendus Aquilo plusquam Auster. Nec est  
alienum inscere, quod resert Cælius loco prædi-  
cto, Venorum proprietatem miram in Leibo se-  
rè apud Mitylenum obseruatam, vbi Austro flan-  
te agrotant homines, at Coro russunt: à septen-  
trione in integrum facile restituuntur. Scribit  
etiam Porphyri, Atabulum ventum esse in Apulia  
feruentissimum, nocumentum pestilentiæ in-  
ferentem. Nam Atabulus nimio calore, Apu-  
lia pestifer est & grauis.

Habet hic Auster vetus planè meridionalis à  
dextris Euroaustrum, sic dictum, quod ex vna par-  
te habeat eurum, ex aliera austrum: & est calidus.  
A sinistris verò habet Euronotum, & ex humili  
flautem, & est humidus, calidus atque fulminans,  
generat largas nubes, & pluvias latissimas, fol-  
iens etiam flores, temperatè calidus, dicit Virgilii  
in Georg. quod melior est vitis quæ respicit  
Austrum. Et hic ventus à Gallis Matinus ventus  
dicitur.

Alius & tertius est ventus principalis seu cardina-  
lis, quem Ptolemæus esse primum autumne, &  
dicitur ab eo Septentrio, frigidus & nivalis, flat  
rectus ab Axc: & facit arida frigora, & siccas nu-  
bes. Hic Apræstas dicitur. Circius qui & Thra-  
cias, hic à dextris septentrionis intonans facit ni-  
vium & grandinum coagulationes. Iunc Hispani  
Gallicum vocant, proprie quod eis à parte Galli-  
cæ flat. Aquilo qui & Boreas à sinistris ex alto flas  
gelidus atque siccus, & sine pluvia, quia non discu-  
tit nubes, sed constringit.

Hic enim sanus est corporibus humanis, cum  
pestem repellat, sed non fructibus terrenis, cum  
Ecc eos

## D V O D E C I M A P A R S )

eos sua siccitate nimis constringat, & semina adurat. Vnde Virg.

### Rapidine potentia solis

*Anterior, aut borea penetrabile frigus adurat.*

Et vidi plutes, quod quando diu flat illc vētus inducit fames. Hunc Galli biseam vulgari sermone vocant de quo philosophice cecinuit Ouid. lib. 6. Metamorph.

*Aptamibi vis est, qua tristia nubila pello,  
Est frata concusio nodosaq̄ robora aerto,  
Induroq̄ niues, & terras grandine pulso,  
Idem ego cum fratre ex celo sum natuſ aperto,  
(Nam mihi campus is est) tanto molimine laflor,  
Ut medius nostris concursibus infonet æther,  
Exiliantq̄ causis elis nubibus ignes.  
Idem ego cum subi conuexa foramina terra,  
Supponuiq̄ ferox imis mea terga cauernis,  
Sollicito manes totumq̄ tremoribus orbem.*

Et vt habetur Ieremiā. ab aquilone pandetur omne malum. Vnde vulgo dicitur: Anglos Gallo rum, Gallos verò Italorum virgin & scuticam esse. Anglos quidem Galli, Gallos Itali ab aquilone spectant. Aquilo igitur, quem repurgatoriā cœli scopam Philosophi vocant, hos in Italiam, illos in Galliam reflans expellit. Vnde Hieron. appellat Aquilonem scopam viarum, cum flido purget quicquid temerè in vijs obiacet, simulq̄ conuertat puluerem. Edinrō Austrā ab eodem dici reperio, pincernam pluuiarum, quoniam est se notum pluviæ conciliatorem, indicio nomen est. De his Hippocrates dicit Aphorismorum 3. Austros, hebetare auditum, caliginem obducere, corpora diffundere ac pigiora facere; itemq; caput aggrauare, quod si tempus aquilonum fuerit, tufas, saucces, alios duras, difficultates vrinx, dolores horrificos costarum & pectorum accide-re: Hęc & plura refert Cælius lectionum anriq. li. 8.c.28.

Quartus venus cardinalis Zephyrus, qui & Fa-uonius dicitur, quia souet quæ nascuntur. Ab occidente inferiore flat, & cithluminidus, hyemis frigora grauissima, & niuem relaxat, floretq; producit Aphric⁹, qui dicitur Lybs, ex Zephyri dextro latere intonans generauerat tempestates, pluuias facit, & nubium collisiones, & sonitus ronitruorum, & crebreſcentium fulgurum visus, & fulminum impulsus. Eurus, qui & agrefris ex sinistra parte Favonij aspirās, coſtant in Oriente nubila sunt in die Serena. De huiusmodi ventis vide Io. Damasc. & eius commentatorem, lib. 2. ca. 8. & Plin. lib 2. naturalis historia c. 39. vbi ponit, quomodo regnant secundum quatuor tempora anni, quod aliqui magis regnant in uno tempore quam alii, ut ibi plene.

Accedat & hoc, quod Cælius lib. antiqu. lectionum 11. c. 78. in laudem venti Borealis, ait sic: Dio nyius classēni coegerat aduersus Turios, instru-ctamq; ducebat. At vchementior coortus Borcas

naues dissecit omnes, attiuitq; quo tāto permo-ti beneficio Thuri, Borcas, vt Deo, facta peregre, insuperque in ciuitatis iura cooptarunt, domo itidem illi comparata, vt minus iam mirandum accidat, dici ab Atheniensibus ventum hunc affi-nem, à Pausania etiam Megalopolitem.

**D**Ecima quinta confid. est de quinque partib. terrae (quas zonas vocant) quibus ipsa tota terra partitur, ex quibus duas tantum sunt habu-biles, una est, quæ à tropico cancri vētus septen-trionem vīq; ad circulum arcticum protendit. Altera, quæ à tropico capricorni versus mensis vīq; ad circulum antarcticum porrigitur. Quod aut inter tropicos sub aequinoctiali terra est, tortidae zonam vocant, ob viciniam Solis nūmio celo-rc non habitabilem. Quod aut terra inter circulos arcticū, & antarcticum comprehendit, zo-nas frigidas nominant, nūmio frigore non habita-biles, quia nullus hominis in his terra partib. ba-bitatio esse possit: sed si qua ad modum parva est, ob caloris modicitatem, quo tamen humanū ge-nus p̄ticipū indiget. Er hęc quinq; zona pōnūt in libro post Geographiam Prolema additio, quæ intitularur de Mundi descriptione, c. 53. & in Margarita philosophica lib. 7. tract. 1. cap. 45. Sed que illarum sit excellētior & dignior, licet Astrologi dicant, quod æquator seu zona torrida sit maior, alia verò minores, credo tamen, quod illa sit di-gnior, quæ est in circulo antarcticō vīscue ad tropicum Capricorni. Quoniam ille est magis habi-tabilis quam alia quæ cuncte sit zona, & ideo ma-gis digna & excellētior. Cum digniora sint, q; afferunt fructum, quam ea, quæ sunt sterilia & sine fructu, iuxta illud Euangelij dictum, vt habeat Luc. 3. Arbor non afferens fructum, scindatur, & in ignem mittatur. Et ctiā propter frugalitatem illius, quæ multum est laudanda & extollenda, se-cundum quod cam extollit Polycratius, de aug-gis Curialium lib. 8. c. de qua latius infra dicturus sum. vbi laudes Gallie desribentur ob frugalita-tem illius. Et etiam, quia est maxime temperata, vbia sunt nimis, aut in frigore, aut calore ex-cessiuæ, quæ tēperies est causa frugalitatis, & mul-tum laudatur: cum sit corpori non solum necessaria, imo etiam fructibus terra, qui sunt necessaria ad vitam humanam.

Nam vt dicit Philip. Bergomen. in sui supple-menti Chronicarum libr. 1. Media Solis torre, flammis: vltimas autem cōtinuum infestat gelu. Due sunt habitabiles, quæ inter eum, & tige-tes sunt, altera à quibus incolatur, nullis vñquam, licuit, aut licebit agnoscere. Interēsta aut torri-davtrique hominum generi commercium ad so-commiādi omnino denegat. Sola ergo superior incolitur, videlicet inter septentriōnē & æquinoctiale circulum. Vel vt alij voluerunt, inter tropicum æstiuum, & circulum arcticum, ab omni quale scire possum⁹ hominum genere s̄motum.

Hec ergo ab ortu porrecta ad occasum longior est quam vbi latissima.

Ex his patet, quod tantum una quinta pars ter-  
ritorū habitabilis, & quod aliae sunt inhabitabiles.  
unde videtur dicendum, quod Cosmographi nō  
bene nouerunt omnia clima. vt infra dicam. ta-  
men vt dicit Berg, ubi supra, tantum terra habita-  
bilis diuiditur in septem climata, de his Virgil. in  
Georg. ita inquit:

*Quinque tenent calum zonæ, quarum una coruscō  
Semper solē rubens, & torrida semper ab igni,  
Quam circum extrema dextra lœuā trahuntur.  
Terre glacie concreta: atque imbris atris:  
Habint medium, duæ mortalibus ægris  
Munere concessæ diuina, & via fæta per ambas.  
Obliquus qua se signorum verteret ordo.*

Eratius Ouidius de his quinque zonis in lib. Me-  
tum:

*Vix due dextra cælum totidemq[ue] sinistra  
Partescant zonæ, quinta est ardenter illæ.  
Sic non inclusum numero distinxit eodem:  
Cura Dei, totidemq[ue] plaga collure premuntur.  
Quarum qua media est non est habitabilis æstu.  
Nixegit alta duas, totidem inter vramq[ue] locauit.  
Temperiemq[ue] dedit mixta cum frigore flamma.  
Ratione cuius tunc prie etiam hæc plaga seu  
zona super alias extollenda, ut iam hic ante di-  
u.*

Décimasexta consid. in qua de climatibus ter-  
ritorū, quæ secundum aliquos sunt fe-  
nem, maximè secundum Ptolemaeū & aliis  
Cosmographos antiquos: Sed noui Cosmogra-  
phus illud clima addunt, quod dicunt nouiter suis  
inuentum, quod apud nos noua terra dicitur.

Et septem climata secundum quod describuntur  
in libro de locorum ac mirabilium mundi de-  
scriptione, ca. 55. & per alios antiquos Cosmogra-  
phos sunt sequentes. Videlicet primum, quod ini-  
tum habet, ubi dies maximus est, & horarum qua-  
zidecim & semis & quartæ vnius, & eleuatio  
solariæ supra horizontem graduum similiter  
& semis & quartæ vnius. Medium verò ubi dies  
maximus est horarum 13. & eleuatio poli graduū  
vnius huius climatis est ubi dies maximus hora-  
rum & quartæ vnius: & eleuatio poli graduū  
& semis.

Habantes in hoc climate in temporū, & vmbra-  
rum variationes, cum habitatoribus æquino-  
tialis aliquid participant. Hi namque duo habet  
altitudinē alta, cum Sol Ariete in vcl Libra in subin-  
ter, sicut habent Aestates duas, vna circa felsum D.  
Gregorij. Altera circa Lamberti, quod est in men-  
te Septembri. Habent etiam duo solstitia. Im-  
mense initia Cancri & Capricorni lustrante, quib.  
temporibus etiam habent duas hyemes. sed no-  
tare stat calidiores propter Solis vicinitatē. In  
tutæ vmbra corum mane iacuit ad occidētem,  
et pere ad orientem. In meridie verò nulla est, So-

le super capite dorum currente. Cum autem Sol  
in Cancro est, vmbra corum versus Austrum iaci-  
tur, in Capricorno ad septentrionem protendi-  
tur.

In hoc climate habitabiles sunt hæ provinçiae:  
Lybia maior, pars Aethiopie sub Aegypro, mare  
ruberum, pars Arabia felicis, pars vtriusq[ue] Indiæ in  
tra Gangem fluvium, Sinuatum Regio.

Secundum clima initium sumit in fine primi  
climatis. Medium verò habet, ubi dies maximus  
est horarū 14. & dimidia, & eleuatio poli graduū  
24. & quartæ vnius. Finis autem ubi dies horarum  
13. & semis & quartæ vnius, & eleuatio poli graduū  
27. & semis. Hæ statem & liyemen nobilis-  
sum habent, sed calidior est omni tempore. Vni  
braeornum sicut & nostra ad septentrionem iaci-  
tur, præterquam eo die, quo Sol tropicū in Cancri  
describit, tunc enim in incidē vmbra eorum  
nulla est: in ortu Solis vmbra ad occasum vergit,  
occidente Sole vmbra in orientem proiecitur.

In hoc climate habitant Aethiopes: & horum  
mores sunt pestili. Facies habent corruptas &  
atroces, & comedentes homines. Et in hoc secun-  
do climate sunt ista provinçiae, pars vtriusq[ue] Mai-  
ritaniae, & Tiganicae, & Cætarien. Getulia, & de-  
serta Lybia, pars Africæ minoris, pars Numidiae,  
Cyrenæ, & Marmarica, ferè tota Aegyptus, &  
pars Lybie inferioris, Arabia felicis & Carmaniae,  
Gedrosia, maior pars vtriusq[ue] Indiæ & Regionis  
Sinarum.

Tertium clima incipit ubi finis secundi est. Me-  
dium eius est, vbi dies est horarum 14. & eleuatio  
poli graduū 30. semis & quartæ vnius. Finis au-  
tem ubi dies est etiam horarum 14. & quartæ vni-  
us, & polus eleuatur gradibus 33. & duabus ter-  
tius.

Habitores in illo tempora & vmbras nobilis-  
cum habent, nunquam Sol à Zenith capitis co-  
rum pertingit minus his, qui Ierusalem inco-  
lunt. Fabula est ergo, quod à nonnullis dicitur in  
terra sancta, aliquando Solem perpendicularares ra-  
dios in cauam rupem dimittere. Dicit tamen  
Campiegus in suo lib. de vita coelitus comparanda  
cap. 9. quod Ierusalem & Aegyptus sunt in quarto  
climate. Inde dicit quod Christus, Abraham, Ja-  
cob, Moyses, ex quarto climate venerunt, ut dicam  
statim. Et in hoc climate sunt maior pars vtriusq[ue]  
Mauritanie, pars etiam Africæ minoris & Numi-  
die, & Cyrenæ, & Marmarica, aliquactiam pars  
Aegypti, & Lybie inferioris, pars Cypri insula, &  
Syria, tota ferè Iudea, Arabia petræ, Arabia de-  
serta, pars Babyloniae, Susiana, Persides, Car-  
mania & Aria, Paropanisi, tota Drangiana, A-  
racosia, & pars vtriusq[ue] Indiæ, & Regionum Si-  
narum.

Quartum clima initiatum in fine tertii, & medi-  
um habet ubi dies est horarum 14. & semis, & po-  
lus eleuatur gradibus 36. & duab' quintis. Finis autem

## D V O D E C I M A P A R S

autem vbi dies est horarum 14. semis, & quartæ vnius: & polus attollitur gradibus 39.

Habitatores in eo sunt Rhodiani, & vt quidam dicunt Aegyptij & ludaei. Er est terra multum temperata, in qua nati & effetti sunt plures Prophetæ & Sapientes, vt infra dicam. propter temperantiam Aëris, que multum in hoc operatur, vt dicunt Astrologi. Et in isto climate est ferè totum mare in Mediterraneum, cum suis Insulis & Regionibus ei collateralibus, seilicet, parte Hispaniæ, qua dicitur Bethica, seu Granata, & alia, qua dicitur Taraconen. & parte vtriusque Mauritaniae, Numidiæ, Afriæ minoris, Marmacie, parte etiam Illyridis & Italiæ, cum fere tota Sardinia, Siciliæ, Epiro, Achaia, Macedonia, Eborum, cum parte Peloponnesi, & Creta insula, pars Asie minoris, Lyciæ, Galatiæ, Cappadociæ, vtriusq; Armeniae, maioris, (cœliacet, & minoris, tota Pamphilia, & Cilicia, Rhodus, & Cyprus insulae, pars Syrie Mesopotamiae, & Arabie deserti, Babyloniae, tota Asyria, pars Mediae, Sufianæ, pars Persidæ, tota Parthia, Asia, & Paropanisus, pars Hircaniae, Margimiae, Bactriæ, & Scythia, qua est extra Imaum montem, pars Sericæ Regionis, atque vtriusque Indiae.

Quintum clima habet principium in fine quarti. medium verò vbi dies est horarum 15. & altitudo poli graduum 41. & tertij vnius. Terminatur autem vbi dies maior est horarum 15. & quartæ vnius, & polus sustollitur gradus 43. & semis.

Nomē illi Diaromes, quia parallelus ipsius Romanam ciuitatem summi sacerdotis sedem metitur. Ex quo dignius & excellentius alijs dici debet: cum summus sacerdos omnes quoescunque homines huius mundi præcedit, vt dixi supra in 4. part. in 7. consider. Et eociam quia ciuitas Romana est dignior & excellētior alijs, cum sit caput & dominus orbis terrarum, vt plenè in glo. 2. in auth. vt Ecclesia Romana centrum annorum. in prin. colla. 2. vbi appellatur splendidissima, æterna, regia, antiqua, inclyta, alma, sacratissima, felicissima, florentissima, maxima, prima sedes Ecclesiarum, origo legum, & sons sacerdotij. Licet posset argui de nobilitate, & excellenti illius climatis, & procedit ab Oriente. Cum Orients sit nobilior pars mundi, vt supra dixi in haec par. in 13. consideratione.

Habiles verò in eo sunt Provinciæ sequentes, ferè tota Hispania, Lusitania seu Portugalia, pars Galliæ Narbonensis, Pannonia, hoc est Hungaria, Illyrici, hoc est, Bosinensis, Dalmatia, id est, Sclauonia, magna pars Italiæ, Daciæ, Myssæ inferioris, tota Lydia superior, Thracia, Chersonesus, pars Macedonicæ, Peloponnesi, Cretæ, Pontus, Bythinia, pars Asie minoris, Gallicia, Cappadociæ, Armeniae, vtriusq; Mediae, Hyrcania, tota ferè Margiana, Bactriæ, pars Godiani, & vtriusq;

Seythiæ, Sacharum Regio, atque pars Sericæ Regionis.

Sextum clima exoritur vbi quintum finitur, ad medium autem peruenit vbi dies horarum 15. & semis, & altitudo poli graduum 45. & duarum quintarum. Finitur autem vbi dies est horarum 25. & semis & vnius quartæ. & polus extollitur gradibus 47. & quartæ vnius. Et in isto sexto climate sunt hec Provinciæ. Pars Hispaniæ Taraconensis (qua vulgo Catalonia seu Galacia, hoc est, provincia sancti Iacobii) Asturia, Nauarra, Vasconia, tota ferè Gallia Narbonensis, & pars Aquitanie & Gallie Lugdunensis, Germania & Italiz, Bithiarchæ est patria Pedemontium, seu Austria, Vindelicia, Noricum, Pannonia superior, & pars inferioris Pannonia, Illyridis, etraque Sarmatia, Taurica, Iasiges, Dacia, Myssæ, inferior pars Asie minoris, Galatiæ, tota Colchis, Iberia, Albania, pars Armeniae maioris, Mesopotamiae, Bactriæ, Godianæ, vtriusque Scythia & Sericæ.

Septimum clima exoritur in fine sexti, & ad medium peruenit, vbi dies maximus est horarum 16. & altitudo poli graduum 48. & duarum tertiarum. Et illud Diariphæos nominant, quod parallelus Ripheos montes, qui sunt in Scythia, contingat. Exquisitus tamen intuentes orbis partitionem clima sextum à Ponto, septimum à Borythene nominat, & Ripheos mōtes octauo climati deputat.

Huic climati antiquiores finem non statuerat, nec residuam terram versus septentrionem in mata alia diuiserunt.

In 7. clima Regiæ sunt, tota ferè Galizæ, drittaria, magna Germania, pars Cappadociæ, Sarmatia, Asie minoris, & vtriusque Scythie, atque Sericæ Regionis.

Octauum verò clima antiquis Cosmographis fuit incognitum, vt dixi hic propriè. Nam ultra hæ septem climata sunt plures insulæ, & hominum habitationes: omnes tamen intemperatae sunt, aut propter nimium calorem, aut excessus frigiditatem, sub climate non merentur computari: quapropter particula ista habitabilis & temperata definitioni climatis ab Astronomis datæ addi potest. Veruntamen, vt dicit Petrus de Aliaeo & commentator sui interpres in quarta parte Sphaeræ mundi. cap. 4. Moderni Astrologi ex Germania, & Anglia octauum clima addiderunt, ne Regiones illæ extra climata remanerent. Eri dicunt aliqui, præter Regiones & climata nouinatae sunt multæ aliæ habitationes hominum, sante primum clima & post septimum. Ideo videtur insufficienter climata esse diuisa in seipsum.

Regiones verò ante primū clima sunt istæ, pars Aethiopicæ, que est sub Aegypto, & Arabia Felicis & Lybie interioris, & tota Aethiopia, interior pars vtriusq; Indiae. Aurea Chersonesus, pars Regionis Sinarum, & Taprobana insula.

Regiones autem ultra septimum clima sunt  
Hibernia, seu Hirländia insula, Albion insula, v-  
& Anglia & Scotia, & plures aliae provinciae sitae  
sunt, magna pars Sarmatiae Europeæ, & Sarmatiae  
Asiacæ, Hyperborei montes & pars Imae montis  
& Scitæ regionis, Dacia, Suctia, Lubecia, Danti-  
cam, Gillandia, Hollandia, Tile insula, Orchades; Gothia. Ex quibus facilè perpendi potest,  
quod sunt nouem Clima, prout etiam dicit Petrus Apianus in sua Cosmographia, prima par. ca.  
de climatis. Et octauum dicitur Diaripheon.  
Nonum verò dicitur Diadamas, vt ibi dicit A-  
panus.

Aduerte, quod terra ultra partiri posset: latitu-  
dinem semper magis magisque decreceret, ad  
modicani quippe distantiam versus polum per  
senibiliter augetur, quanto enim polus mundi  
impliis eleuator, tanto zodiacus horizonte obli-  
quis intersecat, maioresque arcus dierum supra  
hemisphaerium nostrum relinquuntur, quam sunt  
tunc noctium sub hemisphaerio dimissi. Sole si-  
ga septentrionalia percurent. Contrarium  
autem cuenite solet Sole in opposita parte va-  
pare.

Vnde habitantes sub parallelo, transeunte per  
gradum 52. ab æquinoctiali, diem habent maiori-  
tem horarum 16. & semis. Sub parallelo, hoc est, cir-  
culo transeunte per gradum quinquaginta quartum, dies horarum est 17. Sub parallelo ducto per  
gradum 56. dies est horarum 17. & semis. Sub pa-  
llelio ducto per gradum 56. dies maior habet ho-  
ras 18. Sub Parallello autem contingente gradum  
a. dies est horarum 19. Sub parallelo vero ducto  
per Thilem insulam in mari Oceano & gradum  
a. dies est horarum 20. Nam in ea solstitio æstiuo  
casus esse noctes Plinius tradit è contrario vt So-  
lus refert, Brumali solstitio, nullus pene dies.  
Sub parallelo autem ducto per gradum 64. dies  
horarum 21. & nondum completo gradu 65.  
suscipitur horarum 22. In gradu 66. dies est ho-  
rarum 23. Subartico autem circulo dies vna cum  
a fine geminorum initium canceri aggreditur  
horarum 24. & in opposita parte zodiaci dum  
accidit, nox est eiusdem quantitatis, tunc enim  
nuncus horizontem vbique sine intersectione  
crossit, & quasi circulariter supra horizontem  
invenitur in parte opposita totus sub horizonte  
cavatur. In parallelo autem transeunte gra-  
dam 78. vnius mensis est dies, cum Sol à medio  
geminorum ad cæcri medium mouetur, & vnius  
mensis est nox, cum Sol in oppositis signis mora-  
tur. In parallelo vero qui gradum septuaginta quin-  
tam ariet, duorum mensium dies est, sole curren-  
te à principio geminorum usq[ue] ad finem Can-  
cri. Et nox duorum mensium erit sole opposita si-  
gnalitur.

In parallelo qui gradum 72. transit, dies vna erit  
duorum mensium. Sole à medio tauri ad medium

Iconis vagate, nox tanta erit sole existente in par-  
te opposita.

Crescent dies paulatim, donec ad polum per  
uenias, sub ipso quidecum medietas sphærae mundi  
semper supra horizontem relinquatur, altera iu-  
giter occultatur, & æquinoctialis cum horizonte  
concordat. Cum igitur Sol est in medietate supra  
horizontem, continuatus dies est dimidiij anni,  
cum autem in medietate mouetur quæ sub hori-  
zonte relinquatur, nox continua est dimidiij anni.  
Veruntamen cum ibi Sol ultra signum vnum sub  
horizonte nunquam demergitur, radijs suis supe-  
riora semper aliqualiter illustrat, & sic quasi sem-  
per ibi dies est, nisi quantum aeris grossities, & ne-  
bulositas interturbat & offuscat.

Pra dicta scribuntur in Margarita phil. libr. 7.  
tract. i. c. 47. Sed de his ultimo dictis non meminit  
Ptolemaeus, sed solum de climatis de quib. sup-  
ra, & quod illorum commendabilius & excellen-  
tius iudicandum sit, sat perspicci potest ex habita-  
torib. illorum & alijs infra dicendis.

Et ne videantur predicta fore superflua, dico ꝑ  
sunt necessaria etiam legitimis ad iudicandum, & co-  
gnoscendum quando sit ortus solis secundus, &  
quando incipit in pluribus acquiritur ius. Nam ut  
statuto caetur in Ecclesia Hedue. Canonici illius  
Ecclesiæ qui sunt ebdomiadarij in suo turno ad be-  
neficia præsentanda, & ad præsentationē illorum  
existentium de iure patronatus illius Ecclesiæ, eb-  
domada eorum incipit qualibet die sabbati in or-  
tu solis, qui quidem ortus est & incipit diuersimo  
de secundum diuersitatem temporū & locorum,  
& secundum quod sol ascendit, & descendit: ad co-  
gnitionē illius upradicta noscere oportet. Erde  
hoc alias sicut processus in casu emergenti, vt dixi  
in commentarijs ducatus Burgun. rit. des iustices,  
§. 8. in gl. & lour. ibi. Sed nunc maius est dubium.  
Et a curetur de momento, vide Sozi. in l. si tibi de-  
cen millia ff. si cer. pet. & F. Curtium in suo tract.  
des feud. in tit. ex quib. causis scendum amittatur. in  
4. par. versi. 7. quarto.

Irene etiam ad cognoscendum & videndum vnde  
hoc, quod vnu est perfectior altero, Ita, quod mul-  
ti querunt scire, vnde istud procedat, ꝑ cur Deus  
hoc ita diuersimode distribuit, vt prophetā Da-  
uid, Esaiæ, Ieremij, & similib. Salomonis sapientiā,  
Diuinarū legū peritiae apud Hebræos Moysi, apud  
Aegyptios Mercurio Trimegisto, apud Baetrianos  
Zoroastro, apud Carthagincenses Coronæ, apud  
Cretenses Minoi, apud Lacedæmonios Lycorgo,  
qui astroliticis iuramento, ꝑ tam diuesinten-  
merat obseruarent, donec ipse rediret, è patria  
nunquam redditurus emigravit: apud Athenienses  
Soloni, apud Rom. Numæ Pomplilio, apud Chri-  
stianos verò Petro, Paulo, & reliquis Apostolis eo-  
rumque zelatoribus. Ipsam Poësin Homero &  
Virgil. Rhetoricam Demostheni & Cice. Philoso-  
phiam naturalem Aristotelem. Moralem Socrati, Meta-  
physicam

## D V O D E C I M A P A R S

physicam & diuinam Platoni: medicinam Hippocrati, & Galeno, Astrologiam Ptolemaeo, Iuris ciuilis prudentiam & scientiam Paulo Africano, Juliano, Secuolae, Laboleno, & ceteris, de quibus in l. 2. ff. de origine iuris, Accursio, Ioanni Placentino, Martino, Azoni, Petro de Bellapere, Ioan. Fabro, Bartolo, Balduino, & ceteris. Iutis pontificij scientiam in Gregorio, Innocen. Hostiensi, Gratiano, Paro. Joan. de Imola, Pe. de Anch Zabarella, Jo. And. Ant. de But. Artem militarem Alexandro, Magno, Iulio Cesari, Hannibali. Consiliorum sagacitatem Catoni, Magiam Zoroastro, Arithmetican Iordanu, Geometriam Euclidi, Musican Pythagorae, & Boetio, Logicam Chrysippo. Physicam Straboni Laplanseno tribuent.

Quænam ratio fuit ita dispensandi, causâc ista, an influentia, an prouidentia vlla gubernentur? Hæc pro certo magna præsumptionis est indagatio. Cui Apostolus vas electionis vsque ad tertium Coelum raptus ad Ro. 9. fatis respondere videtur: cum, vt habetur Psal. 125. Nonne haber potestatem figulus ex eadem massa, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam facere? vnde sufficeret haec dixisse, cum, vt dixit idem Paulus ad Romanos. Iudicia Dei abyssi multa, & quæcum incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, & occulta consilia. Nec tantum debet humana temeritas audendo procedere, vt ea cernere velit quæ laterè Deus instituit. Neq; enim domino gratuus erit seruus qui penetralia cuncta qua in domino sunt perlustrare tentauerit. Eaque temeritas magis videtur explorantis infidias quam seruui praesferre officium. Et sic licet responderi possit: tamen enim Simphorianus Campegio in suo libr. de vita coeliits comparanda. c. 9. dicam, quæ ipse dixit, cum præstolatō tamen, quod conclusiū non intendo ab Ecclesia Rom. & præceptis illius discedere, & de omnibus me remitto determinationi dominorum theologorum, ab opinionibus & determinationibus quorum non intendo discedere, dixit enim Campegius vbi supra, quod omnis sapientia à domino Deo est, Eccl. 1. Et ounue datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. & certam allegando Augustinum, dicit cundem sic dicens. Sic Deus res, quas cōdedit administrat: vt eas agere proprios motus finat. Igitur, sicut anima in toto corpore, sic Deus semper operans in toto mundo vires naturis pro finerone addidit, & operari eas instituit: Imò instrumenta sua fecit, quibus cuī Deo parre fabri filius vsque modò operans vteretui. Has igitur vires, nec operari impedit, nec operantes deserit: sed sicut naura nauim sic iuuat, & dirigit, ille in portum, iste in finem. Et quemadmodum ociante anima membra sponuntur: sic cessante Deo, vt in igne Babylonie monstratum est, omnis naturæ conatus inanis est. igitur omnia bona à Deo sunt.

Sed cur ergo hunc eligat, alium vero repellat, hæc nequeunt humana vires agnoscere. Nā Jacob sanctiss. & optimus, Elā frater eius pessimus, Petrus optimus, Iudas aurem pessimum, ceteri Apóstoli sanctissimi. Ideo dicit Christus. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. & Paulus ad Timoth. c. Non ex operibus iustitiae qua fecimus nos, sed secundum misericordiam suam faluos nos fecit. Et Augustinus in lib. de prædestin. sancto. Non quia sumus nostales esse prætulit, idēo elegit, sed voleamus tales per istam electionē sua gratia, qua gratificationis nos in dilectio filio suo. Idem Augustinus in lib. de libero arbitrio. Non propter fidem vel alio, a merita elegit Deus aliquos ab æterno, vel apposuit gratiam iustificationis in tempore, sed gratia bonitate sua elegit ut beni essent. Hæc ibi Augustinus.

Ad istud dubium soluendum, quamvis rædat vites ingenii, absque tamen discussione Romana & catholica Ecclesia in quantum aliqui vindicantur discedere, quod in hoc operentur influentia siderum & naturæ climatum, recitabo tres opiniones: sed illi adhærente volo & intendo, cum Ecclesia adhæret.

Prima opinio est philosophantium & medicorum, qui complexioni attribuent excellentiam ingenij: de quo phil. p. 30. prob. 1. ait: Proprie quod homines quicunque excellentes fuerint viri aut secundum politiam, aut philosophiam, aut arres melancholici fuerunt: Sed vt in libris devotis fana dicuntur, non intelligit phil. quod omnis melancholius, vel omnis cōplexio melancholica faciat: sed intelligit de illa solum quæ est temperate calida, quæ facit excel viros.

Et sic secundum Aristoteles. videtur, quod prima complexio quæ facit homines ingenio excellentes, est compLexio melancholica, quæ est calida temperata, de qua infra latius in alio loco dicam: Ideo hic alia non referam, sed condescendo secundam opinionem, quæ est præsentis speculacionis, secundum quod fit hie mentio de Astrologis.

Secunda ergo opinio est Astrologorum, dicentium complexiones insequuntur climata & diversitatem Coeli: vt differre nonnulli specie, & colore, & corporum quantitate, & animorum dignitate videantur. Vnde Græci leues, Aphri versipelles, Germani fortes, robusti, Itali graues. Nam præferebunt quandam firmitatem, seueritatem, & constantiam animi, ac in vultu, in oribus, verbis, tebus quoque agentis. Hispani iactabundi, Galli in armis feroci, religione fideles, vt Christianissimi appellantur. Latini superecliosi et clati dicantur. Vnde Julius Maternus ait: Quædam gentes ita Cœlo formata sunt, vt propria sint morum virtute perspicua. Scythæ immanis feritatis crudelitate graflantur. Itali sunt regali semper nobilitate fulgidi. Auari Syri. Acuti Siculi. Luxuriosissimi pet As-

et Asiatici, & voluptatibus occupati. Hispani clavis & astantia animositate praepositi. Galli stolidi, & non sine iuroris acerbitate ab ipso Iulio in Gallos ructatum, aut quia ( teste Strabone ) Galli sunt simplices, ac nulla morum malignitate, & ideo qui hoc referunt ad stoliditatem, vt dicit Cælius Itac. cap. 21.

Numerum omnium æquæ nationum corpora sumat sapientia ac intelligentia perceptionem atque? Vnde more Thaletis, siue, vt alij dicunt, Ceratis, dieunt multi propter tria de se Deo gravissimè se habere, scilicet, quod mares non sunt, homines non bestiæ, Galli non Bohemi. In Galli sapientia natura, ad Philosophiam tam, & religionem magis apti, eò, quod propter sensus & cœli temperiem, corpora fortiti sunt ab excellentijs contrarietatum, vt philosophi aiunt, amiora. His de causis Parisienses ingeniosiores, Delphinenses robustiores inter Gallos habitu sunt: quod videlicet illi in priore, isti, in crassiore, ob montes altissimos, æte versentur.

Notaueritiam dignum est, quod sibi vicinæ, imò contiguae prouinciae, in hominibus, & animis multum differre evidentur. Vnde Lugdunen, & vt dicit idem Campegius tanquam Lugdunen, ingeniosiores, Delphinen, verò fortiores, robustiores, moribus imbecilliores, animosiores, & in armis magis strenui inuenti sunt. Forenses, in Foresianis vani, ingeniosiores, subtiliores, & scribi seu scriptores. Arucnigenæ robustiores, moribusq; inhumaniores. Lemontinen, auctor ores, moribus tamen minus urbani, Gascones & Vascones ad verbæ a promptiores, Normanni corpulentiores & loquaciores, vt dicit Cam. ubi supra. Sed si vidisset glo. in l. sequitur. §. usus in verbo animalium. ff. de vñscapio, quæ dicit Normannos esse dolí capaces, etiam à pueritia cum allegare non omisisset: Quod vnde procedat, neconque s. t. illa glo. non omnino caret veritatem non etiam ipsi Normanni alias incendiari Eccl. utrum fuisse perhibentur. vt in c. concedimus, necrato. distin. l. & nimis crudeles, feneri, & c. ut norunt Parisienses, qui cum soleant operari, inter alia dicunt, A surore Normanum libera nos domiue. quod in malum s. Burgundiones vero sunt simplices, amicabiles, & nebuli, mansueti, generosi ingenii, bello non fortis, sive stabiles, hominibus honorabiles, & Deo amabiles, vt dicit text. in cap. gens Anglorum. 6. dist. Inhabitantes enim Regiones temperatas, sunt sapientiores, & meliores, Eò, quod sunt in Regiones syderum & Planetarum influens sunt optimi. Et Regiones intemperantes incolentes, sunt huiusmodi, & syluarum mores habent. Ideo phil. part. 14. problemata 15. dicit, quod abitantes loca temperata calida, sunt prudentiores & sapientiores, & in locis intemperatis, con- secuto modo se habent. Dicam etiam infra. in 44.

confid. vb de potentis animæ. versic. 1. de potentia. & in preceden. par. in 44. confid.

Et in codem loco dicit Arist. quod loca intemperata sunt, quæ aut nimirum calida, aut nimirum frigida existunt, in quib. loci habitantes ferinos mores & aspectus atroces habent. Haly enim secundo quadripartiti dicit, quod videlicet illi quorum latitudo est intra 34. gradum à linea æquatoris, vsq; ad latitudinem 40. gradium, extant sapientiores, quæm habitanter Regiones frigidas. Sicut sunt aliquæ Regiones in 6. & 7. climate, & maximè in locis extrancis, non possunt nasci homines bona complexione nec boni sensus. Galenus verò de virtutibus animalium. capit. 9. ita ait de Plato. sic dicens in Timao, quidem in principio sermo. sic scribit: Hunc quidem vniuersum ornatum & ordinem, Deus prius perornans, nos in habitare fecit, eligens loca, in quibus generantur eurasia: Horum viri generantur prudentissimi. Et in principio legum dicit Plato, quod in regione temperata, nascuntur homines ineliores. Hoc idem sentit Anic. quem inducit Pe. de Ebano. & dicit Haly, Arist. & Gal. suisce de 5. climate, qui optimi fuerunt naturales & metaph. Platonem, & Ptol. de 3. climate, qui excell. fuerunt in mathem. & Albus. marz tertio introductorij dicit sapientiss. esse Babilonios & Aegy. Sol enim non multum elongatur ab eorum capitibus, neque appropinquat. Est enim motus solis equalis super eos, ideo aer corum fit complexionis temperata, neque superflue calidus, neque superflue frigidus. Calores corum, & naturæ, & corpora sunt temperata. Et sensus, & ratio, & animi qualitas sunt bona, abundantia in eis sapientia, & intellectus, & rerum præstantia, & honesta qualitas animi. Et haec est terra Propheraum & Sapientum.

Sed, qui sunt habitantes secundum clima, sicut sunt Aethiopes, horum mores pessimi, & facies habent corruptas, & turpes, atroces, & comedentes homines, vt Haly testatur, se vidisse in fine septentrionis & Meridiei. Et dicit, quod ibi sunt spiritus maligni, & bestiæ comedentes homines, & ideo dicit multi, quod diutius remansit Regnum Romanorum, & sic auctum est, quia medio modo se habet Regio Romana inter septentrionales & meridianas. De Noe autem dicunt sapientes, Eum in Astrologia clariusse, & filius eius Sem inter Astrologos annumeratur, & pater & filius viri præstantissimi in Chaldeam venerunt post diluvium, Regionem temperatam. Iste Sem, post diluvium biennio, genuit Araphaiat, qui fertur fuisse Melchisedech, qui primus post diluvium urbem Saleni condidit, que est Ierusalem: que est in 4. climate, quod est medium inter 7. climata. Videtur tamen, quod secundum nonnullos alios, ponatur in tertio climate, vt suprà dictum est.

Et, quod ex diversis & varijs Cœli locis, aspectibus, diversi generentur mores, vide per Cœli lect.

## D V O D E C I M A P A R S

lect.antiq.li.10.c.18.Et,cur vergētes ad meridiem, sint timidi, ad septentrionem verò audaces, per eundem in d.lib.cap.20.Idcirco, si ad saturitatem quispiam velit (cire diuersarum gentium mores diuersos,& varios ritus, scilicet, Persarum, Gallorum, Britanorum, Pannoniorum, Germanorum, Hispanorum, Myforum, Thracum, aliorumq; populorum. De Getis Scytarum, Atheniensium, Massa getarū, Tapyrorū, Baetrianorū. De Phigaleis, Caspiorumq; ac Dethicū, Medorū, & Armeniorum, Cappadocum, Heptacometař, Molynocorum. De Tibarenis & Starmis, Indorum, Taxilitarum, Asyriorum, Syrorum, Phœnicū, Arabum, Nabatheorum, Aegyptiorum, Aphrorum, nec non de Carthaginibus, videat & legat ipsum Cælium in prædicto lib. cap.18.&c.20.cum 18.cap.seq. & in globo in c.66.in eod.lib. vbi refert diuersos populum inores.

In qua quidē samatissima ciuitate Ierusalem, omnia grandia & admiratione digna, tam veteris quam noui testamenti, patrata legūtur facinora. Quod verum ostendere per humanas rationes, quæ nonnunquā minus validā inueniuntur, atq; à pertinacib. disputationibus, veritatisq; amulis reprobantur, præfens minime videtur expostula re negotiū. Nec, vt dicit Andinus Poeta, Hoc ipsa sibi tempus spēctacula poscit. Sed quiuis pius lector veritatisq; cultor, nedum ex diuinarum litterarum, seu (si maius) sacra Biblia contextu, cui nullus nisi infidelis Christiana fidei perpetuus hostis, aut hæreticus, à sancta matris Ecclesiæ gremio exclusus, refragari auder, verum etiam, ex fide dignorum historiographorum, qui Res gestas literarum monumentis fideliter mandauerunt, cōplutibus voluminib. facilimè percognoscere poterit: Vnde dominus noster Iesus Christus, secundum humanitatem, item Abraham Chaldaus summus astrologia magister, Isaac, Jacob, Ioseph filius eius, Moyles, Prophetatum summus, & totius Veteris Legis Cælius edocetus interpres, Cartieriq; Prophetæ diuino afflati spiritu, ex quarto venerunt climate.

Albumazar, Chaldaeos omnium peritissimos affirmat. Chaldaei enim sapientis interpretatur, & post ipsos Aegyptios. Philo. enim in prologo Metaph. dicit, Scientias speculariuas apud Aegyptios inuentas, & maximè mathem. Ex diuinis scripturis habemus, quod Abraham ex Chalda in Aegyptum Astrologiam, nūquam ibi cognitam, translulit. Et, vt Laertius lib. 3. in vita Platonis scribit, Plato, in Aegyptum ad Prophetas & sacerdotes se contulit. Et Diodorus libr. 2. apud Aegyptios sacerdotes in eorum sacris libris se contineri. Transfusse in Aegyptum Orphæum, Musæum, Melampidem, Dedalum, Homerum, & Lycurgum, Solonem, Platonem, & Pythagoram Samium, & complices in lignes viros, qui in Aegypto percepérunt omnia, quæ illos apud Gracos mirabiles fecerūt.

Quinetiam Lycurgus, Solon, & Plato, multas ab Aegyptijs sumptas leges, ad suam Rem publicam detulerunt. Et Pythagoras Geometriam, & Arithmeticam, & cursum Altitorum & Zodiacum, ab Aegyptijs ad Græcos transtulit. Et Orpheus Theologiam didicit a Aegyptijs.

Quatuor profecto celeberrima, & bonarum litterarum & scientiarum studia, in orbe extiterunt, scilicet, in Chaldaia, Aegypto, Græcia, & postremo in Italia, & nunc Gallia ipsa, sive Patiens. Gymnasium, pace omnium dicatur in Theologia patrum tenet. & dixi supra in decima parte, in 2. confid.

Habuerunt nempe semper Galli facundiam suam, magistrosque sapientia Dryidas, qui terræ mundiq; magnitudinem, & formam, motus Cœli & syderum, i.e. quid Dij velint, scire profitentur. Quemadmodū apud Indos Brachmani, seu Gymnophista erant, Sic Dryida apud Gallos vocabantur, qui vivē erant integrissimæ. Sic Magi apud Perias, Philolophi apud Gracos, Sapientes apud Latinos, Prophetæ sive sacerdotes apud Aegyptios, & Chaldaei apud Assyrios. Sic ergo voluit Astrologi, quod hæc omnia ex Cœlo & syderum influxibus proueniant, scilicet, Regio temperata, & viri probatissimi, & scientia, & artes, & omnia bonorum genera, ab ipsis cœlorum aspectibus quia superficies cœli concava, liber est primæ causæ, in quo omnia scribuntur quæ in mundo sunt. Si quis ergo in illam inspicere sciret superficiem, omnia illa sciret præterita, praefentia, & futura. Volunt etiam Astrologi, quod non modo temperata Regionis influxus faciat sapientes, & virospatos, verum etiam, quod particularis requitur influxus in cōceptione, & nativitate illius, dum & concipitur & nascitur. Similiter dicunt, quod si quis in temperata nascatur, & educatur regione, in sua nativitate malum habens influxum, hic perfidus erit. Et sic coelestes valere volunt influxus, quod diuitias, magistratus, militiam, bellum, viatorias, & rerum omnium prosperitatem, cœli, & Cœlorum influxibus attribuant.

Et hæc sunt, quæ Astrologi sentiunt, secundum Campegiū vbi supra. De hac materia, licet interdum somnient & detinent à semita veritatis: ideo his non assent, nec ego etiam, sed hoc cum opinione quæ sequitur.

Ex dictis tamen Astrologorū supra positis, multum sunt laudanda, quartum, & quintum clima ta. In quibus sunt Aegyptijs, ludari, Rhodiani, Græci, & Itali, & sic Romani. De sexto vero climate, vbi est Gallia, etiam credo illud esse extollendum, ex his, quæ dicturus sum infra de Gallia in confid. sequen.

Omissa ergo opinione Astrologorū, quæ somnia, & phantasmatata recitat, ad tertijā opinionem veram, quæ est Theologorum, maximè Patiensium, qui determinauerunt, vnam Animam in natura-

naturalibus esse alia perfectiorem, & excellentiorem, cui determinationi standum est. De hac autem perfectione animæ secundum theologos, dicitur in hac part. in 4. confid.

Licet, ut dicit idem Campadius, sanctus Thomas, Alexander de Hales, & multi alij Theologi, renuerunt ante hanc determinationem Parisiensem. Animas in naturalibus nequaquam differre, sed omnes in naturalibus esse aequales. Bonauentura tamen, & complures alij ex theologorum schola animas in naturalibus differre assertuerant: nam quod vna sit uobiliarum alia, & ita tenent i theologia moderni, in sequendo prædictam determinationem Parisiensem Theologorum secundum eandem Campadium. Qui etiam dicit, quod licet prædicta aliquid operentur ad perfectionem unum & scientiarum, iamnen haec non sunt sine aliis frequentatis, quod probat quinqueratiuersus, ex quibus deueniri potest ad triplicem perfectionem. Sed eum ista non sint praesentis speculacionis, ea referre omitto. Satis autem mihi est, si præsens aliquid depromere de excellentijs claram, & ut cognoscatur excellētia vnius elimationis alii: & istud est intentum huius considerationis. Vnde etiam diuersitas ingeniorum sit. Sed de causa præstantis ingenii, vide Cælium lib. antiquum leff. 6. ca. 20. vbi triplice aſsignat causam, Humanam, ſcilicet, Naturalem & Diuinam, quæcum supradictis videntur concordare, licet breuior & elegantiori stylo referat, ideo ad eum vobis sumit.

Dicitur septima confidatio aliam orbis diuisionem complectitur. Nam in tres paragenerales diuiditur, seu partitur. In Europam, ſicilicet, Aphricam, & Asiam: sed quæ harū sit major & excellentior, videndum est.

Etenim primis, Quoniam dignitas & excellentia potest imaginari ex latitudine & longitudine. Ideo dicitur dicendum, quod Asia sit dignior alij: cum tantum ipsa contineat quantum alia duæ, ut exhibetur lib. de mundi descriptione. ca. I. licet c. 20. Quod Asia sit tantum tertia pars orbis, & vetiam, quia eft in parte orientali, quæ præferri debet ex causis ſupra positis in hac part. in 13. confid. Apheca tantum continet, quantum duæ continent Europe. Ex quo Europa eft tantum dimidi pars Aphrica. Ideo videretur dicendum, quod Asia sit maior & excellentior Aphrica, & Aphrica sit excellentior Europa: licet dicat Ptolemaeus, quod Europa eft maior Aphrica.

Quæ autem Regiones, seu Nationes, in his partibus contineantur, & quomodo diuidantur, ponunt Cosmographi, maximè in d. li. de mundi descriptione. c. i. vñq; c. 16. & plures alij Antiqui relationes modernis. Et compendiosè ponit Pomponius Mela, in principio sua Cosmographia. Et Strabo lib. 3. de situ orbis, & in Margarita Philo. in libr. 7. vñq; ca. 49. l. 51. 52. quas hic non transporto. Sed

solum, quantum facit ad materiam subiectam, de eo, Europam eft dignorem & excellentiorem, alij partibus terra habitabilis, pluribus causis.

Primo, Quoniam, ut dicit Strab. lib. 3. de situ orbis, in primis multiformis eft, & ad virorum virtutē ingenuè disposita, cuiumque & domesticarum ad alios rerum transfigura: Eft enim tota habitabilis, in exigua tantummodo parre, propter frigoris vim inhabitabilis, quæ finitima Tanadis, & Mæotidis incolis, Boristenensisbusque in curribus degentibus.

Secundo, Quia digniores, & nobiliores sub se continent Regiones, quālius duæ: & sub ea digniores populi existunt. Europa nempe ab Occidente clauditur mari Atlantico, à Septentrione Oceano Britannico, ab Oriente Tanai, Mæotide palude & Ponto, à Meridie mari Mediterraneo. Et in eas sunt Regiones & populi, ob aëris temperiem.

Ab occasu, versus ortum Provincias magis nominatae sunt Hispania, quæ Iberia & Hesperia nonnunquam nominantur, cuius partes sunt:

Bethica, seu Tudertana, siue regnum Granata, quod Ferdinandus Rex Hispaniae decennali obſidione & bello Saracenis abſtulit: Christianisq; adiccit. Huius longitudinem & latitudinem ponit Plin. lib. 3. c. 2. Et dicitur Granata à grano, quod Greci eocum, hoc eft, gramen rubens vocant. Nam in ea ferè tora, copiosum eocum in maxima laude gignitur.

Lusitania, ſeu Portugalia, in calandatissimum eocum nascitur circa Emeritā, Lusitaniq; insignem ciuitatem: ut docet Plin. li. 9. & in hac eft regnum de per ſe, vbi eft Rex Lusitanum verò liitus, ceraunogemma poller, quod aduersus vim fulgurum opifulari creditur.

Taraconia, ſeu Taraconensis, quæ & Catilinia, hinc Taraconensis vina nobilitantur elegancia. Vnde Martialis: Taraco Capano tantum cefura Lyco.

Habet haec prouincia Taraconensis, Taracensem ciuitatem, quæ caput eft Provinciæ, quam Scipiones conderunt. Haec partes principales Hispaniæ, in qua & alia Regna ſunt. Inter quæ Regnum Gallicæ, longè lateq; vulgatum, propter viuacitatem peregrinationem ad fæustum Apostolum Jacobum Compostellanum.

Compostelanum regnum, in ſuper Castellæ & Legionis, Astronomis memorabile reddidit Alphonsus Rex prudètissimus, qui tabulas motuum corporum cœleſtium miro ingenio compilauit.

Plinius verò, diuidit Hispaniam in vteriorem & citeriorem. eo. li. 3. c. 3. & c. 1. & ibi ponuntur plures & ferè omnes particulares partes totius Hispaniæ, cuius principatum obtinet ſolus Carolus Aſtriacus, Rex Romanorum, & eleetus in Imperatore, præter Portugaliam. Et in Hispania obtinet septem Regna, videlicet, Regnum Granata, Regnum Castellæ, Regnum Legionis, Regnum Galliæ, R-

## D V O D E C I M A P A R S

tie, regnum Aragonitæ, Regnum Cordouæ, Et Regnum Andelositæ.

De laude vero & excellentia Hispaniæ, vide ampiè per Phil. Bergo, in suo supplemento Chronicarum. li. 2. qui eam laudat ex plurib. Primo, quia maxima est prouincia, qæ felix & fertilis, quia plurima Regna continent: quia plures habuit viros doctissimos, sanctos & Romanos Ponti. & etiam habet mare vndiq., & plures fluctus nauigabiles. Vide etiam Cæli lib. io. c. 22. vbi dicit, Quod puerperæ virtus ipsarum decumbentibus administrant, & ibi plura alia scitu digna. Originem verò, & eius antiquitate ponit loan. Annius lib. suo 12. ad Be-rofum, de temporibns prisca. cap. 1. 2. 3. & 4. vsq; ad finem disti lib. describit seriatim 24. Reges Hispaniæ, & sunt sequentes:

<i>Thubal v. Iapetus filius.</i>	<i>Athlas.</i>
<i>Iberus.</i>	<i>Sicorus.</i>
<i>Iubalda.</i>	<i>Sicanus.</i>
<i>Brigus.</i>	<i>Syceles.</i>
<i>Tagus.</i>	<i>Lusus.</i>
<i>Betus.</i>	<i>Siculus.</i>
<i>Gerion.</i>	<i>Tessa.</i>
<i>Trigeminus Gerion.</i>	<i>Romus.</i>
<i>Hispalus.</i>	<i>Palatus.</i>
<i>Hippanus.</i>	<i>Cacu.</i>
<i>Hercules Lybius.</i>	<i>Eritbrus.</i>
<i>Hesperus.</i>	<i>Mellicola.</i>

Gallia sequitur Hispaniam, medio monte Pyreneo, alia pars Europæ, omnium Regionum excellensissima.

Et huius partes sunt, Aquitania, Lugdunensis, Narbonensis, seu Delphinatus, sive Provincia, & Belgica, scè ad Rheni fluenter usq; protensa, & plures alias, quas euumerat Plin. lib. 4. naturalis historiae c. 18. vbi tamen non fecit mentionem de Delphinatu seu Provincia.

Partiales Provinciæ Galliæ sunt plures, quas a libi ponam: Sed nunc capiendo divisionem antiquorum cosmographorum, diuiditur in Narbonensem, Lugdunensem, & Aquitaniam, vel secundum Iulium Cæsarim in suis commentarijs. & Phil. Bergo lib. 4. sui supplementi, in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Eralia est etiam Gallia, quæ Cisalpina dicitur, respectu Transalpinæ.

Et haec Galliarum partes, plures alias partiales continent.

Belgica verò prima est, quæ & à Belgis insigni ciuitate nomen accepit, & hec nunc Treveris. & dicitur est Belgica, quasi bellorum genus: vbi vehicula quædam primùm inuenta fuerit, quæ Esseda dicuntur, Esse gallicè. Vnde versus:

*Belgica vel mollis melius foret effeda collo.*

Quo vehiculopotius vtuntur adhuc Flamingi & circùm vicini populi.

In hac quoq; complures Ducatus sunt & comitatus Brabantia, Lugubrgensis, Flandrensis, Picardia, Atrabatensis, Batensis, atq; alia Regiones

permulta. Dicunt tamen aliqui, quod Flandria est Germania Regio, vt dicit idem Bergom. vbi supra. & in 12. lib. suarum Chronicarum.

Celtica diuiditur in duas: quædam Lugdunen. dicitur, quædam vero Narbonen.

Lugdunen. cuius Lugdunum ciuitas est, ut tripartita est: cum prima sit Lugduncensis, secunda Rothomagensis, quæ continet Normannia, m caput sit Normannia, tertia deniq; caput est Taro metropolis ciuitas Andegauia, & Bituriceu. Finis Oceaniq; proxima, vt dicit Philippus Bergo mensis in loco supra allegato. Sed hodie alterius diuisio, quia diuiditur in Ducatus & Comitatus, vt infra dicam.

Tertia est Narbonensis Gallia, & ipsa in duas subdiuidit partes, scilicet in Gothiam, cuius metropolis est Narbona, & Burgundiam, in quo plurime sunt vrbes celebres, videlicet Arelate regonis olim caput, Aquis, Vienna, & Tarentasia.

Hæc regio, longo tempore sub regibus fuit, sed nunc regia dignitate amissa, Ducatus titulum admodum est in signis: cuius Duces ex alterorum Christi norum Duces facile per secellunt. In hac, duæ præcipue ciuitates, Augustudunum scilicet, quam lullius Cæsar Heduam nominat (cuius sum ciuitas) quæ tanra fuit potentia, vt Rom. auxilio, vnuersam penè sibi subiugauerit Galliam. Senonesis item altera fuit, quæ Romanam obtinuit, & incendit ac spoliavit. Cuius populi & Mediolanum, Pamplonam, Bergomum, ac alias vrbes in træsulpina Gallia condidrunt. Garunnam vero, Sagonam, Mertronam, & Sequanam, inter alios fluvios hæc Galia habet.

Alia est Gallia quæ dicitur Aquitania, quæ secundum Ptolæmeum li. 2. ab occasu, mari Aquitanico, ab ortu & septentrione, Lugdunen. regione terminatur. & à meridi, Pyrenæis montib. habet insigni ciuitatem Burdegaliæ. Populi eius Arverni, Piætones, Santones, Bituriges, & alij permuli.

Alia est Gallia transalpina, quæ in sex diuidit partes seu Regiones, à Gallis Celtis nuncupata. Ipsi namque Galli Celtici, quia ciuitatibus terræcos, quos generaverunt capere non poterat præ multitudine, Duce Brœno Senonesi, trecenta eorum milia vñâ cum vxoribus, & liberis, sive gloria cupiditate pellefisti: sive, vt alij volunt, ad intellâ bella vivanda dussti, ad nouas sedes accessere, & in Italianam se transtulerunt, (vt Iustinus in 34. epist. habet) Quorum portio nobilior in Italianam condidit, vbi masculis omnibus incolarum interfecit, corum foeminas duxerunt vxores, & quibus liberis suscipientes, & habitu, & lingua, ac moribus paternos mores imitantes, purissimi remansere Galli. Argiria vniuersa Cisalpina prouincia, appellata est Galia, quæ postea diuersis nominibus appellata fuit Gallia. Quia tamen illa hodie non est de Gallia, nec etiam tunc erat, sed de Italia: Idco illa stet in parte Italie.

Gallia

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

298

Gallia concomitatur, & iungitur Germania, quod Germania magna sequitur Galliam, qua Germania magna extensa usq; ad Sarmatiam, inter Rhenum fluuium ab occidente, mare à septentrione, & Danubium à parte meridionali. Et hæc Germania diuiditur in duas partes, in superiorem videlicet, & inferiorem. Insuperiore verò Saxones sunt ab Rheno diuisi, vbi Oceanum influit, quibus semper, quasi bello contendunt: deinde Bavaria, Austria, Suenia, Bohemia, & Almania, & locis Lemni fluenra, est Curuania, & alia nationes multæ.

In inferiore autem Germania, ab Albio flumen, et Oceanum protensa, quæ circa Rhenum cōdit, sunt Albia, Daunia, Rusia, Marcomandia, & tunc multæ nationes: Etyr fertur, quinquaginta nationes gentes inhabitant vniuersam Germaniam, ut Ansmari, Quadungeni, & alia gentes ferociissimi, & indomiti animi, quarum immanitas eam in ipsis vocabulis horrorem significat, & de paribus alijs vide per Philippum Bergomæ, in lib. 7. sui supplementi Chronicarum. Aliæ etiam partes Germaniæ nominantur in Margarita philosophica, lib. 7. tract. i. cap. 47. videlicet Francia, siue Francia orientalis, Vuestualia, Frisia, Saxonie, Thuringia, Hassia, Marchia, Brandenburgia, Misia, Slesia, Bohemia, Moravia, Cimbria, Chersonesus, quæ nunc Dacia, vulgo Denemark ad septentrionem. cùm alia sit Dacia quæ Valachia nunc dicitur, de qua infra. Post Cymenam Chersonesum, Norvegia, Suetia in mari, et Danubium, & Alpes Rheticas, primam Rheam ponunt, quæ & Suevia, quamvis ultra Danubium protensa sit. Post hanc Vindelecia seu Barata, cuius patiter magna pars ultra Danubium standit. Noricia, cui nonnulli Stiriam, & Campaniam acribunt. Pannonia superior, nunc Austria. Pannonia inferior, quæ & Vngaria à mari Adriatico, Histria, Illyris, Liburnia, quam dicunt Iaziam, Dalmatia, quæ Sclauonia: & ista vide-

esse maior quam alia tres Regiones.

Italia verò altera pars Europæ, sequitur Germaniam, & est ab alpibus usque ad mare mediterraneum. In ea sunt plures Regiones sequentes. Umbardia, Thuscia, Etturia, Campania, Marca, Apricia, Calabria, Apulia, & sic de alijs. Et hæc omnia posita sunt in Margarita philosophica, vñpura. Philipus verò Bergomensis lib. 4. sui supplementi, dicit, hæc prouinciam omnium rotundissimam celebrerrimam, & in forma crucis positam, inter Adriaticum, & Tuscum mare, sive surerum, & inferum, & à iugis Alpium dorso quoque Apennini montis porrectam, se paulatim atollen-  
t, sive ad Reginum verticem, & littora Brundisii extenditur, in ultimoq; sui, in duo scindit-  
cor conua.

Eius autem latitudo ab Augusta prætoria, quæ a Alpium sive versus occidentem est constituta,

& per Romam Capuaque porrigitur, usq; ad oppidum Reginum, Solino teste, decies centena, & vi-  
ginti passuum millia colligit. Latitudo verò 410.  
Vbi est maior latitudo: vbi vero minor 136. vniuer-  
sa autem ambitum tricies centena 58. millia com-  
pletatur. Umbilicum eius in agro Reatinus esse,  
auter est Vattro: sequitur idem Bergomæ, ibidem:  
Vbi ponit, quod subdidiit in 18. regionibus, sed  
libr. 10. Dicit tantum 15. Regiones esse in Italia, &  
in d. lib. 4. dicit, quod Iginus, qui de Italiæ vrbibus  
scripsit, testet septingentas suissas Ciuitates. Blon-  
dus verò, safa per singulas Regiones dinumeratione,  
dicit tantummodo 260. quatuor, quæ Episcopos habere dicuntur: & ibi multum laudat Italiam  
inter cetera, dicendo, illum non vel mediocriter  
doctum, quem ciuius laudes ausugiant: quæ  
non solum humanarum rerum, sed etiam diuinatum  
mater habita est. Dicit etiam Beroal, in suis  
orationibus, quod Italia omnium rerum alumna  
ac parens nuncupatur. Eadem cunctarū gentium  
in toto orbe traditur, quæ omnes Nationes sine  
controversia antecellit, viris, foeminis, Ducibus,  
artium præstantia ingeniorū claritatibus. Delau-  
de cuius, vide etiam per Strabo, lib. 6. sua Geogra-  
phie, vbi laudat etiam ex multis, ad quem recurre: &  
ad Bartholomæum Sibillam in suo speculo, in 3.  
c. 1. dec. 4. quæst.

Inter has partes Europæ, post Vngariam, est ad-  
huc Misia, aut verius Moesia superior: quæ Seruia,  
sive Rhosciana, & partim Bosnia dicitur: Misia in-  
terior, que contineat Bosinenses, & Vualachos, Bas-  
fos, & nunc Bulgaria: Dacia, quæ Vualachia Thracia, in qua Constantinopolis quoddam ciuitas imperialis Græcia, Chersonesus, Epirus, seu Roma-  
niola, Dedania, Molossa, Chaonia, Peloponnesus,  
seu Morea, Achaea, ibi Corinthus, Arcadia, quæ &  
Sicyona à Sicyone Rege, à quo Regnū Sicyonorum, Macedonia, Theſalonica, Ellados, seu Attica vbi Athenæ, Boetia, vbi Thebæ ciuitates nomi-  
natissimæ.

Græcia, ecce, quā lata hodie heu à spureissi-  
mo inimico crucis Christi Turco, fermè tota de-  
vastata. A Germania vñque ad Scythiam, Sarma-  
tia est Regio latissima: cuius partes, vñciunt, Polo-  
nia, Massouia, Prussia, Lithuania, Samethia, Liuonia,  
Russia, &c. Seythia & quæ nominatæ sunt Sar-  
matia Regiones. Barbaria dicebatur à feritate  
gentium seu Tartaria. Hæ enim partes & Regiones  
superadiet, sunt omnes de Europa, & ferè omnes  
Christianam fidem agnoscunt: vt infamius  
dicetur. Ex quo magis laudanda Europa.  
Has partes ampliori stilo declarat Ioan. Laziardus,  
in Epitomatibus historiæ vniuersalium. ca. 42. quem  
videas.

Sed quæ istarum quinque Regionum Europæ  
sit dignior & excellentior, & quæ magis laudanda,  
& extollenda, ante quām ponam alias duas partes  
orbis Asiam, scilicet, & Aphricā, & cum sim Gal-

## D V O D E C I M A P A R S

Ius, & quisq; suū laudet, plus expedit laudare Galliam, cō etiam, quia vt plurimum & opera nostra videbuntur apud Gallos quam alios, ne sim illis infestus, plurimum eos laudare cupio. Quoniam rerum nostratium cognitio, magis ad nos, quam externarum pertinere existimatur: & quantum quiq; suę patrię debeat, dici non potest. l. veluti. ff. de iustitia, & iure, de quo aliquid retulim in præfatione ad commentaria nostra super consuetudinibus duca. Burgun. etiam quoniam, vt dicit gl. & Bal. summando. l. fin. C. si seruus exportandus veneat, patria sua debet cuilibet esse maior quam alia, cum pro ea pugnandum sit, vt ait Cat. arg. l. salaciter. C. de abolitio. l. pe. & C. ad l. Iul. maesta, & propatria multi se deuouerūt. Quos vide per lac. Capelli in suis fragmentis. Id quod etiam esficit charitas quedam patriæ: qua plerique omnem estinemur. Est sūa cuiq; patris clarissima atq; gratissima. Est & amor patriæ ratione valentior omni, vt ait Naso ad Russinū, & qui paulo post fūbiungit:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos  
Ducit, & immemores non sinit effe sui.

Et idem:

Dulcis amor patriæ, quo non præstantius vllum.

Ita patriæ amor quidem ingens natura singulis innatus est. Ideo apud Se. x. iureconsul. in l. qui habebat ff. de leg. 3. testator quispiam patriæ suam dulcissimam vocat, & ibi Aecursius notat suam cuiq; patriam esse dulcissimam. Atq; etiam Mar. Soz. consi. 35. incip. circa prædictam. colum. 3. ver. 2. magis proximè, & per illum textum etiam dicit Romanus consil. 47. quod incipit, proposita qua. versi. 4. adidem, quod sua cuiq; patria cæteris dulcior est, & amabilior. Itaque natura ita comparatum est, vt patriam suam, qualisunque est, quiq; laudet, exrollat, prædicet, sicut etiam facit Vlpia. iurecont. in l. 1. in prin. ff. de censib. vbi suam ipsius patriam mirum in inodum cōmendat: magnisq; laudibus effert. Et consil. Aris. est relatum per Polycreticum. li. 8. c. 2. de nnigis Curialium, dicentes, interessē plurimum, vbi quicquid laudetur, vel vi tuperetur. Nam plurimum refert, qui sunt audiendum aut legentium mores. Ideo de laudibus, & prius de origine gentis nostræ aliquid attingere decreui. Sed ne grauem materiam, omissa præfatiuncula, seu ne illoris, vt aiunt, manibus aggre diar, dicam cum nostro Textore Gallo, in suis Epithetis. in verbo, Galli. Cum rerum clarissimè gestarum celebritas diu nunquam lateat in obsevatorio: miror atque miror, quid fuerit causæ, vt Gallogrum (qui totius orbis, nedum Europæ, clarissimi fuérunt, & potentissimi) obscura, ac velut nescio quo obliuionis conopeo, seu velo, sepulta semper dormiuuerit origo. Neque certum aliud non modo prioris seculi scriptores posteris reliquerint: sed nec liberis quidem nobis, proavi nostri, verbum ynquam fecerint vllum. Nulla est ortus quātum peregrini, & obseuri natio, qua ali-

quani sui ac principum suorum memoria post ritati non dimiserit. Qui de Scythis (exempli gratia) agresti tamen, & barbara gente non loquauit, quiq; de corundem Regina Thomyri non melia garriat, inuenitur nemo. Ponticam gentem solus Mithridates fecit memorabilem. Colchos mala re magis quam veneficio insignes, sola Medea claramit patrici dijs. Sauromata seu Sarmatæ, Atilibus casulis volubilibusq; tugurij (quia planistris pro domibus vtuntur) famam tibi comparat. Troglodytas, Erembos, Astratas, Homenas, Brachodios, Blennyas, Aethiopia gentes, & sic moris illis memorat Cosinographi. De Getulis, Numidis, Massylis, Mauris, & Marmaridi. Aphrica loquuntur omnes Gymnosopluste, Bragmanes, Herianes, Orithæ, Ichthyophagi, Cynamolgi, Indorum remotissimi et predecanunt. Arabia, que Petrea nuncupatur, Agrei, Getrei, Ammanite populi, & si signi, nomen tamen mererunt, vt multa paucis perstringant: Parthi, Medi, Babylonij, Asyrij, & alia cuiusque regionis gentes, suis illustratae sunt titulis, & amplissimus pierunque voluminibus decoratae. Si ab Asia usus ad Europeos sit veniendum, Etrusci, Pisani, Insulæ, Volsci, Hernici, Equi, Vinbri, Sabini, Picentes, Præcutini, Vestini, Marfi, Samnitæ: omnes Italiae populi, scriptorum monumentis eferuntur. Spartanis, Atheniensibus, Mycenis, & Connthijs: quantum ampulletur, & superbit Grecia, nemo non nonit. Soli Galli, omnium tantissimi, quanto rei bellicæ peritisim. omituntur, ac velut incognita Demogorgonis spelunca inhumati, nihil omnino, aut certe parum in lucem adhuc emiserunt: niagincæ iniuria tēponum an scriptorium negligenter contigit, ignorat. Audeam tamen dicere, virtutum magnitudine, probitate morum, consilio, prudentia, comitate, religione, pietate, bellandi peritie nullis vñquam terrarum populis, suis inferioribus: Quod satiam plē, & veridicè, stylq; elegantissimo prolequuntur Textor in dicto loco, & ita Galliæ exter Europa partib. esse extollendam constat, tam ex prædictis quam origine, amoenitate, frugilitate, scufertilitate: exinde Christiana semper obseruata hierarū traditione, & plurib. alijs, que etiam testimonioum autorum extrancorum, sigillatim declarabimmo.

Nempe, vt ibidem distlerit Textor, Gallorūptima origo incerta, & obscura est. Sunt enim qui dicunt, Gallos dici quoq; Galatas à Galate filio Herculis, Qui vt scribit Diodorus, deuicto Geryone in Galliam veniens, ex virginе quadam eius locindigena, Galatem genuit, qui Regno præfatus incolis dedit nomen. Quod, & Berosi verba confirmant scribentis, Celtas, qui sunt Galate veteres, constat à Rege Galate filio Herculis nuncupatos, à quib. etiam Galate in Asia, & Gallogreci in Europa dicti sunt. Appianus tamen Celtas à Celto Polyphemis filio appellatos putat.

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

299

Sed hæc omnia facta & commentata sunt, com-  
rum, scilicet, arbitrio, qui ut aliquid scire vide-  
rentur, aut faltem letores non viderentur desci-  
pisse, has pro animi sententia fabricati sunt ori-  
genes. Verior videtur ratio unde Galli dicti sunt, à  
mucro lactis colore, quod gala dicitur, quod scili-  
cerorum corpora ob frigoris vim modo lactis sunt  
alba, & candida. Quod etiam non discrepat à Vir-  
gilio: *lucens sagulis, tum lattea colla-*  
*Auro innectuntur.*

Vnde Baptista Mantuanus ex Dionysio, lib. 2.  
*Ireneamen Gallis, & lattea corpora, nomen*  
*Ac candore datum populis.*

Quis sententiae ad stipulatorem est Laziardus in  
lib. Epitomatis Historie vniuersalis, c. 17, in fi-  
lo aucto. le Maire in suis illustrationib. Gallie o-  
pum Gallorum à Rege Gallate filio Herculis,  
de quo supra, fuisse assertat.

Excellenda est etiam ex amoenitate loci, & ter-  
ritorialitate seu fertilitate: cum terra prior sit ho-  
me, prior laudanda est, & vt facile cognoscatur,  
nulla est pars terrarum, quæ meritò Gallie con-  
ferri potest: siue eius situm, siue perennem salubri-  
tatem: siue quicquid quo carere vita non debet,  
temporalissimum requirat. Itaq; ad hanc exornan-  
dam omnes nature vires incubuisse, cur sit credi-  
bile dicam. Principio coeli eius ea est clementia,  
et dulcedo, vt nec immodicis astuet calorib. nec  
caelus arcticis frigorib. torpeat. Tam moderata lo-  
catura, tam blanda amoenitas, vt innocentissi-  
mæ obi, que ac saluberrimus aer durius nescias,  
non nullus trahatur. Id facit maxima ex parte pe-  
leris obie: la Austris, Alpium vastitas, summo-  
rum conflagratu, ait Lastan. lib. 3. Nec annuer-  
sus in aliis debaechantur, vrbeque totas exhaustu-  
r. Nulla hic in his græstantur maria, nulli terre-  
nus vrbes absortent, quod in Italia, Gracia, &  
in frequentissimum. Non hic campi vastis are-  
atum solitudinibus squalent: Nec, vt in Aphri-  
cam numerat, tum belluarum, ramis serpentum  
petes, homines, & deuorant, & lenta venena ta-  
re conficiunt. Solitaria est feracitas, tanta foecu-  
dina, vt Galliarum vberat Sicilia inuidere pos-  
set, que tyrranicis crudelitatibus, nunquam non ex-  
cessu suspende fertilitatis poenas etiam nūn luit:  
huc nullæ paludes latitudine occupant, nec tenuissi-  
mo cespitum corio statim arenas subest, peculia  
re Germania, & septentrionis malum. Dixeris  
ne Palladem cum Baccho certasse, maior ne vini  
copia an olei exundaret? Quibus Anglia, cùm nō  
tam careat quam indigcat: Fatcaniur Britanni  
opertet, se duos preciosissimos natura liquores

Francis debere, accepto referant: quod & Gallie  
abundantia Britannicam sterilitatem, quotannis  
serè leuer. Etenim unde frumenti omnigeni co-  
piam, atque ex Gallia expectabunt? Non ab Hispania,  
qua frequentissimis rupibus aspera, torrido  
Solis vapore magna ex parte squalida, & sticulo-  
si tractus iniuria, famem vel incolis suis indicit.  
Profecto Lusitanis, Gallicis, Asturis, Cantabrigi,  
Gallia horremus est. Non à Germania. Hac enim  
quicquid frugis à cibo supereft, id omne in potum  
coquit, absuntque in cerasiam. Quid bellato-  
res Moriorum Treverorumque, & Burgundo-  
rum equos e commemorem? Quid optima Brito-  
num armata? Quid felicia Lemouicum, Arue-  
norumque palma? Quid perpetua Ceteris, &  
Pomona in Armorice studia? Tot nobilia Bitu-  
rigum, & Alcti vellera? Tot generosa Leodio-  
rum faxa? Tot splendida Helictiorum æra? quid  
tenuia? quid candida? quid ueruosa Atrebatum,  
Rhemorum, & Camoracensium lina? quid illa  
terris oīnibus expedita Neruiorum aula? Allo-  
brogum, Lotharingorum, & Corifopitenium:  
quorecentiores sunt argenti aurique fodinae. Hoc  
magis arguunt, Galliam nondum effetam esse  
tot seculorum pronuent. Nam apud Teclulos, Gas-  
tarbelios, & Aquitanici maris aceolas, aurum ef-  
fodi ex Strabone, apud Metellani ex Plinio ne-  
mino nescit. Eretia apud Iurisconsultum Papi-  
nianum in leg. diuortio. §. si vir. ff. tol. matri-  
mo. Relatum est in Gallia lapides renaci. Sed quis  
obrizum Baionensisbus fluere non potius mirabi-  
tur? Quid tam prosectorum verum quam certum  
Guaronæ, Rhodani, & Vordonæ auriferas esse vn-  
das? Druentia vero non solum auris arenis bea-  
ta, sed & gemmis lapillis preciosâ fluenta. Nar-  
bonensis prouincia dotes, qui pro merito artige-  
rit? tam suaves florum odores? tam numerosos  
succorum sapores? tam varios infectricium her-  
barum colores? tot suave rubentia cocci grana?  
fragranties ihymo saliunea libanotide campos?  
eniantes benigne calidorum fontium: featuri-  
gines? Fertilissimos croci Albigeziorum agros. In  
plenum autem Gallia promissa, tot munifica  
opacorum nemorum genera? tam teneras luxuri-  
antistoli glebas? Tortata apricorum collum vi-  
nera, lani superba frugiferarum arborum poma-  
lani multiplices pecorum greges. Hac Christo-  
phorus Longolius in sua oratione de landibus di-  
ui Ludouici atque Francorum habita in vniuer-  
sitate Pictauica pro natione Francie. In qua mul-  
ta dictu maiora, quo ad amoenitatem, temperan-  
tiam, & seracitatem eiusdem breuiloquij causa  
scis prætermisit, ut sunt vina Beluenfia seu Bur-  
gundia, quæ super omnia vina sunt præcipua, &  
excellenda: & serè per vniuersam Galliam, Flan-  
driam, Picardiam, Normanniam, & Britanniam  
vehuntur. de quibus infra in 84. considerat. huius  
partis.

Fff 3

Et

## D V O D E C I M A P A R S

Et etiam, ut ait Campegius in libr. de tropheis Gallorum, tract. i. Terra Gallia est frumenti præcipue, & pabuli ferax, hinc temperato calore, inde felicibus, & tempestiuis imbris, in onnia frumenta genera fecunda estadeo, vnde non ipsi ratus incolis, verum etiam Hispaniæ, Italiz, & præseritam Genuensibus cunctarum rerum abundantiam sufficiat & subministret. Hinc etiam non frumentum tantum copia magna est, verum etiam vini, olei, mellisq;. Noxio gencre animalium minimè frequens, fluminibus & fontibus irrigua, duobus magnis fluuijs Rheno, & Rhodano insignis: omnina ad vsum animalium fecut beatissima. Et de huiusmodi Gallia fertilitate, & bonis, meminit Budæus noster in libro de Astre, & partibus eius. lib. 4. vbi ait: O bearam futuram Galliam, si tam ei corrigisset heros habere frugi quam bonos habere solet. Nam mancipia, vel quæ maximè vnde quamprouincia dicto habet audiencia. Iam primum in ea summuin Liberi patris cum Cerere certamen, vnde vni nobilitates non possit sine nomenculatoris opera numerare. Mitto temperiem coeli, & clementiam, & quod virtusque maris cinctu, & commercio commodè comiterque habitatur: solidi libertas tanta est in vniuersum, etiam inter inopes frugum sterilesque prouincias: vt quasi anno non & præfecturam sub cardine nostro gerere existemur, prorsus (abst inuidia verbo) vt ieiunia indicere finitimi, vñctumque abstemium cum libuit possimus. quum sumem (vt ita dicam) occidentis arare videamus, si in vniuersum fiat astimatio. Adde animorum alacritate ad res omnes inceptras, & dexteritatem corporum impigram atque exiuniam ad voces obcandas. Et idem Budæus in dicto libro, & lib. 3. Inter alios Principes mudi dicit Regem Franciæ, qui tenet serè totam Galliam, habere magnas opes, & tot numeros reddituales habere, quor olim Ro. Imperium habuit. Vnde dicit: Si tributa, quæ quorannis ex occasione gerendarum rerum varie indicuntur ad statam fixamque summam, & formulam redigerentur, posse hilati populi conditione ad quinques, & vices centena millia peruenire. Veccigalia autem, & patrimonium regium, ac diadematicum duodecies centum millium confiscare. Reliqua omnia, quæ vices statas non habent, qualia sunt forruita, & aduentitia, & omnia in fisca cedentia, in paginam liberalitatū sunt seponenda, cun munericibus, & magistratibus, & omnibus dispensationibus, quæ codicillis conseruntur à Rege, sed illa non taxat in d. li. 4. sed lib. 3. aliter astimat redditus Regni Franciæ, ideo eum videtur.

Excellenda & magnificanda est etiam Gallia ex moribus antiquis Gallorum, qui erant quoniam viles, laudabiles, & virtuosí, de quibus multi arte stantur. Ne in p. Gallorū prioris seculi mores nostris longe dissimiles fuerunt.

Primo enim liberos ad conspectum suum pri-

venire non patiebatur, quām per etatem adolescēt, ac sub cūdīs militariibus petūculis essent donec: quod etiam legitur obseruatū fuisse a Spartanis seu Lacedemonijs, qui optimis Lycurgi legibus seu institutis regebantur. Utinam, atque vim nam ille mos apud nos obseruaretur, ne liberabiturque parente nimis delicate enutriti deperirentur.

Item viuentes amicis mutuo concedebat, quæ apud inferos creditoribus exoluarent: Hac non approbo, nec approbat fides nostra Christiana, licet mutuum dare ex charitate procedat.

Tertiò, viri quantas ab uxoris pecunias nomine doris accepissent, tantudem domesticarum fortuniarum aqua astimatio cum dote conserbant: quicquid inde fructuum succrescebat a seruabatur, cratque eius, qui alteri fuisse superstes cum capite. Ita enim (resto Bapt. Fulg. in sua collect. de dictis factis que memorabilib. lib. 2. tit. de priscis inst.) facta inter virum vxoremque par cōditio, plus amoris retentura in matrimonio spectabatur. Et ibi scribit de Gallorum consuetate circa matrimonia. Hand malus ait Gallorum is mosterat, quo in copulandis matrimonio puellis videntur. Nam ne propter ingratus matrimonium puella parentes incusat, parata magno inuitu toro numero cœna, virginis permitembant, vnde in uitatis maritum sibi deligeret, electionis autem illud signum erat, cui ipsa ante alios aquam manus dedisset.

Quarto, viri in uxores sicut in liberos vitz, & necis porci statim habuerent. Et pro hoc facit, quoniā non minor debet ruerentia per uxores matraro, quām per filium patri. Do. meus las. in l. tr. act. C. de transact. dixi suprà in II. part.

Quinto, si qua mulier vñcēficij fuisse cōvicta, à mariti sui propinquis incendio, aliisque crudelibus confunebarat.

Sexto, quæ viuentibus chara suiscent, cum eiusdem defunctis in funere cremari conseruerant, vel ipsa etiam animalia, ac etiā alijs serui, & clientes, quos ab his dilectos esse constabat.

Septimo, de Republica, nisi in publicis cōsiliis licebat loqui, & de prædictis vide in commē. Cx. sat. lib. 6. de bello Gall.

Octauo, qui ultimus in consilio venerat, mortidiabatur, vt idem Cæsar ait ibi lib. 5.

Nonō, Ei, qui tumulatus esset, minister publicus vestes rescindebat, adeo ut reliqua partes prorsus essent inutiles.

Decimō, prolixas nutribant comas: Hodie vero breues deserunt ad modum Alamanorum.

Vndecimō, vestes auro pīetas gestabant, & hirsutis vtebantur sagulis: propterea luens Satyros, rex rem appellat Gallum, vbi ait:

*Et male percussas textoris petline Galli  
Accipimus.*

Viliores enim vestes texebat. de his Strabo. lib.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

300

4.sicavit: Sagis vestiuntur, comaq; nutriunt. Promissis vtebatur sceminalibus. Pro tunicis scissos getebant amictus, via pudenda nateq; velantes, lana quidem apera, & oblongis villis, ad quod alius Martialis, dicens:

*Mepinguis Gallia vestit.*

Et lib.1111.

*Accipe Seguanica pingue textricis alumnam.*

Et Virg.lib.viii. de eisdem sic meminist:

*Aurea casaries illis atq; aurea vestis.*

*Virgatis lucent sagulis, tum lattea colla*

*Auro innectuntur, duo quisq; *Opina coruscante**

*Cesamani, fatus protel corpora longis.*

Et sicut diuersos colores picturae Babylonij: purimis verò licetis Alexandrini texuere, qua punita appellant, ita Galli scutulis vestes diuidere, qua scutulata dixerunt instiuerere. Haftas alijs, alij arcus, plerique sundas, nonnulli fustes in bella serebant, praelongisque vtebantur gladiis.

Duodecimò, Galli humicorpora resupinabat atquietem, Strabonis xata, stramentis sedentes conitabant, lacte, & suilla carne vescebantur, se sociomnes ingenio, ducebantur maiore belli quam agrorum studio: *torques aureos pensiles* colloportabant, Victoria efferebantur, vieti autem stupabant, eorum (quos in bello cecidissent) capita, equorum fuorum ceruicibus appendebant.

Decimotertiò, mos etiā fuit apud Gallos, præcipue Belgas, vt in comm. Cæs.lib.1.in princ. & in de bello Gall. laudabilis, quod mercatores militare ad te venire patiebantur, qui ca importent, que ad effœminandos animos pertinent, que cōfendo approbat à F. Patrio in suo lib. de inst. Leip.lib.1.tit.8.

Decimoquartò, Mercurium præter ceteros Deos venerabantur, quem omnium arrium praecubant inuentore, vt paret in comment. Cæs.lib.6.de bello Gall. Ituri in pugnam, quicquid tunibarium inde retulissent, vobebant Marti. Studentes aliquid ex præda graui suppicio pubabant.

Decimoquintò, vt scribit Diod. Sicc.lib.5. Funeram apud eos moris, nullum absque Philoso-  
phos sacrificium facere. Existimabat enim per di-  
verse naturæ consciens sacra fieri oportere, tanquam  
Dilectio propinquiores. Horum intercessione bona  
discensibant perenda, quorum consilio in bel-  
lo, & pace vterentur, vnde & Druydas (qui ve-  
nustissimi eorum sacerdotes prædicantur) sacrificia  
curare publica, & priuata solitos, Religiones  
item interpretari, adolescentes disciplinis insi-  
mire, rerum naturalium causas scrutari, de ca-  
edes, de finibus, carcerisque controversias cognoscere  
fama est: Ita ut si quis siue publicam siue priua-  
tam personam gerens, decreto non stetisset, eidē  
sacrificiis intercederent.

Hiomnem hominum congressum & sermo-  
nem declinabant, ne contagione polluerentur,  
vnus omnibus præcerat, in cuius defuncti locum,  
suffragio alius sufficiebatur. Animas credebant  
non interire: sed in alia transire corpora. Multa  
de syderibus disputabant, de mundi, & terrarum  
magnitude, de rerum natura, & potestate, vt de  
ijs, & plurib. alijs Cæsar fecit mentionem in suis  
comm. lib.6. de bello Gall. & infra dicetur in 59.  
cōsid. vbi præcipue de laude huius ciuitatis Heduæ  
describetur.

Decimosexto, autore Cæs.lib.antiq.lect.12.c.42.  
Galli sagittas helleboro cōsueuerant collinare, q  
ijs in venatibus transfixæ sera multò viderentur  
& efficerentur tenuiores, & delicatiores ad cibū.  
Rescindebant tamē partes qua ambibant vul-  
nus propter hellebore contagium.

Tanta denique, teste Cælio lib. antiq.lect.7. c.  
54. fuit Gallicarum mulierum virtus, vt ipter in-  
festas ciuilis furoris acies, quandoque se immi-  
tere confueuerint, ac lachrymis interdum, quan-  
doq; etiam precibus oblitterata discordia pacem  
procurare.

Vnde & apud veteres Gallos mos diutissime  
seruatus inoleuerat, vt cum de pace belloque cō-  
sultaretur, mulieres adhiberentur. Si qua prater-  
ea, vt fit, inrer socios incidisset controuersia, mu-  
lies sedebant arbitre, quod adhuc de consuetu-  
tidine approbata, (qua pro lege seruatur) apud  
nos obseruatur. Cum in partibus Gallicanis  
sceminae præcellentes, vt Regina, in subdi-  
tos suos ordinariam iurisdictionem habere no-  
scuntur, vt dicit textus in ca. dilecti, de arbitris. in  
antiquitate.

Præterea in secere (quod sanxerunt cū Hanni-  
bale) voluerunt, vt si quis Gallorum se à Cartha-  
gensem aliquo iniuria affecatum quereretur, ei-  
us rei iudex esset Carrhaginē magistrat⁹. Sin Car-  
thaginem quisquam ab ullo Gallorum iniusti  
quippiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re  
iudicium facere hac Cælius, vt refert Textor in  
sua officina in fine, vbi describit diuersos mores  
populorum, & in suis Epithetis, in verbo, Gall. &  
dixi supra in 2.par. in 19.consi. vbi laudantur mu-  
lieres ex sagacitate. in si.

Sed de Gallis vterius prosequamur cum Te-  
xtore nostro, Si virtutes Gallorum inspexeris (ait  
ipse) maximè Regum, & Principum, perpaucos  
reperies omnibus Romanorum Imperatoribus  
non facilè præserendos. Quis Regum nosrorum  
pronus fuit in stupra, & rapinas, vt Iulius? in adul-  
teria, vt Augustus? Ebrieratem, & comediatio-  
nes, vt Tyberius? vim fororibus inferendam, vt  
Caligula? ad crudelitatem, vt Claudius? Si quis  
inquam marrem inrefecisset, vt Nero? Au-  
ariria studuisse, vt Galba? foridæ fuisse gula;  
vt Vitellius? portentosæ libidinis, vt Helioga-  
balus? senatorum interfector, vt Domitianus, vt  
Traia-

## D V O D E C I M A P A R S

Traianus, & Diocletianus? Christianorum hominida, vt Adrianus pedolatres? Aleator, & popino, vt Antoninus verus, vt Commodus Neronis imitator? Parcus, vt Aelius Pertinax? Parricida, & incestuosus, vt Caracalla? Instar Maximini gulosus? Instar Gordiani innioris mulierosus? Ceterorum denique instar omnium probrosis omne genus flagitijs adobratus? Sed nostra Gallia his portentis caruit. Felix Gallia Regibus, inquit Italus Politianus. Et de virtutibus illorum scripsit satis breui stylo Simphorianus Campegius in suo tractatu de trophyis Gallorum in c.e genealogia, & Guaginus amplie in suis Chronicis de gestis Francorum. Et in hoc præ ceteris Principibus & Regibus mundi veniunt laudandi, quod à tempore fidei Christianæ suscepit continuo veri zelatores, & protectores eiusdem extirpant, quod patet ex significacione vocabuli (cui est seruendum, vt insit. de dona. g. est & aliud.) cum Christianissimi nuncupati sint, nullosque errores contra ipsam fidem re ceperunt, souciuntq; sed illos è Regno extirpaverunt, tanquam fortes hereticorum malleatores: Ita quod sola Gallia caruit inonstris, vt in infra proximè amplius dicetur. Inter alia etiam semper floruit Gallia in administra iustitia, vt dixi in plurib. locis, propterea verificatū est dicitū psalmista in Gallis, vbi ait: Dilexisti iustitiam, & odisti iniuriam, propterea vnxit te Deus tuus oleo latitiae præ consoribus tuis. Nec mirum, eum maximè Gallis innata est iustitia, temperantia, cōcordia & urbanitas, vt statim dicam.

Præconizanda est vltius Gallia tam ex Religione antiqua, & cultu Deorum obseruato, prout tunc temporis partebatur, de quib. iam aliquid retulii suprà proximè, quām ex fide Christiana semper sernata, quām nunquam à tempore, quo illam receperint, quod sūt anno domini 478. quo tempore Clodoueus Rex Francorum effectus est Christianus, horatu, & depreciation Clotildis eius vxoris filiæ Regis Burgundia, quæ Christido cumenta sequebatur, cum ante id tempus iam effecti essent Christiani Reges Burgundia, quæ pars est Gallia, dimiserunt, respuerunt, repudiauerunt, nec ab illa recesserunt: sed semper in fide Christiana firmi, & veri permanerunt, Ita, quod Gallia semper monstris caruit, vt dicit Pet. Blefen. in suis Epistolis, & etiam Hieronymus in Vigilantum, & Petrus Venerabilis Abbas Cluniacen. li. 4. Epistolarum. Epist. 11.

Et primò de Religione antiqua, & cultu Deorum videoas Iustinum de Massilia loquentem. Sed etiam ante Christum, Galliam de Christo prophetauerunt factio & opere. Cum sit plurimam notissimum Ecclesiam Carnoten. factam fuisse, & dedicatam in honorem virginis paritura: prout Græci Athenis adficeruerunt templum, quod dedicatum fuit Dœ ignoto. Sed post Christum certum est, quod ex Gallorum Regib. à Clodouei-

tempore (qui primus, vt dictum est, inter eos Christi fidem agnouit) aut infidelem effectum, aut: d: fide male sentientem legimus neminem. Ex Romanis autem Imperatoribus, & postquam veritas viam agnouerunt, complures retrosumpta deferta acierunt, ac de Christo male sentierunt. In primis Constanus Constantini Magni filius.

Adrianus, nonne persecutus est Christianos?

Idem Constantius eius frater similius fratri Arrianus fuit.

Iulianus Apostata perfidus contra fidem, unde Apostata vocatus est, qui post Constantium à Christiana fide recessit, & odio summpere habuit Christianos, quibus officia, & scientiarum studia interdixit.

Valens Imperator in Oriente, tanquam Artianus persecutus, Christi fideles persecutus est. Vnde præcepit, vt monachi sub temporali domino militarent.

Anastasius Imperator, Nonne factus est hereticius?

Iustinus minor, nepos Iustiniani, homo fuit avarus, rapax & impius, & hereticus.

Leo tertius, Imperator Romanus, virunque pessimus fuit, qui beatæ Mariae, atque alias sanctorum Imagines in publico concremarit. feicit.

Constantinus quintus, Persecutor fuit Ecclesiæ, qui multos Catholicos, & monachos occidit impie magicis vacans artibus.

Valerianus, octauam in Christianos post Neronem exercuit persecutionem.

Aurelianus vero, nonam in Christianos mouit persecutionem. Omitto alios, qui alias persecutiones in Christianos exercerunt, vt Scenius, qui quintam in Christianos suscitauit persecutionem, Domitianus secundam, Traianus tertiam, Maximinus sextam, Decius septimam. Nonnocomes isti Imperatores iniqui, pertinaces, infideles, heretici, & de Christo male sentientes fuit: Ita, vt horum tuo iusto Dei iudicio Imperium vix etiam nomine vigeret. Nam illud in Oriente Barbari continuè occupant, & Romani ab armorum vsu bellandiæ confuetudine abalienati: inertes, inertes, pusillanimi que efficiunt, atque ignorantia dediti ad Gallos tanquam strenuos, & bellicos milites, qui semper Romanæ Ecclesiæ promptissimi, & adiutores & protectores fuit, quin nec mortem oppetrere, id necessitate exigente, quandoque dubitarunt.

Ideoque dicit Francis: us Philephus in Epistola ad Carolum vii. Si verum sine cuiusquam inuidia fateri licet, posteaquam impia, & inumanis illa sceleratissima Mahometi sedata inualuit: Nullum est usquam hominum genus, cui plus debet Christiana Religio, quam in uictoria Francorum nobilissimæque virtuti. Cum reliqui enim ferentur, & Reges, & populi Christiani, ignauo quodam

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

301

dam animi torpore tanquam clanguissent : foli Franci inuenti sunt, qui ingenti animo & excellē, oninū Barbarorum, & infidelium imperum non modo fūstinerint, fed represserint, fūgarint, fuderint, opprēserint, vt dictum est suprains. par. in consid. de Rege Francia.

Quamobrem Carolum Magnū Pipini filium Imperatorem Romanum elegerunt. Gallorum Reges fermē omnes, aut in armis fortiter dimicātes, aut apud suos rebus bene gestis Regnoque pacē aquisita feliciter diem clauserunt extremum. At Romanorum Principum nō modica pars aut ingeniose à suis, aut quoquis alio infortunio periret, vt à primo fiat narrandi exordium, Iuli? Cę̄fā virginti tribus plagis acceptis in senatu & Consilio occiditur.

Ostianus? Cæsar Augustus apud Campaniam intoxiciatur.

C. Calligula, postquam triennio, & decē mensibus imperitauit, trucidatur à suis.

Claudius anno Imperij decimoquarto venenatur.

Nero, iuuenis adhuc, & in ætate flore constitutus (qui ardente Roma Troiae alosim decantarat) saepum suo pugione confedit.

Vitellius cum summa ignominia ex ædib⁹ traxit, & stercore confiserius, mucrone gladij memotupposito, ne præ pudore faciem inclinaret, ad scalas Gemonias ductus minutatim excartatur.

Galba senex Imperij mense septimo in urbe ad lacum Curti, trucidatur, & eius caput, ꝑ totiorbi regem dixerat, à Gregorio milite amputatum, ad calones & lixas est proiectum.

Otho 95. Imperij die se ipsum pugione conficitur.

Domitianus, ex optimo patre pessimus filius, Christianorum persecutor saeuissimus, anno Imperij sui 15. necatur à suis: tanto infelior, quanto tuis potentia diuiniorni. Prolongatio enim tam que tyrannidis quid fuit, quam coaceruati diuinazindignationis? iuxta dictum Valerij Maximi Lento erenim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate cōpensat.

Anoninus Commodus, omnibus, vi dicitur, acommodus, duodecimo Imperij anno strangulatur.

Aelius, quod illiberalis esset, & fordidus, impēpimente sexto palam occiditur.

Antoninus Caracalla 7. in Imperij sui anno, diuīnū leuanda vesica gratia descendisset ex equo, à Partibus opprimitur.

Heliogabalus, homo flagitiosissimus, quarto Imperij anno tumultu militum necatur.

Decius, Christianorum inimicus, Imperij anno secundo à Barbaris est occisus, cadavere eius aequaliter reperto.

Valerianus, quicum Galieno regnauit, capiūs à Pacoro, Parthorum Rege, nō occisus statim, sed occæsus, & carthacus, atque ad diuturnam mortem reseruatis. Erat enim ei equum ascendēti se bellum pedum, quod aliter dicitur tuppädneum.

Nonne & Tyberius veneno periit, qui ex manuero Principe in fœuissimam permixtus est bestiam?

Pertinax Imperator in domo sua à militib. occisus fuit.

Iulianus Didianus in Palatio occisus est.

Macrinus post Bassianum à suis occisus fuit.

Alexander Verus, Heliogabali filius, à militib⁹ opera Maximini occisus fuit.

Maximinus apud Aquilegiā cum filio suo à militib⁹ occisus est.

Gordianus tertius interfectus est à suis militibus.

Philippus, & suus filius eiusdem nominis, ambo in tumultu militari fraude Decij interfecti sunt, pater Verona, & filius Rōmā.

Quintilis frater Claudi occisus est.

Florianus occisus est in sidis militum.

Probus de Pannonia occisus est à militib⁹.

Carus Romanus cum exercitu fulminatus est.

Carinus occisus est à Diocletiano, & frater eius. Numerianus occisus est proditione Apri saceri sui.

Diocletianus venenum bibit.

Galerius, postquam multis molestijs afficerat Christianos, diuurno morbo contabuit, & cum vermes ex eius corpore scaterent, cruciatus impatiens manu propria fæle interfecit.

Licinius occisus est à suis.

Maxentius in flauium cum suorum magna parte submersit.

Constans, Constantini Magni filius, occisus est. Julianus Apostata transfixus telo in deserto Parthia ab uno igno milite, occubuit.

Valens, vulneratus sagitta, fugiens in vilē casam, viuus crematus est igne.

Valentianus fecundus strangulatus est apud Vienam, fraude Arbogati comitis sui.

Honorius occisus est Rōmā.

Valentinianus tertius occisus est Rōmā ab vno suorum militum.

Marianus occisus est coniuratione suorum militum apud Constantinopolim.

Constantinus secundus occisus est à suis in Balneo.

Iustinianus fecundus, qui à Leone relegatus fuerat, vbi recuperauit Imperium Leonē plūm, & Tyberium, qui riualerat Imperium, in publico iugulati fecit: sed ipse ab uno militum suorum quem relegauerat vincitur, & occiditur.

Sed quid pergo Tyrannorum cædere cœnsere,

Ggg

cum

## D V O D E C I M A P A R S

cum mea tantum intentionis sit laudes, honores, & glorias recensere: descendamus ergo ad laudes, & triumphos Gallorum Principum, qui non ita perire, ut de Clodouco, & alijs Regibus, usq; ad Carolum Magnum videri potest, qui non minor in bello fuit Cæsare. Hic fuit optimus Princeps Christianorum, qui terram sanctam occupata à Saracenis recuperavit in Oriente, & in Occidente totam Hispaniam liberauit de manibus eorum. Maximus pugil fidei Christianæ, & Ecclesiæ Romanæ prosector. Hic fuit Princeps, qui occasus & sepræterionis sparsa Regna sub Francorum cōgregauit imperio. Carolus is est, cui à rerum gestarum magnitudine Magno cognomē fuit. Qui patria æmularius vestigia Hadriani, & Leonem Romanos Pontifices, illum obsecravit, hunc exultantem in integrum restituit. Hic ille est, qui Lögobardorum Tyrannidem euertit, Hunnorū Imperium excidit, Angliam recepit, Bauariā domuit, Hispaniā subiungavit, Italiā possedit. A Corsica Mauros, Sardinia Poenos, Balearib. Saracenos expulit, exturbauit. Hic ille, qui Bohemos cōfudit, Dauorum impietatē coercuit, Sceliorū ferociā fregit, Saxones Christo audientes reddidit. Hic ille, qui Flumentinorū vrbē ruderib. obrutā instaurauit, denominauitq; Florentiam à litorum florib. Francorū insignib. Hic ille, qui cū tan<sup>o</sup> forer vixq; ab armis (ingruebit. vndiq; hostib.) respiraret. Interea tamen Papia iuris vtriusq; professores: sed & Parisijs maius aliquanto diuinæ humanæ sapientiae gymnasium instituit. Ex quo quām mulri omnibus disciplinis conspicui Christianum orbem, veluti micantia sydera illustrauerint: tam mihi nimimum dictu reor difficile, quā longum, vel summos hominum flores nobilitatis Franciæ delibarc, vel nuda deuiciarum Proviniarum commemorare nomina. Hic ille, cuius felicitatem miratus Oriens, ab India usq; legato sum in munib; amicitiā cū ciuis potentes initit. Hic denique ille est Carolus, quē Augusto parem fuisse, atque adeo maiorem, haud immerito contendimus: nisi quod nec vim patriæ intulit, nec imperium armis inuasit, neq; Consules de se optime meritos extinxit, neq; ciues suos truculenissimi proscriptis, neq; collegas, & cōsanguineos ad mortem compulit. Vixit autem annis 71. & mortuus est, non vt Cæsar per violētiā, sed feliciter apud suos, cuni regnasset super Gallos annis 47. & imperasset post bellorum suorum siue, non tribus annis duxit, & mensibus cōceptum, vt Cæsar, sed annis nouem cum magno omnium suorum plāctu. De vita oria eius, quam fecit pro fide, dixi supra in 5. par. in 23. consid. vbi scripti qualiter de eo fuerat prophetizatum per Ioan. Euang. pro tuio ne Ecclesiæ.

Multi ex Principibus Gallorum post Carolum in Imperio claruerunt, cuiusmodi fucrunt Ludo. primus cognomento Pius Caroli Magni filius,

Lotharius, Ludouicus II. Carolus II. dicitus Calvus, filius Ludouici Pij, & patruus Ludouici II. & frater Lotharij, Carolus Minor seu tertius, nepos Caroli Calvi, Arnulphus, qui ex Carolorum huius progenie, qui Normannos mirabiliter cōdedit, & Romam cepit, Ludouicus III. Arnulphus filius. Isti fucrunt Gallorum Reges, qui non per rannidem, sed per elec̄tionem rūtē celebrat̄ Rōmanum feliciter obtinuerūt Imperium. Et de morte istorum vide Pyrrhum in suo sermone de fortuna in Plutarcho, & Campedium ingeret gloria Francorum Regum, vbi vitam illorum, unum Regum, & annos describit, & ex comp̄ne temporum secundum Chronicas Imperii annis centum & decem Caroli Magni prege posse dicit. & cum M. Sabellio dicere possimmo minus Romana Ecclesiæ, quā reliquæ habentiam mirosum esse, qđ à Francis ad Germanostram sit Imperium.

Quid amplius de Gallis dicendum venit: profecto nihil, nisi quod unus & verus est Regnum à genti in gentem transferens, præter iniusticias, iniurias, & contumelias, ad diuersos dolos, & disponens tempora, peccata quoque punieas. Eccle. 10. c. Quæ enī infirmi sunt mundi, quandoque elegit, ut confundat superbia. Nam postquam rex Asia Ilionq; superbum cecidit. Non ianis p. vniuersum penē orbē profligis, ab eundem tandem exordium Francorum sumpsit Regnum. Quod per Duces aliosq; officiales diutius moderatum in fablioneq; prouectum, paulatim Normādia, Picardia, Aquitania, atque Lugdum ceterisque circumadiacentibus Regionib; ampliatum fuit. Tandem Regem fortissimum totē Galiam, & Cisalpinam, & non in finiam Transalpinę partem occupantē, & eniatas Regiones amari vñque ad mare in ditione sua positas in manu forti, & brachio extento, & prouida ordinatione maturoque semper consilio eadem regem, huic Regno diuinae impartiri dignata est clementia. Huic generi hominum, quod rehque omnes fermè nationes admirarentur, & amore, immore, permixtis non in merito honorarent: Deus vero, qui superstitione sollicita ab ignorantibus celebatur, suæ intelligentia sonum adaptavit: premitusque per hominem recturus homines Gallorum Regem, non medicas virtutes, & scūperior exeras nationes mirabilia operante: ut Ecclesiā suā non habentē rugam, aut maculāb infidelib. qui Heracliti Imperatoris negligenter per orbem inscreuerant: atq; in Christenos invaluerant, defensaret. Et ut inter Gallos fidelium tria esset libertas, in subsidū excitavoluit. Properq; & cū ēt summos Pontificis. Roma pullos in scūplo cū restituerit. Tū quia Francorū gens plus cōstans diuinæ dedita vīsa est Religioni. Hinc Fraci iullo titulo Christianissimi dicti sunt. Dixi amplius, & latissimē surpa in 5. huius libri part. in 24. consid.

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

302

Ad. Vbi amplè dixi de Regibus Francorum. Et cx  
ibidem, & his constat illud verificatum, quod  
Gallia quo ad fidem earum monstros, nee vñquani  
deuinari à fide, prout cetera aliae nationes, vt sunt  
Orientales, Asiani, & Africani, Aphri, & Gra-  
ci, vt amplè scribit Ioua. Ecclis in suo libr. 3. de  
primitu Perri. Vbi ponit, quomodo aliæ omnes  
predicatae nationes fuerunt sub Romano Pontifi-  
ce, & deuauerunt seu recceſſerunt à sede Aposto-  
lica, imò etiam quasi omnes à fide. Sunt tamen  
alii, qui teneant aliquid de fide Christiana: sed  
habent aliquos errores, vt dicam alibi. Imò etiam  
& Alemani, Itali, & Hispani, non caruerunt mō-  
ficiis prout Galli: quia semper fuerunt aliqui Ha-  
retici, qui omnes fuerunt, quasi Bohemi, Alema-  
ni, Itali, aut Hispani, & pauci fuerunt Galli, de  
quibus in c. quidam Haereticus. 2. q. 3. & ibi amplè  
de Turrec. qui ibi omnes illos declarat. Ad-  
huc temporibus nostris insurrexit quidam Ha-  
reticus Lutherus nomine apud Germanos, qui mul-  
tas opiniones haereticas scripsit, quæ nce receptæ  
fuerunt, nec pullularunt in Gallia. & sic verifica-  
t illud, quod Gallia semper caruit monstros. Ita-  
que nulla alia natio Christiana fidei cultu vnu-  
quam habita est religiosior. Roman sanè, qua vt  
scotolanæ Italigloriantur, prophaniſſimam di-  
xerim, si tantum Christiani sanguinis sola penē  
hauit, quātum nec reliquias orbis illa imperan-  
te effudit, vt inquit Longolius in dicta sua oratio-  
ne de laudibus Francorum. O prava interpreta-  
tio. Anquia per tot piorum greges decem illis  
prescriptionibus plusquam ferina rabie deseuit,  
kloputè, Ideo religiosè, Ideo in uiolabilis cogni-  
mentum ineruerit? Sacréne Dioctetianus, quod  
Christianorum exdibus usque contaminauer-  
t. Pictaené insignis Romanus ille populus, q  
fuit in Pontifices penè semper grata: ut ei! Non  
Gallianus qui quis facrofanciam appellauerit, qua  
prolugs Ecclesia. Præfules suo semper Asylo te-  
nuit, venerata est: & à sede sua expulsos ter-  
ram. Sacra nimurum Roma, cui si vel humili-  
tum toguioluim, hoc noīne conferat Chri-  
stane Reip. Necdum Gallia fugillatio effet. Quod  
ideo locus quispiam sacer est, quod multis nobis  
multique beatorum reliquijs scatet, pulchritè vici-  
ans. Nam apud vnam Francorum gētem omnes  
Christi exuicias reperies: Quippe præputium, in-  
confutabilem togam, Spineum diadema, Crucem,  
Clavos, Spongiam, Lanceam euspidem, & cum  
qua sepultus est sindouem.

Addit. Quorum dum in humanis ageret obſe-  
quio maxinè vius est aut Anna, & septemque A-  
postolorum, ac trium Magorum corpore. Neq;  
non Lazari (cuius corpus in hac nostra ciuitate  
Hedu. iacet) Magdalenes (cuius erat corpus ha-  
bitum, & in capsa nobili, & diuini reponitur in mo-  
nasterio Vezclen. huius dieceſis Hedu.) Marti-  
alis, ac trium Mariarum cineres. Ad

hæc preciosum dini Ioannis Baptista caput, & di-  
gitum (quo agnus Dei immaculatus demonstra-  
tus est) Virginum insuper millia vndecim, cum  
deuota fide Thebanorum illa legione. Præterea  
Dionysij, Martini, Cosina, Damiani, Sebastia-  
ni, Antonij, aliorumque electorum Herorum in-  
numerabiliū reliquias, perpetua Romanæ im-  
pictatis monumenta. Insuper Claudij, & Edmon-  
di (quorum corpora, cum carne, & ossibus apud  
nos à peregrinis visitantur frequentissimè. Leode-  
garij Episcopi Heduen. Hilarij, Radegundis Regi-  
nae Francorum, Nicolai, Barbaræ, Benigni, An-  
dochij, Trium gemellorum, Genouefæ, & Ger-  
mani. Non omitto & corpus diui Quintini  
martyris, quod in vrbe à suo nomine dicta seruat-  
tur: licet ante Samarobriva, ab origine Samo-  
nae fluminis dicebatur. Postea vero ab Augusto  
Casare (qui Julio succedit,) & muro auctam, &  
fortissimo munitam Castello, à suo nomine Au-  
gusta appellata est: quod nomen illi ad inuentio-  
nem visque corporis S. Quintini manit.

Et quia est meus, & Basilica seu parochia mea  
patronus, & numen tutelare apud Heduos, ideo  
ad laudem eius quippiam referre arbitratus sum.  
Is enim Quintinus origine Romanus fuit, Zeno-  
nis senatoris filius, baptizatus à Marcellino Petri  
successore. A quo in Galliam cum vndenis con-  
discipulis misus in Ambianorum vrbe Christi  
verbū prolatus confedit: comprehensus tandem  
à Ricciouero praefecto, perductusque Samo-  
brivam, quæ tunc Auguttavocabatur: ibidem  
post multa supplicia sub Diocletiano & Maxi-  
miano Imperatoribus capite truncatus, sancto-  
rum martyrum coetui annumerari dignus habi-  
tus est. Corpus eius cum capre in Samonam flu-  
uum abiitum 50. annis: ibi delituit: donec ma-  
trona qua dam Romanam nomine Eufèbia, moni-  
ta ab angelo in Viromanduos (subleuandi ab a-  
quis eius corporis gratia) peruenit: visum quem  
antea perdiderat iperans serecepturam, quod &  
merito sanctissimi martyris impletum est. Nam  
inuento corpore, & capite, mox visum recepit.  
Corpus, & caput humo abscondit, eo in loco,  
qua ingens Basilica nomini eius dicata hodie vi-  
sunt. Corpus dcinde, & caput post trecentos an-  
nos à diuo Eligio Nouiodunensi Antistite (q sub  
Dagoberto Francorum Rege sanctitate claruit)  
subleuatum è terra aureo in loculo condita sunt:  
Templum quoque Regibus extructum perecle-  
brius, præclarius, & felicius. Exinde haberi cœpit  
diui Quintini nomen, quod nunc seruat, turma-  
tim ob indies facta sanitatum miracula conuola-  
runt & conuolant peregrini, & deuoti viti. Aliorū  
rum vero martyrum, confessi ac virginum corpo-  
ra apud Gallos beatificata, & mirificè venerata  
sub silentio prætereo, cum innumeras sint, & fortè  
tardiosum forent.

Et quod Galli pientissimi religiosissimi que ab  
Ggg 2 anti-

## D V O D E C I M A P A R S

antiquo fuerint, attestatur exemplum memorabile, & vetusissimum, quod descripsit Valerius, ritulo de seruata Religione. Licet summo labore nixus sit offuscare veritate in rei, ac nebulam, & te nebras obijcere, vt igit illa Italorum nostra gentis gloria semper inuidia: sed conuicti verum (quod celari non potest) sicut autem oportet. Namque Gallis nostris Capitolium ob sidentibus urbe iam capta, ne statutum Fabiae gentis sacrificium interrumperetur, G. Fabi⁹ dorso Gabino ritu cinetus, manibus humerisque sacra gerens, cum de Capitolo descendisset per medias Gallorū acies egressus in Quirinalē collem peruenit, ibi⁹; omnibus solē niter peractis, in Capitolum post diuinam venerationem ad suos sine offensa rediit, & hoc Gallis religione motis, cuius nequaquam negligens gens est, vt testatur Liuius, & Cæsar in suis comm. lib. 6. de bello Gallico. ita enim ait: Natio est omnium Gallorum admodum dedita religioni, &c.

Laudanda est etiam ac plurimi facienda Gallia, èd, quia nulla est alia terrarum pars, qua sit urbibus frequenter, atque sacratissimis ædibus sanctior. Et licet ambitionis titulis Itali ciuitates, & cætera quoque eorum oppida insignierint: Certè Vencio auro non inuidet Lutetia seu Parisia nævris opulentia, quam Architenius Chrysostom metallis dixit. Aedium apparatus, ac turritorum mœnium pulchritudine Mettis amulam reddat Florentiam, de magnitudine cum Mediolano contendat Gandavum, Neapolis elegatiā equabit vel Rothomagus, vel Auenio, vel Lugdunum, vel Colonna, vel Turo, vel Diuio. Sanctonum seu Aurelianorum scracitati ceder Bononia, Heduorum vetustati Rauenna.

Insignienda est quoque Gallia, èd, quod si de riguis amium fluxibus, & piscois lacuum uberratisbus item Gallia mouerint, num Trasimenum Lemano æquabimus? Verbanum Larerna? Larium Constantiensis lacu? Benacum Ruscinouensi? Sabiniū Tholosan? Eupilim Massiliensi? Fucinum Burdegalo? Nam quod ad fluuium mearus pertinet, vicimus. Haud dubie Carantonum Ticinum, Mota Vultunum, Dordona, Arnum, Athesim, Druentia Truentum, Isara, Lyrim, Mosella Tiberi concurret. Rhenus Pado. Sed quem Rhodano conferent? quem Garunnae opponent? quem Ligeri committent? & quod turmarim recensu se conueniat, quos Scaldi, Lici, Sequana, Matrona, Ararim, seu Sagona, Sabi, Dordonæ, com parabunt? cum nullus ex ijs non qualibet magna ruri nauium capax, multis passuum millibus uarietur. Cæteri Italiae fluuij, imò torrentes, trabibus verius quam ratibus meæbiles, nisi qua mare influuntur nauigia patientur.

Hæc denique illa est Regio, quæ in orbis principatu nobiles, religiososq; Francos extulit: quæ frē

quenti gentium incolatu duros educat Britones, vadros Normannos, industrios Flandros, mites Lotharingos, faciles Andegauos, bellicosos Va-scones, animosos Burgundos, & ferocios Piardos alacres, frugi Sanrones, Aurelianos, atque Pictos, Narbonenses fideles, fortes Aruernos, Han-nios pertinaces, magnanimos Senones, veritos Cenomanos, deuique militares Bituriges, Caducos, Petragoricos, & merito omnes, quicis Rhe-num habitant Thentogallos.

Et si de sanctitate, & excellentia sacratissimorum ædium contendere voluerimus, non nete-riemus, quod capita or dinum B. Benedicti tam ciuidem ordine, quam Cluniacen, quam ciuium Cisterciensium sunt in Burgun. Regia. Etiā in Gallia est caput ordinis Chartusiensium, & ordinis Pramon-stratensis.

Si Roma se sanctam nominare voluerit, quid facient Luteria, Pietatis, Aurelianum, & infinitæ alia ciuitates Gallæ, quia excellentiores incredibili ac indicibili prope, tum impensa, tumque artis elegantiæ constructæ habent Ecclesiæ cathedrales, quam Italia, quam Hispania, quam Germania, aut qua cunque alia nationes. Quam est in Italia, quæ nostræ dominæ Parisiæ aquari possit? quæ Ecclesia Bituricensi, Carnorenens. Cluniacen. & infinitis alijs, quas fastidiosum esse enumerare.

Ex tollenda & laudanda est etiam Gallia ultra alias nationes ex lirerarum traditione. Quoniam licet à multis inuidis, & detractoribus, atrum ignari ac disciplinarum iudicari sunt Galli: Ceterum extramen apud ipsos antiquos, quam apud Latinos, & Græcos literas floruisse. Nam, vi Be-rosus lib. 5. antiquitatum scribit, anno quarto Ni-ni literis, & legibus, Celtas formauit Samens, Discognomento, & Celtriberos Thubal. Aquibus demum mille post annis Græcis à Cadmo, (vt docet Ioan. Annus) suas accepert. Natus primus aduexit rudes quidem paulo ante excidium Trojanum Cadmus quintus eis à Galathis traxerat. Quas Galathæ, & Meones prius à Gallis suscepserant. Neque ergo, inquit idem Annus, Galli à Græcis, sed potius à Gallis Asia, & Græcia, cum colonijs etiam literas, & disciplinas conse- cutæ sunt. Aliquot deinde annis post repertum litterarum ylum regnauit apud Celtes Sarpon, (quod fuit apud Heduos, cum Celtrarum Hedui principatum tunc obtinerent, vt infra dicetur in consid. vbi excellentiæ aliquarum ciuitatum de-scribentur.) Qui, vthominum tuu recentiu se- rociac contineret, publica primus in institutus gym-nasia. A quo Celtrarum Theologos, & Philosophos vocauerunt Saronidas, & in maximo, & pre-cipuo quondam honor habitos. Quin etiam illa Dea dicendi præses Pithe nomine, quam alii Sua-dam, Siuadelâ, Leporë, Flexanimam, Græci Psycha-gogon, quasi dustricem anima, & oblectatricem vo-

tant, maximi loco numinis olim apud Gallos habita est, ut optimè ex Luciano docet noster Bud. in lib. de Asse, & part. eius. lib. 4. & per Text. in sua officia in vlt. c. Addo quod & scribit Iul. Caesar in li. & suorum commen. de bello Gal. Vbi de disciplinis Gallorum loquitur. Ita enim de eis, quod ipsi in rebus publicis priuatisq; rationibus Græcis literari sunt.

Et si quis arguat, cur ergo præfca illa Gallica genitio facinora ad posteros clarius, & notius multo non fluerunt, cum tunc apud eosdem literas dicitur floruisse. Respondet idem Textor in suis Epiteticis in ver. Galli. Vel nulla omnino tanquam posterioris negligenter monumenta reliquise, sed qui reliquerunt, iniuria temporum euanusse. Budeus vero in prædicto loco dicit Gallos, & Hispan. præfca Hist. fuisse ignotis. Et causa ignorantis, quod illi secum ipsi viuenter, commercia diutina gentium auerstante.

Longilium verò, in sua oratione de qua suprà laudando Galliam ex literarum eruditione, dicit eam eruditonis splendore Italia præferendam. Quippe Itali de vnius Eloquentiae laudibus nobis contouerter, sed faciunt. Sed quæ tanta est oratoris inueniendo subtilitas, in distribuendo diligentia, in eloquendo copia, in dicendo cum memoriâ pronunciatio, vt Physic. rerum indagationi, vt morum vita que rationibus, vt differendi subtilitate, Arithmeticas suppurationibus. Musicae cōcentui, dimensionibus geometricis, sideralâ dimensioni, Medicâ utilitatî, atque sacratissimâ. Theologia mysterijs collidi possit? Quibus disciplinis quantopere, vel sola Parisiorum Academia reliquum orbem vicerit (vt Rom. Pontificum Architectorisq; haud minus cerebra, quam illustria Elogia transcam) assiduis testis edocet Mantuanus altera ita, alioquin Franco nomini infectus: apud quem Paulus, Aretopagitam Dionysium, Galliam Apostolum, ita compellat Caroli præcinctens zagnitudini:

*Neude sit Galli vellum decus illa per orbem  
Clara, per Aethiopem nigros, audita per Indo.  
Illa tua quibus in Celum tolluntur Athene.  
Tos Sophia, facunda bonis, et lucida claris.  
Scriptorum ingenij: quæ tanquam sydera lumen,  
Æternâ splendore referunt g.ymna/mata primas  
Transferet ad Gallos.*

Mox suhdit:

*Etsua de gratis migrans Academia campis,  
In ad occafum, vacuasq; relinquet Athenas.  
Ex his patet Arthenas in Francia concessisse, &  
tale super Francos Baptista Mantuani fuisse iudicium, quale Apollonij Mollonis de Cicrone. Et tamen, an Romanî literarum gloria Athenien-  
cesserint, in dubium qui reuocat, is dubio procul de omnibus dubitat. Ergo, & studiorum laudem  
Rom. abstulimus, & doctrinâ harum decus, vt Athene  
hæredes nobis merito vindicamus. Hinc illa*

per vniuersam Galliam resperfa literarum Gym-  
nasia, cum summorum Antistitum, Regum, Im-  
peratorumq; liberalitate opulentissima: tū om-  
nium liberalium disciplinarum professi, necnon  
studiosæ iuuentutis multitudine nobilissi. Nam  
præter Parisien. scholam, & suas habet Diatribas,  
Colonia, Louaniam, Mogistia, Treueris, Basilęa.  
Iam celebrantur Pictauium, Aurelia, Tholosa, A-  
uenio, Burdegalia, Nancrum, Caturcum. Ad hæc  
Biturix, Andeganum, Valentia, Cadoniū, Mons-  
peffulanus, Dola, Hyssidorus, & Bilionius. Quotus  
quisque est in tam numero præfcorum Ro-  
man. turba, qui præter lingua lenocinium, super-  
stitionis verborum festinatatem, calamistratæ orationis cincinnos, aliquid ex natura sacrarijs dc-  
promptum, aut ex coeli Regia hue translatum  
commodè sapienter, aptè, tractauerit? Francia  
autem, quam omnis sermonis eliminato fuco,  
quam omni relegato exotico ornata sint in dis-  
quiringendo prudentes, in explorando circumspecti,  
graues in considerando, in differendo vcrsuti, re-  
ligiosi in decernendo, ingenuè omnes Europei fa-  
tentur. In Galliam commicando sanctioris doctrina  
gratia: vt quandam in Aegyptum Græcijsq;  
Romani Athenas, & Massiliam. Cæterum, quia  
Eloquentiam veluti filiolam ex osculantur suam,  
non dixerim, quod ex ipsis quidā haud aliud Oratoris esse quād mentiri, deciper, circumscribere, præstigiari. Fallax verborum modulamen non  
nisi circumagendam imperitæ plebeculæ multi-  
tudinem pollere, sapientem à proposito lingue  
rectorio auerti, niquam Francos patrij sermonis  
suos habere oratores. Et inter eos vnum Oœtaui-  
num à S. Gelasio, quo Romanos omnes Poëtas  
Rhetoresq; serè prouocamus. Sed illud dicā Lu.  
Plotium Lugdunensem, Romanos primum do-  
cuisse Rhetoricem. Tullius certè latinitate facundia  
antistes sese ab eo prima Romani eloquij rudimē-  
ta didicisse fateretur. Quid Satyricus Aquinas non  
peculiaris apposito Gallos ornando putauit?

*Gallia caufidicos docuit facunda Britannos.*

Et iterum:

*Gallia, vel potius nutricula caufidorum.*

Quid Lucianus ille Samosatenus in nullam a-  
lioqui gentem non debacchari solitus, non lepi-  
do apologe ex Herculis statua Gallicam eloquentiam  
insinuauit? Audiamus D. Hieronymum in  
Vigilantium. Sola, inquit, Gallia monstra non  
habuit: sed viris semper fortibus, & eloquentissi-  
mis abundauit. Quid Crinam seu Chritiam?  
Quid Charundam Massilienses, commemorem?  
Quorum ille ob syderalem Mathematumque  
peritiam Romani populi facta Nerone Princi-  
pe rexir. Hic damnatis Chrysippi, Erasistrati,  
Herophili, Asclepiadis, præfcorumq; medicorum  
placitis, omnibus tam Græcis quam Latinis recla-  
mantibus medendi artem immutauit: adeo vel  
eruditione, vel eloquacia vterq; præstitit. Quis Py-  
thagoras nobis merito vindicamus. Hinc illa

## D V O D E C I M A P A R S

thia Cosmographiā representauit aperius? Quis Luc. Floro, Historiam compendiosius elegantiusque texuit? Quis Hilario diuina tractauit diuinus? Quis Irenæo Lugdunensi hæreses proscidi acerbius? Quis Victorino Aquitano paschalis diei cursum numerosius stabiluit? Quis animæ Essentiam Claudiano subtilius aperuit? Quis Faustino diuinam gratiam cum libero arbitrio copulauit sanctius? Quis omnes dicendi Veneres Remig' excoluit blandius? Vincenrī nitidum apertumq; in dicendo eloquim, eo certè magis suscipiendum existimo, quo modestius se sua gloria peregrini inscriptione defraudare conarus es. Saluani quam sublimis fuerit doctrina, cognomen eius declarat, qui vñus à condito suo Episcoporum magister dictus est. Quid Patetum? Quid Gennadium? Quid Muséum referat? Quid Euridemum, Statum, Surculum, Seuerum, Sulpitium, Rheticum? Quid duos Contentios, patrem, & filium? Quid Herditum? Quid Clodium quirinalem? Quid Eucherium, aliosq; innumeros diuinarium humarumq; rerum peritissimos: In quib; eloquendi artificium, & eruditiois altitudo de principiū certasse videri possunt?

Habuit etiam Gallia, & alios quam plures multaria eruditiois viros cōsumatos, inter quos merito primariū sibi vēdicat locum Robertus, regio honore dignissimus. Multa quippe Responsoria in Ecclesia composuit: vt sunt, Sancti spiritus adsit nobis gratia, siue, Veni sancte spiritus, & emite, &c. Responsiorum de nativitate domini, scilicet, Iudea, & Ierusalem. Item illud Alleluia, Eripe me de inimicis. Item, illud de sanctorum martyrum triumpho. O constantia martyrum. Item, illud de S. Petro. Cornelius centurio, &c. Quid Romanum Pontifice missam celebrante S. Petru in altari offertorij tempore cum magna deuotione obtulit. Scripterunt, & Victorinus Episcopus Pietau. Aufonius Gallus Episcopus Burdegallen. Victorinus Massiliensis. Rhetor. Sabbasius Episcopus Prouincie Gallicanæ. Musæus & Saluianus presbyteri Ecclesie Massiliensis. Claudius Episcopus Vicensen. Sydonius Episcopus Arurernorum. Gennadius Massiliensis. Ecclesiæ presbyteri. Gregorius Episcopus Turonen. Audouenus Archiepiscopus Rothomagensis. Stephanus Episcopus Hedu. Ruggardus Episcopus Metensis. Petrus Bertrandus Episcopus Hedu. Freculphus Episcopus Lexouien. Theodolphus Episcopus Aurelianen. Hylquinus Abbas monasterij S. Diouysij apud Parisios. Anségius Abbas Lobiensis postea Archiepiscopus Scnonen. Turpinus Archiepiscopus Rhebensis. Christianus qui & Druchmanus monachus Aquitanicus. Mño Monachus. Hugbaldus Monachus. Otto primus Abbas Cluniacen. Bernardus Monachus Cluniacensis. Hildebertus Episcopus Cenomanensis. Remigius Altifiodorensis Episcopus. Siegerbertus Monachus Gemblacen.

Gilbertus Porreta Episcopus Pietauen. Otto Episcopus Cameracen. Richardus Monachus S. Victoris Parisen. Petr. Blethen. Mauritius Episcopus Parisen. Petr. Abbas Cluniacen. Petr. Cantor Parisen. Huberius ordinis Prædicatorum. Vincentius natione Burgundus Theologus eximus, & Historicus præcipus. Galterus Episcopus Pietauen. Bernat. Burgundus Abbas Clarcuallen. ordinis Cisterciens. Philip. Cancellarius Parisen. Symonde Tornaco. Petrus ordinis prædic. Guil. Episcopus Parisen. Henricus de Ganda. Io. Parisen. ordinis prædiciorum. Nicol. ordi. fratrui B. Mariae de monte Carmeli. Guil. Peraldi. Io. de Alcario Carmelita. Bernardi de Parentinis Tholosanus ord. prædicat. Io. de Regno Carmelita. Petrus de Palude ordinis fratrui prædic. Petrus de Casa Lemouic. Carmelita. Prior generalissimus ordinis, deinde Patriarcha Hierotolymitanus. Pet. Raymundi Carmelita. Robertus Carmelita. Petrus Rogerij. Petrus Berthorij Pietauen. Io. Goleni Normannus. Isuadus qui martyrologiam composuit. Alquinus Caroli Magni præceptor, summus Theologus, & Philosophus. Florinus A. studiorum. seu Heduen. Ecclesiæ Presbyter. Pet. de Tarentasia Burgundus. Pet. de Bellapertica citiæ Burgundus. Io. Fabri Aquitanicus. Iaco. de Raigneis Lothingius. Io. de Blauatco Burgundus. Luc. de Pen. Iodocus Lauerinus Flamingus doctor Tholosanus. Iacobus Dorbellus doctor theologus in gymnasio Pietaueni. Guil. de monte Lauduno etiam doctor Pietauen. Nicolaus Rirzcius Tholosanus Carmelita. Philippus Ferrarien. Tholosanus. Iohannes cognomento Grossus Tholosanus. Blasius Andenarius Carmelita. Io. Abbas monasterij S. Bauonis Ganda in Flandria. Io. Capreolus Tholosanus Carmelita. Petrus de Alizo episcopus Cameracen. Io. Gerson. Cancellarius Parisen. Io. Noblet Carmelita. Pet. Dorbelli. Io. Forreth Normannus. Henricus cognomento Prudens Flandren. Lauren. Burellus Diuionen. Carmelita ex Hedu ortus. Robertus Guaguinus. Arnoldus Bostius.

Hi supera nominati Galli, scripterunt in Theologia, Philosophia, Historia, & Rectorica multum splendidè, & amplè, per opera eorum cōstare potest, prout Campegius Lugdunen. in suo trādu de Gallia viris illustrib; declarat. Et ibi etiam ponit multos exillis, & alios qui scripterunt in Poësi, & in vitro; iure ciuili, & canonico, quis subtili genio prædicti fuerunt: vt sunt prædicti Petrus de Bellapertica. Iohannes Fabri Cancellarius Franciæ. Gulielmus de Cugnyo, & Iacobus de Rauenna. Ita, quod ab Italis nomen subtilium ultramontanorum acquisiuerū. Gulielmus Durandi dictus Speculator. Guido Papa. Iohannes Austerrij. Ille ricus Bohic Brito. Cosmas Guymier. Nicola Boerius Præsidens. Burdegallen. Iohannes Sanxon Turonensis. Pyrrhus Igneus, & Stella, doctores Au relianen.

*Quicquid mendacij Grecia voce refert.*

Extollenda est etiam Gallia ex rebus bellicis, in quibus superauit omnes alias nationes mundi, si bene vidcantur opera eius bellica, quod clare apparet, maximè ex historicis extraneis. Nam Galli quinque ante aduentum Hannibal's Alpestrae cicerunt: & ut dicit Textor in suis Epitheti. in verb. Galli. Ipsi Galli habent incredibilis virtutum titulos, qui si Romanis contigissent, Di' boni, quantum laudum suarum pelagus effudissent: quantas verborum ampullas, quor inanes flauiscent glorias, cum etiam Camillo vnico, duobus Decijs, paucis Fabijs, Scipionibus, Curijs, Coclite, Attilio, & Curtio ita effterantur, ut Deos magis quam mortales se prædicent. Quanti ergo Galli fulminantes per Italiam, duce Breno, Senonas extimare possumus? quorum fulgurantem impetum non prius retuderunt, quam (vt in suo sterquilino canes plurimum valent) Romam omnia populabundi intrauerint, de quo meiminiat Laziardus in Epitomatis Historia vniuersitatis, ca. 57. Quid concinnemus opprestam à Gothis Italiā Merouei Gallorum Regis (cum iam res Italorum proxima ruine, & ad triarios, hoc est, in dubio videretur redacta) subsidio suis liberatam. & idem subdit: Quo tempore rerum omnium summa, & potestas Roma legibus paruit, nullam unquam scriptorum memoria gentem cōstat vixisse, Romano populo magis formidolosam. Nihil Carthaginem furores, nihil orientalium motus, obstabant, quominus in vtramvis aurem dormirent ocois: nihil deniq; a stimabatur omnium gentium vires, habita gallica virtutis ratione, & comparatione. Sciebant enim terribilem esse populum, uidum belli, & utriusque paratum fortunę. Cum nulla unquam gente Romanus ipse populus intra extrāmē Italiam maiore hominum strage, maioribusq; Ducum, & exercitum periculis debellauit. Nam, licet ex eorum exercitu centum hominum milia quandoque desiderata sunt: nihilominus tamen animosi pugnam aerius instaurabant, pudorem vlcicebantur, ad vnum interficiant interficerere volentes. Quo apparet, indomitabillo ingenia scire tantum vincere, vel n. oti. Certarunt Romani cum finitimis de Principatu. Cum Carthaginensisibus de Imperio: cum Gallis autem pro viroribus, pro liberis, pro vita semper, cum ceteris nationibus non nisi pro gloria. Hoc eorum praconium fortasse videretur fictum, nisi Strab. lib. 4. etiā nobis testis fidelissimus, Vniuersa inquit natio (quam haec etas Gallicā, vel Gallatīcam nominat) Martis studio, & animorū ardorim petu, conferenda pugna alacritate impigra, semperq; spē etates in boream, aut Oceanoptopioq; eonserendis pugnis fuit audaciores. Florus item de Senonibus sic ait: Galli Senones, Gens natura feroci, morib. incōdita: Ad hęc, ipsa corporū mole, perinde ac armis ingētib. adeo omni generi torribilis.

...fanenses. Joan. de Monthelon concius, & cōtemporaneus noster, nunc presbyter S. Victoris Parisiensis. Vincentius Cygaul. Joan. Raynaudi. Io. Baudellus doctor Aurelianensis. Io. de Garon. Guttilichmus Rouillus Alenconensis. Io. le Cirier Parisiensis. Petrus de Brazio. Io. Montaigne, & plures alii, qui in iure scripserunt, & multum copiosi, & eleganter.

Plures etiam in Historia scripserunt, vt iam dicendum est, vt Hilarius Episcopus Piastren. Gregor. Turonen. Annonius monachus. Emardus Cancellerius Caroli magni. Otto primus Abbas Clunian. Sigebertus monachus. Richardus monachus. Guilielmus monachus S. Dionysij apud Ratisbon. Vincētius, de quo supra. Guaguin. & plures alii.

Longolius verò, prosequens laudem Gallorum prædicta oratione, enumerat inultos exprænomenatis tuis Poëtas, & plures alios qui ex gente nostra orti sunt. Sed inter modernos, excellenter etiam puerum Germanus Brixius, in quo inuenies & demiraberis facilitatem, In Varranno simpliciter, In Burrofanctitatem, In Iacobao elegantiam, In Delpho candorem, In Pio ingenium, In Conradovarietatem, In Briando acumen, In Caffelioreruditatem. Dicit Budæus diligenter, Briandus exultiter, narrabit aperte Seifellus, eloquentia granulari Tiffardus, apote Badius, Guaginus luculentus. Pinus scitè, duo Fernandi splendide, Erasmus copiose, acutè, nitidè, Faber Stapulenius Philosphie. Cuius incude expolita, iam purè loquidicit Philosophia. Clyethouei casto scr̄mone Theologia melle dulcins concionabitur. Literatura Bouilli Matheſi rubiginem detersit. Cepo dice medici, & cum eloquentia morbos erubunt: prætente Campegio, omnes philosophia partes tentabunt. Quid de Texto Niueren. qui tot singularia laboriosè in sua officina invenit & coniecit? Quid de Petro Tulero Heduo, qui iter Ptolemaeum in Cosmographiam, alter Alcabius in Astrologiam, alter Cicero in arte dicendi, alter Bias in Philosphia, alter Liuius in Historia dicit? Et vnum dicere non pudebit, q; nec maiorem, immo nec parē recipit Gallia, nec similis inveniri potest. Nō tamē singulis has solas inesse virtutes existimo, sed his insigniores: cum, nemo excepto, & versa oratione non pollet. Nemo enim, qui sit aut medicina, aut philosphia, aut turris, aut thologiae consultus, omnes serè arueſtantes. Plerique hebraicē periti, & Chaldaicē, & omnes forē græcani lingua tanquam maternam habentes. Ex quibus satis notum est, vnam Gallorum gentem plures in quoconque generationibus, vel tulisse, vel exulisse, quam reliqua terra. Ex quibus verificari potest dictum Iohij Celsidicentis, Galliam disciplinarum parētem, hinc deo:

Gallia doctrinæ genitrix, tu prima probasti

## D V O D E C I M A P A R S

bilis fuit: Ut planè nataad hominum interitum, & vrbium stragem videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cum media vastassent, positis inter Alpes, & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur. Romanum quin etiam aggressi, vniuersum populum in Capitolium se, iuaq; omnia recipere compulerunt. Et vt paucis multa dicētur, quaqua versum transirent, non fulminantes, sed fulmina plane videbātur, dolebantque ignaram crux vistorian sibi concedi, & sine ruina transitum patere. Et quod maximus terroris in dictum est, pacem vnicuique empturienti proponebant venalem. Neq; potentem adegentem reperies, quæ non habito Gallorum præsidio, & sauro securam se ereditis. Merito propterea T. Liuius aquidas armorum Gallicas gentes semper fuisse scibit. Idem quoq; habere (inquit) accolas Gallos inter ferrum & armam natos, feroces cum suopte ingenio, tum aduersus Romanum populum, quem captum à se, auroque redemptum, non vana iactantes memorant. Fuerunt etiam Galli tanta hominum frequentia, & multitudine: vt trecenta, & amplius armatorum millia gens vna Belgica olim ad bellum mittebat. Eorū virtus aptius cognosci non potest, quām lectione Trogi apud Iustinum, lib. 24. scribentis: Galli abundantia multitudine (cum eos non caperent terra, quæ generant) trecenta millia hominum, ad sedes nouas quærendas velut peregrinarum miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ & vrbem Romanam captam incendit, & portio Illyricos sinus dulcibus aubibus (nam augurandi studio Galli præter ceteros clarent) per strages Barbarorum penetravit & in Pannonia consedit. Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima posse Herculem (cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit) Alpium innita iuga, & frigore intra stabilia loca trancendit, ibi domitis Pannonis per multos annos cum finitimus varia bella gessere. Hortante deinde successu, diuisis agminibus, alij Græciam, alij Macedoniam omnia ferro proterentes petiuerunt: tantusq; terror Gallici non minis erat, vt etiam Reges non lacefissi, vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Item li. 25. ait: Ea tempestate Gallorum inuenitus tanta fecunditatis fuit, vt Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Deniq; neque Reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu vila bella gesserunt, neque pulli Regno ad alios, quam ad Gallos consugerunt. Tantus terror gallici in nominis, siue armorum inuicta felicitas erat: vt Regnum nullus suam maiestate tutam, neq; amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitraretur. Itaq; in auxilium à Bythinie Rege inuocati Regnum cū coparta victoria diuiserunt: eamq; Regionem Gallogræciā cognominauerunt. Nec modo Gallorum (quos & Celtas Græci dixerunt) innumeratas recensabo vistorias: Ut in septētrionem profecti, Celtoſcytis nomen imposuerūt, vt Hispania longe lateq; domita Celtiberos, & Gallicos suavidoſes reliquerunt. Omittam quomodo a fertilissima Italia Regione (quam Latini propterea Cifalpinam Galliam vocarunt) exactis Tyrrenus Mediolanum, Lauðani, Comuni, Brixiam, Veteranum, Bergomum, Vincentiam, Tridentum, Papiam, condiderunt: & decimam Italix regionem ab incolatu suo Venetiam appellauerint. Non dicam quæ virtute Senam, suis Etruscis, deinceps Vimbris, Senogalliam, profligatis Lucaniis Gallopolim extruxerint. Qui Romanos ad Alliam suum strauerint, Romanam ceperint, captam dupuerint, direptam incenderint. Qui perpetuo successu Tribalos, Getas, Pæones subegerunt: Græciam impleuerunt: vt iam dixi, Macedoniam occuparunt, sedes in capite Asia posuerint: quam à se Gallatiam nuncapauere. Mitto habuisse Romanos (etiam cum iam sibi videnter rerum domini) ad Gallicos tumultus aurum sanctius reposuit. Pontifices eorum (qui in reliquum militare vacatione honestabantur) Gallicis bellis ab artis ad arma progredi solitos. Hic referam, quod Iulus Rex Macedoniae Ptolemaeus ad natum Gallorum intrepidus audiuit: isq; cum paucis, & incompositis, quasi bella non difficilius quām parrarent patricidiorum furijs agitatus occurrit: Dardanorumq; legationem viginti millia armatorum in auxilium offerentem spreuit, addita super conuenientia, actum de Macedonia dicens, si cum totum Orientem soli domuerint, nunc in vindictam finium Dardanis egeant, milites se habentes eorum, qui sub Alex. Rege stipendia toto orbiterum victores fecerint. Quæ, vbi Dardano Regnū nunciata sunt, iurely illud Macedoniae Regnum breui immutari iuuenis temeritate casum dixit. Igitur Galli duce Beldio ad tentandos Macedonum animos, legatos ad P. o'caeuin mituit, offerentes pacem si enire velit. Sed Ptolemaeus inter hos bellum metu pacem Gallospetere gloriatus est. Nec minus ferociter se legatis, quam inter amicos iactauit, alteris se pacem dariurum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint. Non enim fidem se nisi in etibus habiturum. Renunciata legatione, rite Galli, vndique acclamantes breui certarunt, siibit etiā consulentes pacem obtulerint. Inter etibus pralium constitutur. Viaci Macedones eduntur, Ptolemaeus multis vulneribus facies cutitur, caput eius amputatur, & lancea suum tota acri ad terrorem hostium circumseruit. Paucos ex Macedonibus sua sequuntur, caro aut capiti aut occisi. Hæc cum nunciata per omnem Macedoniæ essent, portæ vi biuin clauduntur, biuaria replentur, nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant, nūc excidia vrbium metebant. Nunc Alexandri Philippiq; Regum suorum nomina fecuti, p.

cuti, numina in auxilium vocabat: sub illis se non erat, verum etiam orbis viatores exitis, ut ruerentur patriam suam, quam gloria terreni gestarum caelo proximam reddidissent. ut opem afflatis ferrent, quos furor, & teneritas Ptolemai Regis perdidit, orabant, desperantibus omnibus, non votis agendum: Softhones, vnu de Macedonum principibus, contra facta iumentute, & Gallos exultantes victoria compescuit, & Macedoniam ab hostili depopulatione defensit. Ob qua virtutis beneficia, multis nobilibus Regnum Macedonię affectant, ignobilis ipse praeponitur. Et cum rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in Regis, sed in Duciis nomen iurare milites coegerat. Intercea Brenus, quo Duce portio Gallorum in Græciam se effuderat, multa suorum, qui Belgio Duce Macedones virerant, indignarus parta victoria ram optimam praedam, & orieis spolijs sonustam, tam facile reliquitam est, se adunatis centum quinquaginta millibus pedestrum, & quindecim milib. equitum in Macedoniam irrumperit. Cum agros villasque popularentur, occurrit ei eū instructo excreitu Macedonum Softhones. Sed trepidi à valentibus facile vincuntur, itaq., cum vieti se Macedones intra muros urbani condidissent, viator Brenus nemine prohibenterius Macedonia agros depradarunt. Audi & eundem Trogum apud Iulium lib. 20. Epitoma, ita loquenti: Dionysius gerentem bellum, legati Gallorum qui ante ineniles Romam intendant, societatem amicitionis, perentes adeunt, gentemque tuam inter hostes eius positam esse, magno, vbi ei futurū vel in acie bellanti, vel de tergointentis praelium hostis, affirmant: grata legatio Dionysio suit, ita peracta societate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum velure in regro instaurat. Sed quid in tanta secula Galli valuerint, qui & Romanos varia ex numero Victoria satigant? Nam, vt Antias historicus anno ab urbe condita. 42. Caius Manlius, & Quintus Cepio proconsul aduersus Cimbros, & Teutones, Tigurinos, & Ambronas Gallorum gentes, quae tunc, vt Imperium Romanum extinguerent conspirauerant misericordias sibi Rhodano flumine medio diuident, ibi dum inter se grauiissima inuidia, & contentionis disceptat, cum magno periculo Romanorum omnis Italici vieti sunt. Siquidem in ea pupa Marcus Aemilius consularis captus a quo interfactus est. Duo filii Cœsulis cœli, 80. M. Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, septuaginta milia calonum atque lixarum interfecit. Ita, & tamen penitus exercitu, io. tantummodo homines, qui miserum nunciū ad angendas miserias reportarunt, superfluisse reteruntur. Galli binis causis atque ingenti præda potiti, noua quadam execratione cuncta que cuperant, pessimamente, vellis discessit, & projecta est, aurum argenteumque in fluenti abieciunt est, loricas virorum concitas, phaleræ quoque equorum dispergitæ, equi ipsi fugitibus

immergi, homines laqueis collo inditis ex arborebus suspensi sunt. Ita vt nihil prædæ viator, nihil misericordie viator agnosceret. Maximus tunc Roma nō solum luctus: verum etiam metus fuit. Hac Antias, recitatus à Campedio in suo tracta. i. de tropheis Gallorum, Et ultra inquit, quod circa annum ab urbe condita 483. Galli Cisalpini noui exitere Romanorum hostes. Adversum quos variis sorte bellatum est. Nam in primo confidit u. Valerio consule 3500. cecidere Romanorum. Et vt Fabius historicus attestatur, anno ab urbe condita 645. Lucio Aemilio Catulo, Gaio Artilio Regulo Consulibus, magna formidine confernata fenuit, defectione Cisalpinae Gallia. Cum etiam ex veteriore Gallia ingens aduentare exercitus numeraretur, maximè Gessatorum, quod nomen nō gentis, sed mercenariorum Gallorum, est. Itaque permoti Consules, rotis Italie ad præsidium imperij cōtraxere vircs. Quo facto, in utriusque consulis exercitu 800. mil. armatorum suis referuntur. Ex quib. Romanorum & Campanorum fuerunt peditum 368000. equitum vero 26600. catra multitudo fuit. commissio prælio apud Aretium, Attilius consul occidit est. 8000. Romanorum, nec saltem tanta quanta eos terrere debuit casu sui parte fugerunt. Nam tria millia corum tunc interfecta historici tradunt, quod ideo ignominiosius turpiusq; etiam tam paucis annis rata agmina diffugisse. Idem Iustinus lib. 38. de Gallis & eorum virtutibus contra Romanos ait: Audiere populos Transalpinae Galliae Italiā ingressos maximis cam plurimisq; viribus possidere. & latius aliquando solum finium quām in Asiam, quā dicatur in bello eosdem Gallos occupasse. Nec vitam solum dici Romam à Gallis, sed etiam captani, Ita, vrnius illis montis tantum cacumen relinqueretur: nec bello hostem, sed prelio remotum. Gallorum autem nō, quod semper Romanos terruit, in partem virium suarum ipse habet. Nam hos, qui Asiam incolunt Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant sedib. tatum distare, originem quidem ac virtutem genusq; penē idem habere. Quid enim Plutarch. de Gallis dicit? Nōne de Cæsare loquēs, sic ait Cæsar, nouem annis militans Galliam universam à Pyreneo saltrualpibusq; ad mōtem vsq; Gebennam & Rhenū Rhodanumq; populo Romano subegit, quod ut alius scribit Historicus, pacata Gallia à Cæsare maior gloria illisuit, quam si totum sibi subegisset orbem. Faterur tamen Cæsar in commentarijs suis lib. i. sc. Rhenum transiſſe nō sua sponte: sed rogatum & accersitum à Gallis. Non sine magna spe magnisq; præmis prædicauit, domum propinquos reliquisse, sedes habere in Gallia ab his concessas, obsides ipsorum voluntate datos, stipendium capere iure belli, quod viatores viatis imponere consueuerunt. nō se Galli, sed Gallos sibi bellum intulisse. Quid igitur de Gallis dicendum venit, si Cæsar ob Galliam non

## D V O D E C I M A P A R S

tam deuictam, quam ab ipsis Gallis debitam maiorem gloriam meruisse videatur, quam si reliquum sibi orbem pacasset? O gloriosum Gallorum genus. O genus fortissimum! O gens bellicosa, ut dicit Salustius in bello Catilinario. Præterea, quod natura gens Gallica bellicosa est, gens aspera nec minus religiosa, gens secunda, gens animosa, serox, diues, armipotens, eximia, egregia, fortis, alacris, armorum audita, & plurib. alijs Epithetis testimonia tam Poëtarum quam Historicorum adornatur. Per ipsam. n. Reges regnant ipsam Imperatores triumphant. Si Galliam Cæsar non cognovisset, nouolum Imperium non usurpat, sed nec Dictatoris perpetui nomine obtinueret. Soli Franci, soli Francorum Principes, ac duces ex omnibus gentium numero ausi sunt Cæsarem consulere vtilitati, & Pompeianum bello Pharsalicu inuadere ac debilitate audaciam. Sub Pompeio multo plures militabant quam sub Cæsare. Sed Cæsar virtute Gallorum qui sub ipso militabat, atq; impetu magno hostes adoritur, ac multos cedebat vulnerandoq; struit. Cæsariani, more hostiuum ora ferentes eos telis cuspideq; infestabant: quo feriendi genere hostes territi oculorum periculo, terga dare coacti sunt. Cæsar aut 22. tantum millib. quorum maior pars Gallorum erat, imperabat. Sub Pœpicio vero, multo plures quam his totidem militabat. Sed haec victoria non Italorum, sed Gallorum fuit. Quod tanquam Persa sub uno Cyro contra Croesus & Assyrios homines timidos, bella gesserunt. Item Iulius Celsus Gallorum tamen annulus lib. 5. de bellis Cæsaris, de Gallis sic air: Galli homines sunt aperti, minimi eq; in fidiosis, qui per virtutem magis, quam per in fidias dimicare consueverunt. Et Cæsar in commentariis suis. Illud quoq; prouidentis. Ducus augebat curam, q; in sidiofissimo cum Rege rem gerebat, auctus dimicare eti Galli apertis hominibus, in sidiaru nesciis, nec fraudib. sed virtute bellari. Et haec Campe. in d. lib. de trophyis Gallorum. tract. 3. Dicit tamen F. Patr. in lib. de inst. Recip. lib. 9. ti. 3. Quod antiqua confuetudo Gallorum erat, ut sagaces aliqui viri præficiantur, qui famam ac rurorem hauriant, & viatores inuitos est consistere cogat, vt q; quisq; eorum de quaq; re audierit aut cognoverit quixat, discantq; quib. è Regionibus veniat, quidq; aeturi sint: & quæcunq; acceperint molianturq; pronunciare cogat: & ista consuetudo esset bona si obseruaretur in Gallia. Sed pro certo sciunt alia nationes istud optimè deducere ad effectum. Galli aut omnibus, confidunt, onnes etiam exteris gentes, & hostes suos ad se aduentare, & residere sinunt, vnde eorum consilia sunt omnibus etiam inimicis nota & cito promulgata, q; non sit neque apud Italos, Hispanos, Anglos, nec Alemanos, qui non sinunt extraneos patriam eorum aggredi sine salvo conducto.

Et licet multi historici Itali & alij extranei emuli sint, & Galli in se suis scriptis, attamen, verum

non nunquam profiteantur necesse est, mitto 20  
tiquos. Quid aut recentiores de eis sentiant, addo-  
co F. Philpneum Italum in quadam epistola ad  
Carol. VII. Franc. Reg. Ita enim ait: Sivecum si he  
cuiusquam inuidia sateri licet, postea quā  
& immanis illa sceleratissima Mahumei s  
ualuit, nulluna est vsquam hominum  
plus debeat Christiana religio quam in uita  
corum nobilissimeq; virtuti, ut supra iam dixi, ei  
Galli laudant ex fide Christiana.

Anton. Sabellius, Ennead. io. lib. 3. de virtutib.  
& morib. Gallorum, sic inquit: Ritus Gallorum,  
omnino diuersus ab eo, q; olim fuit. Malorum quen-  
dam demonū cultores hi, vi ceterae gentes, nunc  
veræ pietatis obseruantissimi: Vnde bant tunc po-  
puli quisq; sibi, viuebant & ciuitates. Pauci numero  
reguli in tota gente, nunc regis Imperium late  
omnia tenet, Matrimonia Italico ritu celebrant.  
Liberales artes multis curæ sunt, & in primis du-  
narum artium studia. Gymnasium q; Parisij est id  
declarat, omniū, que sunt in terris celeberrimum.  
Sunt & Romanarum literarū appetentissimi, nec  
Greças aperiuntur. Pences magistratū iudicia sunt.  
Regū est hos legere & instituere, in bellis catapheta  
& equite vtuntur, pediteq; leuiter armato vnu-  
tur, & sagittarii qui longiores intendunt arcus, nec  
corneos, ut Scythæ & totus serè oriens: sed ex taxo  
aliā uero duriore materia, sunt Franci è Trojana stirpe  
pe oriundi. De pluribus alijs historicis emulsi Gal-  
lorum, vide per Campegiū in trophyis Gallorum  
tract. 3. per Textorē in suis Epithetis, in verbo Gal-  
li. per Longolium in sua oratione de laudib. Fran-  
corum, vbi & amplè de laudib. Caroli Magni alio-  
rumq; Regnum Franciæ. De Rolando, de Gotha-  
fredo Bollionio, & de Balduino, qui profide Chi-  
stiana multa bella gesserat: de quib. supratis, par.  
in 31. consi. vbi fit mentio de Regum Fran. laudib.

Baptista Mantuanus, (qui vt Italus, nobis lau-  
re nō consuevit) testimonium de Gallis & Gallia  
tulit in lib. 2. de sancto Dionysio. Vbi terram ipsam,  
mores & virtutes populi collaudat in hunc  
modum:

Gallia terreni pars est non insimamundi:  
Sed longè lateq; parens Hispanica tangit  
Oppida ab occidu, se coniungit ab ortu  
Italia: nostro hinc pelago (qua respicit austrum)  
Cluditur: Oceano geminas que respicit rrsas.  
Vnde venit boreas, hybernaq; frigora resurgent.  
Eryada Theutonicæ tangit vafissima Rheni.  
Terra hominum frugumq; ferax, armata, gregaria,  
Vberibus pacens plebis, non languida (olo  
Tabifico, non mortiferis infesta venenis,  
Vt Lybie, non perpetuis adopertapruis,  
Sicut hyperborei montes, non torrida ab fluo.  
Qui faciat steriles (vt decolor India) campos.  
Non etiam noctis pollens semetribus rimbriis:  
Quale sub Arcturo positem mare & ultima Thule  
Sed nec vt Aegyptus: quia sua palustribus vndū.

Sed celo & tenera factunda religine terra.  
 Infia Gallorum ingenijs (quoniam modo circa  
 Numinum cum reliquis lusimortibus errant)  
 Religio, postquam fuerint ad sancta redacti  
 Legis citata, non nulli constantia maior,  
 Nulli maior erit pietas in numina genti.  
 Defendent mucrone fidem, bellumq; dominabunt.  
 Quosq; audirent Christum & a tollere contra:  
 Eicerunt munimenta, quod non sinat iram  
 Barbaric gentis nostris incurrire fines.

Subiungit tandem:

Gallia fert acres animos, & idonea bello  
 Corpora, non illis austi componeret se  
 Thracia, qua Martem genuit, non Parthia versis  
 Que bellatur equis fugiens, licet inclita Graffo  
 Fata sit extincto, signisq; superba Latinis.  
 Quagentes olim non contrinerent per omnem  
 Inuelti Europam, quasi grande aquilone vel auro.  
 Importata gravis paucis sonuere tamulta.  
 Sic Romanus adhuc, & quam Tarpca videtis  
 Aix attollentem caput illo in monte superbum:  
 Pannones Aenathij norunt, scit Delphicarupes:  
 Que nisi terrificis subito conuulsaruinis  
 Oppressisset, eos non defendisset Apollo.  
 Conferta argento templi sacraria & auro.  
 Intraveret Asia fines, prope litora Ponti.  
 Izentem creuere nouam, qua tenditur ysa,  
 Riuza Pamphilium Garamantica sidera contra:  
 Inter Cappadoces posita & Bithyniae regna.

Item in codem libro.

Igne mens Gallis & lattea corpora, nomen  
 Candore datum populis, muliebria tingit  
 Ora color. Tyrus, Paphium meditata decorem.  
 Ex geminis seicit natura coloribus ynum:  
 Latii, adacres, iufi, choreis, & carmine gaudent:  
 In Venerem preui, proni in coniuvia, proni  
 Ani dapes ad facia Deum ferire, iugumq;  
 Ferrent, agnifugiunt signa & hypocris, ore  
 Liberi, & ingenius mos est, tetricosq; perosi.  
 Venatu, ancipio campo, montana lacusq;  
 Sollicitant, bellandi ysu letantur equorum.  
 Terga satigantes, lorice, hastilia, & arcus  
 Delitii genti subdio ad syderas omnium  
 Corpore, sus caris sole & ferrugine pulchrum est.  
 Puluere consergis, & granibus sudare sub armis,  
 Pro patria, pro cognatis, pro regibus ire,  
 In pugnam & gladios, & morti occumbere dulce esq;. C.  
 Ladouicus Bologninus iuri peritus de felici im-  
 perio, & statu Gallorum sic scripsit:

Francorum Reges sacro sub nomine nati,  
 Conflio semper valuerunt semper & armis,  
 Suntq; fautores honestatis iura tenentes  
 Appellat Romana suos Ecclesia agnatos;  
 Et primogenitos, talis sunt nomine digni.  
 His Deus Imperium dedit, & sua iura tuerit.  
 Vnguntur sancti sunt quicunq; creaturentur:  
 His subfunt centrum generis in nominis verbis.  
 His populi subfunt, sentes & maxima Regna,

Huius fines fine patent, pater vnnus & orbis.  
 Innuneri his subfunt Domini, Dominiq; tenentur,  
 His praefare fidem verbo, hos defendere & armis.  
 Omnes conueniunt, nemo est his armare cufans  
 Pro sacro imperio Francorum & iure tenendo.  
 His medio est sextus Ludouicus nomine magnus,  
 Qui bellis & pacis Dominus bene cuncta gubernat,  
 Auges & Imperium propria virtute Deorum.  
 Hic prius indomitus superauit Marte Ligures  
 Aufspicte, Sforciados pariter captosq; subegit.  
 Sed pnis & clemens vitam donauit vtrisq;  
 Haec generosa fuit maior victoria prima.

De alijs vero duabus principalibus Orbis parti-  
 bus, Asia, scilicet & Aphrica, & carum partialibus  
 prouincijs, seu regionibus, & de landibus & com-  
 mendatione ipsiarum, nunc scribere supercedo,  
 cum satis superq; de ipsis per Historicos, Cosmo-  
 graphos, & alios, quisque studiosus videat & inda-  
 gare poterit.

**D**icitur neccsaria ad victimum omnium animalium, plus quam aliae res mundi, ita, quod ex siti hominum morcentur. vt dicit text. in l. fin. ff. deriu-  
 us. Excellentias aquarum paucis perstringendo complectitur: quoniam aliquae sunt alijs excellen-  
 tiiores. Et primo de aqua celesti seu pluviali, qua excellenter et alij. Cum vt dicit Aristoteles lib. 8.  
 de natura animalium: Piscium (inquit) genus ma-  
 xima ex parte amnis fluuij bene viuit. Itac nim  
 non modo plus eibi nanciuntur, verum etiam  
 pluuium humor ciuitatur, vt ea qua terra gignuntur.  
 Olera enim quanuis rigentur: tamen non tan-  
 tum proficiunt quantum imbre. Quod & ipsum  
 hauidinib. lacu prognatis cienit. nihil enim fe-  
 re accrescunt, nisi aquae pluviae accendant.

Addit Auctroem quoq; tract. 2. 1. part. Cantic.  
 super eo cantico. Aquae pluvialis purior ceteras an-  
 tecellit: si fermè prodere. Aquae pluvialis optima  
 est, ac fontanis pluviali bùtuc excellentior longe.  
 Adit Aucten. eam præcipue probari qua astua  
 sit, & ioue tonante decussa, tenuitatis ratione, si-  
 euti interpretantur naturalium petiti. Quæ qui-  
 dem attenuatio fit tum virtute Cœli eleuatis, sur  
 gentisq; tum calida, sive ex quo exhalationis intra  
 nubem inflammat. vnde sint tonitrua percutta  
 nube. Illud obseruatione dignum, quod ab eodem  
 subiectitur Aucten. Nec præterit medicinae pri-  
 mo Pau. Aegineta, esse quidem præcipuum aquæ  
 pluviae hujorem, utrum citissime computretur  
 re, qui sit attenuatus nimium. Proinde, celestius in  
 eum ager, corrumpendo terrestrem aeternum co-  
 lorem non naturalem. Haustum vero, potu hu-  
 moribus putredinem concinnare, peccus obla-  
 deare, vocem cebare. Putrefacti tamen cauâ inde  
 prorunt nonnulli, & Paulus præcipue: quoniam  
 aqua id genus à diuersis admodum humiditatib.  
 protollantur, velut de cadaueribus, paludibus, vt  
 lacus præcrea, stagna, mare. Qua ratione ap-

## D V O D E C I M A P A R S .

probasse Galenus videtur. Sed, inquit Auicen. si probari causa hæc posset, vituperari digna foret cœlestis aqua. Igitur, attenuatio excellenter facta putrefactione pœcleri ansam præbere vero fit similius. Ut enim attenuatissimum quodq; est, ita etiam mutationi obnoxium maximè censetur. Statuen dū tamen sic opinantur, qui disceptantes cupiunt sententias conciliare. Nil prohibere, quin quādōque compotescat aqua pluvia: quia à tabidis corporib. aquarum secernatur materia. Quod evenit ferè latius gravante pestilentia vi. Verum subnotemus & diuersitatem alteram. Galenus idem in lib. de bonitate Aquæ sic propemodum scriptum reliquit. Aquas inquit pluvias ferò leuissimas esse, subtile ac puras, bonasq; & gustui prædulces. Edeunt enim Sol & rapit tenuissimum quodq; ex aquis. Vernæ hyemalesq; censeri debent præstantissimæ, sicciores quidem à terra tolluntur & state vapores, nec non autumno quoq;. At terrosus, vt sic dicunt, ær est, quem dielecta perpurgat pluvia. Propter id genus aquæ duriores evadant neceſſe est, inquit Hippocrates. Ex aquis leuissimæ sunt pluviae & dulcissimæ, atque item clarissimæ, ac tenuissimæ. Ratio autē inquit idem ex sole, tenuissima quæq; proliente ac leuissima. Hæc Cælius li. 4. lectio. antiqu. 33. Et rationē bonitatis coelestium aquarum ponit col. lib. c. 36. quod vidcas. & in c. 37. ponit quib. nociunt̄to sit coelestis aqua: Sed circa talia non insisto. & de laude aquarum iam aliquid supra ca. par. 12. consid. relatum est, in qua fit mentione de quatuor Elementis, & insta latius videbitur.

Fertur & Athenis terræ fuisse sinuulachrum (vt Pausanias ait) suppliciter à loue pluviā compre- cantis: Cuius in monte Hymetto visibatur Ara, vt refert Cælius libro lectionum antiquatum 14. cap. 39.

Addo, Aquam benedictam multum laudan- dam, cum magis profit ad salutem. Nam sancti si- cat, & purgat nos, tollendo venialia peccata: bona multiplicat, infidias diaboli auertit, & à pharisa- tis veritatis homines defendit, vt dicit text. in can- no. aquarum. de consecrat. d. 3 & ibi Archid. refe- rens quod in concilio Naneten. i. u. fuit statutum omnibus diebus dominicis, quisquis presbyter in sua Ecclesia ante missarum solennia aquam bene- dictam faciat in vase nitido, & de eadem populus alpergatur: & unum mirandum est, & csi grande experimentum fidei nostræ, quod Aqua benedi- cta quæ fit in vigilia Pascha vel Pentecostes nun- quam putreficit, ideo prestantissima.

Hic etiam de aquis terrestribus est dicendum. Quæ quidem sunt diuersæ: Aliæ enim salis, aliæ nitri, aluminiis, aliæ sulphuris, aliæ bituminis, aliæ curarii in orborum adhibentes. Nam, vt scribitur in tractat. de locorum ac mirabilium mundi de- scriptione, cap. 26. & est post geographiam Ptole- mæi. Luxa Romam Albulæ ea quæ vulneribus mendentur.

In Italia, Fons Ciceronis oculorum vulnera, & languores curat.

In Aethiopia lac<sup>o</sup> est, quo perfusa corpora velut oleo niteſcunt.

Zaniæ fons in Aphrica canoras voces facit.

Ex Clitorio, fonte Arcadiæ qui bibetint, vici- tadium habent, cosq; abstemios reddit.

In Chio insula fontem esse dicunt, quo hebetis fiunt.

In Bœotia duo fontes, alter memoria, altera, liuionem assert.

Cocicifons, amorem Veneris tollit.

Bœotia Lacus furialis est, de quo qui bibent, ardore libidinis exardescit.

In Campania sunt Aquæ, quæ sterilitatem for- minatum, & virorum insaniam abolere dicuntur.

Et refert Cælius libr. antiquarum lectionum, c. 25 in f. suis in Achæia ciuitatem Argyram no- minat, ac fontem quoq; & in propinquum fluum Sclemnum, ab adolescenti dictum, qui Argæ Nymphæ illaqueatus amore, ac desiderio exardeſcens, sit à Venere in eum deformatus. Vnde Sclemni aquam id adeptam laudis ferunt, & teab- lutos amore liberer, tam viros, quam feminas. Quod si est (inquit Pausanias) omni autu precioſior est Sclemnia aqua.

In Aethiopia fonte rubro qui bibit, lymphati- cus fit.

Lechircis fons Arcadiæ, abortus fieri non pa- titur.

In Sicilia fontes duo sunt, quorum unus steri- litatem fecundat, alter fecundans sterilem redi- dit.

In Thessalia duo sunt flumina, ex uno bibentes oues nigras fieri ferunt, ex altero albas, ex utraque varias.

Clitumnus lacus in Umbria, maximos Boues gignit.

Reatinis paludem aquis, iumentorum vngulas in durari dicunt.

In Asphaltide lacu Ideę, nihil mergi potest quicquid animam habet. Et eum aliqui mortui mare vocant, & à fundo asphalten seu piecen euomit, quani etiam bitumen appellat, & pro piecen in na- nibus vtuntur. Quæ res cum adhuc humida ab aqua educitur, si unt alio remedio disiungi, atque à se ipsa separari nō possit, nisi in uiceris menſtro, sanguine, aut vrina.

In India Syden vocatur stagnum, in quo nihil natat, sed omnia merguntur.

Econtra in Alce lacu per Porcidanium omnia fluitant, nihil mergitur.

Marsie fons in Phrygia, saxa generat.

In Achæia aqua profluit è saxis, Styx appellata, & illico potata interficit.

Celomium stagnum Sicilie, retro odore temo- uet approximantes.

Fons

Fons est in Aphrica, circa tēplum Ammonis, q̄ humoris nexibus humum constringit.

Fons lob in Idumā quater in anno colorē mutare dicitur in puluerulentum sanguinem, viridē, & līmpidū: trib. mensibus in anno retinens ex his vnum colorem.

In Trogloditis lacus est, qui ter in die fit amar⁹, & deinde tories dulcis.

Fons Silua ad radicem montis Sion, non cōtinuis aquis, sed in certis horis diebusq; ebullit.

In Iudæa quōdam riuus sabbatis omnib. ficebatur, licet alijs dieb. fatis in gentib. aquis p̄cep̄t que desflueret. Ab eo facto sabatic⁹ appellabatur, hinc Acharam Apameamq; labebatur in ea lū de parte, in qua regnauit Agrippa.

In Sardinia fontes calidi oculis medentur, fū̄ arguant. Nam cæcitate detegitur furtum eorum, si sacramento dato oculos aquis eis retigent. Et alij dicunt esse Palici stagna in Sicilia iuxta Symnetum amnum.

In Asia quoq; iuxta Thianam fons louis appellatus frigidus vehementer ebullit, ac portantes ex superioribus statim graui vlecre, manib. ac pedib. corum percussis magno dolore illie vera fateri cogebatur: vera autem iurātes nihil omnino laudebar, it Philostratus scribit, & recitat B. Fulgosius lib. i. de miraculis. c. de stagnis Palici, &c.

In Epiro fontem esse ferunt, in quo faces extinguiuntur accensæ, & accenduntur extinctæ.

Apud Garamantas fontem esse ira algenteum die, vt non bibatur, ita ardente nocte, vt non uenatur.

De pluriib. alijs fontibus diuersarum virtutum, vide eleganter per F. Partitum in institutione Lipsib. lib. 7. tit. 10. & infra ista consideratione in fine.

Iam verò in multis locis aquæ manant perpetuum seruentes tantæ vi, vt balnea calefaciant, vrapud nos Heduos in oppido Borbonij Anserici, apud Borbonios in Borbonio larchenbaut. Et est aquis, quæ est urbs Capitalis prouinciæ, & in pluribus alijs locis Galliæ. In Germania, ut est Aquiloni, aquæ etiam calidæ scaturiunt. Item in Italiâ apud Viterbiū, quæ ciuitas dicta est, quasi interium veteranorum, quib. bencmerentur & honesta militia missis locus ille quietis, ac merita Balneas ad curandas agititudines Romæque proximus: vt ab his si opus es sit, consilium habetur, designabatur. Quod euénit. Nam quedam terræ sunt, q̄ multū sulphuris & aluminis habent. Ita cum pervenias caleientes aqua frigida venit, via eius sulphuris calore contacta excandescit, nec talis ab origine profluit: sed permutatur duni scaturit & venit. Sulphur enim & alumen fecum fermentant aquæ materiam igne plenam, mirisque monobus in calecenti. Sed de hoc plenè infra 77. conſidetur.

Et adde vnum sciri dignū: scribit Viāli. 4. Quod aqua neruicos & podagricos effi-

cunt, Sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt. Hæc singularia, proprietates seu naturæ, de prædictis scribuntur in loco supra alleg. & plenissimè Plin. in libr. 2. naturalis historia. cap. 106. vbi de multis fontibus mirandis. & vt dicit ibi, quod aquarum natura à miraculis non cessat. Nam plures sunt flumij, & fontes, qui non soli diuinis honoribus coluntur, verum etiam Iconijs & simulacris etiam humanis dicari consuetum est, vt infra dicatur.

Natura autem aquarium est multiplex, & habet multis proprietates aqua. Vr̄ dicit Anton. Floren. in sua summa. in 3. par. li. 14. c. 2. §. 1. vbi dicit. Quod est refrigerativa, purgativa, suscep̄tiva luminis, fecundativa animalium, suffocativa, & mollificativa terra. Aquarium item mirandæ naturam, vide per Cælium lib. antiq. lection. 14. in fi. Vbi in terriali dicit fontem apud Trezenios fuisse, cuius perennes aquas præcipue sunt admirati in 9. ann. fuscitate, quibus pluit nunquam, accrescentibus ceteris omnibus.

Et inter plura Maria est vnum, quod dicitur mare magnum, quod ab occasu ex Oceano fluit, in meridiem vergit, deinde ad septentrionem, quod inde Magnum appellatur, quia catena Mariæ in cōparatione eius minora sunt. Istud est Mediterraneanum, quæ per mediam terram usque ad Orientem, Europam & Aphricam, Asiamque disternit. Cuius primæ partis sinus, quæ in Hispaniæ perfunditur Ibericus & Balearicus appellatur, Deinde Gallicus, qui Narbonensem prouinciam alluit. Mox Ligusticus, qui iuxta Genuam urbem est proximus. Post hac Tyrrhenus, qui Italiam attingit, quem Græci Ionicum, alij inferum vocant. Deinde Siculus, qui à Sicilia usque ad Crete vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphiliam & Aegyptum pertinet, & sic de singulis. vt in dicto libro de mundi descriptione ea. 28. Vbi describuntur alia maria à diuersis reb. locis, regionib. usque de nominata, vt ibi videre poteris. Ex quo non insisto, cum sufficiat, quod mare magnum etiam excellentius.

Sed tamen inter alias aquas terrestres aqua Maris est excellentior. Cum Mare sit mater aquarum. Et dicit Plinius, quod omni plenilunio Maria purgantur: Quedam & statuto tempore circa Mesiam & Mylas fimo familiæ expuntur in littus purgamenta. Vnde fabula, Solis Boues ibi stabulari. His adde, vt dicit Plin. lib. 2. naturalis historia. c. 101. vt nihil quod nouerit prætereat, Arist. nullum animal nisi astu recedente expire affirmat. Observatum id multum in Gallico Oceano. & duntaxat in homine compertum. Altissimum est enim omnium aquarū, vt dicit Plin. cod. lib. 2. ca. 115. vbi dicit, quod altissimum mare est quindecim stadiorum, prout tradit Fabian⁹. Alij in Ponto ex aduerso Coraxorum gentis vo-

## D V O D E C I M A P A R S

vocant Bathea ponti trecentis ferè à continenti stadijs: immensam altitudinem maris tradunt vadis nunquam repertis. De diuersis non inibus, & quomodo Oceanus dicitur pater ac perpetuus hospes omnium aquarum, & quod sunt in ari famo- fā nu. 53. vide in supplemento Chronicarum libr. 1. circa princ. Cur Mare vudabundum incalescat, reliquis aquis agit atu frigescitibus, per Cælium lectionum antiq. lib. 14. c. 7. & eodem lib. c. 9. Cui Mare dulcibus aquis minus frigidum. Item cur perlucidum. & ibi c. 11. Cur Maris aqua hyeme sit amara minus, & dulces aestate sicut deteriores. & c. 13. Cur mare nautae abundos faciat, & mare cur salsum. ibid. ca. 15. &c. seq. An maris superficies sit falsior.

Aduertendum est etiam, quod inter alias aquas terrestres, mari sunt plures fluuij seu flumina. Et inter fluuios quidam proprijs ex causis nomina acceperunt. Ex quibus non nulli notandi sunt, qui in Historijs celebres memorantur.

Geon enim fluuius est de Paradyso exiens, atque vniuersam Aethiopiam cingens, sic vocatus, quod incremento sua inundationis terram Aegypti irriget. Ge, enim Græcè, Latinè terram significat. Hic apud Aegyptios Nilus dicitur est, propter limum quem trahit, qui efficit fecunditatē. Vnde & Nilus dicitur, hic et antea Latinè Milo dicebatur.

Apparet autem in Hylide lacu, de quo in meridi-versus excipitur Aegyptio, vbi Aquilonis flatibus repercursum, aquis retrostrans tribus intrumentum, & inundationem Aegypti facit. Aegyptus aëris calore semper solem habet, nunquam nubes vel imbre percipit. Cuins loca Nilus fluuius astat in tempore, sole in cancio existente infudit, qua pro fluuijs viuentur. Oritur enim fluuius idem inter Austrum & Ortum. Etesiarum flatus ex zephyri parte, id est, ab occiduo flant. Et habet certum tempus. Nascuntur cum incerte Maio. Quarum flatus initio languens est, sed per dies augescit. Nam flant ab hora sexta usque in duodecimam. Hoc igitur statu resistunt ei vndis oppositis, qua etiam ostijs eius, quibus in mare influit, arenarum cum mulis Nili fluctus intumescunt, ac retrouerti coguntur. Sicque aquæ erumpentes propelluntur in austrum, quibus congetis, Nilus in Aegyptum erumpit. quiescentibus quoque Etesiarum flatibus, ruptisque arenarum eumulis rursus in suum alueum redit fluuius. De cuius laudibus infra videbitur. & vide F. Patritium de institutione Rec. pub. lib. 7. tit. 12.

Alius est fluuius ex Paradyso terrestri exiēs, Qui dicitur Ganges, & pergit ad Indiae Regiones, quæ Physyon sacra scriptura nominat, id est, cateruam: quia decem fluminibus magnis sibi copulatis, repletus & efficitur unus. Fertur autem Nili modo exaltari, & super orientis terram erumpere, ac secum arenas aureas trahere.

Alius & tertius est fluuius, ex ipso Paradyso egrediens, & contra Assyrios fluens, & post inuitos circuitus in sinum Petiscum influens, & est fluuius Meopotamia, qui dicitur Tigris, propter velocitatem, instar bestiæ tigridis nimia perueritate certantis.

Alius & quartus est fluuius Meopotamia, Eu-phrates nomine de Paradyso exurgens, copiosissimus geminis, qui cōtra Chaldeos vadit, & permeat Babyloniam infiuit. Hic a frigibus vel ab- bortate nomen accepit. Nam Euphrata Hebraicè interpretatur fertilitas. Meopotamiam enim in quibusdam ita uno & eodem tempore irrigat, sicut Nilus Alexandriam. Hac fuit quæ dicuntur in ea mundi descriptione, cap. 33. vbi ex supradictis fatis perfici potest, Nilum esse excellētorem omnibus alijs fluuijs, quod aperte asserit Phil. Bergoinen. in suo supplemento Chronicarum libr. 1. circa principium. Vbi ita inquit, quod est fluuius totius orbis perniximus, qui totam circuit Aethiopiam atq; Aegyptum, de quo Lucanus in de- cimo dicit:

*Circum natura caput non deducit.*

Excellētia enim illius consideratur etiam mutatis. Primo, propter eius longitudinem & amplitudinem, cum sit totius orbis permaximus, ut dixi. Secundo, quoniam in eo sunt septingentæ insulae, inter quas est illa celeberrima Merœ, Sabba Reginæ sapientissima Regnum. De Nilotica aqua laude præcipua referunt Cælius lectione. antiq. libri. 14. c. 39. Cum ait, quod ea cunctis virtutibus insignita creditur. Nam in medicinæ ratione fluuiis aqua & palustris dominatur, præter Niliacam, est haustu fluuij, mediocrem in alijs moram ducit. Sitim porrò restinguat cominode, nec frigida quidem illum inservens documentum. Et Galenus Nilum ita laudat, vt bonitatis excellētia paucis admodum comparari fluminibus possit. Nam & mulierum fecunditatem & partionem insigne adiuuat. Exeo præterea in Aegypto sol omnium palustris aqua redditur commodiores, quædo & state nec eoniputre sunt omnino. Seneam naturæ questionibus: Pleraque sunt (inquit) quo ruris ratio reddi non potest, vt cur aqua Nilotica fecundiores faciat foeminas: adeò, ut quādam viscerā longè præcluia sterilitate ad conceptum relaxauerit: Auicen. priuino canonis quatuor ex causis Nilo incorporabilem bonitatis vim scribit attributam. Quarum primâ statuit a cursu longitudine. Secundam ascribit Regionis nitor ac præstantia, per quam sit aquarum delapsus. Tertiā putat, quod à meridie in septentrionem deferantur, sic enim attenuari amplius. Postremo, & immensam suffragari fluminis molem. Preterea dicunt louis vice fuisse Aegyptiū Nilum. Unde apud Poëlam Patine non emicribit: Insuper Aegypti Nil. Quoniam, ut dixi, ceus anni temporibus superfutus ripis imbrum modo miram campis

campis fertilitatem inferat. Vnde Tibullus de eo:  
*Tepropter nullos tellus tua postulat imbræ,  
 Arida nec pluio supplicat herba Ioui.*

Dicitur inde & Chrysorrhoas, quasi auro fluēs.  
 Ex quo videamus, quod graues poenæ sanciuntur  
 iure contra eos, qui chomata seu aggeres Nili ru-  
 perint, vel violauerint omnino, vel præter vetus  
 huius morem, ita quod conceremari debent, vt est  
 rex ad literam in Lvnica. C. de Niliaggeribus non  
 suspensis, & ibi gl. Cy. Albericus & Salicetus di-  
 cit idem esse in alijs fluuijs, vbi possit esse magnū  
 dunnum, vt in Pado fluuiio Italiae, quod nō credo  
 esse verum. Cum non possit esse talis & eadem ra-  
 nosedalia poena extraordinaria puniri deberent.  
 Nam in Aegypto non pluit, vt dicit glo. in rub. C.  
 decupressis. sed fecus in Italia, aut alijs locis. Ideo  
 eruptione aggerum Padi, vel alterius fluuij ste-  
 matis & tantum damni inferri non potest, ideo,  
 &c.

Ad prædicta facit, Quia etiam euentes &  
 vententes arbores cupressi, in certis locis Aegypti  
 unq; libris auri multandi sunt, vt in l. i. C. decu-  
 pressis. lib. 11. & est ratio, quia dictæ arbores conti-  
 ent aggeres tenentes aquam Nili, quæ oportu-  
 nis temporibus spargitur per agros, vt dicit d. glo.  
 subcribatur, & iam suprà tactum est.

Sed vñterius pergamus cum Cælio, qui altius  
 de aquarum præstantia inuestigat. Reliquorum  
 (singu) aquæ fluminum difficiles censentur are-  
 faciendo ac sicim amplius ascendendo, præsertim si  
 Regionum adsit malignitas, nec aer admodum ac-  
 commodus, quod notauit Diose. Auicena eam  
 aquam ita probat, quæ orrum præcipue a stiuum,  
 semperq; bonitate proficere, dum à fonte disclu-  
 sibus longius. Secundū probatur, quæ in septen-  
 trione profluar, licet Pau. Aegineta fatis cam non  
 probat: quoniam sit iucelsi rarda, duraq; aqua rur-  
 sum incalefcere tardi, ac frigescere, cui diuersum  
 faciuntur petens. Improbant omnino in oc-  
 casum meridiemue delabentes, præcipue meri-  
 diionali affluitu.

Puteatas quoque, nec satis probas præ fonta-  
 maributratur Aucien. quod terrore plurimisunt:  
 quæ in ateto contineantur oculuse. Porro inef-  
 ficit putrefactis materia quipiam necesse est,  
 nec Solis radio minus pertinente, nec prorsum  
 perflatu illo vapores corruptioni obuios deterge-  
 ntur dicunt Galenus & Paulus vnam esse bonatum,  
 de malarū aquarū cognitione. Si hyeme quidē ca-  
 lor, frigescit verè estate: dcinde si puræ sunt, nec co-  
 late oblate sovitiatóue. Et si mala nequaquam fuerit  
 hypofasis, hoc est, subsistentia sive substantia.  
 Item si leues sint, quādo terræ promixtione coar-  
 quis pondus. Consideratur præterea incalcent  
 se statim frigescantur, Huiusmodi enim præsta-  
 ta. Nihil aqua potui pessima est, vt scribit Aristó.  
 In refert Aul. Gel. noct. Atticarum libr. 19. capit. 5.  
 An autem aqua sit coloris expers, Cælius lectio-

num anriquarum lib. 14. c. 9. & cod. lib. ca. 16. scri-  
 bit rationem, cur aquæ fluentes sint dulces, & a-  
 quarum colores.

De balneis & medicis aquis eleganter scripsit  
 F. Patriitus de institutione Reip. libr. 7. vbi de sul-  
 phuratis, aluminosis, bituminosis, & nitrosis son-  
 tibus, & quomodo vrbes & castra iuxta oprimas a-  
 quas adificari debent. Item de signis aquæ puræ  
 & de aquis in salubribus.

Sed continuando materiam sunt & plures alij  
 fluuij, q; à Poëtis & Historicis celebres memo-  
 ratūr, vltra quatuor supra enumeratos, inter quos  
 enumerantur in dicta descriptione locorum 22.  
 & sunt sequentes: Hydaspes.

Arar seu Araris, fluuius est Galliæ Celticæ, per  
 fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum  
 fluens. Lucanus lib. 6. Rhodanumque fluentē pre-  
 cipitait Arar. Oritur ē sinibus Germanorum, &  
 labitur inter Ducatum & Comitatum Burgudicæ,  
 à parte Orienatis, & vulgo apud nos Sagona dici-  
 tur, mira tranquillitate per ciuitatis Lugdunensis  
 medium interlabens: & ita influit vbiq; incredi-  
 bili levitate, ita, vt oculis in vtrai partem finat  
 iudicari non possit. Ista sunt verba Cæsaris in suis  
 commentariis de bello Gallico lib. 1. Ideo molendina  
 nulla aut rara habet, nec naufragium facit.  
 Fluuius quippe piscib⁹ diues & laudatissimus, car-  
 pis crassissimis præcipue.

Bacrus, Coaspis, Araxis, Ordetes, Jordanis, Cydnus,  
 Pactolus, Smyrnus, Meander, Thanaïs, Inachus,  
 Padus Italiae fluuius alio nomine Eridanus  
 dicitur, qui Rex fluuiorum à Virgilio in Georgicis  
 describitur, Tyberis seu Albula.

Danubius siue Ister, qui in Europa plus omnibus  
 secundum cundem Ptolemæum, famam haberet,  
 cum sit permagnus Germaniæ fluuius à niuum  
 copia, quibus augetur (vt fertur) vocatur, de quo  
 Aufusus epigrammatista:

*Danubius penitus caput occultatus in oris,  
 Totus sub restra tam ditione fluo.  
 Qua gelidum fontem medijs effundo Sueus,  
 Imperijs grauidas quas feco Pannonas.  
 Et quaduies aquis Scythico soluo ostia Ponto,  
 Omnia sub vestrum fluminam mitto iugum.  
 Augusto dabitur, sed proxima palma Valenti,  
 Inuenies fontes hic quoq; Nile tuos.*

De eius laude & excellentia vide Franc. Ireni-  
 cum in sua descriptione Germaniæ lib. 8. ca. 17. cū  
 pluribus sequentibus. & ibi scribit, an Nilus Danu-  
 bio sit maior. Et ibi etiam de pluribus Germaniæ  
 fluminibus.

Rhenus, fluuius Galliæ, inter tres Europæ ma-  
 ximos fluuios computatus, qui iugo Rheticarum  
 Alpium usque in Occani profundâ cursus suos di-  
 rigit.

Rhodanus Galliæ fluuius, qui adeo magni &  
 velocis cursus est, vt vix (præcipue flante borea)  
 aduersa possit nauigari aqua. Ferunt, & verum est  
 hunc

## D V O D E C I M A P A R S

hunc fluuiū in Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt: non longe à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum Gebennæ vicinum, & versus Occidentem, per Galliam fluens motu præcipiti ciuitatis Lugdunensis muros ab Orientali parte alluit, & in loco plano sub iplâ vrbe, & prope eam Arar Rhodano cōmifetur. Indead meridiem conuerſus & Isaram Druentiamque fufciens, in Tyrheni æquorū freta irrumpit. Scriptor Aut. Gel. post M. Varronem noct. Atticarum lib. 10. c. 6. inter flumina, quæ ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine eis Nilum, secunda Istrum, proxima Rhodanum.

Iberus, Minius, Tagus, qui ceteris fluuijs Hispanæ prælatusest, quia copiosus aureis arenis, Bæthis.

Sunt & plures alii fluuij in Gallia percelebres, & maximi, nauigabileisque, de quibus non sit mentio in prædicta decriptione locorum, sed Ptolemaeus in suis tabulis libr. 2. & de eis iam meminimus in ista parte supra de laudibus Gallorum, & sunt Carontonus, Mota, Mosella, Dordona, Athesis, Druentia, Išara, qui duo fluuij Rhodano se iungunt. Scaldus, Lizia, Matrona, qui oritur apud Lingonas, Sabus, Garunna dilabens ex Pireneo in Oceanum excurrit. Est enī in Gallia Narbonensis terminans Aquitanos, distas à Narbone stadijs octingentis tribus: dcinde amplificatus amnis bus per Bituriges & Santones Gallicam vtrāq; gētem effluit.

Ligeris seu Liger oritur in finibus Arvernoti, & disterminat campos nostros à campis Borbonijs à parte meridie, & in Oceanum influit, maximus cursus est, & virtusque Ligeris, scilicet & Garumna duo stadiorum in illibus nauigatio est.

Sequana fluuius est Galliæ Celtica. Nam oritur in Ducatu Burgund. in finibus sancti Sequani, non procul ab urbe Dijonensi, & per mediū ipse Ducatus labitur, etiam ciuitatis Trecensis & Parisiensis, unde flumen Parisiensis dicitur, vt dicit gl. in verbo manuumitti. in l. 1. ff. de officio præconfus. Textor vero in sua officina ponit nominam flu. præcipue, vbi multa ponit, quæ videri poterint, & est in fol. 257. Et in fol. 256. ponit fluuios auferos & gēmifatos. Et in fol. 261. ponit aquarum mirabilem naturam, allegans Ouidium. quos videoas, quia idem dicunt quod hic ante dictum est.

Cælius lib. antiquarum lectionum nono. c. 57. fluminum simulacra varie nunc humana, nunc bubula seu bouilla exprimunt specie confueuisse referr, cuius verba sunt: Quoniam Poëta multa illustres fabulositate in fluuium in mentione, quaescunque collibitum fuerit illis imagines circumponunt, ac velut graphicè deliniantes conformant, visum ad præfens, quem mihi fuggerit historia ex su perfitione veteris studiosis communicare. quo in poëticis siant quali Meandris adminiculatores.

Compertum igitur illud in primis, non solum diuinis cultos honoribns fluuios: sed & iconas illis, ac simulacra dicari frequenter consueverunt non modivnius. Si quidem humana cospecie effingere nonnulli, quibus bonum alijs esse induxerunt. in ijs Erafinus est. Eurotas item Lacædemonios, Alopus apud Sicyonios ac Parnassos, apud Argiou Cephisus hominis figuram perfert, Alpheus Cephisum Athenies hominem monstrant utique. Sed ita, vt promant se nihilominus cornua. Syracusanus & Anapunt in Sicilia forma insigniū cadem. Cyanen vero fontem foeminea circumueniunt ipse, Crimnum quoque & Telmissum humana honestari facie legimus. Pueri speciem formosioris adamatur Agnentini in cognomine ciuitati fluuios, qui & apud Delphos statu ex ebore dicare fluminis atque re nomen. At pueri nihilominus simulacrum erat. Et ita Parisiensis Sequanam eorum fluuis sub forma & effigie puellæ venusta depingere solent, cui titulum addunt, videlicet, Sequana mater Parisiorum. Sicut & Arar seu Sagona mater Lugdunensem dici potest.

Defontib⁹ autem scitu dignum est, quis omnium fontium sit excellentior & extollendus super alios, & de quo historici meminerint, aut Poëta & videtur esse sons Paradysti terrestris totum nemus irrigans, diuinisq; in quatuor naſcentia flumina, de quib. hic ante de plurib. ponit Textor in sua officina, fol. 340.

Inter cæteros fontes sunt excellentiores in Europa tres fontes salvi in Comitatu Burgū. in oppido, seu urbe nomine Salina, quæ vulgo Salins dicitur, ex quorum aquis (quæ vt igni comprimitur) fit sal admodum album, quo tota Burgudia, ferè Sabaudia, & Suevia vtitur: in quo summi redditus ampla mira magnitudinis, & magnificentia, operari & artifices infiniti ad ipsum ipsius salis. Ex quibus fontibus ingens & vix credibilis prouent redditus singulis annis, de summam centum milie librarum & yltra. Qui quidem redditus obueniunt & Principi patræ, & multis alijs dominis, & Ecclesijs. Et inter alios domini de Cabilone, illustrissima & à Troianis oriunda familia, qui nū dicuntur Principes Orentia, habent vigintiquatuor mille libras reddituales ex ipso fonte. Percipiunt & ex eo multis redditus annuus Ecclesia collegiata nostra do. Hedu. Et iam Abbatia sancti Ioannis Magni in Burgo Heduensi, & proprie omnes Ecclesias in Burgundia existentes.

Addc, quod etiam mirabilis fons apud Gratianopolim urbem Gallicam reperitur, qui quamvis calentes aquas non habeat: tamen simul cum ipsis aquis flammam persæpe emittit, duobus codicis loco temporeque simul manenibus inter se contrarijs Elementis, vt reserf Bapt. Ful. in sua Collectanea de distis factis que memorabilib. liba. tunc de miraculis.

Non caret etiā admiratione (vt ait) sōns in Britanniā, qui est in diocesi Lincolensi intra Lonthā & Norantonam vrbes, quia experimēto cognitum est, ligna in proximis carū filiis, si in fonte de-  
mergantur, intra annum lapides fieri.

Et subiungit in Regione quoq; vbi Gothorum  
fēles in septentrione erat, sōns cīt, cuius experi-  
mentum à Federico primo factum Albertus Ma-  
gus scribit, missā manuum suarum theca: in qua  
sefalleretur, signū suum in cera impresterat, cu-  
mī dimidia pars sōnti immēta in lapidem indu-  
rē, reliqua parte sub corij ac cārē spēcie, vt ante-  
rat, remanente.

In Gallia quoqne, teste codem, in paruo lacu-  
mī oppidum qui Lochis dicitur deprehensum  
arbores, que in eum iam diu ceciderunt, in la-  
pides conuerterat.

Quedam etiam mira reserit de fonte existente  
nalle passibus à Senisi oppido Lucania in Neapo-  
lani Regni parte (ea quam nunc Basilicata vo-  
nat) quis fīs manar aquis: Ad eum si quis acce-  
dit nihil locutus, neque retro conuersus fontem  
pari clari que fluentem aquis inuenit, quod si se-  
cundum proficisci egerit, turbatum offendit  
iomet. Si verò seruatis que ad claram sōntis a-  
quā inueniēdam fieri oportere dicta sunt, illuc  
proficetus loqui coepit, loquēdo turbari fontem  
perficit.

Erat ait Plinii lib. 18. c. 22. Aquarium differen-  
tia magna riguis est. In Narbonensi prouincia no-  
bilis sōns, Orge nomine est. In eo herba nascitur  
intantum expecta bobus, vt mersis capiribus,  
tous eas querant viribus. Et cur vi calentium a-  
quarum lapides gignantur, vide infra in 77. con-  
sideratione.

Sicut etiam dignum est ultra deducta, excellen-  
tiam aquarum confistere in multis alijs. Cum in-  
stitut Reipublica in ciuitate falibres & optimas  
et aquas (dixi hic ante in 12. conside.) Cuius rei  
gratiā plura statuerunt conditores iurium volen-  
tes & cupientes, vt plurimum semper Reipublica  
pro utilitate hominum prouidere. vt dicit Franc.  
de Ripa in tractatio. de peste. folio 32. 33. vsque ad

1. Primò, aquarium custodes (qui Hydrophylas  
nominauntur) fauore publica vtilitatis omni-  
na munera personaliū immunitate perfru-  
entur. l. decernimus. Co. de aqueductu lib. ii. per  
quam legem dicuntibi Bar. & Ioannēs de Platea,  
quod generale bannū Regis vocans quemlibet  
ad bellum non comprehendit hos aquarios, &  
aquā custodes, qui ab eorū officio nō debet amo-  
neri, quod intelligit Franc. in aquarijs deputatis p  
Principem, seu eius vicarium, pro habenda & cu-  
todienda aqua ad usum publicum, secus (vi ait)  
in aquarijs huius temporis, qui operas locant ad  
tempus alicui communiuitati. vt probatur teste co-  
dem, in d.l. decernimus. Credere in tamen idem

esse in quacunqne ciuitate, vbi certatur de vtilita-  
te publica ipsius ciuitatis. Quoniam tales deputati à  
ciuitatib. debent esse immunes ab omnib. inune-  
rib. & per ciuitates debent eorum onera suppor-  
tari erga Principem. Sicur in simili videmus de  
multis officiatis ciuitatū, qui sunt immunes quo  
ad eos, sed alij ciues supportat eorum onera, quia  
in alijs deseruuntur ciuitati.

2. Prædicti aquarum custodes sunt ira priuile-  
giati, & ab omnibus honorandi. Vt potius cogno-  
scantur, signari debent in manib. per impressio-  
nem signi Principis, aut illius domini vbi sunt de-  
putati. vt inquit tex. in l. decernimus. Loco cuius  
impressionis, seu characteris hodie seruientes Prin-  
cipi, aut alteri in aliquo officio, debent deferre ba-  
culum depictum signo domini: vel aliud signum  
ab ipsis seruientibus portari solitum: vt cognosca-  
tur ab omnibus, quod seruēs cīt curia talis domi-  
ni. Sic ē legati Romanorū herbā quādam defere-  
bant (qua vocatur saginla) vt cognoscētur, vt  
nullus eis inferret iniuriam, le. sanctū, ff. de rerū  
diuīsione. Ad quod accedit l. i. C. de latina liber-  
tate tollenda. circa medium. vbi patet seruos de-  
bere portare pīlenum. Ita dicit lac. Rebnissi. in d. le.  
decernimus. vbi etiam deducit, quod in simili fi-  
ponatur quis in saluaguardia, vt cognoscatur, de-  
bent apponi pennuncelli Regij in domibus, seu  
prædijs, vbi apponit saluaguardia: & istud com-  
muniter sit apud nos, & in toto Gallia. Et isti pen-  
nuncelli denotant talia esse in saluaguardia Prin-  
cipis dativa. Alijverò Officiarij qui habent signa  
consuta, ex quibus cognoscuntur, vt sunt clien-  
tes Principis. ex huiusmodi signis semper sunt in  
eius saluaguardia. hoc est, protectione. Ideo in locis  
vbi aquarum custodes portant sua signa tutantur  
saluaguardia. Principis, nec impune offendi pos-  
sunt.

3. In hoc priuilegiantur aquæ, quod prædia, in  
quibus transeunt & sunt aqueductus, consequun-  
tur immunitatem ab omnibus oneribus extraor-  
dinarijs, & iuperindictionibus, quæ pro illis præ-  
dijs imponuntur. l. i. C. de aqueductu lib. ii. Et istud  
rationi congruit, cō, quia possētōres prædiorum,  
vt per quæ aqua publica defluat tenentur suo sum-  
ptu aqueductū purgare d. l. i. Ideo ins & ratio fa-  
det hoc casu, cum in hoc grauentur, vt in ali-  
quo releuantur. Ideo cessante causa, si non tene-  
antur aqueductū purgare suis expensis & sumptu-  
bus: sed vt plurimum cum purgentur expensis pu-  
blicis, idco non habent illam immunitatem.

4. Quia pro vtilitate publica, & ad usum publi-  
cum, licet transducere aquam per agros priuato-  
rum, etiam dominis inuitis, lege si locus. g. cū via.  
ff. quemadmodum seruitus amittatur. d. l. i. Cod.  
de aqueductu. satis factō tamen damno dominis  
prædiorum l. si venditor. g. si constat. ff. cōmūia  
prædiorum. Fel. in c. que in Ecclesiast. col. 10. ex  
tra de constitutio. quod intellige ad usum publi-  
cum,

## D V O D E C I M A P A R S

¶um, vt dictum est, non ad vsum priuatū. l. quāadmodum. §. si protestim. ff. adl. Aquiliam. Frāc. de Ripa tamen in loco ante citato dicit idem esse ad vsum priuatū ex decreto ducal. ducat. Mediolani. 5. Quia in fauorem aquarum fuit interdictum dominis prædiorum, per quā aqua publica commicat, ne plantent arbores propè aquæductus, nec natas, vel renatas teneant per quindecim pedes d.l. Ratio ibi assignatur. Ne arborum radices fabričam formā corrumpant: & vt ait Franc. de Ripaloco ante alleg. Ex hoc cognoscitur istud folium ptocedere, quando aqua ducitur per canales lapideos, ligneos, vel plumbeos (vt in hac nostra ciuitate Hed. vbi aqua fontis, qua serè omnes vñtūr ducitur per canales olim plumbeos, nunc ligneos. Crederem tamen necessarium fore, vt reducere int̄ pristinam naturam, & ad canales plumbeos.) Secusverō, vt ait, si conducatur per patentes alueos, quia Ripæ arborum radicib. magis mununtur, quām corrumpuntur. l. 5. oporet. ff. ne qđ in loco pu blico tipāe eius fiat.

6. Quod qui ex publico aquæductu ad sū fundū aquam diuerterit absque licentia Princeps, vel illius ad quem spectat: fundum amittat, & fisco aequiratur l. 2 C. de aquæductu. & vñpatam aquam restituat. d.l. decernimus. etiam librarum decem multa plectantur. l. fi. Co. de aquæductu. Et contra eos, qui in dampnum accolentium quicquam in fluminē publico ripāe eius faciunt, proditum fuit remedium & interdictum, ne quid in flumine publico, ripāe eius, &c.

7. Quia interest Reipublicæ, ne aqua publica minuatur, corrumpatur, deterioretur fiat cuilibet de populo prodata est actio aduersus contrafaciētes. l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flumine publico, ripāe eius, &c.

8. Quia priuilegium extrahendi aquam ex publico aquæductu fauore publico restringitur ad aquam superfiuam & superabundantem. i.e. si quis per diuinam liberalitatem. C. de aquæductu. Quod facit ad perunissim, ne dicam licentias mercatoribus (etiam alterius gentis vt Anglis & Ianuenib) ad extrahendum à patria certas quantitates frumenti, quoniam huiusmodi indulgentia debet intelligi, si talis quantitas superest ab vñ habitantium, & sic recipit conditionem, si Reipublica non indiget, vt in simili de indulgentia cōcessa lauuenib, de qua per Bart. & Ioannem de Platea in d.l. si quis per diuinam. Et in crīto, quia priuilegium alieui concessum non extenderetur ad ea, per quā lēdcretur publica vtilitas l. fi. C. de officio Magistri militum. l. humiliorib. C. de fusce pto. & Arch. l. 2. C. de priuilegiis scholarum lib. 12. Priuilegia enim publicæ vtilitati damnosā, non sunt recipienda nec damnosā. C. de precibus Imperato. offerendis. Etiam facit, quia de superfluo erogari debet & elargini, iuxta illud, Sitientibus a-

gris nostris aquam non dabimus alienis. l. pres. C. de seruit. Quilibet enim primo sibi Eleemosynam facit, deinde proximo. c. sanè deponitur. d. 3. & vnuquisque regulam diligendā proximo accipit. c. si non licet. 23. qua. 5. Et dicitur Thobiz. 4. Quo potueris ita esto misericors: si tibi fuerit multum, abundantanter tribue, si exiguum, etiam hinc benter imparte. Et dixit textus in authen. quomodo oporteat Episcopos. §. in omnib. Dandum est ex his, quā Deus dedit, quod est possibilē ministerare. Vnde Ecclesiasticis. scribitur. Da alii secundum donatum cius. Hec dicit Luc. de Pen. in d.l. si quis per diuinam. vbi multum exhortatur magistratus qui Républicam administrant, vt prouideant, vt primo sit copia rerum necessiarium in ciuitate antequam aliiquid extrahatur. Ita si videlicet aliquod mercimonii vñibus pernicioſum, prohibere debent, ne ibi exercetur leg. nobiliores. Cod. de cōmercijs & mercatorib. Quod notandum est pro nostris ciuibus, qui aliquando in fine anū volunt extrahere vna de ciuitate, & vendere Comitatibus: quoniam officiales prouidere debent, ne tot vendantur & distribuantur, vt ciuitas nō sit euachata illis, sed tantum vendantur de ijs, quā supērabundant, & pro necessitate.

9. Quia aquarum malignitas quandoq; inficit ciuitates, debent qui Reipublicæ gerunt administrationem aut etram prohibere, ne in publico aquæductu, aut in aquis, quā pro vñ publico sunt necessaria, quis res immundas proijiciat, neq; mulieres pannos ceteraq; foddida, ne seruitores mulas, equos, & reliqua huiusmodi lanent, ne vñ posadmittant, iuxta illud: Heu liquidis innisi fontib aprum. Nœc in eo quis nact, vñ se abluit, nisi fortè in inferiori parte, & secreta. vt est tex. in leg. cum supra vñrentes, vbi Bar. & loande Platea. C. dere militari. lib. 12. Et qui contravenit, & quodammodo aquas publicas spurcaverit, arbitrio iudicis grauitat cōstipuendus. l. 1. §. 1. ff. de varijs & extraordina. cogn. Imò non licet habentis fontem seu aquam priuatam, eam aliquo modo spurcam reddere, si cum eadem spurcera in aquam vel fundum defluat alienum. apud Treba. in princip. ff. de aqua plu. arc. Aret. consi. 30. Capola in tract. de ferui. tit. desonte. Alias tenebatur actione iniuriarum, F. de Ripa. in dicto loco versi. 7.

10. Pro fontib. construendis & aqua habenda ad vñ publicum possunt decuriones collectā imponere, vt per plura deducit & comprobat idē de Ripa in prædicto tract. fol. 33. vers. 8. & ita olim Ro mani faciebant in eodem authore.

11. Quoniam priuilegiū immitatis ab omni munere nō eximit priuilegiatum ab onerib. quā imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis, aut reficiendis, ad potus. Cod. de oper. publicis. Nam ad talia onera

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

310

etiam Ecclesia tenetur ad instructionem. Co. de sacrofano. Eccle. secundum Ioan. de Platea. in le. ad reparationem. C. de aqueductu. Adducit etiā t.c. x. in l. absit. C. de priuilegijs domus Augustae libr. ii. & in l. 2. C. de immunitate nemini concedenda lib. io. Per quā iura videtur, quod etiam nemo potest se excusare à refectione pontium ciuitatis per quocunque priuilegium immunitatis quod habere possit.

v. Extrahens aquam de publico aqueductu deriuando cam ad fundum suum, punitur in ammissione illius fundi, vt est text. ad literam in legi quis de cætero. C. de aqueductu. libro vnde-  
mo.

Ad cognoscendum ergo aquæ bonitatem, quæ nobis necessaria est, ponenda est in vas anæcum, vel Corinthium, & si maculam non fecerit, neq; in fundo vasis arena, limusue inueniatur, vel si legumina cum ea aqua coniecta, & ad ignem posse aceleriter percocta fuerint. Cognoscitur denique si limpida & perlucida fuerit, & quocunque postfluxerit, locum ab omni inquinamento inundum teliquerit, neque mustum, neque iuncos produxit: His signis, aqua tenuis, & in tunica sa-  
lubritate nobis ostenditur.

Probatur autem aquæ bonitas ex aspectu inco-  
lari, si sunt corpore robusti, colore nitidi, non gib-  
bos, non strumosi, non viati cruribus, nō lippis  
oculis, nō fatui. Erat vt ait Fran. de Ripa in disto suo  
trata de peste. sol. 32. versic. dixi ex aqua. vt co-  
gnoscetur aquæ puritas salubritasque maiores  
nostræ inspiciebant iecora pectorum, quæ his lo-  
uspicebantur, & plures experti si liuida, vel vi-  
olenta & peccant, ex aqua, & pabulo malignis id  
venient arbitrantes iudicio, mutabant Regionis  
locum, dubitantes aquam illam humanis corpo-  
ribus pestilentem futuram. Et ibi amplè scribit,  
quomodo ex aqua foecida generatur vt pluri-  
mum pestis. Ideo cōsulendum est hominib. vt ha-  
bitationem loci eligant, vbi sit aquarum salu-  
bitas & libertas.

**D**ecimanona consid. Montes deponit. Nē-  
pē, vr dicitur in lib. de locorum ac mirabilis-  
tudini descriptione c. 23. qui est additus Geo-  
graphia Ptolemai. Quidam montes proprijs ex-  
clusi vocati sunt, ex quib. notandi sunt, qui op-  
inione maximi celebrantur.

Mons Caucasus ab India vsq; ad Taurum mō-  
tem porrectus, pro gentium, & linguarum varie-  
tate quoquo versum vadit, diuersis nominibus  
numupatur: Vbi ad Orientem in excelsorem cō-  
surgit sublimitatem, propter initij candore Caucasus  
nuncupatur. Nam Orientali lingua ea cau-  
sum significat cādīdūm, id est, niibus densissimis  
candidantem. Hic fertur secundum nonnullos  
siderib. proximus, vnde astra maiora visuntur, &  
corum ortus occasusq; diligenter perspicuntur,  
de cæst, & in hospitalis. Vnde Virg.

*Sed duris genuit te cautibus horrens  
Caucasus.*

Et à plerisque mons Taurus idem vocatur, qui  
& Caucasus, & Indiam à Scythia dirimir in finib.  
Assyriorum, de quo meminit Plin. libr. naturalis  
historia 5. c. 27.

Libanus mons Phœnicum altissimum, cuius  
meminerunt Prophetæ, dictus à thure, quia ibi  
colligitur. Alius cūt mons, qui dicitur Libanus in  
Iudea, sed vr dicit Nicolaus de Lyra super illud  
Canticorum 4. Non est ille mons, de quo ibi sit  
mentio: & sic sunt duo montes Libani, sed excel-  
sior seu altissimus est ille, qui est in Phœnicia: de  
isto monte meminit Plin. libr. naturalis historia 5.  
cap. 20.

Ararath mons Armeniæ, in quo Aracham Hi-  
storiam post diluvium refedisse restantur: vnde &  
vsque hodie ibidem lignorum eius videntur vesti-  
gia. Altius dc materia refert Philippus Bergomæ.  
in suo supplemen. Chronicarum libr. 1. in verbo,  
Noe. Erra inquit, quod stetit Archa ipsa (vt sacræ  
tradunt literæ) super altissimos Armeniæ montes  
quindccim cubitis, vt patet Gen. 7. Exsiccatis ve-  
rò aquis Noe primum animalia ex Archa dimi-  
sit, quibus emissi ipse sua cum generatione simul  
egressus confessim pro gratiarum actione Deo sac-  
rificauit. Atque cum suis comedendo carnes e-  
pulari coepit. Eum autem locum (vt Iosephus re-  
fert) Armeni postmodum egressorum vocarunt,  
vbi & Archæ saluata reliquias per multa tempo-  
ra ipsi prouinciales ostenderunt. De huiusmodi  
Archa Berossus Babylonicus Historicus in suo 1.  
lib. de temporibus. cuius titulus, Berossi defloratio  
est, per pulchritudinem tractat dicens: Ante aquarum  
cladem famosam, qua vniuersitas pergit orbis, &c.  
Ait enim in fine libri, quod Archa quieuit in ver-  
rice montis Gordie, vbi aliqua ipsius pars suo tem-  
pore erat, & homines sui temporis ex bitumine  
illo colligunt, & ad expiationem peccatorum suo-  
rum vtebantur.

Olympus, mons Macedoniæ, est nimium præ-  
cessus, ita, vt super illo nubes esse dicantur. Vnde  
Virg.

*Nubes excessit Olympus.*

Dictus Olympus, quasi ololampas, hoc est, to-  
tus lucens, quia Solem clarum habet, nullisq; vnu-  
quam nubibus fascatur. In eiuscumine aram  
Ioui dicatam commemorant Poëta, vt dicit Nicolaus Perottus in suo libro Cornucopia. Hic  
mons Macdoniam à Thraciæ dñit. Et de isto  
monte, & pluribus alijs meminit Isido. libr. 14. c. 8.  
post ipsum Ptolemaum. Sunt autem quatuor  
montes hoc nomine: Primum, mons altissimus  
inter Thessaliam, & Macedoniam, qui tamen  
Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogrecia, vel in  
Cypro. Alius, & tertius apud Mysos, ad cuius ra-  
dices Prusa ab Hannibale condita est. Quarrus, ad  
mare rubrum in Aethiopia non longe ab Helio-

## D V O D E C I M A P A R S

poli oppido, qui oriente Sole usque ad quintam diei horā flamas emirunt, ut dicit Calep. in verb. Olympus.

Alius est mons in Macedonia, dictus Athos, alius nubibus, tatoq; ublimis, ut in Leminum insulam umbra eius protendatur, quae ab eo 76. milia passibus separatur.

De multis alijs montibus, s. Parnaso, Aethna, Apennino, Pyreneo, Calpa, Ceraunio, & Acroteriis montibus, videatur in dicta descriptione, vbi supr.

In Talaro monte Epiri centum esse fontes docet Plin. lib. 4. c. 1. Talarus, inquit, mons centū fontibus circa radices Theopompo celebratus.

**V**igesima consider. de tribus sectis mundi declarat, quae illarum sit excellentior, cum genus humanum in trece sectas principales diuidatur. In Gentiles, scilicet, Iudeos & Christianos, hoc est, in preputium, circumcisionē & baptismū. Petrus venerabilis Abbas Clun. lib. 1. Epistolarum quatuor sectas in mundo præcipuas scribit, scilicet, Christianorum, Iudeorum, Saracenorum & Paganorum.

Secta verò Gentilium siue Paganorum, olim erat quae colebat multos pro Diis, videlicet Saturnum, Iouem, Mercurium, Herculem, Iunonem, Proserpinam, Palladum, Deam Vestam, Cererem, Vulcanum, Bacchū siue Liberū, Janū, Quirinum seu Martem, Aesculapium, Aclum, Dianam, Venerem, Apollinem, Plutonem, Neptunū, ac multa alia idola manusfacta. Et pro hac secta quidam allegant illud dictum Apostoli 1. ad Corinth. 8. Si quidem Di sunt multi, & domini multi. Sed Secundus primo sentent. dist. 2. eis respondet, quod Apostolus ibi loquitur secundum opinionem idolatrarū. Unde eodem c. reprobant eorum sectam dicens: Nam & si multi sunt, qui vocentur Dij, siue in celo siue in terra, nobis tamē est unus Deus. Omnes autem Dij Gentium demona, Psal. 95. Vel potest dici, qd; Apoſt. ibi loquitur de his, qui aliquid amant plus quam Deum, & in eis ponunt similem suum. Hoc enim est eis pro Deo, iuxta illud Augustini in quodam sermone, dicens: Hoc pro Dco ab homine colitur, quod ab eo præceteris diligitur. Vnde de gulosis inquit idem Apost. ad Philip. 2. Quorū Deus venter est. Dicit tamen Bernard. de Bustis in 1. par. sui Rosarij. serm. 14. in 1. par. illius sermonis, in litera N. quod prima expositio Scotti est melior eōtra Gentiles & Paganos adorantes statuas manuæfactas pro Deo, qualis erat statua aurea Nabuchodonosor Dan. 3. Contra quos inquit David Psal. 113. Simulachra gentium argentinum & aurum, opera manuum hominū: oshabent & non loquuntur, oculos habent & non videbunt, &c. Et tandem: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. Talia tamen simulacra gentiles sapientes deridebant. Unde res fert Ambro. libr. 2. de virginibus, quod Dionysius Tyrannus, cum in-

trasser in templum Iouis, amictum aureum quo cius operiebatur simulacrum, de rahi iussit, & imponi lanceum, & dixit: Aurum hyeme est frigidū, æstate vero onerosum: Deum antem suum fieri sit, ut nec onus serre possit, nec strigis portare.

Item, cūm Aesculapij vidisset barbam auream, tolli cā imperauit, dicens, in eō gruum esse ipsum barbam habere, quam Apollo eius pater non habet.

Item, simulacris tenentibus pateras aureas demitas, allegans, se accipere debere quod Dij daret. & subdit Ambrosius: Ita ludibriū habitū sunt, ut neque Iupiter vestem suam descendere potuerit, nec barbam Aesculapius, nec Apollo pubescere ad hoc cœperit. Nechi, qui dicuntur Dij, defendere potuerunt pateras quas tenebant. Apparet autem stultitia Paganorum, qui, ut refert Salomon sapient. 13. putauerunt esse rectores terrarum Deos Solem, aut Lunam, aut Stellas, sive Acrem aut Aquam, vel Iguem. Nam nulla rationabilis causa ad hoc moueri poterant, sed iusplentia. Sicut Chaldei, de quibus legitur in quadam historia scholastica, quod cum ipsi adorarent ignem, quem ipsi appellabant Deum Deorum, ad hoc etiam cogebant alios hoc modo. Offerebant enim quibusunque negantibus ignem esse Deum, & alium Deum pugnantibus, pugnam: ita, quod si Deus eorum ab aliquo vinceretur, eius culturam admirerent. Si verò ignis eorum Deus aliorum idola consumeret, illi ad ignem semper colendum se obligarent. Quapropter Canopei, quidolum Beli adorabant, deposituerunt de capite idoli sui coronam auream, & super caput eius quoddam vastum accum posuerunt, & illud multis foraminib; perforauerunt, & cum cera obturauerunt, & illud aqua impletuerunt. Veneruntq; Chaldaei ad illud idolum examinandum, & posuerunt in ignem, statimq; in foraminib; cera liquefacta decindit aqua, & ignem extinxit, & sic prævaluisse creditum suit idolum Canopi cuiusdam ciuitatis Aegypti Deo Chaldaeorum. Etideo dicit Bernard. de Bustis in dicto sermone 14. in 1. parte sui Rosarij. quod haec secta sicut reprobata duplice decaūta, & secundam comprobata ex pluribus alijs de causis, ut ibi per eum, vbi plures Theologos pro hoc allegat. Ideo hæc sufficient, cum non sit intentionis meæ illani laudare: sed hæc retulisse sat est, ut in tantum aliarum sectarum laus pateat. Dixit tamen Iohannes de Turrecremata in cap. caue. 28. quæst. 1. quod hodie pauci sunt gentiles, ex quo aliter in his non est immorandum.

Alii nempe sunt sectæ, ut Mahometi, Iudeorū, & Christiana. De secta autem Iudaorum an sit aliquo modo laudanda, a. videretur quod sic: Ed. qd; videretur, quod Christus non fuerit missus, nisi pro natione Iudaica: cūm, ut habetur Matth. 15. dicit: Non sum missus nisi ad oves quæ petierunt domus

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

311

domus Israël. Et in Iudea, natus est Christus, ut habetur Matth. 2. Et ex Virgine Maria quae erat Iudea, & desinu Dauid, ut habetur Matth. 1. Qui non renuntiaverit legem, sed adimpleret, ut dicitur Matth. 5. Et quibus Iudeis data sunt deinceps præcepta legis, scilicet, Moysi conductori filiorum Israël, ut patet Exod. 3. Et illis dati fuerunt Prophetae, plus quam ceteris nationibus. Matth. 23. Et salus ex Iudeis est. Ioan. 7. Et in quibus duodecim millia senatorum stantium ante Thronum Dei fuerunt à Iudeo Ioanne Euangelista, ut scribitur Apoca. 7. Et quibus dedit benedictionem, etiam domui Iacob, Aaron, Irael, Abraham & semiini Dauid, & omni generationi eius, ita, quod ut breui absoluatur, non sit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifesta uiteis, Psalm 148. Cum humanam carnem in Iudea assumeret voluit, & ex Virgine Maria Iudea, quae est nunc exaltata super omnes Choros Angelorum. Qui omnes suos Apostolos, qui sunt tanquam Principes, sedentes super duodecim tribus Irael, iudicantes ex ipsa Iudea in consortium assumere voluit, qui illam in medio terra posuit cum Ierusalem ciuitas principalis Iudaica genitis in medio terræ: ut dictum est supra. Ratione cuius medij consideratur maioritas, ut prædictum est supra in 1. par. in 12. confide.

Sed quicquid sit, sola secta Christianorum seu fides Christiana est extollenda, & laudanda, cum alii reprobentur. De reprobatione vero secta Mahometi, non aliter infistro, cum illam reprobatis Bernardus de Bustis in 1. par. sui Rosarij. serm. 14. 1. par. litera V.

De secta Iudeorum, etiam est satis reprobata pereundem, in dicto loco in litera Z. vñq; ad fin. eius sermonis, ubi ponit notabile confilium cōtra Iudeos blasphemantes Deum & Sanctos, quod modo debent puniri.

Cum ergo illi omnes Sectæ reprobentur, sola secta Christianorum est extollenda, & illam dicit commendandam ex tribus Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosarij. serm. 15. in litera E. vñque ad literam X. Dico autem illam esse extollendam plius iouis alijs de causis.

Primo, quia fuit prophetizata à Prophetis non illum Iudeis, sed etiam per vniuersum orbem antenatiuitatem Christi fuit cognita. Et quia principaliiter in duodecim articulis fidei contentis in Symbolo facto ab Apostolis, qui quidem omnes articuluerunt ante Christum præcogniti, & quo modo figurati fuerunt in duodecim lapidibus fundamenti muri ciuitatis Ierusalem, de quibus Apocalyp. 21. Et in duodecim stellis, quae erant in corona inuieris, de quibus Apoc. 21. Et in duodecim lapidibus portatis per duodecim viros perfectos, de quibus Ioseph 4. ponit Alexander de Hales. in 3. par. sua summa: in tractatu de fiduc informi. q. 1. Et Bonaventura in 3. distinçt. 25. artic. 1. qua. 1. Et Richardus in ea distinçt. artic. 2. qua. 1. Et de Fide &

Atticulorū fide nobilitate, vide infra in 27. consi.

Et deueniendo ad primum articulum, particulariter demonstrando quomodo in sacra scriptura dicti Articuli erant iam cogniti, cum dicatur per Petrum, Credo, de hoc habetur Ecl. 2. vbi dicitur: Qui timet dominum, credite illi. Et cum dicitur, In Deum, habetur Deut. 6. Audi Irael dominus Deus noster Deus unus est. Et cum dicitur Patrem, habetur Ierem. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Et cum dicit Omnipotens, habetur Gcn. 7. Ego dominus omni potens, ambula coram me, & esto perfectus. Et cum dicit Creatorem Cœli & Terræ, habetur Gen. 1. In principio creauit Deus Cœlum & Terram.

Secundus Articulus fuit Andreæ, qui dicit quin que videlicet, Et in lesum, quod habetur Abacu 3. cap. vbi dicit Propheta: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Secundo, Christum, Abacu. vlt. Egressus es & in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Tertio, Filium eius, ut habetur Psalm. 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te, & Psalm. 88. Ipse inuocauit me, Pater inuocauit tu. Quarto, vnicum, dicit ibi, quia Psalm. 88. habetur: Et ego primogenitus ponam illum, excelsum præ Regibus terra. Quinto, Dominum nostrum, quia habetur Psalm. 23. Domini est terra & plenitudo eius, Orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. & Psalm. 2. Dicit Deus Pater Filio, quem mittere volebat ad incarnandum: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga serrea.

Tertium Articulum, posuit Ioannes, dicens, Qui conceptus est de Spiritu sancto, & hoc habetur Esa. 63. vbi dicitur, Spiritus sanctus ductor eius fuit. Deinde dicit: Natus ex Maria Virgine, Esa. 7. Ecce virgo concepit & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.

Quartus Articulus, fuit Iacobi maioris, dicens, Passus sub Pontio Pilato, & hoc habetur Esa. 50. vbi inquit Christus pro Esa. Corpus meum dedit percutientib. & genas meas vellestib. faciem meam non auerti ab increpantib. & conspuentib. in me. Crucifixus, inde dicit, quod habetur Iob. 7. Suspendit elegit sibi anima mea. & Psalm. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Item, & mortuus, dicit, quod habetur Esa. 53. Tradidit in mortem animam suam, & cum fecelerat reputatus est. Tertiò dicit: Et sepultus, quod habetur Esa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum. dicit Propheta: videns in spiritu Christum de sepulchro resurgentem in gloria.

Quintum articulum, posuit Iacobus Minor dicens: Descendit ad inferos. Et hoc habetur Zacharia. 9. vbi Propheta loquitur, dicens: Futura velut preterita more Prophetico, vnde ait: Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vincitos de

Illi 3 Iacu,

## D V O D E C I M A P A R S

Iacu, in quo non erat aqua. Anima enim Christi descendens ad inferos, liberauit sanctos patres.

Sextum articulum posuit Thomas dicens, Tertia die resurrexit a mortuis. Osca. 6. Dicebat mortui qui debebant resurgere cum Christo, postquam intellexerunt illum esse mortuum, forte per annunciationem Euangelicam, viuiscabit nos post duos dies, tertia die suscitabit nos. & sic se in iuice confortabant.

Septimus articulus fuit Philippi, qui dieit, Ascendit ad celos. & hoc habetur Psal. 46. Ascendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubae. & iterum Seder ad dexteram Dei patris omnipotentis. Psal. 109. Dicit dominus domino meo, sedē a dextris meis.

Octauum articulum posuit Bartolomaeus (cuius nomen inditum est mihi in baptisme) qui dixit, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. De quo habetur Esai. 4. Dominus ad iudicium veniet cum seniorib. populi sui, & principibus eius. & Psalm. 97. iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Nonus articulus fuit Matthæi, qui ait, Credo spiritum sanctum de quo habetur lohel. 2. vbi dicit Deus de spiritu sancto, quem mittere debebat in die Pentecostes. Est fundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri.

Decimum articulum posuit Simon dicens, sanctam Ecclesiam catholicam, scilicet, esse univocam per totum mundum. c. 1. §. vna vero de sum. trin. & fide cathol. & extra quam nemo potest salvare. De qua Sophonia vlt. dicit Spiritus sanctus. Reddam populis labium electum, ut inuocent omnes in nomine domini, & seruiat ei humero uno. Omnes enim Christiani dicuntur esse unum corpus Ecclesiæ. iuxta illud Pauli ad Roma. 12. Multum corpus sumus in Christo. & eadem sententia habetur primæ ad Corint. 12. licet per alia verba. Item dicit, Communionem sanctorum. De quo habetur Sap. 7. Sinc inuidia communico, dicit quilibet sanctus. & Psal. 118. dicit David dominus. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Vnde decimus articulus fuit Thadæi dicens, Remissionem peccatorum, & hoc habetur Ezecl. 36. vbi dicit Deus de aqua baptismali: Effundam super vos aquam mundam, & inuidabimini ab omnibus iniquinamentis vestris. Hinc, sumpta occasione Bernar. de Buft. explicans talia in 1. part. sui Rosarii, serm. 15. ponit materiam indulgentiarum, videlicet ibi per 4. folia.

Duodecimum articulum posuit Matthias dicens, Carnis resurrectionem: Et hunc habetur Ezecl. 37. vbi dicitur a Domino mortuis resurrectis: Ecce ego aperiem tumulos vestros, & educan vos de sepulturis vestris, & dabo spiritum in vobis & viuetis. Deinde dicit: Vitam æternam, Amen. In

quibus verbis continetur virtualiter, ut prædictum est, etiam est æterna damnatio peccatorum, per argumentum a contrario oppositum, ut dicunt Theologii in 3. distin. 25. Et iste articulus habetur Dan. 12. vbi dicitur. Qui dormiunt in terra pulueri euigilabunt, Alij in vitam æternam, Alij vero in opprobrium sempiternum.

Ultra autem Symbolum Apostolicum, sunt 2. lia duo, scilicet, Symbolum sanctorum patrum 150. in concilio Niceno secundum aliquos, sed melius in concilio Constantiopolitan congreditorum, ut in ea canonice 15. dist. & hoc factum est contra Manichæum, & Maccedouium, negantes Spiritum sanctum esse æqualem Patri & Filio, ac cantatur in missa.

Aliud vero, quod cantatur in prima in diebus dominicis, fuit sanctum contra Arrium, negantem filium esse Patri æqualem. Compositum fuit ab Athanasio excellentissimo doctore, & Episcopo Alexandrino. Et utrumque istorum fuit editum ad declarationem primi, scilicet, Apostolici, contra Hæreticos male exponentes. Primum tamen est dignius, tum propter compositorū excellētiam, tum, quia omnes articulos fidei plenius continent: & est magis sententiosum quam alia, ut dicunt Theologii in 3. distin. 25.

Proseguendo matrem nostram, quod Secunda Christianorum magis est extollenda, ex eo, quod Articuli fidei illius sunt approbati à venerabilimento, & cognitiō prophetis, etiam ante adventum Christi (qui est autor & institutor illius fidei) in quem omnes fidèles Christiani tenentes fidem & Secundam illius, credunt ipsum fuisse natum ex Virgine Maria, passum sub Pontio Pilato, &c. Huiusmodi, q. sunt de articulis fidei, & de vero Christo, qui in mundum venit, & quod verēs fuit incarnatus. unde dicitur Amos 3. c. Nō faciet dominus verbum, scilicet, incarnari, quin prius loquatur ad prophetas suos: Et ideo videndum est, quae fuerint principales Prophetæ de Christo loquentes, ut cum patuerit eas esse verificatas, credamus eum verum fuisse Messiam, per illam sententiam Nic. de Lyra, in suo opusculo contra Indeos dicentes: Quotiescumq; aliqua scriptura denunciat aliquid esse futurum, & determinat tempus, locum & modum, si omnia prædicta simul concurrant & reniāt, manifestè patet, quod illud quod prædictum fuerat, verissimum est. Et ideo ad oculum monstrabitur ex pluribus Prophetis, quod veritate fuerunt in Christo, qui habuit testimonium pro se validissimum. Fides sua est tenenda, & ultra alias extollenda.

Nonne primo de eo prophetatum fuit Gen. 49. Vbi Abraham Patriarcha dicit. Non auferetur scepterum de Iuda, neque Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & secundum translationem Chaldaicā habetur, donec veniat Messias:

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

312.

has sequitur: Et ipse erit expectatio Gentium, quia gentiles eius sicut recepti erant. Et hoc quoque prophetatum erat Dan. 9. vbi dicitur. Cum venerabatur Sanctus Sanctorum, et se habuit vincio veltra. Quod patet esse impletum, Ed primò, quia constat lucidus nunc non habere Regem. Nam antiquitus coram Reges vnguebantur, ut habetur i. Reg. 9. ca. quod hodie non sit. Sed haec vngue data à Deo Regibus fuit translatata in Regem Franciæ, propter Christianitatem in suo Regno inuulnerabiliter obseruata, vt dixi supra in s. par. in 23. cōsid. de Cloue i. Rege Francorū Christiano, cui diminutus in diuina sancta in suo baptismate demissa fuit, ex qua adhuc Reges Fraciæ inter alios Reges vnguentum mirabili deuotione & solennitate.

Nani, in nativitate Christi, Iudei amiserunt regnum, quia ablatum fuit eis ab Herode Ascalonius, qui fuit Idumeus, & auxilio Romanorum decessauit Antiochum Regem Iudaorum, qui descendebat à Machabais & prolem Regiam occidit, & libros de genealogia combusavit, ne in posterum ei cicereretur ipse vel filii eius, tanquam alienigenæ, & interfecit etiam legi doctores, qui dicebant in populo illud Deut. decimoquinto: De medio fratribus tuorum pones super te Regem. Tempore cuius Herodius natus est Christus, & ideo audiens magos dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudaorum, curbatus est. Matth. 2. Ipse enim usurpauit Regnum Iudeorum, Anno incarnationis seu nativitatis Christi, & ab illo tempore translatum fuit Regnum Iudeorum in Romanos, ut habetur loan. 19. nō habemus Regem nisi Cæsarēm; & quis Regem facit contradicit Cæsari.

Ex quibus patet, quod verificata fuit illa propria, quod verus Messias qui mittendus erat qui dicitur Christus, venit in mundum, & fuit ille qui natus est de Virgine Maria, passus sub Pontiverus Deus & Homo. Cuius est fides Christiana, quam tenemus & seruamus, quam vera est & infallibilis: & sic inter alias & supra alias extollenda.

Per cuius Christi nativitatem, lux orta est nobis, ut habetur Esa. 9. Populus Gentium qui abulabat in tenebris vidit lucem magnam: habentibus in Regione umbra mortis Lux orta est, & omnes Gentes præter Gentes Iudaorum, sunt in regione umbra mortis. Cum non habent cognitionem veri Dei, nec præcepta legis, sed sunt gentiles, sed tunc talibus lux orta. Eò, quia Deus sciebat illos debere tenere fidem Christianam & Gens Iudeorum fuit maledicta. Eò, quia non cognovit dominum. Ideo habetur Esa. 1. Congnovit Bos possessorum suum, & Asinus præsepe domini tui: Israel autem me non cognovit, & gentes persecuti, populo graui iniustitate, semini nequam, filiis sceleratis. Et ideo sequitur Esa. 9. Quod si quo fides Christi debebat recipi à Gentibus, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam,

&c. Ex quo constat, hanc fidem Christi esse extollendam, cum per illam lux orta sit nobis.

Etiam fides nostra Christiana est multiplicata, iuxta dictum Esa. 9. Multiplicabitur eius Imperium usque in sempiternum. & Daniel. 2. cap. Indebus illis suscitabit Deus Cœli Regnum aliud, quod non dissipabitur in aeternum, quod potest intelligi de Regno Franciæ, in quo Christianitas numquam cessauit, nec cessabit: & sic est imperium Divinum datum à Deo in hoc mundo Regi Franciæ, vel secundum Theologos est Imperium Christi, quod est in locis, vbi fides sua seruatur & tenetur, quod erit semel in toto mundo, cum dictum sit: Data est ei omnis potestas in Cœlo & in terra, Matth. vii. Et fieri unum ouile, & unus pastor.

Extollenda est etiam haec secta: Quoniam eam tenentes peruenient ad vitam: quoniam, ut dicit Baruch. 4. ca. Hic liber mandatorum Dei, scilicet, darur ab isto Deo incarnato, de quo in c. 3. ibi: Qui adiuuenit omnem viam disciplinæ, qui cum hominib[us] conuersatus est, & lex quae est in aeternum, scilicet Euangelica, omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam, qui autem dereliquerunt eam, in mortem: Conuertere Iacob, & apprehende eam, pro quo bonus textus in l. i. C. de summa trin. & fid. eath.

Ex illis enim prophetis supra deductis & allegatis est, quod fides Christi, est prior & antiquior lege Mosaica, quod etiam alijs comprobatur medijs, in fortalito fidei lib. i. in 2. confide. artic. 2. Eo videlicet primò, quoniam Abraham ante legem, & ante circumcisionem iustus fuit, & non fuit iustus, nisi merito fidei, vt patet Genes. 19. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & merito fidei fuit sibi facta recompensio, & specialiter illa: In semini tuo benedicentur omnes gentes, vt patet Genes. 22. Sequitur ergo ex his, quod fides Christi fuit ipsa lege Moysi tempore prior. Et quoniam Apostolus hoc specialiter probat ad Galathas 3. exemplo Abrahæ, tamen hoc idem probat ad Hebreos 10. & 11. per plura exempla, sicut patet de Abel, Enoch, Noe, Sara, Isac, Iacob, Ioseph, & Moysi. Iste enim & multi alij iusti fuerunt ante legem iustificati, vt patet ibidem. Eo etiam secundo, quia Deus promisit Abrahæ inter cetera quatuor. Primum, hereditatis successione. Secundo, hereditatis adoptionem. Tertio seminis multiplicationem. Quartum, universa Gentis benedictionem. Et licet ad literam ista quoniam ei promissa fuerint de aliquo temporali, principaliter tamen Deus spiritualia intelligebat.

Primò enim promisit sibi Deus hereditatem, scilicet, Isac, Genes. 25. Sed in hoc principaliter promisit sibi Christum, qui pro tanto Hæres Abrahæ dicitur. Quia ex eo secundum carnem descendens in eius regnauit, regnat, regnabit hereditate. Unde Gabriel ait de Christo: Regnabit in domo Iacob aeternum. Luc. 1.

Secundò,

## D V O D E C I M A P A R S

Secundò, promisit sibi hæreditatem temporalem, scilicet, hæreditatem Chanaan, à fluvio Aegypti usq; ad fluuium Euphrateim, non vt dicto loco, Genes. 15. Non quod ipse vñquam illam posse derit, nisi in semine suo: vnde & semini suo dicebatur: Et dabo tibiter tan hāc. In hoc spiritualiter sibi promittebat, vt spiritualis hæritas, scilicet, vniuersa congregatio fidelium, tam Iudæorum quam Gentilium, cuius ipse per fidem pater est. Promitebat etiā sibi hæritatis gloria, qui propter fidem eius sinus Abrahæ nuncupatur.

Tertio, promisit ei seminis multiplicationem, sicut stellas Coeli, & arenam maris, Genes. 22. Boni, qui ex ipso descendunt per Isaac, & Jacob, sunt sicut stella Coeli. Sed præcipue veri Christiani, qui sunt eius semini spirituale, & semen Dei reprobatum, in quantum eius fidem imitantur: Sed mali, qui ex eo descendunt per Iudaens, & filios Zethuræ, & per Esau fuerunt sicce, & steriles, vel cura arena matis, sed præcipue mali Christiani, qui si habent fidem Abrahæ nomine fidei, tamen eius oportibus contradicunt.

Quartò, promisit ei Deus omnium gētium benedictionem quidem gratia in presenti, & gloria in futuro. Non quod per eum esset danda, vel sienda hæc benedictio: sed per semen, nō per quodcumque semen, sed per vincū, quod est Christus. Non enim in Isaac, Jacob, vel Ioseph, vel Moysè, David, Salomon, vel in aliquo alio homine potuit hoc verificari. In semine tuo benedicentur omnes Gentes, Gen. 22, quod declarat Apostolus ad Galathas 3, dicens: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius nō dixit in seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Nota, vt dicit Abrahæ, cui Deus non falleret propter eius fidelitatem & amicitiam, dictæ sunt, supplex à Deo, merito sua gloria, reprobatione loquitur in plurali propter promissiones superdiças, vel, quia secundum glossam frequenter idem est, aeterna beatitudo est sibi promissa, & semini eius, id est, Christo, non ad Christum fieret promissio, sed qd ad eum pertinebat, quia per eum promitebatur danda benedictio. Et, quod illud semen sit Christus, & non aliud, notatur ex verbis scripture, quae est: in semine tuo benedicentur omnes Gentes, non solum Iudei. Vnde ait: non dicit, supple scriptura, in seminibus, quasi in multis, quod faceret si de multis veller intelligi, sed dicit quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus. Vnde de uno solo vult intelligi, & istud ynum, est Christus. Si enim de multis veller intelligi, dixisset: In seminib. tuis, benedicentur, &c. Sed dicit ibi, semini, volens de uno intelligi, propter quod Apostolus, & semini tuo. Pater igitur, Quod cum promissio facta fuerit Abrahæ, merito sua fidei. Apostolus innuit ad Hebre. 10. & 11. & ista promissio diu fuit facta ante legistrationem, satis demonstrat, quod fides Christi promissi præcessit legem Moyli, & sic ex predi-

ca scriptura Pauli, quasi ex quadam aureola armatum, collectus est etiam hic flos pulcherrimus. De quo in dicto fortalito fidei, quod fides Christi est lege Moysi antiquior Rom. cuius antiquitas extollenda est ultra alias leges & seculas.

Et non solum extollenda est ex predictis, sed etiam, quia lege Moysi est stabilior. Ad phationem cuius articuli, dicitur in dicto fortalito fidei, ar. 3, quod duo sunt notanda.

Primum, quod sicut Apostolus dicit ubi supra, à tempore factæ promissionis Abrahæ usq; ad tempus quo lex Moysi fuit data fluxerunt anni 420, quos sic computat Rabanus, sicut dicit Magister in Historijs Actuum 7. Dicit enim Rabanus, quod à tempore promissionis primò factæ Abrahæ, fluxerunt usq; ad ingressum Aegypti anni 215, quod verum est, quia à tempore futura promissionis erat Abraham 75, annorum. Et ab illo tempore usq; ad nativitatem Isaac fluxerunt 25 anni, Et ab illo tempore, usq; ad nativitatem Jacob, fluxerunt 40. anni, Et ab illo tempore usq; ad ingressum Iacob in Aegyptum, fluxerunt anni 75. Deinde ab ingressu Iacob usq; ad mortem Iosephi anni 71. Postea usq; ad exitum filiorum Israel de Aegyptio, 144. & quinquagesimo die egressionis data est, Exod. 19. 20. Et sic sunt 400. & 30. anni. Et si dicatur contra Apostolum id, quod dicit Dominus Abrahæ, Genes. 15, quod semen eius esset futurum peregrinum in terra non sua, 400. annis. Idque dicit Stephanus Act. 7, non faciendo mentionem de 30. annis. Dicit potest, quod scriptura non computat inimicities. Dicit etiā Aug. quod haec computatio debet protendi usq; ad mortem Seon Regem Amorreorum, & Og Regem Basan.

Secundum vero, quod est non adum, Est, Quod promissio facta Abrahæ, quæ fuit iuramento Dei confirmata, Gen. 23. Per membris ipsum iuravit dominus, &c. sc. quiritur: In semine tuo benedicentur omnes Gentes tetræ, & Luc. 1. Iusurandum, quod iurauit Abraham, fuit dictum propter sui stabilitatem, & firmitatem testamenti. Etenim testamentum scriptura authentica, & solida, & talis fuit illa promissio, quia fuit summæ autoritatis, & stabilitatis: vnde tanta fuit fitmitas, quod lex post data non euacuavit ipsam, sed potius semen promissum euacuavit legem, sicut declaratur in eodem libr. 1. artic. 6. de cessatione legis Mosis. Si enim lex euacuasset promissionem, tunc hæritatis gloria non esset expromissio, sed ex lege, & si esset ex lege, cum Abraham, Isaac & Jacob fuerintante legem, tunc non haberent istam hæritatem. Cum ramendicat Christus, Matth. 22. 14. dicens illud Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed viuorum: viuunt ergo illi non vita naturali, ergo vita gloria. Quod planè dicit Christus, Matth. 8. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abram,

ham, Isae, & Iacob, in Regno Cœlorum. Ideo hac hæreditas non est ex lege, sed ex promissione, quæ cum fucrit merito fiduci Christi promissi, quia illam repromissionem habet iam Abraham, & non habet eam per promissionem, ergo cum promissio fuerit facta, & iurata, ut prædictum est mentio fidei, sequitur, quod fides Christi est summa stabilitatis, & stabilior, lege Mosaica, cum illa sit evanescuta per semen promissum. Et hoc omnia pulcherrimè posuit Apostol. ad Galatas 3. Hoc autem dico vobis testamentum confirmatum à Deo: quæ post 400. & 30. annos facta est lex, non mutat facit ad evanescendum promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non expromissionem. Abrahæ autem per repromotionem donavit Deus, quod sic explicatur: Hoc autem id est, promissionem Abrahæ factam, dico, id est, firmo, testaceum confirmatum à Deo etiam per iuramenta, quod, scilicet, testamentum post 430. annos, post quos supple facta est lex, non irruunt, sicut id est, non evanescat, quod quidem faceret, si per eam daretur benedictio: non ergo lex irruunt, sed prædictum testamentum ad evanescendum, id est, ut evanescat promissionem, supple Abrahæ fidem. Non igitur per legem benedictio, quia data dilecta post multum tempus à promissione facta, quæ quidem non dicit, quod per legem esset promissio, sed per semen. Sienim exlege esset hæreditas, non esset expromissionem: & tunc Abrahæ non haberet eam, quod est falso, ut supra dictum est. Propter quod dicit Apostolus: Lex non evanescit promissionem. Nam si ex lege hæreditas, quod oportet: si lex evanesceret promissionem: an non esset, supple hæreditas ex promissione: an probat dicens: Abrahæ autem donavit Deus ipsæ istam hæreditatem, per repromotionem. Constat enim quod Abraham iam haberet eam, & non habet eam ex lege, quia diu ante legem fuit mortuus, ergo habet eam per promissionem. Cum ergo promissio fuerit facta in merito fidei, sequitur quod fides Christi promissi, est summa stabilitatis, & stabilior lege Mosaica. Et ista veritas colligetur ex prædictis verbis Apostoli, ut dicuntur in praetato loco.

Excellenda est etiam Fides seu Secta Christianorum, ex alia causa, eò, quia lege Moysi est notior, & perfectior, ad cuius probationem prius quæror notanda veniunt.

Potius, quod quamvis lex Moysi non sit effundere iustitiam, nec meritoria bennictionis glorie, non tamen frusta fuit data. Fuit enim data propter quatuor causas, quas breviter rāgit: & de quo infra in 34. conside. apertius dicetur.

Prima, propter peccati prohibitionem, ut falsum timore poenitentia homines esclavent transgredi, ut hoc tandem facerent voluntate iuxta illud Horatii:

Oderunt peccare mali, formidine pene.  
Oderunt peccare boni, virtutis amore.

Prout notat gloss. in verbo, metu. in l. i. de iustitia, & iure. Et pœnænius, est metus multorum, text. est in l. i. in pœnit. C. ad legem Iuliam recipendarum. Faciunt tex. in l. aut facta. §. fin. & l. capitulum. §. penult. & l. de pœnis. & §. hodie autem. in si. institu. de exceptio. Secunda, propter populi eruditioinem, & dispositionem, ut scilicet per legem morbum suum agnoscerent. De cuius ignorantia in lege naturæ convictus erat, ut scilicet populum Dei crudens, ipsum dignum faceret ad percipendum promissionem, quæ est Christus.

Tertia, propter remedij flagitationem, ut scilicet, homo superbe in suis viribus fidens, præcepta accepit, in quibus deficiens factus prauaricaror liberatorem, saluatoremque requirebat. Dara est enim lex: ut dicit Augu. ut eruerit superborum, qui tantum sibi arrogabant, ut liberum arbitrium sibi putarent adiustiam sufficeret: quos cum lex transgredi faceret, humiliaretur, & sic medicus operaretur.

Quarta, propter futurorum significationem. Legalia enim fucrunt quædam vmbra futura significans, quædamq; figura futura veritatem præsignans, ut statim dicetur.

Secundum quod est notandum, quod lex fuit ordinata, id est, ordinabiliter Angelorum ministerio data, & bene ordinabiliter, quia inter Abraham, & Christum, inter promissionem, & semen, inter tempus legis naturæ, & tempus gratiæ. Magno enim conilio factum est, ut non statim post hominis casum veniret mediator, sed quod primo humanū genus conuinceretur de ignorantia tempore legis, que nec morbi nec medici claram notitiam dabat, nec ad ipsa homo ex suis naturilibus attingere volebat: demū conuinceretur de importunitate legis scriptæ, quam homo virtute propria feruare nō potuit, nec ipsa dabat adiutricem gratiam ad seruandum, ut propter ista duo, scilicet, ignorantiam, & impotentiam cogeretur saluatorem petere, nec Christi aduentum superfluum reputaret. Multiplicatae sunt infirmitates hominum, contra quas, nec per legem naturæ, nec per legem Moysi se iuvare poterant: propter quod, accelerauerunt ad medicum, Quod veniens, tanquam alter Samaritanus, vulnera sanauit languidi, quem sacerdos, & leuita, id est, virtus lex, & sacerdotium immisericorditer pertransierant. Luc. 10. Qui etiam, tanquam alter Elïsus, coaptans se corporaliter puer mortuo Sunamitis filio suscitauit eum, quem tamen eius puer eum suo baculo, qui designabat legis duritiam non potuit suscitare. 4. Regum 4. Qui, tanquam alter Angelus descendens in piscinam nostrę immortalitatis, sanauit illum, quem inuenit sibi suęque Ecclesię vnitum. Ioan. 5. Qui omnipotens sermo Dei parris, venit in mundum, dum omnia medium silentium renarent. Sapient. 18. Primum silentium fuit antelagm scriptam, secundum sub lege, tertium in gloriam. Kkk ria. Pri-

## D V O D E C I M A P A R S

ria. Primum fuit ignorantia languoris. Secundum, desperatio creationis. Tertium adeptio sanitatis. Ante legem enim Homo morbum suum non cognoscebat, ideo silebat, nec remediu quarebat. Lex autem ostendit vulnera languidis: & ideo data lege, mox fuit ruptum silentium, & cooperunt ægri petere remedium. Sed quia lex gratia erat, nec auxilium conferebat per diurnos clamores, fatigati homines, & de salute desperantes, cœlae runt loqui, & sic subsecutum est silentium secundum. Et tunc omnipotens sermo patris venit in mundum. Samaritanus appropiauit ad vulneratum, Angelus magni consilij in pescinam descendit & Eliæ ad suscitandum mortuum accessit. Id est, Summi Regis Filius descendit de æqualitate Patris ad patibulum crucis, & de sede patris ad officinā peccati, de lumine coeli ad tenebras mundi, & inferni, & veniens, locutus est pacem, dedit gratiam, pro opere misericordiam, promisit veniam, & ita rupto silentio, cœperunt ægri magnis clamoribus flagitare remedium, & accelerare ad medicum, per quem vulnera sanarentur, morbus curaretur. Recepta vero sanitatem, & donata immortalitatis felicitate, nihil ultra restabit petendum, & tunc erit tertium beatum silentium ordinabiliter. Ergo, & magno Dei consilio data est lex, scilicet, inter Abraham, & Christum, inter promissionem, & semen promissum, inter tempus legis naturæ, & tempus legis gratiae, inter primum silentium, & tertium. Quando enim data fuit lex, coepit frangi primum silentium. Ipsa autem manente, fuit secundum silentium, & tunc veniente medico, ruptoque secundo silentio, tertium homines optauerunt.

Tertium, quod est notandum, q̄ quando lex fuit data, fuit posita in potestate, qui vēturus erat verus mediator, ut staret quamdiu ipse veller, & quando vellet, cessaret. Ipse autem voluit, q̄ cessaret, quādo ipse venit, & rāmē verus mediator fuit. Ex quo patet, q̄ contra mediatores faciunt, qui legem cum Euangelico, obseruare volunt. Ex quo vtlerius pater conclusio intenta, quod fides Euangelij sive Christi, non solum est lege Moysi antiquior, & stabilior, sed etiam perfectior: quia ipsam euacuat, sicut illud, quod perfectum est euacuat, quod ex parte ad Corin. 13. Cū enim vénit mediator, & legem Euangelicam statuit, voluit, quōd cessaret lex Mosaica, propter suam imperfectionem: & hoc ipse facere potuit, quia in eius potestate tantum vero domino, posita fuit.

Quartum vero, quod notandum est, quod hic mediator non est unius naturæ, sed duplicitis. Est enim Gigas geminæ substâria, scilicet, diuinæ, & humanae. Ipse igitur cum sit Deus, & Homo, inter homines, & Deum mediat, dum homines quā Deo recesserant, per se reconciliat. Ipse, ut Deus omnia creauit, sed inquantum Deus, non omnia recreauit. Et ipse inquantum Deus, est cum patre,

& sancto spiritu unus Deus: quia non sunt plures Dij, sed unus Deus. Ex quo patet, quod hic mediator non est fœderator unius partis tantum: sed duarum partium, Dei, scilicet, & hominis. Et patet etiam, quod inquantum Deus non est propriè mediator inter Deum, & Homines: sed inquantum Homo. Inquantum enim Deus non est medius, sed aequalis Deo patri. Item, iste incedit, non est arbiter unius populi: sed duorum, scilicet, Iudeorum, & Gentilium, quos tanquam duos patres Ecclesiæ in se angulare lapide copulaverunt viriisq; populi euacuans ritum. ad Eph. 2. & 1. Pet. 2. Ergo, qui obseruant legalia, Christum non mediatorem recipiunt: qui ipsum videntur recipere mediatorem tantum Iudeorum, quod esse non potest: quia mediator non est nisi duorum populorum.

Ergo, q̄ ex circuncisione, vel præputio, ad fidem conuersi sunt, manent sicut sunt, nec current circuncisi de præputio, nec præputiari de circuncisione, quia, vt dicitur ad Gal. v. 1. In vero mediatore Iesu Christo, neq; circuncisio aliquip valet, neque præputium: sed noua creatura. Hæc quatuornobilia supraposita, patent ex intentione Apolloli ad Galatas vbi suprā.

Ex quibus elicetur, quod lex Christi, & fides Catholicæ est nobilior, & perfectior legi Mosaica, secundum quod amplè declaratur ibi per Apost. & commentatores illius, & etiam in fortalicio fidei. lib. 1. in 2. consider. in 4. arti. vbi etiam exponit illud dictum Apost. ibid. Quid igitur lex, propter transgressionem posita est?

Extollenda est fides Christiana, seu secta Christianorū, quia est omnib; alijs sectis utilior, quod colligitur ex verbis Apost. ad Gal. eo. c. 3. vbi consequenter, dicitur sic: Lex ergo aduersus promissam Dei abicit. Si enim data est lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt, puniesset ex fide Iesu Christi daretur credentib; vt ibi ad Gal. 2. Ex quib; duo notantur: Primum, quod per legem nunquam iustitia vita animæ. Cuius ratio sapientia est supra, quia eius sacramenta non afficerent gratiam, & sienō prestatabant animæ vitam. Secundum, q̄ circuncisionem fuit ex lege, sed ex patrib; vt Salvator dicit in Ioan. Diu. n. ante legem, sicut circumcisio instituta Gen. 17. dicendum est etiam, q̄ ex circumcisionenam fuit perfecta vita, quia nunquam potuit introducere homines vbi est perfectio vite. Unde lac. dicit circumcisus Gen. 28. Descendam in internum, lugens filium meum. & David circumcisus dicit: Psal. 27. assimilabor descendentiib; in lacum. Item per legem Moysin nunquam fuit perfecta iustitia. Hæc enim dicit Apost. ad Ro. 3. Ex operib; legis non iustificatur omnis caro. & illud exprimit sequitur. Si enim per legem esset vita vera, ac per hæc & vera iustitia, quæ ducit ad regnum, in quo est perfecio viræ. ad Ro. 3. Iustitia Dei, est perfidem leiu Christi super omnes, qui credunt in eum.

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

314

Estergo fides Iesu Christi legge vtilior, & ppter ea  
dicit Apost. Lex igitur aduersus promissa Dei, qua-  
fiat, ex quo evacuata est, quando impleri cœ-  
pi promissio, nunquam aduersatur diuina pro-  
missioni, absit. Non enim est iniurica, sed con-  
fiance diuinis promissis. Verum est tamen, quod  
fides, cuius merito suit promissio, est vtilior, & effi-  
citor lege. Quod probatur, quia lex nunquam  
potuit viuificare, nec iustificare. Si enim data est  
lex, quæ posset viuificare, id est, vitam spiritualem  
asserere, verè supple, & non opinatiæ ex lege, id est,  
ex operibus legis est iustitia, quod tamen verum  
non est. Sed conclusit scriptura, id est, lex scripta  
conclusit, id est, clausa reliquit omnia, id est, om-  
nes homines tam Iudaos, quam Gentiles sub  
peccato. Neminem enim à peccati careere potuit  
expidere, vel conclusit, id est, clausa demonstrauit  
est. Per legem enim cogniti peccati, ad Rom. 3.  
que quidem prouidentia factum est, vt promissio  
vita, scilicet, & iustitia, & benedictionis a ternæ ex  
fidei Iesu Christi, non ex lege suple Moysi. Promis-  
sionis vero, id est, res promissa daretur credentibus  
apple in Christum.

Ex predictis igitur patet clarissimè, quod Fides  
Iesu Christi est antiquior, stabilior, nobilior, &  
multò vtilior lege Moysi, ex quo ultra illas, & om-  
nes alias extollenda est, vt habetur in dicto fortal-  
icio fidei. libro primo, in tertia considerat. art. 5.  
in principi.

Excellenda est etiam Religio Christiana, quia  
omni alia gente totius mundi est excellentior ex  
pluribus. Primo, videlicet ex parte patris. Secun-  
do, ex parte matris. Terrio, ex parte Hæreditatis.  
Quarto, ex testimonio angelico. Quinto, ex com-  
positione mortum, & institutionum aliarum gen-  
tium, & sectarum. Sexto, ex testimonio Prophetarum,  
& expressiuatione illius, in toto veteri te-  
mento. Septimo, ex testimonio etiam Gentili-  
bus...

Primo enim ex parte patris, quoniam Christiani  
sunt Dei sunt. Nam Christus appetit Christianos  
in sua fide spiritualiter degenerare, & ideo di-  
tetur Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri,  
qui credunt in nomine eius, id est, in re nomi-  
ne eius. Sed quo ordine filii Deifiant, & quomo-  
dum generatio nobilissima distinguatur à ear-  
mali, subdit: Qui non ex sanguinibus, scilicet, &  
sæmine quasi materia, & virtu quasi formatiui: sed ex  
Deo natus sunt: Ecce generatio, & nativitas spiri-  
tualis. vt auctor secundū eredamus hanc excellen-  
tiam, scilicet, hominē nasci ex Deo, subdit: Deum  
natus homo. Ex hac enim susceptione infir-  
mitatis, sanatur nostra infirmitas, vt possimus di-  
cere filii dei fieri, & hoc est: Et verbū caro factum  
est, quod superior erat, inserviens descendit: & quo-  
modopater ex sua conditione intendit multiplicare,  
& diligere filios, ponitur in fortalicio fidei lo-  
topredic. art. 5. sed ea omissio breuitati studens.

Secundò vero ex parte matris, quæ est (vt dicit  
Apost.) illa quæ sursum est Ierusalem mater no-  
stra, per Baptismum enim regenerati sumus ex ea.  
Vnde habetur Esa. 54. de hac generatione secunda.  
& in prædict. arti.

Tertio vero, demonstratur excellentia, seu di-  
gnitas illius Señor ex parte hæreditatis, quia Chris-  
tianis debetur suprema hæritatis, cui nulla simili-  
lis excogitari potest. I. ad Cor. & Esa. 64. ex quo ar-  
guitur nobilitas, & excellentia hæreditatis. Hanc au-  
tem hæreditatem nobis insinuat B. Paulus ad Ro.  
8. Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, id est, vi-  
sionis diuinæ, in qua consistit beatitudo, quæ est  
status omnium bonorum aggregatione perfectus  
secundum Boetium lib. 3. Prosa. 2. Cohæredes au-  
tem Christi. ad Rom. vbi supra, id est, simul hære-  
des cum Christo. Cuius hæritatis est esse glorio-  
sum in corpore, & anima. Ita & omnes filii fuerūt  
gloriosi cum eo in corpore, & anima. Nec vo-  
luit pater noster Iesus Christus, quod sua electa  
habitatio vocaretur Synagoga, sed Ecclesia, dicens  
Petro. Super hanc petram aedificabo Ecclesiam  
meam, Matth. 16. quod dupli ratione factum  
est.

Prima, vt fieret distinctio inter Iudeos, & Chris-  
tianos. Nō enim videbatur rationabile, vt locus,  
sive habitatio Christi, vbi suos filios debet hæreditare,  
nomine Iudaico nominaretur.

Secunda ratio est proprietas vocabulorum, quia  
sicut Synagoga Græcæ aggregatio Latinæ dicitur,  
Sic Ecclesia Græcæ, conuocatio Latinæ dicitur. Et  
quia Christiani conuocati sunt, ideo à conuoca-  
tione Ecclesia dicta est. Congregatio enim est pec-  
corum, & bestiarum, Cōuocatio vero hominum.  
Et secundum hocluegi, & quecumque alia homini-  
num congregatio, quales sunt Saraceni, Bestijs  
comparantur. Christiani vero hominibus. Quan-  
ta ergo differentia est Bestiarū ad homines, tanta  
est Iudeorum, & aliorum infidelium ad Christianos:  
quia illi congregantur, Christiani vero con-  
uocantur, vt nota B. Isidor. 11. Etymologiarum.  
Quæ quidem hæritas, quæ est gloria cœlestis de-  
betur Christianis ex promissione, & non alijs po-  
pulis, yr a plè demonstratur in d. lib. fortalitij fidei lib. 1. 3. confid. art. 5. Non enim promisit Iudeis  
etiam in mandatis eius ambulantibus, sed tatum  
bona tem poralia, vt habetur Leuit. 26. & Deut. 18.  
Non enim Agarenis, quia solum ei promisit 12.  
Duces in generatione eorum, Genes. 18. quod est  
implatum vt habetur Genes. 27. vbi nominantur  
illi 12. Duces. Sed Christianis non talia promisit,  
sed Regnum Cœlorum, vt habetur Matth. 7. Qui  
eunque fecerit voluntatem patris mei, qui in Cœ-  
lis est, & ipse intrabit in Regnum Cœlorum, & ali-  
bi in multis locis.

Quarto, ostenditur excellētia sc̄et, & reli-  
gionis Christianæ ex testimonio angelico: quia  
angelus intelligens predictam excellentiam, non

Kkk 2 sustinuit

## D V O D E C I M A P A R S

sustinuit à Io. adorari. Apoc. 19. Ait enim Io. Cecidi ad pedes angelii, ut adorarem eum, & dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrū tuorum habentium testimonium Iesu, Deum adora. Cecidit Ioannes ad pedes angelii, ut adoraret eum non tamen sicut creatuta creare: sed sicut seruus vehementer ac cum fervore subiectione hono-  
rare Dominum suum creatum. Nempe angelus in veteri testamento sustinebat sic se ab homine adorari, quod tamen non sustineret hic. Imd manifeste prohibet videtur. Propter ea sequitur: Et dixit mihi, Vide ne feceris, scilicet aliter reuerentiam mihi, cuius causam subdit dices. Conseruus tuus sum, id est, tecum, & sicut tu, sum seruus ciu-  
dem Dei, & domini Iesu Christi.

Et ne credatur, q̄ respectu solius Ioannis propter singularēm præexcellētiam eius hoc dice-  
ret, & non de omnib. Christianis, qui Christi sunt serui, id est subdit: Et fratrū tuorum habentium testimonium Iesu Christi, qui perfecto corde con-  
fidentur, ac testificantur Iesum Christum esse ve-  
rum Deum, & dominum vniuersorum, atq; ho-  
minum redemptorem, & Salvatorem. Et ideo  
merito siveles Christiani confidentur Iesum Chri-  
stum verum filium Dei, cuius sunt filii per gratiæ  
adoptionem: qui tam charam matrem dedit eis,  
& tam excellētēm hereditatem promisit, & cō-  
seruos eorum Angelos fecit.

Quinto probatur Excellentia ex comparatione  
morum, & institutorum aliarum Gentium, & Se-  
cularum, sine qua nihil non parum grātē laudatur:  
vt dicit Polydorus Virgil. lib. 8.c. si qui ad demon-  
strandū præstantiam, & excellentiam Christiana-  
re Republica ponit mores aliarum nationum,  
& Christianorum. Et ostendit mores Christiano-  
rum, & instituta esē vtiliora, & excellentiora alijs:  
ex quibus demonstratur excellentia. vide cum ibi  
amplē ponentem præstantiam Christianę Recipu.

Sexto, probatur excellētia illius fidei, cum sue  
rit ab antiquis etiam Iudeis propheticata. Et po-  
nit trīginta prophetas Bern. de Bustis in 2. par. sui  
Rotarii in serm. 14. & quomodo omnes articuli fi-  
dei Christianae & fructus præfigurati in veteri testa-  
ponit in fortalitio fidei, in 3. consili. lib. i. vbi vide  
amplē, & iā supra aliqua dixi. Idco nō aliter insisto.

Septimō, probatur hæc excellētia sc̄ēta Chri-  
stiana ex testimonio Gentilium, Qui etiam illam  
præuiderunt, prophetizauerunt, & approbaue-  
runt, & multis gentilib. facta fuit reuelatio incantationis Iesu Christi, ut dicit B. Tho. 2.2.q.2.art. 6.  
& probat de Bustis in suo Mariali 7.par. serm. 1. & 5.  
in fi. vnde lob. fuit de populo gentili dixit 19.ca. sui  
lib. Scio quod redemptor meus vivit, & in nouissimo  
die de terra surrecturus sum, & iustum cir-  
cūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum  
saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, &  
oculi mei conspicetur sunt, & non alias. Reposita  
est hæc spes mea in sinu meo. Et loquebatur Iob

more prophetico de futuris tanquam de praeci-  
tis, maximè quia debebat in proximo fieri.

Et vtr dicit Campeg. in propugnaculo Religio-  
nis Christianæ lib. i. c. 5. non est omittendus Nabu-  
chodonosor rex, qui cū tres pueros videlicet infor-  
nace, dicit: Ecce ego video quatuor viros soluos  
deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla  
est in eis, & aspectus, quorum similis est filius Dei. O  
alienigena quis tibi annunciat filium Dei, non  
dum quidem mundo nascitur, & similitudo na-  
scientis à te cognoscitur? Vnde tibi hoc? quis ibi  
istud annuntiavit, nisi quia te sic diuinus signis in-  
tus illuminauit, cum illic apud te captiui teneren-  
tur inimici Iudei, sic dices testimonium filio Dei.

Quid Sibylla ēt vaticinando de Christo dixer-  
unt, vnde dicit August. li. 18. c. 23. de ciuitate Dei,  
quod Sibylla Erythra, sive Cumana, varianata  
est de Christo his versibus translatis ex Graeco:

Iudicij signum tellus sudore madescet,  
E calo rē aduenit per seclafuturus,  
Scilicet in carnem prægens vt iudicet orbem:  
Vnde Deum certius iurendulus, atq; fiduci  
Cessum cum faultis, cui iam termino ipso.  
Sic auim cum carne aderunt, quia iudicat p̄se.  
Cum iacet in cultus densis in vepribus orbis.  
Reiçient simulachra viri ciuitatē quoque ḡx.  
Ex ure terræ quis ponumq; polumq;.  
Inquirens, eccl̄ portas effringit aerni  
Iam ciuitatum lux l. bera carni  
Tradictur, fons eterna flamma crevabit.  
Oculto aēns rex exers, tunc quisq; loguetur  
Secreta, atq; Deus referabit pectora luci.  
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes,  
Eripitur Solis inbar, & Choris interit astru,  
Seluetur Cælum, lunaris splendor obicit,  
Dejetur colles, vales extolle ab ino:  
Non erit in rebus hominum sublineatulum.  
Iam æquentur campis montes, & casula ponati.  
Omnia cessabunt, tellus confraet aperibit.  
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni,  
Et tuba tunc sonitum tristem demittit ab alto  
Orbe, gemens facinus miserum varijs laboris,  
Tartareumq; chaos monstrabit terra debitos,  
Et coram hic domino reges sistentur ad vnum  
Recidere ē Calo, ignisq; & sulphuris ambi.

Et dicit Aug. ibi in his Latinis versibus de Græ-  
co vñcunque translatis, ibi non potuit ille sensus  
occurrere, qui sit: cum litera quæ sunt in comit  
capitib. connectuntur, vbi y. litera in Graecopra-  
fita est: quia non portuerunt latina verba iuueniri,  
quæ ab eadem litera inciperent, & sententiae con-  
uenirent. Hi autem sunt vñcū tres, quintus, octa-  
vus decimus, & nonus decimus. deinde literas, quæ  
sunt in capitib. omnium versuum connectentes,  
horum trium quæ scripta sunt non legamus: sed  
pto eis y. literam, tanquam in eisdem locis ipsa sit  
posita recordemur & exprimitur in quinque ver-  
bis Iesus Christus Dei filius saluator: sed cum Græ-  
co hoc

et hoc dicitur, non latine. Et sunt versus viginti & septem, qui numerus quadratnum ternarium solidum reddit. Tria enim ter ducta sunt nouem, & ipsa nouem si ter ducantur, ut ex lato in altum figura consurgat, ad viginti & septem peruenient.

Dicit etiam Bern. de Bust. in 1. part. sui Rofarij in sermone 14. vbi ponit de secta ludorum in litera O. quod haec Sibylla Erythrea (qua fuit orta in Babylonia) sic prædixit de Christo. In ultima etate humiliabitur Dc', humiliabit proles diuinæ, vnietur humanitati diuinitas, iacebit in foeno agnus, & pueri officio edebitur Deus, & Homo. Signa autem præcedent apud Iudeos. Multe vetustissima, scilicet, Helisabeth puerum conspicit, stella orbis mirabitur, & ducatum præstabit, scilicet, magis, ad ortum, scilicet, Christi. Hie habens pedes, id est, annos 33. eliget sibi de piscatoribus deicetus hominibus numerum duodenarium, vnumque Diabolum, videlicet Iudam. Non in gladio belloue Aeneadum urbem Regesque subiicit: sed in hamo piscatoris, deiectione, & pauperie superabit diuitias, & superbiam concubabit. Et hoc etiam prædictum fuit Esa. 36. Ciuitatem sublimem humiliabit, & concubabit cam pespauperis, & gressus egenorum. Huic quatuor animalia, id est, Euangelista surgent in testimonium. Huic contradicetur à Bestia, scilicet, Antichristo. Erit autem bestia horribilis, s. Machomer ab Oriente veniens, cuius rugitus velque ad gentes Punicas audiatur. Et horum interpretationem, & declarationem ponit ibi Bern. de Bust. vbi etiam recitat dicta aliarum Sibyllarum, qua de Christo prophetizauerunt, & sic fidem nostram Christianam præuiderunt. Et primò ponit de Sibylla Persica, qua sic dicit:

Ecce Bestia concubaberis, & gignetur dominus in orbe terrarum, & gremiu virginis erit salus populorum, & pedes eius in valetudine hominum: inuisibile verbum palpabitur.

Secunda dicitur Sibylla Libyca, qua sic vaticinata est.

Ecce venier dies, & illuminabit dominus condensatenebrarum, & soluetur nexus Synagogæ, & disinficit labia Prophetarum, & videbut Regem viuentium, & tenebit illum in gremio Virgo domina gentium: & tegnabit misericordia, & yterus matris eius erit statera cunctorum.

Tertia est Delphica, qua ante Troiana bella sic prophetauit. Nasceretur Propheta absq; matris coitrix virgine.

Quarta fuit Erythrea, de qua' ante dictum est.

Quinta fuit Samia à Samo insula sic dicta, qua inquit: Ecce venier dies, & nasceretur de pauperibus & bestiæ terrarum adorabunt eum: & dicent, Laudate eum in atrijs cœlorum.

Sexta fuit Sibylla Cumana Amalthea nomine,

qua fuit tempore Tarquinij Prisci, qua cecinit dictum Virgilij in Bucolicis:

*Vtima Cum ei iam venit carminis ætas,  
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.  
Iam redit & virgo: redunt Saturnia regna,  
Iam noua progenies cœlo demittitur auro.  
Tum modò nascenti puero, quo ferre a primum  
Desinet, ac tuto surget gens aurea mundo,  
Castafanea Lucina, terris iam regnat Apollo.*

Et ex hoc videamus, quod Virgilius etiam genti lis de Christo testimonium perhibet.

Septima fuit Helespontina in agro Troiano natæ, dicens: De excelso cœlorum habitaculo respexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de virgine Hebreæ in cunabulis terra.

Octava fuit Phrygia, qua ait: Flagellabit Deus potenter tressa, ex Olympo excelsus veniet, & firmabitur confilium in cœlo, & annunciatetur via in vallis desertorum.

Nona fuit Tyburtina nomine Albunea, qua sic inquit, Nasceretur Christus in Bethlehem, & annunciatetur in Nazareth, regnante tapiro pacifice, & fundatore quietis, id est, secundum gloriam, Octaniano, qui habebat taurum pro insigni, & appellatus est pacificus, quia multis annis in magna pace mundum rexerit, cuius tempore Christus natus. sequuntur verba Sibyllæ: O felix illa mater, cuius vbera Christum lactabunt, & concordavit in hoc, cum B. Marcellina pedissequa S. Martha, qua (vt dicitur) fuit illa mulier, qua exclamauit, dicens Christo: Beatus venter qui te portanit, & vbera qua' sūxisti, Luc. ii.

Decima dicitur Europea, qua sic ait de Christo: Ecce veniet ille, & transibit montes, & colles, & latices Olympi, ac regnabit in paupertate, & dominabitur sientios, & egredietur de vtero Virginis.

Vndecima Sibylla dicitur Agrippa, qua sic dicit: Inuisibile verbum palpabitur, germinabit, vt radix, siccabitur, vt folium, non apparebit venustris eius, circumdabit cum aliis materna, & fibabit Deus latitia semperna, & ab hominibus concubabitur. Nascetur ex matre Deus, conuersabitur, vt peccator.

Duodecima appellata est Cimæa seu Cimica in Italia nata, qua fuit tempore Numæ Pomp. II. Regis Roman. qua sic ait: In prima facie virginis ascende puella, facie pulchra, capillis prolixæ, sedens super sedem stratum, puerum nutrictus, dans eidam comedendum lac de cœlo misum. Hæc illa, qua etiam clarius dicit. In diebus illis exurget mulier de stirpe ludorum, nomine Maria, & habebit sponsum nomine Ioseph, & procreabitur ab ea sine commixtione viri de Spiritu sancto filius Dei nomine IESV, & ipsa erit virgo ante, & post partum. Qui vero ex ea nascetur, erit verus Deus, & verus Homo, sicut omnes Prophetæ prædicterunt.

## D V O D E C I M A P A R S

Dicit etiam S. Tho. 2.2.q.2 articulo supra allec.  
Quod tempore Constantini Augusti, & Helenæ  
marris eius, inuenit fuit quoddam sepulcrum  
Constantinopolis, in quo iacebat homo laminam  
auream habens in pectore, in qua scriptum erat:  
Christus nascitur de virgine, & credo in eum. O  
sol Helenæ & Constantini temporibus iterū me  
videbis.

In Chronicis quoq; Regum Castellæ dicitur,  
quod apud Toletum sub quodam tixo inuentus  
est liber vetustus, qui scriptus erat lingua Hebreæ  
Græca, vel Latina, & in illo dicebatur: Christus  
filius Dei nascitur de Maria virgine, & pro la-  
lute hominum patietur.

Nōnne etiam cœlum testimonium dixit de  
Christo, quando uonum lysis in noua homi-  
num progenie velut lingua, & digito, quo po-  
tuit, natum Deum, & hominem gentibus inotra-  
uit?

Nōnne Plato diuinus appellatus, assatus est su-  
is præceptis acquiescenduimus, donec saturatus ali-  
quis homo in terris appareat, qui fontem omnibus  
aperiret veritatis, quem denique sequentur  
omnes? Et eo mortuo in eius tumba inuenta fu-  
rilla super pectus suum aurea, in qua scribatur:  
Credo in Christum, nascitur uin de virginē,  
passurum pro humano genere, & tertia die resur-  
recturum. Et de eodem Platone refert Aug. lib.7.  
confessionum se legisse in quibdam Platonicorum  
libris principium Euangeli Johannis: In prin-  
cipio erat verbum. Non quidem his verbis, sed  
hoc idem multis, & multiplicibus perluaderi ra-  
tionibus, quod in principio erat verbum, &c. que  
sequuntur adiisque, & renchraeam non compre-  
henderunt. Hæc, & quedam alia refert G. Bened.  
in sua rep. c. Ray. in ver. mortuo itaq; testatore, pri-  
mo n. 261. 262. 263. & 264.

Nōnne etiam apud Francos notum est, quod  
Ecclesia beatissimæ Virg. Marie Carnotensis fuit  
ante Christi aduentum a dicitata in honorem vir-  
ginis patitur? Ex quo demonstratur, quod si alij  
Gentiles de Christo verbo prophetizauerunt: Ia-  
men Franci facti in eum crediderunt prout &  
Græci, qui templum Deo ignoto construxerunt,  
verpergl. in verb. Magister. in c. turbat. 37. dist. Qui  
recitat, Quod cum Paulus venisset Atheneus, vidit  
Aram ignoti Dei, in qua erat scriptum. Hæc est A-  
ra ignoti Dei, in quo viuimus, morimur, & sumus.  
Ex quo Apostolus coepit prædicare: & D. Ony. con-  
ueritus fuit per ipsius prædicationem.

Audiui alias à nostris, quod in hac nostra ciuitate  
Hedueni fuit repertum sepulchrum, in quo era-  
rant plures imagines seu representationes, quas  
vulgo Medallias vocant, in quarum altera erat vry-  
na figura seu representatio nativitatis Christi in  
præsilio inter bouem & asinum, & ante eum era-  
rat quedam figura seu protractione hominis ge-  
nibus flexis, & manibus iunctis, & erat scriptum

in rotunditate: Credo in Iesum inter animalia et  
virgine nasciturum, & multum curauit inuenire,  
sed non potui.

Quonodo etiam Balaam Astrologus per para-  
bolam locutus est: Orient ut stella ex Jacob, &c. Et  
ramen erat Chaldeus. & vide Origenem in Homi-  
lia 14. super Numer. Ambrosium in Epist. 38. ad  
Cromatiū. Et quonodo Magi Regem Iudeorū  
cum Christum prædicaverunt, & dixerunt. Aug.  
lib. 3. de Syntbole ad Catechumenos c. 4. & de in-  
terpretatione munerum eorum per Ambroxiū  
in lib. de fide. c. 2. & in c. legitimis. §. in Leuitico. 37.  
dist. & per Campegiū in suo propugnaculo fidei  
Christianā. lib. 1. c. 5. Vbi etiam dicit, quod Miles  
Iudas Apollon consultus de Christo ita comendau-  
it. Moralis erat corpore, sapiens, prodigiorum  
effectus, sed sub iudicibus Chaldais armis com-  
prehensus, clavis, fistibū: que amaram mortem  
passus est.

Porphyrius vero inter Gentes nequissimus in  
libro de responsis, inquit: Christum Diū maximè  
pium pronunciauerunt, imortalemque euauis-  
se asseruerunt. Concedit ipse Porphyrius Chri-  
stum, & sapientem, & piūm suisse, quamvis Chris-  
tianos partim indoctos, partim magos nomi-  
ner, tum veritati, tum sibi ipsi manifeste repu-  
gnans.

Vespasian⁹ ac Titus Imperatores auditis Chri-  
sti operibus ciuius potentiam timuerunt.

Alexander Seuerus Templa Christo fieri statuit,  
& orabat in matutinis in sacrario suo corā statua  
Christi, vt Capirolinns reseret.

Er Adrian⁹, vt idem narrat, statuit Christotem  
pla facere, cumq; inter Deos recipere: id eoq; tem-  
pla absque simulaçris in omnibus ciuitatib. fieri  
iussit.

Antoninus Pius, cū audisset Christianos hoc  
frequenter vti Prouerbio: Quod tibi fieri nō vis,  
alteri non feceris, perscrutatus est Christu vitam,  
eiique statuam tanquam Deo dicauit.

Refert etiam Polydorus Virg. in lib. 8. c. 7. & fi.  
de inuentoribus rerum, quod in primo fidei testi-  
monio Tyb. Cæsar, Tertulliano teste in Apologe-  
tico, cum è Syria à Pontio Pilato Christi diuinita-  
tem ciuiq; Religionis sinceritatem accepisset: se-  
natum consiluit, censuitque Christum inter Deos  
referendum, colendumque templo. Senatus  
ramen, quia prius ad Tyberium de care, quamad  
se Pilatus literas dedisset, eiusmodi relatione re-  
iecta, Christianos persequendos decrevit, propo-  
sito delatoribus præmio. Sed Cæsar in sententia  
mansit, & comminatus capitale supplicium ac-  
cusatoribus Christianorum, id scelus inhibuit.

Traianus quoque iridem sensit, qui certior fa-  
ctus à Plinio secundo Bythinia procuratore, nihil  
malum in Christianis quotidie ad supplicium tra-  
ctis repetiti iussit, vt non inquirerentur: Verum  
oblatis

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

316

oblati punirentur, & ibi etiam Polydorus recitat  
hanc dictam de Adriano.

Constantinus denique, cum Christi miracula  
in rebus suis manifestius suisset experitus, Deum  
magis quam populum timuit: solumque Chri-  
stum, & palam adorauit, Idolorum templa sub-  
vertit, Christo templa passim preciosa adifica-  
vit.

Hæc sunt, que de Christo Gentiles senserunt,  
qui idconarari possunt propter autoritatem Aug.  
q[ui] lib. 2. de doctrina Christiana inquit: Philo-  
phia autem qui vocantur, si qua forte vera, & fidei  
nostræ accommoda dixerunt, in maximè Platonicæ,  
non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam  
unquam iniustis possessoribus in usum nocturnum  
rendicanda. De qua materia in c. legimus. cū seq.  
q. dist.

Quomodo etiam multi Iudei approbauerunt  
Christum, & de cœlesti monitione dixerunt, vide sit  
p[ro]m[ptu]r 4. par. in 6. confid.

Vigesima prima confid. Sectæ Christianæ sun-  
t[ur] Nationes illam tenuentes, & sunt quatuor,  
que comprehenduntur sub Latinis, quia Latini  
principaliter omnes sunt Christiani. Et in natio-  
ne Latinorum sunt quatuor alia particulares Na-  
tiones, scilicet, natio Gallicana, Germanica, Ia-  
llica & Hispanica. sed una est, quæ illam tenuit, &  
tenet in monstribus, sine aliquo errore, & absque  
co, quod vñquam ab eadem receperit, aut in ali-  
quo denauerit: quæ est dicta natio Gallicana, que  
(predixi) semper caruit monstribus, semper fidem  
Catholicam defendit, iuvat, protegit, auxit, & pro-  
tectoris viribus cōtra serè omnes nationes debel-  
lavit, ut dixi supra in hac parte, & in 5. part. in 24.  
consideratione.

In hac prima Natione Gallicana est Rex Frâcie  
principalis (qui dicitur Christianissimus) inter o-  
mnes Reges mundi, vt dixi in dicta 5. par. sub quo  
multi sunt Duces, Comites, Marchiones & Baro-  
ti eisdem obedientes, de quibus supra in dicta  
quanta parte. Etiam Rex Navarra, & Rex Iuerotis,  
sicut aliqui dicant, Regnum Navarra suffit sub  
natione Hispanica, est tamen nunc sub natione  
allicana.

Secunda Natio est natio Italica, in qua est Prin-  
cipalis totius Christianitatis, qui est Papa, qui ha-  
bit in tota Ecclesia, & secta Christiana primatum  
& principatum, cui omnes obediunt, seu obedi-  
entur. Et in illa natione sunt Rex Sicilia, Rex  
Neapolitanus, Duxatus Venetiarum, Duxes Me-  
diolanii, Ferrariae, & Vrbini, Marchiones Mantua-  
ri, Montisferrati, & plures alij. Etiam plures Comi-  
tes, Principatus, & Dominationes, vt sunt Floren-  
tia, Senarum, & Genua.

Tertiaria est Hispanica, in qua sunt Reges  
Castellæ, Legionis, Granata, Aragonia, Portuga-  
lia, ac multi Duces & Comites. Regnum principa-  
le dicitur Castellæ, cui Rex nunc dicitur Catholicus.

Quarta Natio est Germanica, in qua est Impe-  
rator, & sunt multi Reges, vt est Rex Angliae, Sco-  
tia, Vngariae, Bohemiae, Poloniae, Daciae, Frisiae,  
Suecia, Noruegiae, Dalmatiae, Croatiae, & multi  
Lantgravij, Dukes, Comites.

Item in Insula Rex Cypri. Omnes predicti sunt  
obedientes Ecclesia Romana. Plures tamen ha-  
refes ex huiusmodi Germania emanarunt, & quæ  
fuerunt damnatae, & adhuc diebus nouissimis in-  
surrexit illa maledicta secta Lutherana, quæ Chri-  
stianitatem in multis maculauit. Deus velit illam  
extirpare ab huiusmodi secta Christiana. De lau-  
de vero Germania vide ample per Francicū I-  
renicum in descriptione Germaniae.

Quinta Natio est Græcorum, qui habent Pa-  
triarcham Constantinopoli. Archiepiscopos, Epi-  
scopos, Abbates, & cetera huiusmodi in spirituilibus.  
In temporalibus Imperatorem, etiam ha-  
bent Duces, Comites, &c. Pauca tamen sunt nunc  
numero, quia Agareni, & Turci occuparunt, &  
detinent maiorem partem Græciae. Eristi nō ob-  
ediunt Romanæ Ecclesiæ, licet quandoque fuerint  
subiecti ipsi Romano Pontifici, tamen sapienter  
inconsuetum domini tunicam tentarunt, vnde  
duodecim diuisiones Græcorum solent numerari,  
qua ponuntur per Ioannem Echium in suo tra-  
tatu, de primatu Petri. libr. 3. capit. 16. Nunc ve-  
rò habent multos errores, & fuerunt condemnati  
per Ecclesiam. Quia dicunt, quod Spiritus lan-  
atus non procedit à Filio, & quod non est Purga-  
torium.

Sexta Natio est Indiae, in qua est presbyter Ioan-  
nes, qui præest illi populo tanquam Patriarcha,  
et que centum & virginum septem Archiepiscopatus  
sunt. Quorum quilibet viginti Episcopos ha-  
bere dicitur. Hi Romano more fonte baptisinati  
in nomine patris, filii, & spiritus sancti renacen-  
dos baptizantur. Eode in que ritu Sacramentum Eu-  
charistie cōficiunt. Hoc solum excepto, quod Pa-  
ter noster, ante Sacramenti elocationem decan-  
tant. Et post beatam virginem Mariam, Aposto-  
los Petrum & Paulum, atque beatum Ioannem  
Bapt. præcipue suscipiunt, & venerantur honore.  
Alios quoque, & præcipue beatum Matthæum co-  
rrinn præcipuum doctorem, maximo venerantur  
obsequio. Beatos in super Paulum primū Eremitan-  
tum, Antonium Abbatem, Machariū, atq[ue] alios du-  
os Eremitas summa deuotione prosequuntur. Eo  
rum quippe Imperatorem fecerunt Christianissimum,  
cui & septuaginta quatuor Reges, ac infiniti pro-  
pemodū obtemperant Principes: duodecim dun-  
taxat Regulis exceptis, qui Mahumeteas obseruant  
leges, qui tamen Imperatoris mandatis in reliq[ue]  
parent. Hic sane Imperatorem tempore Clemē-  
tis V. anno s. salutis nostræ 1300. ad Hispaniarum  
Regem triginta Legatos misisse, illisque contra  
fideles auxilium prouulisse, prout quidam Presby.  
Genuenensis sancti Marci præpositus in tract. suo de  
mori-

## D V O D E C I M A P A R S

moribus huiusc Gentis, Mappa mundi iutitulato, declarauit & scriptis. Qui & Auenionē ad prædictum Clementem Pont. V. cum reuerentia accedentes de multis edocti, cum multis innumerib. & literis Apostolicis ad limina Apostolorum Petri & Pauli visenda venerunt. Quibus inuiscum gaudio ad propriā rediere. Veruni cum Genua multis diebus nauigandi tempus expeditātēs, multa, vt sit, de eorum tribubus, moribusque, ac Religionibus rogati scripta reliquerunt, quae idem autor reseruauit. Hac dicit Philippus Bergomas in suo supplemento Chronicarū lib. 8. Quando verò dicitus Presbyter Io. cquitat, semper facit portare crucem ante se lignearū, sed quando vadit ad bellum, tunc facit portare duas crues, vnam de auro, alteram de lapidibus preciosis. In illa terra est corpus S. Thomæ Apostoli in maximā veneratione. Apud me credo hos esse extollendos in fide nostra Christiana post Latinos, Gallos, scilicet, Italos, Hispanos, & Germanos, & cateris omnibus alijs nationibus Christianos præferendos, cum non multum discrepant à fide nostra Christiana. Nisi quod non approbant r̄apam Romanum in suminum Pontificem totius Ecclesiæ, & non approbant eius Primum. Fuerunt tamen alijs sub Romano Pontifice: cūm, vt amplè declarat ipse Io. Echius in d. suo tract. de primatu Petri lib. 3. Omnes orientales, & Asiri fuerunt subditi Romano Pontifici: fortè alibi amplius dicetur.

Septima Natio Christianitatis est Iacobitarum, dicatorum à Iacobo Hæretico discipulo Patriarche Alexandini. Hi in partibus Orientis occupat magnam partem Asiae, & terram Mainbra: quæ est ap̄pinqua Aegypto, & terram Aethiopiarū, vñq; ad Iudeam plus quam quadraginta Regna. Hi circumciduntur, & baptizantur, cum ferro igneo characterem crucis imprimit frontib. & in alijs partibus corporis, vt in pectori, vel in brachij. Hi confitentur iōli Deo, & non sacerdotibus Iudeorum, & Agarenorum. Hi dicunt in Christo tantum esse naturam diuinam. Aliqui corum loquuntur lingua Chaldaea, alij Arabica, alij verò alijs linguis secundum diuersitatem Nationum. Isti fuerūt condemnati in Concilio Chalcedonie.

Octaua Natio Christianitatis est corum, qui dicuntur Nestoriani, ab Nestorio Hæretico discipulo sic vocati, qui fuit Constantinopolitanus. Hi ponunt in Christo duas personas, vnam diuinam, alteram verò humanam, & negant beatam Mariam esse Matrem Dei: sed bene hominis Ietu. Item negant vnum Christum esse in verbo, & in carne: sed separatum, alterum Dei, alterum filium hominis. Ut dicit amplè de his Ioannes de Turrecrema. in c. quidam Hæretici. in verb. Nestoriani. 24. q. 3. Hi vñrunt lingua Chaldaea in suis scripturis, & conficiunt corpus Christi in fermento. Hi habent Tartariam & maiorem Indiam, & sunt in multi numero. Terra eorum continet tantum sicut

Alemania, & Italia. Hi Hæretici fuerunt condemnati in Synodo Ephesina, & fuerunt diuini ab Ecclesia Roinana, & permanserunt in conuictu per tinacia. Et consutationes illorum errorum amplissimè scribuntur per ipsum Ioannem de Turre cremata in d. c. Philippus Bergomen. lib. 9. suscipi plementi Chronicarū, dicit hos habere adhuc alium errorē, quem prædicabat Nestor Hæreticus, scilicet, nihil ad vitam prodest, quod domines virtuosè viuerent, vt haberetur d. c. quidam Hæretici. versi. quis autem quia dicebat, quod prædestinatione importabat saluationem, aut damnationem: quod falsissimum est. Posset hic adaptari materia prædestinationis (quæ ad Theologos spectat) sed tantū remissiū ad Bernardinum de Bustis in sermone 37. in 2. part. litera N. & O. in prima parte sui Rosarij, vbi consundit huic errorem. & amplè per eundem in dict. secunda parte, sermonе 33. vbi amplè de materia prædestinationis.

Nona Natio est illorum, qui dicuntur Moronitæ, à quodam Hæretico Morone, qui vnum intellectum, & vnam voluntatem in Christo tantum ponunt. Hi inhabitant Lybiā in prouincia Phoenicis, in magno numero, prælijs edocti, & experti, specialiter vtūtū arcubus, & sagittis. more Latinarum campanis eorum Episcopi, annulismi, mitris, & baculis pastoralibus vtuntur. in scripturis diuinis litera Chaldaea, & in vulgari Arabicavuntur. Hia quando fuerunt sub obdiciencia Romana Ecclesia. Nam eorum Patriarcha erat in Concilio generali Lateranen. celebrato Roma sub Innoc. III. sed postea recesserunt. Hi primò fuerunt condemnati in Synodo Cōstantinopolitana, postea redierunt ad obedientiam Romanę Ecclesię, & iterum reuerterunt ad eorum opinionē falsam, in qua perseuerant.

Decima Natio est illorum, qui dicuntur Armeni, qui habitant in Regno Armenie prope Antiochiam. Hi proprium idioma, & linguam communem omnibus, & scripturas sanctas, & officia Ecclesiae cantant, & dicunt in vulgari lingua, ita q; ab omnibus secularibus viris & feminis intelliguntur. Habent suum Primatem, quem Catholice vocant, cui obediunt velut Papa cum magna devotione, & reuerentia. Quadragefimam ieruntur, in qua non coinedunt pīces, nec bibunt vinum: in diebus tamen Veneris comedunt carnes. Hi temporibus Constantini Imperatoris cum Scotori seu Hyberniis fidem Christi suscepérunt, eo, quod Hyberni seu Scotti prædictis in occidentali plaga viciniores essent. Et hi Armenij in Asia inter Taurum & Caucasum montes cōstituti sunt. Nam Hyberni & Armenij, ac Colchides, vna sub prouincia sue regione coniunguntur. Huius itaque conuersonis Thyiades tunc huiusc Gents causa fuit, qui Rex quodam mirabilis signo circa domum suam diuinitus ostendo Christi baptismum

# CATALOGI GLORIAE MVNDI

317

num suscepit, qui vnà cum omnibus suis ditionibus  
subiectis, vna die vna præceptione Deo colla sub-  
misere: ex quo factum est, vt ad finitimas quoque  
Gentes Christianum dogma peruerterit, & mul-  
tiudine dilatatum sit: quotum commercio et-  
am Persicæ fidei rudimenta aliquâtulum suscep-  
tum

Vnde cima Natio Christianorum est illorum, qui dicuntur Georgiani, à beato Georgio, quem habent in patronum pralij. Habitantes in partibus orientalibus: est populus multum pulcher, fortis, bellicosus: Medis, Persis, & Aslyrijs (in quorum confinibus commorantur) valde formidolosi: videntur lingua Græca, vtuntur Sacramenis modo Grecorum. Clerici habent Coronas rotundas in capitibus rafas, seculates vero quadratas. Et quando veniunt ad sanctum sepulchrum, non solunt Saracenis tributum, & ingrediuntur Ierusalem cum vexillis erexit, quia Saraceni eos timet. Forum scenariorum vtuntur arnis sicut viri, vtuntur pikes altis in capitibus ad altitudinem cubiti, & quando scribunt Soldano, statim fit, quod petut. Philippus Bergomensis in suo supplemento Chro- nici, lib. 9. dicit: quod Scotti seu Hyberni hodie Georgiani populi appellantur, & vlique in hunc diem Christi colunt, quamvis proculab Apostolica sede veritatis Magistra: quia non omnem Euangelij veritatem seruant, eò, quod Barbatus Gentibus circumfusi sunt. Hi enim (veri deinceps) sunt constituti in aquilonari parte, & anno Christi 338. tempore Constantini Imperatoris, foderis verba Dei, & Christi fidem miraculosè suscepunt, & muliercula quædam Christiana iisdem captiuam huius tantiboni cauam praefitit. Quæcum vitam pudicam & sanctam ea in Regione ducererit, ac dies noctesque in oratione consenserit, Gentibus illis admiratione fuit. Quibus inserviantibus, curse tantopere affligret, ita ut sum Deum colere respondit, qui Christus est. Nil ex hoc amplius mirati Barbari, quæ nouitiam non inveniunt, mulierculam in honore habete conseruent. Mos ita dicitur Gentilium illius erat, parvulus cum vocaret, per vicinas domos à matribus circumstiteremedia exquirerentibus. Accidit autem, ut sedam mater, cum puerum aliquadii circumclusisset, nec salutare quicquam inueniret, captum tanquam ebria doloris adiret, cuiusque operi captere, quæ nihil humani illa se scire respondit: sed dominum quem coleret Iesum Christum despatram ab hominibus salutem conferre posse, parvulumque ciliis suo superimponens, & orationem ad Iesum fundens, sanum mari confessum reddidit. Mox facti rumor rotam replevit urbem, & Reginam etiam peruenit, quæ dolore afflita capitum ad se adduci curauit. Cumque illa Regina domum ingredi recusat, orationem ad Deum pro illa fundens, illico Regina ipsa est sanitati seddita, atque ex hoc admonita, ut in

Chtistum crederet, & eum, qui salutem ei praebuisset, adoraret. Quibus beneficijs & verbis commota Regina rogauit virum, vt Christianus essiceretur: quod quanquam ille promisisset, segnitas tamen erat, nec sibi ab vxore commotus baptizari curabat, non tam quod fidei hostis esset, quam dubius. Contigit autem eum aliquando in siluis altissimas ire venatum, quo cum perciuinisset, coorta subito tempestate, ita tenebrae cuncta operuerunt, vt nec omnes ceternerentur, nec ab ullis cerneretur. Ignarus autem quid facta opus esset, promissionis coniugi facte recordatus est: & tunc Christum rogauit, vi si Deus esset, ex tantis cum periculis liberaret. Nec mora, dies clarissima mundo redditus est: Rex ad urbem productus, Reginæ qua gestarant miraculiloco exposuit. Vocatur captiuæ, & eius consilium audit. Illa statim reiicienda Idola, & Christum colendum dicit, eique suppli: cädum, & Basilicam construendam esse hortatur. Cenovato populo Rex Euangelium prædicat, & nondum sacris initiatus fit sua Gentis Apostolus: Creditunt viri per Regem, & foeminae per Reginam, constitutur templum magni operis, & eleuatur pertinaciter murorum ambitu columnæ collocauntur: Sed prima ac secunda a recta, tercia nullis machinis, nullisque viribus erigi potest. Cumque ad noctem vixque laboratum esset, recessenter b' omnib. sola captiuæ mulier apud Ecclesiam in oratione perfecerat. Postera verò die, prima luce redētum populo columna reportata est supra basim in aëre suspensa, quantum esset vnius pedis spatium: quo miraculo viso, omnes magnificari sunt Dcnum, veramq; captiuæ fidem recognouerunt. Et stupentib. omnib. sensim supra a basim nullo contingente deposita est. Moxq; reliquæ columnæ magna felicitate erecta sunt. At perfecta Ecclesia, & populi fidei confirmata, suadente captiuæ, totius Gensis legatio ad Constantinum Imperatorē in Graeciam mittitur: resq; gesta exponitur, & sacerdotes petuntur, qui coepit erga se in unus explent. Quib. & iucundissimo vultu Imperator satisfecit. Hæc Philip. Berg. vbi suprà.

Duodecima Natio Christianorum est illorum, qui dicuntur Suriani, à ciuitate Sur, quæ est eminentior in Syria vel Asturia. Hi vtuntur in sermone vulgaris lingua Saracenica, in scripturis diuinis, & officio Missæ lingua Graeca. Habent Episcopos, & consuetudinem Græcorum fetuant, & eis obediunt in omnib. Conficiunt Sacramentum Eucharistie in fermento, & habent opinionem Græcorum contra Latinos. Hos sequuntur aliqui Christiani, qui in terra sancta vocantur Samaritani, conuersi primo tempore Apostolorum, sed non bene sapientiæ in fide.

Decimateria Natio est illorum, qui dicuntur  
Mozorabes. Hio lim fuerunt multi in paribus A-  
phrica & Hispaniae, nunc verò sunt pauci. Sunt  
enim dicti Mozorabes, quia in eis Christianorum  
III. d.

## D V O D E C I M A P A R S

de Arabica in multistenebant. Ipsi vtuntur in diuinis officijs lingua Latina, & obediunt Romane Ecclesiæ, & prælati Latinotum, & conficiunt in azymo vt Latini, sed in multis diserepant ab eis, quia in diuinis officijs habent horas valde prolixas: quia cum dies naturalis diuidatur in 24. horas diei, & noctis, tot officia habent, sive horas, & Psalmos, & Hymnos, nec non certas orationes habent, & nimis prolixas, quas non dicunt more Latinorum. Nam illud, quod Latini dicunt in principio, ipsi dicunt in fine, vel in medio. Sacramentum Eucharistiæ diuidunt aliqui in septem partes, alij in decem. Est Natio valde deuota: in matrimonio non coniunguntur nisi personis sua Gentis, sive Nationis, inter quas scœmina amissio primo marito nunquam coniungitur alteri, sed permanet in castitate perpetua.

Inter has 13. Nationes Natio Italica est prima, &c, quia habet vicarium Christi, qui omnibus Christianis præfet, ita quod si fieret congregatio omnium, semper Italia, hoc est, Ecclesia Romana præcederet, cum omnes Christiani subiiciantur seu subiici debent summō Pontifici, qui in tota Christianitate primatum obtinet, vt dixi supra in qua raparte in 7. consideratione. vbi amplè. Et de eius laudatione refert Plinius 37. naturalis historiæ. ea. vlti. In toto orbe, inquit, & quacunque cœli conexitas vergit, pulcherrima est omnibus rebus, meritoque principatum naturæ obtiens Italia, rectrix, parentisque mundi altera, virtus, scœminis, Ducibus, militibus, seruitijs, artium præstantia, ingeniorum claritatibus. Iam situ, ac salubritate cœli, atque tempore, accessu cunctarum gêtiū facili, littoribus portuosis, benigno ventorum asflatu. Etenim contingit reentrantis positio in partem utrissimum, & inter ortus occasumque mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, serorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vertate. Quicquid est quo catere vita non debeat, nusquam est præstantius. Fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, iuenci. Ne equos quidem in trigarijs præferti viis vernalis animaduerto, metallis auti, argenti, æris, quam in libut exercere nullis cessit. Et ijs nunc in se grauida pro omni dote varios succos, & frumentum pomorumq; sapores sundit. Et libro tertio. cap. 5. in princip. de urbe Roma, & Italia dicit: Roma omnium terrarum caput, alumna eadem, & parens, nomine Deum electa, qua cœlum ipsum clarius faceret: sparsa congregaret Imperia, ritusque molliret. & tot populorum discordes, se rasque linguas sermonis commercio contraheber ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuitateque vna cunctatum Gentium in toto orbepatria fieret. Et dicit text. in 2. constitut. Cod. in principio. quod arma & leges Romanas omnibus anteponi Nationibus, omnibusque

Gentibus dominari præteritis effecerunt temporibus.

**V**igesima secunda confid. Quia prædictæ scilicet Nationes, de quib. supra in duab. prætentibus considerationib. tribus linguis vtuntur. scilicet Arabica, seu Græca, & Latina, vnde utitur Luce 23. & Ioan. 29. Græcè, Hebraicè, & Latinè, erat scriptus titulus, seu superscriptio crucis Iesu Christi) videndum est, quæ illarum sit excellētior.

Et videtur, quod Græca sit utriusque Latina: quod satis videtur probare tex. in auth. en. de non alienis, aur. permundatis rebus Ecclesiasticis. §. nosigitur. in fine collat. 2. vbi dicit rex. non paterna voce, id est, Latina legem conscripsimus: sed hanc omuni, & Græca, vt omnibus sit nota, properficiem interpretationem, & dicit glo. in verbo, voce. Ideo communior videtur lingua Græca, quam sit Latina, quia eam norunt nedum Graci, sed Latini, quos oportet Græca lingua eruditioinem habere propter interpretationes & translationes multarum legū & cōstitutionum, qua Græca lingua fuerunt sanctæ, ut appareret in multis legib. sforū. Græci verò parum, aut nihil curant lingua Latinam. Præterea (vt legitur in diuinis) quod Hebraicalingua transferenda erat in Latinam, prius in Graciam transferebatur, ut scilicet ex ea fieret translatio.

Aduertere, quod text. glo. & Doct. in ele. t. de Magistris, faciunt mentionem de tribus linguis, scilicet Hebraicæ, Arab. & Chaldaicæ, quæ sunt (videlicet Card. ibi) vtric ad sciendum fauorū fidic: & quare omnis de Græca, dicit gloss. ibi in verbo, Hebraicæ, quod illud verbum Græcè in originali erat cancellatum, aut sortè propter literam in text. qua supra ibi, quibus vtuntur infideles, &c. vt nihil esset superfluum. vel cancellata fuit, cum Græci fideles fuerint sub obedientia Ecclesie. facilius. de Baptismo. & facit quod notatur cap. primo de summa trinitate. libro sexto. Tamen hodie schismatiæ sunt, nec recognoscunt caput Romanæ Ecclesiæ. Et vt dicit ibidem glossa. forte esset expedientior sua lingua doctrina, quam aliatum: Iudei autem habent literam Hebraicam, sed linguam specialem in vulgari non habent. Habet enim in quod euaniuit ipsorum lingua vulgaris. Arabica litera est Sarracenoru, Chaldaicæ Chaldeorum, de qua in cap. legimus. §. sed coniurâ. & cap. turbat. & cap. qui de mensa. 37. distinct. sed certum, quod hec litera hodie non habeatur, ut dicit dicta glossa. Et recitat ibi Cardinalis, quod linguae sunt 72. vt videtur probare tex. in ca. septuaginta. 16. distinctio. Sed principales tres sunt. scilicet, Hebraicæ, Græca & Latina, quæ totum orbe diuidunt: & etiam dicit, quod olim fuit vna lingua omnium Nationum, scilicet Hebraicæ, & quod creditur, & probabiliter, quod in patria coelesti erit tantum vna lingua. In multis autem linguis varietas est, &

vbi vaticetas, & diuersitas, ibi dissensus. Linguarū etenim diuersitas, vt ait Aug.lib. 19. de ciuitate. Deī. cap.7. Hominem alienat ab homine, nam si duo sibi met in iuicem siant obuiam, neque præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogātur, quorum acutus nouit linguam alterius, facilius sibi anima liam muta, etiam diuersi generis, quām homines sociantur. Scribit Strabo trecentas Nationes quā dissimilibus linguis vterentur descendentes in Dioseuriadem urbem Colchorum clarissimam.

Sed redeundo ad propositum, sciendum est, q̄ sit honorabilior, & excellentior. Nam, vt dicitur, Graca videtur magis utilis. Ideo magis laudātēs effectū, & visus fuit hoc probare text. in d. §. nos sititur, cum glo. de qua supra.

Sed videtur, quod illa ratio non cōcludit, cum certum sit paucissim⁹ Latinorum Græcę linguas esse: Omnes verò propemodum Græcos Latinam callere. Et si Graca lingua ab omniisibus posset intelligi, effetq̄e communior Latina, nihil necessarium fuisset vti circuitu transfendo, scilicet Hebraicam in Græcam, & postea Græcam in Latinam, sed sufficiet Græca translatio: vnde prouilitate Græcę linguę, vt sic sit excellentior, videtur melior, tex. in c. vt veterū. vbi est text. Augustini. 9. distin. qui text. sicut: Vt veterū librum sibes de Hebreis voluminibus examinanda es, ita nouorum veritas Græci sermonis normam desiderat, quod intellige de Veteri & Nouo Testamento. Et etiam dicit tex. in cap. fin. 20. dist. de quibus causis nulla soluendi, ligandique autem in libris Veteris & Noui Testamenti, & quae euangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum nō appareat, ad diuina recurrite scripta Greca. sed glo. magna in dist. cap. vt veterū. dicit, quod Hieron. in secundo Prologo Biblia contraria tenet, dicens, quod exemplaria sunt exemplaria Latinorum Indeī & Græci sua exemplaria corruptunt: & sic factum est, quod exemplaria eorum magis corrupta sunt, quām Latinorum. ad quod tenip̄ respicit Hieronymus, vel respicit ad Latina exemplaria à fidelibus interpretibus translata. Augustinus verò respicit ad exemplaria Latina à non fidelibus & fallatoribus translata, vel hoc, vt dicit d. glo. magis credendum est Hieronymo quām Augustino. Quia inter istos tres Augustinum, Hieronymum, & Gregorium, magis credendum est Augustino in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus, Gregorius in moralibus præponitur: quia non omnes in omnibus, sed certi per certa, vt est text.

in l. 1. §. omnibus autoribus: C. de veteri iure cunctiōdo. Nec omnia possimus omnes, & ita dicit d. gloss. quam recert & sequitur Panormit. & post eum Felyn. in cap. ne innatis, in fine. de constitutio: & ibi Felyn. dicit illam glo. cōfī approbatam à Ludouic. Romano in l. si verò §. de vito in 15. falentia. ff. solu. matrimonio, & in l. 1. §. si coh. 2. ff. de verb. obliga. & in le. 1. colum. 5. ff. si certum peratur.

Sed Archi. in d. c. fin. 20. distinctio. & postea Prepositus & Geminianus dicunt: Quod quādo scriptum repertur contrarium, vel dubium, ad Græcam linguam recurrentum est, prout in d. c. vt veterū, & d. cap. fin. intelligitur secundum illa tempora, quibus fidei Catholica integritas erat apud Græcos: sed cum hodie sint acephali, & exemplaria eorum corrupta, & mendosa, non est ad corum volumina recurrentum. Non est enim verisimile eos, qui Catholica fidei unitate in non sincerè tenent, integratatem suorum voluminum conseruasse: sed potius ea in odium Latinorum (qui unitatis fidei inconcussi sunt obseruatorum) cortupisse. Nam Aduersarij & Inimici facile mentiuntur, vt est text. in leg. 1. §. præterea. & ibi plures concordantias in gloss. ff. de quæstionibus.

Alberticus de Rosate, in l. cōstitutione fīorum, in §. illud, & in suo Dictionario. in verbo, lingua. dicit, quod inter omnes linguas tres sunt excellentes: Hebraica, scilicet Græca & Latina: Earū clarior, & sonantior dicitur Græca: Cuius varieras discernitur in quinq; partib. Quarum prima dicitur mixta sine communis, qua omnes Græci videntur. Secunda Atheniensis, qua vīsi sunt autores Græci. Tertia Dorica, quam habent Aegyptij & Syrij. Quarta Ionica. Quinta Aeolica, vel sic. Vna dicitur Attica. Alia Boeotica. 3. Acolica. 4. Dorica, & 5. Ionica. Quantum autem lingua Græca præstet Latinę, scribit Budæus in tract. de Asse, & partib. eius lib. 1. sol. 7.

Latinæ verò linguæ dicuntur esse quatuor, scilicet prīca, & condita quam sub Iano, & Saturno, vertulissimi Italici habuerunt, & Latina, qua Italici videntur, & vīsi sunt Latino, & alijs Regibus Tusciae, ex qua lex duodecim tabularum scripta fuit, & Romana, qua post exāctos Reges populus Romanus est vīsus, & mixta, qua post Imperium latius promotum sumul cum moribus, & hominibus urbem artipuit, per Solœcismos, & Barbarismos integratatem verbi corrumpebant.

Omnis Orientales in gutture verba collidunt, sicut Hebrei & Syrij.

Mediterraneæ Gentes sermones proferunt in palato, sicut Græci & Asiani.

Occidentales verò verba in dentibus frangunt, sicut Italici & Hispani.

Addo, quod Septentrionales, vt Germani verba

## D V O D E C I M A P A R S

ba faciunt in pectoro. Nos verò Galli in gutture, palato, & pectoro. Hic vulgo dicitur, Itali capti-  
vant, Alemani vulant, Galli cantant, & Angli iu-  
bilant.

Et dicit Albert. in loco supra allega. qui dicit, se  
inuenisse in authen. scripturis super Genesim, &  
in inuentario vniuersi orbis, in rub. de ædific. tur-  
ris, in qua sicut inuenit a diuersitas linguarum. Idem  
etiam dicit Isid. in lib. Aethi. vbi dicit, quod locutio  
Græcorum est compotio ceteris: & dixi supra  
in 3. par. in penult. consid.

Guillelmus Durādi in suo Rationali diuin. of-  
ficiorum. cap. de parasceue. col. ii. dicit: Quod lin-  
gua Hebraica propter legem est omnium lingua-  
rum mater. Lingua Græca doctrix est, & lingua La-  
tinainterpatria, propter dominium Romani  
Imperi, & Papatus. Et ideo dicitur, quod lingua  
Hebræa erat mater omnium linguarum. Nam  
priusquam superbia turris Babylonie illas diuide-  
ret, vna omnium nationum lingua fuit, vt habe-  
tur Genet. ii. Vbi dicitur: Erat autem terra labij v-  
nius, & sermonum eorundem. Et iterum dicit  
dominus: Ecce vnuis est populus, & vnuis est labi-  
um omnibus, & ob id delictum 70. linguae omni-  
no diuersæ superindicæ sunt, vt infra in 69. con-  
siderat. quæ de nonnullis celebrib. turrib. tractat.  
vnde dicit Remigius super illud 1. ad Corinth. 13.  
cap. Siue linguae cessabant. Sicut (inquit) ante  
turrim Babel vna erat lingua Hebræa, sic quidam  
doctores expleto iudicio ipsa remanebit vna, & i-  
deo, vt dixi supra, in multis linguis varietas est,  
& vbi varietas, ibi dissensio. sed in Regno sanctorum  
non erit dissensio, igitur nec linguarum va-  
rietas.

Item Bernardinus dicit: Multi multasciunt, v-  
na erit omnium lingua, iubilatio indefessa, vnuis  
affactus, amor aternus, & erit commune omnium  
omnipotentia, sapientia, pax, iustitia, intelligentia,  
nec erit in illa pace diuersitas linguarum.  
Dominum tamè est vti diuersis linguis. vnde Apost.  
1 ad Cor. 14. dicit: Gratias ago Deo in eo, quod o-  
mnium vestrum lingua loquor. Et Apostoli loque-  
bantur varijs linguis, Actu. 2.

De laude autem istius linguae Hebraicæ, vide  
amplè in Margarita Phil. in institutione Hebraicæ.  
vbi laudat eam ex antiquitate, seu prioritate,  
cum fuerit prior omnibus alijs, ex puritate, san-  
ctitate, significationum affluentia ac utilitate: ex  
quibus omnibus alias antecellit, vt ibi elegantissi-  
mè coimprobatur. Et Isidor. i. Etymologiarum. di-  
cit Græcas literas cum earundem denominatio-  
nibus ab Hebraeorum characteribus esse sumptuas,  
vti ab Aleph, Alpha, a. & sic de nonnullis. E Græ-  
corum verò fontibus Latinorum linguan sciu-  
t: jis: indubitatum habetur, & certum apud serè  
omnes: quod an sit omnino verum, dixi supra ista  
part. in 17. consideratione. Vbi laudatur Gallia ex  
literarum traditione.

Vigesimatercia consid. sit de tribus modis co-  
gnoscendi vires per se seu habendi notitiam  
rerum: & quibus natura rerum apprehenditur, &  
experientia, ratiocinatione, & fide, & quis illorū  
sit excellentior.

Nam primò de experientia dicitur, quod estre  
tum Magistra, vt est tex. in cap. quam fit in prim. de  
elec. in 6. & dicit tex. in l. legis. §. ornaticib. ff. de  
leg. 3. quod præbet nutrimentum cuilibet Artifi-  
cio. Faciunt tex. in l. certi ibi, qui cuiusdam re pe-  
ritiam habent. C. de iudi. & in 2. constitutione. in  
§. sed cum. ibi, quā experientia rerum. & ait Ar-  
ist. Natura potentem, ars facilem, vifus promptū  
redit artificem.

Quo ad ratiocinationem, hoc est, argumenta-  
tionem, videtur etiam, quod sit multum laudan-  
da. Nam dicit Bal. in l. prccib. Co. de impuberum.  
& in l. si pecuniam. C. de conditio. ob causam, &  
viam ferro aperit, qui per contraria transit. & ha-  
berur per Arist. 2. de celo & mundo. Opposita in-  
xata posita magis clucescunt, & in primo Elen-  
chorum. Positis iuxta se cōtrarijs, majora mino-  
tibus discernuntur. & in 2. de anima etiam dicit,  
quod considerans vnum oppositorum, habet cō-  
siderare, & reliquum. Per cognitionē. n. vnuis, co-  
gnoscitur & aliud. l. i. in prin. ibi: nam si cognoue-  
timus. ff. de his qui sunt fui, vel alieni iur. & inuit.  
cod. in prin. l. i. ff. de tutelis. & instit. cod. in prin.  
& l. Pomponius. §. sed & ijs, qui ff. de procu. & §. ne  
manifestum. instit. de oblig. quæ ex delicto nascu-  
tur. Idecirco idem Philosophus in prædicamento  
Relationis ait: Dubitare in singulis, nō erit iniuste-  
le, quod notatur per glo. in verb. requitens. in l. 3.  
C. de sun. tui. & fide Cath. Sine dubitatione cre-  
nim non bene res clarescunt. vnde Arist. in 3. Me-  
taphys. inquit: Querentes veritatem sine disputa-  
tione, similes sunt ira ignorantibus.

Hinc est, quod apud Iurisconsultos nostros di-  
citur, quod disputatione melius veritas inuenitur,  
& disputatione aperiuntur, vt est tex. in l. munerum. §.  
mixta. ff. de muniberis, & honoribus. ibi: nuello-  
rem rationem disputatione habuit, & do. meus la.  
in l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. le. Offili-  
us, alijs Offidiis. ff. de lega. 3. l. 2. §. his legibus. ff. de  
origine iur. l. diuistratric. ff. de iurepatro. Ideo di-  
citur, ludicantem cum & rimario portet. ca. iudi-  
camen. 30. q. 5. c. cum causam. extra de resibus. l.  
iudices. c. de iudicijs. c. in primis. 2. q. 1. & ca. occi-  
dit. 23. q. 8. Vnde, vt refert Hiceto. in lib. contra Pe-  
lagianos: Schola Socraticorum consueverat ad-  
ducere omnia, quæ dici possent ex vtrique parte,  
vt magis perspicua fieret veritas. Nam magis ex-  
agitata plus splendescit in lucem, tex. in cap. graue.  
35. q. 9.

Veleriam ratiocinatio Syllogism' dicitur, dif-  
finiturque, oratio in qua quibusdam positis, & con-  
cessis necesse est per ea, q̄ posita sunt, & cōcessa, ali-  
quid

# CATALOGI GLORIAE MVNDI

319

quid evenerit. Et talis ratio cinatio deriuatur à ratione quæ debet esse in quolibet. Ita quod illud, quod ratione non roboretur, extirpandum est. c. or Episcopi. 67. distinct. & ratione vienduni at cap. vides. 33. q. 7. Nec sunt recipienda quæ va- quia opinione iactantur, sed quæ ratione, vel auto- quae inuuntur. c. deniq. 26. dist.

Terrius verò modus cognoscendi naturam renum seu perfici est Fides. Quia quidem Fides secundum theologos est certa, immo certissima, immo humana conditione via certior. Et ideo Richardus de sancto Victore ponēs istos tres modos cognoscendi naturas rerum in lib. 1. de trinitate. cap. 2. dicit, quod nihil firmius, nihil certius, nihil confantius fideles renent, quanquid fide apprehendunt. Et utrū primo c. dicit: Si ad sublimium sciemtum mentis sagacitatem ascendere volumus, operari pretium est, primum noise, quibus rerum modis

diuinę diuiną: ut experientia vltimorum veritatis  
vestigiorum. Ratiocinatio mediorum ab vniuersalibus,  
& cognoscibilibus mentis humanæ suffragium  
quærum. Et fides in aximè diuina, lumen est  
animorum, & prime veritatis insulgentia, quo sit,  
ut nullus sit fidei superior cognoscendi modus,  
quam si qui non capiunt, non aliter fidei iniuria  
id obtingit, qui diuinæ lucis iniuria, si ipsa non  
capitur ab oculo Nycteridis, & in illa ratiocinationem  
quareret, est debili oculo vmbra-  
lum subtendere, ne perstringatur ab insigniori  
lumine. Ergo, qui potest aliquid ratiocinari illa,  
quæ sunt fidei intueri, longe insignius videt, & co-  
gnoscit, quam qui ratiocinationem efflagitat &  
quarit: ut si sincerius Solem agnoscit, quan-  
tus fulgor non hebetat ex aduerio contumem,  
quam qui vti illum videat, manu in visu opponit,  
ac obumbrat.

Ex quib. concluditur, & etiam ex his, quæ dicit idein Faber post Richardum in 2.c. q̄ inter prædictos modos cognoscendi fides est superior.

**V**igesimaquarta conside. de bonis disputat, ¶  
sit vtilius, seu maius, aut melius altero.

Et primo aduertēdum est, q̄ bonum primō distinguitur inter minimū, medium, & maximum.

Media sunt potentiae animalium, & alia naturalia, quib. possumus uti bene, & male, vt in relectus, voluntatis, sensus corporis, & huiusmodi.

Maxima fuit gratia, & virtutes necessariae ad salutem. & his bonis nemo male vtitur. Vnde vt dicit August. quod virtus est bona qualitas mentis, qui nemo male vtitur. Et in re ista tria bona, istud vlti num est maius, ut dicit Flor. in 2. par. sue sum. lib. 13. c. 2. §. 8. in prin. & in fin. illius §. ponit aliam cistinct. Boni, Quoniam (vt dicit) est adhuc quaduplex bonum, scilicet, Bonum naturae, quod conuenit generaliter omni Entri, & tale bonum est per se fletio debita, & conueniens natura. Vnde Eccle. 3. Omnia fecit bona in tempore suo.

Secundum, est bonum virtutis politicae, quod bonus habet principium inter nos, et quod virtus politica est virtus, quae acquiritur voluntaria consuetudine.

Tertium, Bonum est gratia, quod conuenit  
creatura rationali bene disposita: & istud Bonum  
habet principium partim inter nos, & partim ex-  
tra nos.

Quarum, est bonū gloria, & tale bonū est perfectū, q̄ conuenit anima in formam per gratiam, ut de his amplē idem Flor. in d. 5. 8. & in d. 9. 9. ponit aliam distin. dicendo, quod aliud est bonū secundum Tullium, Ambrosium, & Thomam, scilicet, vtile, delectabile, & honestum, ut ibi per eum.

Redeundo ad propositum nostri operis, Ipse Antoninus Florent. in dictis parre, titulo, & capit. secundo, §. 10. ponit quinque rationes, ex quibus

## D V O D E C I M A P A R S

patet vnum bonum esse maius seu melius altero:& dicit tex. iuris ciuilis in l. vbi autem non apparet. in prin. ff. de verb. obliqu. est dare melius bono,& optimum meliori. quod dictum refert glos magna. in l. cerrum est. ff. si certum peratur.

Primo ergo vnum bonum est maius altero: quia diuturnius, quod probat ibi Antoninus à cōtrario de malo, & etiam quia quanto bonum est diuturnius, tante securius possidetur. Et ideo dicitur Threnorum 3. Bonum est viro si portauerit iugum ab adolescentia sua. Cum igitur (vt dicit) Bona spiritualia virtutum permanent, nec auferri, vel amitti possint contra voluntatem habentis, vt dicit Ambr. de pœn. dist. 2. c. sapientes. Bona autem temporalia auferri possunt inuitis. vel amitti saltem in morte. Vnde Ambro. super Lucam. Non sunt hominis bona, quæ secum afferre non potest: ergo spiritualia sunt maiora, & digniora quam temporalia.

Secundò dicitur bonum maius altero: quia immixtus sicut purius altero. Bonum enim quod est sine malo, est maius, & magis eligendum, quam quod habet admixtionem mali. & gaudium sine tristitia, aut metu est maius gaudio, quod habet tristitiam annexam, seu metum. Ratio est, quia bonum quanto delectabilius, tanto melius, & magis eligendum. Sed bonum, quod est malo purius, & immixtius est delectabilius. Cum ergo bona spiritualia non habeant mali, aut tristitia admixtionem. vnde dicitur de sapientia vera: Venierunt mihi omnia bona pariter cum illa. Sap. 7. & 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tardium conuietus eius, sed latitiam, & gaudium. Bona autem terrena, siue diuinitas, siue voluntates habent multam tristitiam, & anxietarem admixtam. vnde Salvator eas comparat spinis. Luke 8. quia pungunt, & mentem lacerant diuersis afflictionibus. Ideo spiritualia bona sunt meliora, maiora & ceteris præcligenda.

Tertiò, dicitur Bonum maius altero, quia communis secundum Philosophum, & Apost. ad Gal. 6. Dum tempus habemus operemur Bonum ad omnes. Hinc dicit tex. in c. Icias. 7. qu. 1. quod utilitas communis præferenda est priuatæ. Habetur per Arist. i. Ethico. & in c. bona. i. & ibi glo. extra de postulatione Prælat. & in c. licet. extra de regulatibus. & in l. aetione. §. Labeo. & ibi glo. ff. prosectorio. in l. vnicæ. §. pe. C. de cadu. toll. & in authen. de restitu. & ea que parit. §. fancimus. ibi: ea enim, &c. collat. 4.

Quarto, vnum bonum est maius altero: quia sufficiens, vnde iustitia est maius bonum, quam fortitudo: quia habita fortitudine, adhuc iustitia indigemus, scilicet, ad recte coniuicndum, sed habita iustitia non indigemus fortitudine. Et illud est bonum sufficiens, quia per se sufficit sine alio, vel quia talè bonum est finis, quod potest esse sine eis, quæ sunt ad finem, sed non è conuerso. Nam

habitatis quæ sunt ad finem, non habetur finis: sed habito fine, nō indigemus his, quæ sunt ad finem, vt patet de medicina, & sanitate, de diuitijs, & beatitudine. Vnde quia tale bonum est principium omnium, quod potest esse fine bono, quod non est Principium omnium.

Ex his sequitur, Deum & gloriam eius, & gratiam, & virtutes, alijs bonis Mundi esse maiora, sed bonum sufficiensissimum est Deus, quia nullo indiget, vt per ipsum Antoninam Florentin. in d. §. 10.

Quinto, aliiquid bonum est maius altero: quia eligibilius. Et ex parte eligibilis rei est aliquid bonum magis eligibile, vel ratione maioris desiderij. Quanto enim aliquod bonum magis desideratur, tanto est maius, vel ratione maioris pretij, tex. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falci. Pretium enim est quedam mensura Recip. appreciate, vel ratione maioris damni. Nau illa sunt meliora, quorum damna seu amissiones eorum sunt maiora. Quia maiori bono maius damnum opponitur. Et quia Beatus est bonum quod omnes maxime desiderant. vt ait Aug. de civitate Dei. Et quia non est digna ponderatio animæ continentis, id est, æquale pretium ad bona temporalia. & idem de alijs virtutibus & maximum damnum acquiritur ex illis bonis mundanis malevolentibus, quia priuatio beatitudinis vera, secundum illud lob. 21. Dicunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ideo eligenda sunt potius spiritualia & æterna quæ alia: hæc Antoninus ybi supra. Et anteponitur ista cōsideratio de bonis, quia dona videntur excellentiora virtutibus intellectualibus & moralibus, licet tamen posteriora virtutibus theologicis, vt ait sanctus Tho. 2.2. quz. 68. in fin.

Vigesima quinta consideratio de virtutib. expōnit, quæ illarum sunt excellentiores, an Theologales, an Cardinales, seu Morales, & quæ inter se transq;

Pro quo sciendum, quod Theologales sunt excellentiores. Quoniam respiciunt Deum proprio obiecto & principali. Cardinales vero seu morales non. Secundò, Theologales habent veritatem pro prima regula auctuum suorum, ad quos inclinant, & non Regulam aliquam acquisitam humanitus. Cardinales autem seu morales in nituntur Regula humanæ, scilicet prudentiæ sue rectæ rationi naturali. Theologica vero veritati diuinæ: Ex quo dicunt Theologi, quod virtutes theologæ sunt digniores, excellentiores, & perfectiores virtutibus cardinalib. seu moralibus, vt ponit Gabriel 26. quæst. vnicæ artic. vnicolib. 3. Et dicit sanctus Thom. 1.2. q. 68. 8. q. per totum. & 2. 2. q. 9. 1. q. quod Theologica virtutes sunt cateris nobiliores. De qualitate vero virtutum ponit Gabriel 36. q. art. 3. dubio 4. lib. 3. & de ordine illarum ponit Ant. Flor. in sua sum. 4. part. tit. cap. 9. & S. Th. in

Tho. in dist. I. 2. q. 66. ponit de æqualitate vittutū, & an virtus possit esse maior vel minor, & de comparatione virtutum mortalium ad intellectuales, & de comparatione moralium intellectualium & theologicarum ad inuicem. Et sunt tres tantum theologicæ, scilicet, fides, spes, & charitas. secundū Apostolū, ut habetur i. ad Cor. 13. c. vbi dicit Paul. Siliquis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus sum velut es tonans, aut Cymbalum tinniēs. Et si Prophetiam habuero, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & omnem fidem, ita ut montes transfem: Charitatem autem nō habeam, nihil sum, &c. Charitas patiens est, Charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambirior, non querit quæ sua sunt, non irritatur, nec cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congauder autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: Charitas nunquam excidit. Tandem conccludit. Maior autem horum est charitas. Fides enim & Spes sunt excellentiora carteris donis euacuandis, quia sunt virtutes Theologicae, vt dicit de Lyra super illis verbis Apostoli, quæ dantur nobis ad coniungendū nos Deo. Alia vero dona sunt quædam dispositio-nes nobis datae, ut redamur bene mobiles à Spiritu sancto: & sic ordinatur ad virtutes theologicas, modicas.

E quo sequitur, quod èd, quia charitas est maiora fide, & sp. e, quod etiam sit maior carteris donis. Quod enim est maius maiore, est maius minore, quod consonat cum regula nostra iuris. Si vincere videntem te, vincere te, de qua in l. de accessionib. fidei diuersi, & temp. præscript. in c. pen. de conceſſionib. per Fel. in c. pastoralis. in prin. de off. ordin. per O. d'ra. consi. 98. & Lud. Rom. in consi. 436. Et amplius de laude Charitatis videatur Hugo Presbyter & Monachus sancti Victoris Paris. in vno li. quem fecit in incipiente: Tam multos iam lauda. & Guil. Rouillus in suo compendio de iustitia libr. cap. 2.

Etiam inter cardinales seu Morales quæ sunt iustitia, scilicet, iustitia, Prudentia, Temperatia, Fortitudo, dignior & perfectior est iustitia, secundum Philo. s. Ethic. Et dixi in locis, maximè in rubrica, Des iustices. in commentarijs nostris super confuetudinibus Ducatus Burg. & supra in spart. in 3. consid.

De his vero virtutibus in generc & in specie: & de laude & excellentia earum videri potest ad sa- tumatem per Anton. Flot. in sua sum. 4. part. vñq; ad decimum titulum, Et vide Lucam de Pen. in l. vnca. C. de Metropolio Bcritico. lib. II. vbi ait, quod iustitia est maior, licet Prudentia sit prior. & ibi vide divisiones iustitiae, de quibus etiam habetur in Polyantea. in verbo, iustitia. & idem Luc. de Pen. in l. euistiones. colum. tertia. C. de cursu pu- blico libro duodecimo, Vbi inter alias extollit lu-

stitionem, sine qua aliae non possunt, ipsa autem sine alijs.

Inter omnes tamen virtutes virtus Heroica est excellens, & conuenit cum beatitudine, ad quam communis hominum vita non attingit. Et vult Arist. 7. Ethicorum. tractat. primo: Heroicam virtutem dici, quæ est supra nos. Heroicam, inquam, quandam atque diuinam, ut Homerus de Hectore, propriea quod eximia bonitate praestabat, dicentem Priamum introduxit:

*Nec iam hominius sane mortaliſ filius ille  
Effe videbar, ſed diu oſcine ratus.*

Quare subiungit Aristoteles. Si ex hominib. ob virtutis exuperationem, & dij. hunc (vr aiunt) talis quidem in habitus fuerit, qui feritati opponitur. Sie etiam Philosophi morales, homines excellētissima virtutis, qui communem hominem statum excedunt, ut qui magis mortem corporis, quam vitiosam eligerent actionem, Heroicos sicut diuinos vocabant. De quo lege Gabrielem sermo. I. de sanctis Pet. & Paul. qui incipit, Dij forresterra, &c. Huic concordat dictum Prophetæ in Psalm. 81. Ego dixi Dij estis, & filii excelsi omnes. Excelsi dicit, vt non quicunq; iustus Deus vocen- tur, sed qui quadam virtutum excellentia carteros antecellit, & præcipue Apostoli diuini, vcl Dij ap- pellans, præcipue Petrus & Paulus, ut apud Gabrie- len vbi supra. & in introductione morali Iacobi Fabri in Ethicen Aristotelis, & ibi ample in com- mentario Iudoci Chlistouei.

**V**Igesimasexta consid. de veritate demonstrat, ad ostendendum eius fortitudinem, cum sit potentissima, inexpugnabilis & triumphatrix mundi. totius.

Quod autem sit fortissima & potentissima res mundi, habetur 3. Esdras 3. & 4. c. vbi dicitur, quod cum Darius Rex Persarum fecisset Coenam magnam Magistratibus suis centum viginti Prouinciarum, & post coenam obdormisset, tres iuuenes qui custodiebat corpus Regis, quorum vnu erat Zorobabel Iudæus, dixerunt ad inuicem: Dicamus vnu quisque sermonem, quæ res præcellit: & qui vicerit, dabit ei Rex dona magna, purpura vestiri & in auro bibere, & torquem auream circa collum portare, & secundus post Regem sedebit, & cognatus Darii propter sapientiam vocabitur. Scripsit ergo vnu illorum, Forte est Vinum. Alius vero, Fortior est Rex. Sed Zorobabel scripsit: Fortio- res sunt mulieres, super omnia vincit Veritas. Et ibi explicatur de fortitudine vniuersusque, secundum quod etiam recitat Bernardinus de Bussis in 2. part. sui Rosarij. sermo. 31. in literis X. Y. Z. vbi dicit quod conclusum fuit, quod veritas sit fortior. Omnis enim terra innocat veritatem, coelum etiam ipsam benedicit, & omnia tremunt eam. & non est cum ea quicquā iniquum. Iniquus rex, Iniquæ mulieres, & iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia illorum opera, si non est in ipsis veritas. Veritas autem manet, &

## D V O D E C I M A P A R S

net, & inualescit in æternum, & viuit & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam acceptio personarum: sed quæ iusta sunt facit omnibus, & non est in iudicio eius quid iniustum. Ipsa est fortitudo Regum, & potestas & maiestas omnium, quorum benedictus Deus veritatis, & de cœlo loquendo. Et omnes populi clamauerunt & dixerunt: Magna est veritas, & præualet. Et surrexit Rex, & osculatus est eum, & ait: Quia omnibus es sapientior, proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Cogita in hoc, quod dicit cognatus meus vocaberis, dando eidem administrationem in Ierusalem & gubernamentum, quod eriam Gubernatores patriarum, & habentes administrationem in prouincijs, vocantur cognati Regis, licet non sint de prosapia & sanguine regio, vt vidimus de domino de Trimollia, de domino de Ionuelle eiusfratre, & de domino de Brione, qui etiam nunc est Gubernator Burgundie, quem Rex vocat cognatum in suis literis.

Et subdit ipse Bernardinus eodem sermone, part. 2. versic. Secunda conclusio. Quod veritas est omnium rerum expugnatissima, & tertia parte versi. tertiam questionem, quod est omnium rerum triumphantissima. Ipsa enim vincit omnia, vt dictum est, & facit lex sui. ff. de probatio. de qua per Innoc. in cap. cum pride. de renunc. Facit lex illicitas. §. veritatis. ff. de officio praesidis. Et de laude ipsius veritatis fit mentio in cap. consuetudo 8. dist. vbi dicitur, quod valet, vincit, & viuit in æternum, & obtinet in secula seculorum. Et meritum cum veritas sit Deus, vt habetur Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita, & in c. si consuetudinem. eadem distin. Hanc causam nesciunt multi prælati, qui volentes plus placere hominibus quam Deo, infinita sine complemento promittunt, vnde hanc ignorant, & ideo interrogant cum Pilato, Quid est veritas. Ioan. 18. c. in fine. vt resert glo. in verbo, veritatem. in c. vnioco, de officio delegati. in extraagan. communibus. Et peccatum est eam celare c. 1. & ca. dilectorum. de testibus cogendis, & per totum illum titulum, & melior tex. in c. quisquis. 11. q. 3. & ca. i. extra de criminis falsi, & proditore & veritatis; qui non libere veritatem enunciavit, vt dicit tex. in c. nolite. eadem questione. Et veritas & ratio semper præponenda est, vt in ca. veritate, cum sequens. 8. distin. Et de eius laude vide Guil. le Rouille in sua descriptione Iustitia. lib. 1. ca. 11. de eius verò dignitate & utilitate Ant. Floren. in sua sum. in 4. par. tit. 5. ca. 15. §. 1. 2. 3. & 4. dicit etiam Arist. I. Ethicor. Duobus amicis cotentibus, sanctum est laudare veritatem. Et licet amicus Socrates, amicus etiam Plato, magis tamen amica veritas. Et lib. 3. Ethic. Verum bonum est & laudabile, verus est laudandus. Et veritas licet sit bona, parit tamen malum filium, scilicet, odium, vt ait Terentius. Idco dicitur, quod tres sunt Bonæ matres, que pariunt tres malos filios, veritas cnius odium pa-

rit, pax ocium, seu vitium, & nimia familiaritas contemptum, de quo ultimo est tex. in l. obseruan dum. ff. de officio praesidis. & in l. nec quicquam. §. circa ff. de officio Proconsulis. & in c. quando & ibi glo. formalis, in verbis frangatur. 86. dist.

Vigesima septima consid. de Præceptis diuinis adaperiet, quod dignus & excellentius sit. Nam certum est, quod sunt decem Præcepta De calogi, que ponuntur amplè per Bernardinum de Bustis, in prima parte sui Rosarij term. 16. & his versus continentur:

Vnum cole Deum, ne dicas vanam per ipsum.  
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes,  
Non sis occisor fur, mæbus, reflui iniquus.  
Alterius nuptiam, nec rem cupias alienam.

Et hæc Præcepta excedunt Præcepta legalia, vt ibi dicit de Bustis. Sed inter omnia præcepta, num est dignus & excellentius, & maximum, q ponitur in quatuor locis, scilicet, Deut. 6. vbi ponuntur tria contenta in uno præcepto, scilicet, diliges dominum Deum tuum extoto corde tuo, ex tota anima tua, & ex rota fortitudinetu, & Matth. 22. vbi etiam ponuntur prima duo: & in tertio, & in tota mente tua. & Marc. 12. additur quartum, videlicet, extota virtute tua. & Luc. 10. additur: ex omnibus virtutibus tuis, & tale præceptum (vt dicit Nic. de Lyra Matth. 22.) dicitur primum dupliciter, scilicet, origine & dignitate, seuperfectione: Perfectione tali, scilicet, quod omnia alia comprehendit. Remitto mein reliquiis ad dominos Theologos in pluribus allegatis per eundem Bernardinum: vbi multos allegat, qui de huiusmodi præceptis amplè ponunt. Et ultravide Anton. Flor. in prima par. sua sum. ti. 14. c. 4. pettorum vbi amplè. De præceptis autem moralibus, vide per eundem eadem par. eodem ti. ca. 3. & per sanctum Thomam in prima secunde q. c. 101. 102. 103. 104. 105.

Sunt alia Præcepta diuina, quæ dicuntur Articuli fidei, & inter hos, quis illorum sit dignior & excellentior: de his supra dixi in hac par. in 20. cōsider. vbi illos scriptum descripsi, ideo hic paucare petenda sunt. Sed inter omnes primus est excellentior: quia ab ipso omnes alij dependent, scilicet, credere in Deum patrem omnipotentem, creatoriem coeli & terræ, & omnes huius mundi nationes credunt hunc articulum, scilicet, Christiani, & Pagani, & infidles. & dicit Psalmista Ps. 118. Dilexi misericordiam tuam super Aurum & Topazion. Nechodie sunt aliqui Idolatri, Imò omnes indistinctè credunt in Deum patrem omnipotentem, creatoriem coeli & terræ, quoniam cum pater sit, maior est Filio. & habetur Ioan. 16. quod Christus de patre loquens dixit: Vado ad patrem qui maior me est.

Et quia hic de sic, eius Articulis, & nobilitate fit mentio: Idco quadam, notatudigna, quæ ex literis ortum habet, addere curau. Est autem fides,

iles, vt habetur ad Hebreos 11. sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium, quam definitionem sic explico. Fides est quædam inchoatio seu fundamentum futuræ beatitudinis, probatioque, seu ostensio carum rerum quæ nunc non videntur, vt sunt diuina persona in spirituali etificio. Fides fundatorem ponit. Spes parites ergit; sed charitas tecum consummat, quæ operit multitudinem peccatorum: vt habetur lac. 5.

Duodenarius Articulorum numerus secundum duodecim lapides preciosos Apocal. 12. positos, & etiam duodecim Apostolos primos, ex quib. stratura murorum militantis Ecclesiæ compaginatur, hic seriatim sequitur.

Primus, est de diuinitatis vnitate, ibi, Credo in eum Deum: Iaspide non immrito signatus. Quoniam quidem lapis oculum purgat visum acuens, sic primus de vnitate Dei articulus mentis aeternam illuminat, postergatis erroribus.

Secundus articulus, de Perlonarum trinitate positur in simbolo locis tribus, videlicet, Credo in Deum Patrem omnipotentem, in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, & Credo in Spiritum sanctum. Hic articulus Saphironatur, quippe Saphyrus lapis humanum corporis vegetum efficit integra membra conservans, hunc modo hic articulus Ecclesiæ militantis corporis adunat.

Tertius articulus, est de Mundi & omnium in contentorum creatione: ibi, Creatore in cœli, & terre, qui Carchedonio lapide designatur. Nem plus lapis Demonii illusiones fugat, virtutes contemnat, sic hic Articulus.

Quartus articulus, est de opere Iustificationis, gena Spiritus sancti, ibi: Credo, videlicet, sanctam Ecclesiæ catholicam, Sanctorum communione, Remissionem peccatorum, quo sepm sacramentorum Ecclesiæ fides innuitur, qui bene Snaragdo signatur, qui est lapis valens contra cadaucum morbum. Et hic Articulus contra omnem peccatum originale, mortale, actuale, & veniale praesens medicina.

Quintus articulus, est de vniuersali omnium honoris resurrectione, ibi: Carnis resurrectionem videlicet, Credo: quippe quia Christus resurrexit summae dormientium. i. ad Cor. 15. & nos resurrecti oportet, & bonos & malos, sed sine dispari. Quippe procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vita, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij, scilicet, aeterna damnationis. Ioh. 5. Hic articulus recte per Sardonichè lapillum notatur quoniam hic lapis hominem castum, & humiliavit, sic huins articuli frequens memoria.

Sextus articulus est de aeterna vita, & beatitudine bonorum. ibi, Credo vitam aeternam, qui sane Sardio lapide designatur. Ille lapis hominem ad bonum incendit, & timorem fugat. Huius Articuli via recordatio nos ad bene agendum incipi-

tat pro tanto bono consequendo, & timorem servilem, videlicet, & humanum expellit, non tam illum filiale recrementum timorem, qui manet in seculum seculi. Et prænuntpati sex Articuli possimmo diuinitatem concernunt.

Septimus Articulus, & de Christi humilitate, primus est de ipsis Christi conceptione in virginis utero per Spiritus sancti operationem facta, & eiusdem nativitate, ibi: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virginie: Qui sati opportunè per lapidem Chrysolithum designatur, qui lapillus intellectum humanum confortat, vt melius intelligat. Sic hic Articulus per eum conceptum, & natum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. i. hominum intelligentiam sonci, & confortat.

Octauus Articulus, est de Christi passione, & sepulturæ: ibi, latus sub Pontio Pilato, encruciatus, mortuus, & sepultus, qui non improbus Berillo lapide notatur, valer quippe lapis ille contra hostem unites, vt iniuriam hominem efficiat. Sic huius Articuli pia meditatio nos contra diabolum, carnem, & mundum viatores celiicit.

Nonus Articulus, est de Christi anima ad infernum descendente: ibi, Descendit ad inferna. Qui sati decenter Topazio lapide notatur, qui contra lunaticam passionem suapte natura prodet. Sic huins articuli recognitio contra da monum lapsus proderit, qui tunc fuerunt spoliati.

Decimus Articulus, est de Christi resurrectione, ibi. Tertiadie resurrexit a mortuis, qui lapide Chrysopasio insinuat. Valer enim is lapis contra lepram, que est quædam corporis corruptio, sic, quia runc noluit Deus sanctum sium videre corruptionem. Illius articuli memoria nostra resurrectionis specem confortat.

Vndeclimus Articulus est de Christi ascensione ad Cœlos, ibi, Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Qui Hyacintho optimè notatur, qui lapis valet ad membrorum vigorem, & taporem salutiferum. Sic huins Articuli reminiscencia facit, vt membris vegetis, quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram. ad Colos. 3.

Duodecimus, & de humanitate Christi, sextus Articulus est de futuro iudicio, ibi: Inde venturus est indicare viuos, & mortuos, & recte per Ametistum denotatus. Ille lapis hominem vigilem facit ad bonum prætersum, & a malis conceptionibus liberat. Sic futuri memoria frequens nos vigilis reddit, extranea expellens, vt bonam de commissariis taliens reddere possimus ratione in.

Quidam nihilominus articulos altero modo in quatuordecim distribuunt, septem secundum diuinitatem ponentes, videlicet, primum, de vnitate Dei. Secundum, de persona patris. Tertium, de persona filij. Quartum, de persona Spiritus sancti. Quintum, de opere creationis. Sextum de

## D V O D E C I M A P A R S

opere iustificationis. Septimum, de opere glorificationis. Et septem de humanitate. Primum, de Christi conceptione. Secundum, de nativitate ipsius. Tertium, de morte. Quartum, de descente animæ ad inferna. Quintum, de eius resurrectione. Sextum, de ascensione. & septimum de postremo iudicio. Eadem maner utrobiq; sententia, quamuis partitio varietur.

Vnde propositionum excellentia, seu nobilitas penes obiectum, & maiorem iudicij nostri adhesionem sumi solet. Et quo purius est de Deo iudicium sine creatura admixta, eo est huius modi propositio nobilior, excellentior.

Quo fit, vt omnes articuli diuinitate sint ideo nobiliores articulis illis, qui de humanitate partituntur, & articulide Dei unitate, & personis, sunt nobiliores alijs de operibus Dei erga creaturas. Hinc factum eredas, vt alijs quatuor secundum divisionem posteriorem præponitur in præpositio. vt dicamus in Deum, in Patrem, in Filium, in Spiritum sanctum, non autem alijs. Non dicimus: Credo in Ecclesiam catholicam, sed Ecclesiam, sicut in præpositione, & non in casuum. Quippe Deo vni in essentia, & trino in personis, sic adhærendum fuerit, vt illi, a quo omneditum optimum, & omnne donum perfectum, non sic Ecclesia, nisi suo capitite adhærendum erit, Ecclesia quidem sponsa adhærenus propter sponsum Christum.

Demum ille articulus, qui est de unitate diuinæ essentia, omnium & primus, & nobilissimus habetur. Cui pauci grandi malitia execrati dissenserunt, plurimi ignorabantur personarum trinitatem: sed fermè omnes, maximè judici, & Natura legem obseruant, vnum esse Deum credentes, confessi sunt. Ideo notus in Iudea Deus in Israël magnum nomen eius. Psalm. 75. Pauci, scilicet Patriarchæ & Prophetæ personarum trinitatem comprehendebant, vnum esse Deum oportuit omnes credere, secundum id Apost. Hebr. 11. Credere enim oportet accedenter ad Deum, quia est: secundo oportuit credere (vt ibidem habetur) quod inquirentibus se Deum remuneratur sit: tertio credere oportuit, quod aliquo medio hominis lapsum repararet. secundum illud Petri Actuum 4. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quod de Christo redemptore dictum est. Illud postremo alta mente recondas, quod vbi audies: Iustus ex sua fide viuet (vt Prophetæ & Paul. Abac. 2. & ad Rom. 1. scripterunt) de ea fide intelligas, quæ per charitatem operatur, alias statim homo corrucret in Lutheranorum errorem, quandoquidem sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. lac. 2.

Aduerte tamè, quoniam multa sunt Præcepta: Quædam sunt Dei, quæ omnibus anteponenda sunt, vi in c. quæ contra in fi. 8. dist. c. si is. cū seq. ii. q. 3. q. decem sunt, vt dixi, sine quorum observatione salus esse

non potest quæ dicuntur decalogi. vt in c. metr. ces. 32. q. 4. & in c. qd in omnib. ca. causa. q. 7. Sunt etiam præcepta quædam moralia, quædam mystica, quædam sacra, quædam ceremonialis, de quib. in c. si. dist. 6. Item quædam sunt præcepta Apostolica, id est, sancta Romana Ecclesiæ, quæ nullus dura superbia resistere debet. ca. præceptis. 12. dist. Item sunt præcepta superiorum. quæ longa, implenda non sunt. c. si episcopus. & c. si is. ii. q. 3. Nam & præcepta sanctorum virorum antequam impleantur, sunt discienda, videlicet, si nulla, si licita, si non contra dominum sunt, vt dicit tex. 12. c. si quis præpostela. l. distin. Sic & Papa non vult impletur quod per subreptionem præcipit. c. si quando. extra de rescriptis. & l. nemo. c. de sent. Verum de Præcepto Dei, disputandum non est. Nam semper est licitum. vt in c. paratus. 23. q. 1. Vigesima octava confide. etit de beatitudinib. quæ sunt septem, secundum dist. graduum, quamvis sint octo secundum essentiam, quas Christus enumerat in sermone facto discipulis in monte. de quo habetur Matt. 5. & quoniam in vita quæ esto etiæa ponitur per essentiam, quæ est quædam firmitas omnium præcedentium, debentur sibi omnium præcedentium præmia, & ideo redit ad caput, vt intelligantur sibi omnia prævia conseruerter attribui.

Vnde prima est paupertas spiritus, quæ ponitur pro abstinentia ab amore mundi, id est, ab amore carnalium voluptatum, & dimitiarum, ac propria excellentia.

Secunda est mansuetudo, cum dicit: Beati mites, & tales dicuntur, qui nullam amaritudinem sentiunt.

Tertia est luctus, cum dicit: Beati qui lugē, scilicet, pro peccato, & ipsum odiunt, ita quod infungunt aduersus id, ad destruendum ipsum.

Quarta est esuries iustitiae, & vehemens desiderium iustitiae, siue summi boni. Esuries autem iustitiae potius est beatitudo, quam esuries aliarum virtutum cardinalium: quia per iustitiam in immediate coniungitur Deo, quod non sit per alias virtutes cardinales. Iustitia enim prout ibi capitur, cum dicitur: Beati qui esuriantur & sitiunt iustitia, comprehendit fidem, spem & charitatem, quibus supra cixi, quæ immediate nos coniungit Deo.

Quinto ex misericordia, per quam pro terrena cœlestia mercentur, & illius sunt 13. opera, de quib. in consideratione seq.

Sexta est munditia cordis, quæ clarificatur cor, & mundatur ad videndum Deum, & ardenter illam diligendum. Accipitur autem munditia cordis ibi non pro virtute, sed pro statu qui est purgari animi.

Septima, est pax, quæ est status virtutis, in quo est delectatio in Deo sine contradictione carnis, mundi, & diaboli: vel si qua est, inefficax est. Vnde patet, quod pax est status animi purgati simi. Pacificis autem magis attribuitur esse filios Dei, quæ alii,

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

322

quia dixit: Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Et licet misericordia maximè assimilat hominem Deo, quātum ad opera exteriora, tamen quantum ad interiora magis assimilat Pax.

Ostia beatitudo est, de qua dicitur: Beati, qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hec virtus felicitatis, sustinientia perfectionem propter Iustitiam, annexa est Paci. Cum enim pacificus sit absque contradictione carnis, mundi, & diabolus, ut dixi, patet, quod idem paratus est superare tentationem mortis pro Christo, in eodem gradu est cum pace. Propter hoc dicimus, quod octo sunt beatitudines quantum ad escientiam: sed tantum septem quātum ad distinctionem graduum. Quoniam super pacem non est virtus alia. Dixit enim August. Pax est finis & consummatio omnium virtutum. Et ista octava dicitur redire ad caput duobus modis. Primo, quia idem præmium sibi præmititur quod primæ. Secundo, quia omnes probant, quod à prima vsque ad ultimam verâ sint. Sicut dicit Gregorius: Qualis vnuquisq; apud se lateat, illara contumelia probat. vel secundū Ambro. Pauperibus promittuntur Regnum, quantum ad gloriam Animæ. Passus autem in corpore perfectionem. Regnum, quantum ad gloriam corporis.

Et inter eas talis excellentia, quod semper una degradu excellit aliam, quoniam ista præmia se habent per aditionem ad inuicem. Nam plus est possidere terram Regni cœlorum, quam habere simpliciter. Quoniam multa habemus que non similius & pacifice possidemus. Plus est ceteram consolati in regno, quam habere & possidere. Multa enim cum dolore possidemus. Plus ceteram saturari, quam simpliciter consolari. Nam saturitas abundantiam consolationi importat. Misericordia vero excedit saturatem, & plus, scilicet, accipiat, quam metuerit vel desiderare potuerit. Ad hanc magis est, videre Deum. Sicut maiorem est, qui in curia regis non solum pranderet: sed etiam videt faciem Regis. Summam autem dignitatem habet a domo regis filius regis. ita dicit Anton. Flor. in sum. 4. par. lib. 7. ca. 5. §. 3 & ibi in toto illo cap. ponit amplè materiam Beatitudinum: ad quem occure in reliquis, cum mihi sufficiat habere excellentiam vnius ad aliam.

Etiam aduerte, quod beatitudines excedunt virtutes cardinales & dona. Quoniam habitus virtutum cardinalium principaliter disponitur ad exercitium Animæ: Habitus vero donorum disponitur ad actus contemplatiue maximè. Habitus autem beatitudinum disponitur ad perfectionem virtutis, & habetur in compendio theologiae. lib. 3. c. 55. & dicitur in c. 47. i. si. quod sicut in enumeratione donorum est ordo artificialis, quo primo ponuntur digniora, ita in beatitudinibus est ordo naturalis, vbi digniores ponuntur ultimum.

Sanctus Tho. l. 2. q. 69. ponit, An Beatitudines distinguuntur à virtutibus, & donis, & ibi plenè per eum.

**V**igesima nona consilio. Est de operib. misericordia: quæ sunt 14. Quoniam sunt septem opera misericordia corporalia, septem vero spiritualia. corporalia. n. sunt, de quib. habetur Mat. 25. Esuriui, & dedistis mihi manducare. & suntem: Pascere esurientem, potare sitiensem, vestire nudum, recoligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum. Et in hoc versu continetur:

*Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

De primo, habetur Isa. 63. Frange esurienti panem tuui. De secundo, habetur Pro. 25. Si sit inimicus tuus, porum da illi. De tertio, habetur Luc. 3. Qui habet duas tunicas, id est, ad superfluitatem, der vnam non habenti. De quarto, habetur per Apost. ad Ro. 12. Hospitalitatem sanctantes. De quinto, scilicet, redemptione captiuorum, habetur per Ambr. in c. aurum. 12. qu. 2. vbi dixit, quod ordinatus sacerdotum est redemptio captiuorum. De sexto, scilicet, de visitatione infirmorum, habetur Job. 5. Visitans speciem tuam, id est, honinem, in iustitate, non peccabis. De septimo, quod non ponitur Matth. 25. habetur Act. 8. vbi habetur de Stephano lapidato, quod scelerunt eum viri timorati. & dicitur Eccles. 7. Mortuorum denegabis gratiam. De quo amplè dixi supra in 2. part. in 3. consilio. Ideo hic non repeto.

Alia vero septē sunt opera spiritualia, quæ sunt, videlicet docere ignorantem, consolere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offensientem, portare onerosos & graues, pro omnibus exorare, & continentur in hoc versu:

*Consule, caſtiga, remitte, ſolare, fer, ora.*

De primo, habetur ad Ro. 12. Qui docet in doctrina, lege subuenienti proximo. De secundo, habetur Thob. 4. Consilium semper à sapientib. inquire. & 12. q. 2. c. pcn. vbi dicitur bona rei dare cōſilium, & præſentis habere vitæ ſubſidiū, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. De tertio, habetur per Apost. 1. Theſſ. 4. Itaq; consolamini inuicem in verbis iſis: & non contristemini de dormientib. sicut gentes, quæ ſpem non habent. De quarto, habetur Matt. 18. & in c. nonit. de iudiciis: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corrige eum inter te, & ipſum ſolum. & Apost. ad Timo. Peccantem coram omnibus argue. De quinto, habetur Luc. 6. Dimitte, & dimittetur, ſeu dimittenti, & Matth. 18. Serue nequam omne debitum dimisisti, quoniam rogasti me. Nonne oportuit, & te miseriſerit conſervi tui? De ſexto, habetur ad Ro. 15. Debemus nos firmiores, infirmitates aliorum portare, non ſolum ſecundum quod infirmi ſunt graues, & inordinatis aetib. ſed etiam vniuersalibus; onera ſunt ſupportanda. ſecundum illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplib.

## D V O D E C I M A P A R S

plebitis legem Christi. De septimo habetur lac. 5.  
Orate pro inuicem, vt salucenti. & secundum  
Thomam secunda secunda, q. 32. art. 3.

Ista sunt spiritualia opera, seu haec septem Eleemosynæ spiritualia, sunt potiores corporalibus, triplificatione, prout resert Antoninus Flor. in sua sum. 4. par. tit. 5. c. 18. §. 7.

Prima est; quia id, qd exhibetur in Eleemosyna spirituali est nobilis, scil. donum spirituale, quam præmium corporale, secundum illud Proverb. 4. Donum bonum tribuam vobis, legē meā non derelinquatis.

Secundū, ratione eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Vnde, sicut homo magis sibi debet prouidere quantum ad spiritū, quam quantum ad corpus: ita etiā proximo magis debet prouidere de Eleemosyna spirituali, quam corporali, quem excharitate diligere debet.

Tertiū, quantum ad ipsos actus, quib. subueniatur. Nam actus spiritualis, quales sunt Eleemosynæ spiritualia, sunt perfectiores actibus corporalibus, quib. exercentur in Eleemosynis corporalibus. Dicit tamen ipse Ant. Flor. vbi supra, Quod secundum aliquem casum particularem, interdum aliqua Eleemosyna temporalis, posset preferri aliquid Eleemosyna spirituali, sicut magis esset pascendum famie morientem, quam docendum, sicut dicit Philos. quod indulgeti melius est litari quam philosophari, quamuis hoc sit melius simpliciter.

**T**rigesima consid. est de donis spiritus sancti, quae sunt leptē, scilicet, timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, sapientia, & intellectus. Quae enumerantur Esa. 11. ca. Vbi ea alio ordine ponit. Quoniam primò ponit donum sapientiae. Secundū intellectus, Tertio, consilium. Quartū, fortitudo. Quinto, scientia. Sexto, pietatis. Septimo, Timoris. Et idcirco videtur, qd hoc ordine artificiali, de quo supra dixi in considera, immediate praecedenti, quod donum sapientiae sit dignius, & sic de singulis vnum excedit aliud descendendo, & ideo dicit Ant. Floren. in sua sum. in 4. par. tit. 10. c. 2. in prin. & §. 6. quod comparando ipsa dona ad inuicem, dignitas eorum, qua vnum preferatur alteri, est attendenda secundum enumerationē eorum, incipiendo à sapientia, vt ponitur Esa. 11. vt dictum est supra. De istis septem donis, & commendatione eorum, vide ample Gulielmum Paraldi in sua sum. virtutum & vitorum lib. 1. part. 3. ca. 3. de donis. Et ibi ponit, quod quedam pertinent ad diuina, & illa sunt digniora, quedam vero ad humana. Et etiam quedam pertinent ad vitam astiuanam, & sunt quinq; & de his primo ponit, èd, quia vita astiua estante contemplatiuam: quedam vero pertinente ad vitam cōtemplatiuam, vt sunt donum intellectus, & donum sapientiae, & ista sunt digniora, vt ibi.

**T**rigesima prima consid. de septem sacramenta enunciatur, quae sunt baptismus, confirmatione,

tio, Eucharistia, poenitentia, vñctio postrem, odo, & matrimonium, quod illorum sit dignus, & excellentius.

De Sacramento matrimonij dixi in commerciis nostris super consuetudinibus ducatus Burgund. in rub. des droiz, & appertenant à gens maner, quod est dignus, & excellentius, alijs ex pluribus descripsit ad laudem matrimonij, quam ibi possit eum multum quadraret ad propositum.

Celius vero li. 15. c. 19. ait: quod matrimonium secundum Augu. quantum ad genus artinet mortaliū, est quoddam ciuitatis feininarum, & ibi asserit tria esse bona coningi, scilicet: fides, probus, & sacramentum, quæ posui in dicto loco cum pluribus alijs laudibus matrimonij. & etiam de laude illius idem Cœlius eo. lib. ca. 13.

Dico tamen hic, quod Eucharistia Sacramentum est venerabile, adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis praconijs exaltandum, cunctis honorandum studijs, vt dicit text. in clem. si dominum in sanctis de reliquijs, & vener. sanctorum. Imo etiam excellentissimum, & est maximum Sacramentum ex themate posito per Ant. Flor. in sua sum. in 3. part. lib. 14. c. 4. in prin. vbi ponitur tale thema: Memoriæ fecit mirabilium suorum misericors & misericordia dominus, esca in dedicatis bus se. Ps. 110. Excellentissimum. ii. illud dicit Texrus in d. clem. si dominium. & Floren. in d. §. 1. Eo, quia omnia alia ordinantur ad ipsum, vel perficiuntur per ipsum, nec quid preiosius habemus in hoc mundo. Quid enim preciosius & melius corporis & sanguinis domini nostri, vt ait Hiero. i. q. 1. c. multi. quasi diceret nihil. de consec. dist. 2. cap. nihil. Nihil enim in sacrificijs maius est egestas. Nec vlla oblatio maior reperitur, & ibi ponit quomodo mirabilia sunt opera Christi. & dicit gl. in verb. quid melius. in d. c. multi. & ind. can. nihil; quod Sacramentum Eucharistia inter Sacra menta est maius, dignius, & melius quo ad sanctitatem & reverentiam. Et, vt dicit idem Floren. ea. par. sua sum. lib. 12. in principe est maximum Sacramentum, quo ad essentiam, Licet quædam alia dicantur maiora secundū alios respectus, quos infra referam, vide ramen Bonaventurā, qui plura dicit in suo lib. quem fecit de excellentia Eucharistia.

Sed, quantum ad istud Sacramentum volo demonstrare eius excellentiam ex pluribus causis & rationibus.

Prima, quia sicut figuratum tam ante legem, quam in lege, Primò per oblationem factum per Melchisedech, vt habetur Genes. 14. Et in mentio in c. accipite. de consecr. dist. 2. In qua figura habemus formam exteriorem sacramenti, vt primum effectum. s. refectionem, ibi ante præcessit figura spiritualis in pane & vino. Itē in Māna. vt habetur c. corporeū. de cōsecr. dist. 2. Et in hoc figuratur effectus gloriae: & in oblatione illius figuratur, in quo

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

323

quo debet fieri oblatio, & super quem. sed Ioan. de Turect. in d.c.corporum. amplè disputat, an conuenienter fuit figuratum in Manna, nō in isto, quia noui est præsentis speculationis.

Item fuit figuratum in diuersis Sacrificijs, de quibus habetur in Leuiti, quibus figurabatur Paschio Christi, ut in virga lonariæ mellis, vbi figurabatur quis offerre debeat, per fauum enim designatur deuotio offerentis. Figura sanguinis Christi fuit vinum, ad designandum refectionem. Canticorum primo. Introducit me in cellam vi-

nariam.

Secunda, quia à Prophetis prænuntiatum, vt

habetur Psal. 77. Panem Angelorum manducavit

homo.

Tertia, quia à Christo verbo & factò institutu, vt habetur Io. 16. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. factò. vt Marth. 9. & 26. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. & in e. panis est in altari, de consecr. dist. &c. cum Marthæ. de celeb. Mis.

Quarta, quia ab Apostolis seruatum, vt habetur Cor. 11. Conuenientibus in vnum.

Sexta, quia à summis Pontificibus ordinatum, vt habetur in d.c. si dominum in sanctis. dere liquis & venerat. sanctorum. Et hæc causa ponatur in Compendio Theologiae lib. 6. cap. 13. & in cap. 14. ponuntur mirabilia, qua fiunt in ipso Sacramento, de quib. etiā aliquid statim dicetur.

Septima, quia maiora, nobiliora & excellen-  
tia continentur in isto Sacramento, quam in o-  
mnibus alijs. Continet enim in se nobiliora in o-  
mni genere Entis, & illud quod est nobilissimum  
in fine nobilitati. Continet autem Christum, in quo  
est substantia concurrens, sc. Caro, Animaratio-  
nis, & Deitas. Corpus autem Christi de purissi-  
mis sacraffisimis & virginis sanguinib. Spiritus san-  
cti manibus formatum, atque ipsi Deitati coniunctum,  
omni corpore nobilis est atque perfectius.  
Anima vero Christi diuinis splendoribus candida  
omni sapientia & virtute plenissima: vt putat cui  
non est datus in donis & virtutib. Spiritus ad men-  
suram, Ioan. 6. Intellectualem ereturam nobili-  
tate transcendit & perfectione. Deitas vero sonta-  
na & origo omnis boni, qua ex inseparabilis vno-  
scend naturam assumptam, in hoc Sacramento  
teraciter ex concomitantia continetur. In infinitum nobilitate & perfectione rebus supremis  
vniuersis. de quo Propheta in Psal. 47. Magnus do-  
minus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius  
in aeternis. Et hæc rationes ponuntur ad demon-  
strandum dignitatem huius Sacramenti in dicto  
compendio Theologiae lib. 6. c. 13.

Octava colligi potest ex plenitudine sanctita-  
tis, que est in hoc Sacramento. Continetur autem  
in hoc Sacramento & caliter ipse Christus Sanctus  
Sanctorum, vt pote in quo (iuxta Apostolum) a-  
bundat plenitudo diuinitatis corporaliter, id est,

veraciter. ad Colos. 2. In alijs autem Sacramentis  
continetur quædam virtus sanctificativa instru-  
mentalitatis derivata à Christo. Cum autem semper  
quod est per essentiam, tale potius sit eo, quod est  
tale per participationem, manifeste patet hoc Sa-  
cramentum seu Sacrificio potissimum esse omni-  
um Sacramentorum. Quoniam propter vnum  
quod, & tale, & illud multo magis. auth. multo ma-  
gis. C. de aerofan. Eccl. & potentior est causa quæ  
causarum.

Nona colligi potest ex ordine Sacramentorum  
ad inuicem. Nam omnia Sacraenta videntur  
ordinari ad hoc Sacramentum tāquam ad finein,  
vt dicit sanctus Tho. in 3. part. quæ. 55. art. 3. Hinc  
beatus Dionysius in e. tertio Ecclesiastica Hierar-  
chic. dicit, quod non conuenit aliquæ perfici per-  
fectione Hierarchica, nisi per diuinissimam Eucha-  
ristiam.

Decima colligi & apparere potest nobilitas &  
excellenter istius Sacramenti ex ritu ipsorum Sa-  
cramentorum. Nam ferè omnia Sacraenta co-  
sumuntur in ista Eucharistia, vt dicit Dionysius  
in d.c. 3. scilicet patet, quod ordinati & etiam omnes  
aliij, & etiam baptizati si sint adulti, consumunt illud  
Sacramentum.

Vndeccima colligi potest ex singularitate & sub-  
limitate mirabilium, quibus splendet hoc Sacra-  
mentum præter teris. Tantis enim & tot hoc ad-  
mirabile Sacramentum fulget miraculis, vt huma-  
na intelligentia omnino obtundatur tanto splen-  
dore maiestatis, deficiunt omnes sensus in eo: ta-  
bus in contactione, in contemplatione visus, in  
sapore gustus, olfactus in odore. Solus quidem au-  
ditus sicut Christi instructus, percipit veritatem.  
Vnde huius Sacramenti miraculorum sublimita-  
te sancta Ecclesia admiratione suscepta in eiusdem  
Sacramenti solennitatis officio, de quo etiam in  
d.c. 3. si dominum, de reliquijs & vener. sancto.  
Quid hoc Sacramento mirabilius esse potest? in  
ipso namque panis & vinum in corpus & sanguinem  
substantialiter conuertuntur, & Christus Deus & Homo sub modici panis specie contine-  
tur: manducatur utique a fidelibus, sed minimè  
laceratur, quinimo diuisio Sacramento integer  
sub qualibet diuisione particula perseverat. Acci-  
dencia in eodem sine subiecto consistunt. Omni-  
raculum (inquit Basilius) O omnipotens, O Dei  
circa nos misericordia, qui sursum fedel ad dexteram,  
Sacrificij tempore manibus hominum  
continetur. Alia miracula ponuntur in dicto  
compendio Theologiae. cap. 14. libro suprà alle-  
gato.

Duodecima colligi potest ex conditione fon-  
tanæ gratiæ & virtutum, quas in se continet. con-  
tinetur quidem in hoc Sacramento omnium gra-  
tierum fontalis origo, mare virtutum, & omni-  
um bonorum profluxus. Hic enim est fons copiæ,  
omnia per gratiam irrigans. de quo Cantico. 3.

## D V O D E C I M A P A R S

Fons hortotum, pureus aquarum viuentium, quę fluunt impetu de Libano. Libanus candidus noster est Christus, ex quo impetu fluunt riui gratiarum. Quare beatus Ambrosius de hoc Sacramento loquens, ita ait : Hoc Sacramentum præstansissimum est, in quo est diuinitatis presentia, mundi redemptio, peccatorum remissio, gratiarum diuisio, virtutum omnium congregatio.

Decimateria colligi potest ratione præminentia huius Sacramenti seu Excellentia ex magnitudine uirtutis eius. Estenim vtile viuentibus, in præsente seculo, existentibus in Purgatorio, regnantibus in celo, etiam profunt ad cumulum gaudiorum. Et ista uirtus consistit ex multis effectibus, qui proueniunt ex isto Sacramento Eucharistia, & sumptione. Ex quibus ponuntur per Anton. Flotentium duodecim in sua summa. in 3. part. lib. 14. c. 12. §. 6. & fi. & 23. aut 24. in compendio Theologia. lib. 6. c. 15. quos ibi videre poteris, cum sufficiat nobis demonstrasse causas & rationes, quare sit excellentius alijs Sacramentis. Sextam uirtutem seu fructus huius Sacramenti scripsit Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarii. serm. 14. & 4. part. qui comprehendere videntur omnes alios: & sunt magis clari, & autoritatibus probati, quem idcirco vide.

Sed tamen aduertendum est, quod Ioannes de Turrecremata in d.c. nihil. de consec. dist. 2. dicit quod quinque modis unum Sacramentum dicitur dignius alio: & illi quinque modi ponuntur in gl. fi. in d.c. nihil. & in gl. in verbo, non debet. in ecce. 95. dist.

Vno modo, quo ad rem Sacramenti siue quo ad effectum eius, & sic Baptismus, qui delet omne culpam, & auffert omnem poenam, & est maximū bonum Sacramentorum.

Secundo quantum ad id quo continetur in Sacramento, & sic Eucharistia est nobilissimum Sacramentum, in quo continetur ipse Christus.

Tertio modo, quantum ad gradum dignitatis in quo constituitur suscipiens Sacramentum, & sic Ordo est dignissimum Sacramentū: cū Sacramentum ordinis dicatur Sacramentum dignitatis, cō, quia promotus ad ordinem, consequitur dignitatem. tex. in c. denique. in prin. 4. dist. Ita, quod nulla dignitas secularis similis est Sacerdotio. ca duo sunt. 96. dist. Notat Panor. in c. veniens. de transact. & de his in consideratione sequenti dicturus sum.

Quartò, quantum ad ministrum, & sic confirmatio, & etiam ordo sunt dignissima. Quia non nisi per Episcopum ministrantur. c. inter corporalia. in prin. extra de translatione Episcopi.

Quintò, quantum ad significatum & non contentum, & sic Matrimonium est dignissimum, quia significat coniunctionem duarum naturarum ad inuicem in Christo.

Sextò, potest dici quantum ad instituēt, ut est de Sacramento Matrimonij & Eucharistia, ut dictum est quo ad matrimonium in commercio nostrarum consuetudinum ducatus Burgundia in rubr. Des droitz & appartenances à gens manq. vbi dixi, quod matrimonium est dignissimum Sacramentum ratione authoris, quia institutum à Deo patre, & quod plus est, in statu innocentia, & in Paradyso terrestri, sed idem dici potest de Sacramento Eucharistia, quod fuit institutum à Christo: sed non in statu innocentia, nec in Paradyso, sed inter pecatores & in cena.

Si tamen has dignitates ad inuicem comparremus, inueniuntur illa dignitas potissima, quam Sacramentum habet ex contento, quia est efficiens. Et ideo Sacramentum Eucharistia est sim pli certe dignissimum, sicut dictum est.

Et ideo ad argumenta qua facit Io. de Turrecremata in d.c. nihil pro contraria parte contra Sacramentum Eucharistia, maxime ad primū in quo dicitur, quod bonum commune potius est, quam bonum unius, ut habetur primo Ethicoru. Et ideo cum matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanae per viam regenerationis, & tamen Sacramentum Eucharistia ad bonum proprium sumentis: ideo videtur quod Matrimonium sit potissimum Sacramentum, & non Sacramentum Eucharistia.

Respondet secundum Thomam in 3. parte, quod Matrimonium ordinatur ad bonum commune corporaliter: sed bonum commune spirituale totius Ecclesie continetur substantialiter in ipso Eucharistia Sacramento, ex quo nobilissimum Sacramentum est matrimonij.

Ad secundum, in quo dicitur, quod digniora Sacra menta esse videntur, qua per maiorem ministerum conseruntur: Sed Sacra menta confirmationis & ordinis non conseruntur nisi per Episcopum, qui est maior minister, quam simplex minister, qui est sacerdos, per quem conseretur Eucharistia Sacramentum: ergo illa Sacra menta sunt potiora, & digniora. Et etiam quia maiorem uitatem habent quædam, que imprimunt characterem, ut Baptismus, Confirmationis, & Ordo, & non facit Eucharistia Sacramentum.

Respondet, quod primum assumptum non est verum simpliciter. Quoniam, ut dictum est, dignitas magis accipienda est ex parte rei contenta, quam ex parte ministri, unde nihil prohibet, aliqua Sacra menta secundum quid, ut punit minister, esse digniora Sacramento Eucharistia, ut punit confirmationis & ordinis Sacra menta, quibus tamen ipsum Eucharistia Sacramentum simpliciter dignius est: quia vero per ordinem & confirmationem deputatur fideles Christi ad aliqua spiritualia officia, quod pertinent ad officium. Ideo tradere huiusmodi Sacra menta ad solū Episcopum, qui est quasi Princeps in Ecclesia, per Sacra menta

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

324

tum verò Eucharistia non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc e sacramentum, vt inquit S. Tho. in 3. par. est finis omnium sacramentorum, dictum estigitur.

Vel ad aliud tertium obiectum neganda est etiam consequentia, quod cum character sacerdotialis sit quedam participatio sacerdotij Christi, & hoc sacramentum continet ipsum Christum, multo dignius est hoc sacramentum, quā sacramenta uniprimitia Christi characterem.

Ad quartum, in quo dicitur, quod unum sacramentum dicitur esse dignius, ex quo alia dependent, & non ē conuerso. Sed ex Baptismo dependit Eucharistia. Non enim potest quis Eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. Ergo Baptismus est prior Euchatistia.

Respondet sic, q̄ ratio illa procedit ex parte sueriatione necessitatis, qua Baptismus est maius ceteris sacramentis, cum siueco nemo saluari possit, iuxta illud Ioan. 3. Nisi quis renans fuerit aqua & spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei, & c. nulli & c. firmissimē de consecrat. distinctio. 4. & ita ex hac parte Baptismus supremum est sacramentorum, sicut ordo & confirmatione habent quandam eminentiam ex parte ministri, vt dictum est: Matrimonium ratione significationis. Nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod non est dignius simile. vt dicit Ioan. de Turrecrem. in dist. capit. nihil.

Aduerto etiam, quia secundum eundem de pœnitentia. distinctio. i. in summa. Ordo attendi debet in via sacramentorum diuersis modis, seu diuersis respectibus.

Vno modo, & principaliter penes morbos, ad quos curandos sicut ad finem sunt instituta, inter quos talis est ordo, quem ponit Alber. Magnus in dist. 4. sententiarum.

Prinus (inquit) inter istos morbos est origina culpæ, & hæc tollit Baptismus. Concupiscentia est ponita ad malum, quam non tollit Baptismus, sed diminuit, & contra hunc ordinatur confirmation. Ex pugna autem prauitatis, & quasi ex calore concupiscentia, oritur desperditio bonorum spiritualium: & ideo contra hunc morbum ordinatur tertio loco Eucharistia. Est autem prolapsus concupiscentia in actualē peccatum, & contra hanc ordinatur pœnitentia. Reliqua autem debilitates semper renascunt, contra quas ordinatur extrema virtus. Ordo autem & matrimonium ordinantur contra defectum communem, & ordo est ante matrimonium, quia est secundum digniorem regenerationem: Hac Albertus Magnus. Iustum autem ordinem profectus est Magister sententiarum, & alij Doctores Theologi, & melior videtur consideratio inter omnes, vt dicit Ioan. de Turrecrem. in dicta summa.

Alio modo potest attendi Ordo inter sacramenta secundum aliquam rationem dignitatis respectu omnium aliorum sacramentorum, in quantum sunt in remedium defectus communis, siue in perfectionem multitudinis, Alia vero sacramenta sunt in remedium siue perfectionem unus personae: Bonum autem commune cum sit diuinitus (vt dicitur primo Ethicorum) prius est. Vnde hoc ordine considerato, Gratianus primò determinauit de ordine & matrimonio. Tum, quia ordo habet prioritatem quandam respectu matrimonij, & aliorum sacramentorum. Claram est autem, quod agens naturaliter prius est sicut actione: vnde etiam in iure prius determinatur de officio, quam de actionibus. Tum etiam, quia sicut diuin est, habet digniorem generationem quam matrimonium. Pœnitentia etiam habet prioritatem quandam respectu Baptismi, secundum illud actuū secundo: Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum, & cap. quis aliquid de pœnit. distinet. i. Item dicit August. libro de pœnit. & haberur in cap. nullus de pœnit. distinet. i. Nullus potest inchoare nouam vitam, nisi cum veteris vita pœnituerit. Item respectu Eucharistiae etiam Pœnitentia vide tur habere quandam prioritatem, quam omnibus accessentibus ad communem indicatur Pœnitentia, sicut etiam colligitur ex cap. omni, vtriusq; sexus, extra de pœnit. & remissio. vbi primò iniungitur præceptum de Confessione, secundo de Communione: in cuius signum Agnus paschalis, qui figurare gesit sacramenti Eucharistie, comedì præcipiebat cum lactucis agrestibus. Exod. 12. quod significat communicandum esse cum amaritudine pœnitentia. Er ista secundum hunc ordinem aliqui tractauerunt de sacramentis, vt Gratianus, prout refert Ioan. de Turrecrem. in dicta summa de pœnit. dist. i.

**T**rigesima secunda consideratio. Est consecutiva ad precedentem de uno sacramento, scilicet, de ordine, & quia sunt septem secundum aliquos, & octo secundum alios, & secundum Canonistas nouem. Videndum est inter octo ordines Ecclesiasticos quis sit dignior & excellentior. Et sunt secundum Theologos septem, scilicet ostiarius, lectorarius, exorcistatus, accolitus, subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, quos ponit Magister sententiarum in 4. dist. 24. & est tantum unum sacramentum, ita quod quilibet ordo est de substantia sacramenti ordinis, vt dicit Petrus de Palude in 4. distinet. 14. & Florentinus in sua summ. 3. par. titu. 14. ca. 16. §. 1. & in toto illo. cap. ponit materiam ordinum: sed secundum Canonistas, (vt dixi) sunt nouem ordines, quia est ordo clericatus, qui dicitur ordo apud eos, vt est rex & i. bido. Ant. Panor. & alij in cap. cum conringat, extra de aitate & qualitate, & est sacramentale signum totius, vt dicit gl. in verbo, Psalmista. in cap. clericos. 21. dist.

## D V O D E C I M A P A R S

dist. quæ pro hoc allegat c. duo sunt. 12. q. 1. Et iste  
ordo est aliorum ordinum initium, & ex copri-  
mo ordine vinculum promovēdi initiatur. Imō  
si omitteretur, esset reperēdus secundum Panor.  
post Hostien. in d. c. cum contingat. Et etiam Epis-  
copatus est ordo, vt dicit tex. in c. cler. & c. dia-  
conos. 93. dist. facit tex. in c. i. de ordinatis ab Epis-  
copo, &c. De quibus nouem ordinibus & de offi-  
cijs eorum ponit Antoninus Florentinus in dicto  
loco in §. 9. ad quem recurre. & ad textum in c. ele-  
ros. & in c. perleclis. 25. dist. & c. Episcopus. & c. seq.  
23. distinct. Et isto ordine non reperitur maior,  
vel par, vt est tex. in c. i. de sacra vniōne. & in glo.  
in verbo, Episcopus, in processio sexti. in princip.  
quæ pro hoc allegat glo. 2. in c. nouo. 21. dist. & c. l.  
32. dist. Decuius dignitate vide Curtium seniorē  
in conf. suo 79. incip. super articulo. An Abbas, vel  
Prior. in 2. col. & dixi amplè supra in 4. part. in 25.  
consid.

**T**rigesimateria consid. An vita actiua sit ex-  
cellētior vita cōteinplatiua, manifestabit.  
Philosophus enim 2. Ethic. dicit tres esse vitas ho-  
minum excellentes. Voluptuofam, scilicet, quæ  
ponit finem in delectationibus corporis. Civilē,  
quæ pertinet ad actiua, & contemplatiua, de  
quiibus Caius lib. antiquarum lectionum. 2. ca. 3.  
vbi ait actiuos & voluptarios haberi tanquam ex-  
ules, qui conteiplantes iam sunt in patria. Et dicit  
beatus Aug. in lib. de ciuit. Dei. c. 9. quod tria sunt  
genera vita, scilicet, oc. olum, quod pertinet ad  
vitam contemplatiua m. actiolum, quod pertinet  
ad actiua: & ex virtute compositum, quæ dicitur  
vita mixta, & congruit Prælati & Prædicatori  
bus. Alij assignant vitam secundum inchoatio-  
nem, prosecutionem & perfectionem. Tamen di-  
uisio vita humana magis propria est, quam ponit  
Gregorius super Ezechielem. & in 6. moralium. L.  
quod duas sunt vita, actiua, scilicet, & contempla-  
tiua, in sacro eloquio per duas sorores figuratae in  
Veteri Testamento per Lyam & Rachelem: Ly  
figurat actiua, exercens se in septem operib. mi-  
sericordiæ corporalibus & spiritualibus figurata  
per septem filias Lie. Nam septima fuit diuina  
Rachel venusta asperita, quæ interpretatur viuum  
principium, significat contemplatiua, quæ ad  
principium rerum, scilicet, Deum speculator. In  
Novo enim Testamento figuratur per Martham,  
& Mariam Magdalenam. Martha actiua insinuans,  
quæ sollicita erat, turbata erga plurima. Ma-  
ria contemplatiua, quæ sedens secus pedes Do-  
mini audiebat verbum illius, Luc. 10.

Et quod ista si sufficiens diuisio declarat B. Th.  
2. 2. q. 179. vnum quodque viiens ostendit vir-  
te ex operatione sibi maximè propria, ad quā ma-  
xime inclinatur: Sieut plantarum vita dicitur in  
hoc consistere, quod nutritur & generantur. A-  
nimalium vero in hoc, quod sentiunt & mouen-  
tur. Hominum autem in hoc, quod intelligunt,

& secundum rationem agunt: vnde in hominib.  
vita vniuersiusq; videtur esse id, in quo maximè  
delectatur, & cni maximè intendit, & in hoc vult  
quilibet præcipue coniuire amico suo. Quare  
dam homines per maximè intendunt contempla-  
tioni veritatis, quidam vero principaliter inten-  
dunt exterioribus actionibus, inde est, quod con-  
uenienter vita hominis dividitur in actiua & co-  
templatiua. Nam vita voluptuosa (quoniam Phi-  
losophus ponit tertiam) non conuenit homini  
in quantum extrationale animal, agens secundum  
rationem. Erenim bestialis ratis vita communis  
nobis & brutis. Vita autem mixta, quia non ponit  
B. Aug. tertiam, post prædictas duas virtutes con-  
netur in eis, sicut in media in extremis quibus con-  
sideratur, vt tepidum in calido & frigido. Vita vero in-  
cipientium, qui resistunt passionibus, specta ad  
actiua, & eriam communiter proficiunt, &  
perfectorum ad contemplatiua. Datorem ista  
diuisio de vita hominis secundum intellectum,  
qui utique est aut practicus, aut opus intellē-  
sorius per mechanica & agibilita, vel invenit mor-  
tificando passiones. Aut speculatorius intendens  
veritatem speculari præcipue circa diuina. Hoc  
ille Antoninus Florentinus in loco statum alle-  
gando.

Sed secundum intentum nostri operis, quæ-  
tarum sit melior & ex excellentior, videndum est.  
Quantum ad vitam actiua, satis eam laudam in  
pra in 4. part. in 50. consid. vbi dictum est, quod au-  
detur esse melior. & allegauit ibi & Theologos &  
Inristas: sed vt statim dicam, illud est secundum  
quid, id est, in aliquo casu melior est actiua, sed  
simpliciter non. Eò, quia simpliciter vita contem-  
platiua est melior & excellētior ex pluribus cas-  
sis, inter quas S. Tho 2. 2. qu. 182. art. 1. ponit oīo,  
quas scribit Philos. 10. Ethic.

Prima est. Quia vita contemplatiua conuenit  
homini secundum id, quod est optimum in eo, s.  
secundum intellectum: & respectum proprium  
objectorū, scilicet, intelligibilium. Vita aut actiua  
occupatur circa exteriora, vnde Rachel, per quā  
figuratur vita contemplatiua, vt dixi, interpreta-  
tur viuum principium. Adiua autem significativa  
ter per Lyam, quæ erat līp oculis.

Secunda ratio est, quia contemplatiua potest  
esse magis continua, licet non quantum ad sum-  
mum contemplationis gradum, vnde & Man. p  
quam significatur contemplatiua, describitur  
Iesus pedes Domini sedens. Non enim potest ha-  
bitu ita continuè exerceri in operib. mulierib. de  
corporalibus vel spiritualib. quod pertinet ad acti-  
uam, quia nō habet semper modum paratu n ad  
exhibendum Eicem oīnam vel ad docēdum. Sie-  
ut haberviam pararam ad legendum, otandum,  
meditandum, & huiusmodi, quæ pertinent ad co-  
templatiua.

Tertia ratio est, quia maior est delectatio con-  
templatiua.

templatiuæ quām actiuæ vnde B. Aug. dicit, quod Martha, quæ designat actiuam, turbabatur. Māria verò epulabatur. vnde de sapientia quæ gustatur in contemplatione dicitur Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, neque tardium coniunctus illius, sed gaudium. Et Grego. super Ezechielem dicit, quod contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, etenim delectabilis secundum beatum Thomam, vbi supra quæst. 180. articulo 7. extribus rationibus ibi per eum descripsi.

Quarta ratio est, Quia in contemplatiua Homo est magis sibi sufficiens: quia paucioribus ad eam indiget, quam in actiuæ, in qua eger adiutorio aliorum, vt possit eam exercere. vnde Christus Luca 10. Martha sollicita es, & turbaris erga platura, scilicet, circa quæ verfatur, & quibus in-

Quinta, Quia contemplatiua magis propter se diligunt, scilicet, vt Deus cognoscatur, & veritas, quæ perficit intellectum, vt ametur ibi sicutur. Sed actiuæ ad aliud ordinatur, scilicet, ad subueniendum proximo, nec ibi sicutur, sed vt proximus inde in Deum proficiat. Vnde in Psalm. 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibꝫ diebus vita mea, vvideam voluntatē Domini. Et Christus Lu. 10. Vnum est necessarium. Vnumquodque autem perfectius est quod est propter se, quām quod propter alii, sicut finis magis quām ea quæ sunt ad finem, vt sanitas melior medicina qua ordinatur id illam.

Sexta, Quia contemplatiua consistit in quādam vacatione & quiete secundum illud Psal. 45. Vacate, & videte, quoniam suavis est dominus. q. d. non potestis videre & gustare quām suavis est Deus, quod pertinet ad contemplationem: nisi vacando & cessando ab operibus: sed actiuæ consistit in motu, sicut dicitur Prælato cuilibet. Prou. & Discurse, sciuia, suscita a micum tuum, ne des sonnum oculis tuis. perfectior autem est quies, quam motus carteris paribus. vnde beatus Aug. in lib. de ciuit. Dei. Ociu[m] sanctu[m], scilicet, contemplatiua vitæ, quaris charitas veritatis, scilicet, diuinæ, cui maximè intendit contemplariua. Et signanter dicit ociu[m] sanctu[m] ad excludendum omni pigritia, quod est malum, & sentia omni um vitiorum. Vnde beatus Bernard. ait: Vacare Deo non est ociu[m], c[on]malum, sed negotiorum negotiorum. Est enim exercitium vitæ beatæ secundu[m] illud beati Aug. in si. de ciuit. Dei. ibi, vacabimus, & videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus sine fine.

Septima ratio est, quia contemplatiua est secundum diuinæ, actiuæ secundum huinana. Quis autem dubitat diuinæ humanis præserenda, sicut creator creaturæ vnde beatus Aug. super Ioan. In principio erat verbum. Ecce quod Maria audiebat,

i. contemplatiua cui vacat, & audiendo diuina. Et verbum caro factum est. Ecce cui Martha ministrabat, i. actiuæ. f. humanirati egenti ministrando, & subueniendo. Ipsa etiam consideratio mysticorum Christi, f. nativitatis, vita, passionis, & huiusmodi contemplationem pertineret: manuducet nos ad contemplationem diuinitatis, secundum illud quod cantatur in prefatione: Dum visibiliter Deum cognoscimus, i. mysteria humanitatis, per hunc in inuisibilium amorē rapiamur.

Octava ratio, quia contemplatiua est magis secundum id, quod est proprium homini, id est, secundum intellectum. In operationibus autem vita actiuæ communicant nobis etiam vires inferiores, quæ sunt communes nobis, & brutis. vnde in Psa. postquam posuit id, quod est commune nobis & Brutis, dicit: Homines & iumenta salubris domine. subdidit p[ro]st[er]no quod est speciale homini, scilicet, In lumine tuo videbimus lumen. Vnde & ipsa contemplatiua vita transmittit ad quādam mentis libertatem vires inferiores, quæ deferrunt actiuæ in moderatione passionum, & in alijs habet quādam seruitutem. vnde & Boetius de cōsola philosophia ait: Liberiores animas necessitate est esse, cum sc̄e in mentis diuinæ speculatio ne conseruent, minus verò cum dilabūtur ad corporalia. Et B. Gregorius super Ezechielem dicit, quod actiuæ vita seruitus, contemplatiua libertas vocatur.

Nonam causam secundum Thomam ponit Chtistus, scilicet, quia diurnior: cum dicit: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, vt scribitur Luca 10. in fin. vbi August. dicit: non tam malam elegit Martha, sed illa Maria meliore: Audi vnde meliorē, quia nō auferetur ab ea. Auferetur quandoque onus necessitatis, id est, opus, in quo exercetur actiuæ, scilicet, pacere esurientem, docere ignorantem, & huiusmodi, quæ sunt h[ic] necessaria. Sed in vita beata ista indigentia non habetur: sed æterna est dulcedo veritatis, quæ habetur ibi, quod pertinet ad contemplationem.

Has nouem causas seu rationes excellentiæ vita contemplatiua ad actiuam ponit B. Tho. in loco pro alleg. quas resert Anton. Florentinus. in 4. part. sursum tit. 10. ca. 4. §. 2. vbi addit decimam, quæ est.

Contemplatiua vita est maioris meriti. Vnde beatus Gregor. 6. moralium ait: Magna sunt vita merita actiuæ, sed contemplatiua potiora. Quod sic declarat Tho. 2. 2. q. 182. art. 2. Radix merendi est charitas. H[ic] autem cōsistit in dilectione Dei & proximi. Diligere autem Deum secundum se est magis meritorum, quām diligere proximum: & ideo quod directius pertinet ad dilectionem Dei, est magis ex suo genere meritorum: quām illud, quod pertinet ad dilectionem proximi, quæ est propter Deum. Contemplatiua autem directe

Nnn & im.

## D V O D E C I M A P A R S

& immediatè pertinet ad dilectionem Dei. Actiuia autem directè ad proximum ordinatur. Quia satagit circa frequens ministerium: & ideo cōtemplatiua est maioris meritum quam actiuia. Et hoc est, quod inquit B. Greg. in 3. homi. super Ezech. Contemplatiua maior est merito quam actiuia, quia hæc in viu presensis operis laborat: in quo, scilicet, neccesse est proximis subuenire: Illa vero sapore intimo venturam iam requiem degustat, scilicet, in contemplatione Dci. Hac ipse Antoninus Florentinus. vbi supra. & Luc. de Pen. in le. 2. Cod. vt dignitatū ordo seruetur. allegat illum dictum Grego.

Vndecima causa est, quia vita contemplatiua est iustior, licet actiuia sit fructuosa. ca. nisi cū pridem. s. nec putes extra denunciatio. vt tener. Luc. de Pen. in loco hic ante citato. & Cardinalis Zab. in d. s. nec putes.

Duodecima causa, quia vita contemplatiua est celior, vt est tex. in auth. de monachis. in princ. & ibigl. in verbo, celiorum. col. 1.

Dicit rāmen Zabarella in d. s. nec putes, quod vtrisque prefertur mixta ex vtraq; vt in d. s. nec putes. & vt ibi citiam dicit se habent ut excedentia & excessus glo. 1. in c. sancta quippe. 2. qua: 7. Quam vitam mixtam etiam multum commendat Ant. Floren. in prædicto loco. s. 3. & dicit eam fuisse seruatam à Propheta David, vt habetur Psal. 62. vbi ait: Labia mea laudabunt te. Laudatur Deus labijs oris ad mouendo & prædicando, quod est præcipuum in vita actiuia. Laudatur Deus labijs, ore & corde, in oratione, cogitationibus, & affectibus deuoris, quod spectat ad cōtemplatiuam. vtramque psalmistam non est dubium habuisse, actiuia in gubernatione Regni, contemplatiuam in editione & decantatione Psalmorum. Hanc vitam mixtam Christus ut perfectissimam tenuit, & in se ostendit, scilicet, orando, & in deserto, & in monte, & morte, & aliquando erat pernotans in oratione, vt referunt Euangelisti: & aliquando prædicando, sanando infirmos, corrigendo homines, pascendo famelicos, vinum procurando in nuptrijs gentibus, consolando afflitos, vt Martham, Mariam, & alios. Hanc mixtam renuerunt Apostoli perfectissimi prædicādo. Vnde ait Perrus ad sedandum murmur exortum in Ecclesia primitiuia: Non est æquum nos dimittere verbum Dei, & ministrare mensis, eligite vobis, &c. Nos vero orationi & prædicationi vacabimus. Actu. 6. Hac mixta etiam figuratur in Lazaro resuscitato (cuius corpus & caput præter mandibulam inferiorem iacet in hac ciuitate Hedue), qui post eius resuscitationem factus fuit Episcopus Massiliensis. & fuit frater Maria, Magdalena, & Martha. Vnde dicitur Io. 11. Diligebat Iesu Martham, designantem actiuia, Mariam contemplatiuam, & Lazarum tenentem mixtam. Vtraque etiam tenuerunt & complexi-

suntilli eximij Prophetæ, Esaias, Jeremias, & Moy-ses.

Alio stylo Cælius lib. lectionum antiqu. 14. cap. 44. distinguit & illustrat vitam contemplatiuam ab actiuia post B. Tho. Intelleſtu, inquit, Speculatiuam considerare vim possumus, cuius est finis veritatis cognitio: & practicam, cuius est finis operatio. Er ideo duplex aſsignatur homini felicitas: Vna speculativa, quæ est operatio ex virtute perfecta, contemplatiuaque, quam sapientiam dicimus. Altera vero practica, quæ hominis est perfecio ex virtute actiuia, quæ vocatur prudentia. Est autem operatio quædam iuxta prudentiam, & speculatio ex sapientia hominis quatenus id agit solus. Est & quædam prudentia operatio & speculatio ciuitatis totius: quam ob rem in propagationem venire actiuia & speculativa hominis felicitas potest iuxta ſeipsum, potest & ciuitatis uiuersi.

Forsitan vero haec parte aliquis quereret, actiunam vita præcellat contemplatiuam, an contra omnino sentiendum. Idem doctoſ ſanctus in explicatione. 7. Polit. libri, ſpeculationem communem longè antecire, & præterea ex iunioribus aliquon neglexerunt. Tamen M. Tullij ſententia deponitur. Multi, inquit, & sunt & fuerunt qui cā, quam dico tranquillitatem experientes, à negotijs publicis ſe remouerunt: ad ociumque profligerunt. In his & nobilissimi Philoſo. longeque Princeps, & quidam homines ſeueri & graues, nec populi, nec Principum mores ferre potuerunt. Et mox: paulo facilior quidem & tutior, & minus alijs grauis aut moleſta eſt ociosorum viua. Fructuosa autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemque apiorum corum, qui ſead Rempub. & ad magnas res gerendas acommoda uerunt. Quapropter & his forsitan concedēdum ſit Rempub. non capiſſentib. qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt. Et ijs, qui aut valeudinis imbecillitate, aut aliqua graviore cauſa impediti à Repub. recclerunt. Cum eius administranda potestatē alijs laudemque concederent. Quibus autem talis nulla ſit cauſa, ſed despiceſe dicant, quæ plerique admirentur, imperia & magistratus: hiſ non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Augustini quoque non negligenda ſententia, quæ parte iſta vicem implerebit auſtarici. Si quidem illud enarrans propheticum. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Duo inquit, oculi ſint mysticus acutior, moralis dulcior. Non eſt oſio mancipatus, qui verbo Dei tantum ſtudet. Nec maior eſt, qui extra operatur, quam qui cognoscenda veritatis ſtudio incurrat. Iſpa item sapientia maximum eſt opus, & antefertur Maria, quæ audiebat, Marthæ operanti.

Est alia vita, quæ dicitur communis, quæ ēt laudata eſt. Nā primo in ſtatu naturæ ante peccatum erant

erant omnia communia. vnde lsi.d.lus naturale communis omnium postessio, vt haberet i. dist. & in primordijs status gratiae ista vita erat, vt habet Act.4. Erant illis omnia communia, vt haberet in e. dilectissimis.12.q.1. & durauit usque ad tempora Constantini, vt colligitur in illa causa. item in statu futura glotiae erunt omnia communia. vnde Beda super illud Act.4. Qui ita viuunt, vt sint omnia cōmunia in domo, Cōnobite vocantur: qua vita tanto felicior est, quantum statū futurum imitatur, in quo erunt omnia communia. Cum ergo, vt dicit lo. de Turrecr. in d.c. dilecti simis. ins. col. non sit reperire meliorem statum na- rure quam ante peccatum, nec gratia quam primi- tium, nec gloria qua in futurum: manifestū est, quod felix status est vita communis, qua talis sta- tus nature, gratiae & gloria imitatur. De vita Ana- choritarum, seu Eremitarum Hiero. plura scriptis illam amplissimè laudando, vt eriā ample referat Ioan. Ludou. Viual. in suo opere regali. in tractat. de pugna partis sensitua, & intellectua. in ca. A- nchoritae pro Christo aperitas elegerunt sortitu- dines.

Luc. de Pen. in d.l.2.col.3. Cod. de dignita. libr. i. dicit, qua sunt notanda describendo vitam, quae est propriè vigor Anima: quia vici tenet vi- uendi, nascendi, & credendi. Quandoque accipi- tur pro actu viuendi irreprehensibiliter, & iusto, & recto, vt in d.l.2.ad hoc etiam.l. cum filio. ff. de leg. post princip. Vel vita est bonorum lætitia, mœtrorum mœstitia, expectatio mortis. Ita bo- na & recta vita cum fide eligenda est. Nam si vita deest, fides meritum non habet. i. quæst. i. cap. fer- tur. Et sanctius est dominus in hac vita sub inferio te habitu irreprehensibiliter Domino simulari, quæ alia indebet appetendo damnabiliter in pro- fundum demergi. cap. de his. 50. distin. & plus alia ibi singularia de vita scriptis, qua vita hie- sent extra propositum, sicut sunt ibi posita per- sum.

De huiusmodi vita contemplativa Philo Iudæ- natione Alexandrinus scriptis librum unum, & Kosper Episcopus Reginensis tres.

**R**igefima quarta confidit de legibus Diu- nis, qua sunt duæ, scilicet, Lex Veteris Testa- menti, & Lex Noui Testamenti. Et ista Lex primò & per se est excellentior omnibus alijs legibus hu- manis propter quatuor, secundum Thomam 2.2. q.2.artic.4.

Primo, propter cohibitionem omnis crimi- nis Quoniam, vnde Aug. de libero arb. Lex huma- na non potest omnia mala, qua sunt prohibere, vel punire: quia dum auferret mala omnia, seque- retur, quod multa bona auferrentur, & impedi- tur utilitas cōmunitatis, quod est necessarium ad hu- manam vitam. Vnde Aug. Tolle meretrices de ci- citatibus, & implebis omnia libidinibus, quia ac- cedent homines ad nuptias, virgines, vel alias

cortupelas vnde scandala sequentur. Lex au- tem naturalis, vt in pluribus obscura erat, & mul- ta peccata ignorabatur esse mala, Ideo vt nullum male improhibitur & impunitum remaneret: fuit necessarium dari legem diuinam, qua nullum permitit peccatum. Et ideo dicit Psalmista Ps.18. Lex domini iimmaculata, id est, nullam permit- tens peccati turpitudinem.

. Secundò, ratione directionis mentis: De his etiam potest homo legem ferre, de quibus potest indicare. Iudicium autem hominis non potest esse de interioribus animi motibus, vel voluntati- bus qua latent, sed solum de exteriorib. qua appa- rent: Quoniam vt dicit Urbanus Papa. De mani- festis loquimur: oculorum enim alias secretorum cognitor, & iudex est Deus. 32. distin. e. eru- bescant. & lex dicit: Cogitationis poenam nemo patiatur de poen. dist. i. cap. cognitionis. & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, qd in utrisque actibus, scilicet, interioribus, & exterioribus ho- mo sit rectus. Lex autem humana non potest suf- ficientes cohibere, & ordinare actus interiores mentis: & propter hoc necessarium fuit, quod si- perueniret Lex diuina, qua prohibet actus etiam interiores vitiorum, vt illud Exod. 20. Non coneu- pisces rem proximi iui. Et illud Matth. 6. Qui vide- rit mulierem ad concupiscentiam eam, iam mœ- chatus est in eam in corde suo. Et ideo dicit Psal. supra: Conuerrens animas, quia exteriore & in- teriores actus dirigit.

Tertiò, ratione certitudinis veritatis. Homo enim debet scire absque omni dubitatione, quid debeat agere, & quid vitare: sed per legem natura- lem vel humanam non potest hoc scire, quod patet ex hoc, quia de rebus humanis ideo diuersa iu- dicia dantur propter incertitudinem humani iu- dicij: & præcipue drebis contingentibus, & par- ticularibus, ex quibus diuersæ leges & contraria feruntur. Ut ergo Homo absque dubitatione ali- qua scire posset, quid ei agendum, quid ei vitandum, necessarium fuit, vt in actibus proprijs diri- geretur per legem diuinam, de qua constat, quod errare non potest.

Quartò, ratione adeptionis felicitatis. Per le- gem enim Homo dirigit actus proprios ad ult. fi- nem. Si autem Homo ordinaretur tantum ad finem, seu felicitatem naturalem, qua non excede- ret proportionem facultatis naturalis hominis, sufficeret Lex humana. Sed quia homo ordinatur ad finem supernaturalem, id est, ad finem æternæ beatitudinis, qua excedit facultatem humanae vi- ta: & ideo fuit necessaria Lex diuina, per quam Homo ordinaretur ad finem beatitudinis aeter- nae. Lex enim diuina tradit ea, qua sunt credenda fide, & Sacraenta, quibus homo iustificatur, & ad beatitudinem supernam tendit. Hæ autem non habentur i. naturali, vel humana, & ideo bene dicitur Psal. 18. supra alleg. Sapientiam præstans  
Nnn 2 paruu-

## D'VODECIMA PARS

parvulus, id est, humiliib. Sapientia enim est notitia diuinorum, quae perfectè habetur in superna beatitudine, non in vita presenti. Et licet duplex sit Lex diuina, ut dixi supra. Tamen illa, qua est Noui Testamenti, & sic Lex gratia, qua est Euangelica, est dignior & excellentior quam illa, qua est Veteris Testamenti, ut satis supra dictum est in hac par. 20. consider. vbi de tribus lectionis mundi sit mentio.

Sed ultius aduertendum est, quod haec duæ differunt non in specie, sed ut perfectum, & imperfectum, sicut puer, & virilis ætas. Vnde Apost. ad Gal. 3. & 4. Statum veteris Legis puerum existenti sub Pedagogo, & Legem nouam statui viri, scilicet pertinet, comparauit.

Attenditur autem ista perfectio, & imperfectio quantum ad tria:

Primo, ex parte finis ultimi, quia Lex vetus ordinabat homines ad bonum sensibile, & terrenum. Lex vero noua ordinat ad bonum intelligibile, & coeleste. Vnde Christus in principio sua prædicationis statim inuitauit ad Regnum coeleste, dicens Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum coelorum.

Secundo, ex parte officij, quia Lex vetus prohibebat manum, non autem animum. Quamuis enim in veteri Lege prohiberetur malus affectus, ut patet in nono & decimo Precepto Decalogi: non tamen puniebatur per Legem talis transgressio.

Tertio, ex parte motu, quia Lex vetus induxit ad obseruantiam metu poenarum, quas taxauerat. Lex autem noua hoc facit amore, qui insunditur in cordibus fidelium per gratiam Christi: haec Thom. 1.2. quæstio. 12. artic. 5. & 2.2. quæst. 108. artic. 1. Et facit iuxta in cap. haec autem §. ex his omnibus. 23. quæstio. 4. vbi dicit: In Lege veteris Testamenti corporalis poena statuta est. In Lege vero Euang. omni peccanti per pœnitentiam veniam promittitur. Vnde illa incepit à terrore, dicens Exo. 20. Ego sum Dominus Deus zelotes, vi-sians peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem. Haec vero à lenitate mansuetudinis & misericordia: ita inquiet, Beatipau-pres spiritu, Beati mites, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. 5. In illa dicebatur: Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur. In ista dicitur: Gaudete super uno peccato re pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Lut. 13. & ut viriliter dicitur: In Lege populus il-lerudis, seruili poenarum timore cogebatur: unde & Legem in paedagogum accepit. In Euange-lio autem populus gratia liber & adultus filiali amore, & hereditatis certitudine ad cultum diuina scrututis inuitatur. Haec in d. §. ex his omnibus. & ibi lo. de Turrecre, qui satis prædicta decla. & de huiusmodi Legi Euangelica, qua est diuina, & Noui Testamenti, videatur amplè Ant. Floren. I.

pat. suæ sum. tit. 15. c. vnico. in sept. §§. qui ibi ponuntur: vbi omnia prædicta latius explicantur, & multa singulare. Et de Lege Mosaica, seu Veti Testamento habetur etiam iiii dicta i. par. tit. 14. c. vsq; ad fine in illius tit. vbi amplè.

De Legib. verò humanis, quæ inter eas sit excellenter aut dignior, videatur ipse An. Flor. in dicta par. iit. 13. c. 1. §. 2. qui dicit: Quod Lex naturalis excedit alias Leges humanas in trib. in dignitate communitatis, in firmitate immutabilitatis, & in prioritate temporalitatis, quæ ibi amplè decla-rantur: & de hoc infra in 2. consid. sequ. Sed inter alias Leges humanas F. Patritius lib. de institu-tione Republicæ, titul. 5. laudat Leges 12. tabularum ex dictis Cicer. in lib. de Oratore, ad Quintum fra-trem Crassum loquentes.

**T**rigesima quarta confid. Quia ex autoribus Legis diuinæ, scilicet Veteris Testamenti, sunt principiatores Prophetæ, ideo est videndum de quatuor gradibus prophetiæ, & quis illorum præcellat, ita quod inter Prophetas videam⁹ quis illorum sit excellenter. Ante discussionem istorum præsuppono cum Cælio. lib. antiq. lectio. 14. c. 41. Quod Prophetia secundum Cassio. est inspiratio diuina rerum eventus immobili veritate de-nuntians, ut verò plenius absolutiusque dicatur Prophetia, cognitio exigitur intellectualis, sicut Dan. 10. comprobatur. quod si in intelligentia non contingat, non propriè dici prophetiam, sed tantum dici potest videns, sicuti Pharaon spicas vident. Gen. 41. Et Balthasar manum scribentem in pa-riete. Dan. 5. Ille dormiens, hic vigilans, neuter tam-en eorum Prophetæ. Ceterum nec in morte saluatoris Cayphas, cum dixit Iuda: Expedite enim ut unus moriatur pro populo. lo. 18. Et quia ex ratione Prophetæ veritas est cognitio: vnde fit, ut pro eius varietate profluant Prophetici gra-dus. Is namque excellenterissimus est, vbi parib. re-liquis clarius est intelligentia, dum tamen Prophetiæ limites non transcedunt.

Ergo gradus primus est, cum viderit quis & intel-ligit, velut Jeremias ollam vidi successam, & fa-ciem eius ab aquilone, ut habetur Ier. 1. quo signifi-carci intellexit Babylonici Regis exercitum cui-tatem Ierusalem exstirpavit.

Secundus gradus est, vbi videtur nihil, sed in-struens vox auditur. Hie verò est priore excellenter, quoniam veritatem expressius præmonstrat voces, sicut habetur I. Reg. 4. c. Samuel audiuit vo-cem domini sibi loquentis.

Tertius gradus est, cum non vox tantum audi-tur, quæ instat, sed videtur euia qui loquitur, qui res adhuc creditur angustior. Ceterum vel ista cōtingunt in quiete: vocanturque à Theologis Reuelationes per somnia, vel dum vigilamus: à iunioribus dicuntur visiones, qui est præclarissimum modus. Et quoniam mentis fit illustratio maior, quæ quamvis sensuum vi exteriorum distracta, intelli-gibile

gibile tamē supernaturalium veritatem percipit, quod non sit in somno sensib. quietis. Porro propheticus ille modus qui raptu contingit vel extasi ad eum fermē vocatur qui est in quiete, quia tunc exteriorē sensu non vtrumque sicut nec in somno.

Adhuc gradum statuunt quartū, vbi apparitione nulla figura: cuiuspiam, vel sensibus signi occulorum intelligibilis veritas percipitur reuelatio-nediua. Cuiusmodi cognitione summō Prophete Dauid cōrigisse dicitur, quem spiritus domini adieunctionis direxit, vt habetur 1. Reg. 16. vt ex-nunc gratiam prophetandi haberet. Et iste gradus est excellentior ceteris. Ex quo dicitur, quod propheta Dauid est excellentior, vt per plura demon-stratur per Nic. de Lyra in proce. lib. Psalmonum. Vbi amplissimē ponit istos quaror gradus Prophetiq. & dicit hunc ultimum excellētior in alijs, tertium vērō secundo, & secundum primo. Et de hoc ultimo probat sic. Sicut enim ille diccre-tur ineliotis ingenij, & clarioris qui caperet veri-tatem couulsionē geometricalium sine defi-citione figurarum sensibilium, quam illa quā capere non posset absq; tali descriptione, sic in co-gnitione prophetica illa mens videtur excellētius diuinitus illustrata, quā veritatem intelligibili-lem capit absq; sensibiliib. signis, cuiusmodi sunt figurae & voces supradictē, quam illa quā capit sub talibus signis sensibilibus. Ita de Lyra in prædicto loco, & ibi multis modis comprobatur, quod Dauid fuit eximius Propheta & excellētior, licet mul-tum de Moysē arguat. & idem de Dauid tenet Anton. Flor. in 3. par. ius summa. tit. 14. cap. 14. §. 9. in medio. De Psalmis Dauid. de laude vtriusq; plenē in cauo. vt cognoverūt. de pœn. dist. 2. vbi dicitur, quod de Rege Dauid tulit testimonium dominus dicens, vt habetur Act. 13. Inueni hominem secun-dum cor meū, qui faciet omnes voluntates meas.

**T**rigesima sexta consid. Erit de iutibus, quod, scilicet, iurium sit excellentius. Nam clarum est, quod ius naturale est immutabile per quod-unquealiud ius. Cum vt dicit Iustinianus in §. sed naturalia. institu. de iure naturali, gentium & ciuii. Sed naturalia quidem iura, qua apud omnesgentes peræque obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma, atq; imminu-tibilia permanent. Eri bi plenē Doctores de hu-iusmodi immutabilitate huius iuris, & ideo di-temus, quod homini est dignius alijs tribus de-causis.

Primò ratione comitatis, de qua comitate ha-betur amplē per Doct. nostrō canon. in c. dilecti. 12. q. vbi loan. de Turrec. & B. Thom. i. q. 2. art. 4. vbi dicit, quod ius naturale est cōmune omnium nationum. & text. in c. ius naturale. i. dist. & decla-rant amplē ibi glo. & doct.

Et etiam hoc iure naturali, omnia sunt com-munia. d. c. dilectissi. & omnium est libertas. d. ca. ius naturale, quod non solum scrutatum legitur à

Christicolis primitiæ Ecclesiæ. De quib. legitur Acto. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam corum quā possidebat aliquid suum esse dicebat. Sed etiam ab antiquis Philosophi traditum inveniuntur. vnde, & apud Plato. illa cīnitias ordinata traditur, in qua quicq; proprios nescit affectus. i. aliquid non habet pro-prium. 8. distinc. c. 1. B. Thom. in loco supra alleg. artic. 5. dicit ius naturale dupliciter considerari, prout etiam refert. Anton. Flor. in 1. part. ius sum. tit. 14. c. 1. §. 2. vbi videri potest. sed loan. de Turrec. in d. cap. ius naturale, dicit communitatem considerari debere quadrupliciter. Quæ con-sideratio solvit omnia dubia, quæ possunt fieri in hoc casu. Cum, vt dicit: Communitas rerum potest iuri naturali attribui: Non, quia ius naturale dicet omnia esse possidenda communiter, & nihil esse quasi proprium possidendum, sed quia secundum ius naturale, non est distinctio possessionum: sed magis secundum humanum conditum, quod per-tinet ad ius positivum ad vitandam discordiam quæ oriri solet ex communitate rerum, vt ait Ari-stot. 2. politicorum. ita dicit S. Thomas secunda secunda, q. 66. art. 2. cui dicto Arist. concordat ex-preflust cx. in l. cum pater. §. dulcissimus. in fine. ff. de leg. 2. Ideo nemo in iutus cogitur stare in com-munione. text. ad literam in l. si quis fortè. §. si centum. ff. de condit. in debiti, & l. f. C. communi-dundo. Et naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur. tex. in l. meminimus. C. quando, & quibus quarta pars debetur. libr. 10. Nec valet pactum, ne perpetuo diuidatur res com-munis, ita quod nunquam fiat de illa diuisio, sc̄m-per remaneat communis. text. ad literam in leg. in hoc iudicium. §. si conuiciat. ff. communis diuidit.

Secundo modo, pertinet ad ius naturale cōmunitas rerum, intelligendo, pro tempore extre-mæ necessitatis. Vnde S. Thomas secunda secunda, q. 32. artic. 7. dicit, quod in casu extremae neces-sitatis omnia sunt communia. Et ideo dicit glossa super illud Ambro. Proprium nemo dicat, quod commune est, id est, communicandum, quod plusquam sufficeret sumptui etiam violenter ob-tentū est. ca. sicut hi. 47. dist. vnde tunc licet ei, qui necessitatem patitur, accipere de alieno ad sui sustentationem, si non inueniat qui sibi dare velit. Et idem Tho. q. 66. art. 7. dicit, quod utire aliena in casu extremae necessitatis, non tenet ratione furti proprii loquendo: quia, per talēm necessita-tem efficitur suum illud, quod quis accipit adiū-tantandam propriam vitam. Dixi plenē de hac matetate in commentariis nostris super consuetu-dinibus duc. Burg. in tis. des. infices. §. s. in glo. s' il n' à grace. vers. 1. ergo casus.

Tertio modo, cōmunitas rerum ascribitur iuri naturali quantum ad viūm, quemadmodum Aristoteles 2. Politie. ad Socratem loquens po-

## D V O D E C I M A P A R S

nit. Quod possessio[n]es debent priuatim, id est, vt propriæ possideri: quia, cum vnuquisq[ue] natus sit plns curæ impendere proprio quam communi, nunquam ita diligenter colerentur possessio[n]es communiter possesse, sicut priuata. d.l. memini[mus]. §. naturale, quippe vitium est negligi, quod communiter possidetur. C. quando, & quib[us] quarta pars debetur. li. 10. v[er]o tam[en] earum debet esse communis secundum illud prouerbium, quod amicorum sunt omnia communia. De quo habetur in c. dilectissimis. 12. qu. 1. Amicorum enim in v[er]o nihil est habere diuisum. Vnde Boetius lib. 2. de consolatione dicit: Nullius boni non in commune deduci est iucunda posseſſio. Et videtur hic v[er]o rerum fundari in amore naturali, qui est hominis ad hominem.

Quarto modo, communitas rerum potest dici esse de iure naturali, scilicet, pro statu innocentie. De isto modo sanctus Thomas in t. par. q. 98. artic. 1. dicit, quod in statu isto, scilicet, natura corrupta multiplicatis dominis, necesse est fieri divisione possessionum, quia communitas possessionis est occasio discordia, vt dixi supra. Sed in statu innocentie suiffent voluntates hominum sic ordinatae, vt ab illo periculo discordia communiter v[er]o fuissent, secundum quod uniuicu[m]e competenter de rebus quae corum dominio subdebetur. Cum etiam hoc modo apud multos bonos viros conferuet, h[ab]et Thomas.

Ad idem est Alber. Magnus in questione de virtutibus. vbi dicit, quod vtrumq[ue], scilicet, tam omnia esse communia, quam esse aliquid proprium, est de iure naturali: quia vt inquit, secundum diuersos status vtrumq[ue] sunt seminaria in iure naturali. In statu enim in quo non est rapina, nec v[er]o patatio eius, quod communis v[er]o est concessum, dicatur ratio naturalis nihil esse proprium, sed in eodem muni est dimittendum, sicut & in commune creatum est. Sed variatio statu, & crescente malitia, & rapina, & rancore, vitetur natura alio principio, vendicanda esse propria ad prouisionem suorum, & pauperum, & tunc non est contra ius natura habere proprium tempore necessitatis communitandum. In hoc Ioannes de Turrecremata ponit aliam doctrinam Alexandri de Hales, quam videt in loco supra allegato.

Secundum, ius naturale habet firmitatem immutabilitatis. Nam cum alia iura humana frequenter mutentur, quia modo statuitur vnum, modo contrarium: ius Naturale ab exordio creaturæ rationalis coepit, nec variat in tempore: sed immutabile permanet: ca. l. §. i. dist. 5. & supra dixi in principio huic considerationis. Et istam firmitatem, multum amplè declarat Floren. in d. ti. 14. ca. 1. §. 2. vbi ponit quomodo aliquando mutatur, & variatur, in modo etiam quandoque variatur ius diuinum. Cum, vt habetur in c. non debet, de consanguinitate, & affinitate. non debet irreprehensi-

bile videri, si secundum varietatem temporum variantur & iura. Cum Deus exhibet quæ in testamento veteri statuerit.

Tertiò, ius naturale alia iura humana precellit propter prioritatem temporis. Est enim prius omnium iure humano: Quoniam, vt dicit Gratianus in c. si. in fin. d. 6. Ius naturale coepit ab exordio creationis rationalis, quod ius datu[m] fuit Adap[er] Deum statim ex creato. Cum, vt ait Philippus Bergomæ lib. 1. sui supplemantum Chronicarum, dedit Deus Adæ legem obseruandam inter homines, videlicet, ut ad omnem actum, & omne verbū, & etiam omnem cogitationem, taliem in alterum habret animum, qualem in se ab altero seruari cuperet, quia tunc æquitatis viam teneret, talēmque erga se alterum esse, qualem in te neminem velit. Ius vero consuetudinis, post ius naturale, secundum naturalem legem, exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum coepiunt simili habitare, & ex coetempore factum esse creditur, ex quo Cayennitatem edificatio legitur: quod in Diluvio propter hominum raritatē ferè videbat extinsum. Postea à tempore Nembroth reparatum, sic potius immutatum existimat, cum ipse simul cum alijs alios coepit opprimere, & alij sua imbecillitate eorum diritione coepit esse subiecti. Ius autem constitutionis, coepit à iustificationibus, quas dominus tradidit Moysi dicens, Si emeris seruum Hebraeum, &c. de quo Exod. 21. De ipso vero, & alijs, qui fuerunt inventores Legum humanarum apud diuersas Nariones exprimit Isid. 5. Etymol. c. 1. dicens:

Moyses, Gentis Hebreæ primus omnium diuinis leges sacræ literis explicavit.

Phoroneus rex, Græcis primus leges, iudiciorum constituit.

Mercurius Trimegistus, primus leges Aegyptijs tradidit.

Solon, primus leges Atheniensib[us] edidit.

Lycurgus, primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis autoritate confinxit.

Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis edidit.

Deinde, decem viri electi sunt ex Romanis, qui leges Solonis ex libris Græcis in Latinum sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt.

Leges autem redigere in libris suis, Consul Pompeius instituere voluit, sed non perfuerunt metu obrectatorum, deinde Cæsar id facere coepit, sed ante interfactus est.

Nouæ à Constantino Cæsare cooperunt, & reliquias succedentibus factis exprioribus Imperatoribus. Codicem fecit Theodosius minor Angustus ad similitudinem Gregorianis, & Hermogenianis. Hęc omnia Isidor[u]s d. lib. 5. & transiunctiō distin. 7. per rotum. hunc tamen Codicem Theodosianum postea immutauit Iustinianus Imperator, & fecit vnum codicem ex tribus, vt in titulo de no-

de novo Codice faciendo in principio.

Lex Evangelica à Christo data fuit sub Tyberio Imperatore, & postea per Apostolos diuulgata vbiq; terrarum.

Lex canonica quantū ad canones generalium conciliorum. (vt idem Isid. ait in lib. 6. Etymolog. c. 18.) à temporib. Constantini ecepit, & habetur ibi dist. in prin.

Decreta, & decretales epistolæ summorū pontificum, quasi à principio ecclesiæ cœperunt, vt patet in actib. Apostolorum, de Decisione circa obseruantiam legalium.

Ex quib. patet, quod ius naturale est prīmū tempore omnibus alijs lutiibns, & in hoc inter omnia primaū obtinet, vt in d. dist. 5. in princ. & etiam in dignitate, vt ibidem, & ampliè oportet in c. 2. in fine, d. 8. vsque ad finem. Et ad prædicta, facit tex. in §. con modius. inst. de rerum diuisione, qui dicit. Palam est, vetustius es: ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Citem illa autem iura tunc cœperunt eis: c. cum & ciuitates condi, & magistratus eteari, & leges scribi coepi- perant.

Aduerte etiam, quod ius Romanorum omnibus iuriis, iuribus est excellentius, cum sit communis. Aliā verò sunt specialia, videlicet ius Longobardorum, ius Francorum, & cetera huiusmodi. Liger plura declarat Lue. de Pen. in l. col. 6. & 7. C. de condic. & procur. lib. 11. Vnaque tamē patria tenet suum ius speciale excellentius, cum si sibi Iuri Romanorum contrarium, seruandum est. Imò etiam ius Romanoru in aliquibus patriis non approbat, puta in Hispania, vt dicit lo. Lopus in rubrica, in principio. exira de donatio. inter virum, & vxor. Et in Gallia (cum Galli leges non receperint, vt notatur in cap. de accumulationibus. quas. 5.) Nisi in quantum ratione innatur, & ratio sic vult, nō quia lex hoc dicat secundum Bal. in l. nemo. in prin. C. de sent. & interloc. omnium iudic.

Aduerte, quod hic dicendum est de tribus præceptis iuriis, & q̄ illorum excellat: & sunt hęc honesti, leviiure. Alterum non legere. Et ius suum vniq; tribuere, vt est tex. in §. iuris præcepta. inst. de iustitia, & iuste. & in iustitia. §. 1. ff. eod. rit. & in processio Gregoriano. §. ideoque, & ibi Bal. in fine disti proemij facit turrim iustitiae, quam dicit esse triangularem, id est de tribus fortissimis angulis constructam.

Primus, quantum est, honeste viuas: & iste angulus est bonum dirigens ad honestū, quod propriè appellatur bonus. Cum dicas Seneca, nullum bonum nisi honestum, & est secundum Bal. vbi supra. Bonum in se, & ad se, & est tutela maiestatis Regum. Et non immerito pro angulo turris ponitur honestas. Cum nihil honestum esse possit, quod iustitia vacet, prout dicit Tullius Officiorum i. Hinc idem Tullius officiorum 3. quod ad

honestatem nati sumus, eaq; sola expetenda est, & ibi multa de honestate.

Et, vt dicit Ambrosius primo Officiorum, Tantus est splendor Honestatis, vt vitam Beatam efficiat tranquillitas conscientiae, & securitas innocentiae.

Dicit autem honestas secundum Isid. lib. 10. cap. 9. & Archid. in c. erit autem lex honesta. 4. distincta, quasi honoris status. Vnde honestum est, quod sua vi trahit, & allicit dignitatem. Plus enim in iure desideratur honestas, quam iustitia, vt dicit ibi gl. 1. quæ allegat pro hoc ca. fin. 35. q. 3. & satis innuit textus, dum dicit. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, & secundum consuetudinem patriæ. Requiritur ergo primo, quod sit honesta secundum naturam, & consuetudinem patriæ, & iusta secundum naturam, & consuetudinem patriæ: & possibilis etiā secundum naturam & consuetudinem patriæ, alias non dicit lex, nec potest esse vera lex, nec iustitia: quia vtrumq; illorum requiritur, vt dicit ibi rex. ideo non sufficit, q̄ sit iusta, & possibilis, nisi sit honesta, & secundum naturam & secundum consuetudinem patriæ. Facit text. in d. c. si. incipiente, porro. Imo honestas detrahit legum rigori. Cum actiones furti non denuntur patri contra filium, nee marito contra vxorem, nee cōtrario, & hoc propter honestatem. De marito, & vxore est tex. in l. fin. §. fin. C. de furtis, & seruo corrupto, & in l. si quis vxori. in princ. ff. eod. & quod non detur patri contra filium. text. in l. serui, & filij. in princ. ff. eo. & l. qui seruo. §. item placuit. in d. tit. De patre, & filio est textus in d. l. si quis vxori. §. primo. Sic nec marito actio de dolo aduersus vxorem datur. l. 1. in fin. C. de iure dot. Itēc nec actio rerum amotarum. l. 2. vbi dicit textus. Constante matrimonio neutri eorum, neq; pœnalis, neque famosa actio competit. C. rerum amotarū. Item nee filio datur actio de dolo contra patrem, nec contra. l. non debet. ff. de dolo. Item fisco non permittit rem quam vendidit retractare propter honestatem, & verecundiam. l. 1. & 2. C. ne fiscus rem quam vendidit euineat. lib. 10.

Quæ quidem honestas, in omnibus requiritur negotiis, maximè in l. condenda. d. cap. crit. 4. distinct. & in cano. præcedenti, qui est secundus in ordine. Vbi dicit rex. Præterea in ista constitutione legum maximè qualitas constitendarum obseruanda est, vt contineat in se honestarem, iustitiam, possibilitatem, & conuenientiam. Vnde Cicerone tertio officiorum ait. Recta conuenientia & constantia natura desiderat, aspernaturq; contraria, & si ad honestatem nati sumus, eaq; sola expetenda est, aut certe omni pondere gravior est habenda, quam reliqua omnia, & naturæ ratio, est lex diuina, & humana, & inter alia, quod pro amico solum faciendum quantum Religio, & honesti ratio patitur, & quod in publicis, consultationibus honestum præponendum, neq; vllum

## D V O D E C I M A P A R S

vllum consilium esse dādum, quod cum honesto repugnet. Item in contractibus honesti ratio consideratur. clarē ostendit Cicero in p̄fato libr. & ibi vide exempla & regu. iur. ff. semper in contractibus.

Quomodo autem esse potest, quod inter illum & illam qui se matrimonialiter coniungunt, sit honestas, si sit in seipso patre & matre, & contra corrum voluntatem? quomodo potest esse conuenientia, si sit disconuenientia inter patrem, & filiam propter contemptum parris, & inobedientiam filiae erga patrem? Quid enim peius est erga patrem, quam id, quod sit contra ciuilem, & naturalem rationem? Maximē, quia expressè honestas requiritur in matrimonio, vt est tex. in l. adoptiū. §. 1. ibi, Quoniam in contrahendis matrimonij naturali ius, & pudor in spicendus est, & in l. semper ff. de ritu nuptiarum. vbi dicit text. Semper in coniunctionibus non solum, quod licet, considerandum est, sed & quod honestum sit. quam legem ad hoc allegat gl. in verbo, honestē viuat, in dicto proce. Gregoriano. §. ideoq;. post glossas iuris ciuilis. in ver. honestē. in dictis §§. iuris praecepta. supra alleg.

Et dicunt omnes Doctores, nec aliquis discrepar in locis infra allegandis, quod consensus patris de honestate saltem requiritur in nuptijs contrahendis, quæ non est ita vili pendenda, cùm sit de substantiis legis, quod ex voluntate vnius Papæ possit tolli. Cùm per hoc fieret præiudicium scādalosum vniuersali populo Christiano, saltem maiori parti. Cùm maior pars, imò maxima sit coniugatorum, & filias habentium, quām aliorum.

Et ideo videtur, quod si iuuenis per solicitantes suas inducat filiam familiis cautelis, dolo, machinationibus, & persuasionibus ad eidem promittendum per verba de præsenti sine voluntate patris, in cuius est potestate, & eam de pudicitia interpellauit, auctoritate eam interpellasse iactauit. Maximē quando haber patrem, & matrem, & contra voluntatem eorum, quod ex quo in honestē legit. & in hoc nulla est honestas, sed potius iniuria facta patri & matri: quia contra ciuilem, & naturalem rationem hoc fit, vt dicit tex. in §. 1. instiut. de nuptijs. Cum quod videtur concordare textus iuris canonici. inc. non omnis mulier. In fi. 32. q. 2. Er fuit ordinatio Sotheris Papæ XIII. de qua haberur per Platinam in suachronica devitis Pontificum: etiam per Philippum Bergomaten in supplemento chronicarum lib. 8. Vbi interalia fuit statutum, & ordinatum per eum, Ne qua haberetur vxor legitima, nisi quam sacerdos ex instituto benedixisset, & quam parentes solemni pompa Christiano more marito collocasset: quam etiam Paracympha de more custodiuerint, praecaventes multa pericula quæ in nouas nuptias eueniire solent ex præstigijs, & magicis artibus quorundam impro-

borum. Istud etiam fuit ex ordinatione Euarii Pape, vt probatur tex. in c. 2. 30. quæ s. itaq; si postmodum pater contradicat, & agar contra talern iuuenem de iniuria sibi illata, & de sollicitatione, & matrimonij interpellatione secundum textum in l. sollicitatores ff. de extraordinarij scriminibus; & de pœnit. dist. i.c. sollicitatores. Vbi voluntex-tus, quod sollicitatores nuptiarum alienatum, & matrimoniorum interpellatores extraordinarij puniantur. Et etiam ex dicto de seruo corrupto, quod habet locum in filia sollicitata. l. & tantum ff. de seruo corrupt. & facit l. aduersus eum. C. de furtis, & seruo corrupto. vbi dicitur, quod sollicitanstranrum seruum, actione serui corrupti potest conueniri, & non tantum puniendum est factum licet non sit perfectum, quia per eum non stetit quin corrumperet, quod potest trahi in malum exemplum. l. si quis seruo. C. co. & ibi gloss. fin. ext. tendit etiam ad filium sollicitatum, cum eadem sit æquitas. Etiam facit, quoniam sicut venditione serui, vel filii committitur crimen legis Flavia de plagiarijs contra vendentes, ita contra sollicitantes: vt est tex. in leg. prima. & in l. abducti. C. ad legem Flavianam de plagiarijs. & facit rex. in l. non statut. ff. cod. In quibus venit de honestatio famæ, & dignitatis, quod ipsa filia non tenetur contrahere matrimonium cum tali iuuenie, qui sic eam in seipso patre sollicitauit, & persuasionibus induxit, cō quia in totum deficit honestas, quæ est una pars legis, & sine quale esse non potest, d.c. erit autem lex honesta. Imò quod sortius est, istud est contra ciuilem, & naturalem rationem, vt dixi, quæ non potest mutari, cùm ius naturale sit immutabile. Imò non solum contra honestatem: sed etiam generat scandalum contra parrem, qui ita est spretus, quod habet iustam causam ex hæredandi filiam, vt est tex. in auth. sed si post. C. de inoff. testamento. & in §. aliud quoque capirulum. in auth. vrum cum de appellacione cognoscitur. vbi etiam text. multum formalis, & Paulus de Cast. in d. auth. sed si post illam ad hoc notat, & istud tenet Bal. in auth. res quæ. C. communia delegatis, & in l. si. C. de dotis promissione, & dicitidem Bald. in l. omnem. ad fin. C. ad Tertullianum, quod istud inducit odiū capitale, vt refert Ioannes Lupus in re p. c. per tuas. fol. 86. nu. 10. extra de dona. interrum & vxorem. Vbi per multa tener, quod hoc casu potest ex hæredari. & ibi multa singularia, & multa notanda allegar, quæ possum videri, & dicir Paulus in d. anth. sed si post quæ legit cum l. si filiam tuam. C. de inoff. testamen. quod etiam habet locum illa auth. de iure canonico, quod non placet domino meo Iasoni, in l. 2. §. quod si in patris col. 6. ff. soluto matrimonio. Quod dicit intelligendum Guilielmus Benedictus in sua repetitione. c. Ray. in ver. do rem. num. 36. extra de test. si filia non spectasset tempus consuetum nubendi secundum morem patris, vt quia nupsisset per longe

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

329

sonz indignæ, & fortè idem, (vt dicit) si nupserit persona dignæ, & eondecenti, patre ignorantе, in iuinito, non expectato dicto tempore consue-  
to, quia tunc pater non teneretur ei docere con-  
stituere, ex quo præcessit culpa filia, sic impruden-  
ter ac irremunerter se habentis erga patrem. Non  
enim expectare debet quis auxiliū, aut iuuamen  
de eo, quem contempsit, dicit tex. in l. litigatores.  
f. de arbitris. Aut si filia infra vigintiquinque an-  
nos vitam elegerit in honestam: ineret iudicio, quo  
cuius credit idem Guillelmus quod §. si alicui. d.  
auth. remanet hodie incorrectus de iure canonico,  
quia ius canonicum solum se intromittit de  
matrimonij in libertate relinquendis, & non de  
meretricis suadendis. Ex quo esticax esse videtur  
confuctudo Aucrniæ, de qua in situ. de successio.  
m. 36. consuet. di. etæ patriæ. dicens, Quod filia nu-  
dens viro indigno seu indecenti, abique consen-  
su patris, non potest aliquid querelare in bonis  
eiusdem, quod an valeat tale statutum, vide Deci.  
in l. nup. ff. de reg. iur.

Sed, quicquid dicat, non credo, quod filia, qua-  
seit promissiones matrimoniales, sub persuasio-  
nibus talis iuuenis, teneatur ad implendum ma-  
trimonium cum eo. Tum quia, vt clarum est, in  
hoc inuriarum fecit pati, que etiam videtur esse ad  
mortem, ex quo puellam interpellavit ad impudi-  
cimento se iactauit illam interpellasse, vt est text.  
ad litteram in d.l. & c. solicitatores, quasi in fin. ibi,  
v. mulierem puellamque interpellauerit, punitur  
capite. Nam ex his orta est inimicitia capitalis in-  
ter patrem & talem iuuenem. Ita per eundem iu-  
uenem prosequi potest ex prædictis persuationib.  
& interpellationibus etiam erim in alter: cum etiam  
de matrimonio interpellavit, quod dicit suis-  
eo, quia dicit eam esse suam vxorem per pro-  
missiones, ergo secutum & perfectum est flagitium  
dei interpellatione matrimonij, ex quo capitaliter  
paniendus esset.

Ex quibus sequitur, quod cum sit inter tales ini-  
micitia capitalis, cum ex verbalib. iniurijs etiam  
xisti possit, vt dicit do. meus Ias. in l. procuratori-  
us. C. de procurat. imò etiam potest & debebet esse  
ter omnes parentes ex vtraq; parte, arg. corum  
que dicit Pan. in ca. item cum quis. col. 1. extra de  
bet. spoliat. Quod sicut Inimicitia oritur inter  
sociatum & spoliante, item inter amicos & con-  
sanguincos corum propter diffamationem filia;  
quam voluerunt facere, ed, quia in iuitate nuptiæ se-  
quenter difficiles exitus faciunt, vt est tex. in ea. re-  
quisitum. in fin. & c. cum locu. extra de sponsal. & ma-  
trimonijs. & Prinecps pati nō debet, vt hostili mo-  
tem matrimonia fiant, vt in l. vnica, §. nec sit facul-  
tas. C. de raptu virginum. Oportet etenim (vt ibi  
dicit textus) vt quicunq; vxorem ducere voluerit,  
sive genuam, sive libertinam, secundum nostras  
leges & antiquam consuetudinem, parentes vel  
alios quos decet, petat, & cum corum voluntate

sunt legitimum coniugium.

Idco videtur dicendum, quod iusta causa est di-  
rimendi tales promissiones, talis inimicitia capi-  
talis orta ex parte dictorum iuuenis & suorum pa-  
rentum, propter dictas solicitationes matrimonio-  
rum, & pudicitia interpellationes, & scandalo-  
sas ipsius diffamationes, contraria veritatem tamen,  
prout confessi sunt & confitentur. Imo, quod plus  
est, si iuuenis illam suprasset, aut corrup-  
se, etiam de voluntate illius, tanquam raptor pu-  
niri posset, ex quo ante matrimonij consumma-  
tionem, prout est text. ad literam in d.l. vnica. in  
prin. §. poenas. ibi, siue volentibus siue nolentibus  
virginibus. C. de raptu virginum.

Et ideo talis Inimicitia capitalis, videtur esse  
causa sufficiens ad dirimendum tales promissio-  
nes, etiam per verbam de præsenti (vt afficitur)  
probatas per duos alios iuuenes eiusdem status &  
conditionis, cuius est dictus iuuenis solicitator:  
qui sponte se ingerentes scripto, & sub corum si-  
gnatura in modum attestacionis, antequam roga-  
ti & vocati fuissent, in ius ad hoc, & à tempore af-  
fertarum promissionum attestati fuerint, se fuisse  
præsentes in dictis assertis promissionibus. Ex quo  
cum se ingesserunt, non valet corum dictum, tan-  
quam dictum testimoni: cum testis qui se ingerit, su-  
spicetus sit de fallo. l. q. omnia. §. l. vbi textus for malis.  
ib. & ibi Bar. ff. de proc. Notat amplè do. meus Ias.  
in l. ait prætor. la primiere. col. 2. & in l. vnus. §. seruo  
qui vltro. ff. de quæst. Barb. in træt. de præstan. car-  
din. 2. traet. q. 2. col. 2. Fel. in c. 2. colum. 8. de teſtib.  
Corne, conf. 284. incip. in præsenti consultacione.  
in 3. vol. plus dicit Pan. in c. cum P. de accus. quod  
ille, qui offert deponere contra me, dicitur inimi-  
citus meus, ex quibus etiam constat tales probatio-  
nes esse nullas, vt dicam alibi. Eò, quia, vt constat,  
filia dicit se nesciisse, nec intellexisse quid velint  
verba de præsenti, potius quam alia verba, & dicit  
se solum in tellexisse, fecisse promissiones sub vo-  
luntate patris, ad effectum postmodum contra-  
hendi matrimonij, si patri & matri placaret, non  
quod ex illis verbis intellexerit matrimonij con-  
trahisti, prout nece intellexit, prout etiam (vt dicit)  
seit quod ex communis vnu. vtendi, apud nos sunt  
matrimonia sine sponsalibus & promissionibus,  
in manibus sacerdotis in Ecclesia, aut in porta, seu  
introitu Ecclesiæ, & aliter non intellexit. Et quod  
confuctudo in hoc operatur, facit text. in ca. illud.  
ibi, mulier de more illarum quæ panes vendunt,  
se annulos detulisse dicebat. extra de præsumpt. &  
in c. super eo. extra de cognitione spirituali. ibi, ita  
quod si confuctudo ciuitatem Ecclesiæ habeat, &c.  
Nam etiam de iure sponsalia praecedunt, & velut  
præparatoria perueniunt nupt. vt dicunt glossæ  
rubricariae. de spons. ff. & C. vbi etiam patet quod  
tit. de spons. praecedunt tit. de nupt. & etiam patet,  
in tit. de sponsalib. & matrimonij. in antiquis.

Ex quo sequitur, quod etiam si talia verbæ dicta

Ooo filia

## D V O D E C I M A P A R S

filia protulerit, non per hoc effectum est mattimo nium: sed solum reprimissoes futuratum nuptiarum. Et cum errauit, non consensit, quia qui errat non consentit. l. nihil consenlui. §. non videntur consentire qui errant. ff. de reg. iu. Nihil enim est tam contrarium consensui, quam error. l. si per errorē. in fin. ff. de iuris d. om. iu. vbi dicit do. meus las. procedere, etiam si sit ert or ex una parte tātum in his, quae requirunt consensum vtriusq; vt est in matrimonio, vt est tex. in c. tua nos. extrae sponsalib. & matrimonijs. Et etiam quod error non habet consensum. tex. est in l. 2. in prin. ff. de iud. & in l. no idcirco: C. de iur. & facti ignor. In qua dicitur, quod nullus est errantis consensus, & nulla est errantis voluntas. l. fed hoc ita. ff. de aqua pluviata. & proprium erroris est approbare falsum pro vero. in c. quamuis 38. dist. Et errare est aliud pro alio putate. c. in quib. 22. q. 2. & quod error impedit consensum, declarat id dominus meus in §. item si quis. primo nu. 55. inst. de acti. Ex quib. dicit Phil. Dec. in d. §. non viderur, quod hac regula nullam patitur limitationem, & vt dicit do. meus las. in d. l. si per errorem, idem dicendum est de dubitante & ignorantie, eò, quia primò errans & dubitans aequiparantur. Bar. in l. 2. col. 3. ff. l. quis in ius vocatus non erit. Idem do. meus las. in l. 1. cror. in prin. C. de iur. & facti igno. in l. 3. §. genera. in 2. col. ff. de acq. poss. in l. quādiu. col. 2. C. q. admitti. Sed dubitans & ignorans aequiparantur. l. fi. vbi Bar. & doct. C. de condi. indeb. & l. manifestissimi. vbi Bar. C. de furtis. & do. meus las. in locis hic ante alleg.

Sed sic est, quod ignorantia probatur per iumentum, glo. est notabilis in ver. accusari. iu. l. cui. §. iu. idem. ff. de accus. glo. in ver. scienter. in ca. 2. de temp. ordina. in 6. do. meus las. in §. sed iste nu. 89. q. insti. de act. & in rep. l. admoneendi. in 10.5. col. ff. de iureiu. Ergo etiā sequitur, quod de tali errore standum est iuramento predicta filia, maximè ad euidandum scandala, quae oriri possent ex tali matrimonio, propter inimicities otras in patrem, & matrem dicta filiae: & ipsam filiam contra dictum iuuenem, & suos parentes occasione talium subornationum, & seductionum incitio parte factarum, & etiam iniuriarum verbalium ex eis in eos prolatarum, vt dictū est. Et quod propter scandalum impediatur matrimonium, facit tex. in c. cum tua ibi: vel de scandalo doceat. & ibi notatur. extra de sponsalibus & matrimonijs.

Item, & talium verborum fienda cestis inter pretatio, quod, scilicet, quo ad prædictam filiam, prædicta verba non importent promissioes de præsenti, led vini sponsalium, ex sua declaratione facta per eam sub iuramento: per q. estidem in talib. standū, ex quo cestis præsumptio iuris pro ea, quia neicit, q. talia verba importent, & præsumuntur potius esse per eam intellecta secundum communi. vium vtendi, quem dicit, & secundū quem inten debat promissioes facere, quam secundum talem

subtilitatē juris que facit doctrinā inter verba de presenti, & de futuro, vt evitetur ēt in honestas, & sic delictum contra vtrunq; Nimirum etiam subdilitas reprobatur, maximē in causis eccl. vt in ca. dilect. & ibi not. per gl. In verb. subtiliter, que alleget multas concord. de iud. in antiqu. Pernicioſa est in legib. & simplicitas est amicitia veritatis. §. sed quia stipulationes, insti. de fideic. her. vbi dicit tex. In legib. magis simplicitas, qnā difficultas placet, & in c. veritatis. Amica simplicitas. ca. verit. extra de iureiu. Nec dolosus malitia sua debet esse lucrosa. nec simplicib. simplicitas damnoſa. l. 1. in prin. ff. de dol. Cū nemo ex suo delicto meliorem suam condi. faccre potest. l. nō fraudantur. §. nemo, ff. de regu. iur. & malitijs hominum est obviandum.

Item faciat. Quia iuramenta non exenduntur ad illa, de quib. non est cogitatum, vt in c. quinianallis. & in ca. veniens. vbi plenē notatur. extra de iureiu. Et iuramenta sunt interpretanda secundum intentionem iurantis, arg. d. c. veniens. Nec debet aliquis verba considerare, sed voluntatē & intentionem, quia nō debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni, vt dicit tex. in c. humana. 22. q. 5. Mcns potius quā verba attendi debet. c. intelligentia. de verb. sig. extra. & plenē in d. c. humana.

Et ad iura, quae in contrarium allegantur, q. dicunt, quod filia familias potest contrahere matrimonium sine cōfensu patris, vt dicunt cestis gl. que est prima in ordine in c. fi. q. incipit, hoc sanctum. post tex. ibi. 22. q. 2. Dico, q. nec ille tex. ncc gl. dicut. q. pronissiones factas per filiam familias sine consensu, & voluntate patris teneat filia adimplere si nolit. bene dicit tex. quod viduat propria voluntate maritos eligere possint: sed post dicit, q. similis conditio est de virginib. quæ nec extra voluntatem parentum, nec suā cogantur maritos accipere. Nam ille textus facit totum contrarium, ad q. ponderat eum glosa: quoniam vt constat ad hoc vt virgines habeat maritos, recquiritur q. nō sit extra suam voluntatē, nec parentum, q. hoccasus fieri, si cogereret habere talē in maritum, qui cōtra honestatē, & per suās fraudes, & cauillationes vult talem filiam familias habere in vxore cōtra suam voluntatem, & suorum parentū, & si non est verum, q. hoc caluvbi non est honestas, nec ex parte parentū nec filia, quod talis textus, nec iura canonica corrigit ius civile in hoc, & sic §. 1. insti. de nup. l. 2. l. si nepos, cum l. seq. ff. de titu nuptia. l. viduæ. & in l. in coniunctione. in princ. C. de nupti. cum plurib. alijs l. in dictis rubricis positis.

Item etiam, vt dictum est supra, videtur textus iuris canonici in d. c. non omnis. in fin. 32. q. 2. & in cano. seq. qui incipit, honoratū cōcordare, cū dicat: Non est virginis pudoris querere mariatum: sed cura paternā hoc relinquentum est: Ita ut electionem maritū parentibus deferat, ne appetenter & stimetur auctor. Maximē, vt dicit Pan. in consl. 12. in l. volum. Cum ergo per hoc consularū

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

330

silant ipsis mulierib. quæ tēpe contra propria cō-  
modalaborant, propter sexus infirmitatem, ut dicit text. in l. si pater in f. C. de sponsa. i. mō expelle-  
dicit text. in c. nostrates. Feedera nuptiarum cō-  
fensu eorum, qui hæc contrahunt, & horunt, in  
quorum potestate sunt, celebrantur 30 q. s. & ibi-  
dem in c. i. qui incipit, aliter. iam sup̄a al. leg. Ali-  
et legitimum non sit coniugium; nisi ab his qui  
super ipsam sc̄emnam dominatione h̄bere  
videtur, & à quibus custoditur vxor perpetua,  
& à parentibus, & propinquisib. sponteatur,  
quem text. allegat ad hoc gloss. in verbis, nullum.  
in cap. videtur, extra qui matrimonium in seculare  
possunt.

Saltem gl. i. in f. in c. officiat 27. q. 2. & gloss. in  
ter parentum. in d. ea. hoc sanctum yq; que allegant  
castrates 20. q. 5. & c. tuta. extra q. sp̄. impub. &  
glo. in verb. paterna. in ca. cum virilim. de regulari-  
bus. quæ allegat tex. iuris pro hoc in c. i. de despōn.  
impub. vbi dicit text. Potest autem filium non-  
dom adulium (voluntas cuius disertari nō potest)  
pater cui vult matrimonio tradere; & postquam  
filius peruerterit ad perfec̄tam ætatem, omnino  
debet hoc adimplere. & dicit G. Bened. in sua re-  
pet. Rayn. in verbo. dotem. numer. 334. in fin. ex-  
ta de testa. quod viri honesti vix, aut nunquam  
cum pueris nubunt sine consensu parentum suo-  
rum, cum omnia facere velint secundum debi-  
tam honestatem, & dictat prouerbum, quod in  
illis alloquendū est parentes filia. & omnes do-  
tores eriam in d. g. i. institu. de nupt. & Pan. in d.  
consi. non negant, quin de honestate requiratur  
consensus patris. Ex quo, cum ista honestas sit de-  
finitiā legis, videtur quod Papa non posuit il-  
lam tollere per aliam legem, quoniam sua consti-  
tutio, tanquam non honesta, non erit lex, vt stat-  
um dicam.

Ad tex. in c. f. de iudicis. in 6. qui dicit, quod in  
spiritualibus non curatur patria potestas. Bene di-  
cit ille text. quod in his, quæ sunt spiritualia, filius  
potest comparere in iudicio tam agendo quam  
defendere, sine consensu patris. Sed non ultra di-  
cto, quod promissionis facta per verba de presenti  
per filiam familiæ sine consensu patris persuasio-  
nibus, & indebitis inductionibus aliquorum, li-  
gante ipsam ad contrahendum matrimonium cum  
to. Quoniam ex hoc sequeretur, quod generaliter  
illius tolleret effectum legis in casu speciali, alias  
prohibito, quod non est dicendum. Quoniam alia  
ratio in hoc casu reformat pactum, scilicet, quia  
contra ius civile & naturale, vt dicit text. in d. g. i.  
Instit. de nupt. quod non potuit tollere Bonifacius  
Papa per suam generalitatem. Bene facit text. in l.  
2. ff. de vñsfruct. ear. rer. quæ vñs consum. vbi dici-  
tur, & ratio naturalis autoritas iuris consulti mu-  
tari non potest. Cum naturalis æquitas ab æternō  
sunt, vt nota. s. d. in princip. Maximè sine consensu  
Principum seculatum in suis locis; & etiam quia

contrahonestatē, quæ est vna de substantialib.  
legis, d. c. erit autem lex honesta. dist. 4. & ideo, cū  
non eff̄ lex sua, si esset in casu speciali, ex quia cō  
tra frontes staten, multo minus potest extēdere ef-  
fectum suum ad easum prohibitum. Quoniam, v-  
bi habemus casum specialē, si sit postmodum  
lex generalis, nō derogat huic casu speciali, vt est  
gl. ordinaria que est infra. & ibi do. mens. las. in f.  
scindit. ff. qui satisfid. cog. est doctrina Salicet in  
fin. testamentis. C. de test. Idem do. mens. las. in l.  
1. 5. sed si mihi si de ver. oblig. & in l. postquam litig.  
in f. C. de pa. Et dixi in commentariis nostris su-  
per consuetudine. duc Burg. in tit. des cōnſifications. §. 1.  
in gl. & appartenent. ibi, additio. limita hanc no-  
flam consuetudine. Item ille text. in fin. ed-  
dendo rationem dicit: Cum de his se intromittere  
non habet, nequaquam requiri debet assensus.  
Ex quo restringit effectum illius. ca. ad causas tan-  
tum, in quibus pater se intromittere non debet  
de negotiis filij. Cum ergo iste causas non sit de il-  
lis, non expresse de inrecedibili, & canonico tenet  
se intromittere, & dotando filiam, cum offi-  
cium paternum sit filiam dotare. l. fin. §. vtramq.  
C. de dotis promissio. l. qui liberos. ff. de ritu nu-  
ptiarum & eidem maritum querere. d. ca. ho-  
norantur. Ideo requiritur eius assensus, nec compre-  
hendit iste causas sub illo textu.

Item, vt breuiter absoluam, Quoniam Iura ca-  
nonica non ira aperte loquuntur, quod dicant in  
terminis, filias familiæ fecerit, promissiones per verba  
de presenti, etiam sine consensu, & permisio-  
ne patris, ex illis teneatur ultra voluntatem paren-  
tum, & eis contradicentibus contrahere matrimo-  
nium cum tali, cum quo tales promissiones  
fecerit, etiam ea inuita post tales promissiones fa-  
ctas, an si Canon ant dcretalit ira dicere in ter-  
minis, & esset sic facta à summis P̄tificibus, tolle-  
ret decisionem supradicti. §. i. instit. de nupt. Ita q  
filia hoc casu cogi posset: & an hoc casu pater co-  
geretur ad eam dotandam, prout si sua voluntate  
contraxisset mattrimonium. Istud videatur multis  
sine dubio, & videtur de indubitate esse quæstio,  
per ea quæ supra dicta sunt, & quæ dicit do. mens.  
las. in d. g. quod si in patris. in l. 2. ff. sol. mat. & quæ  
sit in docto. in d. g. i. instit. de nupt. & quæ dicit  
Pan. in consilio duodecimo: incip. & elare ma-  
thematis.

Et videtur pro hoc facere text. in ca. ex publico.  
extra de conuersione coniugatorum. Vbi sponsa  
de potenti non possunt dissolui, nisi per ingressum  
religionis vniuersitatem contrahentib. talia sponsalia, &c., quia habent talia sponsalia vim marimo-  
nij, facit tex. in c. coniunx. & in c. coniuges. 17. q. 2.  
Vbi coniunx vocatur à prima dispensatione sive  
quam concubitu non agnouerat Ioseph, nec sue-  
rat cogniturus, nec mendax manserat eōiugis ap-  
pellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carna-  
lē commixtio. Ista sunt verba tex. in d. c. coniunx,  
Ooo 2 & est

## D V O D E C I M A P A R S

& est tunc eadem causa & questione in c. seq. qui incepit. omne ibi, si quis sponsam alterius in agro operi presserit, morte moriatur, quia vxorei alterius violauit. & ibidem in cano. si quis deponeretur. ubi habetur, quod sponsa de presenti est coniuncta, & vxor, & tenet Panorum. & Feli. in c. i. de sponsalibus, & dixi amplè in commentariis nostris super consuetudinem. *Duc Burg.* in 7. art. in glo. marie. in tit. des droitz & appartenances à gens mariez. Cùm ergo sit vxor, & coniuncta, ideo dicendum, quod non potest fieri separatio inter eos, nisi ob causam fornicationis, secundum dictum domini in Euangelio, *Luc. 16.* & habetur in c. dicit dominus. 32. q. i. & in c. cx parte extra de sponsalib. & in d. c. ex publico. supra alleg. in fi.

Item de hoc doctrina omnium, & legistarum, & canonistatum, quod Papa in his qua concernunt spiritualia, potest disponere, & statut dispositioni summi Pontificis, ut not. in ca. i. extra de nouo operi nunc. vbi amplè per Pan.

Item, & ad text. in c. de secundis nupt. & in c. euthe. §. pe. ibi, cùm enim 2. q. 3. vbi doctores dicunt per illos textus corrige omnia ciuilia loquentia de matrimonij, prout etiam videtur tenere G. Benedict. in sua repe. c. Rain. in verb. dotem. num. 31. & 34. in fi. extra de test. & Deci. in regu. nuptias. ff. de regu. iuris. Dico, quod illi textus nihil faciunt ad propositum in hoc casu, cum tantum loquentur de iuribus ciuilibus, loquentibus de mulieribus. transcurrentibus. ad secunda vota intra annum luctus, quæ puniebantur secundum ius ciuile nota insamixta, sed, ut dicunt, propter dictum apostoli, Mortuo viro, nubat mulier in domino, tolluntur illi iura ciuilia & ut dicunt: In matrimonij praesertim, seculares leges, sacros canones imitari non dignantur, & ibi glossa quæ multos textus allegant ad hoc, sed non est alius qui ponat hunc causum speciale, scilicet, quod matrimonium filiarum familiæ possit fieri sine consensu, sensus sit requisitus, verum etiam de iure canonico, & ex ordinatione summorum Pontificum, ut supra dictum est, ut est text. in d. capit. aliter non fit legitimum matrimonium nisi, &c. 30. quæst. 5. qui est textus formalis, ponderado dictiones, aliter, non, & nisi, quæ important formam, & substantiam, ut dicit Feli. in cap. cum dilecta colum. 9. versic. septimum. extra de re scriptis. Et in hoc non obstat somnium aliquorum dicentium, illum textum tantum loqui de solemnitatisibus: quoniam esset violare textum, cum dicat, aliter non fit legitimum coniugium, & in fine dicit: Aliter vero præsumpta, non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius quæ legitima coniugia esse non dubitatur, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima.

Sed adhuc quicquid sit, ex predictis non videatur, quod tex. in d. §. i. infi. de nuptijs. sit correctus, nec textus ei concordantes, & licet predictarationes canonistarum videantur validæ, & autorita-

tates sint insignes, non tamen propter eas à textibus legum est recedendum. I. Labeo. ff. de luppelle. Et quanquam dicant aliqui doctores. d. §. esse correctum, ut dictum est. Hoc tamen aperte negari potest, cum nullum ius ad hoc ipsi inducant, nec inueniatur aliquis canon per quem licet prædictum §. esse correctum: ut dixi. Imò videtur, quod expresse fuit approbat ille §. per summos Pontifices, puta per Soterem, Agapitum, & Evaristum, ut prædictum est, ut per textus iam supra allegatos. Et cum non inueniatur Cap. non aliiquid tale dicens, nec nos dictum eorum admittere debemus, ut in auth. de non eligendo, secundo nubentes. §. sin autem non valuerit, ibi: nec qualibet est lex aliquid tale dicens. col. a. Eribendum est enim legem coram tam dicere, & corridentem non allegare, ut in authent. de trien. & semit. §. consideremus, coll. 3. & l. fi. infinc. C. de consil. lib. 12. de quo per do. meum. lason. in l. lam. C. de collatio. Hoc est sententiam propriam magis aqua quadam opinione iactare, quam debita auctoritate roborare, ut in cano. nunquid in fi. 28. q. ii. Ad idem 37. dist. cap. relatum.

Quod ergo canon aliquis expreſſe legem corrigens, aut clare contrarium statuens, non diffinit, arguedi sunt doctores, huiusmodi volentes, contra expreſſam legem (quam canonæ venerandam dicunt, ut in cano. fin. 16. quæst. 3.) propriis sensibus diffinire, ut in cap. fin. & ibi multi canones concordant. per gloss. allegati. 31. quæst. 1. & facit cap. ego solis. 9. distinct. & c. confituli. 2. quæst. 5. vbi: & quod sanctorum patrum documento sanctum non est, superstitione adiunctione non est presumendum. cum alijs allegatis per Lucam de Pen. in l. i. in 3. col. C. de priuilegijs scholatum. l. 12. Vbi in simili arguit de tali casu. Et vt dicit, sacer, quia lex non corrigitur nisi expreſſe dicatur, ut in authen. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. tribus. ibi: oportet enim. colla. 7. vel quando postea lex directe contrarium statuit. c. i. confi. lib. 6.

Et facit, quia antiquiori iuri standum ely, ut in c. domino sancto. l. distinct. vbi dicit text. Quotiescunq; gestis conciliorum, discors sententia inuenitur, illius concilij sententia magis rencatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas, quæ verba formaliter scribuntur in capit. hoc ipsum 33. quæst. 2. Maximè, si ambo sint æqualis pietatis, ut in cap. in canonice. 19. distinct. Nec inconvenit, noinas leges trahi ad antiquas, l. sed & posteriores. ff. de legibus. Sed sic est, quod nullo iure canonico cauetur, quod filia subornata & seducta, quæ per indebitas solicitationes & machinationes promisit sine consensu & voluntate partis, etiam per verba de presenti, teneatur adimplere promissiones, patre non consentiente. Nec etiam cauetur aliquo iure, quod consensus patris de iure ciuili in talib. requisitus, sit per constitutiones canonicas sublatus. Ideo videtur, quod dictus §. i. de nuptijs. in

legit. non est sublatuſ, nec ſubrogatus. Quod ergo non mutatur, ſtarē non prohibeatur. l. p̄cipim⁹. iiii. C. de appell. & f. ſancimus. §. i. vbi textus formalis. C. de testamentis.

Standum eſt ergo potius diſpoſitioni diſtis. in iure ciuiili quām tationibus & autoritatibus p̄miſſorum doctorum, & maximē etiam iſtud ha-  
bet locum in diſpoſitione. auth. ſed ſi poſt. Co. de moſi. reſta. vt dicit ibi glo. qui debet ſtarē, cū non inueniatur expreſſe correcta, & quia cauſa expreſſoſ determinant, ideo non eſt tollendus ex interpretatione magiſtrali ſu profeſſoriā, que nō tol-  
legat uſe expreſſoſ legum, cum ſit tantum proba-  
bilis. Cum etiam p̄dičta lex ſit rationabilis, cum ſit fundata in p̄per honestate, & habeat etiam ordi-  
nationem expreſſam ſumma ſu Pontificis, ut ſu  
p̄clarilime oſtenſum eſt, que nō eſt ſp̄tenda.

Ex quo etiam videtur, quod ſi eſſet Lex ſeu con-  
ſtitutio in contrarium, & expreſſe contra diſtum  
gauſt, de nuptijs. quod adhuc standū eſſet diſpo-  
ſioni illius. §. Quoniam, ut diſtum eſt, non eſt du-  
biuſ, quod etiam ſecundum Canonistas, Lex Ca-  
noniſtarum debet eſſe honeſta, & eſt una qualitas  
legis etiam Canonice, vt probat tex. ſepiuſ alleg.  
m. d. e. erit autem lex honeſta. & ut ibi dicit Cardi-  
nalis Alex. & lo. de Turrecr. in c. l. §. p̄terea. cum  
quod legit diſtum cano. erit autem lex. diſt. 4. Lex  
macontine debet, ſc̄ilicet, quod Religioni eō-  
guat: & hoc iniquātum eſt proportionata legi di-  
uina: & refetur ad hoc quod religioni conguat,  
cum dicitur honeſta.

Secundo, Quod diſciplina conueniat in qua-  
ntum eſt proportionata Legi natura: & ideo di-  
ciptiua ſi poſſibilis ſecundum naturam.

Tertiō, Quod ſaluti proficiat, in quantum eſt  
proportionata uilitati humana: cum dicitur &  
ſecundum conſuetudinem patria: & hæc tria po-  
lit. in c. conſuetudo. i. diſt.

Cum ergo ad primum iure diuino, & etiam iu-  
teciuili, & canonico, & ex honestate patria requiri-  
tur conſensu patris in matrimonio filiæ fami-  
liæ, ut diſtum eſt ante, & dicit expreſſe tex. in d. §.  
tantuſ, de nuptijs, quod ciuilis & naturalis ratio  
hoc ſuaderet. Ex quo ergo, cum ratio honeſtatis eō-  
ueniat Religioni, & ſie legi diuina: que etiam vi-  
detur ſatis probare ex ſacris ſcripturis, que ſatis  
demonſtrant conſensum parentum interuenire  
deberet in matrimonij filiorum. Abraham enim  
præcepit, ut filius ſuus Iſaac non acciperet vxo-  
rem de filiabus Chanaanorū, ſed de cognati-  
bus ſuis, Genesis 24. Nec p̄cepiflet, niſi de iure  
principi potuiflet, & in matrimonio filii pote-  
ſtatem habuiflet. Item Seruus Abrahām pro con-  
ſilio Rebeccæ non reſuifuit puellam, ſed paren-  
tes eius, Genesis 24. Et de multis alijs exemplis  
ponit Ioua. Lopus in d. repetitio. cap. per enas. §.  
duin. 17. de dona. inter virum & vxorem. & yltra  
omnes eſt tex. de hoc ad litetam: quod etiam eſt

preceptum Dei, quod filia non poſſit contrahere  
matrimonium ex eius promiſſione & voto cum  
aliquo patre eius contradicente. Numeri 30. c. in  
prin. Vbi dicit tex. Mulier ſi quippiam nonerit, &  
ſe conſtrinxerit iuramento, que ſit in domo pa-  
tri ſuī, & in arce adhuc pñellarī, ſi cognoverit pa-  
ter votum quod pollicita eſt, & iuramentum quo  
obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit.  
Quicquid pollicita eſt, & iurauit, opere comple-  
bit. Sin autem ſlatim, ut audierit contradixet  
paſer, & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec  
obnoxia tenebitur ſponsioni, eò, quod contradix-  
erit pater, de quo textu eft tex.: 2. q. 2. c. mulier. &  
in e. ſeq. dicit quod Apostolus 1. ad Corinth. 7. de  
patre loquens dicit: Seruet virginem ſuam, & det  
nuptiū virginicū ſuam. Et ſuaderet ratio ciuilis &  
naturalis, quonodo poſſet fieri Lex in contrariū,  
que non tolleret & Religionem, ſ. ratione honeſ-  
tatis, & ſic legem diuīnam & rationem ciuilem &  
naturalē. Et ſic videtur, quod eum Papa nō poſ-  
ſit tollere nec ius diuīnum, nec rationem natura-  
lem, cū naturalia ſint immutabiliā. §. pen. inſti. de  
iu. nat. gen. & ciui. quod nec etiam potest facere  
decretalem contra dicta iura ſuprā alleg. Imō et-  
iam Pagani ante Christi aduentum dixerint, nu-  
ptias patris non conſentiente factas non eſſe legi-  
timas, Imō filios ex eius natos ſpuriós eſſe. Quoniam  
autem vt ait Apuleius de aſino aureo lib. 4. Impares  
enim nuptiā, & p̄terea in villa ſine testiſbus, &  
patre non conſentiente facta legitima non poſſunt  
videri, ac per hoc ſpurius iſte naſeetur: & ſic  
& mundus, & cœlum, & tota mundi machina  
literatorum contra contrahentes nuptias ſine  
conſenſu patris, eum filiæ familiæ clamant, quia  
ad minus contra honestatem, ut diſtum eſt an-  
te.

Et ſi dicatur, quod talia iuta poſſunt modifica-  
ti, declarari, & alterari, ut dicit Angelus in d. §.  
penul. tamen illud eſt intelligentium dummodo  
lex, que ſit in contrarium, ſemper habeat ſuas  
qualitates, ſc̄ilicet, quod ſit honeſta, iuſta, poſſi-  
bilis, ſecundum naturam, & conſuetudinem pa-  
tria: & loco, & tempore conueniens. Cum ergo  
vnum ex his deficiat, non eſtamplius lex: Ex quo,  
eum in tali cauſa ſemper abeat honeſtas ſecundum  
naturam diſt. §. i. inſti. de nuptijs. & ſecundū con-  
ſuetudinem patria: que hoc reputat in honeſtum.  
Idco videtur, quod talis conſensus non potest ex-  
preſſe tolli, multo min⁹ per p̄dičta iura genera-  
lia, ad minus in ſponsaliibus, quod non ſit ſuſci-  
ens cauſa ad ditimendum ea, ſi deficiat conſensus  
patri, etiā ſi ſint promiſſiones de p̄ſenti, dum-  
modo (vt diſi) ſint facta ſin honeſtate, & per ſub-  
ornationes, ſeu ſeductiones blanditiæ, & diabolica-  
reas machinationes.

Et ad ea, que dicuntur, quod ſponsalia de p̄ſen-  
ti habentur pro voto matrimonio, ita q̄ ſunt  
indifſolubilia, dic, quod hoc potest eſſe verum in

## D V O D E C I M A P A R S

sponsalibus debite, & secundum honestatem factis, & non contra honestatem: quoniam in his repugnat vna qualitas legis, quae impedit, ne talia spontalia comprehendantur sub lege, quae est, scilicet, honestas. Et etiam non recipiuntur Iura Canonica, quae expressè tollant dispositionem dicti §. i. inst. de nuptijs. Imò constitutiones summorum Pontificum (de quibus supra) videntur illam approbare.

Etiam tex. in d.c. ex publico. de conversione coiugatorum, dicit matrimonium esse dissolubile, quando est consummatum. sed ante consummationem est dissolubile uno casu, scilicet, per ingressum Religionis, ut ibi dicit rex. Alio etiam causa super sumnum Pontificis dissolui potest, ut inquit glo. finalis ibi: ergo erit etiam in alio casu, ubi est maior ratio, quando non est qualitas legis, puta honestas, & contra ciuilem & naturalem rationem. Et in iure non tantum consideratur iustitia quantum honestas. c. porro. 35. q. 3. Vnde leges; quae dicunt concubinas posse haberi, non sunt leges, quia sunt in honestate, vt lvnica. C. de concubinis. & lege fi. in fi. Co. communia de manumissione. Si ergo cetera lex Papalis, quod promissio alicuius filiae familiæ etiam per verba de presenti persuasione, machinationibus, blandicijs, ne dicam fraudib. & deceptionib. alicuius iuuenis, sine consensu patris extorta haberet vim matrimonij indissolubilem: ita, quod dicta filia ea iniurta reneretur etiam ultra velle patris consummare matrimonium cum ipso iuuenie, tanquam iniqua non teneretur, & tanquam contra honestatem facta. Multo ergo minus leges generales, de quibus supra, sunt sufficietes ad inducendum ius expressum. Pro solutione huius questionis, ita quod dicta filia teneatur in vim aliam assertatum promissionum consummare matrimonium, iunctis his quæ supra dicta sunt: ex quo etiam filia asservetur nonquam veraciter consensum præstisit, nec eidem promisisse: ex quo cum non sint probationes sufficientes nec legitimæ (ut dictum est) non tenetur matrimonium adimplere, argumento text. in ca. consultationi. extra de spons. & matrimonio. Nec tamen quid omittatur, quo ad responsiones obiectorum canonistarum, allegantium etiam pro se textum, in l. nuptias. non concubitus, sed consensus facit. ff. de reg. iur. Dico, quod clara est responsio, ira, quod si non esset nisi concubitus & non consensus, quod non esset matrimonium. Et hoc est clarum, ut vult ibi Decius post gloss. sed etiam quod tex. ibi affirmet, quod solus consensus faciat perfectum matrimonium & indissolubile non. Cum sit text. ad literam in d.c. ex publico: extra de conversione coniugato. ubi non dicitur perfectum & indissolubile, nisi sicut concubitus & copula carnalis. Et in casu præmisso talis textus nihil facit, quia non sumus in consensu vero & legitimo, sed errore, qui non habet effectum, cum

qui erat non consentit. Et iura Canonica dicentia, quod consensus facit matrimonium, intelliguntur de vero & legitimo consensu, & non de errore, deceptiō, seu seductiō, aut fraudulento, prout in proprijs verbis de legitimo consensu sunt rectus in c. penul. de sponsalib. in ca. licet, &c. fi. extra de sponsa. duorum. Non enim legitimus est, quando fit sine voluntate parentum, ut dicit tex. in dicto ca. aliter. Aut quando est extortus per vim, metum, coactionem, violentiā, ut e. cum locum. cum cap. &c. quen. &c. consultationi. extra de sponsa. sed per fraudes, seductiones, solicitatio-nes, & subornationes: sed potius dici debet fraudulentus, seductiō, deceptiō, aut alias indebitus, nec verus, & sic non legitimus. Et notanter voluerunt illi textus loqui de legitimo consensu, ad rollendum fraudes & seductiones, ne iura dent occasionem delinquendi, & extorquendi consensu illegitimos contra iura prohibitos.

Item etiam text. ibi & similes non tollunt alia requista, nec dicunt, quod solus consensus filia-familias faciat matrimonium, ex quo non tollitur alia dispositio, requiriens alium consensum quam filia: cum non solum si de iure ciuili requisitus, sed etiam de iure canonico. d. c. aliter. 30. q. 5. & d. c. non omnis. & c. honoratur. 32. q. 2. Ex quo predicti tex. non tollunt illud quod dictum est, & ex quo nondum est perfectum matrimonium, & pater contradicente seu inuito, & filia non persistente in primo consensu, quod tenetur, nec cogi possit ad perficiendum illud matrimonium, & iste est causus qui sapienter enenit.

Non ramen vellem dicere, quod si matrimonium esset perfectum per consensum, & consummatum per copulam carnalem sine consensu patris, quod pater posset illud dirimere, aut tacere simpliciter dirimere, sed multis videretur, quod tunc non possit cogi ad eam dotandam, nec quod deber cogi, vide quæ hic ante dicta sunt.

Etv semel finis imponatur huic materi v, quæ licet multum sit vulgata, tamen in dictis canonistarum ratiōne intellectis datum occasio delinque di, ita quod hodie pullulant huiusmodi solicitationes, seductiones, machinationes & subornationes filiarum familias, quæ sunt faciles ad decipiendum: & ut plurimum contra propria commoda laborant: cum defaciunt credant. Etiam non est præsumendum, quod ius Canonicum intendat inducere occasionem delinquendi. Credo indubitate, quod necessarium esset facere statutum aut edictum generale in Gallia: quod nemo cuiuscumque conditionis sit, audeat seu presumat deinceps sollicitare, aut sollicitare facere verbis, donis, præmissionibus, aut alias quousque modo seduccendo, seu subornando filias, cuiuscunque conditionis existant ante 24. annum, ab eisdem per verbade præsentis, aut alias promittendum sine scitu & voluntate parentum sub pena perpetui exilio & coufiscatio-

ficationis bonorum: & quod filia tales promissiones non faciant sine consensu eorum parentum sub pena priuationis doris, & bonorum parentum. Et intrepide credere istud statutum esse validum per doctrinam Bal. in lege omnem. C. ad Tertullianum, vbi retenet, valere statutum, quod poenam imponit filiis contrahentibus matrimonium sine consensu patris: quoniam hoc casu tale statutum non vetat substantiam matrimonii, sed puniri malos mores. Et si statutum seu consuetudo possit imponere poenam rei licita, puta matrimonio, si ex eo sequatur illicitum, puta seductione, & subornatione filiarum, vt dicit Bald. in rubr. extra de consuetudine. Ideo multo fortius rei licita, puta sollicitatione, seductione, & subornatione, potest imponi poena. Alias sequeretur, quod ius Canonicum (vnde tota aequitas, & foru anima otitur & descendit) vellet permittere in periculum anima fraudes, dolos, sollicitationes indebitas, & seductions: & sic vnde iura nasci deberent, daretur occasio delinquendi, si huic statuto contradiceret ius Canonum. Ex quo negari non potest, quod quo ad primum articulum valebit tale statutum, cum sit punitivum malorum, & delictorum: ex quo est favorable, cum inter sit Reipublicae ne delicta remaneant impunita. Et de hoc articulo, per quem imponitur poena contratales, est lex in Hispania. Et ita remanebit tale statutum & validum & rationabile contra huiusmodi sollicitatores, seductores, & subornatores, cum solam fiat ad evitandam occasionem delinquendi, cum sollicitationes ita puniantur, vt ipsa delicta, vt ante dictum est: & seductions, & subornationes sint prohibita omni iure, etiam diuinorum. Cum seducere sit extra bonos mores trahere, & de inre ciuili sollicitationes prohibentur. Ie. & si abduxi. C. de plagiariis. l. & rnum. ff. de seruo corrupto. l. si quis filio persuaserit. C. cod. Persuadere enim est plus quam cogi. l. i. §. persuadere, ff. de seruo corrupto. Et dicit Salicetus in l. vnicula, quasi in f. C. de rapto. vitiginum. quod persuasio dolosa est plus quam violenta coactio, & persuasio cum donis habetur pro raptu, vt dicit Ang. in §. i. per illum text. in auth. de lenonibus, colla. 3. & sequitur Baptista de S. Scuerino in repetitione l. cūctos populos in 9. char. Cod. de summa trinitate. & fide Catho. Et contra prædictos sollicitatores. est text. multum nota. in leg. sollicitatores. ff. de varijs & extraordi. cogni. canonizatus in ca. sollicitatores. de peniten. distin. i. dixi in consuetud. ducatus Burgundia in rubr. Des inffices. ingloss. & droitz. nume. 56.

De secundo articulo, quod filia non posset aliquid petere, est iuridicum & rationabile, vt dicit loan. Lopus in repetit. cap. per vestras. de do. inter virum & vxor. fol. 87. & 88. vbi disputat de tali legge, quæ etiam viger in Regno Castellæ, vbi habe-

tur lex, quod si filia contraxerit matrimonium sine consensu patris & matris, nihil ex bonis parentum possit habere, & ista est consuetudo in duca- tu Borbonij, vt scribitur in lib. consuetudinario illius patriæ. tit. Des successions. artic. 312. Et in patria Auernæ. tit. eo. Des successions. art. 36. in li. consuetudinum illius. Et dicit Pet. de Anch. consi. suo 20. quod valet tale statutum imponens poenam amissionis doris mulieri nubenti viro indignosam consensu partis. Nam, vt dicit, per hoc patrem offendit, & famam eius laedit. Et videtur hac iusta causa exhortationis. le. non tantum. §. emancipatus. ff. de verb. possi. contra tabulas. Facit §. causas. in fi. iuncta glo. in verb. visque ad 25. in auth. vt cum de appellatione cognoscitur. colla. 8. Ex hoc enim pater magna afflictio inuria, vt dicit Sali. in l. 3. C. de adulterijs. Et prædicta Lex fuit à multis Regibus Castellæ facta: quos Ioannes Lupus in d. loco. fol. 89. recitat. Et, vt dicit, leges prædictas neminem sanæ mentis iniustas dicet, cum per eas si obseruentur diffensionum & inimicitiarum tolleretur materia, litiumque & iuriorum adimetur occasio. parentibus ac filiabus optimè consuletur. Et, vt ait, ne natura & parentum votum frustretur, quando imbecillis ac fragilis filia iniqui peruersisque hominis dolis & suasionibus assentiret, parentes, cognatosque inuria afficeret, iustum, æquum, & sanctum fuit & est, has & similes condere leges, quibus hominum & nonnūquam famulorum nequitia reprimitur, qui non verentur sub coniugij velamine innocentes decipere filias, qualis exinde dolor, qualisque animi cōmōtio parentibus euentura sint, iudicet qui filias haberet. Vnde & idem lo. Lopus ait, contra tales facinorosos Rex Alphontus insurgēs, grauissimis poenis subdendos iussit, & ibi legem scribit verbis suis vulgaribus.

Redeundo ergo ad propositum vnde digressi sumus, dico etiam, quod honestas requiriatur in voto. ca. magna. §. Et quidem tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid licet secundum aequitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem. extra devo. & vo. redemp. Item etiam in iure iurando. c. de forma. 22. q. 5. & hoc in iuramento fidelitatis, prout etiam recitat in titulo, de forma fidelitatis. in vobis feudorum. facit c. vnuquisq; 22sq. 4. & etiam in alio iuramento. ca. quemadmodū. extra de iure iurando. Honestus enim modus in omnibus seruandus est, non immoderata cuiusq; luxuria subsequenda, vt dicit tex. in l. ex damnatione. prin. ff. de damno infecto, & grauis iniuria videatur, quæ inani honestatis colore velatur. Est n. honestas omni commode pecuniariorio præfrenda. l. miles. §. sacer. ibi, quare non inique. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. tex. notabilis in lege reprehēdenda. Co. de insti. & substi. Dixi amplè supra. in l. pat. in 2. consideratione. vbi commendau honora-

## D V O D E C I M A P A R S

rem & honestatem, quæ pari passu ambulat cum vita.

Et cum, ut ante dictum est, non tantum consideratur iustitia quantum honestas, d.ca. porro, 35. q.2. & dicit Ioannes de Turcet. in c. primo. §. preterea. cuin quo legit d.c. erit autem lcx honesta. 4. dist. Ideo videtur, quod istud præceptum iuris, honeste vivere, sit excellentius eo, quod dicitur, ius suum vnicuique tribuere.

Secundus angulus turris Bal. continet secundum præceptum iuris, quod est, alterum non laedere, & ideo quod tibi non velles fieri, alteri non feceris: vt in princ. decreti notatur, vbi tex. dicit: Hoc est enim lex Prophetæ. æquissimum exemplum visum est creditore ita agere rem debitoris, vt suam aderet. & vt dicit Hierony. ad Celantiam, & allegat Guillel. Rouille in suo compendio iustitiae libr. 1. c. 13. q. in finit. sunt partes iustitiae, quas omnes vñā brevis sententia comprehendit, videlicet: Omnia quæcumque vultus ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Facit tex. in c. ponderer, 50 distin. & habetur Tobie 4. & in cap. licet. 45. dist. & in c. dilecti. de maiestate & obediētia, ideo, ut ibi dicit ipse le Roüille, Beatus est, qui potest dicere eū beato Iob: Nulli nocui hominum, iuste vixi cum omnibus. Purissima enim conscientia cancre cū Psal. 110. Pcrambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus mea. Et, ut dicit Pyrrhus, post sua commentaria consuetudinum Aurelianensem. Ex hoc præcepto pendent leges & prophetarū vaticinia: cūm Origenis iudicio, Deus ipse nihil sit, nisi viuens iustitia. Hæc autem vera germanaque iustitia, quæ nunquam alterum laedit, nunquamque vult laedere, nec ipse per alium, nec paclam, nec clam, neque quoquo pasto, ut ibi Pyrrhus. Ex cuius dictis & supra positis videtur, quod istud præceptum sit excellentius, cum omnes partes sub se comprehendat. Et ut amplè probat Plato in suo Dialogo de Rhetorica: Maximum malorum est inferrere iniuriam, ex quo ergo ex contrario maximum bonum est alterum non laedere.

Tertius angulus turris Bald. continens tertium præceptum iuris, quod est ius suum vnicuique tribuere; & istud debent habere Principes & Prelati in subditiis, & superiores in inferioribus suis, prout dicit idem Bal. in d. proem. Gregorianio in fin. & iustitia ad alterum. Nam sibi ipsi propriè nemo est iustus, & dicitur ad alium. Et licet duo præcepta ante posita videantur excellentiora, tamen videtur, quod non sufficit honeste vivere, & alterum non laedere: sed etiam conuenit alias adiuvare, prout dicit gl. in verbo, ius suum. in §. iuris præcepta. iusti. de iustitia & iur. & in le. iustitia. §. 1. in verbo, cuique, ff. eo. Non enim solum nobis natū sumus, ortuq; nostri partem patria vendicat, partem amici: atque ut placet Stoicis, quæ in terris dignuntur adiuvum hominum omnia creari. Homines autem hominum causa esse generatos, ut

ipsi inter se alij alijs prodesse possent. In hoc naturaliter debemus ducem sequi, & communis utilitas in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendoque, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem, ut dicit Cicero primo Officiorum. Nec sufficit abstineri à malo, nisi fiat quod bona est. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig. &c. non satis. 86. dist. Et de ista par. iustitia dixi in commen- to nostrarum consuetudinum in rub. Des iustices. in gl. 1. Et ex dictis ibi videtur, quod istud præceptum in quo comprehenditur iustitia, sit excellentius alijs, cuin iustitia pro sitibjs, omnibus & Republica: & videtur, quod prima duo præcepta tan- rum pro sint sibi ipsis, ex quaratione maioris vili- tatis tertium dicitur esse excellentius.

T rigesima sc̄ptima confide. Ed, quia ut habe- tir Sap. 11. Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi Dens. Ideo videndum est primò de numeris, & quia supra in 10. par. in 49 con- fid. vbi locuri sumus de Arithmetica, satis dixim' de laude & excellentia numeri, hic solum restat videre, quis numerorum sit excellentior & perfe- cior. Textus in processione sexti decretalium dicit, quod numerus senarius est perfectus. & ibi gl. qua ad hoc allegat c. vnicum. 35. q. 4. Et dicit d. gl. quod secundum Arithmeticos sunt quatuor genera- tiones numerorum.

Prima, quæ incipit ab uno, & durat usque ad centum, & dicitur ista numerorum monadicorum, à monos quod est unum, ut dicit tex. in c. placuit 2. 17. q. 1. quia incipit ab uno.

Secunda dicitur decadicorum, à decade, quod est decem, & durat usque ad centum.

Tertia dicitur centodicorum, & incipit à cen- rum, & durat usque ad mille.

Quarta vero millericorum, à mille incipiens, & durans usque in infinitum.

Et ex his quatuor generibus numerorum est perire alios perfectos, paucos tamen, alios inter perfectos. Ex imperfectis est preterire alios ducentos, alios abundantes. Numerus perfectus est, q. 1. est stat vel resulat præcisè ex omnibus suis partibus aliquoties simul aggregatis. Ut ut dicit gl. Est ergo sciendum, quæ sunt partes aliquotæ: & dicuntur, quæ aliquoties sumpta de per se redditum sumum rotum præcisè, id est, non plus, nec minus, ut in numero senario, qui est primus numerus perfectus, & solus inter monadicos perfectus. Nā sex vicibus unum sumendo & aggregando sex sunt, ter duo tex faciunt, bis tria sex sunt, & abinde non sunt partes aliquotæ: quia quatuor aliquoties sumpta saceret octo vel plus.

Ex his infert, quod omnes partes aliquotæ sunt hæc, vnum, duo, tria. Sed vnum, duo, tria faciunt sex, ergo senarius numerus est perfectus secundum definitionem numeri perfecti, quæ est Ioannis Andreae in predicto loco.

Exempli-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

333

Exemplificat id est ibi, & in genere decadicotū, in quo, ut dicit, est aliud numerus perfectus & solus, scilicet, 28. tolle partes, scilicet, diuidiam & circa le. nonen. & portionis. ff. de verb. sign. quia ultra diuidiam nō esset reperire aliquotas. Nam 14. est pars aliquota, quia bis sumptum facit. 28. 13. 12. 11. 10. 9. 8. non sunt partes aliquota de 28. quia aliquotiens sumptae non inserunt præcisē suum totum, sed plus vel minus. Nam 13. bis sumptum facit 26. ter sumptum facit 39. & sic plus vel minus, & sic de singulis. 7. verò est pars aliquota, quia quater sumpta inserit suum totum, scilicet, 28. 6. & 5. non sunt partes aliquota. 4. verò est pars aliqua, quia septies sumptum inserit suum totum. Tria non est pars aliqua, sed duo & unum sunt bene partes aliquota, quia 14. vicibus duo sumptui facit 28. & 28. vicibus unum facit 28.

Ex predictis etiam inserit idem Joan. And. quod omnes partes aliquota de 28. sunt 14. 7. 4. 2. 1. quia ex his aliquotis simul aggregatis restat præcisē totum, ergo secundum divisionem predictam 28. est numerus perfectus, & ita de alijs numeris perfectis dicendum est: Hec ille vbi sunt.

Pythagoras dicit in numeris maximam esse vni, in consequentia omnia, syderum ambitus, & animalium productiones, duo item fecisse principia, definitam unitatem alterum appellante, & aliquantum indefinitam dualitatem, sed illam bonorum, hanc malorum exordium & causam esse dicebat. Unitatis siquidem natura insita circumferentia temperiem, animis virtutem, fani- tatem corporibus, dominibus & ciuitatibus pacem, & animorum gignit conspiratum, hoc est, vnanimitatem & tranquillitatem. At dualitas diuersa omnia, aeri hincem contribuit, animis mali- tia, & crudeliter corporibus, ciuitatibus seditiones, & dominibus infidias, inducere: haec ait Celsus lib. 12. antiquarum lectionum. cap. 7. Vbi dicit, quod omne malum ex disparili inoritur voluntate. Addo de vnanimitate, quod dicit Cicero lib. 2. Offic. magnas utilitates adipiscimur coniuratione hominum atque consensu. Hinc ex consequentibus numeris parum quidem demonstravit indignum ac deficientem, atque imperfectum, imparum verò plenum ac perfectum. Etenim parum mixtus vim suam seruat perpetuo, con- duuplicatus verò eundem gignit: Ita ut foecundus sit, habeatque principij vim, divisionis ipsé nescius, unitate semper in eodem redundantem: Par verò imparum nunquam producit, neque est indiuisibilis. Et ideo Homerius unitatis naturam in boni quidem portione constituit, in malo verò dualitatem, & superioris imparia semper constituit, vulga- tri procerbio vtrum, quo etiam usus est Poëta in Georgicis, vbi sic ait:

Numerus Deus impar gaudet.  
Inferis verò paria.

Carolus Bouillus in quadam Epistola ad domi- num Ioannem Ganarium quarebat, quare est, q̄ Arithmetici parem numerum in feminam, im- parem verò in masculum figurant: & adducit qua- tuor rationes, ex quib. dicit imparum numerum praestantiorē esse.

Prima, quia quod vicinus & similius est suo principio, id præclarius est: eo, quod suo fonti dis- similius, aut ab eodem semotius. Atqui imparum merus similius, viciniusque est monadū omnium numerorum fonti, quandoquidem à monade in parium inchoare series dicitur. Par verò numerus adiunctus est, disclususque à monade, primatum habens in dyade. Est itaque impar parte praestantior, meritò ut masculus & forma, par verò ut femina & materia.

Secunda ratio, quod magis vnum est, illi pre- stat quod est minus vnum. Impar autem numerus ex numero pare magis vnum. Nempe monas imparum Princeps est, maximè vna, & ex toto inseparabilis. Omnis verò alius impar æquas par- tiones respicit, quæ ramen cunctis parib. accōmu- dantur. Est itaque impar (vnde magis vnum) pare praestans.

Alia & tertia ratio, omne medium extremitis probatur nobilis. Impar autem parum est medium. Par vero imparis extrellum. Ratio quippe medi, ratio est vnitatis, at extreimi nomen qualitatise est nomen. In cunctis enim ordinibus deprehendimus vnicum esse medium, extrema verò duo aut plura medium ipsum vallantia, & circa illud collocata præcellit. Igitur impar pa- rem, sicut & monas dyadem, & medietas extre- mitatem.

Quarta ratio, imparitatem vocat monadē, pa- ritatem verò dixeris est dyadem, liquet imparita- tem in tantum præstare paritati, quantum dyas superatur à monade. Sicur enim præstat medium esse per se sine extremitate, quam extrema per se sine medio, ita præstantior est simplex imparitas sine paritate, quam simplex paritas sine imparitate. Est autē monas per se, ut medium sine extremitate, sive, ut medietas & imparitas sine extremitate ar- que paritate: dyas verò est ut extrellum sine me- dio, ut paritas & extremitas sine imparitate & medietate. Sicut constat præstare actum esse sine potentia, quam potentiam sine actu, vnum esse sine duobus, quam duo sine uno, sive una sine ma- teria, quam materiam sine forma: virum sine mu- liere, quam mulierem sine viro: intellectum sine seni, quam sensum sine intellectu: perfectum sine imperfetto, quam imperfectum sine perfecto. Et ibi vide quomodo distincti monadē, dyadem, & triadem: & dicit, quod tri. est primus perfectus nu- merus, hoc est, primus, in quo omnis natura relu- cert tam medijs quam extremitate, tam paritatis, quam im- paritatis: sed non est paritas, nec forma, nec mate- ria, sed neutra, ut ibi cōprobatur, sed est totus in- ter-

P pp ger

## D V O D E C I M A P A R S

ger perfectus, tam medij quam extremorum naturam vnicè complectens. Ex his infert quicquid in numeris est, trinum est. Nam aut imparitas, aut paritas aut neutrum, quod est ex ambabus totum, sive monas, dyas, trias. Quicquid enim est post triadem priorum est resumptio numerorum, quemadmodum nihil etiam Philosophi in reb<sup>o</sup> nouere preter tria, auctum, potentiam, totum, formam, materiam, totum. Sed cum auctus antepotentiam persequetur infocundus, & potentia pariter, primi quam illi commiscentur auctus, nullipara sterilisq; esse dignoscatur. Liquet primū partum oriri ex amborum copula, hoc est ex triade, q; monadis ad dyadis est vinculum. Cum itaque quater nitas sit primus post triadem numerus, manifestū est his tribus monade, dyade, ac triade, solans sup substantiam dignitatem esse merienda: quaternitate vero primum Dei partum primū crea turam haud incongruē nobis patefcere. In mona de primus auctus inesse procedit. In dyade potentia inesse stabilitur. In triade vero fit amborum congressio. In tetrade porro, & omni deinceps numero cunctis eorum partus ac fœtus liquido designantur.

At idem Bouillus in Epistola sequente instat p; numero pare. Primo sic. Is numerus potior est, q; & origine antiquior, sed numerus par est huiusmodi.

Secundū sic instat & obiecit contra predicta. Aequalitas est in aequalitate præstator, par autem numerus aequalitate, impar vero in aequalitate difinitur, igitur.

Tertiū sic opponit. Socialitas præstantior est soliditudine paritatis autem socialitas quedam est, & parium aequalium vñtarum mutua præstatio, quod accedit in dyadā, imparitas vero quedam est solidudo, quam socialis amor à cunctis reb. expellit. igitur.

Et ad predictas tres instantias idem ibi Inculentissimè & philosophicè responderet, & in fine concludit, quod impar numerus est præstantior pare.

Etfacit, quia in c. nuptiæ. 32. q. 1. dicit tex. quod impar numerus est mundus, par vero immundus. Cælius lib. 12. c. 9. in prin. ultra dicit, Monadē numerorum est patrem, Dyada vero matrem. Fin de inter numeros præstare, qui Monadi præcipue assilientur. Ex supra descriptis iam potest sciri, quomodo laudandus sit numerus ternarius. de quo amplius infra codem.

De laude vero quaternarij numeri ponit idem Cælius eo. lib. 12. c. 9. de quo in c. non debet extra de confang. & asfin. vbi dicitur, quod prohibitione coniugij corporalis, seu copulae coniugalis, quartum contanguinitatis & affinitatis gradum nō excedit, cui prohibitioni dictus numerus quaternarius bene congruit, quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis, vt

ibi. & in cap. in quadam. in fin. de celebrat. mis. & in cap. 1. 15. distinet. Et sicut annus per quatuor vol uitur tempora, sic & quaternum solenne agimus ieiunium per quatuor anni tempora, vi in c. 2. 72. dist. Accursi. in gl. 2. in l. hæreditatum. ff. ad le. Fale. Ponit tantum quatuor ætates hominis, s. puber- tatem, adolescentiam, iuuenitatem, & senectutem seu senium.

De laude vero quinarij, vide per eundem Cælium vbi supra. cap. 10.

De senario vero dixi hic ante aliquid, & in glo. in proce. sexti, in verbo, perfectus. Eum extollit: ex eo, q; a sex sunt hominiæ ætates, & sex mūdi genera- tiones. ut patet in d. gl. & de isto numero Cælius lo- quitur in d. lib. 12. c. 11.

De septenario, & eius potestate, quia est multi- plex, idem Cælius ibi. c. 12. & lib. 2. c. 56 & gl. in ver- bo, senarium. in d. proce. mīo. lxx. que dicit eum esse perfectum, allegans ad hoc glo. 1. in fin. in sum- ma. de pœni. dist. 1. Sed quod intelligitur ibi per- fectus: hoc est, multis similibus approbatis in quantitate numeri, prout ponit multa exempla ad hoc gl. 1. in c. de celeb. mis. Primo, septem sunt horæ, quibus laudare debet dominum Deum nostrum presbyter. vnde Psal. 118. Septes in die laudem di- xi tibi. & iste septenarius numerus ob hoc sacratus dicitur, vt in ea. presbyter. 91. dist. Secundū, septem sunt dona Spiritus sancti. Tertiū, septem peti- tiones in oratione dominica. Quartū, septem psal. pœnit. Quintū, septem Diaconi, sicut septem cæ- delabra. & sextū, ibi glo. ponit, quod sepm̄ sunt dies seculi, & septem ætates, quibus completis, fi- niuntur mundus.

De isto numero vide per Beroaldum lib. de se- pent Sapientum sententijs in initio & G. Bened. in sua repe. c. Rayn. in verbo, & siboles quam ge- stauerit nū. 23. de testam. Et ample de eius laude & excellentijs scripsit Nicolaus Parvus Bellofancensis in suo septenario. vbi sunt trecentri versus & ultra de materia, ideo vidcas illum, & idem Cælius lib. 11. cap. 36. post Senecam ait, quod septinus quisque annus ætati signum imprimit. Et in xra- istum numerum septenarii istud opus coniinet 700. consid.

De octonario numero idem Cælius lib. 12. cap. 13.

De nonario vero habetur per eundem Cælium cod. lib. cap. 8. de quo dixi supra in 3. par. in so- consid.

Denumero denario seu decennario, & eius po- testate habetur per eundem Cælium cod. libr. 12. cap. 4.

De laude autem numeri duodenarij habetur per scribentes, super Psal. 108. qui incipit: Deus lau- de meam ne raeneris. in versic. Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter, id est, A- postolatum, qui erat in numero duodenario.

Sunt etiam 12. Artic. Fidei, & duodecim tribus Israël,

Israël, secundum filios Iacob. de isto numero vide quæ dixi supra in 3. part. in 29. confid. vbi posui in quibus figuratus suis numerus duodenarius Apostolorum. hie non reperio.

Et dednodicim numeris vide in tractatu, quæ sevit Carolus Bouillus de eisdem.

De laude vero numeri ternarij (quoniam omnino trinum perfectum) & numerus ternarius est perfectus, teste Aristo. i. de cœlo & mundo, qui est supra alios laudandus ex 82. astibus, quos dicuntur loan. Ludouicus Vialdus per ternarium numerum in suo tracta. de laudibus trium lilio-ium Franciæ, quæstio. 2. quos hic non transpor- to. dealiquibus dixi supra in 5. par. in 31. consideratione.

Sed ultra illos adde, quod tres sunt gradus de- monii, rationalis, naturalis, naturæ Deorum, sed Deorum est excellentior, vrait Cælius lib. i. suarū iniquarum lectionum c. 14.

Tria sunt precepta iutis, quæ supra posui hac ea- tem par. in 36. confid.

Tres sunt modi cognoscendi vires perfici, & aequibus peruenit ad notitiam rerum. de qui- bus etiam haec eadem par. in 23. confid.

Tres vitæ esse dicimus, actiuanæ, contemplati- unæ, & medianæ. eadem par. in 33. confid.

Tres sunt factæ mundi. eadem part. considera- 20.

Tres sunt modi regendi. haec eadem pat. considera- 25.

Tres Psalmi, & totidem lectiones dicuntur in hebdomada Paschæ, & Pentecostes cap. in die de consecr. diff. 5. Et inter alios Cælius cod. lib. 12. ca- p. 30 quenos de nume. ternario, dicit, quod Philo- sophi Pythagorici voluerūt in primis Trinitatem mensuram omnium rerum esse, ea ratione, (yt credidit) quoniam summus omnium rerum opifex ternario numero vniuersa dispensat, imò etiam res ipsa numero eodem terminari dignoscuntur, ad quod respiciens Poëta iam supra alleg. Numen, inquit, Deus impare gaudent. siquidem ineffa- bili illud agens creare primò singula, rapit mox, ac denique perficit. Singula quoque in primis ab illo perenni sonore efflent, dum nascuntur: deinde in eundem refluent, dum originem mox suam reperunt. Postremo perficiuntur, vbi in suum re- dierint principium. Id ipsum varicinatus Orpheus, Iouem principium, medium & finem vocauit. vniuersi principium, vt producit, mediū, vt pro- ducta retrahit ad scipsum, finem, vt redeuicta per- ficit, sed in conuersione hac trinitas obseruatur mira: quando in ea Mercurius primum obtinet gradum, animos per rationem ad sublimia reuocans. Secundum Venus per visum ad superna pro- licens. Postremum Phœbus id ipsum efficiens per auditem. & Mercurius quidem ad ipsum præci- pue prolectat bonum. ad intellectum Venus, in quo radians pernoscitur pulchritudo prima. Ad

animam vero prouocat Apollo, cuius est harmo- nia peculiaris. Hinc Regem illum vniuersorum bonum, pulchrum, iustum, quod sapientia Plato- ne significatur, possumus nuncupare. bonum, in- quam, dum creationem obit, vbi allicit pulchritud. At iustum, quatenus pro cuiusque metnis perfec- tionem elargitur Pythagoricos item Plutarchus scribit unitatem iolitos Apollinem nuncupare. Diada vero item & audaciam. Triada autem inti- stitia. Cum enim iniuria illatio aut propessio per defecatum obueniat, aut excessum, inseritur ijs iu- stum ad aequalitatem trahens. Sed illud multo grauius, Principem Deum tribus colli. Adoratio- ne, Thurius sacrificio, & hymnis. Et id utique ter ex totidem Hemisphaerij punctis, mane, vice, me- ridie. Proinde legib. sancti notum est ortum ab adorantibus speculum, quod est Pythagoricis obseruatum, nec spreuuit Christiana Religio, vrsu- pra ista par. dixi in 13. confid. in qua de quatuor par- tibus terra sit mentio.

Trimegistus ad meridiem conuertus ad ipsum obibat. Moyes, Iudaïque ad occidua. Ratio in- de promi potest, quod ab oriente motus est diutius. At Planetæ, quos esse doctrina Ptolemai sta- tuit velut cœlestium signorum animas ab occasu vertiginis sumunt initia. Sed viuificum lumen à meridie per circuli reddit obliquitatem. Adoratio reuerentia enītum exhibet, Thus suauissimæ co- gnitionis diuina distributionem complectit, Hymnum suauitas celorum refert concētum, vt Pythagoric sentiunt. Nec tacuit Mercurius, vel substantiatum harmoniam separatarum in laude intellectuali, vt Peripatetici. Et inter haec tria de adorationis præstamia scribit idem Cælius lib. 4. c. 25. vbi religiosissimè cam commendat. Cum vero quæ piam adnotata contiperi de supplicium moribus, hic transponere curauit. Cælius enim lib. antiquarum lectionum 8 c. 39. in fin. de ijsait: Ad supplicantum ritum spectant, quæ in Graecorum commentarijs obseruata nobis sunt: Veteribus inquieti, diu receptissimi sunt moris, vt supplicantes caput, dextram, genua cuius se ingererent supplices contingerent. non tamen totum caput: sed mentum modo, vt statuere videtur Homerus, vel barba meditulum, quod probat Euripides. Id vero, quia sit in nobis pars ea principalis, vrin quæ rationalis collogetur potentia, dextra vero quoniam inibi maxima insit ad agendum facul- tas. Genus propter motus, & progressionis ne- cessitatem. Tria vero hac Symbolicè consen- sum, actionem, progressum ad ea quæ pete- rentur præstanta, complecti videntur, & velut anguria finis supplicandi apud Persas, quem o- miro.

Resert Aul. Gellius noct. Atticatum lib. 13. c. 11. quod numerus Coniuarum incipere debet agra- tiarum numero, hoc est, a tribus, & progreedi ad Musarum, id est, ad nouem, vrum paucissimi eis.

## D V O D E C I M A P A R S

uius sunt, non pauciores sunt quam tres, cum plurimi, non plures quam novem.

**T**rigesima octava consid. sit de tribus temporibus, praeterito, felicitate, praesenti & futuro, quod sit excellentius. Nam, ut dicit gl. in proem. institutionum. §. i. in glo. prouidentia. triplex est hominis status. Memoria praeteritorum, scientia praesentium, & prouidentia futurorum. Vnde Seneca lib. de formula honesta vita ait: Si prudens est animus, tribus dispensari debet temporibus, praesentia ordinando, futura prouidendo, & praeterita recordando. Nam qui nihil de praeterito cogitat, perdet vitam: qui nil de futuro premeditatur, in omnia incautus incidit. Ideo in animo nostro futura mala & bona proponi dicuntur, ut illa sustinere possimus, & ista moderare. A praeterito vero nulla est potentia, cum factum non potest esse factum. I. in bello. §. facta. ff. de capti. & postli. reuer. Et hoc folo priuatur Deus, quia non potest facere praeterita non fuisse, glo. in verbo, restitui. In l. vnic. C. de rapto virgi. vbi refert dictum Augustini, ita dicentes. Sed corrupte allegat: quia est dictum Hicron. secundum textum quem allegarad hoc in cap. si Paulus. 32. q. 5. vbi dicit: Audacter dicam, cum omnia posuit Deus, suscitare virginem non potest postruinam. & ita dicit tex. in d. l. vnic. Cum virginitas vel castitas corrupta restitu non potest. De praesenti autem non habemus nisi Nunc (ut dicunt Philosophi.) Ideo videtur, quod futurum sit excellentius, quoad viuentes. Sed cum nihil sit incertus eo. Cum nihil sit incertus hora mortis, l. ff. de cōdī. & demon. & etiam scribitur Marth. 24. Mar. 13. & Luc. 12. Dico igitur vobis, vigilate: quia nescitis dicim neque horam, Imo futura sunt incerta apud hominem. leg. sed & si restituatur. §. ff. ff. de indicj. Faciunt que scribuntur Ecclesi. 8. 9. & 10. Ideo videretur non esse confundandum, nec ita extollendum sicut praesens vel praeteritum, quod est certum. I. quia praesens. ff. fieri pet. Et dicit text. in cap. si quis autem. de poen. distinct. 7. Tene certum, & dimittite incertum. Et pro incerto à certis recedendum non est. fin. 30. quæst. 5. l. continuus. §. si pater. in fin. ff. ad Trebelianum. leg. adoptiuus. §. contra. in fine. ff. derit nupiari. Et in incerto locus est coniecturis. ca. ad audiencem extra de homicidio. l. cōtinuus. §. 1. ff. de verborum obligat. Et inter omnia, quæ sunt de praesenti, ideo excedere videtur omnes res huius mundi. Sed illud tempus praesens labiorum impendendum est, & ad bonum, iuxta illud Paulus ad Galat. 6. Dum tempus habemus operemur bonum.

Dicit tamen Lue. de Pen. in le. i. C. de Agricolis & censitis lib. ii. quod inter cætera memoria gestarum rerum perutilis est, multitudinem enim scientiarum desiderat, qui scit praeterita. Sap. 7. Et in alijs negotijs, ingenio exercentur, in primis magno viu est memoria gestarum rerum, ut ait Salustius

in prologo Iugurthini. Nec dispar edificatio ostenditur ex memoria virtutum, ut ait Greg. i. Dialogorum. De his vide Senecam in loco ante allegato recitatum per cundem Lucam de Pen. i. l. C. de conditis in publicis horris lib. 10. Ad hacenim tria potissimum vita sapientis est dirigenda. vnde Bernardus:

Per tria tempora se dispensat mens sapientia:

Præteritum, praesens, posteriusq. sequens.

Præteriti recolens quæ sunt ventura video,

Quæ praesentia sunt cum ratione gerit.

Producit enim vitam, quae negligit anteriora,

Spernens ventura, captus ubiq. ruit.

Nam tela prævisa minus ardunt. Si hic specialiter describere vellem omnes excellentias praeteriti temporis, quæ ante facta fuerunt, non sufficerent decem volumina. Sed quoniam omnia redundunt ad finem æternæ beatitudinis, quæ est futuri temporis, cum omnia excellat, ut dicit Petrus venerabilis in suis Epist. ideo nihil est laudabilis. Cū tali tempore, ut habetur Apoc. 21. abstergit Deus omne lacrymæ ab oculis eorum, & mors vrla non erit, neq; lucif., neq; clamor, neq; dolor erit ultra; quæ prima abierunt. Ideo merito preciosissimæ in conspectu Domini mors Sanctorum eius, beatarum animarum doles erunt pro fide, visio Dei claræ, quoniam secundum loan. 1. Epistola 5. videbimus cum sicut est. De qua excellenter gloria visionis Dei, dixi supra hac parte in 2. consid. Prospere rectio, quoniam, ut habetur Sap. 3. tunc pesillorum immortalitate plena est, pro imperfetta dilectione Dei, & proximi inerit feruentissima. De quo Sap. 3. Ecce cōputati sunt inter filios Dei. Dores vero beatorum corporum erunt quatuor, de quibus Apost. 1. ad Cor. 15. quæ non poruerunt esse tempore praeterito, nec possunt cōscie de praesenti. Quoniam ut habetur Esa. 64. & 1. ad Cor. 2. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentib. se. Hinc Plato in Phœdon multi de excellentia beatitudiniis futuræ, querit in patria celesti, & Aristoteles, quos recitat Campigius in tract. de vita super celesti, vbi amplè vide de beatorum & celestis patriæ gloria & beatitudine.

**T**rigesima nona consid. erit de canis, cum habemus plures annos, ut dixi in commentariis nostris super confutatinib. ducat. Burgum. §. 8. in gl. dedans lan. tit. Desiunctio. de quib. ibi de: quia non transporto. Licet ibi fiat mentio de anno felice, de quo habetur in l. vnic. C. de oblatione votorum li. 12. & dicitur annus fertilis & abundans, quo anno debent fieri dona & oblationes Principis.

Alius est annus magnus, de quo habetur in historia scholastica in c. coepit Noe, in fine.

Alius est annus lubilatus, de quo habetur pce Anton. Florenti. in 1. part. sive sum. titu. 10. c. 3. §. ff. vbi de eo. Et iste videtur excellenter propter eius utilitatis.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

335

Ytilitates. de quibus ibi, & per Ioan. de Tnt recre. in c. qnis aliquando. §. item in Leuitico. de pœnit. distin. i.

Sed videtur, quod annus Natuitatis Christi sit excellentior, qui sit transactus vsq; nunc ab initio mundi. Cum dicatur annus gratiae.

Est & alius annus magnus & maximus, de quo Censorinus in libello suo de die Natali capit. 15. item est & annus vertens, ut per eundem ibi, cap. decimo sexto, & in cap. sequenti sit mentio de anni Romanis.

Sunt & alii anni, de quibus per Luc. de Penn. in Iiue ex prætoriano. in secunda colum. C. de executoribus & exactoribus lib. 12. vbi dicit, quod est annus naturalis, de quo dixi in dictis commentariis.

Visualis, qui est à Ianuario vsq; ad sequentem Ianuarium, & hoc apud Latinos. Eò, quia Ianuarius dicitur à ianua anni ca. ieiunium. 2. 77. dist. vt dicit idem Lue. de Penna. in l. placuit. C. de collatio. fundorum patrimonialium li. 11. & dicam in consil. seq.

Legitimus est ab Aprili vsq; ad aliud Aprilium, secundū lunationes, & hoc apud Hebræos & Graecos dicitur c. ieiunium.

Ceremonialis, est de Festo ad Festum, & hoc a. p. omnes Gentes. de confœratio. distin. 3. ca. 1. & ind. ex prætoriano. Idem Lucas ponit quomodo Annum à diuersis diuersam sumit inceptionem. & licet Christiani ab incarnatione Christi computent annos Christi, ut patet in text. ca. 1. in princip. 23. dist. & ipsa computatio ita est fienda, uno. Atchidia. in ca. 1. in prin. de religiosis dominis libr. 6. Tam in aliquibus regionibus à natuitate computantur, ut in Romana curia, ut in decisione Rota. decisio. 50. in nouis. Sed non. perpetuo, quod secundum cursum Francia & Anglia, annus incarnationis non incipit post annum Natuitatis, sicut secundum cursum Romanæ curiae: sed post Annū resurrectionis Christi. & hoc volunt dicere Decisio dominorum de Rota. numer. 28. innouis. Et de Annorū calculatione, diuersitate & diuisione optimè tractat Philippus Bergonius, in supplemento chronicarunt lib. 8. & qui pri mi constituerunt rannum, & quod alij alium habent, & quis innenerit hunc annum quo vitium, an menes. de his vide Polydorum de inuentori bus terum lib. 2. c. 4.

**Q**uadragesima consideratio erit de quatuor temporibus anni, scilicet, vere, æstate, autumno, & hyeme, & quod istorum præcellat. Primo. in l. i. §. æstatem. in verbo. autunnali. ff. de aqua quotidiana & astuta. dicit qd; quatuor sunt annæ tempora. Hye ms quæ incipit medio Novembri, & durat tribus Mensibus. Finiit hyeme incipit ver, & durat tantudem, simili computatione habita. Postea qd; qui similiter computatur. Postea autumnus. Et vltra dictam gloss. sed hogeneta-

lius, dicit secundum textum. ibi, quod, quandoq; annus dicitur habere duo tempora, scilicet, hyemem & æstatem. & durat quodlibet tempus feni mensibus. Et incipit æstas ab æquinoctio vernali, & finitur æquinoctio autunnali, & hyems alij se nis mensibus, & facit etiam text. in l. i. §. astas. ff. ne quid in flumine publico. Vbi etiam l. in verbo, referrut. Idem refert, sed vltra addit, quod æquinoctium autunnale est in nocte sancti Matthœi, & sic decimo die, exente Septembri. Sed vernalē decimo die, exente Martio. Et, vt ibidem dicitur æquinoctium vocatur, quia dies, & noctes coæquantur, quod bis in anno contingit, scilicet, in autumno, & vere. Et quando incipiunt hæ quatuor partes anni, versibus sequentib; videri potest:

*Dat Clemens hyemem, dat Petrus verat hædratus,  
Æstas Vribans, autunnat Bartolomæus.*

Cælius libr. antiquarum lectionum 16. c. 37. dicit, Ut esse temperatum & saluberrimum. Sed Autumnus acutissimos morbos & exitiosissimos, quantum in ipsam net temporis vim & naturam agitur, importat. Siquidem ver maximè temperatum, modicatumq; est. Per autumnum verò primùm quidem eadem die modo strigis, modo æstas antepollit. Tum autem in sequitur æstatem, in qua plerunque succi torrentur, interdum vires debiles extiterunt. Portò, non ob id solum noxiis autumnis censem, verum etiam, ꝑ ante euocati ad eum, reflatiq; succi per autumnum ab aëris circumcurrentis frigiditate, in profundum subintrant cogunturq;. Sed hac cunctis hominibus indifferenter eueniunt. At ijs, qui non recte vivunt, neq; cupiditatum dulces insidias, reliquasq; omnes exunt passiones, cens Corollarium. obuenit ex fructib. detrimentum, quorū proludio hæ sitandoru in pellecti, quibusq; large ingestis, malis succis implentur. Cæterum, cun cunctis serè censem, autumnus, tabidistamen officit potissimum. Hoc Hippocratis corroboratur sententia. Autumnus, inquit, tabidis malus est. Quod ideo putatur dictum, quoniam hoc morbo affecti impropterum nudumq; præsidij naturalibus, id est, carnium inuolucro exutum, obtinentes corpus, assidue iniquitate aëris offenduntur. Nam & tabidis spiritus vitalis, viresq; naturales debiles sunt. Verum tam, hoc Hippocratis loco, ambigut periores, an tabesceres eos modò intellexerit, quos tabes prehensos pulmonis exulceratio infestet, an omnes viri q; ab lumpis, seu languidos & grotos & inalè se habentes.

Autumnū tamē dicitur Feflus, quod tum maximè cunctis fructibus, hominum opes augescunt. Vnde Claudianus in Proserpinæ raptu:

*Hic tibi sacra datur fortunatumq; tenetis.*

*Autumnū, & fulvis semper ditabre pomis.*

Etiā excellentia illarum quatuor partium an nō considerari potest, ex æquipartitione & conuenientia, quæ sit de his ad quatuor elemēta. de qui-

bus in

## D V O D E C I M A P A R S

bus in hac par. supra in 12. confid. Quoniam ver est pars calida, & humida, & conuenit cum elemen to aëris, & cum humore seu complexione sanguinis, & sole ingrediente arietem incipit vcr.

Aestas vero, est calida & secca, & conuenit cum elemento ignis, & cum humore seu complexione cholera, & sole ingrediente canerum aestas incipit.

Autumnus est frigidus & secus, & habet conuenientiam eū elemēto terrae, & cum complexione Melancholia, & incipit quando sol ingreditur libram.

Hycems vero, est frigida & humida, & conuenit cum elemento aquæ, & cum complexione seu humore phlegmatico, & est sole ingrediente capricornum, vt de predictis per Atch. Card. & Dominicum in c. statuimus 76. dist.

Ideo ex predictis cum aëre sit nobile elemētum & excellens, etiam complexio sanguinis sit nobilior, vt dixi in hac parte 65. confid. Ideo videatur etiam, q̄ ver est nobilior pars anni, & est in se tempus, temperamento attinens, vt vult Galenus in lib. de complexio, & de predictis quatuor temporibus scribitur in lib. de regimine sanitatis in ultimis versibus. & ibi commentum magistri Arnaldi de Villanova.

**Q**uodragesima prima confid. erit de Mensib. Quis inter duodecim Anni mensis sit primus, seu principalis. Nam, vt primus annus Alexandri Magni dicitur primus annus regni Macedonij, licet eum fuerint plures Reges in Macedonia, sed hoc fuit propter facta nobilia Alexandi; sic etiam primus mensis anni apud Hebreos Martius dici potest, propter exitum eorum de terra Aegypti in illo mensē. Juxta illud quod habetur Exod. 12. Dixit quoque dominus ad Moysēm, Mensis iste vocabitur principium mensium, primus erit in mensibus anni. & ita dicit Nic. de Lyr. Gen. 7. vers. Anno sexagesimo virginitate nostræ, mensis secundo, vbi etiam dicit, quod secundum Rabī Eliezer & sequaces Hebreos, primus anni mensis dicebatur Septembris, ex quo in mense illo, sunt perfectæ arbores in suis fructibus, sicut etiā mundum fuisse creatum in illo mense dicebant: quia in eo principio incepserunt anni & menses. licet Rabī losue & sequaces aliter dicerent. & de hoc haberetur in c. huius obseruantia utilitas. 76. distin. sed, vt dicunt Bal. in vībus fendorum in t. hic finitū lex, deinde consuetudines Regnij incipiunt. §. his. & Andreas Sieulus in rubri. de constitutio. in prima col. in mense Martio, Deus creauit hominem. & dicit Barbatia, quod pro hoc facit tex- rū Gen. 1. ca. ibi. Et protulit herbam viuentem. & Latini secundum antiquam computationem incepibant annum à Martio, vt dicit gl. i. in ea. ordinationes. 75. dist. & glo. i. in verbo. certam diem. in elem. vnica. dereliquis & veneratio. sanctorū. §. licet igitur.

Vnde autem Menses nomina sumptuerunt, scribit Io. Laziardus in suo epitome historiæ vulniversalis lib. 2. cap. 39. & Censorinus in suo libello de die naturali c. 18. vbi etiam ponit mēsium duo esse genera. Nam alij sunt naturales, alij ciuitates. Naturalium autem partim luna esse dicuntur. Secundum solēm sit mensis, dum Sol unumquodque in zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris autem est temporis quoddam spatiū à noua luna. Ciuitates mēsium sunt numeri quidam dierum, quos vnaquaque ciuitas in instituto obseruat. vt nunc Roma à cal. in calen.

Naturales & antiquiores & omnium gentium communis sunt. Ciuitates & posterius instituti, ad vnamquaque pertinent ciuitatem. Qui sunt celestes, seu solis seu Luna, nec praecise inter se pares sunt, nec dies habent totos. Quippe sol in Aquario moratur eiteat vnde 30. In pīce fere triginta. In arietē vnum & trīginta. In geminis prope 32. & sic in ceteris inæquabiliter. Sed vñq; adēcō non totos dies in singulis vt annum siūm, id est, 355. Et portionem nescio quam adhuc Astrologi interplorata in 12. tuos diuidat mēses. Luna autem singulos suos mēses conficit dieb. vnde triginta circiter, & dimidiato. Sed & hoc inter sedis pares, alios longiores, alios breviores.

At ciuitatum mēses, vel magis numero dicrum inter se discrepant: sed dies vñq; habebant totos. Apud Albanos, Martius est sex & trīginta, Maius duodecim. Sextilis hoc est Augustus, duodecim. September sexdecim Tusculanorum. Quintilis, id est, Iulius, dies habet trīginta sex. October 32. idem Octōber apud Aricinos 39. Minime videntur erras, qui ad Lunæ cursum mēses ciuitates accommodantur, vt in Gracia pleraq;, apud quos alterni mētes ad 30. dies sunt facti. Maiores quoque nostri idem sunt & mulari, cum annū dierum 360. habent. sed Iulius Cæsar, cum videret hæc ratione, nec ad lunam mēses, vt oportebat, neque annum ac solēm conuenire, maluit animis corrigeret. Et sic etiam mēses, vel cum verisillibz. foliaribus & si non singuli tamen vñuersi ad annī finem necessario concurrent. Hæc Censorinus vbi supra.

**Q**uodragesima secunda confid. erit de diebus. Vnde de his vide quę dixi in commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundia. in tit. des iusties. §. 8. in glo. in verbo. & ion. Sed, vt ait Censorinus in die natali c. 19. Dierum quidā sunt naturales & alijs ciuitates. Naturalis nempe dies, est tempus ab exortante sole ad solis occasum. Cuius contrarium tempus est nox, ab occasu solis ad ortum. Ciuitatis autem dies vocatur tempus, quod fit vno cœli circumactu, quodies verus & nox continetur. Huiusmodi dies ab Astrologis & ciuitatibus quatuor modis diffinuntur. Babylonij quidē à solis exortu ad exortum eiusdem diem statuetunt. At in Vmbria pleriq; & Arabes à meridi-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

336

meridie ad meridiem. Atheniensis autem ab occasu solis ad occasum. Carterum Romanis vt & in tota Francia obseruatur) à media nocte, ad mediā noctem diem esse existimauerūt, vt in l. more Romano. & ibi notat glo. ff. de seris, vt in e. consuluit h. pen. ff. de officio delegati. vbi dicit tex. quod secundum consuetudines & constitutions legitimas, more Romano, dies à medietate noctis incipit, & in medio noctis desinit subsequentis. In horas 12. diuisum esse diem noctemque in totidem, vulgo nocturni est. In his horis quatuor & viginti quinacuntur, cunctem diem habet natalem. Sed hoc, scilicet, dictam diuisiōnēm dici, credit Censorinus Roma post reperta solaria, obseruatum. Quorum antiquissimum, quod fuerit inuentum difficile est. Alij enim apud cundem Quirini primum statutum dicunt. Alij in Capitolio, non nulli ad eadem Diana in Aventino. Illud tamen factus constat, nullum in foro prius fuisse, quam id ꝑ M. Valerius ex Sicilia aduectum, ad Rostra in columna posuit. Quod cum à climate Sicilia descripsum ad horas Romae non conueniret. L. Philip. censor, aliud iuxta posuit & constituit. Deinde aliquanto post P. Cor. Nasica censor, ex aqua (prout forte vidi ex minutissima arena) fecit horarum, quod & ipsum ex consuet. noscēdiā sole horas, horam exceptum vocari. Horarum tamē nomen, non minus ann. 300. Romae ignoratum esse credibile est. Nam in legibus duodecim tabularum, numquam nominata hora inueniuntur; sed alias & alter, partes diei & noctis nomina sortiebantur, vt ibi Censorinus, & quomodo primitus diuidebantur dies ac noctes tractat Polydorus de inuentoriis rerum lib. 2. c. 6. sed de Horologio vide infra in consideratione seq.

Sed de septem diebus, de quibus habetur Genesis primo, videatur Picus Mirandula in suo Heptaplo, de opere sex dierum, Et omnes serè doctores Theologi, Genesis primo, qui declarant operam illorum sex dierū, & excellentiam vniuersitatis,

Sed, cum ulterius non intendam in sequentiibus multum insistere; cum iam mihi generetur fastidium ex prolixitate huius operis, & propter impedimenta, qua mihi singulis diebus obueniunt. Ideo breuiter concludendo dico, Quod dies Dominicus est inter alios & supraalios venerandus. Tunc, quia mundus eo die sumpsit exordium. Genesis primo. Et in hac, per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit principium, vt dicit tex. in e. quod die dominico. 7. distin. Et quequid à Domino insigne constitutum est, in huic die dignitate sit gestum. vt ibi dicitur: & per Ioan. de Turrcemata, qui etiam fidem quintam laudat. Cum illa die Christus Cœsum ascenderit. vt in e. ieiunium. de consecratio. distin. s. & in corpus suum panem transubstantiat, & seme tipsum comedendum distipulis det, & pedes discipulorum lauit, vt per glo. in e. de-

poenitentibus. de consecratio. distin. 3. Sed quicquid fit, dies dominicus vltalios venerandus.

Hinc est, quod propter resurrectionem Christi, quae est dicta die dominica, ab illo die, usque ad Pentecosten, dicuntur dies Letitiae, & ibi, Ioan. de Turrcemata, in ea. igitur 76. distin. Imo etiam illo die natus est Christus in mundo, vt dicit Anton. Floretinus in 2. par. sue summæt. 9. c. 7. b. 4. Ex quo ibi dicit, illa dies est multū privilegiata.

Illi enim die dominico nihil est agendum, nisi Deo vacandum, nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum Hymnis, & Psalmis, & Cantis spiritualibus dies illa transfigatur, vt dicit tex. in e. ieiunia. de consecratio. distin. 3. Ideo die dominica iubemur ab omni illicito opere abstinere, vt mercatum in eo non fiat, neq; placitum, neque judicium, neque iuramentum praestetur, nisi pro pace, vel alia necessitate. c. 2. extra defter. Nec alia tractari potest nisi pietas hoc suadeat, e. si. cod. tit. secundum Lue de Pen. l. vnica. C. ne opere à collectoribus exigantur. Et ibi ponit, an aliqua opera exerceri possint illo die, & qua. Et Episcopus illo die in ecclesia sua esse debet. c. episcopus. ca. dist. 3. Et ille dies semper profecto est obseruādus, vt habetur in cap. sabbato. de consecrat. distin. 3. ubi dicitur omnem diem dominicum ob reverētiam, resurrectionis domini nostri Iesu Christi esse celebrandum, prout & celebramus. Et cur dominicum diē loco sabbati celebramus, resert Caelius. lib. antiqu. lection. 7. c. 64. & in ea. precedenti, cur Hebraei obseruant diem sabbati.

Illi duo dies, scilicet, Resurrectionis Christi, & Nativitatis domini multum extolluntur, venerantur, & solennizantur ab Ecclesia. Cum in eis cantatur, videlicet in die resurrectionis domini: Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et in die nativitatis, Hodie illuxit nobis dies redemptronis nouæ, reparacionis antiquæ, felicitatis eternæ. Et ob reverētiam scilicet dæctorum dierum, licet penitentiam publicam agentibus in talibus diebus & non alijs diebus carnes comedere, saltem in casu positio in e. admone re. 24. que. 2. vbi est casus de Astulpho, qui vxorem suam occiderat. Etiam dies sancta veneris, in qua passus est Christus, vt dicit Bald. l. i. circa fin. C. de mundinis. allegatus per do. mecum lafo. in l. in illa stipulatione. l. i. col. 4. ff. de verb. oblig. vbi videntur innuere, quod occidens hominem in talidice, puniendus est granissima pena, quam si alio die, quia propter magnam, & feruentiore devotionem Christianitatis talis dies est solennis. vnde quia Clotarius Rex Francie, tali die veneris sancta, occidit Galerum luetoti dominum; ipsius heredes ab omni Francorum regum ditione liberati fuerunt, & eius terra seu signorie possessor, regem se luetoti sine controvēsia nominauerit. hæc Gauuinus in chronicis Francorum.

Itē dicit tex. in l. dies festos. §. l. C. de seris. Quod dies

## D V O D E C I M A P A R S

dies dominicus semper honorabilis est & venerādus. Et facit tex. in d.c.a.1. & vltimo. extra de ferijs. vbi dicir text. quod talis dies cum omni veneratione est obseruandus. & sic patet, quod iure ciui- li & canonico huius diei ampla veneratio est in- ducta.

Cælius lib.8. suarum antiqu. lect. cap.9. resert aliquos dies (secundum superstitiones) scilicet felices, & alios infelices, aliquos esse obseruandos, alios ve- ro minime. idem etiam libro 9. capit.55. dicit, sex- tum Thargelionis diem fuisse Græcis auspiciatis sumum.

Bernardus doctor mellifiuus Burgundus, plura de gestis dic annunciationis beatæ Mariæ Virgi- nis, hoc est, feria 6. his sequentib. versib. exprimit:

Salve festa dies, quæ vulnera nostra coerceret:  
Angelus est missus, & passus in cruce Christus.  
Est Adam factus, & eodem tempore laetus.  
Ob meritum decima cedit Abel fratri ab ense.  
Offerit Melchisedech, Isaac supponitur aris,  
Est decollatus Christi Baptista Ioannes.  
Est Petrus captus, Iacobus ubi Herode peremptus:  
Corpora sanctorum cum Christo multa resurgent.  
Latro dulce tamen, per Christum suscipit Amen.

Ethos verius resert Phil. Bergo, lib.7. sui supple- menti Chronicarum in principio. Illa etiam die, vt dicunt, nonnulli innocentes mortui sunt, Dauid occidit Goliam, & Dauid mortuus est, etiam Moyses, & Helias cum 30. Prophetis occisi sunt, etiam virgo Maria in cœlum assumpta est.

**Q**uodragesimæteria confide. De horis inue- stigat, quæ illarum sit melior & excellentior. In hoc primo aduerte, quod dies naturalis habet 24. horas. Dies vero artificialis habet duodecim, vt ample dixi in commento meo super consuetudinibus ducatus Burgundia titu. des iustices. art. 8. in gl. & iour. & supra in præcedenti confid. in prin. ideo non repeto. Sed pro materia dicit Paul. iuris- con. in l.2. ff. de verb. fig. Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum dici non suprema rum. & vt dicitur glo. magna, est ergo maiordieci pars prima, licet sit minor. est ergo maior pars diei non spacio, sed vsu & utilitate, & laboribus homini- num competentior, vt l.2. in fin. ff. de annuis legati- tis. Nam in ipsis primis horis diei, vel post sonum ingenium acutius est, quando aliquis est recens melius operatur. vt dicit glo in verbo, indefessio. §. sed cum sit in secunda constit. C. & estratio secun- dum Martinum in d. gl. mag. quia difficultius ascen- dit sol manè, quam descendat post meridiem. iux- ta illud: Ardua prima via est: sed ignis facilius as- cendit, cuius natura est ascendere in altum. Sed illa ratio Martini, non est bona, secundum Bart. ibi, Quia sol non mutatur suo circulo plus una vice quam alia. & ideo alia præcedens ratio est vera: quia competentior est laboribus hominum, & vsu uti- lior: quia dum quis surgit mane, non est amplius fessus animo nec corpore. Ideo inanc maiorem

laborem suffert potest, nec ipsum recusare honeste valet. Vnde memoria matutina dici solet, quia firma constansq; sit, ac eorum qua semel apprehenderit, retinetissima. Si quidem syncerius, co- hærentiusq; adglutinatur, quæ profrente se die recipimus, quo iam auctiore subfultat virtus ea, hebetisq;. Testis est Cælius lib. antiqu. lect. 11. c. 8. in prin. & vrait Seneca epistola ad Lucilium. 122. na- turam sequentibus omnia facilia sunt, & expedita & ibi ample de his qui officia lucis noctisque per- uertunt.

Quid autem sit hora duodecima ædificare, & de horarum ratione districit copiose idem Cælius lib. lect. antiqu. 7. c. 9.

Astrologi dicunt, quod horarum alia sunt ma- sculinæ, alia autem feminina. Masculina, vt prima, feminina vt secunda, masculina iterum tertia, & quarta feminina. & sic de singulis. Sicq; succedit per ordinem: una, scilicet, masculina, alia feminina vtque ad finem diei & noctis. & quia in omni genere masculus est dignior femina, vt dixi supra in 4. confid. præcedentis partis. ideo dic, quod masculina sunt digniores.

Hic de Horologiorum laude dicendum finiet, quo nihil incedunt, aut admiratione dignius re- periri potuit, & quo non obis, & si occultato sole, per tintinnabulum seu campanam sua, vt videtur, sponte sonans, horæ nobis nunciantur: vnde quantum, vel ad usum vite, vel ad animum excolendum vi- le sit, probè iudicabitur. Pauca ideo aut nihil de eo dicenda sunt, cum apud scriptores non fiat mentio saltem de illo quo virtutum. Licit de solario aliquid tetrigeminus in præcedenti consideratione, quod est locus in quo horæ ad solem conspicuntur, & plurimum sit apud nos in tabulis lapideis aut lignis, aduersis soli per diametrum, hoc est, per linea di metentes & tendentes ad numeros hora- rum, & in medio est virgula, quæ facit umbram secundum ascensum, vel descensum solis, & suppatur hora secundum quod sit umbra solis supra lineam. Primum vero Roma. hoc statuisse dicitur, L. Papirius Cursor ad ad Quirini ante 12. annos, quam cum Pyrrho bellatum est. Nam prius tan- tum ortus & occasus sois nominabantur, post ali- quot annos adiecto metidie. Plenus tamen si- lineat, quis horas primū ordinauerit, aut Horo- logia diucri generis inuenierit: vide Polydorum de inuentorib. rerum lib. 2. c. 5. resert tamen Fran. Patritius lib. 2. de insitu. Recip. titu. 9. quod Anaxi- mander Milesius, Thalctis discipulus, primus ho- rologia inuenisse dicitur.

**Q**uodragesimæquarta confid. erit de potentij animæ sensitiæ, quæ sunt quinq; exteriores: videlicet quinque sensus, puta, Visus, Auditus, Ol- factus, Gustus, & Tactus, quis illotū sit excellētior. Et dicit Lucas de Penna in l. nemo carcerem. de exactoribus tributorum, lib. 10. Sensus est per cor- pus ad animam comineans mentis stimulatio-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

337

Item sensus est rei cuiusq; inuentio. Et sensus ad naturam resertur, & intellectus ad artem.

Et inter istos quinque sensus, Visus est excellenter de cuius excellentia amplè Augu. de trinit. li. ii. & Margarita philosophica lib. 10. tractat. 2. cap. 3. vsque ad 15. Et iste sensus visus est communior, ita quod potest adaptari in attestationibus, ut te neglo. in verb. quæ nouerunt. in ca. testes. 3. quæ. 9. & dicit Ba. post Cy. & Barto. in l. testium in 3. co. C. de testibus, quod nomen visus est generale, pro omni sensu, & est ratio: quia nomine visus continetur dictio quæ inest cuilibet sensui, vt dicit etiam Ant. de But. in c. cum causam. extra de testibus. Vnde potest dici quod visus sit, sicut genus q; representant in qualibet specie sensuum. Et ideo, uidicit Bald. in d.l. testium. in 3. col. ver. secundò quaro, quid sit testis. quod istud nomen visus probat non solum in eo, quod videtur, sed etiam in eo, quod per aliam discretionem sentiuntur, quod tamen dicit esse verum, quando visus & aliussensus est coniunctus, secus si omnino discrevus. Quia deus separatorum nō infertur ad aliud. De hac materia amplissimè per Fel. in c. cum causam. col. 6. in 2. conclusio. extra de testib. Faciunt, quæ dicit Alex. in confi. 43. in 4. vol. Et oculi dicti sunt, quia oculant lumen, vel quod oculant sensum. Inter omnes autem sensus corporis, viciniores sunt unius: Ex quo merito sub sensu visus, omnes sensus corporis intelliguntur atque continentur. Ita tenet Lucas de Pen. in l. si ea cœcitate. C. qui morbo se excusat, lib. 10. & in l. nemo. C. de re militari. lib. 12. & Arch. in ca. nec solo. 32. q. 5. vel secundum Lucam de Pen. in l. infamia. C. de decurio. libr. 10. Oculi dicti sunt, vt eos ciliarum tegmina occulentes, ne incidentis iniurias offensione laedantur. vel oculi dicti sunt: quia occultum lumen habent id est, secretum, vel intus positum. Vnde ait Polycra. de nugis curialium lib. 5. ca. 3. videndi nomen ad appellationem vtriusque naturæ adaptabis. & Hieron. super Ierem. 43. Per omnes sensus ad iudicium animi & intelligentiam perueniuntur, sed magis mente retinetur quod oculus cernitur. Vnde diligentius. Visus reliquos quatuor inspicit sensus, qui etenim clamat, videntur, & palpanda notat, & gaudia aspicit, & odoranda intēdit. & Isidorus c. 1. dicit quod visus dicitur, quia viuacior dictur alij sensibus, ac præstantior siue vberior, & amplius riget inter cetera mentis officia: vicinius est enim cerebro, vnde omnia emanant. Est enim vicinius animæ, vt dictum est secundum Luc. de Pen. in d. infamia. & per eundem in d. l. ea cœcitate. qui dicit. Quod totius corporis humani debilitas est, oculi perdidisse. & idem in d. l. infamia. resert ut predixi, quod in oculis omne mentis iudicium est, vnde anima perturbatio in oculis apparet, vel hilaritas. Hinc est, quod propriæ illud scire dicimus, quod sensu visu accipimus. l. 2. §. item La. beo. ff. de aqua plu. are. & dicit idem Lucas in d.l.

ea cœcitate & Arch. in d. c. nec solo. quod quintuplex est oculus, scilic. corporis, sensualitatis, rationis, diuinitatis contemplationis, & administrationis. De quibus ibi.

Et aduerte, quod propter nimiam feneſtatem quis perdit lumē oculorum, & cœcum efficitur, vt legitur de Iacob. Gene. 48. & legitur idem de quodam Prophetā. Reg. c. 13. & de Iacob. Gen. 27. & de Elia. 1. Reg. cap. 4.

De oculorum mira, & excellentissima constructione, Cælius ornatissime, & copiosissime aperit, lib. suarum antiqua. lect. 2. c. 28. vbi inter alia dicit, quod oculi sunt partes toto corpore preciosissimæ. Hi oculi profecto lucis visu vitam à tenebris, & morte mihi diuīctnere videntur. Nam quam miserum, quanque funestum est, cœcitatibus malum. Cœcum postulare non posse iure consulti statuit, quod insignia magistratus videre, ac reuererine queat. Senatorium tamen ordinem retinere Appij cocci exemplo: ad notum verò magistratum aspirare, omnino prohibeti, vt test text. in l. 1. §. causim. ff. de postulando. Quin etiam, hi arguti nimis quemadmodum animo affecti sumus subinde loquuntur. Nam, vt imago animi vultus est, ita iudices oculi, & propterea à prudentissimis dictum animalium in oculis habitare: Quoniam ardore videntur, quandoque incendi, humescere, prohibere. Hosce duos tantum contribuit diuinaria, quod numerus in speciosum quiddam complecti videatur. Oculum vocat Galenus nunc organum lucidum, nunc solarem animalis particulam, & diuinum quoq; membrum: Et ibi, ex qua substantia sunt oculi, & quod obiectum habeant, & ratio, ut splendor enim facile corrumpatur videndi facultas, & an in oculis propriis insit colot, & an in oculis insit naturalis lux. Item, cur ira succensi non satis vident. Item, quomodo oculus dicatur naturæ speculum, sicut speculum artis nuncupatur oculus. Item, cur mens ex oculotum notitionib. affectionib. sue deprehendatur. Item, quomodo oculi sunt causa peccati. Et in co. l. c. 26. ipse Cælius ponit cut interdū oculi apetiri nequeat.

Desensu verò Auditus pauca reserte nō tædet: cum in membro corporis nobili concipiatur, putata auribus, quarum iudicium ( teste Cælio lectio. antiqua. lib. 2. c. 29. post celebres autores superbissum est & excellens: Quia sonum recipiunt, qui natura in sublime fertur: Ideo summa prouidentia sunt in prominentibus seu superiorib. corporum partibus constitutæ. In his rectus simplexque meatus primum evadit, mox tortuosus. Inde iuxta cerebrum in multa, & tentia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi est. Auerrois primo collect. aurem in osse petroso locaram fecit. Item meatus ille autum anfractu est ortuoso, secundum Auic. ne subita aeris irruptio frigiditate vel caliditate cerebrum oblaedit vel soni excessus neruum quo perficitur auditus conuelleret. Nam

Qq. q.

sonus

## D V O D E C I M A P A R S

sonus omnis harmonia quædam est. Nunc vero ambigiosa obliquitas, illa moramento manifesto temperamentum adiicit. Et ibi an auditus tatum perficiatur ex aere intimo se auribus infundente seu insinuante. Item cur in lateribus aures? Ratio, quippe eur aere duplice, simplex tamen hauriatur sonus. Nam ut in videndi proprietate, nerui optici coniunguntur ne visibilis species delata fiat duplex. Ita & nerui quibus audiendi facultas percipitur in origine concurrunt, & inde formarum audibilium consurgit unio. Item, quod oscitantes aut vehementer spirantes, minus audiant, ratio est: quia sensorijs auditus extreum, partem contingit spiritualem, ac proinde quatitur, moteturque cum eadem ubi agitetur spiritus.

Item, ut inquit Vlpianus iure consultus in l. vulgaris est. in prin. ff. de furt. quod, qui aurem aliquius tetigit, totum cum tetigisse videtur. Nonnulli sentiunt per aures ejici biliosas cerebri redundantias, & indicio esse: colorem inde luteum. Sicut excrementum melancholicum per oculos egreditur, pituitosum & sanguinem per os.

Sensus vero Gustus etiæ exfolli debet, propter membrum à quo procedit, quod est lingua humana que duplice fungitur munere, cōceptus animi annuncianto: & saporum vim præsentiendo: propterea quæca teris disparatur, nec similis est: tum nullus locutionem preflaret articulatam sine lingua. ea namq; conflatur ex l. teris, quarum enunciatio plurium obturbata detruncata, nec intelligibilis præstaretur, ni ad hanc rationem linguam, vt & labra conformasset artificis infinita prouidentia. Hæc Cælius prædicto lib. 2. c. 31. & in ca. seq. de lingue laude præcipua multa scripsit & recentet, paucam tamen referam. Nam humanæ linguae incomparabile donum est, in quo bonitas infinita, inæstimabili munificentia nos, vt legitos filios, est amplexata. Quid enim in tortuosisq; corporis doctibus, & qua pensandum libra est? huius si quidem facultate post mentem, quæ nos ex aquo ferè cum cœlitib. constituit, confitat præcipue illa (vt dicitur à Sophocle est) Regina rerū eloquentia. Sunt qui ingeniosè linguam plectri similem prodidere, chordarum verò dentes, nares cornib. quib. canenti accinuntur. Vnde Ambro. in hexame ro ait: Plectrum loquentis lingua est. Item lingua ipsa carnem habet raram, fungosam, & mollem, vt dicit Aui. Item, & neruorum multitudo, prout etiam voluit Auerrois: & hoc tam ad motu quam ad sensum spectantum, neenō venarum, arteriarumq; quando omnium horum magnitudo numerosa lingua mentum longe videtur excedere: imò arterias maiores in lingua existere, sicut & in cole, docuit Galenus in libello, qui est de motib. liquidis.

Itē, Hęc pars aliud habet munus, autore Laſtatio, & contritos & commolitos dentib. cibos colligit, & cōglobatos vi sua deprimit, ac trāsmittit ad

ventrē. Bruta verò etiā lambendo potu adiuniat.

Item, Idem Laſtantius falli putat, si quis saporis sensum inesse palato arbitrat, Quoniam lingua sit, qua sentientur sapores, nec tamentora. Nam partes eius, quæ sunt ab utroq; latere tenuiores & porem subtilissimis sensib. trahere. Plin. tamē inquit: Saporū est ceteris in prima lingua homini, & in palato, sed & in gustatis lingua vicē est aquilibus palatus. Anud he verò vīam oportet linguam esse potentia humectam, actu autem minimē: iudicio esse, quod quib. nimio plus arefat lingua vel humeat, haud ita saporis valeant percipere. Et humectatio quidem insta interpellat manifestē, quia ipsa primo lingua tactum præstat, quo occupante, nequit extima aduertere. Argumento est, quod qui acris quippiam gustu apprehenderit, mox non valet aliud sentire. Scitur dignū est, quod gustus exactior est ad pernigandū. Tačtu vero ceteris sensibus hebetior ac materialior. Sicut visus subtilitate sensus excedit omnes, postea verò Auditus. Deniq; placet Auicenna ad loquendum videri præstantissimā esse linguam, quæ suos tum longitudinis tum latitudinis commisus habeat, quæque in apice tenuis & acutior, in radice latior. Tritum est, quod Graeci dicunt, oportere esse ociosam linguam, manum verò operariam.

Sensus verò tactus etiam laudabilis est. Cum ex manib. præcipue percipiāt, & manuum laus præcipua in multis consistit, vt dicit Cælius lib. antiquarum lext. 2. vbi sic orditur: *Quis verò eloquentia, vel ingenij claritate maiestatem, quæ ex manibus ad ethomini, dignè valeat exequi? quam apra haec? quamq; ad omnem motum nullo labore facilis? mira est artium numerositas, quam membra huīus adiumento condiscimus, & exercemus. Taceo pingendi, singendi, sculpendi, nobile artificium. Quid illa musicorū cuiuscunq; modi organorum contracratio sciētissima, & maximē duana?* Quid illa substructionū sublimitas, quam elegās, quam seita? Quid vrbium structura in omnibus, vel præstantissima? Quid multiplex agrorum cultus, quo tot tantisq; ad vitam necessariis instruimur? Quid illa indumentorum varietas? Qua ornatus excellētia? lis penetramus in viscera terra. Metallorum inde viuē longè preciosam eruentis. Imo verò, & rerum natura agitur in planum, solo etiam aquatis montibus. Admittuntur maria, repelluntur certis quoq; limib. veluti extra præscriptum proserre pedem vetantur obiectis molibus. Penetramus aquarum ima, natura supellectilem vngiq; nobis vendicantis: totque modis rerum facies mutatur, camporum dominamur laxitati. Supercilia montium & verrucas, quantumvis senticosas nobis obnoxias reddimus, Bestias itē omnes terrestres, aquaticas, aereas. Quicquid ferē mundi vastitas complectitur, manū solertia nostri fit iuris. Quid illa scribendi maiestas, quæ tantarum rerū scientiam nobis comparat, vetustatē propagat, nil finit interic;

intertire: & quod omnia conterit tempus, nostris cogitur manibus succumberc; quid hoc magnificientius, quid æquè mirandum? id esse homini datum, iiii quod ne mortis quidem rapacitas ius nullum habeat? Quid tot tantarumq; legum contextivolumina, quam demum ciuilioris vita præserunt eminentia? Quid dictorum conuentorumq; publicis tabulis comprehensa fides, aduersus ingeniorum prauitatem? Ausim dicere (vt reseram verba Gellij) sciuntis manibus, suis nō inermes modo nos futuros, sed vel brutis infeliciores. Quę enim usum rationis habeat lumen illud diuinum omni ope destitutum? Hic restet mihi secissile videntur, qui rationis ac sapientie ministras esse minus pronunciarūt. Anaxagoras vero ideo sapientissimum videri hominem dixit, quia manib; solet instruetus. Harum multiplex emolumentum, vel tritum Græcis extat prouerbium, dicens, quid enim non efficeret valeant manus? Quid vero artus illa digitorū structura, quodnam ingenium admiranda non satigari? nesciis venustatis inde maius sit specimen, an enolumentorum ampliudoclarior, maximus est in numero decor, maximus & in gradibusae serie. Manuum pōtorū emolumentum duplex, alterū est sensus, alterum vero intentionis. Proinde excoigitavit optimus maximusque rerum perpenſor Deus molissimam palam, quo sensus fieret soletiōr exacterq;. Cutis palma, vt autor est Aucenna, omni alia curc; est temperantior, excepta ea, que in extremitatibus digitorum est, præfertimq; indicis. Vnde Galenus primo de complexionib; ait, Manum interiorem esse complexionis media: inter extremitates omnes: hoc est inter calidum & frigidum, humidum, & siccum, durū & molle: veluti ea sit sensibiliū corporum regula, & planē sensus instrumentum homini animalium sapientissimo. Inde pars ea pīlis caret, ne hirsuties tactus prestantiam lēderet. Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 19. ca. 2. reserens verba & sententiam Aristotelis, dicit, ex quinq; corporis sensib; duos esse cum belluis maxime communes, quodque turpis & improba est voluptas: que ex auditu, visu, odoratuq; procedit: que vero ex gustu, tactuq; est rerum omnium sc̄dissima, cum haec beatarum etiam sint, reliqua hominum tantum.

Sensus vero olsactus seu olfaciendi potestas, videtur minus longe necessaria ab alijs, vt dixit Cælius libro primo antiquarum lectio. ca. 49. Sed de eius laude infra patet, vbi de odoribus seu medicinis suffisionibus dicam in glo. bo. tamen & perplura idem Cælius codem lib. cap. 68. reseret de sensuum commoditate & necessitate: quibus insit sensus, de origine ciudem. & in cap. I. ponit cur tantum sint quinque sensus. & in ca. 52. quomodo homo tantum abutitur sensibus omnibus.

Sensus vero interiores sunt quinque, videlicet sensus communis, imaginativa, estimativa, phanta-

sia, que etiam imaginativa dici solet, & memoria. Horum organa in substantia cerebri subtilissimi secernuntur pelliculis, que primum totum cerebrum trib; distinguit ventriculis: quorum anterior, & medius, quoniam maiotes sunt, rursus bipartituntur. Prima portio ventriculi anterioris, organum est sensus communis, & iste sensus communis est nobilior proprio, quia nobili modo recipit & proprius obiecto, vt dicit sanctus Thomas in scripto super libro Aristotelis de anima. Se cunda vero imaginativa, prima autem ventriculi medij attribuitur estimativa, secundaphantasia, posterior vero ventriculus totus memorativa deputatur. Et, quoniam ista potentia sunt multum necessaria pro arte memoriae, quam multum commendauit Gulielmus Leporeus Burgundus in suo tractatu de arte memoriae, que de illis dicit: hinc aliqua inserere curabo, cum dicitis aliorum circa excellentiam harum potentiarum.

Primo, de potentia Memorativa, quam dicit esse reseruantiam specierum, sive intentionum, non solū à sensu communis receptarum, que excolendo, sicut: o. nnia, augetur, i. inter artifices. in verbo, ingenij, ff. de solutionibus. & vt dicit, Potentia Memorativa se habet ad estimatiā, sicut imaginativa ad sensum communem. Auicenna cerebrum esse principium sentiendi & mouen- di assit, temperatumque causam memoriae af- ferre. Nam ex cerebro crasso prouenit, debilitaturque memoria. Vnde fit, vt Philosophus dicit, Iuuenes & Senes esse malae memoriæ, propter nimium in ipsis augmenti, & deerimenti motum. Sicut enim recordatio motus faciles exigit, sic memoria quiete expostulat, & quiescendo sit sc̄ies. Et magni reser quali in corpore animi locati sint, hoc prouenient ex qualitatibus disproportione, & nimia frigiditate & humiditate: vnde calidi & humidi, facile comprehendunt, sed non diutius seruant, rursus autem siccæ & frigidæ, tardius concipiunt, sed firmiore complectuntur memoria. vt etiam hoc haberit in Margarita philosophica. li. 10. tract. 2. ca. 29. Multa enim. vt dicit idem G. Leporeus sunt qui mentein facilitant, multaque que obtenebrant & confundunt. Nam membrorum compagib; velut organisad operationes excre- das mens vitit, vnde sit, vt corpore male sano animus hebetat & obtundatur. Ingenia nempe aeris qualitatem sequuntur. dixi supra in hac parte, in 16. conside in qua de climatibus, vnde reser Cicero Thebanos ingenio suis pinguiores, sed corpore robustiores. Athenienses vero perspicaciiores & acutiores exitissile. Ideo. quia crassus aer Thebis. Rarior autem & subtilis Athenis erat. Istud aperte probatur in e. quia diversitatem corporum diversitas sepe sequitur animorum, quamvis glossa aliter exponat extra de concessione præbenda: promptior contraria vegetior, & acutior redit, cuius corpus bene compactum est. Quam-

## D V O D E C I M A P A R S

Obrem Thraes ob erassum regionis aërem quem  
ineolunt, obliuiosi, desides, tardi, torpescentes,  
nulliusque memorie censentur esse. Vnde Satyri-  
cus patriam veruecum appellat, eum inquit: Ver-  
uecum in patria crastoq; sub aëre nasci. Quid ta-  
men discriminis habeat memoria à reminiscen-  
tia, ponit ibi, eò, quia memoria est continua con-  
serratio illius, quod semel apprehensum fuit. Re-  
miniscencia verò est eius quod postquam appre-  
hensum est, oblitum fuit, & iterum rememoratum.  
Cælius verò lib. antiquarum lectionum 6. c.  
15. dicit: Memoriam aliud esse, & aliud reminisci-  
entiam. Nam est & in brutis memoria: vnde & pru-  
dentiam quoq; habere in Philosophia primacol-  
ligit Aristoteles. Verùm imperfectam sicut & me-  
moriā in hominib. enim tantū est reminiscen-  
tia. Ea verò est discursus rerum, cum rarione ab  
vniuersalib. ad particularia, & à remotis à sensu, vel  
indepiò ac recensio corum, qua in se memoria  
seruit, memoriarē plerunque vegetanda gratia.  
Sexto naturalium Auicenna scribit, cognoscere  
aliquid siè fuisse quod iam sit abolitū, in homine  
tantum est, & in rationali vi tute. Memorie virtus  
ex quorūdam sententia duplex videtur, facile per-  
cipere, diu retinere, illud ex humecta contingit na-  
tura, hoc ex siccā: vnde enī, ut non nulli facilius  
discant quād percepta custodiāt. Alij verò secus  
vt ad humiditatē vergūt, vel ad siccitudinem, pro-  
pterea Aristoteles, non in eisdem memoria viget  
ac reminiscētia, sed plurimum ingenio tardi me-  
moria valent, dociles autem reminiscētia, eius  
ratio est, vñ inquit sanctus Thomas & dictum est,  
quia diuersa hominum habitudines ad animę o-  
perations ex diuersa proueniunt corporis dis-  
positione. Videamus autem ea quād difficulter ac tardē  
impressionem recipiunt validē, perseveranter  
que eadem custodiāt, vt est lapis. Quād verò nullo  
admirant negotio, non pertinaciter retinere, ve-  
rum tota facilitate remittere, vt cera aut aqua. Et  
quia nū prorsum aliud memoria est quam pere-  
ceptorum retētio cōstans, inde est, quod hebetum  
adminiculatior firmiorque memoria est. Acuto-  
rum verò ac velocium imbecillior ac magis lubri-  
ca. Ceterū in ijsreminiscētia longē præcellēt.  
Galenus post Hippocratem summus artis medice-  
in microtechnz, Cerebrum tenuitatis cōtemp-  
ratae esse memoriarē somitē cauāmīq; præcipuam  
arbitratur: quoniā crassiore parte illa obrepatur ob-  
liuio, qua humectiore item hebetus sensus: sic  
ciore autem evadant liquidiores. Auicenna itēm  
sextō naturalium tradit, quod egregia illis suppe-  
tit memoria, quorum animaē multis non distra-  
hant motibus, nec conuelliunt cogitatio. Quād  
ratio facit, vt pueri quamuis humectioris sint na-  
turā, pertinaciter tamen retineant, quād imbibe-  
rint simul & propter motus vehementiam, vt vol-  
lant diu Thomas. Nā & quād miramur amplius  
memoria adglutinatur, affigunturq;, sicut quād

quadā speciali annotatione notantur magis com-  
mendantur. admirantur autem serè omnia pueri  
vt quibus noua sint ac insolita: & hoc est, quod si-  
gnificat Quintilianus, vbi natura esse nostenacio-  
res ait eorum quād teneris annis imbibimus, iux-  
tadictum Horatij:

*Quosemel est imbutare recens seruabit odorem  
Teſſadu.*

Contra verò in senioribus, redundante humo-  
ris vi, contingit memoriam esse nullam. Sed & ti-  
mentibus excutitur memoria, propter frigiditatem  
humores congelantem, quibus coeuntibus  
concrecentibusq; nulla recipi impressio potest,  
vnde philosophicē ait Virgilius:

*Obſtupuit ſteſſat rūnū, comæ, & vox fauibus haſit.*

Quod autem Aristó, inquit esse memoriam pra-  
teritorum tantum. Quoniam qua adſint, vel fen-  
tire dicamus, vel ſcire adnectendum est, id ad per-  
ceptionem nostram referendum id īderi qua ſen-  
simus prius, vel perceperimus, ſic preſens id ſit ſue  
nō. Etenim recordari poſſumus nō modò eorum  
qua ſiam natura coeſſerint, ſed ſuperfluum quo-  
que. D. Aug. ſcribit modò memoriam eſc animū,  
modo ventrem animi, cuius aula ſit ingens & val-  
de admirabilis: id īnū memorie cauernas nun-  
cupat, nū contra vel etiam ſinus. Hec Cælius d.  
c. 15. & c. 21. eodem lib. 6. ad memoriam item actio  
eſc neceſſaria, cum vt dicit ipſe Guill. Lopereus:  
Quicquid natura, arteq; percipitur, exercitio con-  
ſummat. Nā, vbi ab eſt exercitatio, ibi aut naturalis  
aut artificialis peritia eſſer neceſſe eſt, cum  
totā virtutis laus in ipſa actione conſistat. Et huic  
ſententia applaudet Archadius Iurisconsultus in  
l. munerum. Secundo §. mixta, ibi, & notando &  
disputando, ſe de muniberis & honoribus. & om-  
ne artificis per exercitum ſuſcipit incrementum,  
vt dicit Iurisconsultus in l. legatis ſeu. §. ornati-  
bus. ſe de leg. 3. & ſacit text. in l. milites. C. de re  
milit. lib. 12. de quo exercitio ibi per Lue. de Pen-  
Verūm, de memorie excellentia ſiniamus cum  
Celio in d. cap. 15. in princip. & cap. ſequen. vbi ait  
Memoria neceſſarium maximē vita bonum, &  
thesaurus eloquentia ac tanquam lumē aliquod,  
res eſt omnibus partibus animi, maximē deli-  
cata & fragilis, in quam primum ſenectus incur-  
rit, vt ait Senec. in proœ. ſuatum deelam. ac pluri-  
mum autore Plin. deficere tentat & meditatur  
vel quieto corpore ac valido, ſomno quoque ſer-  
pente computat, vt in anis mens querat vbi ſit lo-  
ci. Imo verò huic adagio occasio data eſt, vñ cum  
qui memoria ſit nulla, ſepulchra legiſſe dicamus,  
vnde Cato apud Ciceronem: Nec ſepulchra le-  
gens vereor, quod ahint, ne perdam memoriam.  
His enim ipſis legendis redeo in memoriam mor-  
tuorum. Est profecto (vt inquit Cælius) huius po-  
tentia natura mirāda. Subito vetusta ex longiore  
interiuſ ſe renocata ingerit ſe atq; exhibet in-  
terim ſpōte, interim id ipſum agentib. nobis ac me-  
ditantib.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

339

tibus, s<sup>e</sup>pē & interquiescentibus. Excidunt quan-  
doque proxima, inhārent affixa, quae verusta sunt.  
Heslerorum obliiti, acta pueritiae in digitos morti-  
nus. Quod requisueris, altius illatebrare se atq;  
recondere animaduertitur, mox aliud agenti redi-  
dit se atque offert. Nec manet semper memoria,  
sed aliquando veluti postliminiō reddit. In quibusdam  
animalibus prope nulla reperitur memoria.  
Ceruari quanuis in fame mandent si respexerit,  
obliuionem cibi surrepere ajunt, digresumq;  
alud quærere. Inter homines vero quibusdam  
tanta, ut nihil non ijsdem verbis reddatur auditū.  
Hanc de s<sup>e</sup>c<sup>i</sup>o ipso catenus florenter excelluisse scribit Seneca, vt non ad vsum modo sufficeret, sed  
in miraculum usque prodiceret. Nam duo millia  
hominum, inquit, recitata, quo ordine erant di-  
starescerebam, ducentos quoque versū ab ultimo  
incipiens recitabam, ut etiam refert Text. in  
sua officina. in cap. memoria clari. vbi scribit 14.  
aut 15. qui memoria claruerunt, & dñobus e. seq.  
enumerat obliuiosos, & qui memoria exciden-  
tium, & alios, qui verba facturi memoria exceden-  
terunt: quos non recito, cum ibi videri pos-  
sint. Quomodo Afranius Poëta sapientiam fili-  
am esteyus & memoriam dixerit, eleganter & ve-  
naciter scribit Aulus Gell. noct. Articarum libr. 13.  
cap. 8.

Quae vero dicta sunt, de memoria naturali in-  
telligamus: verum de arrificiali Alb. de Ros. in suo  
Dictionario, in verbo, Memoria, copiosè disser-  
nit. Quibus omisssis, breuiter recitat quinq; mul-  
tum utilia ad memoriam, quae expertus est in se-  
ipso, ut dixit.

Prīmō, ut fiat diuisio materiæ, quam recitare  
quis voluerit in partes paucas, vel plures secundū  
materiæ prolixitatem, vel breuitatem. Diuisio eti-  
am animum incitat, mentem intelligentis præ-  
parat, & memoriam artificiosè resformat, ut præ-  
tatum est in prestatone huiusc operis.

Secundō, Ad istam diuisiōnem ordinatè pro-  
cedat, ut uno memorato ad aliud subsequens pro-  
cedatur, vnde Philosophus in lib. de Memoria ait:  
quod à locis facile est reminisci, cum velociter ab  
uno loco in alium deueniri possit.

Tertiō, Ut solite adhibeat intentionem, &  
affectum ad ea, quae vult recordari. Quia quanto  
aliiquid in animo potius infigitur, tanto melius re-  
cordatur. Cauendum tamen præcipue, quod cir-  
caea, quae memorari vult seu agere, vel proferre,  
imaginationem, seu phantasiam suam ab alijs re-  
bus amoueat.

Quartum, Est s<sup>e</sup>pē legere, vel recordari eorum,  
e*z* revoluerimus memoriam imprimi. Ideo Philo-  
lophus inquit in dict. lib. quod meditationes me-  
moriam soluent: Quia sicut dicit, Consuetudo  
est altera natura: vnde quod s<sup>e</sup>piissime intelli-  
gimus citò reminiscimur, quasi naturali quo-  
dam ordine. Ideo ait Seneca in libr. de beneficijs

Memoria nil perdit, nisi id, ad quod non s<sup>e</sup>pē re-  
spexit.

Quintum & ultimū est, Qnod de re, de qua vo-  
lūmus recordari seu memorari, faciamus in men-  
te, vel in lib. aliquas similitudines conuenientes  
materiæ, de qua agitur. Sicut faciebant antiqui in  
libris antiquis. Nam vbi tractabatur de iuridictio-  
ne omnium indicum, faciebant imaginem seu  
repräsentationem vnius Prætoris sedentis in tri-  
bunali. Vbi autem agebatur de minorum resti-  
tutione, pingebant imaginem vnius minoris de-  
cepi, qui conquerebatur coram Judice. Vbi ve-  
rò agebatur de manumissionibus ponebant ima-  
ginem domini & serui, qui manumittebatur coram Prætore. Vbi autem agebatur de donationib;  
inter virum & vxorem ponebant imagines vi-  
ri & vxoris, qui inuicem sibi donabant.

Et ita fiebat in libris decreti. De materia Con-  
federationum erat imago Episcopi consecratis va-  
sa sacra, & alia consecranda. In materia de Pœni-  
tentia, erat imago Sacerdotis, & peccatoris confi-  
tentis, & sic de ceteris. Et ita hodie fit in libris Hi-  
storiarum, vbi sūt repräsentationes summorum  
Pontificum, Imperatorum, Consulium, Regum,  
& aliorum, vbi de corūp vita tangit. Sic etiam  
in lib. Aeneidum Virgilij, qui fit cum historijs se-  
cundum materiam subiectam. Sic de Comedijs  
Terentij, & plurib. alijs quos vidi. Et pertalia re-  
cordatur & intelligitur, de qua materia ibi tracta-  
tur.

Secundō, de Portetia sensus cōmunis, qui in ante-  
riori parte cerebri locatur: & est potentia sensiti-  
ua omnium sensuum particularium obiecta ap-  
prehendens. Dicitur autem communis Philolo-  
pho asserente, cō, q̄t od omnes sensus exteriores  
ab eo velut à communi cōtroscatur, sūorūq;  
obiectorum similitudines adeūm reducunt, qui-  
bus meditantibus de singulis iudicat & discernit.  
Huic autem potentia tres actūs attribuuntur, Quo-  
rum primus est cognoscere sensations & sensiblē  
lia orānium sensuum exteriorum, etiam nō præ-  
sentibus obiectis: Ideo communis dicitur. Secun-  
dus est conuenientias & differentias inter obie-  
cta sensuum discernere. Primū enim obiectum  
vnius cognoscit. Secundū, obiectum alterius ap-  
prehendit. Tertiū, actū format continentem  
virtualiter notitias amborum obiectorum, in qui-  
bus conuenientias & doctrinas ponit, ut album  
non est dulce. Tertius est absentias obiectorum  
dijudicare, ut quod visus non videt, auditus non  
audit. Sic de silentio exercitique obiectorum pri-  
uationibus iudicat. A centro huius organi nerui,  
& organa exteriorum protenduntur, & per hosce  
neruos omnī visibiliū species recipit, & facile q̄d-  
em propter organi huiusmodi calorem, diutu-  
autem retinere nō potest. Quapropter facta sensa-  
tione eas per neruorum meat<sup>o</sup> imaginatiū trans-  
mittit,

## D V O D E C I M A P A R S

mittit, cuius operatio est receptas species & imagines reseruare, unde nomen sibi vindicat. Ne autem potentia, quae sequuntur, oculos permaneat, species ab imaginativa ad estimatiuam transfit, ex quibus haec potentia in tentationes non sensatas, quemadmodum ovis ex speciebus lupi color & figura, & alii inimicitiam non sensatam eliciens ipsum fugit secundum Auicennam. Et hoc vel ex naturali instinctu, si forte prius fraudem Lupi experta non est: vel experimento, vt Asinus fovea, qua nuper periclitatus est appropinquans, causum timet & declinat, veluti canis popinam fugiens propter aquam calidam. & vt dixi in principio, ista Potentia videtur esse nobilior alijs: quamuis, ut dictum est, memorativa sit multum admiranda & mirabilis. Et licet alia tres Potentiae non sint ita digniores nec nobiliores, tamen, quod de eis sentiatur secundum mentem Guillielmi Le-porei non præteribo.

Potentia phantastica, vt ait, est in secunda parte media cellulæ cerebri tanquam centrum inter imaginativam & memorativam: Cōuertit enim se supra imagines in utraque carum reseruatas, & tunc componit & diuidit eas: haec imagines cum imaginibus, species cum speciebus format, eas componendo vel diuidendo: & id eo singit Monstra, Chimeras & operatur in somno sicut in vigilia. Ex speciebus praememoratis cum ad organum ipsius peruenient, diuersas imagines componit, quae à sensu communi percipiuntur, dum iterum ad ipsum descenderunt. Quoniam vero haec Potentia in homine ratione naturali decoratur, de qua meminit tex. in l. qui natura. & lege. nam hoc natura. ff. de conditione indebiti. Ideo non necessario codem modo operatur. Nonnunquam enim ex compositione specierum intentionum diuersarum monstra singit, quorum nec interdum similia videntur: in brutis autem instinctu natura regitur, que in omnibus eiusdem speciei similis est. Ideo in talibus phantasia opera non variantur. Simili nempe ingenio & artificio omnis hitundo nidorum, & aranea telam texit: Huius vero Potentia opera si vigilantibus non desint, raro tamen ab ipsis percipiuntur propter fortiores motus sensuum. Dormientes autem, quorum sensus exteriores vacant, somnia appellant, quia in somno apparent.

Potentia autem imaginativa est reseruativa specierum à sensu communi receptarum, quae in anteriori parte cerebri ponitur. Species enim rerum hinc vocantur Imagines ipsarum, unde imaginativa vocata est, & per hoc differt à sensu communi, quia non est potentia indicativa, sed solum reseruativa. Fatentur multi in natura nostra sensibilia compositionem inter se inesse, oportet ergo, vt in nobis sit haec virtus, quae haec operatur, & haec virtus in quantum imperat ei intellectus cogitativa vocetur. In quantum vero imperat virtus ani-

malis, imaginativa nuncupetur. In quantum oculi cupunt componendo, & diuidendo, formativa vocetur: Hæc enim facit eastra in sphera, Chimeram singit, & lupo cornua, vt faciunt scholares, qui mentes à studio literarum anerunt, & male intenti quandoque castra adificant, vt ait glo. fin. inle. vnic. C. de studijs liberalibus vrbis Romæ libr. II. Nam sensus communis virtus formata quæ est imaginatio quasi ad reponendū, imparitit quod ei tradunt sensus exteriores. Imaginatio vero reponit & retinet: habet enim virtutem multiplicandi formas sensibiles, virtus vero cogitativa, siue imaginativa, siue formativa cōuerit ad formandas, quae sunt in imaginatione, ad componendum, vel resolendum eas: quoniam eius potestis iugo subiiciuntur.

Potentia estimativa secundum Auicennam est vis ordinata in summo concavitas mediæ cerebri sensibilium intentiones apprehendens, vt putat lepus canem fugiens, vel ovis lupum, nūquam alias visum dijudicar cum agno esse habitandum, & elicere speciem, siue intentionem inimicitiam, quæ non poterat per sensum apprehendi. Est autem virtus transcendens, quia apprehensio sua non est formarum sensibilium & materialium, sed immaterialium: Bonitas enim & malevolentia, conueniens & inconveniens, impendunt & suspendunt in se non sunt formæ materiales, nec in sensu cadentes exteriori, tamen sunt accidentia sensibilium. Quid tamen discriminis habet imaginativa, quia illa retinet species per sensum communem receperas. Hæc vero, elicere ex eis intentiones naturæ non sensatas, sicut amicitia, & inimicitia, quibus sequuntur actiones prosecutionis, vel fugæ. Auicenna etiam ait a estimationem utrimum & nociorum triplici modo contingere.

Primus modus est ex causa materiali, sicut accedit in pueri qui cum eleveruntur, vt resideant, se casuram estimant, statim alicui adhaeret: præterea certum est cum oculi lippitudine prædictæ sunt purgandi, statim ille conniuet antequam cognoscatur quid sibi accidat: & sic induxit quodam natura oculi lapidem vel sustenat, & animalia leonem, & aures accipitrem.

Secundus modus est per experientiam, sicut accedit, cum doloris rabies animal aliquod inuaserit, vel mellitus voluptatibus in te aliqua absorbetur, cuius forma descripta est in virtute formalis sine imaginatione, & intentiones utilitatis, & nocimentis descripsa in memoria statim apparuerint res in utilitatis, vel dispendij estimationem, obrepitiae occurrit. Hinc canis lapidem vel sustenat, quam noxiua formidat, & vacuis septiunculæ ossibus allicitur.

Tertius modus circa proprietatem coniunctam & modum similitudinis versatur, velut. Si res aliquam formam vinitam cum intentione estimationis in aliquo sensibili habaret, sicut contingen-

CATALOGI GLORIAE MVNDI.

340

tingit in ponio coloris coccinei, quod est maturum & dulce. Ideo cum videmus dulcorem inesse ponmo inductu quodam naturae dijudicamus.

**Q**uadragefima quinta confidit, erit de complexionibus mortaliū, quae sunt quatuor principales, sanguinea, cholérica, phlegmatica, & melancholica, quarum nobilior & melior est sanguinea. De istam ē Guilielmus Leporeus Burgundus vir eloquentissimus scripta reliquit in suo opere artis minoratua lib. i.c. 4.

Sanguineum ait, latum, dulcem sermonē, vulnifilare & amatiuum, risu facilem, liberalem, benignum, piūm, omnibus artibus aptum, secundum alios delicata cibaria, primāq; bonitatis vniuersitatem per omnia indagantem, ad libidinem pronum. Vnde Alexan. Magnus imbecillitatem humanam se sentire aiebat duabus potissimum ex causis, somno videlicet, & coitu, vocē habet acutam, neque diu neque multum irateatur. Habent & Sanguinei alias bonas conditiones seu inclinationes, ex quib. nō parum laudabiles. Hac complexio enim est calida, & humida, qui humores generat meliorem complexionem, & istorum quilibet de per se & simplex est melior alijs, licet compositi sint meliores, & sic complexiones exiscoptae.

Cholerica verò est calida & secca, vt dicit Gale, in complexionē c. 8. vnde Cholericus est impetuosis stitū agendis, elata animi, vanos vltra modū appetens honores, honorumque myrmecias, in ianuam facile prorumpit, eademque pacificatur, pugnans, & fine libra comedens, proeliis ad ebrietatem, fidelibus deditus vigilis, lucrum assidue venatur, ingeniōs, docilis, fidus, sincerus, amator iustitiae, impingens in lingua vbi irascitur. Oblonga habet membra & gracilia, oculos profundos, natum acutum, faciem cirrinam, eloquunt velox, pectora ampla & hirsuta & umbilicatenus, est pronus ad coitum, vocem argutā, gressu habet celeres, oculos citrinos, linguam asperam.

Phlegmatica verò est frigida & humida, vnde Phlegmaticus naturaliter est somnolētus, in agerū tardus, verbis lapsantibus & humidis non defluens, honorum contemptor, aurēque poplāris, tamen ratiō huic sententiā aduersari videatur. Nam nemo est adeo supinus, imò magis stultus, vt nomen suum ignoret. rex est in leg. cum inbris Vlpianis. §. neque enim. C. de har. instit. Itē est facie præditus præpingui & alba, habet carnosum corpus, pectus debile, venas strictas, coitum non appetit nisi vino admodum madidus aut abunde calefactus.

Melancholia est frigida & secca, secundum Gal. & est pessima ex compositis, vridem dicit de ingenio. c. 10. Et ex simplicibus secca est pessima. Et, vt medici dicunt: Melancholicus naturaliter tristem vultum gerit, sinistre semper suspicatur, alienisq; vulpina quadam sanctitate delictis illatrat, mundanarum rerum nefando amore irretitur. Implacabilis, & in propria opere perinxat, timidus, inuidus, avarus, temax, fraudulosus, prauus, tacitus, apertus tamen studio, non bene dormiens. Et sic ex supradictis constat, quod natura in uno sanguinē grauauit, & in alio restaurauit: & idem de colericō, melanch. & phleg. cui sentētię applaudet Pau. iurecons. in l. cum qui. in prin. de iurecu ff. cum q; in uno grauatur, in alio releuari debet. Et si quidē sint, quos eo vñq; perduxit labor & assiduus conatus, vt multa huiusmodi dissimilare possint: nō tamen potest lana tintā mutare colorem: atque id admodum perspicue deprehendi potest. Quicquid enim præter naturam accessitum est vel conquisitum, dissimilari diu non potest, vt ait Ioan. Indago in libr. de quatuor comple. vbi miranda dicit de ns, & de pernoscendis Planetis Horoscoporum, & signorum ascendentium ex ipsis quatuor complexionibus.

Et vt concludam, Cōplexio sanguinea (vt iam dictum est) optima & nobilior alijs iudicanda est propter conuenientiam cum nobiliōri parte animali & elemento, vt supra in hac parte tetigim in quadragefima confidit.

**Q**uadragesimā sexta confide, quod membra corporis humani sit excellentius indagat. Cael. in li. antiqu. lec. 2. c. 39. Inter membra corporis quatuor principaliora esse ascribit. Cerebrum, cor, epar, & testiculos: de quibus excellēter per eum.

Videtur tantum, quod caput sit excellentius, & nobilis in membris corporis, ex tribus que in ipso capite respectu aliorum membrorum singulariter inueniuntur.

Primo enim excellit ea dignitate in trib. scilicet in altitudine situs, nobilitate propriæ virtutis, q; nobiliores virtutes, vt imaginatio, memoria, intellectus, sensus communis, & huiusmodi, de quib. supra, habent locum in capite, & in perfectione, quia in capite congregatur omnes sensus, cum in alijs membris sit solus tactus.

Secundo, à capite sunt omnes vires animales in alijs membris, & sic dicitur esse aliorum membrorum principium dans illis sensum & motum.

Tertiō, quia dirigit alia membra in suis actib. propter imaginationem, & sensus, qui in eo radi caliter abundant & insunt.

Ratione etiam primæ proprietatis, scilicet, perfectionis, omne quod est perfectissimum in quacunque natura dicitur caput, sicut leo in animalibus.

Ratione autē secundæ proprietatis omne principium

## D V O D E C I M A P A R S

cipium dicitur caput, & certè cuiusque rei poten  
tissima pars principium est, vt dicit Caius iurecōs.  
in l. i. ff. de origin. iur. Sicut caput fluminum fons  
dicitur, & sic caput viae seu libri dicitur. Vnde ra  
tio edi debet à capite. text. in leg. argentarins. §. c  
di. Facit lex, si quis. §. si initium. ff. de edendo.

Ratione verò tertia proprietatis dicitur omnis  
Rector caput, sicut Rex, Dux, vel Pontifex. Italo  
de Turrect. in c. i. dist. 12.

Ideo dicit Lucas de Penna in l. nemini. Cod. de  
Consulib. & non spargendis. lib. 12. quod Princeps  
in Republica, qui pro quodam corpore ponitur,  
obtinet vicem & officium capitū. Et Christus ca  
put est Ecclesie. ad Colos. ca. 1. & ad Ephes. 5. Et vt  
dicit Pan. Iurcons. in l. cum in diuersis. ff. dereli  
giosis & sumptib. sacerdotum. Caput est principale  
membrum hominis. Nam ille locus efficitur, re  
ligiosus, vbi caput inhumatur humanum, etiam  
absque alijs corporis partibus, & non è conuerso.  
Quia per caput cogno scimus cuius imago sit, vt  
ibi dicit tex. & illud sequuntur omnia membra, ad  
Eph. 4. & c. nolite. n. dist. Et indecens est membra  
perfectiora esse capite. c. miramur. 60. dist. & dicit  
Fel. in c. num. licet à capite membra recedere. in  
prin. extra de præscript. quod caput est honorabili  
ius membrum ceteris. & dicit Bal. in c. i. §. ad hoc  
in 4. col. de pace iuramento firmando, quod exel  
lentia hominis tribuitur capiti. In quo est fons ra  
tionis, & intellectus. Et ait Aristoteles. alleg. per Bald.  
ibi. Quod cerebrum est membrum diuinum, in  
quo est sensus, & intellectus. vnuus locus ab autorita  
te hominis est in capite. Et ibi notat, quod in re  
animata caput subiacet oculis corporis, in reina  
mata caput est principium. Item idem est quod  
potissimum, vnde subiungit versum istum:

*Principium caput est pars corporis & dominantis.*

Et Fel. in d. c. de facie hominis loquitur, que nō  
est de honestanda seu scandala, cum sit ad simili  
tudinem Deiformata, vt dicit tex. in leg. si quis in  
metallum. C. de poen. per quem etiam ibi no. glo.  
& post Ang. quod homo non est bullandus in strō  
te, dicit tamen ibi Fel. quod facies & caput ponun  
tur, vt diuersa. Item aduerte quod vbi caput do  
let, cetera membra dolent. vt dicit tex. in cano.  
sunt plurimi. & in c. ex merito. 6. q. 1. Spec. in titul.  
de inquisitio. §. 3. ver. si autem. Et ita caput est di  
gnum, quod ab eo inchoandum est. Spec. in ti. de  
elect. §. 1. ver. publicatione. pro quo facit tex. in le  
vnic. ff. de offi. præfecti augustalis. Vbi dicitur, Pre  
fctus Aegypti habet iurisdictionem, & officio suo  
non est priuatus, quoque eius successor Alexan  
driam sit inglestus. Cum sit Metropolitana & ca  
pitalis ciuitas ad idem. leg. meminisse. ff. de offi  
cio proconsul. & in leg. si sorte. ff. de officio præ  
fcti.

Ex quibus infero vnum obseruatuum apud nos,  
quod non debet haberis respectus, nec est in consi  
deratione aduentus seu inglestus Regū, aut Prin  
cis.

cipum in aliquod Regnum, seu prouinciam: nisi  
aduenerint, vel ingressi fuerint principalem, aut  
vt ita loquar, capitalem ciuitatem Regni, vel  
Prouincia, quod tu notabis, quia alibi non re  
pries.

Item caput arx portetiarium anima dicitur, te  
ste Cælio libr. stauruni antiquarum lectionum. ii.  
c. 13. & idem lib. 2. c. 23. sic ait: caput arcis quadam  
modo locum habet in humanis corporib. Et Pla  
to in Timo, Caput non principale solum, sed  
etiam tortum in corpore nuncupauit. Est ergo ca  
put præcipuum, excelsiusque in homine mem  
brum. primo regimini acutorum Galenus, & Pla  
tonici omnes rationalis anima sedem nuncupat  
secundum aliquos, quoniam ibi cerebri est con  
ceptaculum, ac membrorum animalium, qua or  
ganis, & principia virtutis animalis tam appre  
hendentis, quam eligentis, seu voluntariè moue  
tis, quibus potissimum constat animalium inter  
se dissimilitudo. Licet non me fallat Bed. x senten  
tia super Marcum. Animæ locus (inquit) prin  
cipalis non iuxta Platонem in cerebro, sed iuxta  
Christum in corde. Portionem verò hanc cōmu  
ni similitudine quadam possidemus sublimē, sic  
ut etiam interpretatur Aristoteles. Quia & vniuersalē in  
hominis corporis situ præferunt vniuersi, cum  
extera nullo eiusmodi sint constituta respectu, aut  
confuso admodum. Portò & questionibus, idem  
caput cum obtinuisse locum scribit, quia sit diui  
nissimum membrum. Ab eo enim sternutamen  
ta quoque proueniunt, quod esse sacrum auguri  
um constat. Inde quoque obrepissile nostris mori  
bus opinatur Cælius, vt quibus exhibetur reue  
rentia cultus ijs caput aperiannus. Galenus post  
Hippocratem scribit suis capitis substructionem  
potissimum ob videndi excellentiam, qui sensus  
ad circumspicuum omnem velut in specula nol  
lovari debuerit, sicut idem est Auctinna. A quo èt  
illud proditur prima tertij. Exploratoris vice ocu  
los sungi.

Aduerte etiam, quod manus dextra est dignior  
laua secundum Luc. de Pen. in l. aquarum posse  
fores. col. 1. C. de aqueductu lib. 11. ad quod allega  
tur. 2. Mach. 2. c. ibi porrectis dextris & iure iuran  
do. Inde dicitur iuramentum dextra manu præ  
standum esse. Esa. 63. c. iurauit Dominus in dextera  
sua. & 1. Mach. ca. 6. ita dicit Jacob. Bonaudis in glo  
ad Ioan. de Terra Rubea in tracta. Vinea Ecclesiæ  
nuncupato. articu. 2. primi tractatus in 4. conclu  
sione. in verbo, à dextris. vbi etiam dicit, quod  
dextra arguit nobilitatem, & præminentiam ho  
noris.

**Q**uoniam ita est, quia plurimum extollenda est:  
cum, vt dicit Philosophus Ethicorum cap. 4. deli  
cerabilitatum est sanum esse. & in libro eiusdem  
operis. c. 31. iterum dicit: Viro sanum esse optimū  
est, vt nobis videtur. Quid enim prodest homini  
habe-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

341

habere omnia mundi imperia, si insfirmitate afflatus in eis consolari, & gaudere non potest? Ideo inquit Ecclesiasticus c.3. Non est census super censum corporis. *Quia exre ait Iuuenalis lib.1. Satyra prima.*

*Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.*

Et Cato moralissimus sic nos hortatur:

*Corporis auxilium medico committet id ali,*

*Sit tibi praecepit, quod primum est, cura salutis.*

Hac Bernard. de Bust. sermone suo 31.2. part. sui Rotarij in litera T. Et ideo, vt refert Cælius antiqu. lect. libr. 4. cap. 14. fertur, Pyrrhum Epirotarum Regem post Alexandrum prudentissimum rei militaris adjudicatum, vbi immolaturus templum inuiseret, nō Regni ampliorum modum, non de hunc viatorum præsignem, neque item gloriam illustriorem, aut diuitias, & id genus alia, quibus mortalium plerique attouiti inhant: sed sanitatem modò à Dijis conprecari solitū, seu parte hac bene constituta, prosperius cœfura viderentur omnia. Nam si toto sinu se se affundat, absit autem valetudo recta, nullum illinc profluit cœnolumen tum quod inuit. Propterea Antiochum cognomento Sotera prælia cum Galatis congressurum legimus in quiete arbitratum Alexandrum sibi affluisse, monereque vt prius quam in aciem militares produceret, nō aliud proponeret illis signū, quam bene valere. Quod cum is non neglexisset, nobilium de hostib. viator iam est asseditus. Scimus porro (inquit Cælius) mandatorum librum ab Imperatore dari solitum, in quo præceptū primum erat de sanitatis cura. Pythagoras quoq; in Epist. non alia est usus cōsolatione, quam vt iuberet benevalere. Id institutum, & Pythagoricis inox seruatū veluti anima corporis; nil amplius cōgrueret, hocq; uno hominis bona vniuersa comprehendēderunt. Quin & Symbolum, quo inter comparēs videntur, dicebatur sanitas. & vt dicit Gal. in lib. Hæresid est, sc̄tarum. sanitatem nil virtius est in oribus. Academici, & Peripatetic, hoc est, Platonicī, Aristotelici inter tria genera bonorum sanitatem annumerant. Tradunt enim tria esse generata bonorum, ex quibus felicitas perficitur. Prima animi bona, vt virtutes. Secunda corporis, vt valetudinem, & pulchritudinem. Tertia externa, q̄ fortunæ ascribuntur, vt diuitias & honores. Carneades item Academicus nil bonum esse censēbat, nisi præmia naturæ, hoc est, sanitatem, robustur, pulchritudinem, & alia id genus. Quibus autem constet sanitas & seruari possit, vide Cælium libr. cap. 37. & vberius lib. 16. c. 41. si uarum antiqu. lect. Er quemadmodum animi latitia est sanitati humanæ validè propria, ita tristitia contraria. vt per Luc. de Pen. in l. decurionibus. Co. de silentiis. lib. 12.

*Q* Vadragesimo octaua conside. de laude laboris exprimit, de qua Heraclides Lycius, (vt scribit Philostratus in vita Sophistarum) librum

vnum composuit, & illum laudibus laboris dicavit, sine quo dicebat nihil in rebus humanis frigi ferum geri posse, adeoque probari, vt cassus etiam labor (modo non vitiösus) sit orio ac delitijs anteferendus. Xenophon dicit nullam eft veram voluptatem citra laborem. Nam si somni, aut cibi, aut por? appetitum præuenias, nihil dulce sentiri. Labore autem exercitatis onus dulcissimus suppeditari. Ex quo Socrates dum corpus ambulando, seu quodvis aliud agendo exercebat, obscurare famem dicebat, quod item nostris Religiosis ante cibum præceptum est. Idem opus conferre dicitur ad hominum bonitatem, otium vero vitium. Bonos igitur in opere esse, quanquam ociosi videretur. Improbos autem qui aut alea, aut opere aliquo turpi, sive etiam plus æquo ambitione, seu quæstū occupati appareant ociosos esse. Idem cum laboraret circa citharam, dicenti cuīdam, iam senex dicit? Respondit, Praestat tardè discere, quā nunquā Lasius Hermioneus interrogatus à quo Sapientiam didicissem. Alabore (inquit) & experientia. Pythagoræ quoq; sententia fuit, legendam esse ab initio vitam optimam ac labo rib. quā maximè exercitata, quā cōsuetudo pau latin ex aspera dulcem redderet, & homines robustos faceret. laborem namq; voluptatem quoquo modo semper comitari. Si bona sit voluptas, illa præcedit. Si autem mala, labor subfequitur. Musonius ait, cum sape pro voluptate & pecunia, aut aliare, nulla cum laude labores maximos subeamus, quid mirū si pro gloria, pro æquitate eosdem adeamus, exemplo Cornicum & Gallorum, qui quanquam rationis expertes, adeo pro gloria certant, vt vsq; ad extremum spiritum inuicem pugnant. Vnde Eusebius, Corpus vitium corrumpit. Animum vero earum rerum negligentia, que ad diuinam faciunt contemplationem. Ultra præcedentes Philosophorum sententias quæ de re sentiant Poëtæ adducuntur. Primo, Epicurus ait: Labor. omnia nobis Dij yenditana bona. Euripides: Fortunas ex laboribus venari oportet. Item labor, vt dicitur, gloriæ pater. Idem, Laborantes Deus adiuuat. Labor vero solus circa fortunam sumptus mortales adhuc minimè affligit, labores audent boni, timidi nihil vñquani assequuntur. Ex laboribus gratia prouenit hominibus. Nullo modo quis citra laborem felixesse, neq; gloriari aſequi vilam nihil agendo potest. Ex qua Euripidis sententia Ciceronis est illud. Omnis laus in actione consistit, & ociosus nullus quāquam Dcus habens in ore, vñquā sine labore parare posset. Sophocles: Laborem subire oportet eos, qui sibi felicitas esse volunt. Menander. Cuncta & labore, & diligentia deprehendi possunt. Philemon: Quā mihi dulcia sunt priora mala. Nisi enim tunc laborarem, nunc minimè gauderem. Aul. Gellius verba ex Catonis oratione ad milites referit: Memoretore, si quid vñquani recte per laborem fecerit,

Rrr ritis,

## D V O D E C I M A P A R S

titis, labor ille cito à vobis abscedit, Benefactum autem semper remanebit. Si quid verò nequiter per voluptatem, voluptas repētē abibit, nequiter illud factum apud vos semper extabit. Virgilius: Labor omnia vincit. Cicero pro Archia: Nulla enim virtus mercedem laborum periculorumque præter hanc laudis & gloria desiderat, qua quidē detraha, quid est, quod in hoc tam exiguae vite curriculo tantis eos laboribus exerceamus? Certe si nil animus præsentiret in posterum, nec tantis se laboribus frangeret, nec tot curis vigilisque augetur. Nunc insidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes atque dies admonet, non cum vita tempore dimittēdam commemorationem nostri nominis, sed cum omni aternitate adæquandam. Dauid: Tu domine labore & dolorem consideras. Grego in Moral. Sicuti in malis præsens securitas parit dolorem, sic in bonis præsens labor perpetuam inducit securitatem. Et alibi pulchre dicit: Desidiosus sāpe ingenium accipit, vt iustius negligenter puniatur q̄ scire cōtemperat, quæ sine magno labore adsequi poterat botanite naturæ, contra verò studiosus tarditate punitur, vt eo maiora præmia ferat, quo magis labiorauit. Deniq; Sophocles, Plato, Isocrates, Hieronymus, & alij complures, qui diu vixerunt vñque ad extremam senectam scribentes, labores subiecrunt, finemque discendi cum vita fecerunt. Ad quam rem multū faciet aliena imitatio virtutis. Nam quisq; bonus aliena gloria magis excitabitur. Thucydides puer, cum audisset Herodotum senem suam Historiam recitatem, collachrymatisse dicitur. Demosthenem fabrorum antelucana diligentia excitare solebat. Themistoclem Milesiadiis Trophæa somnum capere non sinebant. Alexander Achillis, Cæsar Alexandri conspicet tumulis, laudis emulacione ingenuissimè feruntur. Hac Volaterranus libr. 31. Commentariorum in Philologia, capit. 1. Guill. verò Leporeus Hedenus. in suo tract. artis memoratiuæli. 4. cap. vlt. dicit: Quod ex labore memoria augetur, sensus interiores assiduitate firmantur, eo merces felicitatis diuinæ comparatur iejunium. de conse. dist. 5. Omnia vt iam dictum est, vineuntur. de quo canit Poëta:

*Labor omnia vincit*

*Improbis, & duri syrgens in rebus egestas.*

Non igitur immerito (vt dicit) Lycurgi leges iuuentutem erudiere, venando, currendo, algeando, astuando. Iustus enim labor, honoribus, præmiis, splendore decoratur. Vnde Diogenes censembar se scientiam, bonaque animi nascientiam onus valere, nisi labori se deuoueret. De quo Horatius sermonum primo. Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.

**Q**uodragesima nona consider. quærit, An otio aliquo modo sit laudandum, cum illud multi exprobrent, & ferè omnes semper otium vi-

tuperant? Sed cum duplex sit otium, primum laudatum, & alterum illaudatum, ut amplè scribit Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de excusat. artificum li. 10. Ideo laudes illius otij laudati reseram (prætermisso illaudato. de quo in præcedenti par. in 1. & 29. consider. dictum est) eō, quia est literatorum, ac contemplatiuum veritatem, de quo Cato dicebat: Viro nobili quemadmodum negotij, scilicet otij rationem extare oportere. Hoc idem Seneca in Epistolis ample & tendum suadet honestoac prudenteri, quo ex actionum tumultu tanquam in portum se tandem recipiat, vbi se primum, deinde humana pariter ac diuina dignoscat. Nam semper negotiosis (inquit) tempus furtum labitur, & hos esse, qui in ambitione vel avaritia iugiter occupati breuitatē temporis queruntur, & impropositos se ad mortē trahi nihil omnino vixisse putantes. Arist. in lib. de Anima inquit: Animæ sedendo & quiete fieri prudentiorem. Plutarchus: Sapientem decet quietem & otium in scienciam & prudentiam exercitatione ponere. Non dico eam venalem, ac forensim, sed maximam, quæ nos Deo coniungat. Socrates dicebat ita instituendam esse vitam, ut ext. t. nō ex alijs voluptatem capere possis. Euripides: Qui agit plurimam, plurimum peccat, quod ambitionis & anaris maximè accidit. Et demum ratio, quod improbi probis rerum experientia simul, & solertia praestant. quam enim quis diligit artem, in hac se libenter exercet. quam verò exercet, hanc & probè nouit. Denique & Augustini sententia in lib. de ciuitate: Nemo bonus negotium quærit, nemo improbus in otio fructuoto conquiscit. Otium, inquit, sanctū quærit charitas, negotium iustum suscipit necessitas charita. is, quam si nullus imponit, percipiendo vacandum veritati. Vnde Gregor. in Ezechiel: Contemplativa vita (de qua dictum est ista part. in 33. consideratione,) est charitatem Deiac proximitata mente complecti, ab omni terrena actione quiescere, foli desiderio conditoris omnibus posthabitis curis in harere. Idem: Sicut enim grauioris est culpæ inter bonos improbum esse, sic maioris fuerit laudis inter improbos bonum se præstare. Idem in Regist. Quanto quis in rebus mortalibus occupatior, tanto à Deo remotior. I-fidorus de summo bono: Quanto quisque curis maioribus occupatur, tanto magis vitijs premiatur. Mundi enim amatores non solum stulti ex eo, quod insimia prosummis appetant, verum etiam miseri, quod ea cum atrumis consequuntur. Aug. verò (vt habetur in c. qui Episcopatu. §. itaq; 8. q. 1.) dicit: Itaq; à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, qd ad laudabile pertinet otium. vbi est textus clarus, quod est dabile otium laudabile. Et facit text. in cap. 1. circa medium 23 quæstio. 5. vbi dicitur: Malis ab inquietudine mala ad sanitatem, legum coactione dirigantur. Et de hoc otio laudabili etiā meminit ciuis & contemporaneus

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

342

nus noster Ioan. de Montiel. in suo Promptuario iuris, in verbo, otium. Et ait Bernar. Otium est vacare Deo, immo negotium negotiorum, ubi nullum admittitur otium. Ideo dicit Apost. Nemo militans Deo implieet se negotiis secularibus. & Se nec in Epist. Credem mihi, plus agunt qui nihil agete evidentur. Sed, ut dicit Volaterranus libr. 31. Commentatio in philologia cap. 2. Necessarium est huiuscmodi viris Aristotelis sententia, rerum administratorem aliquem proprie habere, quies obeat a euret, ut Socrates Critonem, Epicurus Metrodorum, Apollonius Damidem, ipse quoque dominus noster Iudam negotio praesedit. Apostoli item alios alij. Vtautem Monachos attingam, ait ibi Volaterranus, Origenes Ambrosius, Hieronymus Chomatius habuit. Bernar. dicit fratrem Viterbij defunctum defler: ut paternus dominus praefidium, cutaramque suatum leuamen. Denique Franciscus Aelia suo quanquam flagitioso ob rerum experientiam catere non poterat. Sed, ut ibidem ipse Volaterranus in e. sequ. inquit, ab hoc otio honesto multis prestans ingenio retrahit meritus amitendae dignitatem, & eximiationis, quam negotiis sue periculo, in processu deoratore exoptat duo quasi difficultaria. Et ibi sequitur quomodo ad id orium plerique diuersis etiis induiti fuerint, & qualiter multi ex nego tushumanis sive in otio posuerint, & solitudinem amauerunt, de cuius laudibus etiam ibi videre poteris.

Item, propter quietem sive otium, quo sit, ut nullam molestiam corporis quisquis patiatur secundum Aug. lib. 19. de ciuitate Dei c. 1. Ideo multitudinem in seculo militantes post longi temporis afflictionem, ob reliquæ vitæ requiem elicerant, ut Deo seruiant, & futuri otio senescant, consilio optimo ducti, ut ait rex. in l. qui quis emet. C. de Epise. & celer. utique possunt in otio & tranquillitate reliquæ tempus vita sive peragere, ut sonant verba in l. petitionem. in fin. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. Et hoc satis prudenter, cum meliorem partem eligant, & nullas beatus nisi quietus. ait Tul. lib. 1. de natura Deorum. Et requies saltem honesta nobis est necessaria, sicut vestes & viuetalia, ut patet in l. fin. s. nec in ipsis. C. de his, qui ad Ecclesiam confugunt. Etiam quies, & contemplationis, qua à iustis viris maximè praelatis corde appetenda est, & pro multorum luero quandoque postponenda est, ut ait text. in cap. in scripturis, vers. quies: 8. quæstione: 1. Sed in Monasterijs quies, oratio, & labor manuum deber est. text. est in cap. de pretentiis. 16. quæst. 1. Sic & in ciuitatibus quies in consilijs, oratio in curijs, institutis ministratio in iudicij, & labor agricola, & artificium continue vigere, non iurgij, otium, spectaculis, aut seditionibus, damnosè vacante debent. hac Lucas de Penna in l. vnicia. Cod. de gladiatori. lib. 11..

Et quomodo aliqui felicitatem posuerint in otio, vide per Beroaldum in suo opere, de felicitate. **Q**uinq[ue]fima considerat laudem & excellen-  
tiam naturæ perstringit. Et in hoc considerata duplceil esset naturam, naturantem, videlicet, & naturatam. Natura enim naturans dicitur Deus. insti. de iure naturali. in primis. iuncta glo. in verbo, hinc, & in verbo, matrimonium. Cum dicit, ins naturale est, quod natura, i. Deus omnia anima-  
lia docuit. Et pro hoc est gl. que est finalis in l. sed &  
si restituatur. g. f. i. f. de iudicij. Et est glo. in verbo,  
rerum natura, i. Deus. in g. singulorum insti. de re-  
rum diuissio. de hac eriam Ouidius primo Meta-  
morph. eni m ait:

*Hanc Dens & melior litem natura dierem.*

Hie mens & causa à Platone appellatur. Vnde Seneca lib. 4. de beneficijs. Nihil aliud est natura quam Deus, & diuina qua dam ratio toti mundo, & partibus eius infusa. Cum de diuinitate & eius excellentia supra dixerim in prima consideratione huius partis, non aliter immotor. Sed de huius modi dist. est glo. melior & clarior in le. respiciendum. ss. si cer. peratur. quæ dicit: Est ergo natura naturans, id est, Deus, & ille omnia fecit, ut in c. no uit ille quin nihil ignorat. extra de iudicij. Nam mille anni ante oculos eius tanquam hesternades quæ præterit. Alia est natura naturata, scilicet, hominis, quæ præterita & præsenta tantum fecit, quam Deus indidit Creaturis. (Futura enim præseire solius Dei est, vt in 26. q. 5. in prime.) & de qua & eius excellentia seu laude dicendum est. Nam natura videtur omnium rerum fortissima, cum nullæ leges eam corrumpere possint, ut habetur insti. de legitima agnatorum tutela. in fin. cum dicit textus. Cuius ratio ciuilia iura corrumpere potest, naturalia verò non videntur. facit textus in l. iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. ss. de regu. iur. Etiam pacto natura tolli non potest. Lius autem agnationis. ss. de paciis. l. abdicatio. ubi glo. optima. C. de patria potestate. l. eas obligations. ss. de capitis diminutione. Naturalia enim diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia sunt. ut dicit textus in g. sed naturalia. insti. de iure naturali, gentium & ciuil. de quo per Decimum in d. regula, iura sanguinis. & per Bernardinum de Busis in secunda. parr. sii Rosarij. set. m. 31. in litera l. ubi ponit quomodo natura est omnium rerum fortissima. Ita quod illud quod natura dedit, nemo tollere potest, nec per quamcunque artem natura tolli potest. prout referri de quodam Aſculano Poëta, qui contra Dantem Poëram tenentem opinionem contrariam, quod volebat probare exemplo cuiusdam catti, qui arte instructus ante eum tenebat lumen, quando studebat, vele comedebat. Poëta Aſculanus in quadam ſeuula portauit duos mures, quos ante murilegum dimisit. Ar ille projecto in terram candelabro naturam sequens post mures coepit Rrr 2 currere,

## D V O D E C I M A P A R S

ēnrrere, sicque natura artem superauit. Imò dicit Cicerolib. i. de natura Deorum. Itaque nulla ars imitari soleritiam natura potest. Quoniam natura norma legis est. vnde dicit text. in §. minorem. insti. de adoptionib. Quod ars imitatur naturam in quantum potest. concordat textus in l. si paterfamilias. in ff. eo. per quem textum decidit Panormit. in cap. debitum. de Baprisino. quod non deber quis assumi ad leuandum aliquem de sacro Fonte, vt sit pater eius spiritualis, nisi sit maior plena pubertate, scilicet, decimo octavo anno. Sicut in simili dicitur per doctostext. in adoptione legali, & estratio secundum eum, Quia absurdum videtur, eum fieri patrem spiritualem, qui non potest esse carnalis. Et illud satis innuit ibi tex. in d. §. minorem. dicens: Contra naturam esse ut filius sit maior, scilicet, tempore, quā pater. Et impedimentum naturae fortius est, quam accidentis, vt in §. sed & illud. insti. de adopt. & leg. sed est quā sitrum. §. i. & 2. ff. de liberis & posth. Et vt ait idem Cic. libr. de Sen. Omnia qua secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. & lib. 3. Rhetoricorum nouorum docet nos ip̄a natura quid oporteat fieri. & vt dicit Menander, Omnib. doctrinis imperat, & omnia dat & colligit natura. Imò nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet. vt dicit Ioue. Satyra 14. At naturam efficientem, gubernantem, continentemque Plato vocavit, hoc est, opificem. vt refert Cael. lib. antiqua. lectio num 1.c. 4. vbi plura de natura. vnde Plin. vbi que naturam parentem rerum opificemq; appellat. & teste Caelio, vbi suprà lib. 2. c. 22. Hippocrates naturam appellat iustum, vt Aristoteles eam esse ait, velut exconomum bonum, ac patrem familias, Quando iustitia maiestas necessaria sapienter excoxit aut, tribuitque vnicuique pro dignitate, redundantibus omnino resectis. Et vt ait Arist. libr. 1. de celo & mūdo, Mirabilia natura multa sunt. Semper enim quod melius est desiderat. Idem li. de generatione, Nec aliquid frustra. & vnicuique quod sibi conueniens est dat. lib. 8. naturalium. & libr. 15. quod infinitum dat natura. & libr. 16. vt dixi, Quod natura est sicut rectificator, & rector. Et 17. Quod omne quod facit natura secundum ordinem: q̄ in multis cōprobauit. Quomodo etiam in animalibus sola natura vterib; est ordo, ita q̄ natura duce errari nullo pacto potest, vt ait Cic. li. 1. de legibus. & dat similitudinem leg. q̄ si nolit. §. qui mancipia. iuncta gl. in verbo, non insamarc. ff. de edili. edit. Item naturali virtus parcitur. text. & gl. in l. fluminum. §. vitium. ff. de damno insect. & c. ad eius. §. que tantum mulier. s. d. Et naturalia sunt immurabilia, vulgata. §. sed naturalia. instit. de iure nat. &c. & s. d. in princi. & dixi suprà amplē in confid. loquen. de iuribus, quod illorum praecellat.

**Q**vinquagesima prima consid. laudem & pre-  
clementiam consuetudinis complexitur in

globo, cum altera natura dicatur, notatur per gl. in ver. consuetudo. in l. si quis posthumos. in prim. ff. de liber. & posth. & in gl. cum p̄t rerum. in leg. auctor. C. de proba. Quoniam consuetudo bene ager di vertitur in naturam. Salust. in luguritha. Mihi quidem omnem artatem in bonis artib; egi benc. facere. Iam ex consuetudine in naturam veriuit. & Luc. de Pen. in l. missi opinatores. col. 3. C. de ex-acto. tributorum. lib. 10. vbi dicit: Quod omne q̄ consuetum est, est velut innatū. Similis enim consuetudo natura. Vnde consuetudo est delectabilis appetitus secundum Arist. i. Ethicorum. & ex consuetudine vnum quodq; fit fortius. Tullius 3. Philip. Omne nascens facile opprimitur, inquietum plerunque fit robustius. More etenim priuilegium veneratur, & perpetuū celebratur c. mala. s. d. vici interdum ingenium & artem. & vt dicit Sene- cali. de narura. quast. & ex proverbijs lapicentum: Grauissimum est imperiuri consuetudinis, & eius auctoritas est magna. c. consuetudinis. & c. in his. ii. dist. & Panor. in c. consuetudinis. & ibi Apostil. per tres aut quatuor column. extra de consuetudine. Et consuetudo vincit, quæ omnium rerum maximè verborum est, ait Aul. Cellius libronotum Atticarum 12. c. 13. Et sicut matri debet adhiberi reuerentia consuetudini. vt dixi in commentarij nostris super consuetud. duc. Burgund. in proce. in fine priuare glossa. in add. ibi posita: incipiente, & dicit Bal. sed in his non insisto, cū ibi videri possint. Et vt narrat Bernardinus de Bust. in serm. 31. secunda partis sui Rosarij. in lit. P. Naturam etiani alterare dicitur consuetudo, vt ostendit Auerrois commentator super 3. Phyl. dicens interalia, Quod aliqui ira sunt assuefacti comedere venenum, vt esset eis pro cibo, & in nutrimento conuerteretur, quod & refert Aul. Cellius noctium Attic. lib. 17. cap. 16. Anates Ponticas edendis vulgo ver. enis visitare. Et Mithridatem Ponti Regem medicina rei, & remediorum id genus soleritatem fuisse. Ip̄a etiam consuetudo est illa, quæ leges, & statuta, vel confirmat, vel infirmat. c. in iiii. 4. dist. l. de quib. ff. delegibus. Ideo inquit Tullius in Tusculanis quast. lib. 2. & dixi supra cōsuetudinis magna est vis. Vnde Ouidius in secundo de arte amandi demonstrans eius potentiam, dixit:

Fac tibi consuetudin, nil consuetudine manus.

Et quod consuetudine magis quam scripto fiat adoratio ad Orientem, noratur in c. Ecclesiastica- rum. ii. d. de qua suprà in pluribus locis. Vnum non omittam, quod consuetudo illorum, cum quibus conuersamur, si non est peruersa, serenda est. vt dicit tex. in c. illa. 12. d. Nam dicit Prouerbum: Oporret amare amicos cū suis complexionibus, seni consuetudinibus, vt in cap. 2. 41. distinctione. Consuetudines & prærogatiæ prouinciarum sunt feruandæ, texius in lege obseruare. §. antequā. ibi. Magni enim faciunt, & c. ff. de offi. Pro-

conf. & legati. Facit lex, si in aliquam. in princ. ibi, & serias secundum mores & consuetudinem, quæ retro obtinuit dare. ff. cod. & textus in lege vt proph. C. de paganis. Vbi dicit, quod conuentus ciuium, & eorum luctitiae, & Festa & conuiua consuta non debent nisi interdici. pro quo etiam in §. ne autem. in proce. fortunam. Item consuetudines Ecclesiastarum sunt scuanda, vt in c. cōtra morem. 100. dist. item & terratum. vt in c. Ioannes. de cœtis coniugatis. extra & l. si fundus. ff. de cœtio. & lege circa locationes. C. de locat. & l. si prius. ff. de aqua plu. aere. Consuetudo excusat à multis, vt est tex. in l. i. C. de exaltio. & translat. mili. annona- num. lib. 12. & ibi gl. multas allegat concordant. A consuetudine tamē (licet diutius obseruata) pro- pter tilitatem publicam licet discedere. text. in l. vnic. C. de expensis ludorum. lib. ii.

**Q**uinquagesimalecunda consid. laudem & ex- cellentia fortunæ attingit. In qua aduentu- dum quod summa felicitas secundum Platonem & Aristotelem consistit in tribus bonis. Primo, in bonis animi, vt sunt virtutes de quibus superius in 4. part. Secundo in bonis corporis, vt sunt valetu- do, seu sanitas, & pulchritudo, de quibus etiam su- pra dixi. Tertio, in bonis extetnis, quæ fortunæ at- tribuntur, vt in diutius & honoribus. De diutius dicimus est in parte præced. & adhuc aliquid infra. De honoribus vero, etiam suprà in 1. patt. Sed re- stat de bonis fortunæ an hæc fortuna sit felicitas, ita quod sit aliquo modo extollenda. Phil. Beroal- dus in suo libello de optimo statu dicit, quod hæc toro mundo, vt inquir Plin. lib. 2. c. 7. locis omni- bus omnibusq; horis, omnium vocibus, sola in- vocatur. Vna accusatur, vna agitur rea, vna cogita- tur, sola laudatur, sola arguitur, vt cum conuiuis tollitur, volubilisque à plerique, & cara etiam existimatur, vagata, inconstans, incerta, variata, indi- gnorumque faatrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & tota tatione mortali- lum sola utramque paginam facit. Hanc fortu- nam Deam, qua renuente nihil secundum mor- talibus contingere potest, vario titu, diuersis no- minibus, rotus veneratur orbis.

A fortuna, fortunatos dicimus felices, quasi for- tunæ alumnos aut filios, cui tantum tribuere ve- teres Romani, vt sexcentis templis, totidemque cognomentis fortunam venerarentur. Namque Roma celebatur Fortuna cognomento Primige- nia, Viscata, Pusilla, Fortis, Mascula, Conuertens, Bensperans, Virgo, Barbata: sicut Plutar. assertit in problema. & in lib. de fortuna Romanorum, vbi disputat de laude, & excellentiæ virtutis ad for- tunam. Hinc Theophrastus scripsit in Calist. Vitam regit fortuna, non sapientia. Plautus in Pseudolo. Centum doctorum hominum consilia hac de- vincit Dea fortuna. Atq; hoc verum est, perinde vt quisque fortuna vititur, ita præcellet, atq; exin-

de sapere eum omnes dicimus. Magnam (inquit Mar. Tullius) esse fortunæ vim in utramque par- tem quis neciat? Nam & cùm prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruenimus optatos, & cum re- flauerit, & retrocesserit, affligimur. Simulactrum fortunæ, quod cum copia, & gubernaculo forma- rint, Author est Laet. li. 3. diuinarii insti. tanquam & hac opestribuat, & humanarū rerum regimen obtinet. Cni adstipulatur Hora, qui fortunæ omni- potenter vocat, cum dicit:

Fortuna omnipotens insipientibus,  
Quantum iuriis atrocis quæ tibi vendicas?  
Euertensq; bonos, erigit improbos.  
Nec feruare potes munera bus fidem.  
Fortuna immeritos auget honoribus.  
Fortuna innocuos claudibus afficit.  
Inflos illa virorū panperie grauat;  
Indignos eadem diutij beat.

Et de fortuna scripsit Philip. Beroaldus ad Mi- num Rosciū senatorem, vt his versibus elegan- tissimis patet:

Nemo diu rebus confidat Mine secundis,  
Nemo diu speret profleriora dari.  
Omnia verruntur, nec Regum regnare ducumq;  
Stare queunt, celeri fors trahit ista rota.  
Sicut tera a vicies mutat, seruumq; colores,  
Atq; annus variis tempora legat caput.  
Vt neq; pura dies omnis, neq; lucidus aer  
Semper, & astarem nubila pellit hyems.  
Sicut ludificus boreas fulgentis honorem  
Despoliat floris, adoremq; decus:  
Sic homines fortunarat, quodecumq; benigna  
Larga manu dederat, mox inimicarapi.  
Caca, vagia, inconstans, incerta, volubilis, illex,  
Comis, blanda, potens, rixax, violenta, rafax.  
Hac Dea non stabili, varijs, & lubrica, & omni  
Mobiliter vento, mobiliorq; Polo.  
Hanc pedibus prisci rutes finxere carentem,  
Inq; pilos latentes pennigeramq; Deam.  
Hos, vt mater, alit: illos, vt seua nouerca,  
Exagitat, souerhos, his inimica nocet.  
Hunc amat, ex imoq; ad celsa cacumina dicit,  
In solioq; locat, conspicuumq; facit.  
Aß alium rapit in præceptis, qui diuite gaza,  
Quire regno fuerat fultus, & imperio.  
Improba quanta potes, prob quanta potentia regni  
Est fortuna tui, quantaq; mobilitas.  
Quam sit Diuina numen venerabile, magni  
Æneadæ ostendat Romulideq; patres.  
Quite tam multis olim coluere facillis,  
Quam non mult: a suo templo dedere Ioui.  
Maxima barbatam forturam Roma celebat,  
Quod dar barbatis gaudia, quodq; fauet.  
Tullius extruxit fortuna templum pusilla,  
Quam parvus magnum venit in Imperium.  
Et viscata dea est, homines quia prendit, & arbat,  
Auceps vt visco prendere tentat aucta.

## D V O D E C I M A P A R S

Est fortuna mala; est conuertens, est bene sperans,  
 Fortis habet nomen, mascula culta Dea est.  
 Ut tua multijuga est varia, & numerosa potestas,  
 Sic sunt multatibi nomina facta Dea.  
 Tu fors, aq. Tyche, modo tu fortuna vocaris,  
 Te modo Naturam, calicolumq. vocant.  
 Quidam te Nemesis memorat, Rhamnusia multis  
 Diceris. Ast alius Nertia dicta Deas.  
 Omnibus ipsa locis cunctorum vocibus vna  
 Carperis, & coleris, prout malas, vel bona das.  
 Ipsa gubernaculum geslas, quia cuncta gubernas:  
 Et quia tradis opes, copia iuncta tibi est.  
 Omnes commixti tecum sumus, & tua vincla  
 Perpetuum cuncti seruitumq. ferox.  
 Aspirata nunc hos, nunc hos leviore catena,  
 Seu ligas, felix qui iuga laxa subis.  
 Felix fortuna quisque memoraris alumnus,  
 In cuius gremio mollia membra soues.  
 At tu cui paulum arrisit Dea caca, caucto:  
 Ne det fucosas subdola blanditias.  
 Piscator velut blanditur piscibus hamo,  
 Effunditq. cibos, infidiasq. parat.  
 Si fortuna tibi comis blanditur, in altum  
 Tolleris, ut laetus mode grauore ruas.  
 Exemplo tibi sint Troiana, & Persica regna,  
 Argelici reges, Romuliq. Duces.  
 Rex Priamus Phrygia populisq. superbus,  
 Qui tenuit magnas luxuriosas opes,  
 Occubat infelix: ferro obruncatur ad aras  
 Numinis, Herculei vittima fitq. Iouis.  
 Dareum Persas, & Persicaregnatenem,  
 Quis fuerat regum maximus, atq. Ducum,  
 Vincit Pelleus euctor, Bessusq. trucidat,  
 Fortuna ex alto precipitat sollo.  
 Ponticus epoto rex claudere fata veneno  
 Conatur, nati Pharnaciis armamens.  
 Magna fuit quendam diuesq. opulentia Graecis,  
 At seruus Cyri, mancipiumq. fuit.  
 Olim Romani Libicum timuere Iugurtham,  
 Captiuus decorat pulchra tropica Mari.  
 Diripiuntur opes Numidæ regnumq. Syphacis:  
 Sceptri ferasq. manus arcu cathevaligat.  
 Quid gemini Atridae? quorum alter coniugis arma  
 Sustinet infelix, alter adulterium.  
 Quid Magnus? quo n'il Romana potencia maius  
 Videl, qui toto viutor in orbe suis.  
 Vincitur a saceroto, fugit ad Niloticæ regna,  
 Septimius Phario dirimit enje caput.  
 Olim Cecropijs decorata est Hellas Athenis,  
 Gracianunc omnis, Cecropideq. facerit.  
 Ethiopodonia tenuerant culmina Thebae:  
 At nunc Thebarum gloria nullarum vigeret.  
 Troia fuit pollens Phrygijs celeberrima regna:  
 Nunc Troia in cineres versæ pulta latet.  
 Alta Semiramis fabricatabitumine quondam,  
 Mania subversa nunc Babylone rident.  
 Quid plura enumerem? quondam deus, & caput orbis  
 Roma, peregrino est subdita Pontifici.

Cuncta fluunt, res nulla diudicare maligna  
 Sorte potest, celarem qua rotat ejus rotam.  
 Ac veluti lumen facies medo conficit erbum,  
 Et modo deficiens nocte tacente filer.  
 Et modo claro nitat fernox: medo nulla scenscens  
 Cernitur: & nunquam quo prius orbe mittit.  
 Si fortuna facit: nunc pura & lucida fulget,  
 Nunc obliuia lateat, nec manet vna diu.

Salustius quoque Crispus, cum ait: Professò  
 fortuna in omnire dominatur. & dicit Bald. in l. si  
 duobus. in i. col. C. commu. de leg. quod à senten-  
 tia fortuna non appellatur. Quia fortuna non ha-  
 bet superiorē in hoc mundo. Hac Dea, (vt in-  
 quid Horatius) pollens est, vel imo tollere degra-  
 du mortale corpus, vel superbos vertere scrip-  
 triumphos: vt ait Ouidius:

Nempe dat, & quodcumq. liber, fortuna, rapitq.  
 Irus & est subito, qui modo Christus erat.  
 Et quanta sit eius potestas, satis indicant versus  
 Iuuen. cum ait:

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul,  
 Si volet hec eadem, fies de consule rhetor.  
 Et etiam lunenalis eam dicit colloquandam in  
 celo, cum ait:

Sed nos te facimus fortuna deam, cæloq. locamus.  
 Ideo dicit Bernardi. de Bust. in sermo. 32. 2. part.  
 sui Rosarij. litera O. quod maior est potentia for-  
 tunæ quam stellarum, cum de duobus sub eadem  
 constillatione progenitis vnum in regno trium-  
 phare facit: alterum vero in miserabiliter seruire  
 usque ad mortem vilitate contingit. Et, vt dicit  
 Textor Niueensis in sua officina, loca Dei sacra-  
 cra. Antium, marina vrbis Latinorū, fortunam  
 habuit in honore maximo. Cui etiam sacra fecit,  
 Templumque crexit magnificum, vnde Horatius  
 li. carminum:

O Diuagratum quæ regis Anium.

Et ipsam fortunam amplissimè laudat, reprimit,  
 & vituperat ipse Textor in suis Epithetis. in verb.  
 fortuna. Intantum etiam est laudanda fortuna, q.  
 data paritate in reliquis, preferendi sunt bene for-  
 tunati, vt dixi supra in 9. par. 45. confid. Et quomo-  
 do homines in uno loco sunt fortunatores quæ  
 in alio, scribit Cælius lib. antiquar. lect. i. ca. 32. dixi  
 etiam suprain hac par. in confid. de climatib. quæ  
 est in ordine 16.

Quidam amicitia consider. laudem & ex-  
 cellentiam amoris continet. In quantum fa-  
 cit ad intētum huius operis, dicere solum in quo  
 consistit eius laus, me remittendo in reliquis ad  
 Platonicm, qui plura de amore scripsit, & ad Ari-  
 stotelem & Ciceronem, qui de Amicitia vni aciter  
 scripsierunt. Inter autem alia dicit Bernardinus de  
 Bustis sermone 31. secunda pars sui Rosarij in li-  
 tera M. Quod amicitia est omnium rerum fortis-  
 sima, propter quam etiam iam inueniuntur ali-  
 qui mortem subiisse, sicut de discipulis Pythagora  
 legitur. Vnde Salomon Cantorum vlt. ca. in-  
 quis

quit. Fortis est, ut mors, dilectio: & habetur Eccl. 6.  
amicus fideli nulla est cōparatio. ynde dicit Arist.  
2. Politicorum: Amicitiam quidem putamus maximum esse bonum ciuitatis. & Salust. in lugurino. Non exercitus neq; thesauri pr̄sidia regni sunt, sed veri amici. Et Tull. lib. de amicitia, ait. Ego vos horrō quantum possum, ut amicitiam omni bus humanis rebus anteponatis. Et idem in 1. lib. de fine bonorum, & malorum dicit. Epicurus qui dām ita inquit: Omnim̄ rerum quas ad beatē viendū sapientia cōparauit, nihil est maius amicitia, nihil yberius, nihil iucundius. Et Quintil. lī. 3. declamationum inquit: Non reperio quid in rebus humanis excoigitauerit natura, pr̄stantius amicitia. Et idem Cassiod. in lib. de amicitia, & ipse Tel. in lib. 1. Rhetor. veter. Maximē bonū est amicitia: plurimē enim delectationes sunt in amicitia. & dieit Valer. lib. 4. de amicitia, quod deserta est futura vita hominis, nullū amicitia cincta p̄fido. Et autor Astrolabij inquit. Omnia dona Dei transeendit verus amicus. Est enim ijs amicus quidem, qui est tanquam alter. idem teste Cic. de amicitia. Et sic amicitia habet idem velle in lexit, & honestis, vt refert glo. fi. in l. lata culpæ. ff. de verb. & ter. sig. vbi inſert, quod non est amicitia inter latrones, & strandatores, sed fraus & dolus: ideo quia rētūpis causa. Et dicitur amicus secundū cādem glo. quasi animi custos, & tex. in l. dicit amicos appellari omnes debere nō leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura, hoc est, necessitudines hominis familiaritat̄s qua sita rationibus. Et ibi ait Cic. quod nihil est tam naturae aptum, tamq; conueniens ad res, vel secundas, vel aduersas, quam amicitia Principio, quā potest esse vita vitalis, qua nō in amicitia mutua benuolētiaq; cōquicifat? Quid dūcīs, quam habete quo cā omnia audeas sic, oqui, vt tecum? quis etiā tantus sinistris in prosperis rebus, nisi haberes qui illis & quā tu ipse gauderer? aduersas verò res ferre difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam quam tu serret. Amicitia plūcimā res continet, quo nō verteis pr̄stō adēst, nullo loco excludit, nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Nā & secundas splendidores facit, & aduersas partiens communica ſequeniores. Cumq; plurimas & maximas commoditates amicitia cōtineat: tam illa nimirum pr̄stat omnibus, quod bona spe pr̄luctet in postrum, nec debilitati animos aut cadere patitur. Ut tum etiam iam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquid intuetur sui. Quocirca, & absenter adiunt, & egentes abundat, & imbecilli valent: & quod difficilius dictum est, mortui viuunt. Tantus cos honos memoria desideriumq; p̄sequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis, quod si exemeris ex natura rerum benevolentie coniunctionem, nec domus villa, nec urbē stare poterit. Nec agri quidē cultus permanebit: id si minus certe intelligitur, quanta

vis amicitiae concordiaq; sit, ex dissensionibus atque ex discordijs percipi potest. Quā enim domus tam stabilis, quā tam firma ciuitas est, quā non odīs atq; diffidijs fundit? possit eueri: Ex quo quantum boni sit in amicitia iudicari potest. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculum annuitur: quod in amicissimo quoq; dulcissimum est. Solem enim ē mūdo tollere videntur, qui amicitiam ē vita tollunt: quā à Dijs immortaliibus nihil melius habemus, nihil iucundius, & concludam: Vita inulta, & defēcta ab amicis non potest esse iucunda. Nempe & hi, qui se toros tradiderunt voluptatib. sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Hic nō omittam infērere, q; & natura nos docuit de amicitia. Nam Appion doctus homo in lib. Aegyptiacorū 5. vidisse se Romā seripit, recognitionem inter se & mutuam ex vetere amicitia hominis, & iconis, teste Aulo Gel. lib. noct. Atti. 5. c. 14. cuius verba transferre curauit. In circo maximo, inquit, venationis amplissimae pugna populo dabatur. Eius rei (Romā cum sorte esse) spectator inquit sui. Multa ibi scuientes serē magnitudine bestiarum, omniumq; inusitata aut fortia erat, aut ferocia. Sed prater alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit: pr̄terq; omnes cāteros vnu. Is vnu Leo corporis impetu, & valitudine, terificoq; fremitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicū fluctuantib. animos oculosq; omnium in fēce cōuerterat. Introductus erat in complures cāteros ad pugnā bestiarum, Dacus seruus viri consularis, ei seruus Androdus nomen fuit. Hunc ille leo vbi vidit procul, repente, inquit, quasi admiratus fuit, ac deinde sensim, atque placidē, tanquam noscirabundus ad hominem accedit. Tum caudam, more atque ritu adulantium canum elementer & blandē mouet, hominiq; se adiungit. Curaq; & manus eius semi-mortui timore, lingua leniter demulcet. Homo Androdus inter illa tani atrocis bestiaz blandimenta, amissum animum restaurat. Paululumq; oculos ad contuendum Leonem reuertit. Tum, quasi mutua recognitione facta, latos, inquit, & gratulabundos videres hominem & leonē. Eares protus admirabilis, maximos populi clamores ex citat. Accerfitumq; à Cæſare Andromum interrogatumq; dicit, cur ille atrocissimus leonum vni percepisset. Tunc Androdus rem miram narrat. Quum prouinciam, inquit, Aphricam proconfusati imperio meus de minim⁹ obtineret, ego ibi duris ciuis, & quotidianis verberib. ad fugāsum coactus: & vrimhiā à domino tetrici illius p̄fide tutores latebra forent, in camporū & arenarū solitudines cōcessi: Ac si defuisse eibus consilii fuit motrem aliquo modo querere. Tū sole, inquit, medio rapido & flagrantib, specū quandā noctis remotā latebro-samq; in eā me penetra & recondo. Neq; multo post ad eandem spēcum venit hic leo debili vno & crue-

## D V O D E C I M A P A R S

& cruento pede gemitus edes, & murmura, dolorem, cruciatumq; vulneris commiserantia. Atq; ille primo quidein conspectu aduenientis Leonis terrorem sibi incussum dicit. Sed postquam introgressus, inquit, Leo, vtires ipsa apparuit, in habitaculum illud suum videt me procul delitescentem, mitis & mansuetus aeeessit, & suspensum pedem ostendere mihi & porrigit, quasi opis petenda gratia visus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem vestigio pedis eius harentem reuulsi. Conceptamq; saniem vulnere intimo expressi. Accuratusq; sine magna iam formidine siecaui penitus atq; detersi cruoē. Ille tune mea opera & medelacutus, pede in manibus meis posito, recumbuit, & quieuit. Atq; ex eo die, triennium totum ego, & Leo in eodem specu codemque victu viximus. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggesterbat, qua: ego ignis copiā non habens, Sole meridianu torrens, ecedbam, Sed vbi, inquit, vita illius ferina iam perturbata est, Leone in venatum profecto, veliqui specum, & viam fermè tridui permenitus, à militibus vobis apprehensusq; sum. Et ad dominum ex Aphrica Romanam deductus, is me statim rei capitalis damnandum, dandumq; ad bestias curauit. Intelligo autem, inquit, hunc quoque Leonem, me tunc separato, captum, gratiam nunc mihi beneficij, & medicinae referre. Hec Appion dixisse Andromum tradit: atq; ideo cunctis potentibus dimissum Andromum, & poena solutum. Leonemq; ei suffragijs populi donatum. Postea, inquit, videbamus Andromum & Leonem loro tenui reuinētum urbe tota circum tabernas ire, donari aere Andromum, floribus spargi leonem: Omnesque ferè vbiq; obuios dicere: Hic est Leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis. Plura alia exempla de more animalium, maximè Delphinorum, erga homines, & quod Delphinus sit hominis amicum animal, vide per Plin. lib naturalis historiæ 9. cap. 8. & Gellium in noctibus Atti. lib. 7. ca. 8. Sed de amore dicamus, de quo in auth. quibus modis natureles efficiunt legitimi. §. nouimus coll. 6. dicitur, quod nihil est amore vehementius, vbi gl. in verbo, vehementius, inquit:

*Non frater fratricum furor ille venit:*

*Igneus ille furor nec habere modum.*

Hunc amorem commēdat Cælius li. antiquarum lectionum 9.ca.24. vbi ait, quod Platonicus Phædrus magnum esse Deum amorem comp̄bar: apud Deos hominesq; mirandū: cum propter alia multa quæ ibi describuntur. Amor certè omnibus ad omnia est ingenitus: & quomodo Athenis erat simulachrum amoris, & ei sibant se aera multis in locis. Et idem Cælius lib. 12. c.36. inquit, quod Phædrus maximorum bonorum causam esse amorem pronunciavit. Nee se inuenire quid melius accidere possit Adolescenti, quam optimus amator, aut amatori quam amatus opti-

mus. Eresse quidem duo, quæ pueritia per omnem vitam ducere illum debeant: In reb. turpib. verecundiā, in honestis studiū. Hac autem nobis neq; diuitiæ, neq; honores præstare citius posunt ac melius, quam amor, neque absq; his duobus aut ciuitas vñquam, aur priuatus præclarum aliiquid & magnificum perficere poterit. Nec vñlus adeo ignauus est, quicunq; amor non inflammet ad virtutem, diuinumq; reddat, vt viro fortissimo pareuat. Nā vim furoremq;, vt dixi amor aman- tibus inspirat. Quin etiam pro altero mori amantes soli eligunt. Nec viri tantum, sed inuitates quoque, vnde veri amoris veræq; amicitiæ testimonia sunt locupletissima, vt est historia de Tito Ful. Roma. & Gisippo Ath. viris amicissimis, qua est euersa ex Boccatio à Philip. Beroaldo in lingua latinam. Laudes amoris commemorat in oratione quam fecit de amore ipse Beroal. vbi ait: Socratem Philosophorum fontem, quadam olim oratione amorem vituperaturum, ob verecundiam pallio caput operiūsc. Idem mox eiusdem laudationes per palinodium: hoc est, contrarium can- tum celebraturus, id aperto atque reuelato capite factitauit. Ideo ibi laudatus amorem, alacri animo ita exordit: Magnus Deus est amor, apud hominesque mirandus, vt Philosophi dixerunt, & ob originem antiquissimam in primis hono- randus. Si quidē Hesiodus in Theogonia cecinit post primordiale chaos repente terrā & amore simili extitisse. Puro aurem esse hunc insitum vni- euiq; corum quæ sunt, naturalem vim, causamq;, quaesse expedit vnumquodque. Et vt inquit Par- menides, ante Deos omnes primum generauit a- morem: vnde ab Orpheo (quem diuis Aug. inter theologos prisces annumerat) cognominatus est Pranes, ab eo quod ex Chao primus apparuit, licet plures amores, vt Veneres, fabulosè ficti sint, quos plures scriptores cōmendarunt. Illis omissis amo- rem illum celebremus (inquit Beroald.) qui à Platone diuinitus memoratur. Qui virtutes amatori bus suis conciliat, qui nos Diis amicos facit: dicamusq; cum esse coelestem, beneficium, pacificum, puleherimum, qui mortalibus maximorum bonorum causa est, vt iam dixi. Qui pacem largitur hominibus, qui ventis teuici, qui mari tran- quillitatem, qui elementa societate conglutinat, qui cunctos familiaritate conciliat, benevolentia largitor, malevolentia exterminator. Et quemad modum coniungi vna nō potest amaritudine cum dulcedine: caligo cum lumine, pluia cum serenitate, pugna cum pace, sterilitas cum fecunditate, cum tranquillitate tempestas: ita cum amore odiū, ira, inuidia, liuor, malevolentia copulari non possunt. Et quicmad modum radius à sole, calor ab igne, rigor à glacie, candor à niue nequeunt separari: ita amore duelli non possunt benevolen- tia, societas, necessitudo, concordia. Hic est enim amabilissimus amicitiæ nodus, Princepsq; ad- neuolen-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

345

benolentiam conglutinandam. Vnde ab amore amicitia traditur esse nūcupata. Quod est in nauigio gubernator, & in ciuitate magistratus, quod in mundo sol, hoc inter mortales est amor. Nauigium sine gubernatore labascit, ciuitas sine magistratu periclitatur, mundus sine sole tenebriscosus efficitur, & mortalium vita sine amore vitalis non est. Tolle ex hominibus amorem, solem & mundo sustulisse videberis, vt superius dixi. Huc adde & hic Deus à nobis omnem rusticitatē amolitur, omnis elegantiā, omniumque munditiarum patet est. Vnde venustè Plautinus senex amorem Deum appellat munditiatem, eumq; puris nitibus ait antecellere. Da mihi hominem effemerū auge truculentū: hunc amor ē vestigio mollem reddet & mansuetum. Da rudem & rusticānum, sicut ab amore fiet ingeniosus & vrbanus. Daincultum, ab amore cultissimus efficietur. Denique torpor omnis, negligēs omnis, somnus, lethargicus, mareor, squalor, incuria, ex amoris contubernio climinantur, in quo industria, gnauitias, vigilancia, solertia, cultus, decor commorantur: vt de Galeso Cymon, de quo vide historiam in Latinū ē vernacula sermone conuerfam per Philippum Beroaldum. Sed hic est modus, hac mensura, hoc temperamentum, quod virtutibus adhucetur, in amore quoque adhibetur: & proculerit omnis de amore coquestio. Nam, vt inquit veridicē Plautinus seruus, Bonum est pauperrimum amare sanè, infanè non bonum est. Nam virtus in medio consistit. & in nobis, teste apostolo, ordinata debet esse charitas. Et cum nihil aliud sit amor ex definitione Philosophorum, quam fruenda pulchritudinis desiderium, illum nos amorem laudamus (inquit Beroaldus) celebramus, extollimus, qui pulcherrimus est, qui ex pulchrorum desiderio natus, pulcherrima plura mortalibus euntis imparit. Nonnartes, vt ab hoc quasi quodam sorte emanarunt? Nonne hic omnium inuentiorum autor est & propagator? medendi nempe & diuinandi, & sagittas ab areu excutiendi disciplinam (amore duce) inuenit Apollo. Texendi attificium Minerua. Fabricam terrariam Vulcanus. Mensuras & pondera Phædon. Literas Mercurii. Leges Ceres. Denique omnes qui per artes inuentas vitā excoluerunt, Amore impulsore atque ductōe commenti sunt nouas inuentiones. Non enim talia satagendo inueniuntur, nisi talia ad amassent. Omitto, vt ait, quod per amoris beneficium animalia euncta progenerantur in terris. Nonne ea que inanisata dicuntur, amare quodammodo existimantur? Hinc magnesserrum trahit, Succinum paleas. Cecias nubes, & vt inquit Empedocles, Arida terra amat imbræ. Et nemo non (vt ait Hieronymus) aliquid amat. Denique amore constant omnia, augeantur, florescent, propagantur. Igitur amorem colamus, amorem meritis præconijs extollamus.

**Q**VINQUAGESIMAQUARTA CONSID. DE LANDO PEÇU-NIAE ADSTRITUS, QUAE EXCELLIT OMNES RES MUNDI. CUM CI OMNIA OBEDIANT, VT HABETUR ECCL. TO. VBI DICIT SALOMON, PEÇUNIAE OBEDIUNT OMNIA, & IN C. 7. CODEM LOCO DICITUR:

Sicut protegit sapientia, sic & protegit pecunia.

ET IN LIB. 3. DE MORIBUS MEDICORUM DICITUR:

REX REGAM NUMMUS DOMINES MANET & DOMINATUR.

ET CUNCTI REGES SUBJICIUNTUR EI.

Vnde dicitur:

NUMMUS HONORATUR, SINE NUMMIS NULLUS AMATUR;

NUMMUS VBI LOGUITUR, TULLIUS IPSE TACET.

ET VT DICIT CALVIUS LIB. ANTIQUARUM LECT. 12. CA. 68. PEÇUNIA DEA DICITUR, Vnde Iuuenalis:

ET SI FINE STA PEÇUNIA TEMPLO

NONDUM HABITAS, NULLAS NUMMORUM EREXIMUS ARAS.

Sed, vt dicit Amb. lib. 2. Offic. c. 21. HOC MALUM IAM DUDUM INFUXIT HUMANIS MENTIBUS, VT PEÇUNIA HONORIS FIT, & ANIMI HOMINUM DIUINITIARUM ADMIRATIONE DIGNI, VT NEMO NISI DIVES HONORE DIGNUS PUTETUR. NAM DIVES A DIVO FIT, QUOD QUI DIVIES FIT, QUASI DEUS NIHIL INDIGERE VIDETUR, Vnde, teste Phil. Beroal. in suo opusculo de felicitate, omnes ferè existimant summum bonum, seu felicitatem esse diuitias, & solum diuitem esse beatum: PRIMÒ IN TESTIM. HORATIUM AFFERENTES, QUI AIT:

OCIUS, CIVES, QUÆRENDĀ PEÇUNIA PRIMUM EST,

VIRTUS POST NUMMOS.

ET IN SERMONIBUS EUM AIT:

OMNIS ENIM RES

VIRTUS FAMA, DECUS, DIVINA, HUMANAq; PULCHRIS

DIUITIAS, PARENT, QUAS QUI CONFRAXERIT, SILLE

CLARI SERIT, FORTIS, IUSTUS, SAPIENTIS, ETIAM REX:

ET QUI QUID VOLLET.

CUIUS SENTENTIAE AD STIPULATUR PETRONIUS ARBITER IN SUO EPIGRAMMATE, CUM INQUIT:

QUI SEQUIT HABET NUMMOS, SECURA NAVIGET AURA,

FORTUNAMq; SUO TEMPERET ARBITRIO.

ET PAULÒ POST:

MULCA LOQUAR, QUIDVIS NUMMI PRESENTIBUS OPTA,

EUENIE CLAVUSUM POSIDES ARCA LOREM.

HINC IURISCONSULTUS VLP. IN LIB. BONORUM. 1. FF. DE VERB. SIG. RECFT, QUOD BONA NATURALITER DICUTURE EX EO, QUOD BEANT, HOC EST, BEATOS FACIUNT, VT SUNT DIUITIAS, PEÇUNIAE. BEARE AUTEM EST PRODESC. ET AIT TULLIUS, DIUITIAS ESSE EFFECTRICIES RERUM MAGNARUM & IN PRIMIS VOLUPTATUM. PEÇUNIAE NECVI SUNT BELLORUM, AURUM PERFLUSSIO EST REGUM. HUIUS METALLO (VT INQUIT VERIDICĒ APULEIUS) DIFFICULTATES OMNES SUNT PEÇUNIAE & AURU ADAMANTINA FORES PERFRINGUNTUR. DICERE SOLEBAT VERRES, NIHIL ESSE TAM SANCTUM, QUOD NON VIOLATI: NIHIL TAM MUNITUM, QUOD NON EXPUGNARI PEÇUNIA POSSIT. AURUM (VT INQUIT HORA-TIUS) PER MEDIOS IRE SATELLITES & PER TUMPERE amat SAXA POTENTIUS IETUS MINEO. PHILIPPUS MACEDONIUS REX OMNIA CASTELLA EXPUGNARI POSSIT DICEBAT: IN QUAE MODO ASELLUS ONUS AURUM ASCENDERE POSSIT.

SSS

Qui

## D V O D E C I M A P A R S

Qui verò pecunias bellorum ncruos esse dixerunt, oraculo certiora dixisse videntur. Archid. Ia-  
con socijs inquirentibus quantum satis foret pecunia ad belli administrationem: respondit, bel-  
lum ordinata non querit. vnde in summo Imperatore ha res inesse debent: Scientia rei militaris,  
virtus, authoritas, felicitas, & auri copia, sine qua  
reliqua manea & mutila esse creduntur, sine quo  
præclara non facilè geri possunt.

Pecunia magna bonum generis humani existi-  
matur, vt inquit Euripides. Pecunia in honore,  
pauperras probro haberi coepit, vt volunt Salust.  
& Seneca. Cui enim diuitiae affluent, huic nihil  
decess creditur. Nam, vt ait Horat.

*Etenim & formam reginam pecunia donat,  
Et bene numatum decorat juadel a venusq.*

Hinc in ea. sicut hi. in prin. 47. distinet. traditur,  
Quod mens mortalium semper aurum, semper  
argentum videt: gratius intetur aurum quād so-  
lem: Omnis nostra oratio & supplicatio ad Deum  
aurum querit: vnde Persius:

*Prima ferè pota & cunctis notissima templis:  
Diuitia crescant; ut opes, ut maximato  
Nostra sit arca foro.*

Et capi deber hīc pecunia pro omnī re, quæ est  
vel esse potest in patrimonio, iuxta text. & not. in l.  
pecunia infra, & in l. sequen. & in l. pecunia. 2. ff. de  
verb. & rer. signifi. & in c. totum. 1. q. 3. & clarior est  
tex. in l. pecunia 2. ff. eod. qui ait. Pecunia nomi-  
ne non modo numerata pecunia, hoc est nummi,  
sed omnes res tam soli quam mobiles, & tam cor-  
pora, quām iura continētur: & hoc largissimè, sed  
strictè pro pecunia numerata, vt est tex. in ca. 2. & 3.  
14. quæ. 3. sed melior rex in l. C. de probatio. Pre-  
mium autem nō consistit nisi in numero tantum,  
vt in §. item precium. institu. de emptione & ven-  
dit. Iten largè pro omni eo quod consistit ponde-  
re, numero, vel mensura, vt in l. talis scriptura. ff.  
de leg. 1. & l. 2. §. item mutuum. ff. si cert. pet. & ibi  
notatur in l. 2. in glo. per. C. de consti. pec. & in d. §.  
item mutuum. in glo. in verbo, pecunia. & in d. c.  
torum 1. q. 3. Aduerte tamen quod strictè accipi-  
do est de his, quæ ferundo seruari non possunt.  
Bart. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & in l. in-  
terdum. ff. de condonatione indeb. & Alexan. in l.  
singularia. in 7. col. ff. sic err. pe. & do. meus laſi in 1.  
col. vbi etiam declarat quomodo capiatur pecu-  
nia. Et idem de termino numimus, vt dicit idem  
do. meus laſo. in l. nummis. in 3. col. ff. de in litem  
jurando. Et restat Cælio lib. antiquarum l. c. 12. c.  
49. Numimus est, qui rebus mensuram infert ac  
assumptionem. Estq; medius quodammodo, cu-  
ndam metitur, ac rerum pretia in equalium ea men-  
sura ad equalitatem reuocantur. Quia verò exle-  
ge est, non natura: proinde numimi prorepit ap-  
pellatio à nomo, id est, lege. Estque, vt Aristot.  
inquit, tanquam fideiſuſor. Quapropter num-  
mum monetam appellauerit, quod signo numis-

matis moneantur, cuius pretij esset. Et licet in ali-  
quibus laudetur pecunia, vt dictum est, tamen in-  
plerisq; vituperatur, quod omittit, cū sit alienum  
ab hoc in instituto. de quo Luc. de Pen. in l. hi penes.  
col. 2. C. de agric. & censitis. lib. ii. & per Philip. Be-  
roaldini in suo libello de optimo statu. Et telle  
Blondo de Roma triumphante li. 8. inter alias di-  
uitias & pecunias, laudat illas quæ proueniunt ex  
agricultura.

**Q**VINQUAGESIMA quinta conside. erit de tribus  
modis regendi rem publ. seu tribus speciebus  
principandi in ipsa republ. & quæ illarū sit potior,  
melior & excellenter.

Nam primus modus seu prima species regendi  
seu principandi est regni, in quo unus moderatur  
& gubernat secundum virrum: & istum prince-  
patum Monarchiam vocant, & est optimus inter  
omnes principandi modos, & multo antecellit, vt  
recitat Anto. Flor. in sua sum. 4. part. tit. 5. c. 4. §. 4.  
Repräsentat enim diuinum regnien, quototus  
mundus ab uno creatore gubernatur & regitur.  
Repräsentat etiam ordinationē natura per quam  
omnis multitudo, & deformitas ad aliquid vnum  
gubernans reducitur, sicut omnia mobilia ad v-  
num primum mobile, scilicet hac Flo. vbi supra.

Legist̄ verò & iuris consulti alias rationes com-  
mendationū huīns speciei principandi adducunt.  
Nam dicit rex. in l. 2. §. deinde quia difficile. versi-  
fusissimè. ff. de origi. iur. quod per vnum rectius  
quam per plures Reipublica consulitur. Facit tex.  
in l. 3. §. quamuis autem. vers. apparet. ff. deadmi-  
tut. vbi dicitur quod facilius per unum tutorem,  
quam per plures tutela admin. & ibi ratio assigna-  
tur in gl. in verb. facilius, cum ariat:

*Sugnus expeditum commissa negotia plures.*

Hoc & Philosophus 3. Politicorum asserit, qui  
ca. 11. & 12. decidit viro optimo potius quā multis  
potestarem tribuendam, vide Boherium in tract.  
suo de custodia clauium portarum ciuitatum, al-  
legantem Aegidium de Roma in tractatu de regi-  
mine principum. & Barto. in tractat. de regimine  
ciuitatum, & Cardin. in capit. in apibus. 7. quæst.  
vnde diuus Hieronym. in Psalm. 146. Melius esse,  
inquit, vnum timere, vt plures non timeas: quam  
plures timere, vt ab uno sit turus. Dicebat etiam  
Homerus, vt cum recitat Aemylius, non posse bo-  
nē rem publicā geri multorum imperijs. Sed & ap-  
pud Herod. Dariusecum de statu Persarum confi-  
tuendo foret consultatio, pulchra oratione vincit  
vnius regimen præstare, ita quod ex eius consilio  
& sententiā, scilicet, q; melior foret status vnius, ipse  
Darius paulo post Rex Persarū fuit declaratus. Si-  
quidem expluriū etiam optimatū gubernatione  
odia inter ipsos priuatim excitantur in publicum  
pernicioſa, cum vnuſquisq; primus in Republica  
esse velit. Et talib; autē odijs ſeditiones, ex ſeditio-  
nibus cœdes existunt. Proinde opus est, vt vnuſis,  
veluti caput, à quo nequaquam membra diſcen-  
tiant.

tiant. Et vt dicit Pet. de Anch. in consili. suo 339. incep. pro maiori intelligetia. vt plene ponit de exordiis regum. Et dixi supra in §. part. iii 1. considerat. quod sicut iura imitantur naturam, vt in §. minorem. instit. de adoptio. Sicut regulariter in membrorum pluralitate est unum caput, ita quod si pluri reperientur capita, esset monstrum. Ie. nō sunt liberi. ss. de statu homini. & vbi pluralitas, ibi discordia. ca. quando Adam. de penit. distin. 2. Sic unus tantum debet esse Rex & dominus in societate. Ideo dicit Apostolus ad Ephes. 4. Vnum caput, vnum spiritus, vnum dominus, facit tex. in e. in apibus. 7. q. 1. vbi dicitur: In apibus dux unus est, & grues vnam sequuntur ordinem literato. Imperator unus ludex unus prouincia. Nempe Roma condita duos fratres simul reges habere non potuit. In Rebecca vero vtero, Esau & Iacob bella gesserunt. Ibidem praecepit, vt singuli sint Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nitatur. Facit etiam text. in ea. loquitur. 24. q. 1. vbi dicitur quod unus est Deus, vna fides, vna spes, & vnum Baptisma. Hinc habetur Ezechiel 37. Seruus meus David rex super eos erit, & pastor unus erit omnium illorum. Faciunt que dicit Sozi. in consili. suo 165. in 2. vol. col. 7. ibi: secundo hęc conclusio probatur, vni dicit, quod virtus vna fortior est ipsa dispersa, vt at Philosophus. Vnde veritas inquit. Omne regnum in se diuisum desolabitur. & Arist. 12. metaphy. Entia nolunt malè disponi, nec bonum pluralitas Principum, unus ergo Princeps. etiam plura scribit Fel. in c. que in Ecclesiarum, 32. co. vcr. si. hanc declarationem limita. de consti. & Aluar. in ea. præterea ducatus. colum. 2. de prohibita feudi alienat. in vrb. feudorum. Et amplissimè per Aegidium de regimine principum in 2. part. 3. lib. c. 3. & 4. vbi cōcludit melius esse ciuitatem, & regnum regi per vnum quam per plures, & iste modus nun caput Monarchia seu Monarchia. vt dixit, que ceteros modos excellit, scilicet Aristocratiā, & Democratiam. De quibus per Franciscum Patrium libro de regno, & regni institutione lib. 1. tit. 3. Et huius reipublicae regie modi sunt quinque, vt in politicis Aristotelis lib. 3. c. 10. & ibi Faber in suis commentarijs. Quos idem in introductione sua, quam facit in politica Aristotelis, sic deducit.

Primus, cum vni ob ingentia beneficia, & longe precentem virtutem, gubernationis summa creditur. Ethic proprii, & maximè regius modulus est.

Secundus, cum unus non omnium, sed autoritatem belli perpetuani habet.

Tertius, Cum unus secundū legem, & patrium morem, volentibus quidem, & aquo animo seruire iugum ferentibus, dominorum ritu practic, atque dominatur.

Quartus, Cum a vrgentibus rebus unus eligitur,

qui potestate durante dominorum ritu exercet imperium.

Quintus, Cum unus omnis habet potestatem, & in ciuitate in ijs que publica sunt, & in ijsque fo- ris geruntur, & hi vltimi quatuor modi, secundo loco, & minus propriè Regij sunt. ...

Alius verò est modus principandi, seu aliis est Principatus, qui est regimen optimatum seu principum secundum virtutem, & vocatur Oligarchia seu Aristocracia, id est, potestas optimorum, in quo aliqui principantur. Hęc verò potestas est minor Monocratia, sed superat Democratiam, vt dicit Anton. Floren. in loco hic superius allegato. Hęc multum laudat Franc. Petrat. in suo tractatu de instit. reipublica lib. 1. c. 1. sed forte, quia Flor. & propter eorum communitatē. Hęc etiam laudat F. Patrius Flor. libr. 1. de institutione reipublica. titu. 4. vbi dicit, quod in ea specie principandi, in qua optimates agunt soli, qui in ciuitate eum virtute degunt, quicq; optimi sunt, Rēpublīcam adm̄ inistrant, uic multitudo n̄ fauor, neq; diuitia, aut nobilitatis gloria opitulatur: sed honestas illos ad magistratus aut dignitatem prouicit, & credibile est ex optimis optima existere cōfilia.

Istam etiam administrationē, scilicet paucorum, valde probat Philip. Beroaldus in libello de optimo statu. Nam quod status optimatum, qui dicitur Aristocraticus, vt inquit, sit optimus, nomine ipso declaratur, & exemplistam recentibus quam vetustis liqueat, & autoritate fulcitur. Sententia Plautina est in milite: Nemo solus satis sapit. vnde, Vx homini soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem. Ex quo fit, vt consultationes plurium bonorum in vnum conspirantes sint salutares, & conducibiles rebus magnis administrandis. Aristot. 3. Politicorum, Vno, inquit, duo meliores sunt. & Homer: Duos ad omnia esse præstantiores. Hinc Agamemnon Homericus decem optat consiliarios Nestori consimiles. Et ita hortabatur Megabyzus, vt gubernatio Regni Persarum ad Oligarchiam, id est, statum paucorum traduceretur.

Et huius Reipub. optimatum quatuor sunt modi, de quibus Arist. 4. Polit. ca. 7. & ibi in commentario Fabri Stapi. & per eundem in dicta introduktione in ipsa Politica.

Primus, inquit, cum absolute, & simpliciter ab optimis viris secundum virtutem res publica moderatur, & hanc proprie optimatum Rēpubl. appellat.

Secundus, Cum in ciuitatis administratione diuinarum & virtutis habitu respectu ad magistratus euhuntur.

Tertius, Cum ad tria, diuinas, virtutem, & populum, aut duo, virtutem, & populum, recipiuntur habetur.

Quartus, Cum ea qua Res publica peculiari no-

## D V O D E C I M A P A R S

mine dicitur, ad paucorum gubernationem potentia inclinatur, & hi tres vltimi minus propriè optimates modi dicuntur.

Alius & terius est modus principandi, seu alia est species regiminis reipublicæ, quæ vocatur Democracy, & est regimen seu gubernatio populi, & est in quo res agitur ad imperium multitudinis, cuius nutu leges describuntur, & magistratus omnes eliguntur, & quod pluribus videtur, id commune omnium esse iudicatur. pro quo facit textus in l.2. §. nouissime. & §. deinde cum esset. ff. de origine iuris. & l.1. in prin. ff. de constit. principum. & §. sed & quod principi. in princ. insti. de iure natura gentium, & ciuii.

Et huius popularis gubernationes sunt quinq; modis eu species. secundum Arist. lib. 4. Politic. c. 4. Vbi commentarius Jacobi Fabri, quos breuiter recapitular in introductione superius allegata modo sequenti.

Primus, cum dominante lege, & pauperes, & diuites & quamlibet gubernandi facultatem.

Secundus, cum gubernatione secundum legem existente, magistratus & honores à sensu, & quidem exiguo dispensantur. l. posita, vt qui tantilla possidet, habilitat ad magistratus oboeundos, qui verò non, inabilitat esto.

Tertius, cum omnes omnino cives in dipiscendum magistratum habiles sunt, modo comprobentur idonei, ac lex dominetur.

Quartus, cum lege dominante omnes omnino cives habiles sunt.

Quintus, cum omnes omnino ad magistratum functiones sunt indifferentes, verùm non lex, sed multitudo dominatur, & hac deterrima, & Tyranni similiima popularium species, in qua decreta populi plus possunt quam leges, & in qua maxime oriri solent populi ductores, qui asperantes, benevolentia, & fauore, populum quo volunt, ducent: quos Græci, dæmagogas, Socrates fucus appellat.

Hac, vt dicit F. Patricius. lib. de instit. Reipub. l. titu. 4. Herodorum laudat Orthanes, cum de instituenda Persarum Republica agitur, eamque nominari dicit Ionomia, id est, quasi iuris & qualitatem, quando in Republica in qua multitudo dominatur, & quo inter omnes iure dirimenda sunt. Iuberque, vt in ea magistratus forte dicatur, qui gestorum omnium rationem reddant, vultq; & vt omnia consilia in commune referantur, & in multititudine omnia sint.

Huius finis est libertas, nihil magis cupit popularis multitudo, quam potestatem viuendi habere, vt velit, quam quidem libertatem Cicero esse affirmat. Et vt dicit idem Patritius: Libertatem esse dicit naturalem facultatem eius, quod cuique facere liber, nisi q. vi aut iure prohibetur, & hanc diffinitionem ponit Justinianus in §. 1. inst. de iure personarum.

Et de istis tribus speciebus. administrandarū specierum ornate copioseq; disseruit ipse Philippus Beroal. in d. li. de optimo statu. in prin. & tandem inclinatur in hanc partem, quod status nius optimus præstantissimusq; esse creditur: vt inclinari nimis, ratio suadet, & sententia cruditorū decernit: quorum autoritas nobis proportione sufficiat. Sed vt adincepta recuocemur, subiungit idem Patrius paulo post, quod alia sunt genera regendi rem publicam, quoniam, vt dicit: Nonnunquam accedit, vt in aliquib. ciuitatib. sibi opifices, & agrorum cultores dominantur: qui quoniam in multitudine prestant, nobiliores presulstant, & virtute affectos bonisq; artibus eruditos ludibri contemptuq; habent, fieri per fortunā potest, vt eiusmodi ciuitas tuto aliquandiu ac quite se habeat. Sed inclinante fortuna facile cernitur, quam difficile sit cum eiusmodi hominib. bene agere. Qui enim in agris, aut officinis aluntur, omnium rerum experientia carenti submissiōq; animo regunt. Nec doctrina, aut genere, aut magniarum rerum experientia adiuvātur, & dum nobiliores formidant, temerē omnia, aut crudeliter agunt: Plebs namq; omnis, aut humiliter scrut, aut cuncti magnacrudelitate imperat. Vnde M. Tullius in oratione pro Plancio sicut: Non est consilium in vulgo, non ratio, non discernit, non diligenter, & scindit in certum studia in contraria vulgus.

Eteriam contrà, vt nonnullas ciuiles societas sibi nobiliores regant: quorum quidē imperium, nequitiam, comprobādum centeo. Aduersantur enim plerūq; plebi, nec societatem inferiorem quo animo perpeti possunt, vt de nobili Claudio rum familia legitimus. Ex ijs pene omnes aderunt plebem adē violentos, ac contumaces fuisse constat, vt nec capitis quisquam rcus ad populum mutata veste prouocare, aut gratiam, vniq; deprecari voluerit. Atqui Appius Claudius Regillianus cum deceperit ester legib. scribiudis, & virginem ingenuam per vim libidinis gratia, in seruitutem conaret afferre, causam plebi dediit rursus à patribus discedendi. Nec minorem violentiam in plebem ostendit Claudia ciudē gentis scemina, quæ cum in conferta multitudine vix in carpento deuehi posset, palā exalamauit, Vtinam reuuiisse ret Claudio Pulcher, iterumq; classem amitteret, quo minor turba inibi obuiam daretur. Et quamquam nobiles vlrī animo excellentiores sunt: tamen proniiores ad bella esse cernuntur: quæ quamvis imperia aliquando augeant, plerūq; tamen vrbes funditus cuerrūt. Lacedæmonij, (vt Dionysius Halycearnaseus scribit) aduersa in Leuctris pugna, in qua 1700. ciues amiserunt, nunquam amplius ex calamitate ciuitatem cernere potuerunt. Thebani quoq; & Athenienses, ex infelici euētu pugna apud Cheroneam, nō modo principatu Græcia à Macedonibus, sed patria etiam libertate priuati sunt. Iniquū pterea esse videtur, vt cū ciuitas ex foliis

ex solis nobilibus extare nequeat, sed longe major sit reliqua multitudo, soli nobiles imperent, reliqui autem omnes famulentur.

Alimenta namque naturalia agricultura nobis sufficit, mercatura autem reliqua necessaria. Quo fit, ut nec sine cultoribus agrorum, nec sine mercatoribus ciuilis societas esse possit. Non igitur à publicis muniberibus auocandi sunt, quorum vius Reipublicae necessarii esse cernitur: Sed his munib[us] honestandi, qua[bus] faciliter per se gerere posunt, vel collegijs adiuuandi, à quibus eorum gressus adeo regantur, ut nihil incommodi ciuitas capiat, & inferiores à maioriis non videantur omnino destituti. Mediocres certè, qui neque abiciti sunt, neque opulentia nobilitatis nimis exulant longè modestius præsint. Sed si alterutrum necessarium est, vel sola nobilitas, vel sola plebs imperet: longè tutius arbitror cum nobilitate, quam cum plebe agere. Rarò enim turpiter, aut indecorè agit, qui maiorum suorum laudent secum periclitari cernit. At ille, qui per se ignotus est, & maiores suos longè obscuriores haber, parum admodum iacturam sibi aliquando facere videtur fideliqueri. Sunt præterea ingenitæ nōnullæ virtutes nobilioribus, vel eas aſequuntur persuasione maiorum. Hæc Patrius in prædicto loco: & ibi vide Exempla de virtutibus, & gestis quorundam nobilium, & rusticorum. Tandem concludit, quod ipso est de numero illorum, qui optimam Rempublicam esse dicunt, quæ ex omni generelhomini commixta sit, ex rationib[us] per eum ibi deducit, & propterea laudat Rempublicam Lacedæmoniorum (sicut & Philippus Berol[us] in loco libello de optimo statu in principio) veluti ex Monarchia, Aristocracia, & Democratio consistentem. Rex enim apud illos erat pro vniuersitate gubernatione, Senatus pro paucorum potentia, Ephori autem statum popularem representabant. Dicit etiam (licet alijs verbis) Anton. Flor. in loco supra allegato, quod optima Politia esset, quæ ex tribus supra nominatis mixta cōstaret. Sic enim unusquisque audiens Rempublicam amat, & ardentius statuta seruaret. Si ergo aliquis in populo sapientiores ab ipso in Principes, vel præfatos eligantur, & hi vltieris in Regem unum preſciunt, qui tam eis quam populo præſit, erit iste Principatus optimus, quia sub ipso Princeps sunt aliqui principantes secundum virtutem, vnde in omnia regimina conueniunt. Constat enim ex Democracy, id est, ex potestate populi in quantum ad ipsum pertinet, electio Principum. Item ex Aristocracia, in qua aliqui optimates principiantur, qui prædicto modo habent vim eligendi. Item ex Regno in quantum unus ex prædictis optimatibus electus tam eis, quam populo præſicitur.

Hæc vtique Politia in legi diuina fuit instituta. Nam ex populo aliqui sapientiores eligebantur.

Vnde Deut. i. dicit Moyses ad populum. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum cōuerſatio sit probata in tribubus vestrīs, vt ponam eos vobis Principes. Et hæc erat quædam Politia popularis, in qua nrum hi maiores à populo eligebantur. In quantum verò hi Principes populum gubernabant, inferiores causas iudicantes, erat quædam quædam species Politia popularis in quantum optimatum. In quantum verò vius præſiciebatur omnibus, quasi singulariter præſidendo, erat quædam species Regni. Et hæc Politia obſeruatur apud Venetos, qui habent Ducem electum à Primatibus, & Optimatibus, seu consilio illorum, qui quidem Optimates eligitur à populo, & illi Optimates administrant iustitiam, & aliam negotia communitatris, & dominij. Ille verò Dux præſit, & præſidet omnibus tanquam omnium, & Optimatum, & populi superior.

Hæc etiam Politia seruatur in regno Franciæ, si bene consideretur regimen ipsius Regni: quoniam unus est Rex solus in toto Regno, qui præſidet omnibus, & Dueibus, & optimatibus, & ceteris alijs qui ei obediunt, & subiiciuntur. Ibi vero Optimates, qui tamen ab eo ordinantur, & constituantur, iustitiam populo administrant. exemplo Moysi, qui consilio & prouidentia lettronis eius cognati constituit ex plebe viros sapientes & timētes Deum, in quibus esset veritas, odientes auaritiam, qui iudicarent populum omni tempore, vt habetur Exo. 18. Sic Rex Nabuchodonosor constituit Danielem præfectum & magistrum super cūctos sapientes Babylonijs. vt et Dan. 2. & pro Politia populi habet quælibet ciuitas suum defensorē, qui eligitur à populo. de quo in auth. de defensorib[us]. ciuitatum colla. 3. & in part. præceden. in s. confid. ex quo omnes Politia in Regno comprehenduntur.

**Q**uædam quinagesima sexta confid. Cum supra proxiimè tactum, est dignius, nobilius, & excellētius regimen esse Regni, idcirco nō immerto in dagendum esse de Regnis, quod ex ijs excellentiis indicandum.

Dergeno Cœlorum ante dictum est ista parte, in 2. confid.

Narrat August. lib. 17. c. 17. de ciuitate Dei, Tria olim fuisse Regna eminentia, insignia, & excellētia, videlicet, Sycioniorum, Aegyptiorum, & Assyriorum. Sed Assyriorum (vt inquit) multo erat potentius ac subliuarius. Nam Ninus Belis filius illius Regni Rex (excepta India) vniuersa Asia populos subiugauerat, quæ secundum aliquos dimidiātā partē mundi, secundum verò alios tertiam continet.

Sed secundum Danie. vt habetur Danie. 2. fuerunt quatuor Regna antiquitus per quatuor metallā figurata, & hec dicta sunt & fuerunt præcipua in orbe, scilicet, Orientale, quod fuit Assyriorum, & significatum per aurum. Meridionale, q[ui] fuit

## D V O D E C I M A P A R S

significatum per argentum, sicut regnum Persarū & Medorum. Septentrionale, quod significatum fuit per æs, eò, quia sicut æneum. quartum Occidente, quod sicut regnum Romanorum. Et cum diu fuissent regna Orientis illustria, voluit Deus Occidentale ferreum, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustrius. Quod sicut seruum comminuit & corruit omnia alia metalla, sicut etiam illud ultimum Regnum cōminuit omnia alia Regna, vt dicit text. Daniel. 2. Idque porosissimè concessit Romanis ad domanda multarum gentium mala, qui tamen laudis, honoris, & gloriae audi confiserent patria, in qua ipsam gloriam requirebant, salutem que eius saluti propriæ præponere nō dubitarent, vt dicit August. 5. de ciuit. Dei, e. 13. Romanum imperium, q̄ ip̄i virtutibus promeruerunt, cuncta in omnibus superauit, teste August. in prædicto loco ca. 14. Verum, prout dicit glo. Dani. eo. c. 2. sicut in prin. Romano imperio nihil fortius fuit, atque durius, ita in fine nihil erit debilius. Licet dicat Methodius, quod regnum Romanorum magnificabitur super omnia Regna Gentium, & nequaquam delebitur ab ullo eorum in aeternum. Habent enim armæ inexpugnabilia per quæ deiicientur omnes ad uersarij cius. quod verum dici posset de Imperio Romana Ecclesiæ, non Capitoli, vt dicit Luc. de Pen. in l. conductores. col. 4. C. de conuento. & p. curato. lib. ii.

Quicquid sit, hodie inter omnia Regna mundi regnum Franciæ est excellentius alijs, vt satis amplè deduxi supra in 5. part. in 30. confid. Nec potest fane dici aliud sūisse prefiguratum, quam illud, de quo Daniel. in d. cap. 2. vbi dicit: In diebus autem Regnum suiscitabit Deus cœli Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & Regnum eius alteri populo non tradetur. Non enim est regnum Romanorum, quia Romani non tenent illud, sed Alemani, ḡs à Romanis aliena. Ideo istud est regnum Christianissimum, cum Rex noster Christianissimus dicatur. & de huīis Regninaldibus & excellentiæ, & etiam Galliæ, vide in prædicta 5. parte, in 30. confid. & in hac parte, in 17. consider. Quod citiā satis ostenditur ex dictis Iacobi Bonaldi in suo panegyrico post additiones ad Ioannem de terra Rubea in suo lib. quem in titulauit, Vinea Ecclesiæ. vbi ait, quod licet sint plura Regna in mundo: quoniam, vt ante dixi, sunt tres partes orbis, Europa, scilicet Asia, & Africæ. Et in qualibet parte sunt plura Regna, vt in Europa sunt Regna sequentia, videlicet, Francorum regnū, Romanorum, Hispanorum, Anglorum, Siculorum, Legionis, Portugalie, Aragonum, Nauarræ, Dacie, Bohemia, Armenia, Cornubia, Cypræ, Sardinia, Conachia, Muniauia, Vrachonia, Rex Catholicus, Nauarchie, Colen. Mamiæ, Voloegamie, Minoricarum, Scotia, Polonia, de quibus dixi in d. 5. parte, in 28. consideratione. Et omnia veniūt

per successionem præter regnum Romanorum, vt dicit Bal. in l. ex hoc iure. versi. quartò quæritur. ff. de iustitia & iure.

In partibus vero Africa sunt Regna, scilicet, regnum Cataltharsæ, Turnestar, Corafinæ, Confañie, Indiæ, Persarum, Medotum, Portæ, Georgia, Syria, Cappadocia, Eithynia.

In partibus vero Africæ sunt Regna colliguntur, Aethiopia, Lybia, Aegypti, Arabiæ, Iudeæ, Cicilia, & teste codem Iacobo, reperitur in Europa, Theslalæ regnum, Macedonia, Thracia, Scythia, Mauritania, & Numidia; & ibi multa ex illis laudat, maximè regna Aegyptiorum, Seytharum, Bithynia, Syria, Arabum, Cappadocum, Parthorum, Indorum, Hispanorum & Italorum laudat, & de eis plures laudes depromit, cum quibus etiam addit vitia, quæ omitto recensere, cum sit extra aream. Tamen inter cætera Regna mundi extollit Regnum Franciæ ex pluribus ibi descriptis: de quibus aliqua dixi in d. 5. parte, & scribit loan. Ferrault in suo peculiari tractatu de priuilegijs & insignijs regni Franciæ.

**Q**uinquagesima septima consideratio de excellentiori Insula mundi per cunctatur, quæ hic commode inscribitur post excellentias Prouinciarum, cum Insulae sint pars Prouincia. l. insulae, & ibi glo. ff. de iudicij. Nempe, vt rescrib Philippus Bergomensis lib. 1. sui supplementi plutes reperiuntur insulae, quas describit usque ad numerum 88. & dicit celebriores & notas: & easponit secundum ordinem Alphabeticum laude aliquarum. De multis fit mentio in libro de locorum ac mirabilium mundi descriptione, qui est impressus cum Geographia Ptolemaei cap. 16. cum quatuor sequentibus.

Credo, quod Britannia, siue Anglia, quæ Britannia maior nuncupatur, est excellentior, quæ sit in mari Oceano, & illam dicit per maximam ipse P. Bergomas lib. 4. sui supplementi Chronicarum. quæ quidem triangularis est, & ab omni continente habet diuisa. Vnde ait Virgilii in Bucolicis:

Et penitus toto diuiso orbe Britanno.

Hæc secundum Solinum porrigitur in lögum octingentis paſuum millibus. apud eosdem, teste Pliniolib. 2 longissimus dies est 17. horarum. & in Italia est 15. & illorum nox septem resultat horis. Italorum vero nouem, Vnde Iuuen. Satyr. II.

Et minima contentos nocte Britanno.

Huius autem Insula maxima pars plana & frumentaria est, abundat pecore, auro, argento, ac ferro. In ea sunt fontes calidi, & salubres. Gagates item lapis ibi plurimus optinensque qui in aqua ardet, oleo vero restinguuntur. Item Margaritas scribit lib. 9. nasci in ea insula, parvas & decolores. Hanc Gregorius Magnus beatissimus Pontifex eò misit August. Mileto, & Ioan. monachis, vita probatissimæ viris, primū ad Christi fidem cōuerit. Ibidem

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

348

Ibidem Londinum ciuitas, nunc Londra Regum sedes, & copia negotiatorum, & lanificij arte celebris est. Narrat & ipse P. Bergomen. lib. 12. prædicti supplementi, quod cum Ioan. Anglorum Regi Ludou. Franco. Rex maximum indixisset bellum, Ioan. diuino auxilio virfus, statim & Angliam totam atque Hiberniam prouinciam suâ Romana Ecclesiæ vestigiles fecit. Nam centum au-  
xiliarchas quotannis se eisdem soluturum cōpro-  
misist, si ab eius impetu eum dominus liberare dignaretur. Atq; ita victoria diuinitus parta, postea aliquandiu apud Anglorum Reges hoc votum seruauit est. Et idem lib. 11. narrat quomodo Al-  
lidulphus Anglorum Rex, inter cetera membratu-  
digna, ob singularem Genitatem, vniuersam insulam Romia. Eccl. tributariam fecit. Namq; vt singula donus quotannis singulos argenteos ipsi Ecclesiæ per folueret.

Hybernia, insula Britannia proxima, dimidio minor quam Anglia existimat, spacioque terra sum est illa angustior, sed situ sœcundior. Gentes habet scrociissimas, & bello aptissimas, que pulchro sunt corpore, & elato, membrisque robustissimis accolore candido. Equo que parit, qui à na-  
tura suauissimo incesu, & quadam modulatione veluti more Regio decumbare videntur. Ibi nullus anguis, anis rara, ac apis nulla. Hanc insulam Celestinus Papa cuius nominis primus per Patrium beati Martini Episcopi ex sorore nepotem ad Christi fidem conuertit, autore P. Bergomate in suo supplemento Chronicarum lib. 4. Et in d. insula (qua secundum aliquos Hyrlanda dicitur) teste Baptista Fulgosio lib. de dictis factisque memorabilib. titu. de miraculis. e. de gemmis. terrâ, corium que animalium in ea natorum veneno & bestiæ de uitant sanguintq;. Experiendo enim homines didicerunt, hæc animalia si accipiti ponantur, ve velea, vel ignes contingent, in ignes ipsis potius se recipere.

Hirlandia vero regio equos habet vectiosos præcipua bonitate, quos vbinos vocant, celeriores Anglicis, quos gradarios dicimus.

Scotia etiam insula est (codem P. Bergomen. ibidem teste,) & est etiam Anglia suprema portio (quamvis in dict. descriptione locorum dicatur, quod Scotia eadem est & Hybernia) sed in Aquilonem versa, qua & fluminibus non magnis, & monte quodam ab Anglia ipsa dirimitur. Ibidem brumali tempore vix Sol tribus horis super terram appetit. Scotti Hybernorum amicitia, societateque plurimum gaudent. In Scotia & Hybernia plures sunt metropolitanæ ciuitates, quam in Anglia. In hac quippe insula constat natam suis aliquando arborem miraculosam, seu prodigiosam super quandam fluminis ripam, qua fructus producebat ad anatarum auium similitudinem, qui quidem cum maturitat proximi essent, sua sponte decidunt, & alij in terram, alijque in aqua,

& qui in terra omnino putrescent, in aquis verò demersi, mox animati enatare incipiunt, atque sub aquis, & in aëra pennis volant, de quo infra amplè in 80. confid. ver. refert etiam.

In mari verò magno mediterraneo credo Cre-  
tam insulam esse excellentiorem. Vnde in descri-  
ptione locorum supra allegata, cap. 18. dicit: quod pars est ingens Græcia, & quondam fuit centum  
urbibus nobilitata, vnde & hac Centropolis dicta  
est. Creta igitur autore P. Bergomen. in suo sup-  
plemento Chronicarum lib. 3. nobilissima insula,  
nunc Veneto subdita populo. (Nam Bonifacius  
Mötsferrati Marchio, illam cum indigeret pecu-  
nijs, Venetis vendidit.) videtur ad principatus to-  
tius Græciae suisse nata, atque situata. Hæc quippe  
cuncto in iminet mari, cum & Græci ferè omnes  
circum idem mare sint positi. vnde & in medio  
mudi dicitur esse posita. Abest à Peloponneso mo-  
dicum quid. Et illi à septentrione est Aegeum  
mare, & ab Oceano Ionium. A manu autem illi  
Icarium est mare. Et ab occiduo Afro absoluatur  
ponto, habet in longitudine 270. pass. millia. In  
latitudine 50000. Circuitus vero etiam D X C.  
millia pass. complectitur. Prima (vt Ptolemaeus  
& Solinus referunt) nauibus & sagittis claruit, pri-  
maque literis iura confinxit. Equestres ordines  
prima ordinavit, ex qua rei bellicæ cōualuit disci-  
plina, studium musicum idem perhibetur, & in  
ea inceptum. Est itaque in primis silvestriū ca-  
prarum admodum copiosa, ceroos non habet, lus-  
pos vulpē que ac alia quadrupedum noxia anima-  
lia nulla habet. serpens ibi nullus, nec nocturna  
ues. Larga est vitibus, & ideo optimi vini, quod  
Maluaticum vulgo appellatur, seracissima. Eò,  
quod mira in ea sit Solis indulgentia. In eadem  
aliqndo Labyrintus sicut, memorabile Deda-  
li opus à Poëtis decantatum. Maximè ab Ouidio,  
qui ita ait:

*Dedalus ingenio fabræ celeberrimus artis  
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu  
Ducit in errorem variarum ambagie viarum.*

Habet, & hæc nunc insignem urbem, scilicet, Cretam, qua olim Cortina dicebatur, penes quam est principatus. licet Gnofum vrbs olim Mi-  
nois Regis Regia fuerit (qui primus leges Creten-  
sis dedit,) & Strabonis optiuni Cosinographi  
patria.

Cyprum insulam inter alias formosam esse scri-  
bit idem P. Bergomen. d. libr. 1. & etiam scribitur  
d. c. 18. illa sicut famosa diuitijs, maximè aris. Ibi  
enim prima inuictio huius metalli sicut, & utilitas.  
Et Cypri Regini principiuni vide in d. supplemen-  
to Chronicarum lib. 12.

Rhodos est Cycladum insularum (qua omnes  
sunt num. 53.) prima, & etiam vrbs in ea pulcherri-  
ma, & Metropolis. P. Bergomen. in dicto supple-  
mento li. 3. dicit, quod hæc insula nongentorum

## D V O D E C I M A P A R S

æ viginti stadiorum ambitu continetur. In orientali promontorio constituta, inter Asiatas insulas tercia. Nam Leibus & Cyprus maiores habentur, quæ & portibus, & vijs, & in eis olim sicuit nunc cæteras Asiae vrbes superauit. Romanis & Græcis semper amica, quæ cum libera esset, multis, & donis, & simulacris excellentissimis clariuit. Præcipue vero Colossi fama extitit in signita. Statuam enim illam alij Solis, alij Iouis fuisse tradit, quam Cates Lyndus statuarius decies septenūm cubitorum altam ex ære ædificauit. vnde postea Rhodij Colossem. dicit, ad quos Apostolus Epistola scripsit. Fettur autem quondam hæc Insula adeo magnocorræmotu concussa, vt labentib. in illis tectis ingens quoque ille colosus rueret, teste Ptol. vbi supra. Nam, vt Solinus auctor est, nonquam ita cœlum nubilum est, vt in Sole Rhodos non sit. Aurum Rhodi pluissè ob feliciteratem, dignitatem, & antiquitatem insulæ cecinit Pindarus, vbi studia artium liberalium, & in primis oratoria, & legalis facultatis floruerunt. Et naualis reperiit adeo valut, vt annis multis mariis imperio potiretur, & Piratarum latrocinia sustulerit. Cur illius insulæ diu fuit in manibus religiosorum militum (qui beato Ioanni dieati sunt) vt superius dictum est in 4. patt. in 64. confid. Metaret nunc de ea loqui. Cum autem propter ipsorum militum incuriam, malam custodiā, seu defensionē, aut quia forte ita Deus fieri disposuit propter eorum peccata, aut Principum Christianorum discordias, inter eos tunc existentes, australias nescio, Deus enim seit, ab anno domini 1522. sit in manibus spurcissima sectæ Turchanæ redacta per ipsum Turcham vi oppressa.

Vnum hic referam, quod ipse Philip. Bergom. lib. 13. sui supplementi scripsit. ita enī ait: Ferunt Rhodios quoddam castellum S. Petri nominatū munitissimum habere (quod intellige dum possideretur à Christianis) quodque magno sumptu custoditur, quod non paruo vñi ipsi militibus & cæteris Christianis, qui, scilicet, in manus Turcorum incident, sape eo fugientes saluantur. In quo ingentes canes milites ipsi tenent & nutrunt, quose extra castra omni nocte emittunt. de quibus dicitur, quod Christianos odore solum cognoscant, eisque aduenientibus blandiuntur, Turcos autem latratu prodant, & mortibus insestentur.

Sicilia, insula est Italia pulcherrima, & de hac Dio sic scribit: Sicilia optima Insularū omnium antiquitatem rerum cæteras anteceilit. Patet in longitudine millia passuum 187. in latitudine 189. & omnis eius ambitus, vt habetur in dicta locorum ac mirabilium mudi descriptione, 120. clauditur stadiorum trium millium. secundum Diodorū in sexto, clauditur stadiorum quatuor millium trecentorum & sexaginta. secundum verò Solinum tribus millibus tantum. Est autem Sicilia

hæc insula terris frugifera, quam maximè frumenti fertilissima. idcirco Romani eam suum horrem vocauerunt, quod omnibus in rebus ceteris Italiam prouincij superior haberetur. Vnde Cicero in Ver. M. Cato sapiens cellam penuariam Reipublice nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Ideo Ceres in ea sationis Magistra fuit, quod in ipsa primum femina terre commiserit. Abundat præterea auro, croco, melle, zuccharo, alijsque permultis, & non modo fructibus, sed & pecoribus, pellibus, lana, & caseo, cœurnis tamen, & fistulis penetrabilis, ventisque & sulphur plena. Vnde & ibi Actæ montis extant incendia. Præcipem vrbium Syracusashabet, & Alphum fluuium magnorum generatorem eorum. Achatem lapidem ipsa primum ex Achate flumine protulit. Parturit & mare eius coralium. In eis insula primum est inuenia conœdia.

Omitto Sardiniam insulam in aliquibus partibus felicem, præcipue tritico, pascuis atq; pecoribus. ibi nullus Lupus gignitur, neque Serpens reperitur villus.

Item & Corsicam insulam, quæ abest à Sardinia nouem millium passib. & quæ tempore Plinij, (vt ipse attestatur in tertio) tres & triginta habuit ciuitates, quæ insulæ feracitatem & dignitatem præ se ferre videntur. In ea nunc sexstant ciuitates non ignobiles sub Archiepiscopibus Genuensium, & Pisanorum ab Honorio IIII. Pontifice suppositæ. Hæc ipsa insula præter optimum vinum, etiam alios fructus gignit suauissimos, abundatque bonibus, capris, ouibus, alijsque animalibus præter letissima pabula: & inter cetera eanes ferocios producit, autore Phil. Bergomate in d. suo supplemento Chronicarum. lib. 4. Et de pluribus alijs insulis à paucis diebus repperitis scripsit idem Philosophus in d. supplemento lib. 1. Alias autem plures insulas excellentes & famosas videre potest curiosus lector in locis præ allegatis, & per Cosmo graphos & alios, quide hac re scriperunt.

**Q**uinque simoœtaua confid. fit de dignitate. Ribus Ducalibus & similib⁹ post regalem dignitatem, quæ dignior & excellentior sit inter omnes dignitates Ducales Christianorum. In hac revideo multos obstrepere, qui suam patriam effere conantur. Exaltatur à suis Duxatus Medioli, cuius Dux habet iura Regalia, cum legitimare possit, vt scripsi in commento nostro tuper conserud. duxatus Burgun. titu. Des successions des barbares. artic. 3. ingl. ab intest. versic. quid autem de Ducibus. Qui etiam in suo Ducatu equiparatur Imperatori in vniuerso, vt dicit Paulus de Castro consil. 225. super primo dubio allegato per Alex. in consil. 2. in 1. vol. repetito in consil. 87. in 2. vol. Franciscus Curtius preceptor meus in tract. Feudorum (quem sub eo audiui) in secunda parte, in 2. quest. principali, vbi etiam dicit, quod Angelus in consilio 194. incipiente, in causa accusationis dicte

dicit quod Comes Virtutum Dux Mediolani censetur supremus Princeps. Et etiam Dux Sabaudia, ut scribit Iacobinus de sancto Georgio in sua uestitura feudali. in glo. prima versi. dubitatur. & Laurentius Calcaneus in consilio secundo incipiente, quidam nobilis strenuus vir. Anto. in 10. col. & arguendo pro ducatu Mediolani, in eo est vnuas Archiepiscopos, scilicet, Mediolanensis habens 18. Episcopos suffraganeos, scilicet, Papien. Ferrarien. Pergamen. Brixien. Cremonen. Nouarien. Vercellen. Iporien. Taurinen. (nunc verò est Archiepiscopatus) Asten. Aquen. Alben. Terdonen. Saonen. Albiganen. Vintinilien. & Placentinū, quorum decem sunt in ipso Ducatu. Etiā multū Comitatus, quos nunc tenet Dux Mediolani. Etiā maior est in redditu, quam aliis Ducatus. Sed obest, cum plures alii Duces cum praecedere debeant ratione antiquitatis, cum tantum fuerit Ducatus effectus anno 1395. & Ioan. Galeatius, filius Galeatij Mariae, sicut primus Dux, & ante subitiū Comitis annis 20. ibi rexerat. Purpuratus ve- rō in l. l. numc. 225, 239. & 633. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. laudat Dux Sabaudia, qui pro certo laudandus est, cum sit Vicarius Imperij, licet à paucis sit Duxatus, cum esset Comitus, vide per eundem in rubr. ff. de iurisd. om. iud. numc. 20. Duxatus vero Aquitanus, qui olim fuit Regnum, cum Regnum Franciæ fuit diuisum, & in tres partes, ideo in memoria pristinæ dignitatis, & ex quo multa alia excellentia habet (cum habeat sub se plures Comitatus, & etiam Ducatus, ut ante dictum est in quarta parte, in 46. consideratione.) videretur esse dignior & laudabilior.

Ex multis etiam de Ducatibus Britannia & Normannia, qui sunt excellētissimæ patriæ, & magni prouertus dici possent. Cum etiam quasi in centu- plo excedat redditum Duca Burg. ideo videretur, quod sint excellentiores.

Etiā est dignitas seu Terra, quæ dicitur Archiducatus Austria, qui in hoc videretur habere quādam præminentiam seu excellentiam, ut in d. 5. par. in 44. consid. scriptum est, ideo non repeteo, quoniam vnuusquisque suum laudabit, cum tempus assuerit. Et cum hęc pars sit satis honorata, sufficit mihi laudare patriam nostram. Et quicquid de alijs dicitur, Duxatus Burgundiæ dignior & excellentior iudicatur. Testis est locuplex Philippus Bergomas in suo supplemento Chronicarum li. 1. & 12. vbi ait: Quod illa Regio longo tempore sub Regibus fuit: sed hodie dignitate regia amissi, Duxatus titulum accepit. Cuius Duces ceterorum Christianorum Duces facile antecellunt. Etiā (vt clarum est) Dux Burgundiæ prætextu patriæ habet maiorem dignitatem, cum sit Primus par Franciæ. Hinc renens priuimum locum inter Pares Franciæ. Hinc est, q̄ in conuocatione trium statuum Franciæ semper Burgundiones, & Hedui-

sunt primi post Parisienses, qui representant principalem ciuitatem totius Galliæ, ut scripsi ante in 5. part. in 46. consid. vbi etiam dixi Ducem Burgundiæ in consilio generali totius Christianitatis præcedere alios Duces. Imo etiam Electores Imperij pluribus de causis. Plus etenim fecerunt pro fide Christiana ipsi Duces Burgundiæ, quam alii Duces Christiani, vt in Chronicis patet. Verū etiam quia alii sunt dignitas Regalis, ideo in memoriam & reliquias pristinæ dignitatis honor eidem debetur. Dixi ante in loco præallegato. & amplè scribit Fely. in c. quæ in Ecclesiast. col. 29. extra de constituto. & in c. super literis. extra de rescript. & do. meus las. in le. 3. col. 3. ff. de acquiren. poss. Purpur. in l. imperium. nu. 84. ff. de iurisd. om. iud. Inter Comites verò videtur ex ratione præcedenti, cum Dux Burgundiæ alios Duces præcedat saltem Franciæ, ratione Paratatis seu Pareria, cum sit Primus Franciæ Par inter Duces. Ita etiam Comites Flandriæ præcedere debeant alios Comites, saltem in Francia, cum sit primus Par ex Comitibus. Licit Comitatus Campaniæ potius incertus dici Duxatus, cum non solum habeat decem Barones vasallos sub se, verum ultra decem Comites feudatarios, & feuda ab eis tenentes, tamen in Francia Comes Flândriæ alios præcederet ratione Pareria, & sic tres Comites parés præcederent alios preter Comitem stabilem, de quo ante scripti in 7. part. in 8. consid. & 9. part. in 13. consid. qui apud nos dicitur Constabularius, seu Conestabilis Franciæ. Sed quia videtur solum esse officium & non dignitas: Ideo Pares Franciæ illi præferendos arbitrarentur. vide supra in d. 5. part. in 43. cōfid. Et etiā quod Comites de consanguine regio alios antecellunt. Inter Marchiones pauci excellentes apud nos reperiuntur. In Italia verò duo sunt excellentes, & duo in Regno Neapolitano, plures vero in Alemania. In Italia sunt Marchio Mantua, Marchio Montiserrati, & etiam Marchio Saluiarum: sed inter illos credere excellentiorem esse Marchionem Mantua, propter eius antiquitatem, & quia maiores habet sub se ciuitates & subditos, etiam iura regalia in totum, prout alii Principes Italij, siue sint Duces siue Comites. ideo illustris dicitur, & cum appellat illum Bald. in consi. 195. incip. laudare vos non expedit. libr. 2. & ibi vocat Marchionem Ferraria (qui hodie factus est Dux) Magnificum. Et Sozi. in consi. suo 66. incipien. via donatione. colum. 6. libr. 3. appellat Marchionem Mantua Illustrissimum. Idem Bald. consi. 359. incip. quemadmodum. lib. 3. Illustrum appellat Marchionem Ferraria. Et idem vocat Marchionem Montiserrati Illustrum in c. cum Ecclesia San. Maria. colum. 2. extra vt lite pendente. ver. sic. sed nunquid, quod illustris dominus, &c. Et ita etiam cum vocat F. Curt. iuni. in consi. 2. incipien. vasallus. Et etiam Marchionem dc Trans nuncupat Illustrum Philip. Deci. consi. 269. incip. consul-

## D V O D E C I M A P A R S ,

consultus ab illustri Marchione. Sed apud nos uō sunt tautē potestatis & autoritatis, vt in Italia, nec etiam Duces & Comites, cūm non habeant in totum iura regalia.

Si abundē quāras legere de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus Germaniæ, vide Francicūm Trenicum in lib. exigenos Germania, vbi de laude & excellentia Germaniæ in toto illo volumine scribit. Et ibi lib. 3, c. 62. scribit de Archiducatu Austriae, qui tēporib. Federici I. Barbarossæ fuit eretus in Ducatum ex Marchionatu. Temporibus vero Drusi & Traiani fuerat Regnum. Sed tempore Federici tertij patris Maximiliani primus se Archiducem nominari fecit, & gesit, de quo ante in 5. part. in 45. confid. scriptum est.

Inter Principatus vero, quoniam etiam est dignitas specialis, puta Principatus Oregie, Telemont, Achaie, Pedemontium: Credo tamen, quod Principatus Pedemontium sit excellentior. Cum plures sint in eo vrbes insignes, vt est Taurinum, in quo hodie est Archiepiscopus & vniuersitas multū excellēs, in qua studii, Vercelle, mōs Caleri, Susa, & est optimi redditus sub estimatione 70. mille ducatorum & vltra. Habet sub se quatuor Comites, de Valpurgis, Plosachi, Lucerna, & de sancto Georgio. Et de eo facit mentionem Iacobinus de San. Georgio in sua inuestitura feudorum, vbi ait Duccm Sabaudia esse Principem Pedemontium: sed patrum de dicto Principatu scribit.

**Q**uinagesima nona consideratio de Tribus Iacob seu Israël, quæ fuerunt duodecim secundum filios eius. Apocal. 21. hic pauca conseruet, videlicet, nomina, & quæ earum nobilissima erat.

Prima enim fuit Tribus Ruben, à primogenito, filio ipsius Iacob, non tamen circuit: quia maculator fuit eccl. patris sui. Perincestum quippe dormiuit Ruben cum Bala concubina patris sui, vt habetur Gen. 35. (vbi etiam enumeratur filii Iacob), quæ erat vera vxor Iacob, non tamen pricipua in honore.

Secunda Tribus fuit Tribus Simeonis, à qua fēmē omnes Pharisei descendunt.

Tertia vero Tribus fuit Tribus Leui, à qua Sacerdotes sumpti sunt. Et quia Sacerdotes & Pharisæi futuri erant primarij autores, qui suis consilijs iniquis, & falsis peruationib. Christi mortem procurarent, idco Iacob eorum pater in eos sic prophetarat, vt habetur Gene. 49. Simeon & Levi fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mca. Et sequitur: Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.

Quarta fuit Tribus Iuda, quippe Iacob pater dixit Iude: O Iuda, te laudabunt fratres tui. vt scribitur Gen. 49. Cuius nomen, confitens interpretatur.

Quinta Tribus Zabilon fuit, cuius māsio fuit prope mare mediterraneum. Hac Tribus mixta fuit Lenitis idolatria, quod Iacob prædixerat. Zabilon in litore maris habitabit, & in statione naūium perringens vque ad Sydonem.

Sexta fuit Tribus Isachar, quæ etiam prope mare mediterraneum morans dedita fuit laboribus agriculturæ, non vacans ad bella fr̄quenter: quia, eorum terra erat fertilis, & Sacerdotib. decimis, & Principibus tributa dabat. quam sic futuram prædictarit Iacob pater, iūquies: Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vdit requiem, quod esset bona, & terram quod optima, & supponuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruens.

Septima fuit Tribus Dan, de qua fuit Saunson, qui iudicauit populum 20. a.uinis, & eum à Philistæis liberavit, quibus tanquam coluber formidinī fuit, quæ oīnia Iacob prædixerat sic: Dan indi- cabit populum suum, sicut & alia Trib' in Israël, fiat Dan coluber in via.

Octava fuit Tribus Gad, cuius possessio finit cum possessione Ruben. & medijs Tribus Manassei possessionibus, vptat Iosue 13. Quia tamen illa vtiliter transiit Iordanem ante alias, quamvis ad iūam possessionem redierit. Illud prædictum pater Iacob sic: Gad accinctus prælibiturante eum, & ipse accinctetur retrosum.

Nona fuit Tribus Ascr, quæ fuit optimo solo constituta, in quo optima quæque nascebantur, & idco de ea pater Iacob prædixit sic: Ascr pinguis pānis eius, & præbebit delicias Regibus.

Decima fuit Tribus Neptalim, cuius situs erat in loco valde calido. Idco fructus illuc primi erant, quasi praecoxes inter alios, ex quibus primitiæ offerebantur ad diuinæ laudes, quod verbis Iacob prænotatum sic fuit: Neptalim ceruus emissus, & dans cloquia pulchritudinius, quasi dicat velut ceruus cursu velocior, sic terra Neptalim in fructibus, vnde diuinæ laudes celebrantur.

Vndecima Tribus fuit Ioseph, quæ in spirituæ libæ & temporalibus bonis plurimum laudatur, & hoc in ipso Ioseph, qui valde in illis crevit, quod Iacob benedicens in sinuauit sic: Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspettu.

Duodecima fuit Tribus Beniamin, Trib. bellisco nimis, vñ videlicet in lib. Iudicum, de illa Tribu fuit Paulus Apostolus, qui primo quasi lupus rapiens Christi oucs ad torturas, tandem conueritus plurimum ampliavit gregem dominicum. De quo Aug. vult propheticam Iacob intelligi, quæ est ista: Beniamin lupus rapax, mane conuictus predā, & vespere diuidet spolia: vt habetur Gen. 49. sic & prædicta, quæ prophetarat & annunciatu Iacob pater filiis suis, scribuntur in dicto loco.

Inter istas duodecim Tribus tres Tribus Leui, scili-

Silicet Iuda & Ioseph, fuerunt eminentiores. Leui, scilicet, in legis interpretatione. Cuius sententia in arduis & difficultibus legis Dei mandato substantialia Tribus iuxta scripta Deute. 17. vbi habetur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium est per spes exercit inter sanguinem & sang. causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra partestus videris verba variati, surge, & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniamq; ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quaref; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumq; dixerint, qui prafu. t loco quem elegerit Domini.

Tribus vero Iuda Regia dignitate praecellebat, vt id expresse habetur i. Paralipomenon 5. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius Princeps germinatis sunt.

Denum Tribus Iosephi in possessione sui patris Jacob primogenita tulit, & si penultimus natus sicut patet, quia Ioseph dono accepit a patre urbem Sichem, vel Sicar, cui dixit moriens pater, ut scribitur Gene. 48. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tulide manu Ammorei in gladio & arcu meo. Ad idem facit quod dicitur i. Paralipomenon 5. Primogenita autem reputata sunt Ioseph.

Omissa autem Tribu Ioseph, cui primogenita in possessione concessa fuerunt, Tribus Iuda & Leui comparanda veniunt in nobilitate.

Et reuera si consenserit Tribus ad Tribum duntaxat, sine sacerdotalis ordinis consideratione, quoniam omnes Leuiti sicutur Sacerdotes, sed Aeonitantes, Tribus Iuda praeter ceteris clarius est, & Tribu Leui, quod probatur sic multipliciter.

Primo, in benedictionibus, quibus eandem laborent Leui cumulat sic, in laude & honore quae virtutis debetur, ut habetur in loco scriptus allegato, f. Gen. 49. Iuda, te laudabunt fratres tui: deinde in fortitudine. ut eodem loco sic dicitur: Manus tua in erucibus inimicorum tuorum, quod potissimum in David impletum est, qui fuit de Tribu Iuda, & alij Reges in Ierusalem post eum. Subinde in exhibenda reverentia praefertur Iuda Tribus sic, ut ibidem subiungitur: Adorabunt te filii patris tui, decimam in successione, quoniam de Tribu Iuda Christus venturus erat, & venit, secundum illud ibidem prophetatum. Non auferetur sacerdotium de Iuda, & Dux desemore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. & habetur ad Hebre. 7. Quae promissio etiam Davidis facta his verbis, ut in Psal. 131. De frumento ventris tui ponam super sedem tuam. Accedit quod in Tribu Iuda fuit urbs sacerdotalis, ut potest Ierusalem. Et Tribus Iuda in fidem perseverauit eum Tribu Leui. Tribus Iuda post Moysen per mare rubrum prima intravit. Et post mortem losue ipsa Tribus Iuda prima pro custodia terrae promissionis bellum gessit, secundum illud Iudic. primo. Di-

xitque dominus: Iudas ascendet, ecce tradidi terram in manu eius. postremo pater excellentia Trib. Iuda in ordine offarentium in tabernaculo, quia diuinum decreto Tribus Iuda praecessit, iuxta illud Numeri 7. Primo die obtulit oblationem suam Naasson filius Aminadab de Tribu Iuda.

Verum, si consideremus Tribum Leui, ut sacerdotalem Tribu, quia a Leui sacerdotes affluerunt, ut accipi videtur in li. Numeror. Numeri primo ibi, Tribu Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israeli, sed constitues eos suos per tabernaculum testimonij, & cuncta vasorum eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Vbi aliae Tribus ad bella segregata sunt, Trib. Leui, i. sacerdotalis ad diuinum ministerium reseruata sunt.

Et sic ex his Trib. Leui, i. sacerdotalis fuit omni uno nobilissima & a Deo electa. Facit ea. solita de maij. & obe. ca. plurimos. 82. dist. & hoc patet per illud, quod dixit Deus Moysi Exo. 28. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis tuis de medio filiorum Israeli: ut sacerdotio fungantur mihi. Et sequitur, Faciesque vestem lanitam Aaron fratru tuo in gloriam & decorum. quod de Tribu Iuda nusquam legitur.

Pratera sacerdotes Tribus Leuiticae erant sacris dati perpetuo, sacri populum Duces sacra dantes, id est, sacramenta, & sacra docentes, i. legem Dei, secundum id. Eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Exo. 29. Et quia Saul, nec Sacerdos, nec de Leuitica Tribu attentauit offerre Holocaustum contra diuinum & Samuelis mandatum, audiuit: Nequaquam regnum tuum ultra conserget. Reg. 13 quod in peccatum factum fuit. Quippe Saul infra sacerdotalem dignitatem erat, presumpsit supra officium suum.

Eo modo Rex Ozias cum esset de Tribu Iuda, quia non erat Sacerdos, dum presumpsisset adolere incensum in conspectu domini Dei, continuo lepra est percussus. 2. Paralipomenon 26. Et id ad dignitatem Tribus Leuiticae, i. sacerdotalis accedit. Quia labia sacerdotis custodiunt scieutiam, & legem requirent ex ore eius. Malach. 2.

Denum ut concludatur pro hac part. Leuitica Trib. ab alijs Tribub. etiam a Tribu Iuda decimas sumebat, & hoc diuina autoritate, iuxta illud Numeri. 18. Filii autem Leui dedi omnes decimas Israeles, in possessionem pro ministerio quo seruunt mihi in tabernaculo Fœderis. Hac ratione probat Paulus ad Hebr. 7. quod Melchisedech fuit maior ipso Abraham, quia decimas assumpsit ab Abraham, & simili modo oblationes, Gen. 14. Et propterea non habuit Leui partem, neque possit cum fratribus suis, quia ipse dominus possest rei est. Deut. 10. & 18. Hoc posserum clarè ostendit sacerdotalē Tribus, siue omni alia Tribu dignorem, quia alijs Tribubus benedict. onus dat, & a nulla benedicebatur. Modo ex Pauli sententia, ut ad Hebr. 7. sine villa contradictione, quod

## D V O D E C I M A P A R S

minus est à meliore benedicitur, quod recitatur in c. deniq;. 21. dist.

Et sic constat sacerdotalem Tribum omni alia nobiliorem, prout sacerdotalis est.

**S**Exagesima considerat quarundam ciuitatum laudes & dignitates expromit, & quæ inter eas potius sit extollenda. De omnibus ne dicam pluribus, laboriosum, & fortè tardiosum foret recensere, cū in tractatu de locis, ac mirabilibus mundi, qui est implexus cum Geographia Ptolemaei, cap. 14. de laude plurimarum, & de catundem origine vide ri potest. & per Philippum Bergomatem in suo supplemento Chtonicatum in suis locis oportuniis, qui plures nrobus notas copiōs & eleganter laudant. Item Ausonius Poëta Gallicus suis versibus illustravit Romanum, Constantinopolim, Carthaginem, Antiochiam, Alexandriam, Treverum, Mediolanum, Capuam, Aquilam, Viennam, Emeritam Athenensem, Catinam, Syracusam, Tholosam, Narbonam, & Burdegalam, ex qua natus fuit Philippus Beroaldus. in oratione quam habuit in enarratione Iuuenalis & Salustij, aliquantip̄ laudat Romanum. Ipsa enim intitulatur caput orbis terrarum, vt est tex. in l. nemini. §. quoniam. C. de Consulibus & non spargendis, &c. libto 12. & l. i. §. sed & si quæ. Cod. de vete. iure enuclean. & caput omnium ciuitatum: vt in §. fi. iunctaglo initii. de satiū. tutorum. & omnium nationum: vt est text. in capit. beat. 2. quæstio. 7. & quomodo alijs pluribus nominibus nuncupatur & illustratur. gloss. est ad hoc expressa & norata in verbo anterior. in authen. vt Ecclesia Romana cē tum annorum, &c. in princ. colla. 2. & de ea alibi.

Ioan. Ludou. Viualdus de Monte Regali in suo opere Regali. in traucta. de magnificencia Salomonis, amplè laudauit Hicrosolytanam ciuitatem, quæ dicta fuit Hierusalem, & ibi de eius constructione.

Pyrrhus in suis orationib⁹ laudauit Aureliam. De qua Iuriscons. Marcellus bis fecit mentionem in l. quidam intestamento. ff. de leg. 2. de ciuitate Parisiensis, vide de laude illius per Textorem Niuernen. in sua officina. in Cornucopie. in littera P. in fi. Et etiam nouissimè Iacobus Capellus habuit orationem in vniuersitate Pictaueni in laudem ciuitatis Parisianæ. Leonardus Arctinus librum vnum de laude Florentiæ composuit. & Sabellius Panegyricum rerum Venetiarum. & ita plures dealijs multis ciuitatibus. Addo, quod dicitur communiter in Italia propter celebritatem, Roma fæsta, Genua superba, Florentia pulchra, Mediolanum ciuitas populosa, Veneria diues, Bononia pinguis. Quemadmodum dicitur vnu Deus, vna Roma, vna Turris in Cremona, & vnu Portus in Ancona, quæ Portum nunc mirum in modum auctum Adrianus Imperator extruxit. Omittit multa, quæ adduci possent, quomodo vna ciuitas est maior alia, vt ciuitas metropolitana est ma-

ior alteta, quo ad dignitatem. vt dicit Bal. in leg. 6. duas. in si. ff. de excus. tut. Et ciuitates p̄p̄ie appellat, quæ habent Episcopum. c. Episcopi. so. dist. c. i. dc priuileg. dc istis amplè per Bar. iu. extraaugā. quoniam. col. 2. per Doct. in c. si ciuitas. de sen. ex. com. in 6. per Atchid. in c. statutum. de rescrip. eo. lib. 6. vbi dicitur, quod caufœ commissæ à sede Apostolica in ciuitatib. aut locis in signib. agitanda sunt. In Francia verò appellamus ciuitatem villā. rus verò villagium. Sed nullus usque ad hæc tempora inuenitus est, qui hanc nostram antiquissimam, strenuissimam, decantatissimam, inclitā, ciuitatem Heduanam laudauerit. Vnde mecum s̄p̄e sum miratus veterosam Celtarum incuriam, qui priscorum temporum maiestatem non tam oblitus quam eius aspernati, meminisse suā rātum fecula curant. dignantur, obseruantur. Habet tamē ad Eudoxā stimulos probata vetustas, & sollicitis nostri tēporis hominib. calcaria priscorū eras adhibet. Quor Babylon, quot Theb. e. quot Ilion, quot Sparta, quot Roma, quot Athene in præclararum facinora, non solum priuatas: sed & barbatasciuitates egerūt, indueruntq; quas partim magnis deletas incendijs, & partim laceris resurgentēs vestigij, antiquæ maiestatis suæ literis arte setuata viuere ceruimus. Troia corruit, cecidit Corinthus, flagravit Solyma, perit Milesia, velletitur Sagunhos, quæ suorum ciuiuin clades functas, vultu mœnia, raptos honores, hac vna tantū p̄fessione bearunt. Quod qui florentissimæ suæ etatua amplitudines, magistratus, origines & imperia feriberent, vel autē quam ruerent, reliquerunt, vel paulo post instauratae pepererunt. Habet suum Iuda. a Philonem, Solyma Iosephum, Thucydidem Athenæ, Phrygia Daretum, & Pandarum Thebe. Sola hæc infelix Hedua, quæ sui nondum genuit Commissadorem, neque quod ingenia sed labor & studia detinat. Quæ prima fuīt, quæ secunda, quæ tertia, tamen inclita ac vetustæ ciuitatis etatæ. Cuius arcem (Bibactem ferunt) omnium quæ in undus habet, longè maximum accopiosissimum oppidum Cesar edocuit. O Heduanum prolis Mandubia decus, Perfarum dogma, Plasim Infibrum, Celtarum caput, & Bistonice gentis fortissimum robur. Quis tuos canet Hedua triumphos? Quis tuum à Samothre genus? Quis stantes quondam tibi nrar in ore Turres? tua vbi Maiestas? vbi paſta primitu cum Poenis, mox cū Romanis fœdera? Hæc sopis nimium, nimiumque s̄opit in te Cabillini seu Cabullini rebellio, Araris contentio, Sequanorum ira, Aruernorum lacito, Rhenanienſes, Biturigum amor, & Alsetigenum cognata necessitudo. Indoleo, vt quæ toti Galliæ Princeps inclitissima, Pancarpianum facultatum Thiarum quondam gesferis, orbar modo & ruinis, neminem ad huc alueris qui te viduam yllo vel encimio vel commiseratione soleatur. Miserrum hercile. Magna tamen & nobilis impen-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

351

impedio Gentis Heduanæ potētia, quæ quasi fax  
ardens in totū orbem succentā, per frēta, per am-  
nes, per scopulos, per prærupta alpium discrimina  
Eurum, Aquilonem, Austrum, Zephyrumq; bra-  
chio nunquam cedentem re mensa, Vimbriam ita  
uit, domuit Phrygiam, Scythiā auxit, Thraciam  
diffidit, terruit Macedoniam, Iberiam stravit, mi-  
nuit Italiam, Holsatia struxit, Lusitaniam presit,  
occupat Asiam, & parentis Herculis mētias trans-  
gressa, quod Socrates, quod Plato, quod Pythagoras,  
quod Empedocles à Chaldeis Aegyptijsq; edi-  
dicerunt. Perias ante docerit, quæ scirēt Athene.  
Nec si Magiā, Poësiā, Rhythmos, Mathematica,  
Astrologiam, Musicam, & vtrāq; Philosophiam  
statim sibi Græci inuentam prædixerint, di-  
tinuarum atque humanarum scientiarum Hedua-  
parens, & protologia Græcis inuitis non desinet  
appellari. Tollat iusos Aegyptius Propheta, Persia  
Magos, India Gymnosophistas, Augures Roma,  
Ida Curetes, velut omnium quæ in humanarum  
inscutium capti sunt vates antiloquos. Clarum  
tamen (quorum Hedua Princeps) si Samotheos  
Druidas, Magos, Sarronidas, Vaiies, Bardos, &  
Choribantias Heduorum sacros progenitores &  
consanguineos discusserimus, Literatum inde &  
Philosophia magnum quoddam mare solis pri-  
mum Gailis nauigabile in totum orbem exūdasse  
cedamus: sine quibus (vt cum Moyse loquar) ter-  
nerat inanis & vacua. Erin quo solus domini spi-  
nus feratur tunc suet aquas, ut eleganter elu-  
cidat, & adoperuit Claudius Mafard Heduus, vir  
bonarum literarum, in sua Chronica Samotheo-  
rum. Heduos autem Principes Celtrorum extulile  
suis autuniat & afferit Cesar in suis commenta-  
riis. Idecirco nullus sanx mentis hēsiraret, quin He-  
dui suerint illi Celte, qui prædicta omnia fecerūt,  
& etiam de quibus Symphorianus Cæmpegius in  
suo lib. de memorabilibus mundi, vbi de origine  
Celtarum & eorum religione & literis. quos Cel-  
tes, authore Berofo, cōdidit Samothes. Fuit enim  
Samothes frater Gomieri atque Tubalis ex Iapeto  
patre. A quo primum Britones, inde Galli Samo-  
theti dicti fuerunt, & præcipue Philosophi atque  
Theologi sectatores ciuius. Vnde Diogenes Lacri-  
mus in principio de vita Philosophorum: Philosophiam,  
inquit, à Barbaris (quod verbum non protulit  
ciura inuidium) initia sumptisile complures  
autores afferunt. Constat enim apud Perlaclia-  
nus Magos, vt dixi, apud Babylonios & Assyrios  
floruisse Caldaros, apud Indos Gymnosophistas, a-  
pud Græcos Philosophos, apud Aegyptios Propheta-  
tas, apud Celtas & Gallos Druidas, & qui Samo-  
theti dicuntur. Qui, telle Arist. In magico & Secio-  
ne in 22. libr. successionum, Diuinis atque humani-  
bus fuere peritissimi, ob id religioni dedictissimi,  
ac propterea Samothes appellari sunt. Quare, vt  
complures autores tradunt, philosophia ini-  
tium & literatum simul, non à Græcis, sed anti-

quissimis Samotheis emanauit. Ergo, qnonianā  
Galli vtebantur literis quibus & Græci, vt iestatur  
Cæsar lib. 6. cōmentariorum, easq; à Samothe  
patre Dite habuerunt, vt ibi dicit. Necesse est sa-  
tendum, vt non à Cadmo: sed à Gallis, tā Galathæ  
quam Meones & Gallogræci, toraq; sinu Græcia  
easdem habuerunt: argumēto sunt quæ authores  
produnt. Xenophon. lī. de equiuoci temporum,  
& Archilochus sic dicens, Græci Barbariem quan-  
dam vetustam & nō Phœnicam sercebant, quia ni-  
hil Phœnicū habēt, vt cernimus, sed Galatharum  
& Meonum figuræ retinent, &c. Et Iosephus cum  
plurib. alijs. Beroſus verò notat, q anno 4. Nini, à  
quatuor Saturnis gestum sit. Tres enim Saturni,  
Tubal Hispanus, Samothes Gallus, Thuscon Ger-  
manus regnū sua legib. formant. Quartus verò Sa-  
turnus, Camæces, q ab Aegypto colonias in Thu-  
sciam aduecerat, econtra Thuscos iam legibus &  
literis à Comaro formatas, corrum pere satagebat  
magica & vitis. Vnde Diodorus ait in quarto,  
Hunc Saturnum silium eccli, qui regnauit in Ita-  
lia, Sicilia, & Lybia, suis summa impietate & au-  
ritia præditum. Quod verò his temporibus literæ  
& carmina apud Gallos esſent, non solum ex Be-  
roſo Chaldeo, sed etiam ex alijs prodierunt. Samo-  
thes quoque cognomine Dis, literas sagas dedit,  
qua Phœnices erant, à quib. Græci suas formaue-  
runt, quas principio Galathis & Meonib. tradide-  
runt. Galli à Dite disciplinas naucti, eriam vsque ad  
sua tempora eas retinuerunt, vii literis, quibus &  
Græci. Xénophon quoq; dicto lib. de equiuociis,  
aī, Cadmum inutile Græcie literas similes Gala-  
this & Meonicis magis, quam Phœnicib. Igitur aī  
te Cadmem fuisse Interè, Philosophia, Carmina,  
Theologia, & Leges Gallis, maximè apud Celtas,  
& per multa secula & ætates. Nam, vt dicit ipse Ar-  
chilochus in lib. Epithetorum de temporib. Gra-  
ci à Cadmo literas habuerunt, quæ Homero, iudi-  
cio totius Græcie eximio Poëtarū habito, Olym-  
piade 23. & à Troia excidio anno 50. & qui fuit an-  
te Romanū cōditam annis circiter 160. solius tri-  
butum fuit emendāti characteres, & nomina, lin-  
guamq; Græcam. Quæ ipse Cadmus Samotrax, se-  
tē barbaræ & plena tuditate attulit sub excidiū  
Troianum, cum rursus esset à fuga, quā inierat ob-  
certamen. Hie ergo Homerus reformauit p̄dictos  
characteres, & grāmatice p̄cepta græcis primus de-  
pit, cum auctea quisq; sermone scriberet & loque-  
retur vernaculo, quem etiam Italia, quæ & magna  
Græcia, suscepit. Nomē aut (vt continuetur mar-  
ita) arguit à Sarrone Duce Sarronidas dici Gallos  
doctos, de quib. in lib. 6. Diod. scribit ample. Sane  
non est estimandum, antē Sarronē non suffit literas,  
& Theologiā arq; Philosophia apud Gallos, cū  
supra p̄batū fuerit ea extitisse Samothei tpe, sed vt  
ip̄c Beroſus ait. Nō erant Gymnasia publica, q̄ so-  
la mitigant humanam serociā. Nam dicit ipse lib.  
5. q̄ tempore Zanci Nyni filij quidē Semiramidis,

## D V O D E C I M A P A R S

& etiam tempore quo Osiris agriculturam doce-  
re mortalibus ceperit. Apud Celtes Sarron, qui, vt  
cointeret serociam hominum, publica literarum  
studia instituit, unde apud eodem Celtes à Samo-  
tho sapientia, à Dryo Philosophia, Astrologia, &  
augurandi scientia. Carmen verò & Musica à Bar-  
dorege primo inuenita fuit, & Celtris edocta.

Vnde redeundo ad ciuitatem nostram, certum  
est, quod cum ipsa fuerit præstantissima & præci-  
pua in ea Gallia Celtica, quod torius Celtice Gal-  
lia præcipiatum obtinuerit: & sic literæ primo in-  
uētae & edoctæ fuerūt in hac ciuitate potius quam  
in alijs. Nam, vt in uniter videmus in ciuitatibus  
primarijs & præcipiaturib; seu capitalibus  
doctores & literati inhabitant & morantur, vt in  
ciuitate Parisiensi, quæ est caput totius regni Fran-  
ciae, vbi peritiores ut plurimum resident, ibique  
artes profitentur in omni scibili, dempto legali  
studio.

Facit ad prædicta, quia de iure in cinitatibus &  
non in eastris studia generalia debent esse, vt in  
proœm. florum. §. hæc autem tria, & in lvnica. C.  
de studijs liberalib; vrbis Roma. lib. ii. & ibi gloss.  
& lo. de Platea post Barto. notant. & etiam glo. in  
verb. Rononia. loan. And. Panor. & Feli. in proœ-  
decreralium.

Cuius quidem ciuitatis Heduorū antiqua To-  
pographia, partim in suburbis, partim intra mo-  
enia, vt in vicis & ciuidem edificijs, in quibus olim  
templa ac diuersorum eorum oracula, magna-  
tumq; palatia erecta fuerūt, quæ adhuc antiquum  
libri retinent nomen, sequitur:

Hæc igitur ciuitas Celtarum caput, Mandubio  
rum honor, & gloria, nō sine magna honoris præ-  
fatione Augustudunum nominanda, rantis strata  
gematibus clara. Cuius incola à Romanis modo  
amici, modo fratres, vetū & consanguinei vo-  
cabantur. Tanta, mechere, eos ambiuit dignitas,  
& excellitia, vr in senatu quidem Romano pri-  
mum sibi locum usurpauerint. Id antiquo foederi  
datum. Huius murorum ambitus ad duo miliaria  
protenduntur. Terra ciui satis fertilis & pabulosa  
riguaq; cum fluminum, tñln fontium aquis, quæ  
frumenta, siliginem, ordeum, avenam, & omnis  
generis pecora vberitatem gignit, nemora & glandes  
producit. Ab oriente & meridie montibus eleu-  
tur nemoris, à septentrione vero & occidente  
vallibus deprimitur saltē circa eius medietatem,  
à qua planicies amoenissima ad septentrionem in  
longitudinem duodecim millium passuum exten-  
ditur, & vndequaq; fontes, riuiusque circunfluent.

À septentrione habet Aridum pībus luxurian-  
tem, Autranumq; sinu suo suscipientem, & plu-  
res alios flumios, qui tandem in Ligerim defluit. A  
meridie verò flumium, ne dicam riuum habet ex-  
stagnis velleris progredientem: partim in circuitu  
vrbis circumfluentem, super quo sunt (opus me-  
norabile & vtile) multa molendina, in quib; fer-

mè tota ciuitatis annona teritur & mollitur. Ita-  
que, ab oriente eximurorū vrbis fundamētis cele-  
bratissimus ac facer sons lepidissimus, quis scaturi-  
ens existit, dictus fons sancti olei, ubi ducum vul-  
nera ( eum è bello viétores fauciati credibant ) haec  
aqua mundabantur: Omni quoque ex parte hæc  
ciuitas aquis irrigua est. in haec part, erant Theatrica  
amplissima, quæ his dieb; dituta conspicuntur in  
loco vulgo vinea boullerandi in nuncupata.

A plaga exinde orientali extra tamen moenia:  
& non procul, exelis montes & colles figurantur,  
qui per meridiem transentes, & arboribus & fru-  
ctibus præcipue pīris, quæ apud vulgus dantur si-  
ne regula, omnīq; ferarum genere prædiuites, ad  
occidentem vñque protenduntur: & ibi antiqui  
tus erant pīseinae vel claustra ferarum, in medio  
quorum, mons est longitudine oīlīngentorum  
passuum quodam parvo fruticē præ carieris excel-  
lens, quo solus abundat ille mons, ita quod plures,  
qui totum penè peragrauerunt orbem, retulerint  
nullum similem fruticē alicubi vidiisse. Nec Phi-  
nlius nec Maeer aliqualem de hoc exiguo frutice  
mentionem fecerit. Fructus eius granum est, co-  
loris vbi ad maturescit, sere nigri, est boni saporis  
& odoris, qui plures indigentes villos in his par-  
ribus, vt cœla pācīt, dum artus cancri Phœbus suo  
curlī comprimit.

Est & alius mons tendens ad occidū, mons ca-  
lidus dictus, vbi præcessia fructuum genera inue-  
niuntur propter solis reueberationem, qui tota  
die ibi lugere conspicuntur, in valle eius habens stu-  
niolum, vernacula lingua vocatum, Mengues. Mu-  
ros verò manu portius Deorum ac supernaturā,  
quam humana cementariorum compositione  
præualidos habuit & habet, quos centum exornan-  
tibus ad Barbarorum incursionses compri-  
mendas. Ingentes porta, quibus singulis portaliis,  
quæ de cœlo pendere videbantur applicata exte-  
titerant, & de quib; hoc a tuo, quo ferè integræ per-  
mansere, & quæ adhuc parvula cūctis adiunt, pī-  
ticulas habebat. Itaque tam hanc quam eiusdem  
suburbia multorum Deorum gentilium venusta-  
bant delubra, multisq; & varijs insignib; vicos (no-  
mina eorum antiquissima tanquam excellen-  
tiora adhuc retinentibus) dorata fuit. Excellitia  
enim potius immortaliitatē sapientiæ quam vilia  
& minima. Et insignia & illustria loca difficile ab  
hominum memoria evanescunt. Enimvero in  
superiori huius ciuitatis parte Capitellum situa-  
batur, vbi nunc vicus est, lingua nostra vocatus, Le chapellau. Licet forsan taliter potuit denominari, vbi si quid violatum erat, aut facinus con-  
tristitum, quod caput & vitam hominis pereret, capite violatoris expiabatur. Cuiadiacet etiam vi-  
cū fraxineus (in quo moro) eo vocabulo distus,  
vbi Apollinis oraculum varijs bellorum trium-  
phis retortum fulgebat, cui inharebat grandis  
fraxinorum copia ipsi Apollini sacratarum, Eò,  
quod

CATALOGI GLORIAE MVNDI.

352

quod nunquam (vti laurus) jactantur fulmine, & venenis (inquit Plin. lib. 16. c. 14. & lib. 24. c. 8.) obstant, vt nostra assoleratate fieri, qui ecclesiastorum templorum cœmeteria grandibus vlmis exlamferè pertingentibus replēt. Sie antiquitus iste arbores eiusdem Apollinis templum venustabat. Et non sine magna cogitationis ministerio tempium hoc Apollinis fuerit in superiori vrbis particula collocatum. Nam, sicut Apollinem scientiam, & Philosophia inuentorem esse perhibent, scita industria, sua inuentione, sua deniq; sagacitate, tanquam exercitiae dignior in vrbis præferebatur. Tum etiam, quia eum conditor nostræ ciuitatis perhibetur, vt inferins dicetur, non mirū, superiorem vicem vrbis à fraxino arbore sibi dicanominarit. Tum & alia confide, quia ibi literat, huic Philosophie de diri, sapiētesq; viri (prout hac noſtra tempeſtate epifcopi, ſacerdotes, praetores, doctores, canonum ſtatuta, prætorum quoq; ure, conſultorum leges, decretæ, ac rationes prohibentes exercitare, bonorum morum Archetypi ac templaria) exiſtebant. Qui quidem tanquam diuinae praferendi ſunt. Et & alijs paulo verius occidentem declinando vicius caninus. In quo idolum vrbis, quodam Phano ob eiusdem Anubis hominem conſerato, venerabatur, quod caninum erat caput. Teſte Herodot. lib. 2. sub cuius tunc huic ciuitatis, vt à latronum incurſus, depredationibus, turibusq; præterueretur, et ubiſciebant. Nam ſicut canes pro hominum dodia naſcuntur, ſuoq; latrato arecent fures, sic Anubis, vt arbitrabatur, procularcebat fures, & ibi capti erant, hoc in templo Anubi, tanquam vicitima maſtabantur.

Fuerunt præterea in hac ciuitate reges ſeu reguli quia regendo dicti ſunt) quibus tota Heduorum ſeu prouincia linguis aliſignata particula tam prædictis regenda ac moderanda data fuerunt, vti quis limitibus Sequanorum preſcit: Altera nomorum, alter Aruernorum, &c. tunc vigilans cura ac studio regeret. Et si quid contra Augustinos, hostes moliti fuissent, aut innouassent, ibid ascenderit rex, cui commissa fuerat, hac rellis pars Vigobretum, populoq; Heduo quā ciuitus omnes renunciare tenebatur: vt legatis cadavariis, exploratoribus missis aut bellum aut pacem indicerent, aut componerent. Quorum qui in regulorum domicilia, palati a ingentia, auro, argenteo, specierum gemmis cruxata in vltq; in hodiernum diem dicto regum stabuerunt. Vel fortan regius vicus dictus fuit, quia via erat, hoc est communis & publica, & que morerat.

Nam & in vrbis magistratus unus, qui annuns prout nunc retinens adhuc nomen antiquum) teſtabatur, vita, & necis in ſuos portestate habet. Quid vtr in virtute, ſic & ipſe Virgobretus à virtute quam debet habere, nomen fortuit: & iuxta

allusionem vocabuli in vulgari nostro dicitur, Vierg.

Adest & consequenter in medio vrbis Campus Martius, nunc Campus diui Lazari vocitatus, vbi militum clasces, ac peditum cohortes turmaeque bellatorum hominum, quoties ad bellum opus fuſſerit progredi, arma extemplo Martis confestim affumebant.

In suburbis vero à plaga Orientali, eſt montulus Philofia nuncupatus, vbi templum Cupidi- ni Deo amoris dedicatum habebatur, à Philo, quod eſt amor dictum, in quo iuuençula virginis sub tutela Cupidinis aderant, Amorum fūra describentes, quia postquam euribaticaneſt, hoc eſt, improbis morib. vlt̄ fuerant, inq; fornicatio- ne reperte, & ſpucissima Veneris illecebris irre- titate fuerant, in viciniori alio monticulo & paulo altiori, vbi Veneri adſunt conſeratae speluncæ (ſicut olim Romæ in regione suburbana Meretricum diuersoria erant) eo, quod exaltet ſua fūra Venus: Adſunt, & dumii, arbores, & nemora alia, iuxta quae templum Veneri, & Priapo diſtacatum conſpiciebatur, in quo Cœlus Veneri, & Priapo conſeratus (eo quod fit auis adultera, & mœcha) vene- rabatur. Vnde dictus eſt hic locus vlt̄que nunc Cœubarris, hoc eſt, ē barro ſiue ebore cœucus, qui ob honorem prædictorum ibi colebatur. Nec iſtud incredibile videri debet, cum adhuc lupana- riololcrantur. Nam, vt dicit text. in l. ancillarum. in ſi. ſe. de pet. hære. in nonnullorum honestorum viorum prædiſ lupanarij excentur. Et meretricium toleratur ab Ecclesia, vt maius malum cui- tetur, ſeundum Panormitanum in c. inter opera charitatis extra deſponsalib.

Redeundo ergo, vnde digressi fueramus, non longe ab hinc mons eſt louis. Samothes enim noſtra proſperitas autor, eum per montium cau- mina deabularet, huc appulisse, & ibi loui Olympico primum litas prehibetur. Vnde dictus fuit & eſt hic locus mons louis: & ibi vnum ſiuerorum nobiliorem coſtituit, qui adhuc ibi tempore preſenti castellū habet, & vocatur dominus de monte louis, qui eſt ex vna antiquissima, & nobilissima Heduorum familiæ. In parte vero occidentalioris mons eſt ferè nubibus proximus, distans ab vrbē uno miliari, & eſt quercus plenus, qui & hoc dicit mons Druydon appellatur: eō, quod ibi Druydes, Gallorum Philosophi, & Sapientes, ac vates louis, & Berceynthia matris Deorum ac Mercurij ſacra celebrabant, dicti, ſuere Druydes à dryos, quod eſt quercis, quoniam ipſis loui, & Berceyn- thia quercus eſt ſacra, tellante Claudiano de aptu Proſerpina.

Hic quippe Druydes Ephemerides, ſiue ſingulo- rum temporū annales, & quicquid ſingulis dieb. in vrbē, aut Heduorum regione efficiebatur, ſoli me moriae inandabant, & ſacra curabant, memoriterq; diſcebant, neque ea literis mandate faserat, ne in

Mont-dru.

## D V O D E C I M A P A R S

*Mont-Dra.*

*Druides.*

*Chartres*

ne in vulgus disciplina efferretur, & vt memoria studenter. (nam quæ literis mandamus, memoria tenere negligimus cū ea, vtpote scripta, vbi opus fuerit, facile reperire confidamus,) quod efficit, vt nihil de huius ciuitatis constructione ac ruina inueniatur, & quod semel in mente reponatur, vt magis in prelio haberentur, difficile id prodibat. Vnde ipsi deletis, deleta iacerunt singula egregia eiusdem ciuitatis, prouinciarumque facinora. Cum id soli rescerent, & antiquiores id juniorib. eiusdem sectæ Philosophis docebant. Si vero quiē quam scriptum foret, dum hostes ciuitatem obfiderent, cum dij. sub quorum tutela omnis arbitrabatur esse ciuitas: exemplo Troianorum, qui semper suo iure estimauerunt alienos, & precipue hostium Deos dc p̄dari, rapuerūt. Sapientes exinde hi Druydes omnium ore iudicabantur, vnde publica & priuata iudicia eorum fidei mandabatur, vt de sacerdotibus antiqua legis Maccabrorum 1. & 2. & Deut. 17. legitur. Illi (r̄cste Cæsar lib. 6. de bello Gallico) rebus diuinis intersunt. Sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa cōcurrerit, magnoq; hi sunt apud Heduos honore, de publicis priuatisq; controuersijs cognoscunt: & si quid est admissum facinus, si cades facta, si de hereditate finibusque controuersia est, idem discernunt, pramia poenaq; constituant. Si quis autem priuatus, aut publicus eorum decreto non paruerit, sacrificijs interdicunt. Hæc poena apud eos est grauissima, quibus ita est interdictum. Hi vero, qui interdicti fuerant, numero impiorum ac fceleratorum habebantur. His omnes decedunt aditum, sermonemq; defugiant, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentiibus ius redditur, neq; homosvillis communicatur. Et illi poena, hodie excommunicatio æquiparatur. Et, cum prædicta ita cum nostra religione conueniant, vt non temere quis crederet, modum hunc quo Pontifices solent contumaces, aut delictum aliquod delinqutes prævaricantesq; anathematizare seu excommunicare: illisque simul sacris interdictere (quod hoc unicum Ecclesiæ telum terrificumq; fulmen existit) ab ipsis Druydis esse mutuatos. Qui quidem Druydes, etiam apud Cartum morabantur hac lege, vt sex mensibus Hyemalibus Cartam, rufus vero sex alijs æstivalib. Augustudunos haud absurde habitarunt, vt de Apolline ex Seruio. 4. Acneid. fecerni potest, quod Virgil. hoc innuit distico:

*Qualis vbi hybernam Lyciam Xantiq; fluenter,  
Deserit, ac Delum maternam inuise Apollo.*

Qui sex mensib. apud Patharam Lyciæ vrbem: Sex vero alijs æstivalibus mensibus apud Delon responsa canebat. Quod & de Druyibus satis exprimit Cæsar loco superius allegato, dum dicit: Hi certo anni tempore, in finibus Carnutum, quæ

*Regio totius Gallia media habetur, considunt in loco consecrato.* Huc omnes vndiq; qui controversias habent, conueniunt: corumq; iudicij, decretisq; parent, pleriq; illò discendi causa proficiuntur. Hi pariter Druydes hominem diuinatio- ni destinatum ferentes ex ipso afflctandi, impatientiæque modo, sua vaticinia assuebant. teste Strabo, lib. 4. volebant itaq; in primis non interre animas, sed ab alijs post mortem transire ad eos: atq; hoc maximè excitati ad virtutem putant metu mortis neglecto. Multa quoq; de syderibus atq; eorum motibus, De mundi ac terrarum magnitudine, De rerum natura, De Deorum immoraliū vi arque potestate disputabant, & iuuenti tradebant. Crudebant insuper, pro vita hominis tantum hominis vitam redimi posse. Sed Senatus consultum Gn. Cornelio Lentulo & P. L. Crasso consulib. facta est, ne homo immolaretur: vnde hoc sacrilegium sublatum est.

Præterea, hos Druydas Gallorum, sustulit Tiberij Cæsaris Principatus, Annoregni eius VII. vel eo circa, vt Plinius refert etiam Aymarius Ruallus Allobrogus.

Sed de monte Druydum (qui vt diximus in sub urbano Heduoru tuniescit) & de Druyib. & eorum excellentiā sufficiat. Restat, vt consequenter materialia consequamur. In arcto ferè a septe iuxta Aroti fluenta phanum Plutoni & Proserpinæ consecratū locabatur, vbi Arioli, Augures, & Genethliaci augurabantur. Cuius quidē Phani grandis portio, imo verius maior ad modū turris quadrata altissimæ, hodiernis diebus apud nos conspicitur. Et locus ille prope portæ vrbis est, & nuncupatur nostro idiomate à prædictis genethliacis, genetoye.

Multa insuper de antiquitate huius Augustudonorum ciuitatis dici possent. Tamē, quia haud facile rationibus, & vestigis comprobari possent, sicut qua suprà scriplimus. Ac etiam cum nominisum ipso ex nomine quæ situm habeat. Cætera Harpocrati mandamus, præter quod Apollinem huiusc vrbis fundatorem, & ab Auge quæ & Chione dicebatur eiusdē Apollinis vxore Augustudum anno 58. post diluvium, vel circa nominasse, ac Castrichion (quod Barbari castrum caninum vocitant) paulo post construxisse, qui bene legerat non negabunt. Quæ quidē, cō, quod de ipsa quid Apollis iuspicabatur, dolore compresa ac extera est, & sub Pyramide quæ in monte Cucubbari hac nostra tempestate cōspicitur sepulta iacet. Ita nobilium tumuli illis temporibus ornabantur Apollo vero Delphos p̄cij. & de his satris scriptum est in comment. nostris super consuetudinib. cat. Burg. in proce. super illo verb. Dofum.

Cur vero Hedua dicta fuerit, satis ex commentarijs lulij Cæsaris conspici poterit. Sed iudicio quorundam doctissimorum dicta fuit Hedua, ab augurio duorum hædorum inuicem in aëre pugnantium

gnantium & salientium, qui ab coadunatis incolis, cum de nomine post primam cinsidē vrbis opugnationē certarent, visi fuere (vt legitur de nominis impositione Romana ciuitatis, quam à Romulo Augurij victores, eo quod duodecim, Rhenus vero sex viderat vultus Roma denominata fuit.) Sic Hedua ab hœdi dicta fuit. Et hoc fatis liquidō comprobari poterit. Nam sicut hœdi tunc temporis inter se pugnabant, cum de nomine conquereretur, sic Hedui innata est quædam factio & tenacitas (vt verum fatetur) ita ut tæpe inter se pugnet, & sepius bella ciuilia & intestine orian iur, quæ in longum protularentur, si ciudicem ciuitatis rectorū & aliorum superiorum prouidentia abscesset. quæ dictis Casarianis in suis commentib. 6. de bello Gallico satis cōprobantur. dum ait: Namq; omnes ciuitates in partes diuisæ sunt duas, &c. & idem in 7. lib. corundem, inquit: Ciuitates Heduorum omnē esse in armis, diuisiū senatum, diuisiū populi, iuras cuiusq; clientelas, &c. Quæ quidē solita apud Heduos diuisio, principalis causa prima etiam secundæ huius ciuitatis destrucciónis fuit. Nam cum unus nobilium eiūdem ciuitatis siuū non poterat adimplere votum, armis ex periebatur, totam gentem aduersus gentem concrebat, & inter se pugnabat (quod adhuc his diebus efficitur) inimicos ac hostes subtili medio in rubein reponebant. Quid si, cum ideo medio datum esset quod soli nō posuerint, hostes cum alijs preualuerint. Et ita prius factio nib. & seditionibus fuisse ab hostib. cum suis incolis destruetam ciuitatem arbitror. Sæpe n. fit, vt p̄prijs vrbib. ciues magis quām hostes noceant. Verum interea paulò altius & circumspetius inquire liber, vnde tanta Heduis inflata strages, & ruina, quæ nūc circumspicuntur illuc inesse, & quæ secunda sinit & maior huiusce vrbis opugnatione. Romanos (celus infandū) hoc perpetratrice aiunt, testi ipso Cetare loco supra allegato, ipso dicente in Heduo scutra mouisse. Cum enim ad populum Rom. de huius Heduorum ciuitatis nobilitate, præeminentia, & autoritate crebi rumores asserebātur. Illa nempe viuierum orbem celebrabatur, tuni propter eius antiquitatem, tuni propter opes, tuni propter libertatem, tuni deniq; propter suorum incolatū primam nobilitatem: quamvis tamē bellum aduersus Sequanos, Arvernos & Rhenos, qui non potuerunt quicquam contra Heduo, nisi aduocatis Germanis mercedib. pluresq; alios sui collimantcos solū, tantopere de principatu, potentia & autoritate contendetur, dicente sic Casare lib. 1. & idem lib. 6. sic inquit: Cum Casar in Galliam venit, alterius factio[n]is principes erant Hedui, alterius Sequani. Hi, cum quod se minus valerent, presimma autoritas, & antiquitas erat in Heduis, magna; & eorum clientela; & nonnunquam de principatu armis contendunt, &c. Et sequitur, Adnētū Casaris facta commutatione rerum, obsidib. Hedui red-

ditis, vetricib. clientelis restitutis, Sequani principatum, quem usurpabant dimiserūt, in corum locum Rhemi successerant. Hi enim Sequani, propter veteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniungi poterat. Eo innc statu reserat, vt longè principes haberentur Hedui, secundum locum dignitatis Rhemi obtinebant, &c. Tertiis ergo Galli: Celticæ principalis erat Hedua, & metropolis, inquit Raymundus Marlianus in indice suo commentariorum Casaris dicens: Celtarum clarissimi sunt Hedui. & i. li. commentariorum Casaris: Senatus cons. quoties honorifica facta in eos essent, vt omni tempore totius Galliæ principatum Hedui tenuissent, pluresq; Cosinographi id atque slantur.

Vnde cum Romani hanc rescireret esse tam opulentam & potentissimam, huius laudis & honoris innudi Hedui legatos misericorditer significantes, tota Romanorum gentem cum Hedui coniungi rellegerentur: sedus, ac amicitias compondere, & pacisci, cum viderint hanc Heduorum ciuitatem diuersis variisq; bellorum anfractib. predonum in cursumibus acrum multu inseparari. Et turpe irere in eam tam antiquæ ciuit. quæ in tranquillatis debet ret pace regere subditos, & que alijs longo tempore dominata est, nunc hostib. cōprimi & agitari, dicentesq; hanc inesse populi Ro. confuet. vt socios atque amicos non modo suis nihil de perdere, sed gratia, dignitate ac honore auctos velint. Multa præterea Hedui pollicentes, si cum Romanis coniungi, fidemque illis polliceri, & fernari, eos tota Galliarum Ro. medio principes futuros. Mos itaq; illorum erat, quotiens aliquos videbant angustiari, & ab alijs opprimi, his scribere, vt cū ipsis iuncti possent eorum imperio poriri & hanc gentem suppeditare, occasionemq; eos inimichi habere, licet tamē non eis inimica, neq; odiosos faciat. Sed solū, vt sub illo amicitia fictio nomine, tandem possent & hostes & quondam amicos, subtili medio in seruitutem redigere, & eos subiungare, vt predominarentur, quod fecerunt Iudeis, quib. multa promiserunt, vt patet lib. Machab. i. c. 8. & c. 14. & tandem eos penitus destruxerunt. Quocirca si Heduenses eorum praefidio exilioue ad hostes debellandos egrent, id exempli illis renunciarēt: vt possint ex tempore ad bella milites aduocare, congregare iumentorum & carrorum quam maximum numerum, sem̄tes quam maximas facere, vt in itinere copia strumēti sufficeret possit, galreas, enses, futaq; virorum parare. Adiurantes insuper populu Ro. semper ipsis Hedui esse fideles, eosq; quam maximo honore habere ac fratres & consanguineos esse fideliissimos. Tandem, vt breuib. abfoliam, sub illa dissimulatione (quæ minime in amicitia decerit videatur) aureos pollitici sunt montes. Qui quidem Hedui (quiib. natura est facile, quæ nona sunt credere, decipi, ac se potius in extranorum & Barbarorum quām vicinorum amicitiam semper coniungere soliti) de reiponsio-

# D V O D E C I M A P A R S

*grecis  
dicit  
Romains  
Certe les  
Gaulois*

ne Romanis facienda curauerunt. Cōnocatis igit̄ totius Heduorum prouincie & ciuitatis regib. senioribusq; à senatu Coniuictō Litanoiq; & Corato, qui hoc tempore magistratui Heduori p̄rērant aut p̄rēesse poterāt (quem Virgobretum appellant Hedui, quamvis tamē nunc hūiē magistrati vniuersus p̄sistit) Romam Diuitiacum ad Senatum populumq; Rom. mittunt, auxiliū petendit cauila: quia eo tempore à Sequanis infestabantur, in tantū q; Germanos & Ariouistum Sequani sibi adiunxerant, eosq; ad se magis pollicitationib. iateturisq; perduxerant. Ileuerii itaq; iā eum Sequanis per angustias & fines Sequanorum, suas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruererant, eorumq; agros populabātur. Hedui quippe ab his se suaq; defendere nō poterāt. H̄i igit̄ Sequani, ne ignorātes procedamus, inquit C̄esar loco p̄ alleg. & Strab. in sua Geograph. li. 4. trans Ararim habēt domicilia, & Roman. & Heduis dudum aduersantes, Germanis s̄p̄ius adhāerbāt, eorumq; impetus in Italianū inuitabant, roburq; non medioere ostentabant. Adeò, vt illis cōmuniter qui dem immixti eorum vires amplificarent, defiſtentes diminuerēt. Aduersus Heduos, & h̄iā sanè eauſa & fluminis cōtentio, iniūcītias auxit, qui gentem utrāq; dirimit, qua sibi propriū vendicat Ararim, sibiq; vestigia perrinere errat, &c. H̄e C̄esar. Dixi insuper Heduorum Gentem omni tempore de senatu populoq; Romano benemētitam. Cuius quidem Diuitiaci oratione à senatu populoq; Ro. audita, confessim C̄esarem cum innumerabili armigerorū bellatorumq; virorum multitudine ad Heduos p̄sidij eausa mitto, vt trib. Hednis (quo quidā fratrū nomine iam Romani Heduos decorauerūt) subuenire possint. Assignantes in perpetuum Heduis, in signum eorū foederis amicitiae & fraternalitatis, primū in senatu (res p̄ nē incredibilis) locum, q; tamē durabile non fuit. Postquam enim C̄esar citra mōtes copias suas, & innumerabiles peditum, bellatorumq; virorum regiones, quas secum habebat traduxerat, ad Ario uifsum Germanorum Regem, cum Heluetijs, pro Sequanis contra Heduos pugnante legatos mittit (ipso testante lib. siōrum comment. primo) qui dicērent, ne quam multitudinem hominū amplius trās Rhenum in Galliam traduceret. Deinde obſides, quos ab Hednis haberet, redderet, Sequanisque permitteret, vt quos illi haberent voluntate cins reddere illis licet. Neue Heduos iniuria la-cesseret, neq; his socijsq; ipsorum inferret bellum. Si ita id facret, sibi populoq; Romano p̄petuam gratiam atq; amicitiam cum eo futuram: si non, imperaret se, quoniā M. Messala, L. Pisone consulibus, senatus cōfisiūset, vt quicunq; Galliā prouincia obtineret, q; cōmodo reipub. facere posset, Heduos carerosq; amicos populi Romani deſenderet, se Heduorum iniuriā non neglecturum. Qui quidē Ariouisq; ad hoc respōdit, lus esse bellū, vt qui vicissent, his quos vicissent, quemadmodum

vellet, imperaret. H̄e sunt verba ex dictis com-  
men. finiupta. Verum, vt breui absoluā p̄ficerēt  
plura bella & pralia, per Rom. cum supradictis  
habita, & postquā ipsi Rom. Aruernos, Sequanos,  
Segusianos Rhemos, Germanos, Bituriges, totaſ-  
que Galliātum partes & prouinc. cōfideſ adiacen-  
tes in horum ditionem, Heduorū tamē industria,  
cura & impensis reposuerant, quāquam nullū du-  
biū erat, quin arma contra C̄esarem in Italia &  
Cn. Pompeio pararentur. Ipse aut̄ C̄esar iū exer-  
citum diſtribuit per hyberna. C. Trebon. cum le-  
gionib. quatuor in Belgio collocauit. C. Fab. cum  
tot. in Heduos deducit. Sic n. existimabat tutissi-  
mā fore Galliā, si Belḡ & quorum maxima virtus,  
& Hedui quorū autoritas summa eſſet, exercitib.  
continerentur. Ipse in Galliā profectus est. Deinde  
hic Fabi, post deceſsum C̄esari ad se aduocat quatuor  
bellatorum hominū legiones, quos in Bel-  
gio collocauerat C̄esar, & Heduam eiuit. intrare  
mandat, si mens ne gens huius antiquis vrbis, quę  
diu principatū totius Galliā & autoritatē sum-  
mā habuerat, & quę opib. & reb. ad omnia neceſ-  
ſarijs, ac viris generofis, ac strenuis munita erat.  
In tantum, q; ipsa Roma maiorē in suis nō haberet  
autoritatem, propterea Hedui fratres Rom. dicti  
fuere, proditione aliqua aduersus ipſos Ro. vtere-  
tur: q; tamē eſſet contra eorum morem, teste ipso  
C̄esare li. 5. belli Aphrici, vbi inquit, Gallos effe-  
mines aperitos & minimē inſidiosos, qui per viru-  
tem, nō dolim, dimicare cōfuerunt, & id reſei-  
ret. Heduos cum Ro. ab initio ita cōiunctos, & ſo-  
ciatatem promiſſe, vt q; Romanos in Gallia aequi-  
tererent, nomine Heduorū adepium foret, & in He-  
duorum ditionem ecederet, certa tamen illis con-  
ſtituta merecede. Cum nullū ipsi Ro. haberet in  
Gallia ins belli, quod tamē minimē eurauerūt,  
imo ſibjpsis in ſurpauertur. Subſequente vna dic-  
ta infausto nigro signata lapillo. Hie Fabius reuoluens,  
qua in Romanos ab adolescentib. Hedui &  
Alexienſib. in ciuitate receptis facta fuerant, post  
Alexienſium eladem & ſubuertionem (qua ſuit  
ciuitatis maximo nexu cum Heduis coniuncta) &  
quia ipsi Romanī aliquia irritamenta ab Heduis ſen-  
ferant, inſeſis tamen patribus & senioribus ciuitatis  
Heduā, & ſorſitan hoc ē C̄esare in mādatis ab-  
uerant, timientes ne quid ſibi ſinistrī ulterius con-  
tingere, nocte clam (huius ſacnois gentē ciuitatis ignara) in ciues irruunt. & huic nostro proposito  
quadrabit, qua in ſecundo Aeneidos Virgiliius  
deſcribit:

Tempus erat quo prima quies mortalibus erat.

*Incipit: Cum Romanī innadūt vrbem domino,  
vinoq; ſepultam. Cēduntur vigiles, plurimā aque  
perq; vias ſternuntur inertia paſſim corpora, per-  
quē domos & religiosā Deorum limina clarescūt  
ſonitus, armorumq; ingruit horror.*

Tandē, Romanī incēta dominātūr in vrbē. Vrbē  
antiqua ruit multos dominata p annos Augustu-  
dūnū diuū domus, & tunc inclyta bello Moenia. O  
traudulō-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

354

fraudulosa illa frater mitas, quæ in sua viscera sœvit, hanc destruxere, quæ ante aduentum ipsius Cæsar in Gallia principatum regnauit annis 4106. & caput totius Gallia Celicæ fuerat, & metropolis. Quia Cæsar sub quo prostrata fuit anno mundi 1118 regnabat. Et Augustudunum erectum fuerat anno 63 post diluvium. Anno vero mundi 1714. Diluvium etiam fuisse perhibetur circa annum mundi 1656. quo colliguntur Heduo tenuisse Democratis ferè annis 4106. Et, vt verum fatetur, tunc Lifici Hedui, cum Casatem alloquerentur, adimplata est propheta dicens: Neq; dubitate debeat Hedui, quin si Helneticos superauerint Romani, vna cū reliqua Gallia Heduis libertate sint, crepturi. Quæ verba fortalia scripta sunt in lib. commentar. Cæsar, de bello Gallico, qd; de prædicta destructione dixi, tute perpende. Quia pro ceteris ponere nō ausim, ne diuinatus potius, quam venitati in hæc dicat. Sed in re parum nota coniectate licet. Curtamen à tanta gloria in tantam degenerit calamitatē, & ruinam ipsa Hedua, temporumne culps, quæ omnivörat, an incolarum discordia, aut proditione, non satis clarum habetur. De pluribus alijs destrutoribus huiusc etiuide in cōmen. nostris super confuet. ducatus Burgen. vbi amplissime in proce.

Præterea, vereor Symphotianū Campegiū asserentem, Lugdunum tempore quo Augustudunum stabat & ante eius destructionem principatum totius Gallia Celicæ obtinuisse. (Cum potius sit in Gallia Narbonen. quam Celicā.) Et sp. Bardi, hoc est, melodiarum Poëta: habitabant in ciuitate Lugdunensi. Cum fundatio Arae Lugdunen. de qua loquitur ipse Campegius in libro suo de laudibus Lugdanni, & Iuuenalis Satyra prima dicens:

*Au Lugdunensem rhetor dicturus ad Aram.  
non precesserit Natiuitatem Christi per vnum &  
40. annos.*

Ignorotamen, vbi compertum habuit, quod tempore quo constructa fuit prædicta Ara, iam abolita erat Bardorum & Druydi religio. cū tempore Tiberii Cæsaris fuerit omnino sublata, vt ante dictum est, quodq; Lugdunum conditum fuerit post hanc Heduanam ciuitatem, plus quam 50. annis, satis constat. Quia Lugdus qui Lugdunum construxit, fuitq; rex Galliar. regnauitq; anno post fundatione diluvij 680. post vero fundationem Gallia 60. anno ante fundationem Troia 150. anno & ante incarnationem Christi 1637. Si vero genesis ciuitatis eorum voluerint scrupulosius scribere & inuestigare: sic præunittant: Samothen filium Iaphet primum regem Galliar. (a quo Galli Samothri, & Philosophi Samothram oppidum habitantes dicti fuere, quod est in Alsatiorum patria finibusq; Heduarorum, priscum adhuc retinens nomen) genuisse Magum secundum regem Gallorum.

qui Rhotomagum pluresq; alias sui nominis ciuitates construxit. Hic Magus Sarrona tertii Gallia regem (qui primus apud Celtas publica literarum studia instituit, vt inquit Berossus Babylonicus libr. 5.) Sarron vero Druydem, a quo Druydes Gallorum Philosophi ac sapientes monte Druydiū proprie hæc ciuitatem Heduanam, vt dixi, & Cattuntum habitantes, qui Eremitico more in silvis habitabat cum maxima omnium opinione. Quis enim dixerit montem Druydiū a Druydis dicitur non fuisse, & a Bardis Bardorum monte adhuc in finibus Heduarum stantem? Dryus igitur Bardum, Bardus Longonem, Longo Bardum iu niorem, Bardus Lucum, Lucas Celtem, a quo Gallici Celci diisti, Celeste vero Galathcam que ex Hercule Libyco genuit Galathem, Galathes vero (a quo Galli prima denominatio) Harbona, Harbon Lugduni genuit 12. Gallia regem, a quo prouincia & homines cognomenta sumperunt, inquit Berossus loco praæ allegato. Licet Eusebius scribat Numiacum Plancum Ciceronis discipulum oratoremq; clarissimum, cum Octavianus Augustus temporibus Galliam comitatem regeret, Lugdunum in colle quodam, vbi Arar Rhodano coniunctetur condidisse. Quod etiam Seneca in Epistolis, cum loquitur de incendio ciuidem ciuitatis, testatur dicens. Huic urbi ab origine sua centenarius annus est, etas, ne quidem hominum extrema a Plancō deducta. Cederē potius hunc Plancum Aram, de qua supra, contruxisse, quād illam urbem de nouo construxisse, vel potius ampliassse, & restaurasse. Cui quidem geneti supradictæ concordat elegans quarantonia lequens.

Gallia Celicæ (cuius illa antiquissima atq; nobilis ciuitas Hedua, quam alij Augustudunum vocant, Metropolis est & Augusta semper) querimonia:

Collocutores duo. Gallia  
Celtica, & consolatot.

*Gallia, quid lacrymas fundis? G. Flere necesse est  
Omni desertus funditus auxilio.  
Sed quid strata iaces? G. Calo deicta paterno  
In terris quanunc sistere parte quemam?  
Quis te deiecit? G. Soboles Noruegica patre  
Indiga, que diuum me genus esse negat.  
An nescis primo quod sis habitata Samothro?  
Olim dum Assyrias Belus habebat opes?  
Nescio sed primum qm̄ suggerū illi Samothrum,  
Inuidia ad medios non sinat ire Deos.  
An regnasse Magum nescis Sarronq; Dryumq;  
Et Bardum, & foris defuncto Longone Rhomum,  
Nannorem, & Francum tegi Lemanne potens.  
Gallum Chaldeos fugiant memorata Beroso.  
Gallia quos veteres incliti iacebas?*

*Nō credo, ita latet. C. Quid: G. Patrib. inuidet illa  
Quos tu sirogines non feret esse Deos.  
Sed quae causa Deos gentiles addidit aijris,  
Virtus, que Celos reddere sola potest.*

*V. 2 H. quoq;*

## D V O D E C I M A P A R S

Hi quoq; virtutis limen subiere. G. Projecto  
 Sideribus dignos, quo minus esse putat.  
 Cuncta quidem ignota patria nibil infia credit:  
 Turba Panymphoe plus dabit illa loui.  
 Amplius hac Diti quam primo turba Samothro,  
 Crederet hinc idem nunc tibi stabit bonos.  
 Vera refert, Ditem mihi prodidit esse parentem,  
 Litera Cesarea testificata manu.  
 Quae Dryuidae antiqui Galli monumeta probarunt,  
 Iudicio informi stirps male sana neget.  
 Si neges. C. Ac saltem stabit tibi Gallia nomen:  
 Dum tenet in terris fabula prisa locum.  
 Inlyta Mandubis hoc monstrat Alexia campis,  
 Vrbs Lybij tunc, nunc diruta tota iacet.  
 Ergo agite o Galli Ditem iactate parentem,  
 Qui ex haustis purgat, teste Platone, animas:  
 Per quem felicis pater unica semita campi,  
 Aeterna ad supercos est quoq; lucisiter. Finis.  
 Cætera quoque de hac ciuitate Berossus habet.  
 Qualis vero quantæ fuerit, satis ore omnium sic  
 dicentium fertur.

Hedua quanta fuit, magna ruina docet.  
 Pendent opera interrupta, minæ murorum ingentes.  
 Incredibilis etiam ædificiorum molex,  
 Palatia, strata, columnæ, statuae, pontes, aquædu-  
 ctus, vcrum omnes mirantur portas strata que via-  
 rum & que quotidie effodiuntur marmora, com-  
 plura monumenta, & Pyramides que adhuc ex-  
 tant non vetustate consumptæ, videntur & cancer-  
 na, fornices, fundamenta sub agris, sub ecclesijs,  
 sub multorum ciuium domibus, ex quibus quan-  
 ta olim fuerint ædificia præclara, quanta insuper  
 fuerit Heduorum potentia, quisq; certe coniecta-  
 re poterit, que facile tellantur quanta alias fuerint.  
 Item Numismata in ea inuenient, & alia que singu-  
## D V O D E C I M A P A R S

Refertq; Baptista Fulgosius lib. de dictis factisq; memorabilib. tit. de miraculis. c. de gemmis. &c. quod venefica animalia, neq; muscas non inuenit triclinium ecclësï Anticësis in Auernia (qui vulgo du fuy dicitur) & si aliundè inferantur statim i. oriuntur, & in hoc laudanda est ecclesia, quod veteres scriperunt Roma in Herculis fanum, nec muscas, nec canes vñquam ingressos.

Sed ad magnificum illud templum Hierosolymitanum, quod Deo omnipotenti Salomon anno regni sui quarto edificari coepit, & septem annorum spacio perfecit, annis vero ab ortu Adar primi hominis, tribus millibus centum & duobus sermonem conuerterunt, cuius magnificèntia, & dignitas ab omnibus in hodiernum diem vñq; approbat. Fuit autem sexaginta cubitorum in longitudine, & viginti cubitorum in latitudine, & triginta cubitorum in altitudine. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis iuxta mësuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi, scilicet que in templo fenceras obliquas. Plura etiam alia mirabilia fuerunt in illo templo, vt describitur 3. Reg. 6. & 7. cap. Nihilq; erat in templo, quod auro non tegeretur, vt ibi dicit, & in ea gloria Episcopi. ibi: neq; verò 12. q. 2. & amplè de excellentia, & magnificèntia illius vñtra alios ponit frater Ioan. Ludsonic. Vzial. de monte regali in suo opere regali tracta. de magnificèntia Salomonis, & ibi probat septeni rationibus, quod illud templum fuit nobilissimum, & quomodo fuerit formatum in modum pulcherrimæ ac fortissimæ turris, & de illius pompa, & incredibili pulchritudine. & in officina Textor. in c. alia opera, & adificia sumptuosa in fine. vbi ultra alia laudat illud, dicens, q; in primis à Salomon tripli hominum millia cedendis arboribus, vt Cedris, & Cupressis sunt destinata ad illud adificantum. Lapicidarum verò extiterunt octoginta milia. Inferioris structura materia erat ex candenti falso. Trabes erant Cedrina, Cedrina concamerata auro illita, vt parieres omnes. Duo Cherubini ex puro auro, pavimentum peralii aureis instructum. Ianuæ vicenæ cubitorum altitudine auro coruscantes. Anre vestibulum erant duas columnæ æneæ 18. cubitorum altitudine, ambituque duodenum. Altare fuit æreum denum pedum altitudine, longitudine duplo maiore. Item mensa vna aurea, phialæ, & patera aureæ decem millia, argenteæ quadruplo maiore nu. Candela bra 10. millia ex auro, & argento fabrefacta, & istud est de templo artificiali seu materiali nō spirituali, de quo habetur Ioan. 2. & 1. ad Corint. 3. quod est Christus. Fuit, & dictum templum sub Dario rexificatum in omni gloria, vt patet Esdræ 3. c. 7.

Et per istud templum Salomonis, & Ezechielis templum arduum, & sublime, quod vidit Ezechiel in spiritu construendum; & admirabili exornandum decore, de quo Ezech. 42. & per illud taber-

naculum, quod Moyses construxit iubente domino, de quo Exod. 25. Imaginata, & figurata fuit Ecclesia Christiana.

Templi vero quatuor partes esse dicuntur: Antica ad orientem, Postica ad occasum, Sinistra ad Scenptrionem, Dextra ad meridiem. Ita dicit Athch. in vniuersas, & est versi sub c. placuit. 16. quæst. 3. & iam dixi supra ista parte in consider. que de quatuor partibus mundi loquitur: ibi etiam dicit, q; Moyses primus tabernaculum domino condidit, Salomon deinde templum, quem refert Luc. de Penna in l. vniuersi. C. de fundis rei priuata lib. ii. Et ibi notat, quod Christus ingressus Ierusalem primò templum adiit, vt habet Matth. 21. Dans nobis formam religionis, vt quocunq; imus, primo domum orationis si ibi est, ad eam, & perorationes Deo nos commendemus, postea agenda negotia secemus, utnam istam instrucciónem feceremus omnes.

Templum vero fuit Lugduni ab vniuersis Gallicis, teste Strab. in 4. cõmuni impensa designatum, & extructum, & Augusto Cætari dicatum: antea tamen hanc urbem constructum, vbi fluviorum, scilicet Araris, & Rhodani est coitio, vbi nunc est abbatia Attracensis, quod vnam tota regione (Autore Seneca ad Lucillum) fatali igne, quo & Colonia vrbis, videlicet tempore Seneca, exustum est. Et de excellèntia huius Ecclesie Lugdun. vide Campegium in suo tractatu de antiquitate vrbis Lugdunen. c. 2. & in ea. 3. ponit de claris Lugdunen.

De pluribus alijs templis, vt Vulcani, Cereris, Palladis, & Panos, scripsit Cœlius lib. antiqu. lectu. 12. c. 61. cum seq.

Item de illis templis quæ olim fuerunt Romæ Blondus loquitur in lib. i. de Roma triumphante, & in lib. de Roma instaurata. li. 3. dicit, Nullum in tota urbe adificium facile reperiri maiori sumptu, maioriq; rerum pretiosissimarum apparatu, quam templum Pacis extructum, quo diuins Hieronymus in expositionib. Iohelis Prophetæ sicut sit. Vespasianus, & Titus Romæ templo Pacis adficato, vasæ tæpli Hierosolymitani, & vniuersa donaria in delubro illius constituerunt. Omitto, q; ad Galeatus Maria, vicecomes superbissimum templum prope Papiam, ordini Carthusiæ ingenti impensa subrefecit.

Credetem, & forte non temerè, templum sanctæ Sophie Constantinopoli, olim à Constantino Magno extructum, fuisse excellentius post tēplum Salomonis Regis filij Davidis. Nam dicitur maior Ecclesia, sanctissima, & mater Ecclesiæ Imperij, vt est textus in auth. vt determinatus sit numerus Clericorum. §. i. colla. i. Nec potuissem contineri tot & tanti viri Ecclesiastici de quibus suprà, nisi fuisse amplissimum & spacioissimum. Et lib. i. Chronicarum Reginonis dicitur. Extruxit quoque Iustinianus Constantinopoli templum, cuius opus intantum cuncta adificia excellit, vt in totis ter-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

360

tis terrarum spatijs, huic simile non possit inueniri.

Apud nos Ecclesia diuæ virginis Mariæ Parisien sis est maior & excellentior alijs in sua strictura, habens duas immanissimas turres, quas omnes admirantur.

Quis tamen primus considererit tabernacula, delubra, aut Deo vero templum fecerit, vide amplerè Polydo. de inuentoribus rerum lib. 3. ca. 9. & lib. 5. c. 6. & co. lib. 5. c. 1. scribit vnde consuetudo sit exornare tempila, diebus festis, aulejs, varijsque arborum frondibus, floribusc, ac in illis offerre cædulas cereas, cercosq; ac cereas imaginæ. Item accendere lampades, tabellasq; ponere, quib. miracula à diuis facta representantur.

**S**Exagesimateria consid. quæ inter Sacellas seu Capellas sit excellenter, inquirit. Inter cætera iure cautum est, quod Capella Duci Burgundiaæ in vrbe Diuionensi extructa, ab antiquo est multum priuilegiata à summis Pontificibus. Quoniam non subiectitur neque Episcopo Lingonen. (in cuius dioecesi est sita) neque alijs episcopis aut Archiep. sed haber suum Decanum superiorem immedieate summæ Pontifici subiectum, cum totum collegio. De quo scripti Inn. III. Episcopo Lingonen. vt in cap. cum capella ducis Burgundiaæ de priuilegijs. extra. Ideo videtur dicendum quod Decanus illius propter tales exemptionem post Episcopos in tota Gallia debet sedere in altiori loco, vbi congregarentur, etiam cum Abbatibus, quoniam exempti præferuntur ceteris. facit c. per tuas iuncta gloss. in verbo, subdiaconatus. extra de maij. & obed. quæ dicit quod Episcopi exempti, id est, Papæ immediatè subditi in concilio generali vel Synodo, sedere debent in altiori & meliori loco, quam non exempti. Ad idem tex. in c. vt Apostolicae de priuileg. in 6. vbi habetur quod Abbates exempti in concilio prouinciali & synodalibus possunt vti mitra auri frisiata. sed non exempti albam & planam deferre debent. Facit etiam c. dignum de celebratione missarum. in clem. vbi clerici cōmensales & domestici Cardinalium & Episcoporum sic priuilegiantur, vt illas horas vel illud officium, quod idem Cardinales vel Episcopi dicent, licet dicere possint.

Ex quibus exceptionem & priuilegio eidem capella concessa videmus, quod Decanus dictæ Capellæ Diuionen. incedit in Pompis seu rogationibus & generalibus processionibus cum Abbatibus monast. sanctorum Benigni ord. S. Benedicti, & Stephani ord. Canonicorum regu. S. Aug. sutorum in dicta vrbe. Nam isti tres simul incedunt: Imo Decanus præfatus est in medio illorum Abbatum. Ex quo dignorem locum habere dicitur, per ea quæ supra scripti in 1. par. in 13. conside. Imo etiam in cōuocacione trium statuum patriæ Burgundiaæ vidi decanum dictæ Capellæ præcedere Decanos Ecclesiarum Cathedralium. Item etiam

dicta Capella est sumptuosa, excellenti & magnifico ædificio construta, vt nulla ci æquiparari possit in longitudine, latitudine, & altitudine, & potius digna est dici Cathedralis. In ea nempe constitutis Canonici 25. inter quos est principalis dignitas quæ est Decanatus, & tres alia inferiores, vr Cantoria, Præpositura, & Thesauraria. Etiam plures Capellani habituati numero rotidem, optime præbendati, ita quod habet in redditibus annuis, saltem quisque Canonicus pro præbenda ferre sumam 200. libr. Musici ibidem canorosi plures, non sine magna impensa sustentantur. In ea fit diurnum & nocturnum officium ritæ, vt deceat: & quotidie celebrant ordinariè octo Missæ solen. & alta voce, demptis his, quæ extraordinariè dici possunt. Celebrior tamen ex Missâ ordinat. illius ordinis militaris, qui vocatur ordo velleris aurei (hoc est, L'ordre de la thoijon dor) à Phi. Duce Burg. prius institutus. quia cōcētu iucido & musico celebratur. Sunt & plures Capellaniaæ eadem capella ornatisimè & optimè fundatæ, & in fundatione illius unusquisque pauper Sacerdos, qui ad hanc Capellam accedit, & vult ibi celebrare, habet duos solidos Turonum. promissa ex pecunij collegij dictæ Capellæ. Et quia se offert materia, ideo non erit alienum Bullæ tenorem super ædificatione dictæ sanctæ capelle Diuionen. cum priuilegijs eiusdem hic in serue, qui sequitur:

Alexander Episcopus seruus setuorum Dei, dilecto filio Vgoni Duci Burgundiaæ salutem & Apostolicam benedictionem. Petitionibus nobilium & portentis virorum, quæ rationi & honestati noscuntur inniti, animo nos cōuenit placido condescendere & eas libenter & efficaciter exandire, vt ad ecclesiarum cōmodum feruentius accendantur, cum in corum instis petitionibus ab Apostolica sede facile se nouerint exaudiri. Inde est, quod deuotionis feruore & instantia tuaæ petitionis indueti, fundum quem apud Diuionem pro Ecclesia & officinis eius ædificandis, beato Petro ac nobis liberaliter obtulisti, in ius & proprietatem nostram & Ecclesia Ro. accepimus. Et idem Ecclesiam construendi, quæ soli Romano Pontifici debebat respondere: Tibi facultatem & licentiam indulgemus, autoritate apostolica prohibentes, nec cui Episcopo vel alij Ecclesiastice personæ liceat quicquam iuris sibi in eadem Ecclesia vel Clericis eiusdem Ecclesiae seruentibus vendicare. Datum Tu scul. 6. Idus Nouembri.

Anno vero domini 1192. obiit Illustrissimus Princeps Hugo dux Burgundiaæ fundator & ædificator prædictæ sanctæ Capellæ Diuionen. anima eius in pace quiete.

In ea enim deuota Capella etiam reposita est illa sacratissima Hostia, etiam non corrupta, quæ fuit a perfido Iudeo gladio perforata, ex qua tunc miraculosè sanguis exiit: vt & nunc signa & nota, in ea extant, quæ & miraculis præfulger,

## D V O D E C I M A P A R S

fulget, & ad quam causa deuotionis magna & alacris concurrit turba. Bullam autem super missione dictæ sacrae Hostia, ad illustrissimum Principem Philippum Duceum Burgundiam his addere volvi, in testimonium prædictorum, cuius tenor est talis.

Eugenius Papa quartus, dilecto filio salutem & Apostolicam benedictionem. Singularis deuotionis zelus quem ad fidem Catholicam & Sacramentum passionis domini nostri Iesu Christi gerere te videmus, merito nos inducunt: ut ea tibi concedamus, quæ deuotionem tuam, & aliorum Christi fidelium valeant augere. Tuis igitur in hac parte deuotis supplicationib. annuentes, tibi Hostiam quâdam sub imagine salvatotis in trino sedentis, mirabile Sacramentum Dominici corporis multis in locis à vesana cuiusdam feritate gladij istib. perforata, & ex eo sanguine resperfam, in locis præfatis, quæ in sacrario nostro erat recondita, tue pie deuotioni concedimus, & donamus. Volentes & mandarebamus tibi, ut eam in aliqua ecclesiarum quas possides, aut in alio loco celebri, cum eo honore, & reverentia recondas futuris temporibus venerandam, prout tanti sacramenti maiestas, & magnitudo requirit. Datu Romæ, apud Sanctum Lancretium in Damaso sub annulo nostro secreto, die 27. mensis Septemb. Pontificatus nostri anno 3.

Nolo te latere, quod in castro Diuionensi est sepulchrum cuiusdam Senatoris Diuionen. nomine Hilarij, qui fuit ita castus, quod cum post eius mortem vxoris eius amoto cooperitorio in eius sepulchro ponetur, visus est levasse dextram, qua cervicem vxoris amplexus est, ut refert Gregor. Turonensis in libro suo, in gloriam confessorum. cap. 42.

*clocken  
de s.  
Loyola, #  
et de N.  
à Autun.*

**S**Exagessima quarta conside. de Pinnaculistaem Splotum, quæ Campanilia dicta sunt, & de excellencia nonnullorum tractat. Et re vera multa loca lustrauit in Gallia, & Italia, & plura campanilia vidi, & de pluribus plures interrogavi, tamen ex relatu non accepi excellenter fore in Europa campanili Ecclesiæ sancti Lazari Hedu. de qua supra sat prope in 60. consid. dictum est. Quippe est valde sumptuosum, & ultra alia extollendum ex eius fundamentis, præcipue vero altitudine. Fun-

**X**datur enim super quatuor columnis seu pilis, aut pilearibus lapideis, in medio chori dictæ Ecclesiæ existentibus, quæ grossitudinis sunt tantu in omni quadratura 8. pedum. Altitudinis vero 36. vel ultra, cubitorum fornice distincta. in summitate vero dictarum quatuor pilatum, & super illis, constabilita est iniris quadrata, altitudinis 20. cubitorum, habens deambulatoria ampla, miro artificio construta, deinde in acutum, & fastigium ducitur, habens formam Piramidis quadratam octo quadraturis admirandæ structuræ, ultra omnem' excelsitatem quæ manu fieri posset, & quæque qua-

dratura compacta est lapidib. quadratis, artificio sumptuoso in modum cristianarum sanctis, per quas posset ascendere ad summitem usq;, & dicta Piramis est fere altitudinis tercentum cubitorum. In eo sunt viginti campanæ, & ultra, quantum duo sunt magnæ molis, una ponderis est 18. milium, altera vero 16. Sonus aureum dum pulsatur, est consonans, & concordans tanty, ut Musicam ipsam redolere videatur.

Vnum præterea addo, quod & ad cultum ciuitatis nostræ facit, licet curiosius nostra & non extra securari forte dicat, sed cum veritate enarrare possum, quod sentio. In nostra quippe ciuitate est etiam Ecclesia diuina virg. Maria collegiata, de qua supra in d. 40. consid. dixi, ab excellentiss. domino Nic. Rolin, olim cancellario Burgundie cuius nostro construeta, & dotata ex tribus mille libris Turon. ex redditu annuo pro 12. canonis, & 24. Capellanis, quorum superior Præpositus vocatus, & sunt exempti à luri dictatione Episcopi Heduen. In qua ecclesia erigitur aliud campanile ligneum sumptuosum fundatum super turri lapidea quadrata, quæ elevatur supra rectum dictæ Ecclesiæ, & ibi sunt ambulacra ornatissima plumbara, auro illata, & ibi est horologium, decuper atrollium dictum Pinnaculum in acutum, in formam Piramidis altitudinis 300. cubitorum, & ultra, regulas habens deauratas mirabiliter impensa, & ornata, ordinatas, & dicta duo Campanilia ita sunt sumptuosa, magnifica, & excellens. quod bonæ memorie Rex Ludo. XII. hanc ciuitatem vocabat, *fauille aux beaux cloches*, & pluries dixit, quod non erant similia campanilia in toro suo regno.

**S**Exagessima quinta consid. sit de castris, in quibus solent habitare apud nos Principes & Nobiles, & sapienter sunt in limitibus prouinciarum ad tuitionem, & protectionem illarum, vel ut habitates in eis non euagentur. Imò ibi sint sub quadam custodia Principum. Ideo castra à casto castris dicta sunt, qua in eis voluntas, vel licetia inhabitantium castratur, ne passim vagare licet, & patent hostibus. Eadem ratione dicuntur castra in expeditione militari, tamen in plurali, vel, quia ranquam casti debent ibi vivere, unde intrare castra semini non licet. Deuter. 23. Quando egreditus fuerit contra hostes tuos in pugnam, custodes te ab oneri re mala. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non recueretur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & infra. Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut etuat te, & tradat tibi inimicos tuos, ut sint castra tua sancta, & nihil in eis fecundatis apparcat, nec derelinqueret te. In his enim castris castratur libido, vel licentia vagandi, ideo casti debent ibi vivere, cum luxuria vires eneruerit. Unde meretrices ab exercitu submontentur, quibus castra militum inuare non licet, ut dictum est, & in 9. part. in 33. consid. Hodie vero castra militum scor-  
tis re-

is repleta sunt contra disciplinam Metelli, & minoris Aphricani. Adeo, quod facilius, & frequenter Thaydis castra, quam Hannibalis videmus eueri, ut scribit Guil. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verb. Cuidam Petro tradiderunt. num. 73. extra de testa.

Vel castrum dicitur, quia in loco alto situm est castra alta, ut dicit Luc. de Pen. in l. sicut fieri. C. de crogatione militaris anno. li. 12. vbi est tex. quo modo anno. militares sunt in castris deferenda pro exercitu principis, quod pluries videmus obseruati in castro Diuionen. & Belnen. Et talia castra possunt tantum possideri, & haberi à Principibus, vel ab his, quibus ascripta sunt, & data à Principibus, vel ex antiquitate. Ita, quod si priuatu, vel castellanus non miles in his locis fuerit de rector iuuentus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur. I. quicunq; castellorū. C. de fundis imitrophis. lib. ii. & ibi Luc. scribit, quod talia sunt Regalia, & alia Iura Regalia perit possunt à possessoribus, qui habent priuilegio, & quomodo docere debent de eorum priuilegio contra l. cogi. C. de perit. hæred. & ut ait, est magna præsumptio contra illos qui habuerunt aliquam administrationem à principe, ut sunt officiarij, qui post eum officia absoluta reperiuntur habere aliqua iuria principum, præsumptio est contra eos, quod debent docere de titulo. quoniam, ut communiter officiarij in his saepius malignantur. Sicut etiā est præsumptio contra illos priuatos, qui possidenter aliquas decimas vniuersi beneficij curati, si eorum prædecessores tenuissent illud beneficiū curatum. Nam hoc casu tenerentur docere de titulo propter præsumptionem existente in contra eos, & eorum incapacitatem, sicut est in priuato, qui teneri iura principum: quia, quo non potest possidere nec præscribere. ideo semper tenetur docere de titulo: ut ibi amplè scribit Lucas, ad quem recurre, & ibi in fin. querit, an concessio castro per principem, videatur concessum merū imperium, quod ibi habebat: Sed quia non quadrat, & dixi in commentarijs nostris super consuet. ducatus Burgundia in rub. ad initium versi. iuris. in fin. ideo non insisto.

De forma vero, & dispositione Castrorum militarium apud Roma. lege Blondū. li. 6. de Roma triumpha, vbi etiam scribit, castra ut plurimum quatuor habuisse portas.

Aduerte, quod in legato castri veniunt arma, quae ibi ponuntur ad defensionem castrorum, ut tenet in terminis Oldrad. consilio suo 163. & Martinus Laudensis in tract. de castellanis, & castris art. 4. vbi corruptè allegat Oldr. & ibi plura scribit de castris quae sunt singularia, sed nihil ad rem faciunt. Sed redundo ad intentum videamus, quod castrum sit excellentius. Certum est enim multa esse castra in Gallia, in Italia, in Hispania, & Alemania, & in tota Europa, & multi principes seipso delectauer-

sunt in cōstruendis plurib. castris. Et inter alia duo reperiuntur excellētissima. Quorum vnū ædificij sumptuositate, & constructionis forma, & mirabilis impensa laudari debet, de quo Philippus Bergomas li. 14. sui supplementi chronicarū ait, quod Ioannes Galatius in Papien. sua vrbe inter cætra castrum, sive regiam domum incredibili pulchritudine, & impensa extruxit, in quo & Bibliothecam condidit, in qua tantam libroru copiam contraxit, quantā alibi se vñquam vidiss meminerit, & qui viderunt testimo nium perhibeant de excellentia illius. In medio quippe illius est curia in quadro disposita, cuius lōgitudo & latitudo æqualis est ab vtraq; parte pro curfu, (ut dici solet) vnius lancea militaris, & quatuor partes quadratæ æquales ædificio sunt constructæ: patētvndiq; deambulacra, hoc est gallaria, latitudinis 30. pedum singulae camerae, & aulae, & ut verius dicam, tota dominus est depicta intus excellenti & singulari pictura ex auro purissimo, & azureo eminenti. In qualibet parte est aula ampla, & superba, & hinc inde cāmeræ decenter distinctæ. Stat & castrum pro media parte, & à parte meridionali in ciuitate, à parte septentrionali extra ciuitatem, est porta singulare, & eminentis, qua ingreditur in leporarium, viarium, seu conceptum principis, vulgo parcum, vbi sunt tres domus excellentes pro solatio principum, & in eo includitur omnis generis animalia fera, & est longitudinis 3. milliariorum & latitudinis duorum, & vltra, & ad vnum angulum illius septi conditum est excellentissimum econobium Carrhusensem. Et ibi in multis locis, sunt aquæ irrigue, nemora, prata, & agri feraces, & fructiferi, quæ nō sunt modici redditus. In eo, iuxta castrum sunt lauacra lapidea elegantissima, in quib. infunditur, et exsuffatur aqua ad libitum pro lauacro nobilium, & dominarum. Fossta illius castrum ex lapidibus quadratis constructa sunt, multum lata, & profunda, in quibus neutiquam aut raro deficit aqua discurrens.

Aliud est Castrum nostræ ciuitatis Heduen. & est tercia pars bona ciuitatis, & est situm in parte superiori, in quo sunt tres magnificentissimæ ecclesiæ, seu templo, scilicet, sanctorum Nazarij, & Celsi, & est illa primaria, & originaria Cathedralis, & sub ea est Ecclesia parochialis S. Joannis in Crotta. *Palais de l'Archevêché de Huy.*  
Alia est Ecclesia diuini Lazari, quem Christus à morte suscitauit, quæ fuit Capella: sed hodie locum Cathedralis obtinet, & in vtraque celebratur officium diuinum singulis horis. Et numerus clericorum ibi deseruientium est, Episcopus cum octo dignitatibus. 52. Canonici, & octoginta cappellani, & habituatis. Alia est ecclesia collegiata, & parochialis diuina virginis Maria, in qua sunt duodecim canonici, cum Praeposito. & octo Cappellani. Etiam est & alia Ecclesia Parochialis sub titulo sancti Quintini, cuius fuit Parochianus, & de his Ecclesijs late hic ante dixi in sexagesima cōsiderat.

## D V O D E C I M A P A R S

sidera. In isto castro etiam est palatium Episcopale excellens, amplum & magnificum. Est & domus seu Palatium Rolinorum superbum ultra centum dominos tam canonicorum, quam ciuium maiorum inhabitatum optimè constructas, & magno sumptu, non computatis alijs paruis domicilijs. Quibus consideratis, non reperies tam latum, neq; tam opulentum castrum in tota Gallia. Ideo inter alia summi laudandum est.

Domini de Ambasia, temporibus quib. floruerunt in Gallia, plura castra excellentia construunt, & aedificari fecerunt, ut reuerendissimus in Christo patre dominus Georgius de Ambasia Archiepiscop<sup>r</sup> Rothomagen. Cardinalis, & Legatus de latere in Fran. Castrum de Gallione in dioecesi sua Rothomagen. Alius frater Episcopus Pietauen. castrum de Diony. proprie ciuitatem. Alius frater Episcopus Lingonen. dux, & Par Francic Caltrum de Mussy in dioecesi Lingonen. Alius, & quartus frater Episcopus Albig<sup>e</sup>. vnū castrum in sua dioecesi. Quintus corum frater Episcopus Claromonten. & Abbas Cluniacensis, aliud castrum in Auernia, & sua dioecesi, quæ omnia sunt excellentissima, & superba mirabiliter pulchritudine, & impensa fabrefacta. Magnificus dominus de Ambasia, gubernator Mediolani, & locumrenens regius in Italia, nepos prædictorum, cui assidebam pro magistro requestarum, castrum de castro Millano sumptuosa structura aedificari fecit. Et fortè, castrum Ambasiacum, quod est excellentius castrum, & amplum quam sit in Gallia, ab eorum antecessorib. constretum est (cum inde nomen sortiti sint) hoc die ramen id castrum est regis Francie, qui & multa alia castra excellentissima in suo regno haberet, ut est castrum innemore Vicenna, non procul à ciuitate Parisensi. Item castrum S. Germani en leys, distans 7. leucis à dicta ciuitate. Et in ea ciuitate Parisensi sunt tria, vnum vulgo Lupara dicitur. Aliud Baftilda, & vt autor est Gagu. lib. 9. de gestis Francorum, vbi de Rege Carolo V. meminit, vbi ait: Erat his dieb. Parifilij regius præpositus Hugo Aubriotus, qui propugnaculum (cui Baftilda nomen est) ad d. Antonij portam extruxit, sumptu ex ea pecunia facta, quam Parisiorum communitati Carolus donauerat. Er aliud castrum dicitur Rex castrorum, & est prope domum de Borbonio, & hoc forte, quia omnia ferè alia castra regni sunt de feudo illius castri, apud nos vero excellens est castrum dictum Dargilly, non procul ab urbe Belensi, ad quod principes venandi causa s<sup>e</sup>p se conserunt.

Sed inter fortissima castra est castrum Mediolani in porta Louis, ideo Arx Louis dicitur. Alio atria multum fortissima, & ferè inexpugnabilia sunt, & in hac patria, scilicet, castrum Auxone, supra Ararim, Diuionense, & Belensem: etiam castrum de Vergy, & de Salione Ducis. Etiā castrum de Graney, quod competit dominis de castro Villano. Feretur & in comitatu de Rossillon esse castrum for-

tissimum, quod vulgo Saulse dicitur. Et h<sup>r</sup> c<sup>r</sup> refere sufficiat, cum non sint magnæ utilitatis, sed pro complemento materiæ, quā assumpti in medium allata sunt, & diuersa iuvant. Nec semper grauibus sententijs ingenium torquendum est, & scriben-dum est, ut res exposulari.

**S**Exag<sup>r</sup>ma sexta considerat sit de laude, & excellētia quorundam Theatrorū, & Amplitheatrorū. Theatrum enim est aedificium in Henricycli, id est, circuli medii speciem factum, ad videnda spectacula. Latinè visorium, seu spectaculatorium dicitur. Amphitheatrum vero locus etiam erat spectaculorum, id est, ludos spectandi gratia aedificatus, forma rotunda, veluti ex duobus constantis Theatris, vulgo apud nos, eschafault, dicuntur. Consuetudo istorum à Gracis sumpta est. Nam cum agrorum cultores, feriales diebus diuersis numinib. per agros celebrarent, aut in umbrationis causa, tabernacula à rusticis cōposita sunt, vbi prius carmina incondita decantabant. Atheneienses, deinde Romani, hoc in urbani spectaculum transtulerunt. Theatrum ita dispositum erat, ut à fronte inter duo cornua scena esset, in circumferentia hemicycli erant gradus ita dispositi, ut altiores in ambitu semper excrescerent. In his plebs promiscue sedebat, quibus non erat sedendi locus, hi stantes in cauea sedebant. Caeque theatrorum nullis forniciis obductæ, velistegi solebant. Primus omnium Q. Catulus teste Plin. in 19. linteis in Theatro umbram securit. Primus etiā byssina vela in Theatrum duxit. Principio temporaria fiebant Theatra. Primusque M. Aemil. Scaurus, Sylla priuignus in aedilitate sua 30. tantummodo diebus scenicorum ludorum Theatrum duraturum extruxit, Opus (teste Plin. l. 36. c. 15.) maximum omnium, quæ vñquam fuere humana manu facta. Scena habuit columnas marmoreas 360. duodequadraginta pedum altitudine. Signa inter columnas areas 3000. Summae columnæ tabuliserant inauratis. Pars scene inferior erat in marmore, media è vitro. Caeuae ipsa 80. hominū 1000. capiebat. Caius vero Durio, Theatra duo fecit temporalia amplissima è ligno, quibus inter se auersis ne in uiuem obstrepent scena & repente circumactis ac cornib. inter se coeundi faciebat amphitheatrum, & Gladiatorum spectacula edebat.

Mansurum vero Theatrum ex quadrato lapide quod 40. millia hominum capiebat, primus Romæ construxit Pompeius Magnus, propter quod Cornelius Tacitus incusatum eum fuisse à senioribus scribit, q̄ mansuram Theatri sedē posuisse. Cum ante subitariis gradibus, & scena in tempus strūcta foret, sed Parsumoniat consultum q̄ perpetua sedes Theatrorum locata esset potius quā immenso sumptu singulos per annos cōsurgenter ac stueretur. Cuius Exemplar ex eo, quod Myrilenē erat, post deuictum Mithridarem sumpsisse, testis est Plutarch. Nero princeps nobilibus Germanis po-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

362

puli Romani magnitudinem ostensurus eos in hoc Theatrum populo plenum introduxit. Idem etiam alias insano sumptu inarauit, ut in eo Tridem Armeniorum Regem exciperet. Amphitheatri vero molem primus in campo Martio posuit C. Iulius Caesar, quem paulo post Augustus Mausoleum adificatus destruxit, ut ait Blondus lib. de Roma instaurata, ubi multa de materia praesertim. Qui & ipse, auctore Suetonio, amphitheatrum destinavit media urbe, quod a Vespasiano conditum fuit, & a Tito consecratum. Id tamen Domitianus ad gloriam suam referebat iactari in senatu solitus, & patri se & fratri in imperium dedisse, quapropter omnibus operibus, quae post mortem illorum vel perfecti, sive dumtaxat titulum addidit, sine villa pristini auctoris memoria. Hinc illi dehinc amphitheatre Martialis in principio sui operis adulatur dicentes:

*Omnis Caesar cedat labor amphitheatro,  
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.*

Quod tamen non puto esse laudandum, cum faciat alienae laudis occultator, & sic par furi.

*Nos autem Hedui, anno Domini millesimo quingentesimo decimosexto excellens & magnificum amphiteatrum in campo sancti Lazari, qui est in medio ciuitatis nostra, conslruimus, & erat e ligno quadrato artificio solenni fabrefactum impensis ecclesiæ, & ciuium, nec in Gallia fuit simile. Ducentenarias enim cellulas cum quadriginta in superiori parte habuit: parietibus e ligno intermediis diuisas & tabulatis cooperatas, quæ loca etant viris Ecclesiasticis, Nobilibus, Senatoribus, Equitibus, & Gentibus ciuium patricijs. In cauea vero seu inferiori parte, erant gradus & sedilia ita disposita, ut altiora in ambitu semper excederent, vbi plebs promiscue edebat. Quæ habuit & velaria linteæ, quibus substantes seu subsideant ad umbras, & ne a pluvia offendirentur. Et iam ludentes in medio Caueg, seu Theatralis Scenæ iisdem tantum tegebatur quos fossa aquis valvata, & alijs obstaculis à plebeis discriminabat. In eo amphiteatro octoginta millia hominum non grauatae collocari poterat, & quia indicta fuerant spectacula finitima, spectatores propè infiniti aereuerunt, quæ spectacula fuerunt excellentissima causa diui Lazari patroni Heduorum facta, vbi vita eiusdem dignis versib. non ad Pompa, sed ad diuinæ maiestatis laudem, & beati Lazari, vehementissime, & gratis, quatuor diebus recitata fuit. Vnde à Deo datum est, ut nulla exhibilatio, nulla plebis cōsternatio, aut derisorie quid gestum fuerit, & ticer nocte pluebat, tota die tamen nulla aeris serenitas maior iisdem diebus vita fuit, dē quo aliquid iam supra tetigis in 60. consid. & in preced. par. in 52. consid.*

De Theatris etiam vide per F. Patritium, de institutione Republicæ lib. 8. tit. 14. vbi dicit, quod locus præstantior in theatro est Orchestra, in qua

sedibus loca Senatorum primiorumq; ac honoriariorum magistratum designabatur, vnde omnium agentium gestus spectari possent. Item liberarum lociarumque genrium legatis, quas postea vetuit Augustus in orchestra considerare, quod quodam libertini generis mitti deprehendisset. Nam nobiliores & honestiores personæ officio legationis fungi debent, vt in 1. scindum. in prin. ff. de legationibus. Et legati seu ambassatores debent esse homines magna auctoritatis, vt dicit Do. de S. Gemini. in c. ad Apostolica. de sent. & re iudic. in 6. saltem quando pro arduo negocio destinantur. Facit c. eltoe. i. qu. 1. Quod autem Senatus a populo discretus ludos spectaret, eius rei teste Liuio. in 4. de bello Macedonicō, & Pu. Scipio ille Aphricanus, & Valer. Sempronius Lögus Consules primi autores fuerint. Quod & vulgi animum auertit, & fauorem Scipionis magnopere quassauit. Valerius autem Maximus lib. 2. titu. de institutis antiquis ex sententia posterioris Aphricani actum esse narrat.

*S* Exagesima septima considerabit. Ad excellentes palatiorū stylum conuertit, quæ sunt propriæ domus principum, in quibus iurisditiones eorum exercentur. Er dicuntur ædes consecratae, quæ ab omni priuatorum visu, & communis habitatione excipiuntur. I. vni. C. de Palatijs & dominibus dominicis lib. 11. Et est regalia habere Palatia in ciuitatibus, vt in situ. quæ sunt Regalia in vībus feudorum. & l. 6. C. de officio rectoris prouincia. & lege quicunque. C. de operibus publicis. Ideo dicit Lucas de Pen. d. l. vnicā. Quod existentibus in ciuitatibus Palatij confuetis, seu publicis, non debent iudices priuatorum domos ad habitandum, veluti publicas vendicare. & ibi dicit, quod Palatiorum regio non debent adhucere ædificia priuatorum. d. l. quicunque facit. c. nulla. & ibi glo. 12. q. 1. sed debent distare spacio quindecim pedum. l. si cui. C. de ædificijs priuatis. Et vt dictum est, in magnis ciuitatibus debent & solent esse Palatia principum, vt in ciuitate Romana sunt multa Palatia tam summorū Pontificum quam Cardinaliū. Et inter alia Symmachus Papa primo fecit Palatium sancti Petri, vt dicit Blondus de Roma instaurata. libr. 1. num. 50.

Nicolaus Quintus in Vaticano Pontificale Palatium sumptuosissimè extruxit, & murorum ingentem molem ibidem inchoauit, quibus coerceri hostes possent, ne pontificis ædes diripere possent.

Eugenius quartus, Lateranense Palatiū instaurauit, teste codem Blondo eodem lib. nu. 305.

Est & aliud Palatium nobile sancti Laurentij in Lucina, quod ob magnos fornices, & amplissima fundamenta super quibus adificatum est, partem operum Domitiani arbitrantur, & id ad annum salutis 300. supra 1000. à Cardinale Anglicō in prædictis Domitianis operum ruinis adificatum

Yyy 2 Iohannes

## D V O D E C I M A P A R S

**Ioān.** Cardinalis Rothomagensis multa impensa adauit, quod nuper Ioannes ex Gallis Picardus Cardinalis Morinensis, cum in eo habitaret, tan ro ampliavit ornauitq; impendio, & nullam prater pontificale Palatiū sancti Petri domum vrbis Roma nunc habeat pulchriorem, vt refert idē Blodus. lib.2. num.15.

Benedictus Papa XI. Tholosanus, in Auenione Palatum superbum, seu pontificias, & quidem celebres aedes cum turribus, & pomerijs ædificauit.

Plura sunt excellentissima Palatia in Italia, vt Mediolani. vbi est Palatum principis, in quo exercetur iurisdictio Capitanei iustitiae Mediolani, & plurium aliorum officiorum, in quo mansi assidendo Capitaneo dictæ iustitia.

Bartolomaeus de Salignaco, in suo itinerario terræ sanctæ. 2. cap. primi tomii, laudauit Palatum Venetorum, quod dux, senatus, ac prator ius dicunt, sumptu nudum ducali, & senatorio, sed Regio & Imperiali resplendet admirationem, vt idem refert, serè excedit, quod medio Palatio sons patet, septem in modum cisternæ, è quos haurire velis, gemina tibi sytula opus est, altera solida altera perforata, quarum hac per tenuem foramen guttatum fontalem aquam imbibit, illa hausta largiore riuulo in fontis orificio eundem.

Sed inter alia Palatia Gallie Palatum Parisiense est excellentius, tam in longitudine, & latitudine, seu magnospacio terra, quā in ædificijs sumptuissimis, & ampliis, nec ictum Palatum dicendum est, sed oppidum magnum visu esse iudicares propter multitudinem ædificiorum, vt ego ipse oculis vidi. Eius tamen excellentia potius consistit, cum in eo exerceantur varie iurisditiones pro administranda iustitia, & ibi conueniant singulis dieb. non feriatis, duo aut tria millia hominum, tam pro iurisdictione exercenda, quam pro iustitia consequenda; præcipue in suprema Parlamenti Curia, quæ distinctas, & diuersas habet cameras, vt ante scripti in 7 par. in 9. conside. & de quib. hic amplius referam.

In illa etenim curia Parlamenti primo est magna camera, vbi patroni agunt causas. In qua assistunt 30. consiliarij cum duobus praesidentibus, vt communiter primo & secundo. Secunda est, quæ vulgo dicitur, *la tournelle*, vbi deciduntur causæ criminales, & in ea assistunt plures consiliarij. nū 20. cum alijs duob. praesidentibus, tertio, scilicet & quarto. Etiam habent cameras distinctas duo aduocati fiscales, & Procurator generalis. Item tres Grapharij, ciuilis, criminalis, & presentacionis. Item 12. Admisionales, seu Ostiariorum. Suntem quatuor Notarij signantes loco Grapharij in eius absentia, qui & consilio adesse valent.

Et in ipsa Curia sunt centum consules ordinarij ab antiquo constituti. Et à paucis annis à Rege nostro Francisco I. creati sunt alij 20.

Alia est etiam camera Requestarum dicta, vbi assistunt octo ex presatis consiliarijs, inter quos unus praesidet, qui praesidens Requestarum vocatur, & non simpliciter praesidens cum non maiores habeat potestatem in alijs Cameris quam unus ex consiliarijs illarum. Et in huiusmodi camera deciduntur causæ curialium priuilegiatorum in actionibus personalibus, & possessorijs. Et est iurisdictio istorum distincta à Curia Parlamenti, cum ab eis ad curiam appelletur, & sic sunt inferiores.

Est & alia camera, quæ dicitur camera inquestarum, & in hac etiam sunt duo praesidentes, non tam simpliciter, sed cum adiectione. In ea est certus numerus Consiliariorū, scilicet, 20. qui tamen decidunt processus, & causas factas in scriptis, & vbi factas sunt in questiæ, & quæ placirando, & publicè declamando decidi non possunt absque visione processus. Et ista est curia patlamentalis, sicut videatur, quod camera Requestarum nō debeat dici de Parlamento, ex quode illa ad Parlamentum appellatur.

Alia est, & tertio iurisdictio in ipso Palatio, & in magna illius aula iurisdictio dominorum generalium impositioni. dicta vulgo *Lex generale des aides*. Et est una curia suprema, cum de illis non licet appellare ad aliam supremam curiam. Et in hac iurisdictione præsunt duo praesidentes, & octo consiliarij. Et ab electis, & Grenaterijs Franciæ appellatur ad eos, & non ad aliam curiam supremam.

Quarta iurisdictio dicta Palatij est iurisdictio dominorum magistrorum requestarum domus Regis, qui habent cameram, & iurisdictionem separatam, & hi tantum cognoscunt de priuilegijs, & donis datis, & concessis à Rege, & de officijs Regis si inter officiarios decorum officiarijs oriatur quæstio.

Quinta iurisdictio est iurisdictio Balliui Palatij, qui habet cameram separatam.

Sexta iurisdictio est in mensa marmorea, & est magni magistri aquarum, & forestarum, habet cameram separatam, & officiarios sub se deputatos.

Septima iurisdictio est certorum magistrorum particularium aquarum, & forestarum, qui etiam habent iurisdictionem in mensa marmorea, in qua sunt officiarij deputati.

Octava iurisdictio est Admirali Franciæ, qui etiam habet iurisdictionem in mensa marmorea, & ibi officiales ad exercendam iustitiam sub sede deputatos.

Nona iurisdictio est Admirali Aquitaniæ, vulgo de Guyenne, quæ etiæ exercetur in mensa marmorea, & habet sub se officiarios sub deputatos. Et administranda iustitia. Et ex magna Aula, quæ est in d. Palatio, est accessus, & introitus ad loca destinata pro huiusmodi iurisdictionib. exercendis. Et illa

illa Aula est longissima & ampla, vbi statux, & imagines Regum in parietibus, & Pilcaribus lapidis sunt eratæ, non tamen sub eadem lance. Nā qui anibas manus habent eleuatas, signum est optime administrasse Regnum, & R. p. absque exactione inconsueta, & iniustitia. Si verò bene administrauerint Iustitiam, & in reliquo male verati fuerint, nec prospere res gescerint, vel è conuerso, habent vnicam manum depresso. Sin autem in vtroq; male administrarint, ambas habet manus demissas. Quod prævidens Lud. ii. ipso superstitio suam statuans genibus flexani, manus iudas & eleuatas more deprecantis habentem, coronam imagine diuæ Mariæ virginis in ipso Palatio construi fecit. Sed quomodo rexerit, & iustitiam administraverit, legas Gaguinum in suis Chronicis Fræcia, & dominum Dargenteul, qui fuit eius domesticus Officiarius.

Extra prædictam Aulam, & in dicto Palatio est alia Iurisdictio, & curia sumptuosa, & magnifica, in qua præficitur Præses cum pluribus Magistris computorum, & Clericis & alijs Officiariis vsque ad num. 30. Aedificium verò illius curiæ est superbum & amplum, & sic est decima iurisdictio in continentibus Palati existens.

Vndeclima Iurisdictio est, quæ dicitur du tresbe, vbi officiarji cognoscunt de domanio, seu patrimonio Principis, & est magna iurisdictio.

Duodecima est Iurisdictio Electorum Francicæ.

Tertiadecima est generalium monetarum & officiarji huiusmodi iurisdictiōnū habet distinguis cameras in continentibus circa ipsam cameram computorum.

Sunt & alij iuriſdictiōnes, quæ in dicto Palatio excentur, vt est iurisdictio magistrorum, seu præfectorum Latomotum, & certorum aliorum artificum (de quibus nunc non recordor) quæ in diuersis camenis suis habet Iudices & Officiarios stipendiatis, & salariatis à Rege, vt & alij Officiarij antedictarum iuriſdictiōnū, eo modo, & salario, & stipendia offic. dieti Palati iuriſdictiōnes in eo excentrum ascendent, sin annis ultra sum mam centum mille li. Turonensem. In quo confideranda venit magna excellētia illius, & in multitudine litigantium ob assiduam multarum causarum auditionem.

**S**Exagesimaoctaua confid. Muros quarundam vrbium seu oppidorum nobilitat. In primis murorum Babylonis vix credibilis relatu, firmatas, magnitudo confpicua extollit debet, quos Semiramis condidit, aut saltem ruinosos restaurauit. Nam primus post diluvium Nemroth Gigas eam fundauerat costruili attere arque bitumine interfuso, latitudine, vt ait Herodotus, quinquagnum cubitorum, altitudine ducenum. Ambitus eius 430. stadijs circumuenitur. Quos tam latos fuisse scribunt, vt quadrigas intet se occurrentes

facile recipent. Vnde inter septem spectacula seu miracula orbis annumerantur, turcsque haberent 300. plures multo habituri, nisi aliqua ex parte paludes pro moenibus fuissent. Per ambitū centum portæ stabant æreæ, omnes cum cardini bus. Fossæ extrinsecus latè patens vice amnis diffunditur: quia vt scribit Strab. Euphrates Babyloniam per medium diuidit. Huic autem operi portetos adhibita sunt trecenta hominum milia. Vnde Marialis in primo Epigram. in eisdem moenibus, quæ tanto labore ædificata fuerint, sic ait:

*Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,  
Assiduus iactet nec Babylon a labor.*

Babylonica porro ciuitatis (teste Cælio lib. ant. lect. 5. ca. 12.) vastitatem illo argumento maximè comprobat Arist. 3. Poly. Quod capta quandoque ab hostibus vrbe, tertio denum die vix id perficerit pars ultima. Etiam Propert. lib. 3. de eaita canit:

*Persarum statu Babylona Semiramis yrhem,  
Vi folium coelo tolleret agger opus.*

*Et duo in aduersum misit per mania currus,*

*Neposseñ tacto strungere ab axe latus.*

*Duxit, & Euphratens medium quo condidit arcis,*

*Inquit & Imperio surgere Bætra caput.*

Et Lucanus lib. 6.

*Fragili circundata testa,*

*Menia mirentur refugi Babylonia Parthi.*

Quintian us:

*Nulla dies admittet Babylonia menia, longis  
Indyta porticibus, varijs elata columnis.*

Fuit itaq; Babylonia hæc moenibus a arte valde admirabilis, quam Persarum Rex Cyrus postea cepit, euerit, & complanauit die festo, quo omnibus Babylonij vniuersam noctem biberent, & laetus carminibus saltationibusq; indulgerent: teste Cælio antiqu. lect. lib. 5. c. 11.

Item Theba Aegyptia vrbs insignis habuit muros à Busyride Aegypti Rege cōditos, ambitu 140. stadiorum, vt refert Herodo. in quibus erant centrum Portæ affixa, in quatum singulis memoratur 200. custodes excelluisse, equis & cutribus. Vnde Iuuen. Sarv. ultima.

*Atq; vetus Theba centum iacet obruta portis.*

Item Pergama seu muri vrbis Troiæ feruntur habuisse in ambitu 40. millia passuum. Credo q; fuit Laomedon pater Priami, qui cinxit Troiam moenibus: sed Apollini, & Neptuno id negotiū ascribitur, nec ob aliam causam, quām propter magnificentiam & altitudinem ingentem. Vnpe de his Lucanus lib.

*Nunc versus Iliacos attollat fabula muros,*

*Ascribatq; deis.*

Item murus Byzantij vrbis Thraciæ olim fuit Milesius quadrato lapide, adeo indiscreta larcum structura, vt vna propè muri compages spectantibus videri posset. Nam hæc ciuitas ab initio

Yyy 3 à Pau-

## D V O D E C I M A P A R S

à Pausania Spartanorum Rege condita fuit: sed euni parua admodum esset, ipsam postea Constantinus Magnus Imperator, qui regnabat anno Christi 318. Roma Pontifici Siluestro relicta, diligens strutis fortissimis mœnibus celsisque, ac erassisimis turribus à se Constantinopolim nominari voluit, & sic in maius aucta Imperij sedes est facta, totiusque columnen, & caput orientis, & vni cum Graciæ sapientiae domicilium habita fuerit. Habuit præterea hæc ciuitas vnde portas dignitatem ipsius atque murorum præferentes.

Muri vero Romæ (quæ Regina vrbium, & totius orbis caput dicitur, vt supra ostendimus) à Romulo primo Romanorum Rege constructi sunt, qui urbem à nomine suo Romam vocavit. Licet hanc seupartem, vt plures alij ante, Euandet condidisse dicatur, vnde de his Lucanus lib. i.

*Fraterno primi madaverunt sanguine muri.*

Et Pomponius Iure consultus, si quis violauerit, quæ est le. fin. ff. derer. diu. sic inquit: Et frater Romuli Remus occisus traditur, ob id, quod muros transcedere voluerit, id est, voluntariè transcederit, secundum gl. ibi. vnde Liuius lib. i. Vulgatior fama est ludibrio fratribus Remum nouos transluisse muros. Eius vero ambitum vatum fuisse credendum est, cum & Plin. in 3. naturalis historia à principio paruam extitisse dicat, & suo tempore 20. millia passuum cōtinuisse. Et Flavius Vopiscus Historicus scribit Aurelium Imperatorem seu Aurelianum, ambitum vrbis ad 30. passuum millia ampliass. Hæc citiā ciuitas 30. habuit Portas, quarum nomina infra in consid. quæ de Portis tractat, deserventur.

Muros in circuitu Ierusalem vrbis Indæ, seu Palæstinæ, quam primus Melchisedech post diluvium condiderat, fecit Salomon Rex, & legitur 3. Reg. 3. c. in prin.

Item Carolus Magnus Francorum Rex Florentiam, incolytam ac primariam Hetruria ciuitatē, quam omnium Italie ciuitatum florē nuncupat, inflaurare fecit, maioreque ambitu, & mœnibus circumdedidit.

Ambitus Memphis, vrbis Aegyptiæ, populosæ & secundæ post Alexandriam ab Ogdo Regi ædificatus fuit 150. stadiorum. Et ipsa Alexandria vrbis Aegyptiæ ab Alexandro Magno condita à Democrate Architecto commensurata est 15. millia passuum laxitate. Reliqua de vrbium mœnibus, vide infra in consideratione sequenti.

**S**Exagesimanona cōsid. quādam insignes Turres enumerat. Et inter alias exxcl̄tēs memoratur primo Turris Babylonica, primitus post diluvium à Nemroth ædificata, de qua Gen. ii. Etiam Iosephus in antiqui. in princ. de ea (teste Philippo Bergomati in suo supplemento Chronicarum lib. 2.) meminit: & de ipsa Sybilla sic dicens: Cum omnes mortales vna uterentur lingua, quādam ex his Turrim ædificauerunt, excelsam, tan-

quam ascensuri per eam ad cœlum. Dij verò turbines mittentes euenterū Turrim, & vocem propriam vnicuique partiti sunt. Vnde Deus ædificatum superbiām hac animaduersione multatuit, vt tot Gentes, quæ eō conuenerant ex omni cœlo, quæ & sepraginta erant, quibus & quoique vnum fucratabilium, eademque lingua, etiam quotidie linguarum confusione superindicta separavit, necessitate inducente, & vt alterius vocē non intelligeret, & super omnem terram faciem dispergerentur. Et de linguarum excellentia dixi suprà ista parte.

Memoratur etiam illa ingēs Turris quam Ptolemaeus albo lapide fecit in Pharo insula Aegypti, quæ portum Alexandria efficiebat, non ad alium vsum, quām nocturnos ignes nautarum cursui ostendendos, ob salutem nauigantium. Hanc autem constituit talentis 800. Solstrato Guido Architecto, qui struturæ tanta suum inscripsit nomen. Vnde scribit Solinus: Ab Irc Pharo turri Pharo vocari machinas in portibus ad prælucendi ministerium fabricatas, vt est Genuæ, in vrbe de Rupella, & pluribus alijs portibus maritimis habentibus Lucernam, vulgo Laternam portus. Vnde Iuuen.

*Dipositæ pingue nebulam vomueret lucerne.*

Nani lucernarum vsum primi Aegypti monstrare, autor est Eusebius lib. 10. præparationis. Et, vt recitat Philippus Bergomen, lib. sui supplementi Chronicarum 7. Illa Turris erat toto orbe celeberrima, arque per maxima tempore Ptolomei. quod fuit anno mundi 270. & ante Christi aduentum 4929. quæ ab ipso Ptolemaeo Philadelpho super canceris vitreis apud Alexandriam cōditafuit, vt nauigantibus in nocte lumen præberet. Vnde Papi.

*Quæ colli Memphis, palmifram Pharon.*

Et tam pulchra tamq; in signis habita fuit, vt in ter septem mundi spectacula connumeraretur vnum. & de ea meminit Plinius lib. 36. naturalis historia. & fuit altitudinis passuum viginti, & palmis superabundabat. vnde Ouidius lib. 2. in lbim, ait:

*Lumina nocti uage tollit Pharus emula Lune.*

Turris alia cœlissima, & toto orbi admiranda (quam Torracum appellant) in vrbe Cremona spectatur, quam anno Christi 1284. (cum in Lombardia durissima bella exercerentur propter factiones Guelphorum & Gibellinorum) quādam Guelphorum factio, tum maxime ea in vrbe præualens, adiuuantibus alijs huiusc factiois ciuitatis, in medio vrbis foro erexit, & maximo cum gaudio & ardore, atque incredibili prope impensa cōsto ex lapide duobus annis perfecit & cōsummatu.

Sequitur, quod admiratione dignū est & laudandum. Nam teste Baptista Fulgosio lib. de dictis factisque memorialib. rit. de miraculis cap. de genmis.

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

364

his. Prope urbem Gratianopolim in Delphina-  
tu, verusta est Turris, quæ araneas non gignit, ne-  
que aliam venenofam rem: quin potius si quide-  
iusmodi in eam inseratur, vt experimento cogni-  
tum est, statim emoritur.

Si vis scire, qui primitus cōdiderint oppidum,  
muros aut turrem, vide Polydo. de inuent. rerum.  
lib.3.c.9. Scribit Viſtruiuſ, turrem probari rotu-  
das & polygonias, hoc est, multorum angulorum.  
Quippe quadratas eeleri⁹ diſjici machinis dissipati-  
que, quod assultante ariete, Anguli rotas commi-  
niſſilitate ſoleant, vt refert Cæl. lib. ſuarum an  
tiquarum lect. 14.c.32.

Et quia hic de Turriū ſtructura facta eſt mētio,  
nō eſſe alienum puto, de mēcium ratione attin-  
gere, eum in materia diſconuenire non debeant.  
Vnde recitat ibi Cælius, lapidem quadratum &  
vastissimum in muris fuſſe probatum ab antiq[ue]s  
Hetruriae populis, vt in vetuſis oppidis lapide pre-  
grandi, incerto & vasto ſtructis viſtūr. Et ita apud  
nos obſeruatur in propugnaculis, qua durissimiſſis  
lapidibus magnis & in fronte acutis fabrican-  
tur.

Item ſtructurarum vnam reticulatam, id eſt, in  
modū retiſ factam, vel ſortē à materia rara & non  
densa ſcribit. Alteram verò antiquā ſeu in certam,  
& iſlam magis approbat: quia reticulata, licet ſit  
vetuſior, rimis tamē concipiendis maximē ob-  
noxia eſt. Præterea in parieſib[us] lapides, quos ſrō-  
tatos vocamus apponuntur, qui perpetua crassitu-  
dine vtraq[ue] parte religando parietum ſoliditatem  
confirmare debent. Illa etiam ſabriki in mēcib[us]  
ſtruendis placet, vt in crassitudine perpetua talea  
exolea vteſtis quā frequenter inſtruantur, vt muri  
frons vtraque hiſce taleis, velut fibulata, ſuffrena-  
taque diuturnam feruerit firmitatem. Sed ad rem  
maieſtatem affert non contemnenda in, proſun-  
diorofa & latior ripis praruptis obuallatisq[ue] mu-  
ro. Cuiusmodi fuſſe Babyloniam ferunt latā eu-  
bitis regijs 500. vero profundam, & amplius.

Et quia mūrōrum & turriū ſacta mentio eſt,  
ac in paterga libet interdum excurrere, ea quæ ci-  
tat Cælius in ciues & oppidanos (qui in tuto ſe pu-  
tant vitam agere, cum foris habeant mēcias ro-  
bustissima, portaque ſolidas, intus autē ſint molles,  
pigri, & effeminate) adſcribenda duxi. Ita e-  
nī eleganter & moraliter ait, Panthēdam Spar-  
tanum (vt referunt authores) cum legationē obi-  
ret in Asia, obſtantibus non nullis p[ro]t[er]munitum,  
latum ac ſublimem mūrum, respondiſſe. Per De-  
os pulcra, ḥ hospites, eſt Gynceanitis, id eſt, mulie-  
rum domus, ſeu ſe natulus. In eandem ſermē ſen-  
tientiam Lycergus diſiſſe videtur. Nequaquā ſine  
mēcibus ciuitatem dici, qua viris non lateribus  
præcincta foret. Nam & Agesilaus ciues oſtendens  
armatos: Hæc ſunt, inquit, Sparta mēcias. Idem  
monſtranti cuius mūrum egregiè ſtructum atq[ue]  
prætūlum: indagantiq[ue], an pulerū ei mōumentū

videretur? Pulcrū, inquit, ſi mulieres nō viri ſunt  
inhabitati. Eth[ic]æ certæ Lacedæmoniorum ſen-  
tentia erant. Cæterum compertum eſt, ve-  
teres urbium mēcias ſumma religione cōſtruere  
ſolitos fuſſe, quando non contenti illa erexiſſe al-  
tius & latius etiam potentia alicuius numinis cō-  
ſecrata volebant. Propterea iurisconsulti ſanctæ  
quoq[ue] res inquietū veluti muri & portæ ciuitatum,  
quodammodo diuinū iuris ſunt, vt in l. i. in princ.  
& l. ſanctum. ad f. ff. de rer. diuīſ. & ſ. ſanctæ. iſtit.  
cod. quod nulla ratione humana mortalium res  
ſatis à quoquā gubernari diſperſariq[ue] poſſe vi-  
deantur, in tanta hominū perfidia, irrepente  
interdum & ciuib[us] negleſtu aut finitimorum  
cooriente, crassanteque inuidia, adeò vt opinari  
poſſimus orbem eſſe veluti in alto constitutam  
nauem, inſulib[us] hoſtium, & diſcrimini, va-  
rio obiectam. Hinc aperta ſubit conieſtatio fabu-  
loſa vetuſati obrepelliſſe, vt Saturnum rebus hu-  
manis ſolertiſſi confiuentem effingeret. Olim  
Heroas Semideoſque urbium praefeciſſe cura, vt  
illorum obiecta, prouallataque præſidijs facilius  
humanos cauſus reclinarent. Quoniam non mu-  
nimentis modō, ſed magis multo Deorum indi-  
geamus auxilio. Argumento eſt, non tantum mēcias  
ſacraria veteri ritu credita, verum etiam libris cō-  
mendata tutelatum Deorum religiōfam inuo-  
cationem, quam etiam ſacerdorū carmine (vt fit  
in processionibus, vt ita loquar) peragi ſolitam ac  
cepitius, exercitu hoſtico præda urbium iam im-  
minentem. Hæc Cæl. in loco prætacto, vbi iſta ex-  
cerptus.

De mūrī ſtamē, licet de moribus etiam appri-  
mē, curandum eſt. Nam & ad publicam ſpectat v-  
tilitatem, quatenus & od ornatū ſe habeant ci-  
uitati decentem, & ad bellicas oportunitates. Cū  
firmiſſima mūnitio mūrōrum bellicoſiſſima eſſe  
existimat, vt dicitur Polit. I. Mēcias nempe ci-  
uitatum ſecuritatem, tutelam, custodiā, & de-  
fenſionem habitantibus in eis conferunt, text. eſt  
ad hoc expreſſus in l. vnicā. & ibi noratur per Luc.  
de Pen. C. de expenſis ludorum. libr. II. quod con-  
firmat Cicero, 2. offiſe. dicens: Si duce natura in  
ciuitatibus congregabantur homines, tamen ſe  
cuſtodiā rerum ſuarum urbium præſidia quare-  
bantr. & Pomponius iureconsilleg. pup. ſ. op-  
pidum ff. de verborum & retum ſignificatione.  
vbi ait: Oppida diſta eſſe ab ope hoc eſt auxilio,  
quod eius rei cauſa muri ſint constituti. Vnde Cle-  
rici (vt alij incola urbis) ad constructionem & re-  
fectionem mūrōrum illius tenentur, vt eſt tex. in  
l. omnes. & l. ad porrus. Co. de operibus publ. & in  
leg. fin. Cod. de quibus mūneribus vel praſatio-  
nibus nemini liceat ſe excuſare. lib. IO. & in c. not  
minus. & c. aduersus. extra de immunitate Eccles.  
Et hoc ſi neceſſitas exegerit, aliaſ non, vt pater di-  
ctis iurib[us]. Et ſi Principis vel præſidijs ad hōc auto-  
ritas in teruenerit, rex. in l. facra. ſ. fi. ff. de re. diu. Et

## D V O D E C I M A P A R S

an inconsulto Principe refici possint, dixi in commento consue. duca. Burgun. in §. incip. on ne peult. ver. 2. limi.

Item Clerici tenentur ad custodiam murorum & portarum, seu ad excubias ciuitatis. text. est in c. 2. quod incipit, peruenit. extra de immo. Eccle. p intellige etiam tempore necessitatibus aut periculi imminentibus. vt ibi dicit tex. & doct. & ad hoc alle. tex. ibi. Panor. in l. nullus penitus. C. de cursu publico. lib. 12. vbi dicitur, quod etiam Ecclesia tempore expeditionis non excusatur ab Angarijs vel perangarijs: Ideo, &c. quia tunc nullus debet esse immunis a vigilia & defensione murorum. Cum vnuſquisque teneatur defendere patriam suam: vt notatur in l. fi. in verbo, prodiſ. C. deabolitio. & per Lucam de Penna in l. in filijs. C. de cur. li. 10. Et reliqua ad refectionem murorum, fōſtārum ciuitatis, caſtrorum, & ſimilium, cenſentur reliqua ad pias cauſas. Spec. in tit. de instrumentorum editione. §. nunc vero. versi. & ſciſ quod inter. Ex his infert Lucas de Penna in d. l. vnica. quod pecunia legata, vel aliaſ debita ciuitati ad aliū vſum non neceſſarium, potest in hiſ iuſta ratione conuerſi & comutari: vt probat d. l. vnica. & l. fi. ff. de operibus publicis. Et plura de materia mu- rorum, vide per Lucam de Penna in d. l. fi. Co. de quibus mune. &c. vbi notat ſignanter, quod in no- ua fundatione ciuitatis ante omnia adificandus eſt furnus: ſecundò ſtatuenta ſunt moenia, & ter- tiò Ecclesia ſive Templo, prout talis orto ponitur ad literam. 3. Edræ. c. 2.

**S**eptuagesima conſideratio de Portarum exel- lentiā ordine decenti hic indagatur. Et liceti- ſta vocābula porta, ianua, fores, valuæ, confundā- rur, propriè tamē omnīs ingressus, quo potest a liquidū importarivel exportari, vel ab aratri porta- tionē (vt inquit Donatus) Quia in designatione vrbium ſubiunctis Vacca & Tāro (quod abundā- tiā & fortitudinem debere habere ciues deno- tabat) qui vrbem designabat, aratrum manu ſu- pendebat, ne ſulcum faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi, à qua portatione dicta eſt Por- ta: & ſic propriè olim Porta dicebantur ciuitati, vt dicit Lucas de Penna in l. 2. col. 3. C. de dignita- tibus lib. 12. Ianua autem dicitur propriè primus domus ingressus, à lano dicta, quod huic Deo bi- frontis ſu bicipiri consecratum erat omne principi- um. Vnde nos hodie ſuper introitum domus ſolemus affigere in fenestrulis ibi extremitis imaginem alicuius Sancti. Fores verò, quæ foris aperi- untur, de quo Plutarchus, memorat primum Valerio Publī colatatri, cum de Sabinis triumphaſ- fet, domum in publicè poſitam, cuius fores extra ape- rirentur, cum antea ceterarum adiūm intto re- ferando impellerentur, vt ex hac confeſſione ho- noris apparet quotidiē eam domum aliquid pu- blicè admittantur. Valuæ, quæ intus reuoluuntur

& in ſe replicantur, & ſe velant. Ostium partium domus eft, vt Cubiculariorum.

Francifcus Patriitus de inſtru. Reipublicæ. lib. 8. tir. 8. ſic ait: Adhibenda eft portarum ratio diligētissima: pcr eas enim aliquando accedit, vt pri- irruptione oppida diripianrur, vel redeuntibus fugientib[us] oppidanis commixti hostes inuadant: vnde ab earum custodia nullus excusat, vt dixi ſupra in præcedenti conſid. Et vrait M. Vitruvius in lib. de archiſtructura ad Octauium eiusmo di verba protulit: Curandum eft, vt portarum ir- nera non ſint directa ſed ſequa, hoc eft, flexa & tor- tuosa. Et di iure iuxta portas, & mœnia ciuitatum non eſt habitandum propter forruita, vt quia in- habitantium culpa forte comburetur Turris, aut ad euitandum ſuspicionem proditionis, vt in- quid Paulus in l. neque muri neque portæ habita- ri, ſine permifſu Principis propter fortuita incen- dia poſſuunt. t. ff. ne quid in loco ſacro fiat. & Hermo- genes in l. præcedenti. ibi dicit: In muris, itemque portis, & alijs ſacri locis aliiquid ſacer, quo dan- num aut incommode erogetur, non permitti- rur. Item quis non debet egredi ciuitatem aliunde quam per portam conſueram. l. fi. ff. de rerum diuifione. Et quæ relinquentur ad custodiā ci- uitatis & locorum, cenſentur reliqua ad pias cauſas, vt tenet Specu. in tit. de instru. ed. 5. nunc ve- rò. versi. & ſciſ quod inter. allegans hoc ca. 2. ſe- cundum. extra de immuni. Eccl. l. pene. §. 2. Co. dō- donatio.

De Portis Babylonis quæ erant centum exere; & Constantinopolis, quæ erant vnde cim, dixi ſu- prain conſider. quæ de muris traſtāt. etiam quod Thebæ Acgyptia centum Portas habuit. vnde Plinius. Et Dioſpolis magna, eadem Thebæ portarū centum nobilis. Ponuntur:

*Hinc ad centiforem Nilis ubit oſtia Thebem.*

Blondus verò de Roma illuſtrata libr. 1. ponit nomina Portarum, quæ erant tēpore quo trium- phabat, & ſunt iſta, Flumentana, Collatina, Col- lina, Quirinalis, Exquiliina, Viminalis, Neuia, Querculana, ſive Querqueculana, Gabiūa, La- uernalis, Ruduſculana, Rutumena, Saginalis, Latina, Appia, Cepena Trigemina, Aurelia, Fontina- lis, Carmentalis, quæ Scelerata, Pandana, vellibe- ra, Mugonia, quæ & Trigillia, Catularia, & Trium- phalis. Et ibi ponit vnde ſic denominata fuſtis, inſequendo Fcſtum Pompeium. Et ibi plures ſe- ijs laudat, reducendo ad eas, quæ repertæ fuerint ſuo tempore. Inter illas dicit Portam Triumpha- lem eſſe omnium celeberrimam. & dicit Liuſius ſuo tēpore 37. portas fuſſe in vrbe. Plinius verò dicit 30. quām uis ſeptem clauſas fuſſe confirmet. De his & quibus nominib. voconter traſtāt Fran- cifcus Albertinus in ſuo opuſculo de mirabilibus vrbis Romæ chartas.

**S**eptuagesima prima conſideratio ad laudem & excellētiam pontium fit, qui ad vitæ huma-

nāvsum non paruum commodū afferre, v-  
cum necessarij videntur. Summæ quippe (testē F.  
Patriotio de institutione Reipublicæ, lib.3. c.4.) Re-  
ligionis est Pontem fluminibus facere, & (vt ait)  
Pons Sublicius, qui fuit ligeus magnis ceremoniis  
à Pontifice primū factus est, & sēpē numerō  
restitutus, & autore Blondo in 1.libr. de Roma in-  
staurata. Fuit primus Pons in Tiberi factus ab An-  
co Marcio Rege Romanorum strūctus (vt attestat-  
tur F. Albertinus in suo opere de mirabilibus ur-  
bis Romæ, char. 3.) postea verò ab Horatio Coeli-  
te pro libertate patriæ intercessus, quem deinde  
Acinilius lapideum fecit: hinc Pontifex à Ponte  
faciendo dicitur est, secundum Varronem.

Hinc etiam Ecclesiæ & domus diuinæ seu Reli-  
gioꝝ & tenentur ad constructionem & refactionem  
Pontium. tex. in 1.ad instrutionis. C. de sacrof. Ec-  
cl. & in 1. absit. quæ est pen. C. de priuilegiis Au-  
gustæ. lib. 2. vbi dicit tex. Ad instrutiones reparati-  
onesque nullum genus hominum, nulliusque  
dignitatis ac venerationis meriti esseare oportet:  
domos etiam diuinæ tam laudabili titulo liben-  
ter ascribimus. & facit text. in §. ad hac; in authen-  
de Eccl. tit. colla. 9. Et quæ relicta sunt ad recessio-  
nem pontium & viarum, censentur relicta ad pias  
causas. Spec. in tit. de instrumentorum editione.  
§. nūne verò versi. & scias quod inter.

Vnde quanta cura de Pontibus olim mortalibus fuerit, opus demonstrat, vt sint Pontes supra Rhodanum, vt in civitate Gcbenensi, Lngduni, Viennæ, in urbe sancti Spiritus, & Auenione, etiam supra Sequanam vidi decein Pontes in diuer-  
sis locis, præcipue fere medianam Parisiacam ciuitatem præterfluen, habet ibi quinque Pontes, quo-  
rum tres sunt lapidei, & omnium excellentissimi-  
morum est Pons diua virginis Mariae mira latitudi-  
nis, cum supra centum sint domus adficatae mi-  
rae & eiusdem structura partim ex lapidibus, par-  
tim ex lateribus coctis, vbi m̄cerimonias excre-  
tūr.

Etiam supra fluum Ararim seu Sagonam vi-  
di quatuor Pontes excellentes, qui nō modica im-  
pensa strueti sunt.

Legitur apud Herodotum & Curtium, quod Nitocris Asyriorum Regina, quæ multis Regnis post Sciniramidem floruit, Euphratem fluum, qui Medianam, quicq; Babyloniam reçit præterfluebat, fecit tortuosum, supraquæ Pontem erexit tūnum stadiorum, difficillimum factu propter paludes quæ vrbem ambiunt. Fecit & ingentes cayernas ad excipiendum fluminis imperium, eiecitque quicquid erat limi ad iacienda funda-  
menta.

Traianus lapideum Pontem fecit in Danubio, in quo viginti ex quadrato lapide erant pilæ, qua-  
rum altitudo centum quinquaginta pedum præ-  
ter fundamenta extabat. Latitudo 60. pedes con-

tinebat, distabant inter se 170. pedibus, fontnicibus verò coniungebantur, quum tamen fluvius ille sit concitus ripa longius submoucat, & vbi angustior est, ibidem sit ferox & vorticosis. Hunc tamen postea, seu liuore maligno, seu alia caufa dirupit Adrianus, vt dicit Dion Cassius.

Adrianus verò Pontem sui nominis adhuc extantem (vrpore qui Pons sancti Angeli dicitur) su per Tyberim Romæ in Vaticano fecit, & Athenis Pontem Cephesi fluminis alluvione desolatum restituit. De Pontibus urbis Romæ, quod colinq; sue riut, & quot extent, vide F. Albertinum in suo o-  
pere de mirabilibus Romæ. char. 7. & 56. Blondus verò lib. 1. de Roma instaurata, dicit Pontem suis-  
se Romæ, qui triumphalis, eo quod per illum tri-  
umphii agebantur, & etiam Pons nobilium dictus fuit, ex quo nunquam in illo ruricola transiūs-  
sent: & erat prope vbi Ecclesia & Hospitalē sancti  
Spiritus in Saxia situatur.

Cæsar uno die Pōtem in Arari constituit, quod Heluetij diebus viginti ægerrime consecrāt. Cæ-  
sar in suis Commentarijs de bello Gallico lib. 1. in principio.

Alium etiam supra Rhetum mira celeritate,  
quem decem diebus absoluīt, vt ibideū habetur  
lib. 4.

Catulus Magnus Pōtem opus egregium quin-  
gentorum latitudinis, apud Maguntiam extru-  
xit.

**S**eptuagesima secunda confid. circa excellentias  
& laudes adficiorū priuatorum, vt sunt domus,  
non importunè versatur. Sciendum tamen  
est prius, quod domus Græcum esē dicunt. Nam  
Graci domata teatā dicunt, inde dicitur domus  
q; id ē est. vnde diuus Hieronym⁹ in Psal. interpre-  
tatione ait: In Palæstina & Aegypto non hábet in  
teatā culmina sed domata, quæ Romæ vel solaria,  
vel moeniana, hoc est, exterius porrecta, vocant  
plana teatā, quæ transuersis trabibus sustentātut.  
Et est domus viuūs familia habitaculum, sicut vi-  
nius populi vrbis, secundum Archid. post Iſidorū  
in e. omnib. 24. quæst. 1. Ad quod facit L. §.  
illo videlicet. C. si quacunque preditus potestat,  
&c. vbi appellatione domus continetur familia,  
genus, & tota vna consanguinitas, vt domus Ia-  
cob, le. eum viuis. §. i. iuncta glo. super verbo, do-  
mum. ff. de alimen. & cibarijs legatis. Propriè au-  
tem secundum leges domum nostram dicimus,  
vbi sedes & tabulas, constitutionemque rerum  
nostrarum habemus. tex. est in 1. in lege censoria,  
§. 1. ff. de verb. & rerum signifi. de quibus plenē per  
Bar. in 1. 1. ff. ad Silicianum. in princ. & secundum  
Lucan de Penna in le. 2. Cod. de metatis & epide-  
mietis. lib. 12. & modernos in 1. cum acutissimi.  
C. de fideicomis. Et quando simpliciter fit men-  
tio de domo, capitur pro loco habitationis, & est  
adficiū, quod ex testo parictibus & fundamento  
Zzz constat,

## D V O D E C I M A P A R S

constat, secundum Bar. in l. tutela. ff. de ca. dimi. & in d.l.i. ff. ad Silleia. & ibi Bald. & de illa domo hic intendimus loqui. Et ut materia vulgarior fiat, extendeo simbrias ipsius, licet aliquantulū videātur deriuata extra propositum præter ultimum, in quo domus excellentiores recensentur, de quibus apud scribentes fit mentio, sequentia inservit.

Primum ergo erit, quod primus ædificator in orbe fuit Cayn, qui primam ciuitatem condidit, & à filio suo Enochia appellauit, vt habetur Gen. 4. & 6. distin. c. fin. camque bitumine & aggere aliquantis per cinxit. Illuc quoq; seftatores suos malos omnes venire compulir, & non alijs communicauit. Primi enim homines nullo subsidio sustinuerunt agerent vitam. Erant profecto nudi, nullo neq; ædium, neq; ignis adiumento vsi, cibo in diem quæsito, cum ignorarent agrestes fructus in vñum fururum condere, & seruare ad egestatem: quo siebat, vt hyeme plures, aut fame, aut frigore interirent.

Experimento deinde edoctos & speluncas a iunt quæsijisse ad euitandam frigoris vim, & frustus seruare coepisse, vt dicit Diodo. lib. 1. de antiquor. gestis, vnde etiam, vt dicit Phil. Bergom. lib. 1. sui supplementi Chronicarum, in prin. in verb. Caym. Cum aliquo post tempore homines nudi essent & inermes, nec contra homines, aut bestias tuti, nec villa receptacula contra frigus aut aestus haberent, naturali quadam solertia receptacula excogitauerent: vnde & tuguria quædam, atque casas sibi fabricantes ex virgulis & arundinibus construxerent: quibus corum vita tutor haberetur. Et vt idem Diodo. ait lib. 2. Prisci domos ex arundinibus conficiebant. Cuius tei vestigia penes Aegypti pastores permisere huc usque nulla alia, nisi ex calamine facta habitacula probent. Nemo ambigit Iahelem primo artem faciendo tentoria innenisse, & tuguria, ex quo ipse fuit pater habitantium in tentorijs & pastorum. Gene. 4. Non certe curabant domos preciosas, aut excelsum sumptu aliquo facere, immo Mathusalem, de quo Gene. 5. quingentos annos habens, domino dicenti: Aedifica domum si vis, quoniam adhuc 300. annis viues. Respondit: Propter tantillum temporis non aedificabo domum, & subbarboribus, & supra vespes dormiuit ut prius consueverat. Adeo, q; natione Aegyptiorum eodem Diodo. lib. 2. test, domos nostras diuersoria appellat tanquam breui tempore a nobis inhabitandas. defunctorum vero sepulcra sempiternas domos, quoniam apud Inferos infinitum sit tempus, vocat: vnde domus aedificandæ curam contemnunt, circa sepulcrorum magnificentiam, vt infra patebit in cons. de Pyramidiis, in quibus sunt longius mansuri, sumnum studium, operamq; impendunt, vnde dicit Quidius:

*Nandum præcipites cingebant oppida foessa.*

Et Boetius de consolatione lib. 1.

*Et somnos dabat tunc altissima pinus.*

Quasi dicant, nulla tunc oppida erant. Ideo Abraham in domunculis habitabat, expectando Paradyli grandem ciuitatem, secundu Apost. & Gre. lib. 8. mortalium. c. fi. Et Didymus Bragmanarum didascalus, i. Philosophorum Indix preceptor, siue Rex, mores eorum quo ad hoc narrans, ad Alexandrum ita scripsit: In construendis domibus igne faxa non coquimus, nec admixtione pulucris cementa componimus: sed in telluris speluncis, montiumque latebris habitamus: nullos sibi ventorum tremitus, nullius turbinis tempestate formidamus. Nam rutius nos descendit ab imbre spelunca, quam tegula. Cuius spelunæ geminus nobis est vñus, mansionis dum viuimus, & sepulture dum morimur. Et sic, vt vidi, aliqui viles & abieci viuunt in latibulis & cauernis montium & ruuinum Sabaudia habitantes.

Plura & alia huiusmodi latibula iuxta urbem (quam Orengiam vocant) ab ea parte qua fit iter Auenionem supersunt. Etiam talia habitacula licet ruinosa, non procul ab urbe Catureensi ostenduntur, vt refert Guill. Bened. in sua repet. c. Raynul. in verbo, domum. numer. 6. de testamentis extra. Et ibi ponit, qui primò aedificauerint in Aegypto, in Gracia, & in Gallia. Et Polydorus de inventoribus rerum, lib. 3. ca. 8. scribit, qui primum luteas aut laceritas domos aedificauerint, vel carum structuras & tegulas, & lapidinas inuenient. Domus vero si meridicim spæctantes fiant, vtiliores sanè. Nam per brumam solem hybernum excipiunt, & aestate inclinato Sole semper ex aliqua parte vmbra opacantur. Itaque altissima fiant, vt totum diem hyberno Sole calefaciant. Si vero ad arctum vergunt humiliores esse oportet, ne à frigidis ventis aperiens petantur. Hæc Socrates apud Xenophonem commenta. 3. vt refert Volater. libr. vigesimo septimo commentariorū in Philologia. cap. de domo & eius partibus.

Secundum verò attendit circa vnitatem aedificiorum, quæ hodie fit in domibus aedificandis nimis sumptuosæ, aut sine necessitate, de qua sanctus Bernardus in Epistola sua de Regimine domus seu cura rei familiaris ad dominum Raynum de castro sancti Ambrosij. Si vis, inquit, aedificare domum, inducat te necessitas, non voluptas, cupiditas aedificandi aedificando non tollitur, sed augetur. Nimia & inordinata aedificandi auditas, parit & expectat aedificiorum venditionem. Turrenam completa, & arca euacuata faciunt tarde hominem sapientem. Facit pro hoc dicto tex. in cap. pulcra ibi, hoc est decorū, non superflua aedificationes aggredi, nec pratermittere necessarias. 86. distinct. Sunt quippe nonnulli, qui in ætatis laboriosæ initio quæstū omitted & agricultura, in eorum vita deliciarū sumunt auspicia,

decorum domus exegitant, eam tandem labi-  
tio[n]e con[st]ructam vacuā habitare coguntur. Non  
aduententes quod scribitur Proverb. 24. Prapara-  
to[ri]s opus tuum, exerce diligenter agrum tuum,  
& posse[re] adfices domum tuam. H[ec] Lue. de Pen.  
in l.2.col.3. C.de prædijs & omnibus rebus nauic-  
lariorū lib.ii.

Terrium ex quo adficia, & domus multis per-  
culis sunt subiecta, puta incendio vel ruina, vt ait  
tex.in l.cum hi. §. fi. ff. de transfa. ff. verum non est  
aliquid tam firmum adficiū (quod sicut dici pu-  
tatur quod prius ad edendum factum fuerit) vt  
fluminis, vel maris, vel tempestatis, vel ruinae; in-  
cendijs, vel terrēmotus vim sustinere posset. l. flu-  
minum. §. Seruius.vbi tex.formalis.ff.de dam.in-  
f. vel sicut pluvijs adficia collabunrur. vt est tex.  
in l.2.C.de conditis in publicis horris. li. 10. ita &  
si ab eis habitatio humana subrahitur. vt n. ait  
Cassiod. 4.variarum epistolarum 30. Cito vetusta  
deco[n]ctione refoluitur, quod hominum præsen-  
tia non tenetur: & sic facilis est adficiōrum ruina,  
ineolarum subraetā custodia, ob quod plures re-  
linquent domos reparandas, maximē, quando  
sunt impares sumptui. l. scd an vltro. §. Isautem. ff.  
de nego. gestis. de quibus adficiōrum sumptibus  
haberunt in l.inter quos. §. fi. cum l. seq. ff. de dam-  
no infecto.

Quarum, ornanda est dignitas domo, non ex  
domo tota querenda, nec domo dominus, sed do-  
mus domino honestanda est, & vt in cunctis ha-  
benda ratio, non sua tolum, sed etiam aliorum, in  
quit Tullius i. de Officijs. Hinc Seneca in libro  
de quatuor virtutibus. Si continentiae (inquit)  
studes, habita non amœnè sed salubriter. Nec do-  
minus velis esse notum à domo, sed domum à  
domino. Nam in domo clari hominis, in qua ho-  
spites multi recipiendi, & admittenda hominum  
cuiuscunque generis multitudo, adhibenda cura  
laxitatis est. Altera ampla domus s[ecundu]m[us] domino de-  
decorat, si se[nt] in ea solitudo, maximē si ab alio  
domino solita est frequentari: vnde abstinentum  
estab his.

Quintum est, expedit & honestum est vniuersi;  
domum habere vnam, conuenienter pulchram,  
secundum statum suum. Quia pulchritudo adfici-  
ōrum ad decorum & ornatum ciuitatis cedit, q  
(vt vis patitur) est conferuandus, vt in le. in his. in  
fi. C.de prædijs & omnibus reb⁹ nauiculariorū.  
lib.ii. & l.prætor ait. §. hoc interdictum prohibito-  
rum. ff. de noui op.nuncia. & le. fi. ff. ne quid in lo-  
copublico fiat. & l.2. & l. si quis. C.de adficijs pri-  
uatis. Nam tantus est adficiandi auctor, quod per-  
mittens vicino vel alteri domum facere, vel aliud  
adficiū construere, cestetur seruitutē quā  
in solo habebat remittere. le. si stilicidij. C.quem-  
ad. seruitus a mit. Et quod plus est, talis permisso-  
precaria ad voluntatem permittentis reuocāda,  
sed perpetua iudicatur, si aliud expresse non fue-

rit cautum in ca.l. si precario. §. fin. ff. communia  
prædiorum. Ea ratione, ne destruendo adficiū  
vrbis deformetur, & status publicus decoloretur:  
vt confitit Angel.conf. i. Hinc est, quod non po-  
test quis vēdere columnas aut trabes domus suā,  
vbi corrucet domus. le. senatus. ff. de cōrahenda  
emptione. Nec valer legatum earum, sed debetur  
a sumptu. l. cetera. §. & quid si quis. ff. de legatis i.  
Nec domus legari posset vt destruatur, vt dicit  
Marcianus in leg. filius familias. §. ades. ff. de lega-  
tis i.

Sextum erit ad eliciēdum ex prædictis duo sin-  
gularia. Primum est, quod non potest quis de bo-  
nis & rebus suis disponere, quarum est dominus  
& possessor. d.l. senatus. & l. cetera. cōtra l. nemo.  
C.de ludis & in re mandata. C.mandati. Secun-  
dum vero est, quod quis pro sua re seu materia a-  
lienō adficio posita & iuncta, licet dominus exi-  
stat, agere non potest seu eam vendicare, vt de  
adficio tollat & sibi restituatur: siue sint fustes, siue  
lapides, auralia quaecunque materia ad adfican-  
dum apta. tex.est in §. cum in suo solo, insit. de re  
rum divisione. & hoc ne adficia rescindi necesse  
sit, vt ibi dicit tex. & sic ne vrbis deformetur ruinis.  
Præterea ne ruina dannificet vicinos, aut transe-  
entes per viros, & cogi potest dominus ruinae, sci-  
let, vicinandæ, de damno infecto cauere, vt  
ff. de damno infecto. pertotum. Et exteriores de  
damno sua personæ, ne ruina offendantur. Et  
quod plus est, hoc fieri potest ad syndici ciu-  
tatis seu villa reuestam. Cuius etiam intercessit se-  
cure per viros & itineracommari, le. i. §. summa  
cum virilate. ff. dc his, qui deiecerunt vel effude-  
runt. Et tex. optimus in le. ad curatoris. ff. de dam-  
no infecto. vbi dicit. Ad curatoris Recipublica of-  
ficiū spectat, vt diruta domus à domino extrahatur.  
In o dicit rex. in l.singularium vrbium. Co. de  
adficijs priuatis. & in leg. præses prouinciarum inspe-  
ctis. ff. de officio præsidis. quod propter decorum  
ciuitatis potest Rektor curiales cogere de nouo ad-  
ficiare, non curiales verò tantum ad readificationem  
antiquarum non taliter destructarum ar-  
stantur. Et quomodo possit cogere priuatos, vide  
Luc. de Penna in l.2.col.2. C.de inetatis. libr. 12. &  
amplè per Guill. Benedicti in sua repetitio. c.Ray-  
nut. in verbo, domum. nu.14. & 16. extra de teta.

Septimum, licet priuatus in ciuitate nō possit  
cogi (vt suprà dictum est) de nouo adficiare do-  
mum, tamen antiquas reparare cogi potest: verū  
quilibet ad simplicem reparationem tenetur. le.  
singularium vrbium. supra allegata. Adcō quod si  
domus sit duorum, potest cōdominus in solidum  
conueniri ratione periculi ruinae, & solus con-  
demnati. Et quomodo potest eogi socius ad repa-  
randum, vide per dictos doctores in præallegatis  
locis, vbi etiam ipse Guill. Benedicti, sicut laudat  
& magnificat nouam editionē & reparationem  
domorum & adficiōrum, quā dicit esse pius o-

## D V O D E C I M A P A R S

pus, ita per plura reprehendit destructionem illorum, licet ibi ponat casus, in quibus possunt confiscari aut destrui. de quo etiam aliquid per Lucā de Pen. in l. vnica. C. si curialis, relicta ciuitate, &c. lib. 10.

Octanum est, quod vnicuique necessaria est vna domus condecens & honesta in sui tutissimum refugium atq; receptaculum. verba sunt l. plerique. ff. de ius vocando. vnde Ecclesi. 29. Initium vita hominis, aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem, & quā domum nemo intrare possit contra suam voluntatem, sub poena iniuriarum. §. sed & lex Corn. inst. de iniuriis. Cum non liccat pompa rei familiaris pandi seudet regi, tex. le. 2. §. 1. in f. C. quando & quibus quarta pars debetur, &c. lib. 10. Adeo quod domū alienam nemini licitum est autoritate propria ingredi, etiam causa perquirendi res suas furto subtraictas, vt est t̄x. in §. conceptum. verſic. sed haec actiones. inst. dc obligatio. quæ ex delicto nascuntur. Nisi dominus domus esset persona suspecta de illo furto, secundum loan. Fabri. ibi. Vel esset talis res, quæ animo seipsum prodidisset, vt seruus ascriptitus, vxor, & filia. l. requirendi. vbi Cyn. & Bal. Co. de seruis fugitiis. Dummodo fiat autoritate Iudicis, ne sit causa maioris tumultus si alteri fieret. regula iuris in le. non est singulis. ff. de reg. iur. Aut fieret inquisitio ad utilitatem publicā, secundum Bar. in d. le. pl. q. Et sicut posset q̄s vna domum habere, ita ēt duas vel plures secundū facultatem familie, statum & conditionē: Imo urbicolis plures domos habere necesse est, alterā videlicet in rure ob agriculturā vel peste dum in vrbe ingruit, alteram autem in vrbe, quia beati qui habitant vrbes. Miserae castra sequuntur, maximē tēpore belli. dc quo Virg. in Bucolicis.

*Mantua v̄e misera uimina vicina Cremona.*

His prædictis, vt proposito in seruamus, scribitur. Reg. 7. c. Salomonem fecisse sibi Regiam cādenti pauciamento, tripli intus materia, Cedro, argento & auro. Quod opus absoluit tredecim annorum spatio.

Domus etiam Cyri Medorum Regis fuit excellētissima, quam fabricauit Mennon illigatis aurorapidibus.

Virg. li. 7. scribit, Domum Latini Regis cētum columnis suis sublimē, & Cedrinis auorū simulacris ornatam.

P. Clodius, quem Milo occidit, domum habuit sefertijs 147. millibus emptam.

M. Lepido viro Consulari, & Q. Catuli collega fuit olim domus omnium in vrbe pulcherrima: quæ tamen intra annos 35. centesimum locū non obtinuit.

Cicero non minoris quinquaginta millibus aureis habitauit. Quam pecuniam furto & rapina comparatam scripsit Salustius in sua contra eum inuectiuā.

In M. Scauri villa incendio bis millies sefertijs absumpti legitur.

Babylonij laudidatum est (teste Cælio lib. antiqu. le. 5. cap. 12.) quod in aedibus contigniorum quatuor habarent. Sicuti orator Arisides Romanos ex assertione dixit maximas domos maximis impositissimis domibus. Dionysius tamē in Panegyricō ratione tecta apud Babylonē ab Herodoto memorari scribit contignationum quinq; aut sex (vt est Lugduni.)

Legi etiam quod Thebae Aegyptiaca, de qua suprā: domos priuatas usque ad quartam & quintam contignationem habuit extremitas.

Martialis in secūdo suo Epigrammate laudat Domitianum, quod ex vna Neronis domo plura aedificia publica in solatium populi construxerat, & ibi Nicolaus Perottus dicit, quod Nero incēderat vrbum, & vnam domum aedificaret: & istud dili- chon de ea factum fuit:

*Roma domus fiet, Veios migrate quiritates.*

*Sinon & Veios occupat ista domus.*

Plinius quoque de ea scribit: Vidimus vrbum nostrum claudi duabus domibus, Caij & Neronis Principum. Tradunt hanc domum Neronis à Palatio ad Esequias usque prorensā fuisse. In vestibulo eius colossus erat erectus, tanta erat latitudo eius, vt porticus milliarias haberet ad stagnum maris instar, circum septū adificiis ad vrbus similitudinem, præterea aruis, vinetiis, pascuis, siluis ornata, cum multitudine omnis generis pecudum & ferarum, reliqua pars auro ficta erat: gemmisque, & vngionum conchis distincta. Cenationes eburneis tabulis laqueatae versatilibus, vt flores, & vnguenta desuper spargerentur. Præcipua canationum rotunda die noctiūque instar mundi circumagebatur, balneari maribus & albulis aquis fluebant: verum illa domus tanto sumptu tanto que rerum omnium apparatu constructa fuit, vt ad eam peragendam octo quingēties sefertiū, id est, duo decies centena, & quinquaginta millia aureorum nostrorum attribuerit. Habebaraures argenteas, quæ in modum cœli mouebantur: in solariis lapidem quendam sphingitem, quo perpetuus dics illucebat. Cum eam perfecisset, dixit (vt refert Suetonius) se iam quasi hominem habere coepisse. Et hanc domum multū extollit Textor in sua officina, centrum alia opera & aedificia sumptuosa & magnifica: & etiam Budæus in tract. de Asse, lib. 3.

Hanc luxuriam notat Martialis in d. suo 2. Epigrammate in laudem Domitiani. Mos enim veterum fuit in laudatione viuentium Principum defunctos iam Principes damnare, quo viui admonerentur, nullum locum, nullum esse tempus, quo defunctorum Principum manes (si malis fuissent) à posterorum execrationibus cōquiescerent: sicque à vitijs retraherentur. Merito præterea laudari videntur viuentes Principes, si pariter mortui

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

367

mortui reprehendantur. Nā cum de malo principi posteri tacent, manifestū est timeri præsentem quod eadem faciat. Ad hæc damnare priores, nihil aliud quam hortari præsentem, vt corruptos longa consuetudine ac depravatos mores reformat & corrigat. Postremò (vt inquit Plinius) nihil nō parum grātē sine comparatione laudatur: hæc Perottus vbi suprà.

Budæus in tract. de Aſſe, libr. 3. ponit excellētiam & magnificētiam domorum, ſeu ædiū Romanorum, vbi laudat domum Lepidi, Crassi, & Ciceronis: & ibi memoratur de inuectiua oratione Salutis in Ciceronem: vnde tanta bona acquiſiſet niſi ex rapina. propterea & his temporibus multi theſaurarij, ſeu quæſtores ararij Fracia taxati fuit. Nam habitu respectu ad corum facultates antiquas & acquisitas, nec non ad eorum falaria, ſuit aſtimatum quantum pecuniarum ex arario Regio ex rapina ſeu potius mala inuerſione subtrahere potuerint, & ſuper hiſ rātum, aut plus, aut minus ex aequo & bono commiſſariorū in pœnam ſeu emendam, aut verius reſtitutionem exæctum fuit. Et ex diſtriсto Budæi in loco ante citato, conſtat Ciceronem multa ex literatura acquiſiſſe, vtrum multo maiora acquiſiuſt quondam Nico. Roliſ Cancel. Burg. ciuis noſter, qui multas domos excellentiſſimas conſtrui fecit, tam in Burg. vt Diuina, Cabilonia, Caſtilonia, Belna & Hedua: quām in Flandria. Et ſuis posteris 25. vil- las in quibus erant caſtra ampliſſima & ſuperba, cūm 25. mille lib. Turonen. dc redditu annuo reſequitur, q̄ omnia ex induſtria, literatura, & ſcien- tia ſibi comparauerunt ſub ducibus Burgundie, ſub quibus Cancella. extitit. Et (vt fertur) cum ſemel corā duce ab æmulis taxaretur de huic modi ex- ceſſiuis acquisitionibus, & ampliſſimiſ possesſio- nibus rationē ſuā vilificationis maxima cum laude reſdidit: ita vt nihil ex rapina, & furto acquiſiuſſe ſe purgauerit, ſed omnia ſcio Princeps, & ex eius voluntate & mandato accepiffe. Nec credo alium à Cicero nō fuifſe, qui tanta ex literatura acquisierit.

Non omnino diſconueniret hic inſerere excellentiam domorum aquaticarum, quæ naues di- cuntur. Sed quia Budæus amplè ponit in d. tracta. de Aſſe, li. 5. excellentiā & magnitudinem aliquarū nauium, vbi laudat nauem Philadelphi, Ptolemaī, Philopatoris, & naues duas à Demetrio Antigoni factas, etiam nauem frumentariam Hieron- niſ. Inter tamen omnes Naues quæ vñquam fue- runt & erunt, laudanda eſt illa quæ dicitur Arca Noe, cuius longitudine fuit 300. cubitorum. 50. cu- bitorum latitudo, & 30. cubitorū altitudo, vt scri- bitur Gcn. 6. & de eius excellentia etiam meminit Laziardus in ſuis Epitoma. vitis histo. c. ii. vbi di- cīt quomodo fabricatam fuifſe tradunt catholici doct. his diebus facta eſt mirabilis & exell. nauis per Regem noſtrum Franciſcum. I. quæ fuit fa- &

in Normannia, cōſtructione cuius major pars fil- varum illius patriæ caſa eſt & exposita.

Sunt & alie tres domus, ſcilicet, conſcientiæ, fa- milia, & ſepulture, quas ponit Anr. Flo. in ſua ſum. in 3. par. tit. 10. c. 1.2. & 3. de domo ſepulture dixi ſu- pra in 2. part.

Idem etiam Anton. Flor. in d. c. i. in princip. po- nitaliam domum quæ eſt principalis & excellen- tialioris, & eſt domus domini. de qua habetur Psalm. 121. Lætatus ſum in hiſque dicta ſunr mihi: in domi domini iubimus. Principalis enim, quia domini eſt, & quia ab ipso aedificata, & præparata, & noſtra, quia pp̄ter nos ordinata, vt in ea ſimper cum eo habitemus, eſt domus ſempiterne gloriæ, dc qua ipſe paſtmista in alio Psal. ſciliſt 25. ait: Do mine dilexi deorem domus tuæ, id eſt, locum ha- bitionis gloriæ tuæ. De hac domo Ieſus ait: Ioā. 14. In domo patris mei multæ māſtions ſunt, quia eſt vnum p̄mū beatitudinis, multæ ta- men differentiæ p̄miorum, ſicut & hic merito- rum. Quia, vt dicitur i. ad Corinth. 15. ſtella diſſert à ſtella in claritate. Cuius nobilitatem & magnificētiam Baruch admirans, ait: O Isracl, quām ma- gna eſt domus Dei; & ingens locus poſſeſſionis ei- uis: magnus & non habens finem, excelſus & im- mensus. Magna eſt domus gloriæ ſupcrnæ & locus poſſeſſionis eius. Magna laſitudine claritatis, quia complectitur omnia bona. Psalm. 35. Inebriabun- tur ab vberate domus tuæ, ſciliſt, habitantes in ea. Magnus longitudine perpetuitatis, quia non habens conſummationem, id eſt, finem. Psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te, Luc. i. Regnabit, ſciliſt, Christus in domo Iacob in eternum, ſciliſt, in ecclesiā triumphante. Magnus ſecundum alti- tudinem dignitatis, quia Excelsus. Apoſt. 2. ad Co- rinth. 5. Si terrefris domus noſtra diſſoluitur, ha- bemus domum non manuſactam, æternā in coe- lis, in qua ſunt omnes in maxima dignitate & po- teſtate. Hæc ille.

Plutarchus in ſeptem ſapientum ſympoſio / te- ſte Cælio, li. antiquarum lectionum 6. cap. 25.) hoſ ſcripſit ſermones. Quānam maximè felix domus foret. In eo velut in Symbolum, quifq; quod ſen- tirer, protulit. Ac princeps Solon, optimam ſibi domum viſideri pronunciauit, in qua pecunia ſo- rent bono comparatæ modo, nec carum custodes haberentur inſidi, nec erogatis ſubfequeretur po- nitentia. Bias eam censuit optimam, in qua per ſe dominus exiſtat talis, cuiusmodi extra eſt ex lege. Tales verò, vbi otio pingui domino perfrui licet. Cleobulus, ſi plures multo ſint, qui dominum a- ment, quām qui reformidet. Pitracus eam præ- lit, quæ tum neceſſarij, tum redundantibus ſuper- flueret. Chilon, administrationi regiæ domum o- portere eſſe ſimile, ſtatuit. Nam Lycurgū ferunt, cum ſub monuſſeret quipſia, Democracym indu- ceret, intulisse an prius in domo ipſe conſtituet.

## D V O D E C I M A P A R S

**S**eptuagesimateria consid. ad laudē & excellē  
riam quarundā Bibliothecarum fit. In primis  
Gordianus Imperator, cum eruditus vir esset, Bi-  
bliothecam maximam extruxit, in qua sexaginta  
duo millia voluminum collocauit. Tyrannion  
grammaticus, qui floruit atate Magni Pompeij,  
super tria librorum millia possedit. Plutarchus in  
Antonio scribit Pergamenas Bibliothecas ha-  
buisse ducenta librorum millia. Fertur Ptole. se-  
cundum Aegypti Regē Bibliothecam omnium  
pulcherrimam congregasse, & in toto orbe terra-  
rarum nominatissimam construxisse, quaē usque  
ad primum Alexandrinum cum Romanis bellum  
perdurauit, teste Philippo Bergomare in suo sup-  
plemento Chronicarum libr. 7. Et idem libro de-  
cimoquarto, excollit Bibliothecam Ioannis Ga-  
leatii vicecomitis Ducis Mediolanensisquam Pa-  
piā condidit, & in qua ingenrem librorū copiam  
contraxit: Budæus, in suo tractatu de astē libro 2.  
multum laudat post Plutarchum Bibliothecam  
Luculli.

Ludouicus XII. Rex Franciæ Blesis oppido suā  
natiuitatis pulcherrimam construxit, & ibi ma-  
gnam librorum, præcipue in historijs, copiam coa-  
ceruauit.

Apud Aurelianos, alia fuit excellens & nomi-  
natissima, hodie Parisijs duæ extant mirum in  
modum libris reseptæ, præcipue in Theologia,  
quarum una in Collegio Regio, quod dicunt Na-  
uarræ, altera vero in monasterio sancti Victoris  
collocatur.

Alphonſus Aragonum & Siciliæ Rex laudatus  
est, quod Bibliothecam in omni facultate, & om-  
ni lingua permaximam & ornatissimam sibi ac-  
quisuerat, & iam quinquagenarius præceptor se  
submiserit, ne loquendi ysu careret.

Adrianus Romanorum Imperator Romanis  
& etiam Atheniensib: Bibliothecam per magnifi-  
cam atq; insignem construxit.

Bibliothecæ, teste Viðruui, spectare debent  
ad orientem, tum quia vius matutinum postulat  
lumen, tum quia in his libri ac tabula non putre-  
scunt. Etenim, quæcumque ad meridiem & occi-  
dentes spectant, tineis & humore libros vitiant  
atque membranas: quoniā venti humidi adue-  
nientes procreat eas, & alunt, sündentesq; humili-  
dos spiritus pallore volumina corrumptunt.

Quomodo imagines virorum literatorum ad  
eorum mémoriā & decorem in Bibliothecis o-  
lim apposuerunt plures Reges Alexandriae & Per-  
gami, & plures Romani, vide Plinium lib. 35. ca. 2.  
& Blotidum libr. 8. dc Roma triumphante. Et de  
laude Bibliothecarum etiam scripsit F. Patriitus  
in libro de institutione Reipublicæ, lib. 8. tit. 15. eas  
commendans à comparatione. Sic enim ait. Et si  
certaminū viatorcs magnos honores meruerunt,  
vt in conuētu stantes palma & corona decoraren-  
tur, & redeuntes in propriam patriam, quasi viatio-

tia triumphantes quadrigis inuenherentur, & veste  
publica perperuoq; viclii alereuntur, quantò magis  
efferendi sunt viri doctissimi, qui disciplina & mo-  
ribus rem publicam adiuuāt, & scriptis suis ea om-  
nia niemorū commendant: quaē posteris seculis  
profutura sint? Porrō, ex antiquis Bibliopolis vni-  
cūsferè Triphon celebrabatur. Hinc Martialis li.  
4. Nō habeo, sed habet Bibliopola Triphon. Stra-  
bobil. 13. Geographia scribit Aristotele omnium  
primum Bibliothecam instituisse. Et Plinius lib.  
trigesimoquinto testatur Asiniū Pollionem pri-  
muī Roma Bibliothecam fecisse, vt referri Poly-  
dorus de inuentoribus crum. lib. 2. c. 7. vbi eiā ponit,  
qui primos libros ediderit, & quod olim  
in vrbe Roma fuerint Bibliothecæ nu. 18. scribi-  
tur in opusculo de mirabilibus vrbis Romæ, in se-  
cundo lib. & in tertio, quaē nunc extant.

Quia hic incipit merito de Bibliotheca, in qua  
reponuntur volumina, idcirco definitionem libri  
addo, quaē est talis secundum Lucanum de Penna in  
rub. de nauicularijs seu naucelerijs. lib. 11. qui dicit:  
Liber est lumen cordis, & peculum corporis, virtu-  
tum repertorum, vitorum consuorum, cor-  
rona prudentum, diademata sapientum, honoris-  
centia doctorum, clarificentia rectorum, comes  
itineris, domescius fidicis, socius colloquentis,  
collega præcedentis, vas plenum sapientia, viare-  
cta eloquacia, hortus plenus fructibus, prarium  
fluens floribus, mare sine fluib; bus, principium in-  
telligentia, fundatum memoria, hostis obli-  
usionis, amicus recordationis, vocatus properat,  
iussusq; festinat, rogatus respondens, fideliter obe-  
dicens, cōtra forunas lictor, atq; verus tui ductor,  
ortus conclusus, & sons signatus, puteus aquæ vi-  
na, paradisi absq; ruina, edificās te gñarum si-  
reperit ignarum, nunquam patitur fastidium, & si  
graues cum nimium, arcana reuelans, & obscura  
clarificans. Nec est inconveniens scire quaē volu-  
mina sint excellentiora, an antiqua, an noua: & licet  
nō nunquam nouitas malè negligat, quod be-  
ne statuit vetustas autoritas veneranda, secunda  
q. 6. c. anteriorum, vers. illud, & in aulchen. vt ordi-  
nariæ præfectura urbana, &c. in princip. col. 5. Ta-  
men dicit Speculator in suo proemio, quod volu-  
mini suo nouo cedant volumina antiquorum.  
iuxta illud. Reccdant vetera de ore vestro, quia  
Deus scientiarum Dominus est. primo Regum, se-  
cundo c. Vnde dicit Imperator: Verustacm reno-  
vnamus, vt in authent. de administratoribus. circa  
principiū. col. 7. quibus licet trecenta debatur,  
vt in c. pris. c. in principio. 55. distin. & ff. de iure  
in unitatis. l. semper. & in ca. quanto. extra de  
transact. & q. q. 3. c. conquestus. & 25. q. 1. ca. contra  
tamen fides eis in pluribus non habeatur. Nam se-  
cundum varietatem temporum, iura varianter  
humana. vt in cap. non debet. de confanguinit. &  
affinita. c. recurrat. versici. his ita. 32. q. tertia. Sæpe  
enim pro necessitate, vel vtilitate multilantur, &  
laxan-

laxantur canonica p̄cepta, vt ca. et si illa. i. quæst. 7. & quod paulatim labitur, conuenit renouati, vt in authen. de quæstore. circa principium. collat. 6. & nihil penè in semetipso manet, sed currit natu- ramultas euolvens mutationes, quas neque pre- uidere facile est neque prædicere, vt in authent. vt omnes obedient iudicibus Prouinciarum. §. si vero. versici. si vero arripiat. collat. 5. Et nihil est quod mutabilitatem non sentiat. vt in authen. de nonalienan. aut permutan. §. nos igitur. alias in §. vbi autem lex. collat. 3. & 89. distinct. cap. ad hoc. deconsecratio. distinct. 5. ca. ne talcs. prop. finem. Sed & semper opere vacante, confonæ causis le- ges ponuntur, cū semper inopinabiles emergant, quas antiquitas non agnouit, vt in authen. vt de- functi, seu funera eorum non iniurientur. in prin. collat. 5. Nec erubescat antiquitas, siquid melius horum quæ ipsa tradidit, nouitas ad inuenit, vt in authen. de nuptijs. §. maioris. collat. 4. & argum. 96. distinct. c. esto. in fine. Nam paulatim hæc per tradiotionem ad melius accedunt, vt in authent. de monachis. §. si. versic. oportet. collat. 1. Et omne artificium per exercitum suscepit incremen- tum. l. legat. seruus. §. ornaticibus. ff. delegat. 3. & lege milites. 2. C. de re milit. lib. 12. Sed & antiquo rum quidam vino inebriantur sunt. ca. vino. 37. di- stin. quia non plenam notitiam scripturam ha- benerunt, vextra de sacra vñctio. c. i. §. fin. ita dicit Spec. in d. suo proœmi. col. 9. versic. huic ergo clari- tatis speculo. Antiquitat tam in multis deser- tur, & praesertim luuentur. de quibus suprà in par- te præcedente confid. 17.

**S**eptuagesima quarta confid. de Excellentia Pyramideum contextur. Pyramides enim tam altae in Aegypto traduntur fuisse, vt magna omnium admiratio fuerit, quaratione in tantam al- titudinem subiecta sint clementia: Vnam ex ijs, quæ ex Arabicis lapidicinis constabat à 360. homini- num millibus, annotum 20. spacio constructam proderunt, & in raphanos, allium, & cæpas, qui- bus operarij vescerentur, mille octingenta talen- ta erogata. Neq; aliam ædificandarū Pyramideum rationem fuisse, quam regum Aegypti in erogan- dis pecunijs stultā ostentationē. Siue ne pecuniā successorib; relinquento insidiandi sibi causam preberent. Seu ne plebs esset ociosa. Aut ad vsum sepulchri. Earum vna saxo naturali fuit elaborata & rubrica, cuius ambitus per frontem centū duos pedes colligebat, longitudine erat 143. pedum, al- titude sexaginta duorū. Tres aliae fuerunt 78. annis, & mensibus 4. factæ. Omniū amplissima contine- bat octo soli iugera, quatuor angulorum paribus interuallis per 882. pedes. Singulorum laterum altitudo pedes 25. Secundæ singula interualla per quatuor angulos pares 737. pedes comprehendebant. Terra erat minor prædictis, sed multò spe- ciatior, Aethiopicis consurgens lapidibus, trecentis sexaginta tribus pedibus inter angulos. Om-

nium minimam fecit Rhodope meretrifica Aeo- sopis fabulatoris conferua, dinitijs illis quas mere- tricio quæstu sibi comparauerat. Scribit Herodo- tus in Euterpe, Cleopen Aegypti Regē fecisse Py- ramiden ex Arabicis lapidibus, cuius longitudo erat quinq; stadiorum, latitudo decem passuum, altitudo octo passuum, in qua decem annos fuisse consumptos memorat. Fecit & aliam viginti an- nis absolutam, in qua tantum profudit pecunia, viñmio sumptu attritus filiam (quam habebat formosissimā) coactus sit profituere. Ea est in qua 180. talenta in cœpis & raphanis erogata prædi- ximus, quibus artifices vrebantur in extruenda ca- rum vna. Quo argumento coniectare est, quanta quaque prodigiosa fuerit aliarum rerum impen- sa, & ista magnificètissima omnium Pyramidum fuit. Inter prædictas tres, dua inter septem orbis spectacula numerantur, de quibus miraculis me- minit F. Patricius in suo lib. i. de institutione Rei- publicæ, tit. 9. & Celsius antiqu. leçt. lib. 12. c. 38. Py- ramides autē sunt structura & moles lapidea ma- xima, ita constructæ, vt è lato in acutum tendant, qualis in hac ciuitate Hedua extat altitudinis 30. cubitorum.

Subsequenti ordine de Obeliscis traſtantum est, qui vocantur structura minores Pyramidibus decorum versum specie quadrata, in angustum verticem desinentes, & paulatim gracilescentes. Aegypti Reges quatuor fecerunt obeliscos 480. cubitorum longitudine. Ramises rex Aegypti, cuius ærat caput est Ilium, Obeliscum fecit, qua- draginta cubitorum, & alium, longitudine vnde cenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem fe- cis sic dicuntur viginti hominum millia. Cuius o- peris admiratione factum est, vt cum Syenem op- pidum expugnaret Cambyses Rex, ventumq; es- set incendio ad crepidines obelisci, extingui igne iubèret molis reverentia. Obeliscū posuit Phius 48. cubitorum. Ptolemaeus vnum Alexandriae 80. cubitorum. Fuerunt plures alij, quos volens o- mitto, de quibus Plinius libr. 36. capit. 9. 10. & 11. & Blondus de Roma instaurata lib. i. Vbi etiam scri- bit fornix & figuram. Qui vero primum Obeli- scos fecerint, vide Polydorum de inuentoribus re- rum, lib. 3. c. 11.

De Labyrinthis etiam loquamur. Nam scribit F. Patritius in lib. i. de institutis Reipublicæ, tit. 9. Dædalum Architecturæ inuentorem secundum aliquos, qui in Creta regnante Minoc, Laby- rhithum miro gyrotum ordine ædificauit, ad eius si- militudinem, quem diu ante Miris, à nonnullis Miro appellatus, Aegyptiorum repro seculchro sibi opulentissimo construxit, quod etiam Laby- rhithi nomine nuncupauit. Cuius quidem aditus ingredientibus facilis erat, exitus autem perdiffi- cilis viarum perplexitate, nisi beneficio ducis iti- naris peritissimi. Virg. lib. 6.

Hic

## D V O D E C I M A P A R S

*Hic labor ille domus, & inextricabilis error.*

Plinius lib. 36. c. 13. dicit quatuor fuisse Labyrinthos, secundum Aegyptium, tertium in Lemno, & quartum in Italia, de quibus Textor amplè scribit in sua officina. c. inter alia opera, &c. De primis Labyrinthorum Pyramidumq; autoribus, & qua esset eas construendi causa, scribit Polydorus de inventorib. rerum lib. 3. ca. 10.

**S**eptuagesima quinta confid. de sepulchris sub-saneatur, qua ad gloriam mortuorum orta sunt, ut qui iam defecerant, vivere viderentur. Nam 1& dicit qd' Archimis Régina Caria Mausoleo mari-to mortuo sepulchrum erexit inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attulcatur 23. cubitis. Cisigebatur columnis 36. patebat ab austro ad septentrionem 63. pedes, toto circuitu continebat pedes 411. Ipsum ab occidente celavit Scopas, à septentrione Bryax, à meridie Timotheus, ab oecusu Leocares. Regina, opere nondum absoluto, concessit fatis. Artifices tamen non recesserunt nisi eo consummato. Ab hoc sepulchro omnia Regum & Imperatorum monumenta quæ preiosia sunt, vocantur Mausolea. De hoc Pro-pert. lib. 3.

*Nec Mausolei diues fortuna sepulchri,*

*Mores ab extrema conditione vacat.*

Martialis lib. 1.

*Aere nec vacuo pendentia Mausolea,*

*Laudibus immodiciis CARES ad astra ferant.*

Semiramiden Orientis reginam, & mulierum omnium longe celeberrimam, quamq; cum Cy-ro præcipue admiratus Alexander fuit, quod in illis & magnitudo animi & rerum claritas plura emicisset, legimus, cum sibi iam magno conatu monumentum, in quo perfusæ humanis reconderetur, strueretur, inscriptionem eiusmodi exsculpendam curasse; Quicunq; ex Regib. pecunia in opiam senserit, conditorio recluso sumat in de, quicquid yisum surcit. Id cum perlegisset Darius, ut qui auri foret audior, Sepulchri iussit recludi: sed in eo pecunia quidem inuenit nullam, in ea autem incidit literas: Ni malus vir fore, & pecunia insatiabilis, non vtique mortuorum loculos moueres. hæc Cælius li. antiquarum lectione, 12. e. 37. Et Philippus Bergomæ, post Plutarchum, lib. 3. sui supplementi chronicarum. De sepulchro Augustorum & alijs memorandis sepulchris quæ Romæ vñsuntur, vide in Opusculo de verbis Romæ mirabilibus, lib. 2. & 3. Dicit tamen idem Cælius lib. 9. suarum antiquarum lectionum. c. 63. Quod propter Sepulchra quæ in Ceramico vñsbantur, sanctum lege fuit, ne quis sepulchrum ficeret operiosius, quam quod decem homines efficerent triduo. neue hermas liceret imponi, nec mortui laudem in publicis sepulturis, nec per alii quam per eum qui publice ad eam rem constitutus foret, dici licet. Sed post deuentum est ad magnificientiam sepulchorum more Romanorum; vt

ibi declarat de multisquæ fuerunt multum excellētia.

Non est omittenda descriptio sancti sepulchri, cum prophetizatum fuerit illud esse gloriolum, ut habetur Esaïæ 10. &, ut dicit Bartholomæus de Salignaco, in suo itinerario terræ sanctæ, in capite sexto septimi tomii, distat pedibus centum & nouem à loco crucis Christi: descenditur enim à loco crucis Christi ad superficiem pavimenti Ecclesiæ spacio pedum viginti noucm, quod restat ex decem & octo gradibus, & à principio pavimenti usque ad sepulchrum, spatium est pedum octoginta. Et est dispositio loci dominicae sepulchri talis: In media rempli area stant duas domunculae, sive cryptæ. Sunt enim è rupe canata interius & exteriori partibus marmore ineruptatis, teatō rudi iuxta naturam rupis exteriori manentis. Hoc sepulchrum est septem pedib. longum, octo palmis altum, à pavimento ex marmore candido atq; lucente. Huius sepulchri est templum gloriosissimum, quod sicut singulari gloria est à Deo clarificatum, ita sumptuosissimum & pulcherrimum à principibus Christianis constructum, ornatum, atque ditatum, & plurimarum nationum fidei Christianæ officijs sanctis, diu noctuque frequentatur. Et enim hoc templum mira altitudinis & amplitudinis, plurima loca sancta includens, & ab utriusq; lateribus multis facillis distinctum, innititur columnis marmoreis septuaginta tribus, singulis supra basim triginta pedum altitudine eleutatis, in testudine artificiose picturæ miraculorum varietate visuntur. Porro in testudine mediæ, super dominum Iesu gloriosum Sepulchrum latè patet apertura rotunda miri (vt dicitur) effectus. Nam alij perhibent rorido cœlo per hanc aperturam dulcissimum Mannam super Christi Sepulchrum sapientissime. Alij affirman ignem coelestem ministerio Angelorum, per hanc descendere solitum, à quo sancti Sepulchri lampades fuerunt accensa, iuxta Propheticum: Cadet de cœlo super vos globus ignis, à quo illuminabimini. Verum, Hæc est temporibus, ob sclera Pseudochristianorum Pisaniorum ad gloriosum sepulchrum perpetrata, cessauere, ut in antiquis gestis ecclonib; moris Syon, vetustis libris repertum est, ut resertidem Bartholomæo loco predicto, c. 7. Aperturam hanc multi Præcipites pro zelo duci, sapienterunt argenteis, vel aureis laminis, sed altero die solito more patuit remotis laminis Angelico ministerio, Quoniam prophetatum erat, ut dictum est. Et erit sepulchrum eius gloriosum. De pluribus alijs excellentijs huius sancti sepulchri vide ibidem. Verum, in eo lib. c. 1. noni tomii, idem Barthol. ponit de sepulchro Ioseph, sepulchro Zach. Prophetæ, & de sepulchro virginis Maria, quod est in statu, ut dicit sepulchri Christi per omnia factum, nisi quod scripta ipsius sepulchri duabus ianuis pater vtrinque & est marmoreum, summe venerabile Angelis.

Turcis

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

369

Turcis perfidis & Saracenis: & ibi propè est sepulchrū diuē Annæ cius matris. Et in casq. sit mentio de sepulchro Iosaphat regis Iuda pulchra Pyramide in signito. Et in c. 4. eiusdem tom i dicitur, q̄ sepulchrū Lazari, qui sicut à Christo suscitatus, est marmoreis lapidibus cooperatum, & persimile se-pulcro sancto & virginis gloriosæ. Et in hac chiiate Hedua, in ecclesia ipsius diuī Lazari post alteram iūs, est etiam aliud sepulchrum sanctum Lazaro dicatum ex marmore cōdirum, & ita elegās, vt nullum simile in nostra Gallia reperiatur: vbi reliquiae ipsius à Gerardo Episcopo Heduen. ē Massilia allata diu reposita fuerunt.

Omitto plura alia sepulchra magnificentissima, vt est sepulchrum diui Aug. ex candidissimo marmore mira celebritate structum. Papię in coenobio fratrum Heremitarum, quod etiam asperatum quendam pulcherrimum p̄bet. Etiam sepulchra regum Franciæ, quæ in Coenobio sancti Dionysij Franciæ prope Parisium (vbi est communis sepulcra ipsorum regum) sparsim mirè conditæ sunt. Sed excellentiora sunt in Coenobio Carthusiensium prope Diuionē, vbi Duxes Burgundie olim in humabuntur. Ita in ciuitate Bituricensi, in capella Ducum Biturigum vidi sepulchrum Duxis excellens & diues. Et in ciuitate Nanetenisi vbi Duxes Britonum ornatiissimè sepeluntur. Et in oppido Souigniaci, in prioratu ordinis Cluniacensis, non multum longe ab vrbe de Molinis sepulchra ducum Borboniorum laboriosè struēta cernuntur. De multis sepulchris sanctorum, ponit Gregor. Turonen. in suo lib. in gloriam confessorum, vbi inter cetera ponit de sepulchro Hilario-nis senatoris Diuionen. de quo alibi dixi.

Et qualiter olim bruta & alia animalia honora-ta fuerunt sepulchris aut statuis, scribit Textor in sua officina, in c. Bruta, aliq; animalia, &c. & in c. præcedenti. vide de vario inhumandi ritu, apud diuersas gentes, quod etiam vide in Polydoro de inuentoribus rerum, lib. 3. c. 10.

Aduerte tamen, quod licet gl. in l. quicunq; in verbo, libitinarius. f. de instit. action. dicar, Quod fereturum est sepulchrum plebeiorum & damnatorum, tamen etiā ponitur pro sepulchro poten-tum. vt habetur 2. Reg. 3. quod David sequebatur Fereturum Abneri.

**S**eptuagesimæ sexta confide. erit, cum circa do-mos, vr communiter videmus, sunt horti ad-iacentes, vt facit textus in lege, prædijs. §. balneas. ff. de legatis 3. circa excellentiam & laudem hortorum versatur. Pheacum enim regio (cuius Rex fuit Alcinous) hortos habuit tanta pomorum va-rietate nobiles, vr præmaturis primis noua statim renaferetur, quæ cùm magno studio colcret Rex eius loci, Deus hortorum cruditus est. Statius. lib. 1. Siluarum:

*Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, vosq;  
Qui nunquam vacuiprodifis in area rami?*

Mantuanus:

*Alcinoi sylias canit, & Pheacia poma,*

Ouid. lib. 3.

*Proxima Pheacum felicibus obſita pomis  
Rura petunt.*

Iuuenalis Satyr. 5.

*Ille iubebit*

*Poma dari, quorum solo pafcaris odore.*

*Qualia perpetuus Pheacum Autumnus habebat.*

Propertius:

*Nec mea Pheacis equant pomaria sylias.*

Epicurus, teste Plinio lib. 18. cap. 4. primus om-nium hortos Athenis instituit, cum antea ruri tan-tum haberentur, non in urbibus. Hinc Epicurus hortorum magister appellatur. Laertius refert E-picuri scholam suis in horto.

Propertius lib. 3.

*Illic vel studijs animum emendare Platonis*

*Incipiamus, aut horis docte Epicure tuis.*

De quo meminit Blondus li. 8. de Roma trium-phante. Sed & penitiles Babylonis hortos plerique laudant, & inter orbis spectacula admittunt, siue illos fecerit Rex Cyrus, siue Semiramis, vt refert Ce-lius lib. 12. c. 38. in fin.

Lucanus hortos habuit cultissimos, in quibus sepultus est.

Mecoenas quoq; hortos habuit Romæ pulcher rimos in Esquilijis, ad quos propter amoenitatem loci plerique diuertebat Octavius.

Syria etiā fuit in hortis operosissima, authore Plin. Inde quoque est proverbum Græcis: Multa Syrorum olera. In Italia, & præcipue in regno Neapolitano sunt horti excellentes.

Etiam alias vidi Papienses multum insudare in colendis & elaborandis hortis, & ex eorum fructibus multas pecunias colligebant.

Parisienses quoq; hortos habent fertilissimos, circa quorum cultum multum versantur. Vnde ex illis non modicos redditus percipiunt.

Fuit excellentissimus hortus Molini, tempore Annae de Francia, filia regis Ludouici XI. Fran-corum Regis, & Ducijs Borbonij.

Hortus vero Balsami, etiam inter hortos excel-lentior. Erat enim in cacumine montis, vbi inter-fectus est Saul, & in nullo alio loco Balsamum na-scetatur. Cæterū in tēpore magni Herodis, Cleopatra regina Aegyptia, fauente Antonio marito, sed inuidente Herode, hortum Balsami transluit in Babyloniam Aegypti, vbi preciosissimarum arborum hortus delitiosus colitur à Christianis so-lis, rigaturque aqua fontis, in quo fama est, virgi-nem gloriosum sapo lauisse infantulum Iesum, cum degeret in terra Aegypti. Sunt tamen adhuc surculi quidam Balsami in monte Engaddi, fed nullius cultus, nullius prouentus. Sic miro modo Deus se vlciscitur de peccaroribus, vt quoniam.

A A a 2

Herodes

## D V O D E C I M A P A R S

**H**erodes olim horti Balsami possessor, Iesum puerum persequebatur, Iesus fugiens in Aegyptum, post se traxit Balsami hortum. Est autem hic hortus in Aegypto inter Heliopolin & Babylonem, habens in longitudine duos iactus arcus, in latitudine iactum lapidis, terra ferè alba. haec dicit Barth. de Saligniaco in itinerario terre sancte c. 7. decimi tomus, vbi refert quod mesis Balsami talis est. Descerpitur folium ex stipite contra solem, moxq; gutta lucida, & mire fragrans seatur ex ruptura. Et hic Balsami preciosissimus liquor, virreivasis coligitur, minimè fluxurus nisi ad ortum Solis fiat ruprura. Fonticulus autem Iesu parvulus est, non sufficiens irrigationi torius horti, quare Saraceni alium foderunt iuxta illum putum, ex quo quaruor boues aquam protrahunt per Rotam, sperantes ex vicinitate fontis Iesu, aquam fore salubrem, at longe alter res evenit, donec missis canalibus aqua putei ducatur in fontem Iesu, que facta, largiter & salubriter ex aquis mixtis, rigatur Balsami hortus. Non est omnitem (mirum tamen dictu) quod a meridie sabbati, vñq; ad auroram diei lunæ, boues nullo verbere impelli possunt, vt in protrahenda aqua laborent, quod est fidei nostræ testimonium celebre.

Cæterum, horti sine aqua non sunt commendabiles nec vtile. Nam agri aquatum irrigatione aut pluvia carentes nullos fructus cultoribus praestant: texrus est in lege versus aquæ. & ibi nota Luc. de Pen. C. de fundis rei priuatae. lib. II. Vnde horrus sine aqua, & quercus solis defluens comparatur. Esa. cap. I. ad finem. Ideo agris qui possunt commode irrigari (vt in plerisq; Italiae locis) amplius taxari debeunt in subventionibus & collectis, cum eis si cedit aëris in nullo officere possit: sed recurrentibus aquis irriguis fructus optimi ex eis percipiuntur. Ex agri nempe irriguis, bis in anno fructus percipiuntur, vrat Papijanus in l. diuortio. §. quod in anno. ss. sol. matr. Alias vero in arborib. & pratis detrimenra consequuntur. l. is cuius, in ffi si seruitus vendicetur. & d. l. vsus aquæ. & habetur laco. s. quod Elias orauit, vt non plueret super terram, non pluit annostres & mensies sex. & rursum orauit, & cœlum dedit pluviam, & terra de- dicitur suum. In hortu ex more aquæ ducuntur irrigua. Deut. II. de consecratio. dist. 5. ca. numquam. l. decernimus. §. sciendum. ibi, vel hortus, ad cuiussum aqua publica fuerit derivata. & ibi Luc. de Pen. C. de aquaductu. lib. II. Melior tex. in l. I. C. de mancipijs & colonis eod. lib. ibi tantum colonis impariatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt. **S**eptuagesima septima consider. erit de laude & excellentia Balneariorum tam naturalium, quam artificialium: cum vt plurimum, etiam in domib. sunt loca, quæ dicuntur Balnea seu balnearia, vt facit textus in leg. prædijs. §. balneas. ss. de legit. 3. in quibus ad lauanum aquæ calidæ & frigidæ sunt,

& habent hypocaustum, hoc est, locum ad sudandum. Habet enim sub paumeto locum vacuum, in quo succensus ignis calidos vaporcs emittit, excitatq; sudorem. Habet etiab vno latere prasernum, hoc est parvam fornacem, in qua ignis inclusus partim hypocaustum calefacit, partim aquas temperat ad lauanum. Etenim supra eam tria aliena componuntur, vñ caldarium ex quo aqua calida hauritur, altrc tepidarium ex quo tepida, tertium frigidarium ex quo frigida. Quantumcumq; aquæ calida ex caldario erit, tantum ex tepidario in caldariu, & ex frigidario insuit in tepidarium, & hoc vaporarium dicitur. Est & aliud hypocaustum remperarius, quod vñctuarium dicitur, in quo post sudorem ad lotionem homines vnguntur.

Et quædam ex institutione nostra viam habent, quædam verò sua sponte vñ obirint. Quæ verò ex institutione nostra viam habent, propriæ apud nos Thermæ dicuntur, & olim in vrbe Romana in his Balneis Romani magnam delestantem habuerunt, & in excellencia illorum insudarunt, vt refert Blondus li. 1. de Roma restaurata in præ. vbi ait in vrbe 12. Thermis compertas fuisse, Agrrippinas, Neronianas, Titi, Vespasiani, Domirianas, Antonianas, Alexandrinas, Gordianas, Seuerianas, Diocletianas, & Aurelianas, Constantianas, & Nouatianas. Quarum loca & excellencias indicat, prius de earum institutione ratione explicata, vbi plura: quæcum non sint magnæ virtutis, non aliter insisto. Et ex dictis illius ibi & in fine libri primi constat, Therinas Diocletianas, & Gordianas fuisse excellentes. Ut de Gordianis, ait, Iulium Capitolinum pauca scripsisse, sed valde admiranda. Nam cum dixisset domus Gordianorum tunc extasse Praenestina via ducentas columnas vno stylo habentes, addidit & Thermas ibi fuisse, quales præter vrbeum tunc nusquam haberet orbis terrarum, & de Thermis Diocletianis vide Blondum in fin. libri primi ante alleg. Et de balneariis apud veteres luxurioso apparatu scribit Cælius libr. antiquarum lectio. 16. cap. 47. vbi dicit in balneis non statuas modò innumeræ, & columnas nihil sustinentes viscere erat, sed è quo que peruentum est delitiarum, vt nihil nisi gemmascalcare vellent, sicut profequitur Seneca libr. 13. c. 86. & vide cundem Calium eo loco ca. 46. ad initium.

In hac nostra ciuitate Heduana loca extant, diæ vulgo le celier loliot, vbi Thermarum reliquæ introspiciuntur, quæ magnitudine, & operis summa prouisitate erant excellentes, prout ipsa ruina docet hodie, nec plures sunt in Gallia excellentes, cùm pauci habeant priuatas, sed in ciuitatibus, & oppidis sunt publicæ Thermae, in aliquibus locis sumi honestæ, in alijs verò excentur Lapanaria ciuiam publica, q; an sint permisæ, videatur tex. in lanculari. in fin. de peritione hæreditatis. Vbi verba Vilianni luri se consulti sunt hæc. Nam & in multorum honesto-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

370

honestorum vitorum prædijs Lapanatia exerceuntur. & ibi Albertus de Rosate. Vide tamen Sanct. Thomam in 4. sententiarij. dist. 33. q. 1. articul. 3. quæstioncula prima, & in scripto eius supet Dionysium 4. lectione. 9. col. 5. in p[re]t[er]n[atu]re. Vbi dicit, quod lex puniens mulieres in Lapanari est abrogata. & dicit Præpositus in c. priuilegia. §. officium. 3. dist. quod Ecclesia permittit tacite publicas meretrices propter maiora mala vitanda. 13. dist. per totum. maximè c. 1. & 2. Faciūt di[ct]a Hosti. & Panormitan. in cap. intet opera charitatis. in fin. extra de sponilib.

De iuramento tamen diuino, Lapanaria prohibentur. Cum prohibeat[ur] simplex concubinatus, seu fornicatio: quia scribitur Exo. 20. Nō mœchaberis. & Deutero. 23. Non erit metetrix de filiis Israei. Etiam dominus exclamauit contra Ierusalem, eo quod ædificauerat Lapanat, & Prostibulum fecit in cunctis plateis, & ibi adiicitur, quod definet dominus Lapanatia & Prostibulum, ut habetur Ezech. 16. Et ædificasti tibi Lapanaria, & feci sti[bi]ri Prostibulum in cunctis plateis. Et fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnium. dicit ramen glo. fi. in ca. meretrices. 32. q. 4. quod in Deut. licitum erat habere concubinatum, & dare ei pretiū sua pudicitia, ut habetur 2. Reg. 2. 15. 16. 20. & 3. Reg. 11. & 1. Paralip. 2. & 2. Paralip. 10. & Ester. 2. & Cantic. 6. Facit tex. in l. in concubinatu. ss. de concubinis. eriam Deus non omnino abiecit meretrices, sed vt scribitur Mat. 21. dicit, quia publicani & meretrices præcedent vos in Regno Dei.

Sed videtur quod ista Lapanatia etiam sustinetur possint, in specie iure naturali, quo iure omnia animantia natura contributum, ut se, vita, corpusq[ue]; tucatur, declinetq[ue]; quæ ei nocitura sunt, quæq[ue]; ad viuendum necessaria inquirat, secundum quod videtur quod coit[ur] sit quādoq[ue]; nec essarius hoc iure pro sustentatione vita, & pro virandis malis, quæ defectu coitus enenire possunt, & multa iuuanienta affect, ut per plures autoritates comprobatur Antonius Gazius in sua florida corona. c. 32. & ex nostris Andras Tiraquellus in suis legib[us]. connubialib[us]. 14. folio 157. & 158. Quæ, cu[m] sint lasciuia, non repeto, cum ibi legi possint. Et ideo Politicarij nostri cupientes generi humano prouideri, & plura naturæ incōmoda auferre, iuuamentaque illi præstare, in pluribus hæc Lapanatia permitunt, quæ & ecclesia tolerat ex causis ante deduētis.

De Balneis verò seu Thermis, quæ sua sponte vim obtinent (vt ad propositum vnde digressi sumus redeamus) dicendum est, quia alia sunt nitrofa, alia falsofa, aluminofa, alia bituminosa, alia sulphurofa, alia ferrofa, alia calcosa, & quedam ex his composta: & horum quidem omnium potestas est refaciendi, quedam non tantum arefaciunt, sed etiam obstruunt, ut aluminosa, & de utilitate

corum in fine huius considerationis dicetur. Et in his v[er]o plurimum aquæ sunt calidae, sed eur hoc? ita quod aliquæ intantum sunt calidae, & ita teruent, vt non possint esse v[er]si, nisi aut in aperto euane[re], aut mixtura frigidæ intepuere. causa sunt, teste Seneca libr. 13. epistolarum. 86. ep[ist]ola. Ignibus, quos multis locis terra operros tegit, aquam calcere, si subiecti sunt solo, per quod aquis transecurus est. Facere quippe dracones solemus, & militaria, & complures formas, in quibus are tenui fistulas struimus per declive circundatas, vt s[ecundu]m eundem ignem ambiens aqua tantum fluat spacij, quantum efficiendo calor iatis est. Frigida itaque intrat, exit calida, idem sub terra fieri existimat Empedocles, vt auctor est Cælius lib. antiqu. lectione. 16. capit. 44. vbi etiam ait, quod quidam arbitrantur, per loca sulphure plena, vel introeuntes aquas calorem beneficio materiae per quam fluunt trahere, & hic ante dictum est in 18. confide. Quod ne quis accidere miratur, viue calcis si aquam infuderis, nonne feruerit? Hæc porrò efficitratio, vt aqua feruenda magna ex parte falsa proueniant, ut Arist. inquit, quia, scilicet, per terram aluminosam percolantur. Exiustorum autem omnium cinis fusus est sulphuræ; redolent, quare fertida omnia modo vru[n]t fulminis: & quidem plura fulminis tacta extierunt: vnde, vt experientia docet, aqua Salinarum decocta, reddit cinerem falsum, quo vtuntur Burgundi. Refert & idem Cælius, quod Democritus calcis assignauit calidorum fontium rationem, quod nequit fieri, quoniam lapides vnde fit calx, non habet excalefaciendi vim, nisi in fornace calcaria præsumti fuerint.

Et pro hac calentia aquarū ratione ipse Cælius adducit quod vidisse attestatur, & esse adnotatu dignum ducit, dum Patanij, vt ait, capesseret ingenium cultum, apud Aponum adnotauit ab aquis calentibus lapides gigantes, quod extra omnem admirationem ei fuit. Scaturiunt, vt inquit, ibi ferventissimæ aquæ in supercilie non multum eleuato, in subiecto molendinon est quod versat Ballinei aquam per conualem decurrentis. Volatilcam vt nunc passim dicitur, in quam impetu deuoluitur aqua per austum, vident totam velutiquam dampnum artificio, lapidea circumiecta crusta. Et cum oculis non sati sacerret, duricierat materie expertus est, cultelli satis validi mucronem insigniter retusum animaduertit. Mox repetita vt becū rem Scholasticis quibusdam expofulset in foro, risu exceptus est ab omnibus ferè, tāquam inusitata, absurdæ, ac scurrilia promeret. Sed haud ita multo supersticio facta, illuc profecti secum in rem præsentem verisimili senserunt, quæ prius inscritæ ludibriis habuerant. & omnia post (vt ait Cælius) cōprobata reperit ex doctrina Plinij & aliorū, vt ibi profectum. Et rādem reddit rationem, cut aquis calentibus potius quam frigidis lapides concrescant, & coagmententur.

## D V O D E C I M A P A R S

**E**t de fonte, qui est in Britannia, etiam de quodam paruo lacu iuxta oppidum Gallicum vulgo dictum Loches, mira fertuntur, cum arbores aut ligna in eis immersa per aliquot annos in lapides conuertintur, ut ante in hac part. in d. 18. confide. in scriptum est: Et cum ista sint extra materiam non insisto. Et de Balneis & matraria scripsit amplè Cælius d.c. 44. cum 4.ca. sequent. & Volaterranus in sua Philologia. cap. de partitione medicine. lib. 24. vbi etiam narrat quædam esse Balnea frigida, quæ sunt ex aqua frigida, & cuius iuuamenti, & vitalitis sint.

Balnei visus, inquit Cælius, duplex est. Nam modò discessis febribus initium cibi plenioris vini que firmitoris valetudini facit. Modò sebrem ipsam tollit, sereqne adhibetur, vbi summa cutem relaxari, euocarique corruptum humorum conuenit, & habitu corporis expedite mutari. Antiqui timidius eo vrebantur. Asclepiades audacius. Balnea verò veterum eo frugi erant, teste Cælio loco antedicto. ca. 46. & in vñ erant balneola per angusta, tenebricola, ut inquit Seneca: Neque enim calida videbantur nisi obscura. Eiutmodi fuisse legimus Scipionis Africani balneū apud Linternum. In eo ille horror Carthaginis cui Roma debebat, quod semel tantum fortis capti, abluebat corpus laboribus fessum rusticis: quoniam se exercet opere, terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat: hac Cælius. &c. 45. queritur cur ante balnei ingressum calidum mingimur, & in exitu balnei frigidum. Item cur nō sitientes, lauacrum intrates fitimus, & econtra si sitiamus, pacatur fitis. De utilitate vñ & iuuamine balnearum me remitto ad medicos, ut ad Antonium Gazium in sua florida corona capit. 40. & 41. vbi etiam declarat quæ conditiones debeat obseruari pro volentibus in aqua calida artificialiter balneari. Ad Volaterranum & alios per eum allegatos in loco ante citato. Sed, ut dicit Arnaldus de Villa noua in suo comitemario regiminis sanitatis, capit. 5. Balneum ad multa confort. Columnæ enim pedunculæ ad conseruationem sanitatis visus & auditus sc̄pē lauati debent, atq; fricati cum aqua moderate caliditatis, amplius capitis lotio non tardetur ultra 12. dies, nec fiat in hebdomada plusquam semel, & nunquam stomacho repleto, sed ante prandium aut cœnam, balnea tamen innocent oculis. Verum ita sunt utilia & necessaria, quod etiam die dominico causa necessitatis permittuntur. ca. peruenit de consecra. dist. 3. Et etiam causa necessitatis religiosis permittuntur. e. omnis qui. 22. q. 1. Imo si quis prohibeat balneari in balneo publico, potest a gêre actione iniuriarum, text. cest in l. 2. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco publico. & l. iniuriarum 1. §. ff. ad initium. ff. de iniur.

**S**ed tandem sciamus que sint balnea excellentiora in Gallia, & licet sint plurima, pauca tamen referam. Primo in nostro balliuatu Heduensi ad

muros, seu in suburbis vñbris Borbonij Ancrei, quod distat à loco natalito meo dicto Issiacum octo milliaribus, sunt Balnea antiquissima & excellentissima à Julio Catilare, ut fertur, constructa, in quibus sunt plures fontes calentes, & quod mirum est, non cum tetro odore sulphuris: & inter alios, sors est ita calidus & feruens, ut vix manus contineri posset, & si viuum caderet & mergetur in eo periret, quo vix dici possit, Ave Maria, à morte cum difficultate liberaretur: & aqua illius ventur pistores & incolæ, pro pane cōficiendo, & pluribus alijs actibus & vñibus necessarijs. Locus autem aptus ad balneum, in quo aquæ calentes cadunt & recipiuntur, est prope fontes calidos, & circundatur muro ex magnis lapidibus quadratis cōposito sub forma orbiculari, in quo ultra quinquies centum homines contuleri possint.

**X** In Ducatu Borbonij oppidum est dictum Borbonum Larchembault, ferè distans 30. milliari bus à prædicto Borbonio, vbi etiam sunt alia balnea, & aliae aquæ calentes: sed loca balneariorum non sunt ita excellentia, & sumptuosa, vti balnea Borbonij Anctrici.

Sunt & alia balnea in eo Ducatu & patria Borbonij in oppido vulgo dicto, Vichy, sed in operis & ædificij magnitudine & constructione non sunt ita excellentia vt prima.

Inter balnea excellentia, semper laudata fuerunt Balnea Viterbij, de quorum laude scripsi ante ista parte. dicta 18. consideratione, & de pluribus alijs.

**S**eptuagesima octaua consider. de animalibus terrestribus sit. Quia varia bestiarum genera sunt, Eccles. 43. & eo quod sunt perfectiora animalibus & piscibus, ut dicit & declarat Sanct. Thom. I. 1. quæst. 72. primum. & vñ dicit idem Tho. I. 1. q. 47. sec. secunda, q; animalia appetunt excellentiam, & itascuntur cōtra derogantiā eis. Nam Cælius li. 4. lectionum antiquarum c. 25. dicit. Pleraque enim in brutali vita extant sermonis vestigia. Neq; item rationem quamlibet putaris. Nam aetia rationis in bestijs semina multa, quod operum & viuæ comprobatur modus. Speculatio item quædam, & naturaliū peritia nobis videtur cum illis quædam tenus esse communis. Nam & remedia porunt, cibos distinguunt, suura præsagiant, ingruentia vitæ solerterissimè, etiā si natura duce, in hisce potius videantur nitit. Vna verò cibis diuinitatis contemplatio, cultus vñs, qui extra hōminē reicit omnia. Neq; prona in pastum animalia Deum suspicantur, aut sciunt. Peculiaris homini est in nature principem Deum mentis excitatio: licet Plinius dicat brutorum aliqua coelestibus reuerentia cultum exhibere, & ex Platonicorum doctrina coargui possit, bestias aliud quidvis sacre potius cum coelestia honorare videntur. Aut si honorant, ne scire tamē quid agant, vel si sciant eas, item intelligentia,

gentiæ, ac immortalitatis videri patet, à quo dissentit Cælins vbi supra, & vide Plutarchum in quodam Dialogo, vbi demonstrat in Brutis ratio nem esse.

Et est quædam nobilitas in animalibus irrationabilibus, vt dicit Bar. in l.i. in 7. col. C. de dignitate tibus l.i. 12. Videbimus infra exempla suis locis, de quib. etiam per Bonum de Curt. in suo tract. nobilitatis. in 2. par. Et dixi supra in 8. par. in 3. confid. vbi posui etiam de Leone, & eius nobilitate inter quadrupedia.

Et de animalibus mira ponit Plinius lib. 28. naturalis historiæ. c. II. Ex quibus possunt laudari in genere. Et reperiuntur animalia, quæ vtuntur ordine, vt inter terrestria Elephantes, inter aves Cicconia, Grues & Apes, vt de singulis infra dicam, quod plurimum seruit ad propositum de ordine teruando.

Sed vt ad differentias animalium descendam, dicendum tricesse gradus animalium.

Quædam enim sunt, quæ habent sensum tacti, sed neque auditum aut memoriam habent, vt sunt Conchilia, & multa animalia, arborum, & herbarum affixa radicibus: & iste primus est atque insimus gradus. Hæc animalia, quia memoriam non habent, imo nullam habent prudentiam, nec se de loco ad locum promouere possunt.

Quædam vero sunt, quæ habent tactus & memoria, sed auditum priuantur, vt sunt formicæ, & huiusc generis animatæ, quibus memoria est aique prouidentia, & motus localis. Congregant enim in cibum frumentorum grana, ne hyemis tempore famæ pereant. Et hac animalia sunt primis nobiliora, cum illa sint platis propinquissimæ.

Quædam præterea sunt, quæ habent sensum tacti, memoriæ & auditum, vt perfœcta quæcunque animalia, cuiusmodi est canis, elephas, leo, bos, capra. Et iste est tertius animalium gradus, qui inde est duobus primis nobilior, quia à plantis est multo distantiior.

Quædam etiam sunt animalia, quæ excedunt hominem in aliquo sensu, vt Aper auditu, Linx visu, Vultur odoratu, Simia gustu, Aranea tactu, vnde super versus seq.

Nos Aper auditu, Linx visu, Simia gustu, X  
Vultur odoratu, præcellit Crænatatu.

Aliter tamen dictum est per Plinium, lib. 10. c. 69. & 71. Sed quid responderi possit præponentibus homini bruta. vide Cælium lib. antiqu. lect. 2. cap. 10.

Denique alia sunt animalia numero quatuor, quæ viuum percipiunt tantum ex uno Elementorum, vt Talpa terra, Alce aqua, Chameleon ære, & Salamandra igni, vt probat versus sequentes:

Talpa terra cibus, Chameleon in ære vivit,  
Alce vndafouet, flamma pascunt Salamandram.

Aduerte etiam, quod natura mares etiam in-

ter bruta potiore decorauit hohoris insigni Draconem, & Gallum crista, cornibus Ceruum, vnde de Mattialis:

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum:

Imbellis damæ quid nisi præda sumus?

Iuba vero Leonem, &c. vt infrapatebit.

Dcnique etiam maiorem animo præter Pantheram, & Vrsam, quæ animosiores sunt marius, vt dicit Raphael Volatcr. lib. 25. sua Sophologie, c. i. & latè in præcedenti par. in 2. confid. Et non solum bruta fuerunt in vita honorata, sed etiam post mortem quedam sepulchrals aut statuis honorata fuerunt, vt supra dixi in confid. de Sepulchrorum excellentia.

Textor Nieuwen. in sua Officina in ca. animaliadiuersa. laudat multa animalia, maximè cum quædam sunt, quæ ultra alia homini scruiunt, vt est equus, asinus, capra, sus, bos, ovis, canis, mulus, & ibi amplè de naturis eorum, quod nō transporato, cum tantum excellentiora referre curabo. In primis, vt dicit, Canes inter animalia sunt fidelissimi, vt docet p. exemplū. & canū quorundam celebri refert nomina T. cx. in sua Offi. c. canū quorundam nomina. Et bos in re pecuaria primæ habet autoritatem: & mirabili, & singulari laude digni sunt Elephantes, tum propter corum docilitatem, intellectum, & memoriam. sitque inter animalia terrestria primi, & maximum, proximumque humanis sensibus, etiam propter eorum obedientiam, amoris & gloriae voluptatem, immo etiam probitatem, quæ rara est in homine, prudētiam & æquitatem, religionem quoque siderum, solisque a clunæ venerationem, vt amplè declarat Plinius lib. 8. naturalis histo. à ca. i. illius libr. vñque ad 12.

Tamen inter alia animalia terrestria Leo obtinet generositatem, principatum, fortitudinem, & dominationem, ita q. & Princeps animalium terrestrium dicitur, & p. batur sic ex autoritate Pli. eo. li. 8. c. 16. vbi ait: genitrix sitatē eius deprehēdi, maxime in periculis, non in illo tantummodo, q. spernēstela, diu se terrore solo tuerit, aut velle cogi testatur. Cogiturque non tam periculo coactus, sed tāquam amentia iratus: illa nobilior animi significatio magna canum, & venantium urgente vi contumus scisit, ceditque in campis, vbi virgulta siluæq; penetraverit, accrimo cursu fertur, vñl ut turpidinem latebris tegens, dum sequitur insilit saltu quo in fuga non vtitur, vulnerat obseruatione mita percussorem nouit, & in quantilibet multitudine appetit. Eum vero, qui tela qui dcm miserit, sed non vulnerauerit, correptum raptatumque sternit, nec vulnclar. Ex clementia etiam laudatur, cum pstratis parcit: & vbi sauit, in viro prius quam in foeminas fremit: perimit infantes non nisi magna fame. Extant clementiae Leonum complura exempla, vnum supra ista par. in considerat. de excellentia amoris relatum est.

## D V O D E C I M A P A R S

Duo alia recitat Plin.d.c.16. & Perottus in 6. Epigram. Martialis, vbi plura de nobilitate & generositate Leonis. Quod verò laudetur Leo ex Principatu, & dominatione patet: quia Leo Gracè interpretatur latinè Rex, cum Leo sit Rex, & Princeps omnium bestiarum, vt dixi supra. & ait Isid. lib. etymolog. idem est animal audax, forte, largum, nobile, magnanimum: vt inquit Aristoteles in naturalib. Et caput illius fortissimum est. Verum quid per eum significare debeat, cum ponitur in armis, ex præcedentibus coniectati potest, & ex his, quæ dicuntur ex Hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci, vbi dicit per eum denotari fortitudinem, cum anteriores partes describuntur, figurantur, vt in pluribus, quæ gestant in eorum armis capita Leonum. Nam habetur in Proverbio: Leo fortissimus bestiarum, nullius pauescit occursum. Proverb. 30. Et cum sit hoc animal inter cætera fortissimum, omnibus occurrentes, timorem incutiens, formidolosum significat quandoque animum, iram aut furem: & aliqui eum ponunt sub solio Solis: demonstrantes ipsius ad Solem similitudinem. Vel secundum prædictum autorem, caput Leonis denotare potest vigiliam, eò, qd. Leo dormit oculis apertis, & de alijs naturis videatur Plin.lib.8. & Cælius lib.7. antiq. leæt.ca.29. Teator in sua Officina dicit, quod impetu, & calore Leones cætera præstant Animalia, vti Sol sidera. Præterea oculis semper igneis, & patentibus cernuntur, vt Sol patent igneoque oculo tertam cōspicit, & ibi plura de natura illius, & plurimum aliorum animalium ultra 63. diuersarum specierum, quæ ibi resert. Ideo videoas eum, & Plin.in d.lib.8. per totum. Per Aristotalem, & Dioscoridem, & in horto sanitatis: Et si reperiantur figurata in armis aut vexillis, de quibus supra lib.1.38. consid. in 84. conclu. debent interpretari arma secundum naturas illorum animalium, qualitates & nobilitates.

Et etiam inter animalia eiusdem speciei potest esse nobilitas vel excellentia in uno plus quam in alio, vt de duobus canibus Laconis ex eodem ventre editis, quorum alter ad leporem, alter ad olam impetum fecit, vt resert Bonus de Curtili in prin. huins consid. allegato.

**S**epruge simoniana consideratio erit de animalibus in sc̄tis. Inter quæ, teste Aristot.lib.9. de natura animalium, genus apum & formicarum officiosissimum atque studiofissimum, & præcæteris fere omnibus animalibus est. Et vt ait Pli. li. ii. c.5. Inter omnia insectorum animalia, principatus apibus & iure præcipua admiratio. Solis ex eo genere hominum causa genitis mella contrahunt, succumque dulcissimum atque subtilissimum ac saluberrimum fauos configunt, & ceras. Illæ ad vñs vitæ labore tolent, opera conficiunt: Rem publicam habent, confilia priuatim, ac Duces gregatim; & quod maximè mitum sit,

mores habent. Regibus apum forma semper elegia & duplo quam cæteris maior, penna breuiores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans, multo etiā nitore à vulgo differunt, deinde subiungit Plinius ibi in c.17.

Non constat inter autores, Rex nullumne solus habeat aculeum maiestate tantum atmatus, an dederit eum quidem natura, sed vñm ei tantum negauerit. Illud constat Imperatorem aculeo non vti. Mira plebis circa eum obedientia, cum procedit vna est, torum examen circa eum congregatur, cingit, protegit, cerni non patitur, reliquo tempore cum populis in labore est, ipse opera intus circuit, similis exportanti solus immunis. Circa eum satellites quidam, lictoresque assidue custodientes autoritatem. Procedit foras non nisi migraturo examine, id multo intelligitur ante aliquot dies, murmur intus strepente apparatus indicio diem tempestiuū eligientium. Si quis aliam ei detruncet, non fugiet examen. Cum processere, se quæque proximam illi cupit esse, & in officio conspicigaudet, sellum humeris subleuat, validius satigatum ex toto portant. Siqua lassitudines deficit, aut sorte abertuit, odore prosequuntur, vbiunque ille consedit, ibi cunctum castra sunt. Semper Duce prehēso totum tenetur aginē, amissio dilabitur, migrantque ad alios, esse utique sine Rege non possunt. Inuitæ autem interim cœcum plures fuere, potiusque nascentium domus diriunt, si prouentus desperatur, tunc & fuscos abigunt. Certum est ab apibus fucos interfici. Quod si defecerit alicuius aliæ cibus, impetus in proximas faciunt, rapinę proposito. At illæ contra dirigunt aciem, & si custos adsit, alteruta pars quem suis fauere sentit, non appetit eum, & alijs quoque saepe dimicant causis, & que acies contrarias duo Imperatores instruunt; via maxima rixa & in conuehendis floribus exorta, & siros quibusque euocantibus. Que dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota discutitur. Reconciliantur vèto lacte vel aqua mulsa. Cum defunctas progerunt, funerariūmque more comitantur exequias. Rege haec peste cōsumpto inorat plebs ignauodolore. Non cibos conuehunt, non procedunt, tristitiam tū murmure glomerantur circa corpus eius. Subtrahit itaque deducta multitudine, alias spectantes exanimem, luctum non minuant, tunc quoque nisi subueniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur & nitore sanitas affimatur. Hæc Pli. vbi supra. Recitat etiam à Iudoco Clycthouco, c.1. de Regis officio, vbi etiam resert, quod his similia dicit beatus pater Ambr. in lib.5. hexameron, ita de apibus & eorum Regeloquens: Ipse sibi Regem ordinant, ipsæ sibi populos creant, & licet sit Regge positæ, sunt tamen liberæ. Nam & prærogatiūm tenent, & fide deuotionis affectum, quia & tanquam à se substitutum diligunt, & tanto honorant

norant examine. Apibus autem Rex naturæ clausus formatur in signibus, ut magnitudine corporis præstet & specie, tum (quod in Rege præcipuum est) mōrū mansuetudinē. Nam eis habet auleum, tamen eo non vtitur ad vindicandū. Sit enim Regis naturæ, non scriptæ literis, sed impressæ morib⁹, ut leniores sint ad puniendum, q̄ maximæ potestate potiuntur. Sed & apes illæ, quæ non obtemperauerint legibus Regis, poenitenti semulant condemnatione, vt immoriantur aulei sui vulnus. Quod Persarum populi hodie feruare dicuntur, vt pro commissi precio, ipsis in se propriæ mortis exequantur sententiam, itaque nulli sicut Reges Persarum tam grauissimas in subditos habent leges. Non Indi, non populi Sar-matarum tantam quantam apes recuerterunt de uotionis obseruant, vt nullæ dōmibus exire audiant, non in aliquos prodire pastus, nisi Rex sue ritęgessus, & volatus sibi vendicauerit principatum. Denique Regem suum summa protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum putant. In columni Rege nesciunt mutare iudicium, mētem infletere. amissi, fidem feruandi muneris derelinquent, atque ipse sua melia diripiunt, quod is qui prīncipatū habuit muneris, interempt⁹ est: Hac Ambrosius. Et quod apes Regem habeant, confirmatur iure canonico p̄tex. in c. in apibus Princeps vnuſ est. 7. q. 1.

Item Virgilii libr. Georgicorum 4. de apibus carumq̄ Reges serè cadem describir his verbis:

*Ipsa Regem paruſa Quirites  
Sufficiunt, aulaq̄ & cerea Regnare ſigunt.  
Præterea Regem non ſic Agyptus, & ingens  
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspeſ  
Obſeruant: Regē in columni mens omnibus synæſt:  
Amiſſo, rupere fidem, conſtructaq̄ melia  
Diripiuerē ipſa, & crates ſoluerē fauorum.  
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes  
Circumſtant tremitu denſo, ſipantq̄ frequentes.  
Et ſæpe attollunt humeris, & corpora bello  
Obiectant, pulchramq̄ petunt per vulnera mortem.*

Demum Maphæus Vegius in eleganti sua diſpu-tatione inter terram, ſolem & aurum ſuper præſtantia & dignitate ſua, vbi terrā inducit cauſam ſuam agentem, mores, naturam, conditiones apum ex Plinio & ceteris autoribus collectas, ve-nutæ grauitate & copioſe deſcrit. Mirum nempe eſt naturam ipsam tam minuto animali tanta prouidentia & ſolertia argumen-ta in diſiſe, voluſiſc̄: homines illarum exemplo documenta accipere, quid Reges præſtare debeat ſuis ſubditis, quæ item officia exhibeant ſubiecti ſuis Regibus.

Quare ut ad formicam mittit sapiens pigerum hominem, vt ab ea ſumat fedulitatis affiduiq; la-boris exemplum, cum ait Proverb. 6. Vade ad for-micam o piger, & conſidera vias eius, & diſce fa-

pientiam, quæ cum non habeat Duce, nec Præceptorem, nec Principem (ſaltem ignoratur) patrat in aſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe q̄ comedat. Non aliter racito natura monitu inuitantur homines ad contemplandam apum con-ditionem, ac considerandam rationem vita, la-boris, & conuictus earum, vrea attentione diſcat arationis immunibus ipſi ratione prædicti, quo-nam paſto vita in ſocietate degenda fit: quomo-do R̄ges (vt dixi) populum moderentur; qua itē ratione populus in Regem offiſiosus fit & mori-ger. Ideo non immiterit apes formicis hic coiunguntur, ad efformandos hominum mores docen-damq̄ prudentiam nequaquam illis dispareſ: haec Chlyſhoueus.

*Q*Uteſima confid. quæ auim ſit excellen-tior inquirit. Et licet Plinius lib. 10. histo. na-c. 2. plurimum laudauit Phœnicem, & eam di-cit nobilem, & naſcitur in Arabia, Aquila magni rudine, auri fulgere circa colla, cartera purpureus, ceruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criftis faciem, caputq̄ plumeo apice honestante. Ferunt (vt ait) vnlcum in toto orbe, & raro vi-detur: verū nemo extitit, qui viderit vſcen-tem, annis verò ſexcentis & ſexaginta viuere di-citur. Et de Phœnicio Barbatia ſcripit in cap. quoniam Abbas. nume. 9. extra de offi. delega. vbi re-fert, quod Ambroſius in libr. hexameron 5. dixit, quod Phœnix auis in locis Arabiæ degere perhibe-tur, & yltra 500. annos dicitur viuere: qua cum fi-nem vita ſue ad eſſe percependerit, thecam ſeu repoſitoriuſ ſibi facit de thure & myrrha, & careris o-dotrib⁹: in q̄ implero vitæ ſuæ tēpore intrat & mori-ritur: de cuius carnis humore vermis exurgit, pau-latimq; adoleſcit, & proceſſu ſtatuti temporis in-diuit alas, atque in ſuperioris auiis ſpeciem & ſor-mā reparatur. Et ex hoc inuehitur contra non cre-dentes Resurrectionem. Fertur de beata Cecilia, quod ad exemplum Phœnicis conuertit beatum Maxini-anum, & eo poftmodum decollato pro fide, in eius tumulo ſecit ſculpi Phœnicem. Iſido-rus verò lib. 12. Etymologiarum ait de Phœnicio, quod eſt auiis Arabia: & dicitur Phœnix, quia phœnicum habet colorem ſeu rubeum, vel quia in toro orbe singularis & vniqa eſt: de more reſer-vit proximè diſtum eſt. de morte verò ait, quod collegit aromatum virgulis, rogum ſibi inſtruit, & conuerta ad Solis radios alarum plauſu vo-luntarium ſibi facit incendiuſ, ſicque de cine-tribus ſuis iterū resurget. Et legitur in Chronica Im-peratoru in 2. col. q̄ ſub Claudio tēpore beati Pe-tri appariuit in Aegypto, & q̄ eſt grādis vt Aquila, circa collū fulgere aurco, poftera parte purpurea præter caudam, cuius color rubeus, roſeus & ceru-leus, vt ſupra in principio dixi. Et haec eſt mens omniū aliorum Autorū. Aliqui tamen quicquid de Phœnicio dicitur fabulofum eſſe dicunt, fundan-tes

## D V O D E C I M A P A R S

tes se super dictis Plinij in cap. 2. supra allega. in fine.

Attamen Aquila inter omnes aues notas excellenter iudicanda est secundum Plinium in d.lib. 10.c.3.vbi inquit: Ex ijs supple auibus quas non nimis, Aquila maximus honos, maxima & vis, & ibi sex earum esse genera asserit, quæ eleganter & clarè declarat: & hac sola uis fulmine nouo tangitur, ideo loui dicatur.

Quomodo autem Aquila primò fuerit dicta Romanis Legionibus, & canis in acie portabant: & etiam quomodo data sit pro armis lulij Caesaris (à quo tempore semper vī sunt Imperatores) dixi in prima parte, in trigesima octaua confidatione. 16. conclus. versic. sicerit dicendum. & in fine.

Sed quid significet, & quid per eam denotetur in pictura, in Hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci sic dicitur, quod Aegyptiū sapientes cum volebat Deū significare, aut altitudinem, aut depressionem, aut excellentiam, aut sanguinem, aut victoriam, Aquilam depingebant. Deum quidem (quod est primum) denotat, eo quod si uis hec secunda & lōgeua: ad hoc quod videtur simulacrum esse Solis, cum prater cæterarum auiū naturam, intentas acies & firmos oculos teneat in radios solares: vnde dc & medici in oculorum medelam herba ab Aquila dicta vtuntur, & Solem tamquam dominum visus aliquando Aquilæ forma depingunt: vnde etiam Aquila ab acumine oculorum dicta est, vt dixit Ilyd. Etymolog. lib. 12. c. 7. circa principium.

Altitudinem vero denotat, quoniam cætera quidem volatilia, cum velint in altum ascendere oblique feruntur, cum non possint in directum volare, sola autem Aquila in altum recta fertur.

Depressionem quidem, quoniam codem modo cæteræ aues oblique ad terram feruntur. Aquila sola recta descendit, & liberat ex alto sepe.

Excellentiam, quoniam Aquila cæteris volatilibus præstare videtur, cum auium Regina & nobilissima dicatur: vt habetur in libro, qui hortus Solis intritulatur. in tracta. de auibus. cap. 1. vbi multa singularia & notanda de Aquila videri possunt.

Sanguinem, quoniam vt dicunt naturalistæ, Aquila non aquam, sed sanguinem bibit. Ideo uos pullos lambere sanguinem docet.

Victoriæ etiam designat, quia reliquæ aues omnes superare videtur: si cui enim cōgressa vincit se sentiat, resupinat se, ac dirigit omnes alas, ac dorsum ad terram vertit, atque hoc modo pugnat. Uis autem inimica, cum hoc facere nequeat, facilè in fugam vertitur: verum etiam contra Draconem, vel hominem, vel aliud animal, si suos pullos turbare vel rapere voluerit, ini-

ra animositatem pugnat, sequente mortis periculo opto eis exponit.

Et pro anima ponitur Aquila ex nominis interpretatione: vocatur enim apud Aegyptios anima Baieth. Hoc autem nomen diuisum animam significat & cor: est enim Bai anima, eth vero cor. Cor vero apud Aegyptios est ambitus animæ: vnde nomine ipsum sonat, quasi cordatum animam. Quia extre Aquila ciuidem naturæ cum anima, vt plurimum aquam non bibit, vt dictum est, sed sanguinem, quo & anima nutritur, cum ex venatione & præda viuat.

Item Aegyptiū Martem & Venerem scribentes duas Aquilas pingunt. Martem quem Marti comparant, & scenam quam Veneri. Et hoc ideo, quia reliqua animalia non semper mari ad omnem mixtionem parere volunt. Aquila vero semper. Ter decies enim in die compressa, postquam surrexerit, si mas vocet, denuo accurrit, quapropter cum maximè sit in Venerem prona, Aegyptiū eam Venerem vocant. Et propter hoc etiam Aquilam Soli dicuntur, quia Solem imitata terdenum numerum coecundo complect.

Denique Aquila elciata in ortum tendens ventos significat. Aliter in aere Aquila alas extendens, ventos notat.

Item hominem tutè urbem habitantem significare volentes, Aquilam lapidem porrantem pingunt. Illa enim lapidem vnguis eleutatum portat in sumum nidum, vt illo depressus nidus firmiter mancat, vel desert in nidum lapidem preciosum nomine Etichem: & hunc contra calorem nimium, quem Aquila naturaliter, vt dictum est, in nido habet, ne pereant oua decocta nimio calore.

Item Regem solitarium; & qui lapsis nulla errata condonet, cum volunt significare, Aquilam pingunt. Hæc enim in locis solitariis propter insidias depradandi, & altissimis arboribus nidificat, & altius quam cætera volatilia volat.

Item senem inedia necatum significare volentes, Aquilam pingunt cum curuato rostro. Illi enim senectenti incurvatur rostrum, & ea de causa tantum inedia & fame absuntur, testis Plinius vbi supra.

Item hominem alienantem proprios liberos, & paupertatem dum volunt significare, Aquilam pregnantem pingunt. Illa enim parit tria oua, ex quibus eligit unum, duo reliqua cœcit, vel frangit, alii dicunt de pullis. Hoc autem facit, quia tunc temporis vngues eius inuertuntur seu incurvantur, vt prædam tenere non valeat, & hac de causa non potest tres codem tempore pullos alere, & hoc teste Plin. d.lib. 10. c. 3. Naturæ proficiens fecit, ne omnium ferarum foetus raperentur.

Aquila etiam apud Theologos varia denotare reperitur: quandoq; enim terrenam potestatem significat. Ezech. 18. Aquila grandis magnarum alarum,

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

373

& bella mouent Aquila, & Trochilus, quoniam Rex appellatura uiuum.

Vnum non omittam referre, quod 14. reperiuntur aues, quarum carnes sunt meliores, & eligibiles inter animalia volatilia, pro nutrimento humanae naturae, quae enumerantur in lib. de regimine sanitatis Salerni hi versibus.

*Sunt bona: gallina, capo, turtur, flurta, columba,  
Quicula, vel merula, phasianus, ethygoneta,  
Perdix, frigellus, orex, tremulus, amarellus.*

Eти Commentator satis declarat bonitatem illarum ex doctrinis medicorum, cum carnes praeditarum animalium sint laudabilis nutrimenti, & facilis digestionis. Dicit tamen, quod circa electionem carnis volatilium secundum diuersas laudabiles nutrimenti proprietates ad eius, quod nutritur, sanitatis, vel roboris intentionem carnes variè laudantur. Vnde Gale. 3. alim. c. 17. & 18. & c. 2. de ingenio. respiciens facilem alternationem seu vicissitudinem, & subtilitatem, praeferit easque omnibus alijs volatilium carnibus, & eius caro secundum Auic. 2. canon. c. decubagine, est desubtilioribus carnibus impinguans: quia multum nutrit cor, abstergens hydropon, & stomacho conferens. Rasis vero tertio Almanforis, cum Isaac cre spiciens subtilitatem starnæ, ac levitatem ipsam, ceteris præterit. Isaac etiam secundum diuersas intentiones carnes volatilium laudauit diuersas. Auicen. verò 2. canon. c. de carne, laudat carnes turturum præ ceteris, dicens volucris quidem ex eo melior non est quam turturis, & gallinarum, & subtilior earum, &c. vel quia respexit ad proprietatem qua roborant, & consonant intellectum, vel quia in terris eius est ipsarum tanta bonitas, quæ non est in alijs locis & Regionibus.

Aues comestibles, & quæ nutriuntur in avarijs, quæ dicuntur orinthones, ponit Blondus in libr. 8. de Roma triumphant. vbi dixit, quod cornutrix seu quicula, hoc est, qualea, seu ortix Graecæ, sicut alijs damnata mensis: eo, quod gratissimum eius cibus est venenum, scilicet, veratrifemen, & quod patitur morbum comitiale, quem sole animalium sentiunt preter hominem secundum Plin. lib. 10. naturalis historia. c. 23. in fi. vel secundum Ilaac, quia ex comedione carnis earum timeretur Spasmos, hoc est, subita contractio membrorum, aut nervorum cum dolore, quam passionem cordis dicunt, & tetanus morbus (hoc est, cum musculi, qui secundum spinam dorsum, ita rigent, ut quis inflectere se non possit.) Et ita etiam voluit Auicen. 2. canon. c. de eis, subiungens rationem, scilicet, quia in substantia carnium earum est virius faciens huiusmodi accidencia narrata, & sic non proueniunt illæ accidentia ex eo solum, quia coturnices comedunt helleborum. Sciendum est in super, quod carnes volatilium plus couenient quam carnes quadrupedum,

B E b b      d

alarum, id est, Rex Babylonis, quia (sicut solent Reges Romanorum saltem) habuit Aquilam in vexillo suo, ex quo coniecturare forte licet, quod dum viguit Monarchia apud Assyrios, & alios Reges Asiae, Aquilam pro insigni haberunt, & sic dum rediit Monarchia ad Iulium Caesarum, etiam pro armis Aquilam sibi assumpit.

Significat etiam Aquila subtilem Sanctorum intelligentiam. Ezech. 1. vbi Ioan. Euanglista per Aquilam desuper eminentem significatur à similitudine volatus illius auis, vt dixi supra in 3. part. in 35. confid.

Tum significati iustorum animas secundum Ambrosium super Lucam, quia sicut Aquila post longam vitam, scilicet, centum annorum, senio grata (vt dicit Aug. super Psal. 102.) se renouat, rostrum vetus nimis excrescens ad petram collidente, & plumas veteres deponendo. Nec vñquam fulmen (vt prædictum est) percudit Aquilam. Sie Sancti renouant vitam per poenitentiam, & tandem in resurrectione renouabuntur, nec timent fulmen sentientia finalis damnationis. Psal. 102. Renouabitur vt Aquila iuuentus tua. Et sic Aquila est de his, quæ fulmine non tanguntur, aut si tangentur non ex eo moriuntur, nec extinguntur in torum, quemadmodum omnia alia animalia fulgere tacta perirent, vt dixi supra in 2. part. in 2. consideratio, in fi. Vbi etiam idem dixi in vitulo marino, & lauro, super cuius ramis non cadit fulmen.

Tum etiam denotat Aquila Christum, propter nobilitatis Regiae dignitatem, quam Aquila habet super aues. Vnde Prover. 3. dicitur, quod via Aquila in celo difficile est scire. & ibi Lyra, & expositores dicunt, quod intelligentia de via quam tenuit Christus in ascensionem. Item Deuter. 32. dicitur de eo: Sicut Aquila pronocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum atque portauit in humeris suis, dominus solus Dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Et vt refert Plin. d. lib. 10. ca. 5. est præcelebris apud Sexton urbem Aquila gloria. Educata a virgine retulisse gratiam, aues primo, mox deinde venatas aportanter, & administratorem defuncta postrem in rogam accensum eius fecit impousisse, & simul conflagrasse.

Regulus sive Regalio sive Trochilus, aut Parra, parua modum auis, Rex & præses avium dicitur. Nam cum semel aues omnes inter se conuenienter (sicut fabula refert) vt illa pro Rege haberetur, quæ sublimi volatu omnes alias vinceret. Cumque Parra sub Aquila a sella latitante, Aquila omnes aues cæteras transcederet, exiliens Parra insedit Aquila capiti, & inde se esse vietricem asseruit: vnde & Rex avium effectus est sive Regulus: quia omnes aues superauerit, cum superauerit Aquilam, quæ alias omnes superauerat volatu. Verū si creditur Plin. li. 10. c. 74. disident inter se,

## D V O D E C I M A P A R S

de quibus infra in 85 cōsid. dicemus. Maximē his, qui relictō exercitio corporali, vacāt consilijs, studijs, & contemplationibus, quia digeruntur facilius alijs. Iuxta illud Gal. 3. alimentorum. Digestibilior est h̄c caro volatilium animalium, & maximē perdicum, & generat sanguinem clarum, mundum, spiritu os, mentis exercitijs, & elevationi intellectus aptum. Et ex superadictis carnem perdicum excellētiorem estē alijs liquidō cōstare potest.

Aduerte etiam, quod inter aues etiam eiusdē generis est dabilis nobilitas aut ignobilitas, puta in Falconibus est dabilis gentilis, & peregrinus, vt inquit Bar. in tract. de Falcone, & resert lacobinus de S. Georgio in sua inuestitura in verb. & cum venerationibus. Bar. in l. i. col. 7. de dignitatib. libr. 12. & dixi supra in 8. part. in 3. consider. qua faciunt ad h̄c.

Licet hic pauca de ingenij anīū, & de his, qua loquuntur, & intelligentia. Plin. enim lib. natura lis hist. 10. c. 41. ait, quod villatibus gallinis ineft religio, in horrefcunt edito ouo, excutuntque fese: circumacta purificant aut festuca aliqua fese, & oua lustrant, id est, durificant, vel circundant. & in cap. sequent. ait, quod Carduelces auium minime, qua Carduorum semine pascuntur, imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus, & ore pro manibus. In hac etiam natura miraculū aparet, qua talem astutiam ei dedit, qua nec boui nec asino, aut alijs magnis animalibus impartiri volunt. vt videlicet in cauea, & ergastulo clausa suppositam aquam ab imo per filum vasculo suspense ad se cum rostro trahat, p̄cdeque filo interdum supposito, cum attigerit vasculum, sitim potu se dat.

Ite in botaurus bonum inugitus imitatur in Arelatenſi agro, & fallit inter herbas maximē, vnde nomen aslumpit. Rostrum enim in terra paludinosa defigit, & ad modum tauri clamores edit, licet paruosit.

Item est, qua equorum hinnitus imitetur Antithus nomine, vt est in impressione Plinij) secundum alios Acanthis dicitur, & malē, herbae pabulo (quo reficitur) aduentu corum pulsā, & ob hoc odiosos habet equos, quos vbi pascenti sibi superuenire viderit, & herbas deripere, fugit, & ad hunc modum se vindicat, & vlcificitur, & corum hinnitus propriis vocibus imitatur ac deridet, & secundum Isido. lib. Etym. 12. c. 7. in fi. Acanthis, & Carduelces idem sunt.

Item Psittacus, vulgo Papagallus dictus est India, humanam vocem super omniare reddit, & quem sermocinans, & vsq[ue] adeo articulata verba exprimit, ita vt si eum non videris, hominem locutum putas: & hoc quia est grandi lingua, & ceteris avibus latiore. Ex natura salutat dicens Ave, vel Chare, cetera nomina institutione discit, & q[ue] accipit verba pronunciat. Vnde est illud Martialis:

*Psittacus à vobis aliorum nomina dico,  
Hoc didici per me dicere, Caesar ave.*

Et h̄c cum loqui discit ferreо verberatur radio, aliter enim non sentit iētus. Vnde refert Caius lib. antiq. lec. 2. c. 32. in fi. vnum, quod dici esse præclarum rarissimum, & miraculum insigne. vīsum suis temporibus, s. quod Psittacus fuit Alcanij Cardinalis Romæ aureis centum comparatus numinis, qui articulatissimē continuatis perpetuò verbis Christiana veritatis Symbolum integrę pronūcialbat, pindre ac vir peritus enuariet. Et Stacius lib. 7. Syl. in laudem Psittaciait:

*Psittace dux volucrum, dominus facunda voluptas,  
Humanæ solers imitator Psittace lingua.*

Item Picus, qua est avis latissima nota, expressio est loquacitas quam Psittaco, sed minor nobilitas: quia non ex longinquō venit, Satis tamen illi de cotis est in specie sermonis humani, adamat verba qua loquitur. Nec discit tantum, sed diligit, vieta difficultate verbier moritur: & nisi subinde eadem audiat, memoria fallitur, & mirū in modum exhilaratur, si interim audierit id verbum, & facilis addiscit qua glande vescitur, & inter eas quibus quini sunt digiti in pedibus. Nulla tamē duobus primis vita annis, & latior ijs est lingua, qua sermonem imitatur humanum. vnde picus dicuntur, quasi Poëticæ, quod verba in discrimine vocis exprimant, vt homo, & si linguas in sermone nequeunt explicare, sonum rāmen humanæ vocis imitantur, de qua congruē Martialis ait:

*Pica loquax certa dominum te voce saluto,  
Sime non video, esse negabis asem.*

Et idem lib. 7.

*Pica salutatrix stibi Laufer placeat.*

Item Agrippina cōiux Claudij Cæsaris turdum habuit, (quod nunquam ante vīsum furcat) imitante sermones hominum, & hoc atate Plini. & quomodo sunt nutriendi, vide in horto sanitatis, in tract. de avib. c. 112. habebant & Cæsaris iuuenes, (vt ait Plin.) sturnum, vulgo sturnellum, & est avis maculosa magnitudine merulæ. Item Luscinias, sive philomelas, vel acreadas, Graeco atque Latino sermone dociles, præterea mediantes in diem, & assiduè noua loquentes, ongiore etiam verborum conextu, & ordine. Et doceri domini secreto, & vbi nulla alia vox misceatur assidente, qui crebro dicat ea, qua condita velit addisci, & maxime h̄c fieri vidi tempore nocturno à mulieribus, cum habeant vocem magis gracilem quam viri.

Item legimus apud Plin. eod. lib. 10. cap. 43. suisse coruum, qui populum Romanum transeuntem nominatim salutaret forum versus, maximē Tiberium, Germanicum deinde, & Drusum Cæsares. Nec occisor illius cuasi poenas. Nam primo pulsus

pulsus ex ea Regione, mox & interemptus fuit, finusque innumeris aliti celebratum exequijs. Hec & alia multa habet Plin. qui ingenium extolit in descriptione intelligentia huiusmodi coru.

Et ibi etiam refert, quod suo tempore erat Eques Romanus, qui habebat cornicem è Bætica, plura verba contexta exprimentem, & alia atque alia crebro addiscentem. Etiam refert, quod quidam vñ sunt opera corniculorum in venando. refert & Cælius lib. antiqu. lec. 9. c. 36. cornicem albā vñam. Item corous albos, perdicē albam, vidi in Sabauidia, paſſeres, & vñam. & idem lib. 13. c. 58. refert eot aīcī admirabile obsequium in Aegypto, quæ tabellarij cut forisque vice fungeretur. Inde moriens honestata est sepulcro: quod & idem refert Plin. de tinunculo. libr. & ca. præalle. & Cecina Voiaterranus comprehendens hirundines nunciās bellī mittebat amicis, in nidum pristinum redire solitas. Laudantur & Diomedæ aues, quæ iudicant inter siuos, & aduenas, vt per Isido. vbi supra. & Plin. in d. lib. 10. c. 44.

Mita etiam de auibus alijs refert Baptista Fulgosius in sua collectanea de dictis saecūli que memorabilibus lib. 1. tit. de mitaculis. c. de auibus anima libus quæ calis admirandis. vbi de Farsallis, auibus, quæ à Græcis Pyraustæ nominantur, quæ in Cypro in metallorum fornacibus inueniuntur, per medias flamas illas volant, & si forte longe ab ignibus aferantur, paruo temporis momento intrent, res profecto mira huiusmodi aues in violento, quod alia viuentia omnia perimit, eleuentio viuere.

Refert etiam Fulgosius ibi, quod in insulis Niuernia (quam Irlandam nominat) & Orchade quibusdam in locis, quæ mari aluntur, atbores sahibus persimiles naſcentur, in quibus ortæ parua quædam pilæ paulatim crescendo aues anatum formam habentes effigiantur rostro ab arboribus pendentes, & cum ad maturitas tempus perutere, sui ipsarum nixu arboribus excusse, in mare dilabuntur, atque evolant. Britanni vulgo berneras appellant, & quia ex auium genere non orientur, his quadragesimali diciuntur sale conditis homines vescuntur, & ab his qui viderunt, certiores (ego ipse etiam, vt Baptista) facti sumus. Licet Albertus Magnus aliter scripsit. Sed res tam multorum virorum grauia testimonio, qui hoc viderunt probata est, vt minimè dubia existimat debcat, & de hoc dixi suprà ista patte, in confid. de insulis versi. Scotia etiam. Licet videatur difficile creditu, tamen maius mili iudicetur id, q̄ cantat Ecclesia: Nouum genus potentia, qui exquisitum genus, partim remittis gurgiti, partim leuis in aera.

Aliud quoque feret incredibile de anatum natura refert ibi Fulgosius, cum ait, quod in ea parte Galliæ, quæ Britannia dicitur, prope urbem Re-

donensem oppidum est Montisfortis nomine, vbi Maio mensē, cum sancti Nicolai solemnia celebrantur, a paruo lacu haud longe ab oppido, ea hora, qua vel missa, vel vespertina orationes cantantur, anast templum init cum tredecim pullis, quæ postquam aram circumdedit, ad eundem lacum regreditur, vno pullorum quos secum venient duxit semper deficiente, neque verò quo is se recipiat intelligitur, quod si q̄s, vt rei experimentum faciat, aut quia rei nullam fidem habcat comprehendere, aut occidere tentauerit, confessim rabie corrupitur, ac moritur, aurgrauem morbus subito incidit.

Subdit & aliud mirandum, & de eo prudens, vt volet, indicabit, scilicet, quod à Geruasio Tibelle eo Arclatensi Regni Mateſcallo ad Ottonem quartum scribitur: In lacu enim eius Regionis nouit quædam pificationi operam dantes, hyeme minutas ciconias, veluti mortuas rete in siccum traxisse, quæ tanquam simul iunctæ mutuo rostra ano infixa habebant, & calescētæ viuæ fuerunt inueniata.

In Lotharingia iuxta Metensem urbem, vt etiam recitat in quodā alio lacu, salutis anno 467. supra mille, permulta alia Ciconiæ similiter inuentæ fuerunt, quæ in thermis calefactæ, reuixerunt. Hæc autem res efficit, vt quidam sub aquis abdere se ciconias putaret, caratione moti, quod vsque in presentem diem, nec scriptum sit, nec satiatis intellectum quo se ibides definente cestate recipient, testis est Plin. lib. 10. c. 23. cum tam multi apud Græcos Latinoſquæ fuerint, qui diligenter animalium naturas inuestigare anxiè curaeantur.

Et de his auibus & multis alijs habetibus ex sua natura quædam excellentias videri possunt per Plin. lib. naturalis histo. 10. per rotum. Per Aristotelem, Albertum Magnum, Dioscor. in libr. qui hortus sanitatis dicitur, in tracta de auibus, per Iſidor. lib. Etym. 12. c. 7. per Textorem in sua Officina, in c. auium nomina. vbi 144. nomina auium & vltra recitat: & aliquid de naturis earum, & etiam de auibus Deorum. Et cum reperiuntur in armis depicta, aut vexillis, debent interpretari huiusmodi armæ secundum naturas, complexiones, proprietates & nobilitates illarum auium, vt supra dicti in prima parte, vbi de armis scripsi ceterum conclusiones. Ideo aliter non insisto: quia etiam talia vno volumine comprehendendi non possent: Quia licet unum nomen auium sit, genus tamen est diuersum: & sicut specie sibi differunt, ita & naturæ diuersitate, cum alia simplices, alia astuta, alia solitaria, alia incola, alia aduentitia, alia canora, & vocales. Alia dociles, alia indociles, alia perennes, alia semestres, alia trimestres: sed & alia sicut generis, ita & moribus innumerabilia. Nam volucrum quot genera sunt, inuenire quem

## D V O D E C I M A P A R S

quam non posse ait Isidorus vbi suprà. in princ. illius c.7.

**O**ctauagesima prima consid. Cum in præcedēti consid. aliquid in laudem quorundam volarilium relatum sit, quæ in genere animalium videtur esse perfectiora natatibus, ideo hic pauca de animalibus aquaticis, hoc est, pisibus dicendum est. Nam sicut aër ornatus est suis animalibus, scilicet, volatilibus, quæ possunt ex eo respirare propter crassitudinem humoris, & quorum corpora sustinere potest, sic & aqua suis, id est, natatibus, quæ quidem pinnulis suis ad ornatur, & innituntur aque natando, sicut aues pennis suis volando. Reptilia etiam dicuntur: quia omne quod natat reptandi habet vel speciem, vel naturā. Vnde & Psal. 103. David ait: Hoc mare magnū, & spatiōsum manibus, illi reptilia, quorum nō est numerus. & vt ait Isid. lib. Etym. 12. c. 6. Pecorib. & bestiis, & volatilib. antē homines nomina imposuerunt quā pisibus, quia prius visasunt, & cognita. Pisces vero postea paulatim cognitis generib⁹, nomina instituta sunt. Aut ex similitudine terrestrium, aut ex specie propria, sive morib. seu colore, vel figura, aut sexu, ut ibi per exempla declarat Isid. & vt Plin. inquit lib. naturalis historiæ nono. c. 2. complura sunt in aquis animalia, maiora etiā terrestribus, quod ibi comprobatur, & concludit, ut vera fiat vulgi opinio. Quicquid naescitur in parte naturæ vlla, & in in ari esse, præterquā multa, quæ nusquam alibi.

Scendum est, quod multi vtuntur in armis pisibus, vt est primogenitus Franciæ, qui apud nos dicitur Delphinus: & virut in suis armis Delphino azureo, seu cœruleo, in capo aureo, ex quo videretur dicendum, quod ille pisces apud nos sit excellenter ceteris pisibus. De eius excellentia ad Pli. recurre in lib. naturalis historiæ nono. c. 8. vbi amplè commendat Delphinum in celeritate natandi supra omnes pisces, & volucres, in pietate erga partum, cum gestant fœtus in infantea infirmos, quin etiam parentes fœtus adultos diu comitantur, & paruos semper aliquis grādior comitatur, vt custos, conspectique sunt defunctū portantes ne laceretur à beluis. Si quis corū capt⁹ fuerit, ceteri adnatant supplicantum specie capt⁹ reponentes, & maximè laudatur propter amorem quem habet erga hominem, vt per plura, & ultra quinque exempla comprobatur Pli. d. c. 8. de quibus aliquare refert Gellius lib. nocti Atticarum 7. c. 8. & in lib. qui hortus sanitatis dicitur, in tracta. de pisibus. c. 27. Delphinus dicitur frater hominis, quia moribus humanis quodammodo assimilatur. Et solus (vt ait Aristoteles) inter pisces selle ea ret. Hi etiam Simones dicuntur, ad quod nomen vocati accurreretur, vel gaudent hoc nomine vocari, quia a rostrum simum habent. Et musica arte mulcetur. vnde Arionē Citharistā in mari nautis interficere parantib⁹, obtinuit ab illis, vt

prius eithara canceret. Ad cuius cantū Delphiniorum gregib. congregatis, cū in mari se proicebūt, ab uno exceptus est, & ad littus proiectus, ut ample suprà ista par. in si. consi. dictum est.

Sed quod etiā est leo marinus, qui secundum Isido. lib. Etym. 12. tit. de pisibus, circa initium, dicitur à similitudine, terrestris. Et secundum Ambrosum, licet leo terrestris sit terribilis, tamen leo marinus est dulcis, eadem habens dispositionem, & virtutem, sicut in terra, ex quo videatur dicendum illum inter pisces esse excellētiorē.

Sed quicquid sit Cete, seu Balena est maior, & grandior pisibus, qui reperi possit in mari, & est immenſe magnitudinis (teste Isid. in loco ante al. lega.) Ceteris enīm beatis maris altius facit vandas. De cuius natura & excelleptia scribit Pli. lib. 9. c. 6. & in toto illo lib. vide pisceū naturas, quæ sunt diuersæ, & lib. 32. c. vlt. dicit animalium omnium in mari viuentium 166. genera esse, quorū nomina ibi describit seriatim, & loca vbi laudatissimi nascuntur pisces.

Et Textor in sua Offici. in verbo pisces diversi. enumerat 222. & ibi in suo libr. Cornucopiae, in verbo, pisibus. & scribit vrbes & portus pisibus abundantes. & Plinius lib. 10. cap. 45. inquit: Elephantū iusta faciunt, leones jugum subeunt, in mari vituli, torquē pisicum genera mitteunt.

Et de pisibus qui inclinati venire solebant, vide Cælum lib. antiquarum lectionum. 13. ca. 23. circa initium, post Plin. cod. lib. 10. c. 70. vbi ipse Plin. dicit auditum & olsactum esse pisibus. & in ea. sequ. etiam ractū & guttū esse eis communem ait.

De pisibus verò eligibilioribus pro nutrimentu nature humanae scribit decem schola Salern. his versib.

*Lucis, & parca, fax aulus, albica, tenca,*  
*Gornus, plagicia, cum carpa, galbio, truta.*

Et ibi in commento ponuntur utilitates illorū, & conditiones bonorum pisicium.

**O**ctauagesima secunda conside. de excellentia ouorum disponit, quæ etiam præter aues & pisces, quadrupedes patiunt teste Plin. lib. 10. c. 52. & quæ inter comedibilia sunt magis communia & vita hominis, & naturæ utilia. Maxime cū non licet nobis semper vti carnib. obseruantiam nostræ legis, sed certis dieb. oua, lac, & caseū comedimus. De onis idco, q̄: a multum ad sanitatem hominis conueniunt, dicendum est: Cum vicē carnis aliquādo retināt, vt vult Almansor in c. 14. li. 3. Et vt describit Conciliator in differentia 69. Ouū est animal porcū ex ouificatis productū super fluo. de cui⁹ cōplexione vos remitto ad medicos, apud quos multū laudantur & extolluntur, & inter alia oua gallinaceā, & pdicū: quoniam ferē in omnibus vnguentis sive emplastris apponuntur oua: & quarta

quarta pars hominum & vltra, viuit ex oenis. & bene proficit, inter omnia comedibilia oua plus profunt, quam alia quæcumque res de per se quæ sit in mundo. Nam ex oenis nutritiuntur multi & fere tota Europa diebus Veneris & Sabbati, etiam die Mercurij, cum sint magis vsitata ad vitam quam pisces, & alijs diebus comeduntur aut pulli, aut gallinae, seu capones, aut alia quæcumq; volatilia, quæ ex oeo generantur, & omnibus consideratis non temere forte dicetur, quod maior utilitas exouo in mundo prouenit, quam ex mari, saltem circa comedibilia cibaria. Quoniam primo (vt lani pрадixi) ex ouo maior pars hominum natura liter & magis communiter viuit, maxime diebus veneris & sabbati, & alijs ferè semper & frequenter in omnibus cibis, si fiat aliquod condimentum apponitur ouuum, & coeditur ex eo quod ex ouo procreatur, quæ quod prouenit ex mari. Nam comeduntur gallinae, capones, pulli, & cetera huiusmodi ex ouis genita, quæ sunt communiora comedibilia ad vitam hominis necessaria, quam ea quæ proueniant ex mari. Quoniam non utiliter etiam dieb. quib. non comeduntur carnes, viuitur ex præda maris, cū sint multa prouincia, vbi non abundat pisces marini, & in omnib. orbis partib. etiam vbi pisces marini abundant, fēper ouum & plura comedibilia ex eo proueniēta abundant.

Item etiam ferè in omnib. medicinis ad sanitatem hominis facientib. maximè in emplastris, potionib. vnguentis, & pillulis, & clisteris apponuntur oua, aut aliquid de ouis. Præcipue in medicina valet, & est multum laudabilis, vitellus ouipro nutrimento hominis infirmi connalcens, fēnis, & debilis, quod voluit Galen. in 16. therapeutice. c. 5. dicens. Debilis. magis sunt danda vitella ouorum, quod albumen ipſorum difficulte digestibile est propter eius frigiditatem. & viscositatem, vitel la vero sunt in calore & humiditate temperata, & magis humanae complexioni similia, & ideo bene nutrit, & bonum, & temperatuni generat sanguinem. Vnde Isaac in 5. doct. c. 12. dicit: Vitella sunt temperata, & calori naturali viciniora, ideo ad digerendum velociora & faciliora. Maximè si de iunioribus fuerint gallinæ masculos habentib. cum oua huiusmodi volatilium sunt meliora, vt inferius patet.

Dico ergo, vt ad propositum feruit, relinquendo alia medicis, quod laudabilia & electa oua ex duob. indicantur. Primo, quod ex laudabilib. sint animalibus medio crisi atatis, pinguis, etiam à natura, & cum hoc masculum habentium, cuiusmodi sunt oua gallinarū, & perdicū: quia vt ait Rasis in 3. Almanoris. c. 14. Gallinæ & perdicis oua temperata sunt, & plus alii hominib. cōuenientia. Et in 4. finiorum Aphorismorū, oua meliora sunt oua Gallinarum, & earum, quæ cum Gallis viuunt. & ait Isaac in 5. doct. Ouia gallinacea & perdicū temperatoria & laudabilia sunt ceteris. Maximè si

masculum habeant. Vnde Auer. in 5. coll. dicit: Ouia Gallinarum sunt meliora ceteris. Ante quos omnes sapiens Galen. in 3. de alimentis. c. 21. dicit: Meliora oua sunt quæ gallinarum & falconum, peiora, quæ sunt anserum, & struthionum.

Secundo, Ouia ex eo indicantur meliora, sicut recentia: quia, vt dicit Isaac in prima doctrin. Ouia recentia sunt laudabilia, cum calor naturalis eorum sit fortior. & ante eum illud dixerat Gale. in 3. de ali. cap. 21. cum ait: Optima quidem oua sunt, quæ recentissima, pesuina autem, quæ veinstissimæ, autem inter media horum proportionantur distantia, qua distat ab extremitatibus. & malitia, vnde in regimine sanxit. Sal. dicitur.

*Sistimus ouum, molle sit atq; nouum.*

Et ouia recentia enumerantur inter alimenta: Quæ in modica quantitate, sunt multi nutrimenti, vnde in dicto regimine scribitur:

*Oua recentia, vina rubentia, pinguis aura,*

*Cum simila pura, naturæ sunt validitudo.*

Et ad unum singulariter est aduersitatem, quod nec obliuioni tradendum est, quod ouo recenti sumpto debemus sumere haustum vini. vt scribitur in d. re. Sal. hoc versu:

*Singula post oua pocula sume noua.*

Et istud bene practicatum apud nos. Insuper ex diversitate præparationis ororum etiam eis acquiritur bonitas vel malitia. Nam inter oua decora meliora & laudabilia sunt in aqua elixa quæ astata, vt dicit Isaac. in 5. doctrin. cap. 17. oua astata elixis sunt grossiora. & ad digerendum duriora. Cui assentit Haliabas in 5. theorica, capit. 26. dum ait: Competentius autem ouuum quod sumitur est elixatum in aqua, & non multum decoctum ut durum fiat: sed media tantum maturatione decoquatur, quod etiam sorbile vocatur. Hoc namque citius digeritur, & melior est cibus. Ouia tamen in aqua calida fracta & decocta meliora sunt his, quæ cum corticibus elixantur. Vnde ceteris ororum præparationibus sunt laudabilia, & approbata atque saniora, quia in sua naturali custodiuntur humiditate cum aquæ humectatione, sive odoris granitatem amittunt, & subtilitantur. quod tam non omnib. placet, cum quidam plus cum cortice oua elixa desiderant, meliorique cum appetitu astumunt. Et inter hæc decocta quidem sufficienter, hoc est, nec patum decocta seu scimicnda, aut indutata, quæ sorbilia, vel coagulata dicuntur, seu saniora, & omnibus ferè hominibus gratiora, & ceteris laudabilia, teste Almansore, in 3. c. 14. Ouia tremula, quæ neque dura sunt, neque mollia inter illa duo media existunt, & Galeno in 3. alimentorum. c. 21. Optima ouorum ad alimentum sunt quæ tremula, sorbilia. & idem in lib. de Euchymia, ait: Ouia quæ moderate sunt cocta propter q; tremulenta vocantur, meliora sunt alijs & ad digestionem, & ad eucyminam, & diciuntur in regimine sanitatis Salernitanæ in illis versibus:

## D V O D E C I M A P A R S

Nutrit, & impinguat triticū, lac, caseus, &c. quod oua sorbilia corpus humanum nutriunt, & impinguant.

Oua etiā quæ supra carbones siccum sumo, quām quæ sub cineres coquuntur, sunt meliora, ut vult Isaac in d. 5. doct. ca. 17. vbi etiam dicit, quod oua frixa seu patellata cæteris sunt piora. De omnibus te reintro amplius ad doctores in medicina, qui de hac rescriperunt.

Ideo concludo, quod oua inter reliqua visitata cibaria multum commendanda sunt ratione luteæ temperatae complexionis atque conuenientiae ad humanum corpus, & multititudinis nutrimenti: & quod meliora ex ouis, laudabilia, & potius eligenda sunt oua Gallinarum recentia ex doctrina Auctio-  
næ in 2. canonice. c. 535.

Et apud legistas actio furti datur pro uno ouo, vulgato g. gallinatum. vbi glo. in vcrb. qui lucrandianimo. insti. de rer. diuis. & per gl. in l. id est. ff. dc dolo.

Narrat & Cælius lib. antiqu. leet. 14. c. 50. mirabile est in ouo, quod est res tam parva, mundi permixtionem intelligi quandam. Ouum quippe elemētis componi quatuor, ex veterum medicorum assertione tradit. Nam crusta modò circumiectum obductumq; putamen tercæ imagine quadam arcens frigore vim naturæ præfert. Humor autem frigens humectansq; aquam exhibet planè. Sicuti aëreum, quod inest spiritu os, calens humensque. At in meditullio luteum fixum mediocritatem caloris obtinens, & aridioris naturæ, igni compar facile colligitur. Cui calculum adiecerit, & color, an non & globata suffragatur figura? Quid quod inest ouo vitalis vis, veluti & mundo. Et teste Arist. in 6. de animal. Quæ oblonga sunt oua foecimina edunt, quæq; sunt fastigio cacuminata atq; rotundiora, & pars sui acutiore obtusa orbiculum habent, marem gignunt. de quo vide Plin. in lib. 10. c. 52. in fi. vbi, & ait: quæ oblonga sunt oua gravioris esse saponis. vbi & de diversitate teouotum videre poteris. Sed & Cælius in fine d. c. ait. Inter oua Paoninis primatum locum tribuunt pleriq; Chcnalopecijs, id est, Anserinis secundam sibi notam vendicantibus. Tertiæ auctio-  
nij. medicamenta præferunt oua gallinarum, pernicum, & fasianorum, vtante scriptū est. De ouis auium, & corum naturis, scripsit amplè Bartholomæus Anglici in suo 19. libr. de proprietatibus rerum.

Istud & interseram, quod nequaquam relatu indignum est. apud Græcos certur (teste Cælio lib. antiqu. leet. 5. c. 12.) Babylonios venatibus assuetos, vbi in solitudine deprehenderentur, nec cibaria percoquendi esset occasio; cruda oua funda imposta circumactione, vibratione, seu vertigine assida tamdiu rotare consueuisse, donec coquerentur.

Plin. d. lib. 10. c. 50. dicit seruari oua in lomenta

aut hycme in paleis, estate in futurib. utilissimum, & oua aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos transeant. Sale exinaniri creduntur. Ouaverò Velitrarum inter cibos electibiles, & de licatos scribit Textor in sua officina. Nam in Velitræ Volscorum oppido sicut ouorum ingens abundantia.

Mantuanus:

Jam Latij Roman caput, ouiferasq; Velitræ.

Et, ut scribit Palladius de Gallini loquens. Vinaciae, hoc est, grani vix iam pressæ, cito sterile scunt, hordeo semicocto, & parere sepe coguntur, & reddunt oua maiora. Vnde Columella lib. 6. Vinacia quamvis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quib; temporibus anni auis fecerit non edit.

**O**ctuagesima tertia considera. sit de excellentia granorum, seu segetum, quoniam sunt plurimæ, far, filio, triticum, ador, Itali ponunt speltam, & melicam. De excellentiori habeo glo. quæ est. in l. triticum. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod triticum est nomen generale ad omnia blada, seu ad omnes segetes, seu ad omnia id, quod in area teritur. Sed alio modo, ut dicit per excellentiam, frumentum appellatur, sed etiam, ut probat text. in l. 1. C. de Cano. frumentario. lib. II. frumenti appellatione omnia necessaria ad victum continentur. Imò, & quod plus etiam continet, & lupinum, & fabas, cum aristis in se contineat. leg. frugem. g. frumentum. ff. de verb. & rer. signi. & ibi dicit glo. vlt. in fi. quod licet sit quodammodo generale nomen, tamen spiritualiter vulgari sermone dicimus granum frumentum, quod pro sui bonitate cætera excellit. De Melica fit mentio in d. glo. I. De spelta verò, ordeco, & auena in d. gloss. vlt. & de his facit mentionem Textor in sua officina in c. legumina diuersa, & frumenta. vbi Lupinum, & fabam inter leguminas describit, sed tex. in d. l. frugum. in primum ponit inter fruges quod est nomen generale, quoniam comprehendit, & grana & legumina.

Triticum secundum naturæ sui substantialem in primo gradu est calidum, & humidum, & sic in medio. Panis ex eo factus calidior est in secundo gradu, quia calor eius augmentatur à calore ignis, & coctione sicut ordum, & faba. Cum in propria natura secca sunt. si in aqua coquantur humiditatem assumunt. ita dicunt Diocorides, & Isaac, & dicunt quod frumentum habet eius virtutem calidam. Sed dicit Luc. de pen. in l. 1. C. de conditis in horreis publicis. in prin. lib. 5. quod frumentum est propriæ aridum, & siccum, & dicit Diocorides, quod triticum recens ac rufum, id est, aurosum est utilius, de recente seu novo, quod sit utilius satis notatur in d. l. I. C. de conditis in publicis horreis. Et dicit Haliabas in 5. theorica. capit. 15. Triticum omnibus granis laudabilis est, & magis temperantia proximum, ideo factum est conuenientius omnibus granis, & hominum corporibus convenientius.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

376

rentius a claudabilior cibus, & de hoc tritico, & quod sit laudabilis alijs granis, etiam ponit Auerrois in 5. coll. & Galen. in 3. diataram, laudes illius: dum modo sit spissum, graue, & frangi difficile, coloris exterius cerci, interius vero albi, superficie lucidum, & lue. Ex cuius substantia, & medulla, farinam exuberat plurimam, cortex autem, & sursum non in magna quantitate, & etiam hoc tenet Almanor lib. 3. c. 2.

Item, quod sit natum in crassâ, & pingui terra. Ita tenet Isac in 1. doctrina.

Item, & tertio, quod sit nouum, licet Serapio & Dio cordes videantur sentire oppositum, scilicet, quod nō sit multum nouum, neque multum vetustum: sed medium. Ideo dicit Auicenna in 2. canonis. cap. 577. Sit igitur medium in arte, quoniam eius humiditas inter multam & paucam est media, exhausta humiditate accidet alii, quam aeris desiccavit calor. propterea haec species media laudabilior existit, & melior, bene naturâ nutrit, & cito digeritur.

Item, & quarto, q̄ mundum sit à zizania, vel lilio, & cicerulis, & huiusmodi granis illaudabilib. vt dicit Gale. in 3. primi. doct. secunda. c. 7. ideo dicit Auer. in 5. Coll. quod melior carnis est panis factus ex farina tritici in hunc modum, vt sit custoditum à malis accidentib. eidem obuenire valentibus.

Qualis autem panis omnium granorum sit excellentior, scribit Plin. lib. naturalis historiae 18. ca. 7. vbi vide de frugis generibus, & natura. Vbi dicit, quod panis ex frumento est excellētior. Et quatum prouinciarum, seu patriarum frumenta sint excellentiora, Plin. ibi edidit, vbi in ultimum laudat Italicum. Et Textor in officina in Cornu. in litera F. scribit Patrias abundantes frumento, & subliter. P. in verbo Panibus, dicit, q̄ in Scolo Bæotia vico laudatissimi siebat panes, quales forte sunt apud nos in oppido Belnensi, & Cælius. li. 4. siarum antiq. lectionum. c. 35. adducit plurage genera panis.

Et dixi hic antè, quod Panis triticus est excellētior, eligibilior, & laudabilior, intellige dummodo quin q̄ habeat, videlicet, sit conuenienter salitus, ex aqua factus, & ex fermento, in competenti quantitate, vt satis demonstrant medici, videlicet Auer. in 5. Coll. c. de complexionib. ciborum. Isac in prima doct. Galenus in quinta de regimine sanitatis in primo de alimentis. ca. de fermento. Et ad quid sal ponitur in pane scribit Ariosto. in 21. problema. 5. Nec fiat ex oleo, vt dicit Haliabas. 5. Theorica ca. 15.

Secundum, vt pasta benè malaxetur, & domeatur, iuxta dictum Auicennæ in 2. canonis. c. 577. Et Arist. in 21. problem. problemat. 7.

Tertium, quod panes non multum parui sint, nec multū magni, vt dicit Isac in prima doctrina.

Quartum, quod farina optimè pistata sit, vt di-

cit Haliabas. 5. Theor. 5. c. & Gale. in lib. de alimento c. de tritico.

Quintum, quod sit post primum diem, vel secundum, vt dicit Isac in prima doctrina.

Et quomodo panis calidus sit nocivus, videatur Auenzoar in 1. capit. sui Theist. & Rafis. in 21. continet 128. & Auicenna in 2. canonis. c. 577. & dicit Haliabas in 5. Theorica c. 15. quod panis calidus, cum ex camino trahitur, omnibus reliquis peior est, quoniam immoratur eius à stomacho descensus, & sitim prouocat. Et conclusio ad iudicandum bonum panem dicimus cum Auerro in commento 136. cantorum. vbi dicit: Melior . expandit. c. stille. qui sic preparatur, vt similis spongie efficiatur, & equaliter, & temperatè fermentatus & in elibano conuenienter decoctus. Etiam pro hoc fuit sententia Galeni in 1. Therapeuticæ c. 9. & vide quid dicat in 1. de alimento, & de Alchymia. c. 2. Et quinq; conditio optimi panis, & cœlesti scribit schola Salern. in his ver.

*Panis non calidus, nec sit nimis inueteratus,  
Sed fermentatus, oculatus, sit bene coctus,  
Modice salitus, frugibus validus, sit electus.*

Et ibi Arnaldus de Villa nova commentator hasquinque conditiones optimi panis explicat.

De Siligine habetur per eundem Plin. eo. lib. 19. ca. 10. vbi ait, q̄ ex Aphrica siligine dulcissimus panis sit, & ipsa spissior quam far, & maior spica eadem, & ibi etiam vide de alijs speciebus.

Ordeum vero etiam multum laudat Plin. in d. lib. c. 7. in fi. tanquam omnium frugum nobilissimum, & ibi rationes assignat ex pluribus effectib. illius, quos vide.

Licet multi nominent, & ponant orizam, vulgorisum, inter cibaria, tamen credo illud esse ponendum inter grana, & segtes, ex quo seminatur & metitur prout & alia grana. de cuius natura, & effectu scribit Galenus lib. 1. de cibis. ca. deriso. & habetur in pandectis. c. 57.

Et quoniam leges, seu fruges est nomine generale vt dixi, sub quo etiam legumina comprehenduntur, quæ sunt Eruum, Vicia, Cicer, Cicerula, Fabæ, Lentica, Lens, Phæsolus, Pisum, Lupinum, Milium, & Panicum: sed quod istorum sit excellētius, Plin. de his lib. 18. c. 12. naturas scribit, & inter alia Fabam extollit, & dat ei maximū honorem inter legumina. Cum etiam ex Fabæ tentatus sit panis, & farina ex ea appellatur, lomentum aggrauatur q̄ pondus illa, & omni legumine (vn de malodicti sunt illi qui vendunt species, seu aromata, & eum illis apponunt farinā alicuius leguminis) iam vero, & pabulo venalis. Fabæ multiplex vñs omnium quadrupedū generi, præcipue homini. Frumentum etiam miscetur apud plerasq; gētes, & maxime panico solida, ac delicati fracta, & minutæ trita. Et sola frugū est ex ea repletur crescunt luna. & ibi idē Plin. scribit, quando seru debet, & ēt alia legumina, & de eis, & alijs ibi, cū 4. c. seq. vide.

De

## D V O D E C I M A P A R S

De pane autem aliorum granorum dicendum est cum Auer. in coll. quod habet illam virtutem, quam habent illa grana, quæ cum omnia sermè laudabilia sint, & panis ex eis confectus similiter.

De cibis, & diuersis pauib. scribit Textor in sua officina. in c. cibi, & panes diuersi.

**O**ctauagintaquarta consid. de excellentia vi-  
norum disponit, quæ de p[er] se sunt texcellen-  
tiora omnibus alijs rebus habentibus liquorem.  
In primis de laude vini scripsit Plato librū vnū.  
Cælius verò lib. antiq. lectionum 17. c. 64. multum  
laudat vnum ex dictis Aesculapij, & Platonis, & de  
eius utilitate scribit lib. 7. c. 32. & lib. 85. c. 22. & 24.  
cum pluribus alijs. c. illius lib. Plin. verò libro na-  
turalis historia 14. etiā multum laudavit vinum.  
Nā, vt notatur in l. in glo. magna circa medium.  
ff. de periculo, & commido rei venditæ. & in Psal.  
103. Ut educas panem de terra, & vinum lătitiet  
cor houinis. Et Iudie. 9. dicitur: Vinum lătitiet  
Deum & homines. Et de eius sortitudine habetur  
3. Reg. 3. ca. Multi multa vina diuersarū patriarcharum  
laudauerunt, sed inter alia schola Salernit. probat  
illa habentia sequentia:

*Vina probantur odore, sapore, nitore, colore.*

Et subdit:

*Si bona vina cupis, hac quinq[ue] probantur in illis:  
Fortia, formosa, fragrantia, frigida, frisia.*

Et si hac generalia quatuor, & quinq[ue] specialia  
habeat cuius regionis, & patris sint, nō est curan-  
dum. Quoniam de vino, & honiue illud dici com-  
muniter solet, quod cum bonitatem habeat, non  
est de corum origine, & locis querendum, cum  
suum cuique placeat, & si claudet. & quo unq[ue] ca-  
tetur fabula, eadem reperiatur de istis excellētijs vi-  
norum.

Plin. verò dicto lib. 14. c. 1. scribit de vitium na-  
tura, & quibus modis ferant seu extolluntur, & fe-  
cūdo & 3. c. de generibus vitium. c. 4. insignia cul-  
turae vitium. c. 5. de natura vini. c. 6. de generosita-  
te vinorum, & ibi vide de excellentia & nobilitate  
plurium vinorum.

Textor in suis Epithetis sub litera V. in verbo  
vinum & vitibus. post Pliniu[m], Dio[nisius], & plures a-  
lios laudat quāmplurima vina ex plurib. & varijs  
locis, in hunc modum:

Tmolus mons Lydia, teste Plin. libr. 5. optimo  
abundat vino. Vnde Ouid. lib. 4. de Ponto.

*Aphrica quot segetes, quot Tmolus terrar acemos,  
Quot Sicyon bacca, quot parit Hybla fau.*

Item lib. 6. Metamorph.

*Deferueret Nympha vinea Timoli,  
Et sic Poëta superadduti, post.*

Hinc Statius in Thebaide:

*Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga.*

Verisimile credendum est dominos Timole-  
nes, seu Trimolenses propter eius antiquitatem  
nominis antiquitus à prædicto monte Timoleo  
originem habuisse, velā Timoleone duce Corin-

rinthiorum, qui sicut vir clarissimus, omnium iu-  
dicio, & patriam oppressum à Tyranno liberavit,  
vt de eo multa scripsit Plutarch. de quo dixi suprà  
in 1. par. in 38. confide. in 23. conclusione. vnde Lu-  
douicus de Trimolio sequens vestigia predecessorū  
hanc patriam Ducatus Burgundia à Suevis  
oppressam, anno domini 1514. a[ccid]it liberata  
uit, & post eius mortem gloriosam, Eques auratus  
sive nota, hoc est, le chevalier sans reproche, intitula-  
tus est.

Falernus mons, seu regio Campaniæ, vbi colles  
vitiferi optimo abundat vino, Vnde Varro. Quid  
in Italia vt enīle non modo non nascitur, sed et  
iam non egregium nou sit? Quod sar comparandum  
Campano? Quod triticum Apulo? Quod vi-  
num Falerno? Quod Oleum Venafrano?

Vnde Tibullus:

*Nunc mihi fumo's veteris proferte Falernos.*  
Idem.

*Nontib[us] si pretium Campania terra daretur,  
Nontib[us] si Bacchicura Falernus ager.*

Martialis:

*Refinata bibi vina Falerna.*

Mæsticus item mons Campaniæ optimi Vini  
ferax.

Horatius:

*Et qui nec veteris pocula Mæstici.*

Virgil. lib. 7. Aeneid.

*Vertunt felicia Baccho Mæstica.*

Silius lib. 7.

*Mæsticus vñiferis addebat nomina glebis.*

Statius lib. 4. Sylvarum.

*Gauro Mæsticus vñifer remittit.*

Nam Gaurus, mons quoq[ue] Campaniæ vinum  
habuit laudatissimum.

Aulon, mons Calabriæ contra Terentinam re-  
gionem optimo nobilitatur vino.

Martialis:

*Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon,*

*Det pretio latib[us] velleras, vnamibi.*

Horatius:

*Et anticus Culen, fertilis Baccho nimium,*

*Faleris inuidet vnius.*

Commandantur & vinum Lesbiū à Lesbo in  
fula in Aegeo.

Propertius lib. 1.

*Lesbia Mentore vina bibas opere.*

Paphilus.

*Se vñlam reddet, vñlam se Bacchia Lesbos.*

Horatius:

*Hic innocentis pocula Lesbi duces sub umbra.*

Aristoteles (vt scribit Aulus Gellius. lib. 13. c. 5.)  
ægrotans, gustato vino Rhodio, inquit, firmum  
hcrele vinum, & iucundum. degustato inde Les-  
bio, vtrumq[ue] (inquit) oppido bonum, sed suauius  
Lesbiū.

Et sic Rhodium vinum inter bona vina enu-  
meratur.

Methy-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

377

- Methymna, ciuitas fuit in Lesbo Insula vini bonitate nobilis.
- Pamphilus:  
*Lesbia pampineos spargit Methymna racemos.*
- Ouidius:  
*Gargara quo segetes, quo habet Methymna racemos.*
- Cecubum, oppidum Campaniae commendat etiam vini bonitas.
- Martialis:  
*Cecuba Fundani generosa coquuntur amici.*  
 Idem lib. 6.  
*Cecuba non solis vindemia nutriat orbes.*
- Horatius:  
*Cecubam, & pralo domitam Caleno tu bipes vuam.*  
 Nam fuit in Caleno urbe Campaniae vinum generosum.
- Iuuenalis.  
*Qua molle Calenum*  
*Porreclura viro mites sifiente rubetam.*
- Formiae, vrbs Latina huxta Caietam, antiqua Leptrygonum sedes fuit, nobilis vino.
- Horatius:  
*Meane Falerna*  
*Temperent vites, neq; Formiani pocula colles.*
- Seria, vrbs Campaniae superbit etiam vini nobilitate.
- Martialis lib. 4.  
*Tu Setina quidem semper, vel Majifica ponis.*  
 Idem in Xeniis:  
*Pendula pampineos que spectat Setia campos,*  
*Exigua vetulos misit ab urbe cados.*
- Pamphilus.  
*Spargit Campanis Sicia clara iugis.*
- De Surrhento Campaniae oppido Sirenum quondam sede.
- Martialis:  
*Surrhentina bibis, nec Myrrhina pittas, nec aurum,*  
*Sume, dabunt radices haec tibi vinis suos.*
- De isto vino Surrentino, facit mentionem Proculus Iureconsultus in l. fin. quae incipit, qui vinum Surrhentium, ff de tritico, vino, & oleo legato.
- Habuit & prædulces vuas Alba vrbs Italiae.
- Martialis.  
*Hoc de Cesareis mitis vindemia acellis*  
*Mittit Iuleo que fibi monte placet.*
- Fundanum etiam commendatur à Fundis oppido Campaniae.
- Martialis:  
*Hec Fundana tulit felix Autumnus opimi.*
- Messana vrbs Sicilia, à Mamertinis Campaniae populis habitata optimum ferebat vinum.
- Martialis:  
*Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta*  
*Si datur, quodvis nomen habere potest.*
- Vnde Plin. d.lib. 14. c. 6. dicit, quartum curiculum obtinuere publicis epulis à dno. Augusto Mamertina circa Messanam in Sicilia genita.
- Chios, insula maris Aegei, & Aruissium in ea
- promontorium, laudantur vini præstantia.
- Sylius lib. 7.  
*Et ambrosijs Aruissæ pocula fuccis.*
- Veientum Etrurie oppidum.
- Horatius:  
*Qui Vientanum festis potare diebus.*  
 Martialis lib. 2.  
*Veientanuam si domat vuas tim.*
- Aminei, populi fuerunt, vbi nunc est Falernus, quorum regio Aminea dicebatur vini feracissima.
- Virg. lib. 2. Georg.  
*Sunt & Amineæ vicos firmissimavina.*
- De isto etiam vino Amineo, facit mentionem tex. in l. qui vinum. §. fin. ff. de tritico, vino, & oleo legato.
- Thas? insula maris Aegei vini habuit laudabile.
- Virgil. lib. 2. Georg.  
*Sunt Thasiæ vites sunt & Mareotides alba.*
- Marcotis pars Aegypti itidem.
- Horatius:  
*Montenp. limphatam Mareoticu*  
*Redegit in veros timores.*
- Statius lib. 3. Sylvularum.  
*Sparsit Tyrrheue Marcotica vina Minerua.*
- Hocvnum durat in longam vetustatem.
- Naxos similiter insula maris Aegei à fertilitate vini Dionysia dicta est. Vnde Pontanus vitigenam eam appellat, dicens:
- Hanc post vitigena spaciamentem littora Naxi*  
*Baccicam.*
- Statius libr. 4. Achillis.  
*Lemnos, & a tergo decrescit Baccica Naxos.*
- Maronea, vrbs Ciconum laudata est viho, quo Vlysses inebriauit Polyphemum.
- Tibullus.  
*Vida Marone fædatus lumina Baccho.*
- Methone, quoq; vrbs in Thracia nomē habuit à vini copia.
- Nam methyn Græci ebrietatem vocant.
- Tarraco, in Hispania etiam vino claruit.
- Sylius lib. 3.  
*Dat Tarraco ritifer a piib; & Latio tantum cesura Lyæo.*
- Vina apud Græcos celebrata fuere, Prannum Cereri sacrum, Chium, Thasium, Lesbium, Creticum. & apud Syracusanos Polium, Coum denique, & Rhodium. Celebrantur, & alia pleraq; loca, vini bonitate, quæ omnia longum esset recensere, vt ait Teitor: propter easum matim subiicit, quod in compendium redagit, ex dictis Pli. in lib. 14. c. 6. ante alleg. & vt inquit ibi Plin. Aug. Setinum prætulit cunctis. Antea Cecubo etiam genitos in palustrib. populatis. Secunda nobilitas, agro Falerno erat. Nascitur in summis collib. Gauranum, medij Faustianum, iunis Falernum, Albanæ vuæ sunt prædulces. Surrentina, in vineis tantum nascuntur, conualecentib. maximè probata, propter

CCcc pter

## D V O D E C I M A P A R S

pter tenuitatem, salubritatemque. Nam quæ spissæ sunt, non adeo profundit morbis: Et sicut subtile vinum multos spiritus procreat, atq; subtile, ita grossum grossos, unde schola Salernitana dicit:

*Gignit & humores melius vinum meliores,  
Si fuerit nigrum, corpus reddit tibi pigrum.  
Vinum sit clarumq; rectus, subtile, maturum.  
At bene limphatū, saliens, moderamine sumptum.*

Dicit Galenus, vinum Palmum, siccum album, esse melioris saporis, & odoris quam cetera vina. Surrentino idcirco medici nobilitatem dabant. Certant Massica æquè, ex monte Gaurano. Propontur Calena, & que in vineis arbustisq; nascentur Fundana. Augustus probauit Mamertina, circa Messenæ Siciliæ genita. Potulana ab autore dicta etiam laudantur. Rhetica Falerni tantum posthabentur à Virgilio. Etruriae palmam Luna habet. Liguriæ, Genua inter Pyreneum, Alpesq; Massilia. Hispaniarum Lusitanæ copia nobilitantur. Elegantia verò Tarroconensia, atque Laurenæ. & Balearica ex insulis Ialis primis conferuntur. In summa, ut tandem concludit Textor) gloria fuere Thasium Chiumq; ex Chio, quod Arui- sium vocant. Irem Lesbium, quod sponte naturæ suæ mare sapit. Gratia est & Clazomenio.

Sunt & plura alia, de quibus Plin. in d.ca.7.tec-tatus in quibusdam per Textorem, qui non est cōtentus de veteribus, qui nihil scriperunt de excellentiâ, gloria & nobilitate vinorum Galliæ, ne alienæ gentis gloria, suam ipsi deprimerent. Existimabant enim (vt ait) fuliginem, & tenebras suis inductum iri, si de nostraibus verba facerent. Sciebant enim terram Gallicam populi virtute omnium præstantissimam, vini quoq; gloria non esse inferiorem, imò & feliciorem multo. Propterea, hoc velut connuentes prætermisserunt, cum tamen sit in confesso Belnēsibus, Aurelianis, Andagauenibus, Parrhisinis, & plerisque alijs meliora non reperi, etiā si peregrina, & exotica omnia conferre libeat.

Qui enim in toto orbe reperiunt meliora vina Belnēsibus audaculè, aut temerè fortè aslerere præsumeret: cum (vt clarum est) ad omnes partes mundi veheant propter eorum excellentiam, vt norunt etiam exteræ nationes, Angli, Flandrenses, & aliæ pro eorū singularitate, & quorum bonitas omnes vinorum bonitas superat. Sunt enim fortia, formosa, fragrantia, frisia, in odorib. fumantia, in sapore delectabilia, & suauia, in nitore, limpidissima, in colore clarissima, & nō spissa: & hæc sunt signa ad probationem boni vini. unde Arnaldus de Villa noua commento suo super illis versibus. Gignit & humores melius vinum meliores, &c. ante allegatis, dicit quid vinum Belnense est electum in poru, & vitilissimum senibus, cum exhibaret, & melancholias reprimat.

Idem tamē Textor, nefcio quarationem motus, nisi ad blandimentum alterius in dictis suis Epis-

theris in litera F. sub verbo, tructibus. nixus est laudare vina Viuaresia iuxta Rhodanum, quæ dicte esse laudatissima, omniumque laudibus nemine reclamante longis interallis anteferenda: Sed parcat mihi, quoniam suæ assertioni non assentiam, cum sit plusquam notorium, & manifestissimum notarietate facti permanentis, quod vina Belnēsia excedunt alia vina bonitate, fortitudine, & formositate, & omni alia excellenia, & nobilitate, quæ vinis dari aut attribui potest. Er scias lector candide, quod nunquam eorum excellentia, laudis, gloria, & nobilitatis amiserunt: nisi interdum inter ignorantes bonitatem illorum, aut obliuios, ex contumacia illorum, sed si interfuerint, & adsint, & fiat altercatio cum ceteris, nunquam in omnibus de illis ad alia est dabis comparatio, sicut nec de Christo ad Belial, & in hoc non est dubium. Er licet sint alia bona vina in parria Burgun. vt Cabilon. Diuio. & pleraque alia in diuersis locis genita: super omnibus tamen vimum Belnense extollendum: & de his sunt versus vulg.

*Vinum Belnense super omnia vina recente,  
Arbofum repeate svis dormire quiete.*

Propter eius dulcedinem, quum ibi crescant vi-na alba dulcissima, & optima & sequitur:

*De Castro Caroli melius perquirerenoli.*

Et cum potio vini sit communis omnibus nationibus & utilissima, ideo prefertur omnibus alijs, etiam Pyratio, quo d ex pyris fit, vt in Normannia, de quo meminit Textor in sua officina, vbi scribit potionis diuerfas sub illo titulo, quæ sunt sequentes: Amystis, Oxatme, Oxyfaron, Promulsis, Pyratium, Bua, Zythum, Celia, Cerea, Ceruisia quæ sit in Flaudria, Ptisaua, & Sabaea.

Sed quæteres forsitan, quod est excellentius & conuenientius colono & rustico, habere vites, pratum, arserere grana. Columella in suo opere agricolationum laudat & extollit & pratum & satiationem vinearum: & feminationem, seu prato & pascuum possessionem. Et, vt etiam dicit, de arbusculo in re aurores nō exigua pugna fuit. Pratum laudat Fran. Patricius de inst. Recip. libr. 7.c.5.vbi ait: quod Cato multas de Prato assert laudes, quod nulla vel minima admodum impensa indigat, quod paruo labore seruetur, quod nullis tempestibus obnoxium, quod singulis annis, & pabulo, & sceno fructum reddit, pratu cum exolescit seriusq; herbam emitit, frumenti causa excolitur, vt dicit rex. ab Vlp. Iurecons. conditus in l. pratum. ff. de verb. & rer. sign. Pratu ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum, scilicet, ut ibi dicit gl. sine femine.

Sed quicquid sit, idē Columella loco ante alle. lib.4.c.3. in disputatione quam facit an vineæ sint habendæ, & an patremfamilias locupletent: sed vt dicit, vberimus est reddiis vinearum, & omittendo veterem illam fœlicitatem aruorum, quibus

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

378

quibus & ante iam Cato Marcus, & mox Varro Teren. prodidit. Singula iugera vinearum sexcentas vrnas vni præbniſſe. Id enim maximè affiruerat Varro in 1. libr. rerum rusticarum. Nec vna regionum prouenire solitum, verum & in Fauentino agro, & in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur, vbi est vrbis Sena, Vrbinnm, Ancona, & plures alia. His certè temporibus. & Nomentana regio (qua non procul ab urbe Roma distat) celeberrima fama est illuſtris, & præcipue quam possideret Seneca vir excellentis ingenij atque doctrinæ, cuius in prædiis vinearū iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; compertum est. Nam (vt dicit) illa videtur prodigaliter in nostris Ceretanis (hoc est in Umbria, que nunc Ducatus Spoletinus dicitur) accidisse, vt aliqua viris apud te excederet vuarum numerum duorū milium, vt apud eum (vt ait) octingentæ stirpes in sitz intra biennium septenos culeos peræquarent, ut primæ vineæ centenos Amphoras iugeratim præberent, cum prata & pascua & sylva centenos sextertios singula iugera efficiant, optimè domino consule re videantur. Nam frumenta maiore quidem parte Italæ, quando cum quarto responderint, vix meministis possimus, & sic in hoc videtur Columella concludere pro vitibus: Sedibi per eum vide, quare hodie vileſunt, & quod nullus vel iniſtissimus vinearum locus nō maiorem quam stum redderet, quam acceperit impensam. Et de laude agriculturæ fatis scripsi in præcedenti parte, in 36. confide. Et post Columellam Leonardus Portius lib. 2. de ponderibus & mensuris culturam vinearum quæ ſtuſiſſimam demonstrant, secundum computationem per eum ibi factam, quam breuitatis cauſa omitti: Et ibi concludit, culturam vinarum ex vino & plantis nō ſolum modicioris, sed cuiuslibet, quæ ſtuſiſſimam mercaturæ redditus excedere, & honestissimo & quietissimo fructu. eam exercentes diteſcere. & dixi remiſſiū in commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundia, in rub. des inſtices, in glo. & droſt. versi. additio, num. 39.

**O**ctauagesima quinta confidit. fit de excellentia aliorum carnium ad alias. Nam Galenus 8. de sanitati ratione suillam carnem cateris laudabiliorē facit. Sed & Princeps Auicenna 2. canone. c. de ſanguine, humanum ſuilluñq; ſanguinem, in omnibus exactam habere similitudinem ſcribit. Quin eadē quoque carnis rationem tradit. Adco ut impuriores quidam (teſte Cælio li. antiq. leſt. 13. c. 56. post eundem) pro ſuilla humanam diſtrahere ſibi licetius permisérunt: quod facinus diu perrexit in pueritiae, donec digiti hominis intermixti forte conſpecti ad ſupplicij diri- tatem, etiā ſi ſeram, aut ores protaxeris. Auerrois V. coll. ex Auicennæ placitis porcinam carnem cateris præferendam omnibus statuit, velut in ho- minibus natura cognatiorem.

Commentator verò Regiminis Salernitanus, ſci- licet Arnaldus de Villanova ſuper illis versibus: Persica, Pouna, Pyra, &c. dicit, circa elec̄tionem car- niū animalium quadrupedum controverſiam eſſe inter Medicos. Quidam enim dicunt carnes porcinas eſſe meliores, & laudabiliores, vt Galen- nus, & quidaū alijs vbi dicitur eſt. Alij verò dicunt, carnes hædinas eſſe meliores, ſicut Rasis, Auicenna, Auerrois, licet Auerrois 5. coll. imponat Auicenna, & dixerit carnes porcinas eſſe meliores: vt hic ante allegatum eſt. quod tamen (vt dicit idem cōmentator vbi ſuprā) non dicit authoritate propria, ſed authoritate Christianorum. Alij verò vi- tulinas laudant præ alijs carnibus. Et ſcribit, quod laus, elec̄tio, ſeu incleritas Carnium animalium quadrupedum multifariam attendi potest.

Primo ex parte maioris nutrimenti, & irrefolu- bilioris & carnib. humanis ſimilioris, & iſto modo caro porcina ceteris eſt melior & laudabiliors. Tum primò propter maximā ſimilitudinē cum carnibus humanis, autore Galen. 3. alim. vbi ait. Porcinæ autem carnis ſimilitudinē ad homines addiſcere eſt ex eo, quod quidam comedenter humanas carnes vt porcinas, nullam ſuſpicionem habentes ſecundum gulfum ipſarum & odorem. Et Auic. 2. cano. c. de ſanguine ante allegato. Tum ſecundò, quia caro porcina valde nutritiua eſt. Nam dicit Gal. 3. alim. Omnia eduliorum, caro porcorum maximè eſt nutritiua. & eod. lib. porcorum carne nullum alium amplioris nutrimenti habere bis ſumere. vnde in regimine Salernita ſcribuntur iſta:

*Nutrie & impinguat triticum, lac, caseus, infans.*

Teſticuli, porcina caro, &c. Tum tertio, quia ge- nerat alimentum ſtabile fortiter & refiſtent ſolutio- ni: & ita ſentire videtur Gal. 8. de ingeniō. vbi ait. Ceteris carnibus porcina eſt laudabiliors, ſi porcus montana incoluerit, poft porcū, hædus. Et ſimi- liter in quinta therapeuta, vbi dicit, Quadrupedum caro laudabiliors eſt porcina in calore & hu- miditate temperata, eiufque cibus plurimus ſanguis ab ea generatus omni melior eſt ſanguine. Quod intellige, teſte eodem Arnaldo, de carne porcorum non antiquorum, quia eorum caro in- digestibilis eſt, nec minus inueniunt ſiuē laetentium: quia caro eorum humidissima, ſed etate me- diocriū: puta vnuis anni vel duorum, etiam caſtratorum, ram domesticorū, quām filueſtrium. Opinatur tamen ipſe Arnaldus, quod porci filueſtres ſunt domesticis meliores, quia carnes porco- rum domesticorum ſunt plus debito viſcosiores & humidiores. Ideo ſi aliquantulum ſaliuntur, an- tequam comedantur, obtemperatur corum viſcoſitas. Vnde dicitur in dicto regimine Salernitano, quod caro porcina ſine vino, minus ſana eſt ouia, vt his versibus deponitur.

*Eſt caro porcina ſine vino peior ouia.  
Sitribus vina, tunc eſt cibus & medicina.*

CCC 2 Quod

## D V O D E C I M A P A R S

Quod tamē innuit esse verum de carnibus porcellorum assatorum, quia carnes porcinę quibus rustici communiter vtuntur, quando videlicet fuit salsa, vel sole, vel fumo exiccatę, quas Baconem vocant, nullo modo saniores sunt carnib. quinis cateris paribus. Et de carnibus porci siluestris siue apri dicit Auicen. 2. can. c. de carne. Christiani verò dixerūt & qui eos imitantur, quod melior Caro siluestris, est Caro porci siluestris siue ferri. Nam cum hocquòd est leuior carnibus domesticis porei, est fortis nutrimenti, & plurimi: & est velocis digestionis, & est melior in hyeme.

Ex quo constat carnes porcinas multum laudabiles esse corporibus iuuenibus, sanis, fortibus, laboranibus, non dispositis ad opilationes, & his, qui impinguari queruntur, quia talia corpora indigent maximo nutrimento & difficultimè resolutibili. Ideo dicit Rasis tertio Almantoris. capit. de virtute carnium. Caro grossa, multum laborantibus conueniens est: subtilis verò his, qui prædictis sunt contrarij conuenit. Et idem vult Auicenna tertia primi cap. de regime eius quod comeditur, dicens: Exercitati præterea & multi laboris, magis sunt tolerantes nutrimenti grossa. Quomodo tamen prohibitū fuit filiis Israël, ne comedenter carnem suillam, scribitur Leuit. 11. vbi ponuntur animalia immunda ad esum, tam quadrupedia, aues, pisces, quod noua lege non obseruamus.

Alio & secundo modo consideratur melioritas, laus, seu electio carnium ex parte temperata complexonis earum, facilis digestionis, & sanguinis ex ipsis generati temperantia, vt illa caro dicatur melior & laudabilior, que temperata est complexionis, facilis digestionis, sanguinem generans temperatum in caliditate & frigiditate, subtilitate & grossissi. Et isto modo caro hædina est melior & laudabilior cæteris, vt vult Rasis, Auicenna, & Auerrois. Nam dicit Rasis terrio Almansoris. capit. de animalibus siluestribus & domesticis. Hædina caro est temperata, nullain sc habens malitia admixtionem, qua licet temperatum generet sanguinem, laborantibus tamen non congruit, cui nulla alia caro præferenda est. Et licet virtus ex ea minuatur, tamen eius nutrimentum non est grossum & malum, sic, quod ex eo proueniat repletio, & grossus generetur sanguis. Nam sanguis ex ea generatus inter subtilem & grossum, ac inter calidum & frigidum existit. Ideo iuuenibus temperatis, exercitio mediocri vrentibus conuenit, quia ista caro generat sanguinem fortis exercitio, aut labore facile resolubilem, licet non medio cri exercitio.

Et sicut hoc respectu, caro hædina inter carnes domesticas, ita caro capreoli, inter carnes silvestres, est melior & laudabilior. Et postquam carnem hædinam, plures medici, vt Rasis & Auer.

ponunt carnem arietinam, saltem annalem, & dicit Auerrois quinta coll. cap. de carne. quod hac est opinio maioris partis medicorum, præter Galenum, qui abominatur carnis arietum. Et videtur sibi, quod caro vitulorum est melioris nutritienti quam arietum, ex eo forte, quod est plurimi nutriti, & nutritmentum dat magis irrefsolubile, quod magis videretur cœnire carnis vitulinis quam arietinis. cum arietina magis humida sint, vnde in dicto regimine Salernitanō dicitur:

*Sunt nutritiū multum carnes vitulinae.*

Tertio modo, attenditur laus & melioritas carnum ex parte minoris viscositatis, & melioris odoris earum: & sic carnes vitulinae sunt meliores cæteris carnibus: quia vt innuit Auer. quinto. coll. c. de carne. dicens, quod tales carnes vitulinae sunt bona: quia non habent villam viscositatem, frigiditatem, & siccitatem quam habent carnes bouinae vetrices: & carnes eorum sunt magis odore ræ alijs carnibus: & in hoc meliores & laudabiliores sunt carnibus hædinis, quia in carnis hædorum apparat quædam mucillago, id est, viscositas antequam coquantur. Etiam Galenus 3. alimentorum, summè laudat carnes vitulinæ, vbi vult, quod carnes vituli lactis sex hebdomadarum vel octo assatæ, saniores sunt mutonis. Facilis enim digestionis, & multum nutritiū sunt, vt dictum est. Carnes tamen hædinæ, meliores sunt vitulinis: quia meliores generant humores, vt prædictum est.

De laude vētō carnium volatilium, taetum est hic antr, in dicitur. Plin. lib. ii. cap. 41. laudat Calcos ex latte animalium binas mammas habentium vltra alios. Et ibi cap. 42. laudat caseos Nemauses in lingua Oecitana, Nymcas in vulgari, vbi dicit, quod Romæ vbi omnium gentium bona indicantur, vltra alios laudem obtinuerunt. & ibi etiam plures alios caseos comimēdat; & apud Vestinos Italiae populos, apud quos laudissimi sibant casei, & vt ait Textor in suo Cornucopia libro, in verbo, caseis, & iato quidem pretio, vt carni loco haberi possent. Vnde de his Martialis:

*Si sine fruge voles ientacula sumere frugi,  
Hæc tibi Vestino de grege massa venti.*

Lunæ viris Hetruriæ calcos commendat Martialis Apophoretis dicens.

*Caseus Hetrusca signatus imagine Lunæ,  
Præstabit pueris prandia mille tuis.*

Lunensem caseum dicit Plinius magnitudine conspicuum, quippe & ad singula millia pondo premitur.

In Tre-

# CATALOGI GLORIAE MVNDI

379

In Trebula agri Reatini oppido casei itidem  
siebant optimi, vnde Martialis:

*Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,*

*Sive lœvi flamma, sive domatur aqua.*

Panthaleon de Confluentia Doctor in Medici-  
na fecit tractatum summae lacticiniorum sive de  
laude caseorum, & in tract. 2. eiusdem, laudat plu-  
res caseos.

Primò Florentinos, sic dictos, quia in territo-  
riis Florentinorum componuntur, & sunt delica-  
ti, & portantur ad partes bene remotas, sunt ex-  
eis dona, tanquam de rebus sat is preciosis, & sunt  
grossi in quantitate notabili, & sunt valde mundi  
transfluentes in colore ceræ citrinæ, cum sunt in  
estate perfecta, scilicet, vnius anni vel circa, & con-  
seruant eos in oleo bono oliuarium, & aliqui in  
pinguedine Porci.

In secundo c. dicit caseos Placentinos esse famo-  
bos, præcedere in bonitate Parientes, Mediola-  
nenses, Papienses, Nouarienses, Vercellenses, &  
Pedemontanos, licet consimiles siant: quia iuxta  
Placentiam omnium pecorum pascua bona abū-  
dant, & sunt grossi & lati pondere aliquando ce-  
nitum librarium & plus, communiter tamē 55. libraru-  
m, vel circa, & sunt fapidæ & boni, maximè qui  
sunt tempore veris & mediocriter antiquitati, pu-  
ta trium vel quatuor annorum, & hoc secundum  
iporum magnitudinem, & sunt mirabilis pulchri-  
tudinis, in qua serè onines caseos excedunt. Nam  
eos ita mundos conseruant, ut in ipsorum cortice  
nulla prorsus immundities videatur, visitant e-  
ciam eos persæpe inmundando corticem, & manib.  
tractando ac fricando, vt ab omni immundicie  
spolientur.

In tertio cap. scribit, caseos, qui sunt in Marchio  
natu Montiserrati, & dicuntur Robiola, & sunt  
parui vnius libræ vel circa, rotundi, & sunt satis pre-  
ciosi, & meliores, sunt in cortice mundi & translu-  
centes. Et in 4. c. vsque ad 8. c. tractat de multis ca-  
seis plurium vallium in Sabaudia sitarum, &  
tam citta montes quam vltra montes, qui cum  
non sunt famosi apud nos, de his ad eum vos re-  
mitto.

In nono c. laudantur casei Brisia, quæ est pars  
Allobrogum & Burgundia, & isti sunt casei, qui  
etiam à non nullis vocantur capita mortuorum, seu  
monachorum, & sunt delicatissimi & gustu suau-  
tes. Exponunt enim igni cum quodam instrumen-  
to serro ipsos continent, & siue liquefiunt  
superponunt crustis panis assati aliqualiter, & ve-  
re est cibus placidus appetitus, & vehetur ad par-  
tes longe distantes, imò vsque ad Romanum, & in-  
ter caseos habentur preciosi.

Adde, quod propter Diuionem in pago vulgo  
dicto Eutigny sunt per annum casei laudabiles, &  
optimi, qui recentes, solent comediri cū sunt sua-  
pes & pingues, licet parui siant.

Item in c. 10. laudantur casei Craponæ in Auer-

nia, habent conuenientiam cum caseis Brisia, tā  
in sapore, quām in forma, nam sunt rotundi & ob-  
longi, parui in pondere duarum aut trium libra-  
rum, & sunt valde boni saporis, & funduntur ad  
ignem.

Et in c. n. inter cæteros caseos Gallicos, licet in  
multis partibus siant casei boni, maximè tamen  
in Torenæ in loco de Breamunt, vbi optimi & ex-  
cellentes inter alios caseos illi⁹ patriæ cōponuntur.  
Intota tamen Gallia casei de Bria excellentissi. ha-  
bentur, qua regio non multum distat à ciuitate  
Parisienſi, nam boni sunt nō multum duræ dige-  
stionis, cum satis sint aërij, quod ex facilitate li-  
quesfactionis ad ignem ostenditur. Nec etiam in  
his est magna vīcositas, quia non filant, sed fun-  
duntur quasi sicut butirum, & cum non sunt mul-  
tum noui, habent colorē ceræ citrinæ, & tūc di-  
cuntur perfecti, & meliores existunt.

Ibi etiam laudantur casei facti in patria Bituri-  
censi, cum sunt boni licet parui non spissi & mira-  
biliter pingues. Tum denique in ca. 12. celebratur  
casei Anglii, qui tam in pulchritudine quam bo-  
nitate sunt commendabiles. Nam habent corti-  
cem mundum, & boni sunt diaphani sive translu-  
centes: & in ipsis sunt impressiones literarum, a-  
nimallum, florarum, & huiusmodi. Non sunt spis-  
si, & minus in medio quam in circumferentia, &  
satis assimilantur Placentinis, & in calore & in fa-  
pore, sed nō sunt ita magni nec spissi, nec sunt mul-  
tum vīcosi, portantur ad partes lōginqwas in ma-  
gna copia.

Sed an caseus recens aut vetus magis fit lauda-  
bilio & eligibilio, vide in Regimine Salernita-  
no, & ibi per Arnaldum de Villanova super illis  
versib.

*Perfida, poma, pyra, lac, caseus, & caro salsa, &c.*

Et super illis:

*Nutrit & impinguat triticum, lac, caseus infans, &c.*

Et per eundem Pantaleonem in d. tracta. 3. vbi  
scribit amplè, quibus complexionibus conueniār  
casei, & quibus disconueniār, vbi concludūr in-  
sequendo commune dicitum:

*Caseus est Janus, quem dat auara manus.*

Etin Regimine Salernitano dicitur:

*Caseus, anguilla nimis obſint si comedantur,*

*Nituſape bibas, & rebibendo bibas.*

Luc de Pen. in l. iubemus. C. de erg. milita. an  
nona. lib. scribit multiplices casei vtilitates, addu-  
cens versus quos not. Arc. in c. deniq;. dist. 4. quib.  
caseus seipsum commendat, & dicit quas confe-  
ratur vtilitates: & sunt sequentes, quorum quatuor  
scribuntur in Regimine Salernitano:

*Ignari medici me dicunt esse nocium,*

*Sed tamen ignorantur cur documenta feram.*

*Expertis reor effera tum, qua commoditate*

*Languenti stomacho caseus addit opem.*

*Caseus ante cibum confert, si defluerat aliud;*

*Si confitetur, terminat ille dapes.*

## D V O D E C I M A P A R S

*Ad fundum stomachi dum sumpta cibaria trudit,  
Vim digestuan non minus ille innat.  
Si stomachus languet, vel si minus appetit ille,  
Fit gratus stomacho conciliansq; cibum.*

**O**ctuagesima septima confid. sit de oleis & excellentia aliorum. Nam repert portento sa hominum luxurias in oleo voluptate, quo pleisque ad nitore cutis, alijs ad consummandas corporis vires se perunxerunt. Etiam multa olea facta adiuuenta sunt ad medicamenta utilia, vt de eis meminit Pli. lib. naturalis historie 15. cap. 7. & memoratur etiam Jo. Mesue in tracta. de oleis. & Arnaldus de Villanova in suo Antidotario in ca. de oleis. vbi 21. species oleorum, & corum virtutes scribit: sed illa sunt olea temporalia. Sed tria sunt alia olea, quae sunt spiritualia.

Primum dicitur sanctum Christum, & istud est principale quod fit ex oleo, & balsamo, & cu isto benedicuntur omnes fontes Baptisinales, & calix & patena, & consecratur Ecclesia & Altare, & puer baptizatus consecratur in fronte. Alias confirmuntur, & inunguntur Episcopi in capite & naribus, quandocumque consecrantur, & omnes Fideles, quando recipiunt Sacramentum confirmationis.

Secundum dicitur Catechuminorum sive oleum sanctum benedictum: Et de isto vngitur puer dum baptizatur in pectore, & inter scapulas, & inunguntur manus eius qui ordinatur Sacerdos, & inunguntur tam Ecclesia quam Altare ante consecrationem, & Reges & Principes in sinu & humero.

Tertium est oleum infirmorum, quo innunguntur existentes in mortis articulo, de quibus habetur per canonistas in ca. vnico. de sacraunctione, extra c. generali. circa s. 16. q. 1. & c. si baptizata. de conf. dist. 4. De isto oleo infirmorum habetur lacob. 5. Si quis infirmatur ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum; vngentes eum in nomine domini, vt habetur in ca. sigs. 3. q. 1. per Ioannem de Turcrem.

Et cum haec tria olea fiant ex oleo oliuæ, & fieri debeant cum sit propriè oleum, quod ex oliuæ seu olea fit. vt dicit lo. de Turrecre. in c. Presbyteros. §. olco. dist. 95. & omnia alia fiant ad similitudinem illius. Ideo in naturalibus oleis excellenti? dicitur esse oleum oliuæ. Cum sit Analogum, & per se possum, est generalius, & stat in suo famosiori significato. Er. vt refert Caius libr. antiquarum lectio. 3. c. 20. Naturæ prouidentia liquores duos humanis corporib? gratissimos contribuit, intus vini, foris olei, sed vetustas tardium oleo assert: non item vt vino, teste Plinio lib. 15. c. 2. Cuius naturæ copotestas est corpus tepefacere, ac contra algores munire, & eidem fernores capitum refrigerare: teste cod. Plin. ibi cap. 4. & memorabile est, vt ait Cælius loco ante cirato: quod scribit Pli. lib. 12. c. 1. Alpibus coercitas & tam inexuperabili

mumento Gallias hanc primum habuisse causam superfundendi sepe Italia, quod Helico ex Helutijs cuius eorum fabrilem ob artem Romæ comoratus siccam & vuam oleique ac vini pmissa remeans secum tulisset. Oleum item ex oliuis maturis sumptum si sit recte, calefacit calefactione temperata, & chumefact. Omnes tamen olei species sunt lenientis corpus: & prohibet aduentum frigoris à corpore, & faciunt ipsum habilem ad motum, molliunt ventrem, & debilitant virtutem medicinatum vulnerantem. Et datur in potu contra medicinas mortificas, vt euomatatur cum eis: & qui remollire certum cupiunt, oleo tingunt, atque obdurefacere, in aquam mergunt.

Textor in sua officina. in verbo, oleo & oliuis. refert plura loca oleis abundantia & nobilitate: Sed Venastrum Campanie oppidum pricipuum olei laudem meavit. vnde Plin. lib. 15. c. 2. inquit. & vulgo principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venastrano, cuiusque parte quæ Licinianum fundit oleum: vnde & Licinia gloria pricipua oliuæ. Vnguentum hanc palmani dedere accommodato ipsi odore, dedit ei palatum delicatiore tententia. Et Columella li. 6. Oleum optimum Licinia, dat plurimum Saragia: & inter cibos elestiles & delicatos annumeratur oleum Venastranum. Sed mirandum est, cur antiqui qui de laudibus pluriū rerum in diuersis locis nacentium scripscrūt, sub silentio habuerunt ea singularia, & excellentia, quæ in Gallia crescunt, vt est oleum oliuarum Patria Provincie & Narbonensis, quod est multu excellens, & quo ferè tota Gallia vtitur & alimentatur: quod (vt opinor) & bonitate & dulcedine omnia alia olea mundi excellit: Sed Itali gloria nostrarium semper inuidi sua extollendo nostra obnubilare & co culce putant: vt hic ante consideratione delauinorum scriptum est.

**O**ctuagesima octava confid. Licet aliqui fructus sint excellentes & laudabiles, cum sint plures & diversi, In qualibet tamen specie aliqui sunt alijs excellentiores. Plin. lib. naturalis historia 15. varia fructuum genera scribit. & ibi ait. c. 15. Quod Cerasoru octo sunt genera, & inter omnes fructus, seu pomum primus colono annuam gratiam referunt & maturescunt: principatum duracinis assignat, quia Campania Pliniana appellat: sicut apud Parrisiis Corbelianis, & apud nos Heduos Colchianis principatus tribuitur. Et vt Serapio ex aurorit. Gale. ait, sunt ex eis dulcia, Pontica, & acerosa: Dulcia descendunt cito à stomacho, & iuuamentum quod inferunt ei est modicum: Pontica vero faciunt cōtrarium. Acerosa autem desiccans plus quam pontica, & cum hoc est in eis res incidens, & cōscrunt stomacho phlegmatico pleno superfluitatibus. Et infra dixit autoritate Dioscoridis, Quando cerafa ad ministrantur humili-

humida molliunt ventrem, & secca retinent. Et Rasis in lib. 24. continentis. c. 67. Galeni autoritate scripsit: Fruētus huius habens in se dulcedinem de stomacho descendit de leui, & confert ei modicē, tamen stipticus ē cōuerso facit, & acidus confert stomacho phlegmatico pleno superfluitatibus, quia acidus deficcat magis quam ponicus, & cum hoc habet in se partē incisuam, & licet secundum aliquos sint frigida & humida in primo gradu, tamen videtur, quod plus sint humida, ex eo, quod valde cito putrescant: propterea eligi debent ex eis illa, quāduriōra sunt & solidiora: quoniam talia non ita de facilī putrefiūt, sicut ea quā tenera, vt manifestum est etiam in extrioribus, & magis gratia medicinā manducantur ante cibū, quam gratia nutrimenti, vt refert Anto. Gaziū in sua florida corona. e. de cerasis, quod cft 189. In laudem tamēn ceralorum, & de commodis prouenientibus ex vsu eorum, scribuntur versus sequentes in Reginime Salernitano:

*Cerasa si comedas, sibi conforta grandia dona,  
Expurgant stomachum; nucleus lapidem tibi tollit,  
Et de carne tua sanguis erit tibi bonus.*

Et ibi Arnal. de Villanova dicens, Omnia dulcia & parua cerasa esse infana, & de facili corruptibilis, ac in corporibus producentia vermis: Grossa frētū rubra & mollis carnis, debent comedī recētia in principio mensa, quia habent vim abstinentiam stomachi, atque appetitum incitandi: Grossa vero nigra satis durā carnis debent comedī in fine mensa: quia tunc claudunt orificium stomachi, & digestio melior ac velocior fit.

Plinius vero d.lib. 15. c. 18. de fisis genera 29. scribit, quarum vt vult Aviceenna in 2. canonis. c. 208. melior est alba, quia lenior, deinde rubra, siue citrina, & postea nigra: & quā vehementer matura est, melior est, & proxima ad hoc vt non noceat. Et subdit quod ficus nutritiblōr est reliquis fructibus, & licet nutrimentum ficus non existat in robore nutrimenti carnis & granorum, est tamen vehementioris roboris quam nutrimentum omnium fructuum, & sanguis ab ea generatus laudabilior est omnium fructuum sanguine & siuorum velociſque digestionis & defecūtis à stomacho: Et Isaac plurimum eas commendauit, cum posuit ipsas in primo loco bonitatis, dicens in vniuersalibus dixit. c. 11. Vnde sunt fiscibus secunda, & præcipuē si bene matura sint: & in particularibus, ficus exēcī fructibus laudabilior est ac nutritiblōr. Galenus vero super omnes ficos extollit. Scriptis enim de eis in 5. de Reginime sanitatis cir ea finem. Ficus matura ante omnes alias fruges sunt eligendae, & in hyeme carica. Humida vero & recentes ficos magis & velocius nutriunt quam secca: Verum secca sunt minus inflatiuæ, & magis stomacho conuenientes quam humidæ, & de fice dieciit Aviceen. in 2. cano. c. 280. Secca quidem ficus in suis operationibus est laudabilis. Veruntanta-

men sanguis ex eis generatus, non est bonus: quia facit pediculos, sed si sit cum nuce comesta, tunc eius chymus, id est, humor sit bonus, & post nucē cum Amygdala, & leuior omnibus est alba, & est calida in primo, & in fine ipsi est subtilis. Et postea subdit, quod administratio secca, cum ieiunium adeat, est mirabilis iuuamenti in aperiendo vias cibī, & proprii cum nuce & amygdala. Et cōuenient utræque ficus in hoc, quod in ipsis est remoto aperitatis gutturis, & mundificatio & lenitio pectoris, pulmonis, & cannæ eius, & aperitio opilationum epatis renūm & splenī. Ficus tanē (vi ante dixi) corpus huīanum mirum in modū nutritiū & impinguant. vnde in Reginime sanitatis Salernitano dicuntur:

*Nutrit & impinguat triticum, lac, &c.  
Mature ficus, rūbē recentes.*

Pluriūna ficus exī in Thessalia & Macedonia.

Et Horatius in Epodo ait.

Fortunatas infulas abundare fiscubus scribens:

*Suam pūlla ficus ornat arborem.*

In Gallia vero apud Massilienses crescunt optimæ ficus albæ & parua boni odoris.

Prunorum vero duo sunt modi: album, scilicet, & nigrum, teste Plinio lib. 15. c. 13. vbi vndecim genera scribuntur, dicens: Sunt & nigra & laudatoria cerina atque purpurea. Nec non ab externa gente Armeniaca, quæ sola & odore commendatur. Et Aviceenna in 2. cano. c. 546. sic de eis scripsit: Illa quæ habent colorē palœa sunt fortiora nigris, & citrina fortiora rubeis, & alba sunt magis grauiæ, & parua solutionis, & Armenia sunt meliora omnibus & vehementius soluentia. Inter alia ramen Damascena à Damasco Syriæ vrbē cognomi nata, quæ optimis abundat pruni. vnde Columella lib. 11. Armenijsque & cereolis prunisq; Damasci. Et hodie ferē per vniuersum orbem maximē per Galliam & Italiam meliora pruna quæ nascantur vocantur adhuc Damaſcena, terento nominac loco vbi primo inuenta fuere, & sunt communiter illa, quæ cum aperiuntur, in totum dividunt nucleum à carne. Nigra vero quæ perfectè maturata & dulcia sunt, minus sunt frigida, stomachum humectant, molliunt ventrem, & coleram rubeam ejiciunt. vnde in Reginime sanitatis Salernitano scribūtur.

*Infrigidant, laxant, mulcent profundē tibi pruna.*

Et laxant ventrem propriæ, cum recentia fuerint, vt dicit Gale. in 7. Et ante cibum sumi debet, sed post pruna mox prandere non oportet: & hoc est communis omnium quæcunq; laxat ventrem, secundū Gale. in 2. alimentorū. ca. 29. & Mesue in 25. continentis. ca. 1. dicit: Si fueris phlegmaticus post comedionē prunorum debes bibere de vino verusto. Sicca vero sunt minoris virtutis: quia ex eis exsiccati accident utilitates, sicut ex fiscub: & operationem habent multū bonam: sed magis cōfortant, & melius nutrimentum dant corpori.

Memini-

## D V O D E C I M A P A R S

Meminit & Plin. d. libr. 15. cap. 15. de multis pyri, vbi ait, Crustumina pyra cunctis esse gratissima, dicta à Crustumino oppido inixa Veios, quæ ex parte rubenaria putantur. Vnde Virgilius libr. 2. Georg.

*Crustumis, Syriss, pyris granibus, yolemis.*

Proxima ijs Falerna à potu, quoniam tanta vi succi abundant, leteat hæc vocantur in his, quæ alijs colore nigro donant Syria. Reliquorum nomina aliter in alijs atque alijs locis appellantur, vt apud nos Hedous sunt pyra tori Gallia gratissima, quæ vulgato nomine sine râ vocantur: & sunt similia in patria Turonensi, quæ communis verbis apud eos boni Christiani vocantur, quæ quidem à dictis nominibus laudanda sunt, & si sint excellencia in nominibus, magis in bonitate sint excellenteriora pyris cuiusvis generis, & apud nos in paucis locis crescunt, praterquam in pago Heduensi, vbi est magna abundantia: & inferuntur arbores istius fructus in locis satis umbrosis & fululosis, non multum pingui terra.

Abundant & pyris Calabri, quæ consueuerunt hospitibus apponere.

Horatius:

*Non quomore pyris resci Calaber iubet hospes.*

Hinc adagium:

*Calabri hospiti Xenia.*

Etiam Normanni: quoniam maior pars potus apud eos ex pyris fit, quod pyratum dicitur: & eo ferè omnes utuntur, prout & ino vino utimur. Pyra nō sunt eiusdem naturæ: quia quæ dā frigidæ, quæ dā equalis sunt complexionis, & rēperatæ sunt complexionis dulcia, cum minus ceteris sint frigidæ: ideo calescant & augent digestionem, valentque his, qui frigidæ & siccæ sunt stomacho, secundis Dioscoridem. Et ait Arnaldus de Villanova in suo conimento super illo: Persica, poma, pyra, &c. in Regime sanitatis Salernitanæ descripto, quod inter ceteros fructus multum impinguant. ideo porci plus ex ipso pyris quam alijs fructibus impinguantur. Sed quia ventositas generant, & sic inducent colicam à proprietate (vt ait Auicenna. 2. ca no. c. de eis.) ideo visus habet, quod pyra & alijs fructus ventositas cum generantes, cum ventositatē expellentibus comedunt debent, vel ipsis comedunt vinum vetus & odoriferum superbibere debeamus. vnde & de hoc in dicto Regimine sanitatis Salernitanæ dicitur:

*Adde potum pyro, nux est medicina veneno.*

*Fert pyra nostra pyrus, fine vino sunt pyra virus,*

*Si pyra sunt virus, sit maledicta pyrus.*

*Sic quas antidorum pyras sunt, sed cruda venenum.*

*Cruda grauant stomachus, eleuant pyra cocta grauant.*

*Post pyradam potum, post potum vadefecatum.*

Ideo meliora, & via cibi conuenientia sunt pyra odorifera, & magis de dulcedine participantia, & decocta, quæm cruda maximè cum foeniculo, aniso, & zuccaro.

Licet pomum generale nomen sit omniū frumentum, siue mollium, siue durorum, qui ex arborebus eius apti proueniunt, tamen vulgo pro certa specie fructus accipitur, qui magis sunt invisi, quæm pyra propter eorum abundantiam, & diuer sitarem. Et inter alia pomum dulce, vt vult Haliabas in 5. Theorica. Et Aucterois in 5. coll. est temperata humiditatis, & confortat cerebrum odorando propter suam aromaticitatem. Grossa & dulcia sunt aquæ, & sunt de cliviora ad caedam tem quam alia, quanvis magis dominans in eis sit frigus. & dicit Auicenna. 2. cano. c. 574. Poma eligibiliora est, quæ magis temperata sunt, vt sunt alcemia, prout ipsæ ex amplificat, confortant propriæ cor odorifera, & dulcia, & acidosa, & si sit illæ angustia ex caliditate, sunt magni iuamenti, & confortant debilitatem stomachi. Ita in particularibus diuersi dulcium pomorum substantia in natura & complexio aquosa est ac temperata, calor is aliquid obinet, ideo parum refrigerat, & stomachum confortat exigue parum, & Galenus 2 de alimentis, e. quæcumque bene maturata seruantur ad hyemem, & ad veræ & post ipsum proficiissima sunt dulcib. itaque si prædictis pto cibis vti possumus, sed in multa quantitate, & ipsa portio cocta quam cruda comedemus: quia, vt dicit Haliabas in lib. de subtilitate diuersorum pomorum & pyrorum, minus nocent qua cocta, & etiam quæ cruda comeduntur, illa quæ ad repositionem sunt idonea, minus sunt in alia ceteris. vt refert Antonius Gazius in sua florida corona. c. 207.

Quæ sunt loca pomis abundantia scribit Textor in sua officina, in verbis pomis, sed quicquid sentiat scribentes, non est partia in tota Europa, quæ magis abundet pomis & pyris, quam Normannia, & illa sunt laudissima sicut poma Pheacum, & Phaliscorum, & pyra amerina. Poma veræ, quæ p. bonitate celebriatur in Gallia, sunt vulgo dicta *capendu* & *blondreaul*. Et de supradictis sufficiat, cū sint fructus magis in visu apud nos, & quibus communiter vivuntur, de alijs me remittendo ad eos, q. de eis scripserunt.

**O**ctauiesima nona confide. sit de excellentia siluarum & arborum. Plures silvas excellentes scribir Textor in sua officina, in ea. silua. & inter alia, vt ait, Hercinia silva est Germania, cuius quondam latitudine habuit iter nouem dicrum. Et eam dicit esse Plini. libr. 15. naturalis histo. capit. 3. in septentrionali plaga, roborum vastitate intacta, in qua colles occurvantur inter se radicum repercussu attollantur.

Item Arduena silua Gallæ incipiens à Rheno per fines Treverorum, Eburonum, & Menapiorum 10. millibus passuum longitudine per medium Belgicam in octauum tendit.

Itæ Luius lib. 9. ab urbe cœdit, de Ciminia Hertruria silva sic scribit. Silua erat Ciminia magis tum in via atque horrenda, quæm nuper suere

Germania

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

381

Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercato rum quidem adita, cam intrare haud ferè quisquā audebat.

Item Poëtarum carminibus laudatissima silua rum est Dodona Chaoniae, quum propter vsum glandis ibi repertum, tum ob simulacrum louis Dodonei, & columbas, quæ quercubus insidetes red-debant oracula.

Dearboribus vero Plin. libr. 16. cap. 40. scribit laudes arborum in magnitudine. & lib. 17. c. 1. Arborum precia mitabilia, & lib. 12. c. 1. de arborum honore. Et creandarum arborum naturaliter tria sunt genera. Aut enim sua sponte nascuntur, aut ex feminis fortuitè iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam cetera vsls inuenit faciēnt natura. Textor vero in sua officina. in c. arbores diuerit, scribit nomina & laudes 84. arborum. & ea, in quibus laudari possunt. vbi primò abie tem dicit esse arborum pulcherrimam, & rectissi manam.

Aesculum grandifera am.

Amygdalum fructiferam, que prima omnium arborum floret mense Ianuario.

Acerem arborem esse amplissimam & operum elegantiæ & subtilitate nobilem, vnde mensa aceræ laudabiles finnt. & de ea mensa Martialis:

*Non sum crista quidem, nec sylva filia Maurea:*

*Sed non sunt lautas, & mea ligna dapes.*

Et aceris radix contusa, iecinoris doloribus vtilissime imponitur.

Balsamum vero arbuseulam aromaticam, cuius succus omnib. odorib. antefertur, & ad multa remedia vtilis.

Buxum tonsilem & semper virentem, cùm fiunt tibi multiforates, laudatissimi pectines, & vnguentaria pixides, & cariem non sentit, nec vetustate invenit.

Betulam arborem eximam candoris, quæ fiunt optimi circuli yasis vinarijs idonci.

Cinnamomum arbuseulam, etiam aromaticam oddre præstantem, cuius succus vnde vtilis est.

Citrum arborem esse peculiarem Mauritaniae, que Romanis olim gratissima fuit, & maxime expedita ad mensuram & lectorum vsum.

Cedrus (vt ait) arbor est procera, cuius lignum est iucundi odoris, & tincis imperium & infestum, propterea opus dignum cedro dicimus, quod laudabile est, & ab iniuria blattarum & tinearum maximè conservandum, vel quod eius oleum illitum res omnes conseruat tincis & caries.

Cornu habet ramos rigidos & duros, propterea vfuscus bellucis hastis & iaculis conuenit.

Corylus arbor nota delicatos serenis fructus, & secundis mensis expeditos.

Costus aromaticus est, cuius radix fragrati odore præstantissima.

Myrra arbuseula aromatica quam prædu-

cit Arabia, guttis eiusdem nominis sponte stillantibus. Eius virtus est, vt corpora vindicet à putredine.

Fraxinitis arbor procera est & teres, Achillis hasta multum nobilitata, cuius materies ad multa est vtilis, obedientissima est quoque in opere, faciens hastis melior corylo, cornu leuior, sorbo lentior. Ouid. lib. 10.

*Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis?*

Tanta est vis, vt nec matutinas, nec occidentes vmbras serpens arboris eius attingat, adeo, vt ipsam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius fugiet, quam in fraxinum. Floret fraxinæ prius quam prodierint serpentes: nec ante conditas folia dimittit. Et quoni am vicus altior & superior huius nostræ ciuitatis Heduen. ab ea arbore vicus fraxini denominatur,

in quo domus mea sita est, & conuenienter fraxinus seri debuisset ad expellenda venena, loco tamen illius construere feci ante domum vnum pileare lapidei altitudinis 12. pedum: & supra illud est posita illa representatio domini nostri Iesu Christi in modis, quoque per Pilatum Iudæis praesentatus cum dixerit: Ecce homo. Cuius imago est altitudinis 7 pedum, & dens superfraxum, & est cooperatum mirabiliter & singulari cooperatura ferrea, & tegulis plumbis, & supra cooperaturam eleuator crux lapidea, & ab utraque parte imagines intermixtae virginis, & Iohannis Evangeliste: dictumque pilare ex sex angulis constructum est opere & artificio excellenti & magnifico, aliisque quatuor imaginibus in circuitu adornatur, scilicet, sanctorum Bartholomæi (cuius nomen porto.)

Quintini, qui est patronus seu numeri tutelare parochia nostra: & etiam domus mea & locus ubi locatur dictum pileare, sunt de dicta parochia. Petronille, cuius nomen portat vxor mea: & Barbara propter meam deuotionem singulariter: totum opus tam expileari, cooperatura, & cruce superposita, completum est altitudinis 33. pedum.

Et à fronte sumunitatis pilare scribitur. Regnan. Leonem Papa 10. Francisco Francorum Rege & Jacob Hurault Heduen. Episcopo. Anno domini 1518. Barth. de Chasseneuz. I. V. D. Aduocatus Regius seu fiscalis in balliuatibus Heduen. & Montisinei hoc opus fieri fecit. Et hac intersetui, vt cognoscatur, quod loco fraxini ad expellendum serpente illum (qui matrem nostram Euan decepit) ne nos decipiatis, & beneficia Diaboli leonis rugientis, circumventis & querentis quem deuoret: à vico nostro, & sic tota nostra ciuitate, cùm sit in superiori & altiori parte, pervisionem huius imaginis expellantur. & ne sub umbra illius matutina occidentalius serpens hostis humanæ naturæ, & venenosus se subumbret, sed procul fugiat, iuxta naturam & vim fraxini, de qua Plinius. libr. 15. capit. 13.

Pagus vero arbor est glandifera; & glans magna

DD dd gina

## D V O D E C I M A P A R S

gina omnium dulcissima est, vt qua obseSSI homines durauerint in oppido Chio, & murib. gliribus & tundis gratissima est. Fertilitas eius alernat, & omnium ferè arborum. Huius arboris cortex in magno vnu est agrestium: ligni honos præcipuus fuit in vasis. Manius Curius (teste Plin. li. 16. c. 38.) iurauit se expræda nihil attigisse, præter guttum faginum, hoc est, poculi genus, quo sacrificaret. Virgilii:

*Pocula ponam  
Fagina, calatum diuini opus Alchimedontia.*

Et teste cod. Plin. lib. co. cap. 6. glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, ac leuem, & vertilem stomacho.

Laurus inter arbores sola non percutitur fulmine, vt ait Plin. libr. 15. cap. vlti. Tyberius Princeps tonante coelo ei se coronabat contra fulminum metus. Credita est aduersus venciam remedium habere. Dicabatur olim proprie triumphis. Ouidius lib. 2. Elegia.

*Iter triumphales circum mea tempora lauri.*

Perpetuo viret, & præferenda est myrto & oleo, pacifera est. Nam porrata inter armatos hostes erat indicium pacis & quietis. Statius lib. 12.

*Pacifera lauro crinem virtuȝ, decoru.*

Romanis præcipue læritiæ victoriatumq; nuncia. Lauri folio annuū fastidium purgant palumbes, graculæ, merulæ, & perdices.

Morus arborum vltima floret, exacto iam frigore, vnde prudentissima dicitur à Poëtis. Poliria nus in rust.

*Mox vbi iam sapiens capit frondescere morus,  
Ante quidem sapiens, nunc ambitio/a, nec vltum  
Quæ pariat pomam: sed ferica pen/sa ministrat.*

Fructibus eius succus in carne vinosus trinicolores, candidus primo, mox rubeus, maturis niger. Tardissimè senescit, fructibus minimè labrans. vt ait Plin. lib. 15. c. 24. & lib. 16. ca. 28. & lib. 18. c. 26. air: Cum germinare videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito.

Lentiscus arbor trifera, id est, ter producēs fructus. Mastichen resinam sudat in flarum gummi; & de lenticeo citat Plin. lib. 18. c. 25. verba hac Ciceronis:

*Iam verò senper viridiu, senper q, granata  
Lentiscus, tripliæ foliæ est grandescere feru,  
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.  
Eius ligno fiunt dentifricia, & dentis clapia.*

Martialis:

*Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspi  
Defuerit, dentes penna licuare poteris.*

Lentiscum mandere proverbio dicebatur, qui nimio condendi corporis studio superfluebat. Nam dentium cura olim ut delicatis probro dabatur.

Larix mirabilis est naturæ, incorrupta eis vis humori contumax, teste Plin. lib. 15. c. 10. Ipsa non ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ut ignis

consumitur quam lapides. Nescit cariem, valide pondus sustinet.

Iuniperus coma viret perpetua, cariem non sentit, aut veustatcm. Eadem est iuniperi virtus, que & cedro, lignum apprimè durum. vnde Manrua-nus in queru Iulia.

*Add. am & iuniperos carie impenerabiliter robur.*

Combusta odorem reddit, & pollutum purgat ætem.

Palma porrata in trimatu genera eius 49. non nulli posuerunt. Fructu dulcis est succus, nullum lignum, longu est de ea reserre, quod multis admodum verbis scribit Plin. lib. 13. ca. 4. Propterea satis erit in vnum adjicere, quod ex Aristotele & Plutarchi testimoniis scribit Gelli. lib. 3. ca. 6. Si super palmæ arboris lignum, inquit, magna pondera imponas, ac ram grauiter vrgeas, oneresq; vt magnitudo oncris sustineri nequeat, non deorsum palma cedat nec intra flexitur: sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur recurvaturq;. Propterea in certaminibus palnam signum esse placuit vistoria: Quoniam eius ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus prementibusque non cedar. Et de multis alijs arborib<sup>9</sup> & naturis carum scribit Textor in loco ante allegato post Plin. in li. 15. & 16. & Dioscorides lib. de simplici medicina. & Isid. lib. 17. Eymol. c. 7. & 8. & F. Patritius in lib. de inst. Recipub. lib. 7. titu. 5. & dicit plures esemplares & necessariias Recipublica, maximè glandiferas: vt sunt quercus, ilex, fagus, esculus, suber, robur, & cerrus, de quibus Plin. d. lib. 16. c. 6. vbi ait: Glans optima in queru, arq; gradißima. Fortius lignu quercus haber, & incorruptus, glas querna suem facit diffusam & grauissimam, & ipsa glandium exquædulcissima. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorum carnem, sed duram. Ligna suem angustam, nitidam, strigosam, ponderosam, fungosam carnem fieri esculo, robore, subere. Eribi multum laudant querum ex pluribus. Tum quia maioris potentia ignem efficit, eiisque pruna, magis candet, diutiusq; viget, & quæc uscarbo ærarium etiæ cinis idoneus est, & quæcneus cinis optimus est ad familiarē vsum, quoniam lixiuam meliorem facit, qua quidem linctamina conteruntur, & candidiora, nitidio raqueredduntur.

Castaneam etiam optimè laudat F. Patritius propter eius virilitatem in alimento quod præstat, & pecori & familia vniuerfa, & penè omnibus in rebus edificijs utilis, & ex ea amphora optimæ fiunt, & vinaria olcariaque vafa omnia. hanc nostræ temporis lignarij fabri arborum omnium Reginam appellant, quod singulis penè vibus optimæ habeatur. Quocirca in nemore propter frustum, yervum in Sylva materiaria propter lignum præcipua habenda est.

Porro differentias seu diuisiones generum inter-

## CATALOGI GLORIAE MUNDI.

382

ter arbores hic repeto. Nam arborum ( teste Plin. d.li.16.c.19.) quædam omnino sunt silicestres, quæ dā vrbanae, mites verò, quæ fructu, aut aliquia doce, vmbra rūmne officio humanis iuuat commode dicuntur vrbanae.

Item Cato infelices vocat arbores infrugiferas. Plin.d.lib.c.26.infelices existimat damnatas religione, quæ neque seruntur vñquam, neque frumentum serunt, veteres eas vocabant infelices, quæ sunt in tutela inferorum Deorum, vt quæ baccam nigram, nigrosque fructus ferunt. Felices verò putantur vitis, pomus, pirus, prunus, fucus alba, querqus, esculus, ilex, sapinus, fagus, corylus, sorbus, malus, cornus, lotos.

Item d.cap.19.& duobus ca.seq.scribitur, quod arborum alijs decidunt folia, alijs sempiterna vivent coma, & folia non decidunt, vt olca, lauro, palmæ, myrra, cupresso, pinis, hederæ, rododaphna, abicti, larici, pinastro, iuniper, cedro, Terebintho, cubo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, buxo, tamari.

Item eod.lib.c.40.scribitur Plin. cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaster, & olea. Textor in d. sua officina in eis arbores Deorum & Deorum.scribit nouem arbores, quæ fuerunt eis dictæ, videlicet, populi? Herculis, Baccho hedera & vitis, Veneri myrtus, Apollini laurus, Ioni querqus & esculus, Minerua oliva, Cybæa pinus, & etiam Deo pastorum, qui dicitur Pan, Plutoni cupressus, de quibus in meminit Plin.lib.12.c.1. Arboribus vero abundant fortunatae Insule, India, Athlas mōs, Cyrene, Hircinia, Caucasus, & in Gallia Normania.

Sed inter omnes alias arbores, q̄ obtinet principatum, & quæ sunt electa in regem lignorum est Rannus: quoniam, vthabetur Iudicum 9. Cōgregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiae vrbis Mello, abiéruntque, & constituerunt Regem Abimelech iuxta quercum, quæ stabat in Sichem. Quod cum nunciatum esset loatham, iuit & sterit in vertice montis Garisim, eleuataque voce clamauit & dixit: Audite me viri Sichen, ita videntur vos dominus, lerunt ligna, vt vngent super se Regem, dixeruntque oliae, Impera nobis. Quare respondit: Nūquid possum deserere pinguedinem meam qua & Dij vntuntur, & homines, & venire, vnter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem sicum, veni & super nos Regnū accipe. Quare respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam fructuque suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad item, veni & impere nobis. Quare spondit eis: Nunquam possum deserere vinum meum, quod tætitat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad Ramnum (pondera dictionē, Omnia, quæ nihil excludit) veni & impera super nos. Quare re-

spondit eis: Si verè me Regem vobis constitutis, venite, & sub umbra mea requiescite. Veniunt ergo omnia ligna sub ramni umbra, tanquam sub Rege eorum, vt ei obedient, ex quo concluditur, quod tanquam Rex extolli debet ultra omnia alia ligna.

De doctrina verò inter arborē & lignū, & qd veniat appellatione ligni, aur arboris, hic nō insisto, cū non sit p̄sentis speculationis: sed solū de excellētia illorum inter se & alias res, in quibus videtur lignum crucis Salvatoris nostri esse excellentius omni alia re mundi. Quoniam in ipso facta est re de morte nostra, vnde cantat Ecclesia: Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus & resurrectio nostra, per quem salutati & liberati sumus. Ex quo plurimum laudatur ligna, ex quib⁹ facta fuit crux Christi, quæ sunt quatuor, vt dicit Io. And. in cle. 1. de tum. trin. & fid. Cath. que hoc versi continentur:

*Lignacrucis palma, cedrus, cypræsus, oliva.*

Cedrus enim fuit in stipite, palma in palo per longum. Cypræsus in ligno ex transuerso. Olina in tabula super crucem loco quarti brachij. Et de laude crucis dixi ante in 1.par.in 38. confid. in pen. conclu. & ampli & deuotè scripsit Raþanus tam in metricè quām prosaicè, & plura cantat lantæ marter Ecclesie in diebus exaltationis & inuentionis sanctæ crucis, & die Veneris sancti, quæ sunt omnes Catholicisci sciunt.

De ligno vītæ cuius excellentiæ erat, scribit Gabriel dist.19.q.vnic.lib.2.& Iacob. de Valètia Psal. 1.libi. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, &c.

Lignum verò aloës, vt legitur in Plateario de simplici medicina. c.2.est calidum, & siccum in secundo gradu. Et tria sunt generali ligni aloës, & illud quod reputatur in Insula quæ dicitur Cumear, est cunctis laudabilius, & melius, & ex eo cognoscitur quod pōderosum est in suo genere, & quod est nodosum melius est, & quod aromaticum est, & subamari saporis, coloris subnigri, vel subrufi, & constricti dentium non omnino resitens, dum autem masticatur, cito odor odoriferus dici rutartinger cerebrum, & quodammodo replete. De alijs duobus generibus vide ibi, & de Sophisticatione illorum. Lignum verò aloës stomachū confortat, digestionem procurat, contra debilitatem cordis & cerebri, contra cardiacam passionē, & syncopen, contra retentionem menstruorum, & contra omnes passiones & debilitates cordis ex frigiditate prouenientes valet. Et vt breuiter concludantur omnes eius laudes, valde conforrati omnia membra corporis debilitata. Et ibi scribitur vnum curiosum, quod est: pulueriza lignum aloës, & folia gariofi, & os de corde cerui, confice cum olco, & iungere caput galli in die illa, & non cantabir, vel tantum consuetum cuin oīco valer.

DDdd 2

Inter

## D V O D E C I M A P A R S

Inter lignorum genera quædam reperiuntur, quæ igne corrupti nequeunt, vt hebenus, quia accendi eam negat Fabianus. Itaque antiqui non satis cogitantes, vt aliquæ res ignis iniuriam non patuerentur, quæ cum facile comburi potuerint in medijs ignibus illæsæ manferint, inter mirabilia reputarunt. De quibus scribit Bap. Fulg. libr. 1. de dictis factisque memorabilibus. tit. de miraculis. c. de miris rebus, quæ igne consumptæ non fuerunt, in prin. vbi ait, tāquam rem miram antiqui scripsierunt, incēlo Saliorum sacrario, omnia, quæ in eo erant combusta suisſe, excepta Romuli virga. Item Serui Tullij, & Claudia statua incolu- mes locis suis mansisse, templis in quibus erāt in- egenis.

**N**onagesima consid. de excellētia herbarum, & radicum ostendit. Primò Homerius apud Plin. lib. 15. gloriam herbarum Aegypto tribuit. Diodorus de Aegypto loquens: Terra, inquit, inculta relicta pecori ad pastum, adeo exuberat herbis, vt oves bis anno pariant, bisque præbeat lanam. Eschilus apud Plin. Italianam herbarum potētia reservata prodit.

De Aci fluui Ouid. lib. 4. Faſlorum:

*Præterit & ripa herberi Aci tuas.*

Epirns. Idem Ouid. libr. 8. Metamorph.

*Misit apum, quanto maiores herbida tauros*

*Non habet Epirus.*

Textor in sua officina in cap. herbarum diuersa nomina scribit 52. nomina herbarum secundum ordinem Alphaberi, sed non declarat naturam aliiuin Pli. verò lib. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25. plures herbas, & excellentias illarum etiam in medicinis scribit. Et Dioscorides in lib. de simplici medicina, & Irido. lib. 17. Etym. c. 9. 10. & 11.

Multi plures herbas laudauerunt, vt Themison Medicus librum vnum de laude Plantaginis scripsit, tanquam inuentor, teste Plin. libr. 25. cap. 8.

Iuba Rex magno præconio exaltauit Euphorbium per vnum volumen. vt ait Plin. codem libr. cap. 7.

Erasistratus Lysimachiam herbam scripsit, celebran̄ & eam multum laudauit, vt refert Plin. d.c. 7.

Anonymos herba ab Iccio Medico celebrata est. Museus & Hesiodus Polion herbam multis verbis commendauerunt.

Phanias Physicus condidit laudes Vrticæ.

Antemis herba magnis laudibus celebrata est ab Asclepiade.

Dioscorides Artemisiam plurimum extollit li. de simplici medicina, c. 52. & de ea loquitur Pli. li. 25. ca. 7. & eam Macer matrem herbarum dicit. vt his versib. patet:

*Herbarum matrem dedit Artemisia nomen,*

*Cuius Gracus sermo iustum puto ponere primo.*

*Huius opem fertur prior inuenisse Diana:*

*Artemis græce quæ dicitur, inde nomen.*  
*Herba tener, quia sic inuentrix dicitur eius.*

Refert & Plin. cod. lib. ca. 4. quod laudatissima herbarum est (Homero teste) quam vocari à Dijs parent, Moly. ast inuentionem eius Mercurio as-signat, contraquæ summa beneficia demonstrat, & vt ait, vidit effoslām inter difficultates faxeas radicis 30. pedes longe, ac ne sic quidem solidè, sed abruptè, & ibi sequitur: Abea maxima auctoritas herba est, quā Dodecateon vocant, omnī Deorum maiestatem commendantes. in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia eius se-pent laetucis similiima exuent lutea radice.

Inter herbas excellentes etiam potest adscribi Malua sylvestris, cui grande folium est & radices albæ, quæ propter excellentiam effectus Aristalthea vocatur, quod Græci optimum dicunt. Nam folium Maluæ scorpionibus impositum torpore affert. Tradunt, si quis quotidie succi eius cyatum dimidium sorbeat, omnib. inorbis cariturnum. Ideo herba hęc omnimorbia dicitur. Constat parturientes folijs eius substratis celerius solui. Sed mox post partum reuocandam esse, ne vulva etiā sequatur. Semen eius, quæ vnicaulis est, aspersum cubili auiditates foeminarum infinitum augere. Xenocrates scribit radicem ei⁹ si circa dētem qui dolat sepius pupugeris, desinet dolor. Hęc Plin. lib. 20. c. 21. vbi plura alia de vi & excellentia Maluæ scribit.

Inter herbas etiā sunt quæ laudentur ex folijs tantum. Vnde de herbarum differentia per folia, & quæ herba tōto anno floreat, vide Pli. li. 21. ca. 17. Sed si legas omnes, qui de ijs scripferunt, non reperies quod sit herba in mundo, quæ maiorem utilitatē generi humano afferat ex folijs, quā cau-lis seu brassica: quia, vt dicit Macer: Caulis Roma-na Græcorum brassica lingua, quoniam fere totū genus humanum semper in comedione caulibus vtitur, quam quibuscumque alijs herbis, præcipue folijs. Et etiam tempore famis pauperes (vt vidi) radicibus illius seu stipitibus herba viuunt. Et de hui⁹ herba laudib. scripsit Chrisippus Medicus vo-lumen vnum, vt ait Pli. li. 20. c. 9. & refert Diosco-rides in lib. de simplici medicina. ca. 113. vbi plura salubritas & laudanda referuntur. Cato (codem re-ferte) tradidit populum Romanum sexcentis ferē annis medicina brassicæ vsum suisſe. Nondunq; enim in urbe conuenerant Medici, qui peregrina pigmenta secum attulissent: Sed eo tempore mi-litares viri glorioſas cicatrices gratuito olere cura-bant, vnde olerum vniſus exitit illius ad salutem, dum illos pascit & sanat.

Narrat & Bap. Ful. in sua Collectanea de dictis factisque memorabilibus lib. 1. tit. de miraculis. c. de admirandarū viri⁹ herbis, q̄ in Iudea ad Ma-cheruntā vrbē in valle, q̄ Brabradicitur, denomi-nata à valle herba haſcitur, q̄ sanguinei coloris ha-bet radices, & noſculum ē p̄ ſc fert, neq; verò facile homi-

hominum manu conuelli potest, nisi cum mulieris sanguine, mēstro, aut vrina attingatur. Alter enim contrā volentem nitit, seq; in contrarium retrahere videtur, neq; tunc quidem, nisi eius vite periculo qui extirpare querit, diuelli potest, nisi, si quis manu de ea radice gustauerit, aut circūfossa humo, ita vt parum seradix teneat, alligatus ei canis quod superet nitendo extirpet. Tunc enim in canem omne periculum euellentis transit. Hac radice illi cutari dicuntur quos im mundi spiritus vexant, ita vt amplius eo malo non laborent.

Etidem in d. titu. refert, quod in Lycia regio est admiratione digna (qua Ephestion dicitur) heraldo florenteque solo, terra si effodiatur ignes euomit, quib. nulla in parte flotes aur. herbe adurnantur, vel decorem suum amittunt, vt Seneca ad Lucillum scribit.

Inter herbas sunt que laudantur extradibus, vt Raphanus seu Radix, Rapa, Napus, Reubarbarum, & Reuponticum. De Raphano & eius laude scripsit Marcion Græcus, librum ynu, & est herba seu radix comestibilis, & satis nota, tam frequēs & nobilis apud Delphos, quod fertur (vt ait Pli.) in templo Apollinis Delphici adeo ceteris herbis prælatutus raphanus, vt ex auro diceretur, Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Aequat in Germania infantum puerorum magnitudinem. In Aegypto Raphani sparguntur nitro, vbi sunt suauitate praecipui. Et de his etiam meminit Blondus libro o' Et auo, de Rom triumphante: de raphano, & eius laudibus duplice scribit Plin. lib. 20. capit. 4. Et Dioscorides cap. 550. Plin. lib. 18. ca. 13. dat palmam rapis in Nursino agro nascentibus. Nursia verò vrbe antiqua in Umbria regione, q̄ ducatus Spoletanus dicitur, & inter cibos electiles & delicatos ponuntur rapæ, apud Mantineam. Sed & rapanis seu napos Philippus princeps & dux Burgundionum nobilitavit, cuius annis singulis ab agro Heduen. iuxta Abbatiam sancti Martini (vbi generositas præcipua) ad Flandriā veherentur. Evidi in computis seu ratiocinijs receptum Heduen. Balliuatus expensis huiusmodi conductionis. Rapan etiam laudavit Diocles, qui librum unum de laudibus rapæ fecit. Inter omnes tamen radices qua laudem magis mereantur, & qua sunt excellentiores, sunt reubarbarum, & reuponticum. Et dicit reu. id est, radix, & barbarum, id est, barbarica, inde radix barbarica tantū est latine, quantum reubarbarum græcè, quod in solo Barbarico trans Danubium inuenitur. Sed secundum alios, rhaflunius à quo nomen medicamento notabili (vt Ammianus inquit) quod reum seu rhabarbarum atq; Ponticum vocatur, sed prima deriuatio est communior. Et quæ quidem radix est excellētissima propter eius mirabiles & excellentes effectus, quæ medici inter alias extollunt, ita quod vix nunquam aut raro dant medicinam infirmis, quin aliqd de reubarbaro apponatur. & dicit Me-

sue, quod non est alius noscum ēti, & datur omni tempore, & omni ætate, pueris, senibus, & prægnantibus, & est elegantioribus & melioribus medicinis. Et quoddam est quod in Barbaria regione inuenitur, vt in India, & in trāsmarinis partibus, & est laudabilis, & est calidum & secum in secundo gradu. Aliud est ponticū, sic dictum, quia in Pontio Insula reperitur, vel quia habet pōicum saporem. Licer Mefus ponat tres species. Laudatur tamen magis ex eis quod est sibnigrum declinans ad rubinem, & quod graue est cum raritate sua non perforatum, & in quo in contracturis interitus habet quasi quasdam venulas distinctas, vbi inuenitur diligatio ex rufo & glauco, & p̄ est croceæ tintetur. Quod autem nimis leue est, & perforatum, & interitus minus solidum, & quasi lignum, & huiusmodi venas nō habet, & interius est quasi nigru & iubalbidu, quod & masticatum non pungit (quia bonum masticatum pungit sicut crocus) non est eligendum, sed abiiciendum. Et p̄ est rrecens cognoscitur, quia non est adulteratum, quoniam est rarum, & minoris stipticitatis, & croceæ tintetur. Adulteratum vero his contrariatur, & varietate quam habere debet in fractura amicit, seruat per tres annos. Et huius effectus & virtutes circa medicinas scribit Platearius. & aliquid vide in lib. sanitatis, tractatu de herbis. c. 389. & per Scribentes in medicina.

**N**onagesima prima consideratio de lapidib. qui sunt in multiplice differentia, tractat. Nam quidam sunt magis viles recipublicæ quam alii, quidam verò magis sunt ad specie & decorum quam ad utilitatē. Et, vt inquit F. Paritus in lib. 7. de inst. recipub. tit. 6. Lapidicinæ commoditatem vel maximam habent, ex quib. quadrata faxa, & segmentū copiæ comparātur, præcipue si molles lapides sunt aut mediocres. Nam duriores illi speciem potius præ se ferūt quam utilitatem, labore. n. plurimo indigent & ingenti impensa. Videmus namque marmorea ædificia vix longo tuo erigi, q̄ verò lateritia sunt, vel tenerioris lapidis, patuo tempore absoluuntur. Et inter ceteros lapides dicit Tophos esse viles, non modo propter molliem, verum quia igni & tormentis bellicis non facile cedunt, & humorē minus admittunt, quam lapides reliqui. Et sequitur: Tophi species tres inueniuntur. Esterim vna rubea quæ mollior est, sed vbi imbrī. ac sole obduruit, nō inutilis habetur. Est & alia nigra, vel murinæ coloris, solidior & densior quæ inuenitur. His species. Picetes & Capani abundat. Tertiā habet Umbriæ, quæ vel alba vel mellina est. hac quam primū casā, facilè dolabris æquatur, vel dentata scissa, more ligni secatur, sub dio tamen mensib. aliquot exposita, densior durior q̄ sit, & huiusmodi alba abūdat Gallia in pluribus, vt in Turonia, in Tonarro, in Diuionensi agro, & Hed. iuxta castру nouum vnde portæ huius ciuitat. Heduenis antiquæ adhuc extant factæ. Et ex ciuitat. Heduenis antiquæ adhuc extant factæ. Et ex

## D V O D E C I M A P A R S

his albis apud nos & ferè in tota Burg. fiunt Imagines. Maximè ex illis de Tonatro seu Tornan. & Diuien. agro.

Sunt & lapides marmorei, ex quibus ædificia excellentissima & sumptuosa construuntur, & sunt in multiplice differentia: sed inter omnia preciosissimum est viride Lacedamonium, de quib. diffusè per Plin.lib.36.vbi c.7. de laude & excellentia & de generibus marmororum &c.2. & 6. enodatur, quis primus in publicis opribus ostenderit, & quando in usum marmora venerint. Et isti lapides propter opera & artificia quæ ex ijs fiunt excellentiores iudicantur. Cum vt plurimum soli principes & magnates illis vtantur in palatijs & theatris conficiendis, & hodie (vt & olim) in Templis ædificandis. De quibus meminit Plin.c.5.&c.7.supra alleg. Et vidi templia multum laudata, cum marmor adorncntur, cum sit carius, & majori pretio vendatur, idco pretiosus fit. vnde ait Seneca in li.de quatuor virtutibus, dignitates reb. non ex opin. multorum, sed ex earum natura constitutas, & facit tex.in l.pretia rerum. ff.leg. Fal. vbi estimatio rerum fit, secundum quod de eis maior copia haberi non potest, propter raritatem illius rei. Contra dictum Catonis dicentis: Quod vile est catum, quod catum vile putato. quod intellige, vno tempore sole carum propter raritatem & defectum, vt satis etiam probat tex. in d.l.pretia. §.fi. & ibi glo.

Inter alios lapides mundi est quidam mirabilis altitudinis & amplitudinis Romanæ sustentatus à quatuor leonib. æreis, in quo scriptum est:

*Silapis es vnum, die qua sis arte leuatus:  
Si vero plures, die ubi congeries.*

Ifid. lib. Etymo. 16. c.3. de lapidibus vulgaribus scribit. & c.4. de lapidib. insignioribus, & isti sunt vulg. præferendi. & in c.5. de marmorib. quia sunt eximii lapides qui laudantur & commendantur à maculis, & coloribus, præcipue viriditate. Marmorum colores, & genera innumerabilia reperiuntur, vt dicit Plin. d.li.36. c.7. Nec omnia è lapidicinis scanduntur, sed multa sub rerris sparsa sunt. Lacedaemon. seu Lacon. marmot viride erat & cunctis hilatius omnium quām preciosissimum. Stat. in Syl. Hic dura Laconum saxa videntur.

Aliud ophites à maculis serpentium quibus distinguitur, nomē accepit. & duo eius sunt genera, molle candidum, nigrum durum.

Aliud porphyrites ex Aegypto, quod est rubens candidus interuenientib. punctis. Inuenit eadem Aegyptius in Aethiopia (quem basaltum vocant) fetrei coloris, & duricie, vnde ei nomen dedit.

Alabastrites verò, est candidior cæteris, intercinctus varijs coloribus, quem cauant ad vasu vnguentaria, quoniam optimè seruare ea incorrupta dicitur, vt ait Plin. d.lib.36. c.8. ex quo euangelici illius vnguenti nardi pistici pretiosi vasculum fuit, vt habetur Matth.26. Marc.14. & Luc.7.

Quoddam enim album Parium dicitur, à Paro insula Aegei maris, & est laudabile. Plin. scribit d. li. c.13. Aegyptium Labyrinthum in introitu lapideis è Paro columnis suis factum. Horatius. Vrit me Glycra nitor, Splendentis Pario matmore purius.

Sunt & multa alia marmoris genera, quæ breuitatis causa omitti, de quibus Plin. in d. libr. 36. lsd. d.ca.5. & Textor in sua officina. in verbo, Matmore.

Nouissimus annis repertum fuit marmor candidum ex reuelatione cuiusdam pauperis in agro Comensi, vt ibi ædificaretur sacellum in honorem Sacratissimæ Virg. Mariæ, & vt multis audiui, qui videlicet locum illud marmor est multum singulare & laudatissimum.

Apud nos in Gallia, sunt multa loca, in quibus reperta fuerunt marmora, mirabilis altitudinis & amplitudinis, maximè in agro Tornodonum. & in comitatu Burg. Apud Salinas est lapidicina marmorea, & non est mirandum, cum in Gallia lapides renascantur, vt est tex. Papi. iurisicon. in l.diuino. §. si vir. ibi quia nec in fructu est marmor, nisi talis sit vt lapis ibi renascatur, quales sunt in Gallia & in Asia. ff. sol. ma. Imò videtur quod etiam lapides habent poros & meatus, vnde spirare possunt, & per quos nutrimentum deferratur, & sic crescere possint, quod satis apparere videtur ex ingenti bufo in medio saxo inuncto. in Athonis arce Verdunen. agri. Et etiam ex serpente via, inventa in medio petra scissa in Latio tempore Martini V. Pontificis, vt refert Bapt. Fulg. in sua collectanea de dictis factisq; memorabilibus. tit. de miraculis. c. de aubus animalibusq; alijs admirandis. Et, vt refert lib. antc citato. c. 18. Theophrastus, & Mutian. credunt esse aliquos lapides qui pariant.

Sed cum multa ferat Natura, quoru ratio nulla potest afficeri, aut in obscuro lateat. Vnde inter alia singularia & excellenta in sua specie videntur. Inter haec commemorabitur quod scribit Plin. d. li.36. c.5. circa principium, marmoreum lapidem factum in Paro Insula, in medio naturaliter sculptam Sileni (vt ab antiquis pingebatur) effigiem ostendit. Silenus Bacchi nutritius fuit.

Albertus item Magnus affirmat, Venetijs se regis caput diademat ornatum vidisse in marmore naturaliter nullius artificis opera expressum, in quo frontis pars imperfecta videbatur.

De alio item capite huic simili, in vrbe Mantua viso suo tempore affirmat Baptista Fulg. in loco ante allegato. ca. degemmis & lapidibus naturaliter sculptis.

Erit item subscriptur, quod in agro Placen. suo tempore lapis Alabastrites inuentus est, in quo opo ste aquam ad levitatem suam per artifices perduetus fuit, inter claritatem obscuritatemq; quam lapis præscens fert, figura apparet mortui capituli humani.

Item

**I**tem Bergomi, (vt idem refert) in maiori fano in porphirite lapide, qui ad Baptisterij ornatū est positus, tanquam dicta serpens in orbis circumuoluta perspicitur. Et in quadam parte Gallie est quidā magnus dominus, in cuius agro lapides, & arbores si scindantur, in quamcunq; partem verti possint, arma seu insignia illius domini apparent.

**N**Onage sima secunda conside. sit de gemmis, seu lapillis pretiosis, & quæ fit excellentior, maioris autoritatis, seu nobilior inter omnes. Pli. lib.37. cap. 4. ait: Maximum in rebus humanis non solum inter Gemmas pretium habet Adams. & eidem inter Gemmas primum locum autoritatis attribuit, ita inquisiens: Proximum apud nos Indicis Arabicisq; Margaritis pretium est. tertia autoritas Smaragdis perhibetur, vt ibi ipse Plin. scribit c. 5. & etiam refert G. Budæus in tracta suo de Aſſe: & à d. cap. 4. vſque ad finem illius lib. scriptis Plin. ferè de omnibus gemmis secundū ordinem Alphabeti, & de naturis & virtutibus illarum. Et etiam Alber. Mag. & Diſcori. & in horto sanitatis in 5. tract. & per plures alios, ad quos te remitto. & etiam Nicolaus Perotinus in 2. epigrām. Martialis ferè omnes Gemmarum species enumerat, eas describendo secundum colores quibus magis assimilantur: vbi Chrystallum primum locum in nitore obtinet, & post Adamantem ponit Achatem sub specie albi coloris, & hoc, quia licet sit lapis niger, maximè tamen quidam probant, si habeat virtutem perspicuitatem: teste Plin. d. lib. c. 10. vbi etiam ait olim fuisse in magna autoritate & nunc in nulla. & refert idem d. lib. 37. c. 1. Pyrrhum regem (qui aduersus Romanos bellum gesit) habuisse Gemmam, scilicet Achaten, in qua nullo artifice, sed sponte natura sculptæ, sed adeo tenuibus segmentis, vt pīcta viderentur nouem insignib; suis expressæ, cum erant Musæ, cum Apollinis effigie mediis inter eas sedentis, & Citharā tenentis. Item Coraulem tradidit multis fulgentibusq; vti ſcōueuiffe, quod regum amicitiam conciliare existimarentur.

Inter Gemmas viridis coloris præcipue commendatur Smaragdus cum sit pretiosior multis alijs, & omnium lapillorum viſu iucundissimus, quoniam nihil omnino viridiſ comparatum illiciunt, ita ut vicinum aerem sua viriditate figurae videatur. præterea solus gemmarum implet oculos, nec satiat. Quinetiam ſella alia intentione acies aſpeſtū Smaragdi recrēatur: propterea ſculptentes gemmas has maximè viridi lenitatem laſſitu dinē mulcent. refis Plin. d. li. 37. c. 5. Tradunt Iſme niā Coraulem Smaragdo 100. aureis denarijs c. mi iuſſisse, cū multas alioquin fulgentes gemmas haberet. Cumq; ex ijs minimo pretio duo relati fuissent, æḡe tulisse ſauisſeq; in emp̄torem: quoniam male curauit existimabat, quod detrahitum eſſet gemmae dignitati.

Gyges Rex Lydorum gemmam habuit tantæ

virtutis in annulo, vt ea ad se versa videret quoſcū que vellet, nemini conspicuus, vnde annuli beneficio omnia cōſequebatur exanimi voto. Et Nero Cæſar gladiat. pugnas in Sinaragdo ſpectabat.

Inter gemmas verò colore rubco Carbunculus rubicundissimus eſt, & huius color igneus eſt, & in tenebris & nocte magis quam die lucet, vt carbo. Nam die obſcuratur, nocte verò & in obſcuro tantum rufilger, vt circa le noctem, quam in diem veritat. & olim, vt fertur, in hac ciuitate. Heduen. erat Carbunculus politus ſuper Poranum adhuc extante in superiori parte ciuitatis, vt hinc ētū confundet per totam ciuitatē. Et ex lib. d. lib. 37. libis rerum: Carbunculus eſt lapis omnium rufissimus atque carissimus. Et colore virtutis ſuperat omnes gemmas ardentes. Sola enim habet omnes quæ in iſpis ſunt virtutes, & eſt ſigillum lapidum, potest impingere figurālum omnium alij lapidi, & non eſt conuerſo.

Laudatur & ſub hoc colore hyacinthus rubeus, & cotalium. Et mitum eſt, ſi verum ſit, quod virtus hyacinthi eſt, quod qui portauerit ſecum ante ſigillationē factam cum eo, ſit tutus à fulgere, ita quod non cadat ſuper eum.

Amethystus Indicus, inter purpureas gemmas tenet principatum, vt ait Plin. li. 37. c. 9. Magorum vanitas hanc gemmam ebrietati refiſtere promittit. Arnaldus tamen dicit, virtus Amethysti eſt contra ebrietatem, facitq; hominem vigilem, & intellectum bonum tribuit.

Saphirus autem inter gemmas cœrulei coloris excellentior eſt, & eſt magna excellentia, & virtutis. Prīmō ex similitudine coloris cui assimilatur qui eſt color cœli ſereni. Cum ergo ille color ſit ſupra hominem & ſupra omnes res mundi propriae altitudinem cœli, quam dimenſurare nemo potest. Ecclesiast. 1. Ideo videtur quod etiam ille color ſit ſupra omnes alios, & ſic ille lapis pretiosus ſit ſupra alios: vnde tenet ſimilitudinem coloris aeris seu ſereni cœli designare videret appetitus languantis anima tendentis ad cœleſtia, vt dicit Greg. lib. 18. moral. c. 8. & dicit Helman dus. ideo quia Saphirus cœlo ſereno ſimilis eſt, caſte portari vult. Gemmaq; geminatus & lapis ſanctus dicitur. Ideo in lib. de natu rerum habetur, quod qui portat hunc lapidem, expedit, quod ſummo ſtudio caſitatem ſcrutet: quoniam tanto dicitur pretiosior & inclior, quāto colori cœleſti eſt ſimiſor. Eſt enim gema ſummi dura, hilariſ, clara, & pura, vt pote ſimilis cœlo ſerennimo. vnde Arnaſ. Saphirus eſt gemma fulgens, quæ hominem reddit caſu, mitem & humilem. Eruditur lapis ſanctus, quia ad ſanctitatem & devotionem homines diſponit. vnde ſcribitur Exo. 28. quod Moyses ad præceptum domini vefem ſanctas fecit Aaron ſummo Pontifici in gloriam & decorem, in qua inter diuersos lapides pretiosos, Saphirus connumeratur. Sic Ieremias Threnorū 4. Deſtructionē Ierusal.

## D V O D E C I M A P A R S

Ierusalem , ruinam templi & sacerdotum recognoscens , eorum pulchritudinem assimilavit Saphiro , dicens : Candidiores nazarei cuius niue , nitioidores lacte , iubicidiores ebore antiquo , saphiro pulchriores delectabilis est , grata , & pulchra . Excessum pariter habet valoris inter lapides pretiosos , ob quod sanctissimus Thobias spiritu elevatus , videns excellentiam celestis patriae , dicit , portas eius esse ex Saphiro a dignis , ut scribitur Thob . 13 . etiam Iordan . Apoc . 11 . dicit . Fundamenta muri superne cimicis est ex lapidis pretiosis , inter quos Saphirus adnumeratur . Saphirus . etiam in factis scripturis significare videtur aeternagloriam , ut habetur Exod . 24 . vbi Moyses , Aaron , Nadab , Abiu , & septuaginta de seniorib . Israe , Deum viderunt . Sub cuius pedibus erat quasi opus lapidis Saphirini , & quasi cœlum cum serenum est . Pariter in Ezech . 10 . cap . legitur , quod species gloriae domini , super Cherubin , erat quasi lapis Saphirus . Et ex his pluribus alijs multū laudantur arma Christianissimi Regis Francie , in hoc , quod sunt in campo azurro , qui color est Saphirinus , ut amplè commendat G . Benedictus in sua repetitione c . Rayn . in verbo , duas habens filias , numer . 13 . 114 . & 115 . extra de restamentis . & ante eum per Ioannem Ludouicum Viualdum de monte regali : in libro de triumpho trium litorum Francie . & dixi ante in 5 . par . in 31 . confid .

**N**onagesima tercia confide . sit de excellentia colorum . Nam ut lapides marmorei , ligna , gemmae , vestes , & multa ex prædictis laudantur ex diuersitate colorum , & ex coloribus , qui etiam multum commendantur in armorijs de quibus in 1 . pat . in 61 . concl . cum septem sequentibus conclusionibus 38 . considera . Et etiam in picturis , de quibus in parte præcedente , in 44 . consider . dictum est . Ideo de illis , & excellentia aliquorum scribendum est . Scitu dignum est , quod colorum ( teste Isid . lib . 19 . Etymo . c . 17 . de color . ) quidam nascentur , ut sunt Sinopis , Rubrica , Paritonii , Melinum , Fretia & Auripig . Ceteri vero finguntur , aut arte , aut permixtione , ut per eundem in d . c .

Item quidam sunt Colores , qui dicuntur naturales seu naturales , ut sunt album & nigrum , ut habetur in 1 . si cui lana . & proinde ff . de legat . 3 . Et inter hos duos colores naturales album , scilicet , & nigrum , sunt quinq ; principales intermedij ; scilicet glaucus , puniceus , rubeus , purpureus , & viridis , quos ponit Bartholomeus Angli lib . 19 . de proprietatis . Et omnes colores præter album & nigrum dicuntur versicolores , ut est text . in glo . in d . & proinde .

Cælius vero li . 1 . antiq . leff . c . 20 . post Marsilius Ficinum lib . 3 . cap . 19 . de vita cælitus comparanda dicit , quod sunt ex Platonis non ignobiles , qui tres esse vniuersales principiosque mundi colores arbitrantur , viridem , aureum , sapphirinum , trib . cœli gratijs decoratos . Et viride in vti que Veneris

esse volunt , atq ; item Luna . Aureum Solis , ab Iorue tamen Venere q ; non alienum . Sapphirum vero Ioui Maximo dicatum prædicant : cui & Sapphirus dicatur consecratus . Atque Sapphirinum quidem mundi Spheras inscrere , aurea verò Spheras ad ipsam coelis similitudinem addere sidera . Ipsam vero Vestam siue Cererem , id est , terram , viridi prorsum ex colore indumento . Et dicuntur isti duo colores nativi , ex quo ex eorum natura magis tendunt ad albedinem vel nigredinem : hoc est , ad candidum vel obscurum , & qui nulla artes sed natura producuntur .

Qui dicuntur colores albi , & quæ gemmae tendant ad hunc colorem album , etiam qui dicuntur colores obscuri , & quæ Gemmae ad hunc accedant colorem , scribir diffusè Nicolaus Perotus in 2 . epigramma . Martialis . & consequenter de alijs coloribus , ex quibus considerari potest excellencia : tam ex natura rerum quib . ipsi colores magis appropriantur seu assimilantur , quam ex communione reputatione , quæ habetur inter colores , de quibus scripti in conclusionibus , in principio huius considerationis allegatis : in quibus multū attenditur excellencia colorum , maximè eorum , qui communiter apponuntur in armis , & ex quibus ipsa se pœnit : prout colores rebus nobilioribus & dignioribus adaptati possunt , dicuntur & denominantur digniores . Et de adaptatione illorum videatur Perotus in loco præalleg . Deinde spectanda rerum natura quibus adaptari possunt , & ex his sicut laudes , & exaltationes armorum , secundum quod contingere potest : & si resistit in naturalibus potius quam in accidentalibus . Ex quo videtur quod Colores albi & nigri cum sint naturales , sint laudabiliors .

Erlacet color nigræ videatur laudabilius & principalior , cum per nullum alium colorē possit transmutari , in corporari , seu cōfundiri . Ipse autem omnes alias non solum transmutat , sed etiam ( quod fortius est ) extinguit , & confundit : ut iam dixi in d . 1 . pa . in 17 . conclusio 39 . considerat . Color tamen albus & qui albedini proximè accedit , semper fuit plus laudatus , quia ut ait Arist . lib . de sensu & sensato . est origo aliorum colorum , & omnes ab illo dependent . Etiam quoniam omnes sancti diuinis tendentes ad honum , qui per pœdiū possunt , semper fuerunt visi sub specie coloris albi seu candidi potius quam nigri .

Et color albus multū laudatus fuit à Deo : cum , ut habetur Exod . 16 . appellauit domus Israe nomen cibi duplicitis , quod erat quasi semen coriandrialbum , &c . Et habetur Apoc . transumptum in c . si enī . versi . si autem venio tibi depœni . d . 2 . Habet pauca nomina in Sardis , qui non inquinaverunt vestimenta sua , & ambulabunt mecum in albis , quia digni sunt . Qui vicerit , sic vestitur vestimentis albis , & non delebo nomen eius de libro vita , & confitebor nomen eius coram patre meo ,

meo, & coram Angelis eius, & in fine. Quodco tibi  
emergat in aurum ignitum probatum, ut locuples  
fas, & vestimentis albis induatis, ut non appareat  
confusio nyctiparis tua, & Apoc. 7. Vidi turbam ira-  
gnam, quam diuinam crare nemo poterat, ex om-  
nibus gentibus, & tribibus, & populis, & linguis  
stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti  
stolis albis. Eius habetur Matth. 17. Marc. 9. & Luc.  
9. in transfiguratione domini resplenduit facies  
eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt  
alba, sicut nix. Et habetur auctum primo, quod  
in ascensione domini, cum Christus ascendere-  
ret in Coelum, videntibus illis eleutus est, & nu-  
bessucepit eum ab oculis eorum, cumque intre-  
reutur in celum cunctem illum, ecce duo viri asti-  
terunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt:  
Viri Galilai, &c. Et Mar. 16. Et introcuentes in mo-  
numentum, videbant iuueniem sedentem in dex-  
tris, cooperatum stola candida.

Sed quicquid dicatur, videtur, quod omnes fe-  
rre colores sint nativi & naturales, sicut album &  
nigrum, cum omnes ipsi colores reperiantur na-  
turaliter terra proueniētes: quippe & viridis co-  
lor, rubeus, glaeus, citrinus, egruleus, & rosaceus,  
& alij ex terra procedunt, etiam in herbis, lapidi-  
bus, & arboribus.

Sed, ut à dincertieulo repetamus iter inceptum,  
sub colore albo continentur & alij, qui videntur  
esse species albedinis, & sub illo colore compre-  
hēdi, ut leucopus, & olorinus siue cygneus, & fan-  
dicinus.

Et colores albi quibus in pictura videntur, sunt  
Parethonium, Melinum, Cerusa, Eretria, Sandar-  
aca: vt de his habetur per Isid. & Perot. in locis an-  
te dictis. Et in armoriis hic color designatur per  
argentum, in picturis vero per alias res.

Quomodo etiam colores referantur ad Plane-  
tas, vide Martilium Ficinum lib. 3. de vita celitus  
comparanda. c. II. vbi etiam scribit qui colores sint  
potentes. Alio modo sumunt colores medici in  
corpo, quando faciunt differentiam, inter colo-  
rem naturalem, & non naturalem, vt per Athal. de  
Villa noua in suo speculo introductionum medi-  
cinalium: ca. II. & ibi vide quomodo causantur in  
homine: sed cum haec sint extra propositum, Ideo  
circa ea non insisto.

Color etiam obscurus, qui & niger dicitur, est  
natius. & vt dicit Car. in elem. I. in princ. de statu  
monacho. Inter careros est vilior, & magis fusus,  
& ideo eleitus fuit à religione monach. ad denotā-  
dum mortificationem carnis, & tristem vitam,  
quam debent habere monachi nigri. Et dieuntur  
niger à nube, quasi nubiger. Erat dicit ibi, sunt tan-  
tum quatuor principales colores: Albus, scilicet,  
Niger, Citrinus, & Rubeus: & quod diuersitas eo-  
rum inducit diuersitatem effectuum. Clemen-  
tia. ultima. de regularibus.

Et aduerte quod hic color est leucopa, hoc est,

vili & vulgari albo cōtrarijs, propriū pullus appelle-  
latur, quod pulli ouium ferē eo colore nascuntur,  
& sub hoc colore sunt qui dicuntur hīpanus, bēci-  
eus, impluuiatus, suasus, Mutincensis, fuscus, ater,  
atraçinus: Et hic color à pictoribus atramentum  
dicitur.

Color cæsus dicitur, qui coeli specie habet, et  
glauces, & cœruleus, cumatilis, & cyanus: picto-  
res cœrulei coloris diuersa genera habent. Quippe,  
in argenti metallis nascitur cœruleum, quod  
propriū limus est: optimum vocatur Atticum, q  
nunc transmatinum dicunt, secundum marmo-  
rosū siue lucidum vocant. Tertium Seyricum à  
Seyro Aegei insula. Assertur & Indicum ex India  
supra modum nigricans, & atramēti ferē tenens  
colorē, li& & ex Germania quod Germanicum,  
siue lucidum nominant, vt refert Perotus, vbi su-  
pra, & qua gemma sint huius coloris. Hic tamen  
color videtur potius esse priuatio aliorū colorum;  
quam sit color de per se, vt dicit Arist. in li. de sensu  
& sensato. Et de excellētia illius, dixi ante in I. part.  
in 65. concl. 38. confid. Et inter alios colores est cœ-  
ruleus, inter illos sub obscuritate dependens, qui  
comparatur Saphiro, ex quo hic color videtur esse  
laudandus in hac specie coloris Saphirini, vt hic  
ante dixi in prin. vbi laudavi colorē Saphirinum,  
& magis tēdit ad nigrū quam ad album, de natura  
cuīus Saphiri dixi etiā suprā in precedenti confid.

Dinersus est & alitis color à p̄dictis qui viridis  
dicitur, & fit ex flore qui in legentib. frequens are-  
ficit, atq; oculos maximē recreat existimatur: à vi-  
riditate luci foliorum porri (qua summa est) Pra-  
sinus dicitur. Istius coloris præcipue sunt Smarag-  
di omnium lapillorū visu iucundissimi: quoniam  
nil omnino viridius comparatū illis virat. Præ-  
terea soli gemmarum implant oculos, nec satiāt.  
Quin etiā fessa alia intētione acies visu Smaragdi  
recreatur, vt in consider. precedenti scriptum cf.

Erede huiusmodi color viridi quomodo dele-  
ctat visum, maximē Smaragdus, scripsit Isid. libr.  
Etymol. 16. c. de viridi orib. geminis. allegatur per  
Bar. Anglie in suo li. 19. de proprietatibus rerum,  
vbi ait, quod propter visum cerui & alia animalia  
agrestia virientia diligunt & frequentant. Ideo ve-  
natores se induunt communiter ueste viridi, quia  
propter aspectum vitoris, quem bestiae naturali-  
ter diligunt, minus venatorum infidias expaue-  
scunt. Et ibi etiam dicit, quod iste color est medius  
inter rubrum & nigrum generatus, vt ibi videre  
potes de ratione predicatorum.

Alius erit color qui dicitur rubeus, qui est  
medius ab extremis nigredinis, & albedinis & que-  
distāns: ad cuius generationem concurrunt mate-  
riæ peripeccitas, ignei luminis claritas, & albedi-  
nis & nigredinis concors mediocritas. Tamē pro-  
pter igneum lucem partes mixti per spicas dilata-  
tentem, & rectificantem ac subtilitatem maiorem  
habet in translucencia conformitatem cum al-  
bo quam

## D V O D E C I M A P A R S ,

bo quam cum nigro. Non tamen ita videtur esse dignior aut nobilior sicut albū aut nigrum, cum fir accidēt alios. Et præter antedictos, ceteri sērō omnes colores mixti sunt, & ex rufso compositi, sed ita diuersi prout ruffum, aut intendunt atque accidunt, aut cum colore viridi miscent, aut nigro infuscent, aut virente sensim in albo illuminant.

Et istius coloris rubei multe sunt species, sed rubeus & ruffus generalia nomina sunt ad omnia, quæ quomodolibet rubent, & fulvus, flauus, rubidus, phœnicetus, rutilus, luteus, spadicus, bētulus, balaustinus, coccinus, rofus, sinopis, minium, & sunt colores sub rubeo dependentes.

Fulvusverò color est ex ruffo ac viridi mixtus, in alijs plus vitudis, in alijs plus ruffi habens. Sic fulvum Aquilam & lapidem, fulvus galeros, fulvum aurum, arenam fulvum, fulvū leonem, & fulvum æ. Et huius rubri coloris inter gemmas sunt, Carbunculus, Corallius, Sardonix, Hematites, Hyacinthus, & plures alii: ut scribit Isidorus Etymologiae lib. 16.c. de rubris gemmis.

Alius est color qui dicitur purpureus, qui nigratus Rose splendore sublucet. Ceterorū omnium colorum gratissimus, & tingendis vestibus maximè experitus, à purpura distans. Purpuraverò pīscis est ex concharū genere, viuit annis septenis, habens nobilem illum succum ad tingendas vestes in medijs fauicibus: viuas conatur capere, quia florem illum morientes cum vita euomunt. Purpuras pīscis habent Sigillum & Lectum Idæ promontoria, & teste Isido. li. Etymologiarum 19.c. de coloribus vestium. Purpura à puritate lucis vocatur, & in his regionibus gignitur eius materia, quæ solis cursus illuminat proprius & illustrat.

In Melibea vrbe Theſſalie claruit vīsus purpureus, Lucretius lib. 2. Melibeaq; fulgens purpura, Theſſalico concharum recta color. Et Pli. ait in Laco-nia Porpuram optimam fieri cōſueuisse. Et idem de Carthag. loquens: Nunc omnis, inquit, nobilitas concilio atq; purpura constat. vide infra in 90. confid. De isto etiam colore & alijs scribit Plin. lib. 35.c. 6.vbi laudat hunc colorem qui & conchilium, & murex dicitur.

Sub isto colore continentur Violaceus, Iacinthinus, Amethystinus, qui in vīni colorē accedit: & sic denominaturā Gemma, quæ dicitur Amethystus: Itē Tyriathinus color sub isto colore purpura continetur, & etiam Molochinus, qui Maluē flori similis sit, quasi Malachinus: De natura cuius Maluae dixi hic ante in 90. confid. cum sit excellēt ex effectu.

Item color Cerinus à cerē colore vocatur, sic & à mustella mustellinus, & à Meli colore, siue à Melillo insula, vnde afferebatur Melinum pigmentum ipsum. Quidam tamen Melinum colorem volūt esse medium inter album & fulcum, qui Giluus dicitur. Et à croco croceus siue crocinus, qui etiam flāmeus dicitur. Et à cœlic colore cœruleus, id est,

viridiscum nigro, qui & Glauces tunc eāsius dicitur, & etiam thalassicus.

Luteus verò color est dilutior rutilus, qualis est color auri, hinc violæ eius coloris Luteolæ dicta. Plin. li. 21.c. 8. Lutei video honorē antiquissimūt, in nuptialib. flameis totum fœminis concessum. Et sic olim solum uxores flaminis, hoc est, sacerdotum, flaminis dictæ assidue vtebātur velis auratis, seu exauri colore tintatis, quib; non licet facere diuottiū. Eodē modo postea tegebantur nuptiis flameis, hoc est, huiusmodi velis, ut ppetuō cum viro manerent. Lucea de Martia iterū nubentem Caloni, Luceadēmissor velarunt flameas vultus.

Hic color luteus in vulgari nostro dicitur launc, & fit à pictorib. quibusdam retris, vlex autipigmento, quod in Syria fodit in summatellure aurii colore, sed fragile, ad lapidum speculariū similiudinem. Ex quo Caius princeps (vtaurum facere tentaret) magnum pondus ex eo qui iussit, & vnde excellens aurum fecit. Sed ita patui ponderis, ut in detrimētum cederet, propter quod nemo postea idem retare ansus est quod hodie si nostri phantasici, alchimiſtæ suis sumos fragmentis desisteret, exemplo huius, bene agerent, & rebus suis optimè considerent, cū in his plus detrimenti quam commodi sentiant. Hoc colore inter gemmas succini, hoc est, Ambri genus reperitur, & Topazij. Item, Chrysolitus aureo nitore trāslucens, & Aromaticis quæ in Arabia gignitur, ita dista, quod myrræ odore habeat: & plures alii genimā, vt per Peroratum in suo Cornucopia lib. in epigram. 2. Martial. & Isid. in suo Etymol. lib. 16.vbi scribit degemis secundum eorum colores, a c. 6. vsq; ad ca. 14. de pluribus generib. colorum vocabulūs; cornu Grecis, & Latinis, vide per Aulum Gellium lib. 2. c. 26. & post eum in Lazarī Bay si repeti. super l. vestis. ss. de auto, & argen. leg. c. 2.

**N** onage ſhin aqua cōſid. ſit de floribus odoriferis, ſeu (vt alij volunt) ſruitib. odoratis, ſeu herbis aromaticis, & vi vtrunq; cōpēctar, flores, ſelicit, & odores magis excellētis inter flores, & violas ſeu fructices odoriferos, ſcribitur ſequentes, Rosa, Liliū, Calta, Bacchar, Combretū, Loto, Crocus, Hiacynthus, Abrotonum, Amaracus, Saliunca, Polion, Amethyſtus, Cyamō, Holochrysos, Chrysitis, Origanum, Thymus, Conyza, Cyte-nus, Narciflus, Amaranthus, Epitymon, Oc̄nāthe, Phrygma, Abrotonum, Rosmarinus, Anethum, Achantus, Aneimona, Cherinthia, Ligustrum, Vacinium, Cōnuinulus, Cyanus, Cyclaminus, Sifymbrī, Tymbra, Satureia, Caſia, Melilotos, Lyrium, & Lychnus: de quibus meninīt Plin. lib. 21. & Isid. lib. 17. Etymol. c. 9. Sed quia radioſum eſſet de ſingulis laudeſ referre, ideo laudes de paucis abſoluteſ, propter corum excellentes effectus.

In primis de Lilio, quod ſuina natura (teste Plin. li. 21. cap. 5.) eſt nobilissimum, quo nulli florū celiſtas maior, cuius floſ fragat odore acutissimo, & eſt

& est candidissimus, nobilitate proximus Rosa, & quadam cognitione vnguenti Olci, quod ab eo lilium appellatur. Est & lily rubens, & etiam purpureum, sed apud nos raro videntur.

Lilium laudatissimum est in Antiochia & Laodicea Syria, mox in Phaselide, quartum locum obtinet in Italia nascens.

Susa, vrbis Periarum à Mēnone cōdita, nomen sumptū à liliorū multitudine. Nam Persæ Susam vocant lilyum.

Lilium multiplicem habet virtutem, ita quod eius radices virtute sua multis modis florē suum nobilitauerit, secundum eundem Plin. cō. li. c. 19. Auicen. & physicos. Nam valent contra durtitiam splenis, & neruorum, maximè sub pruniscocta, & cum oleo roso irrita, visturas sanant, & vulnera cicatrizant: & conferunt adiunctioni aquæ calidae, eum sint exsiccantia, mollitiua, & abstinentia, & consolidant: valet quæ lilyum incisionibus neruorum, & splenis apostemata maturat. Et, ut omnes testantur, lilyum tumores resoluti, ylceræ abstergit, dolores mitigat, venena depellit, punctures confert, & succus eius cum melle decoctus veterib. veleerit, medetur. Et oleum eius est resolutium, & aperi- tiū. Conuenit enim dolori capitis, & distillatum in aurem, sedat eius dolorem, saniet, & immunitiam purgat lilyum, & mortuum serpentis curat, similiter eius folia vexationem serpentū curant: eiusq; radices contra serpentium iecus valent, confert & lilyum punctura vermium, venenosorum atque Scorpionis: & præterea semē eius potu datum ad serpentis mortum facit, vt scribunt Plin. Auicen. & Dioscor. Ideo ex effectibus ex eo prouenant, constat ipsum lilyum esse laudandum.

Quod etiam facit ad laudē armorū Franciæ, in quib. sunt tria lilia cœlitus demissa, Delaude quo- rū scribit lo. Lud. Vinal. in suo tract. de triumpho trium liliorum Franciæ. & G. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verbo, duas habens filias. nu. 87. vsq; ad 100. numerum. extra de testamentis, & dixi supra in 3. par. in 3. confid.

Alius est flos, odoriferus qui dicitur Rosmarinus, que in propter eius excellentiam, & effectus illius excellentes laudare decreui, quem Latinis ab effectu herbam Salutarem vocant, & teste Isid. lib. Etymol. 17. cap. 9. odorem thuris habet: unde Libanotis dicitur Plin. Libanotis radicem habet Olfatri, nihil à thure differentem, cuius natura calida est, & sicca in tertio gradu, vt Serapio inquit. Propterea ad plures valet infirmitates, vt Rasis ait in 23. continētis. c. 694. authoritate Diocoridis: & inter cætera dixit ibi, quod onines speciescum melle in oculis posita acuunt visum. Et vt scribit Arnal. de Villa noua in suo tract. de vino. Cum Anazare esset in Babylonia, accepit cū multa sollicitudine, & precum infinita à quodam antiquissimo medico Satraceno virtutes roris mari-

ni: quas secretiora sibi quasi in nulli narrare debet communicari retinebat. Et dicit, quod de vtiliorib. operationibus eius est cum vino, deinde cum balneo: deinde cum fit ex eo oleum, quod est in eff. & Balsami: deinde cum fit electuarium ex florib. eius, & aqua ardenti seu vita. Vinum quidem, quod de hoc fit more aliorū conficitur secundum modos descriptos in dicto tractatu. Habet mirabiles proprietates. Nam ipsum est virile omnib. & gritudinibus frigidis, rectificat appetitum, & confortat sua aromaticitate qua anima dilatatur, & sua stipticitate qua substantia eius congregatur, softificat omnia membra, nervos relaxat, & cum lauatur ex eo facies reddit ipsam pulchram. Et si lauetur ex eo caput, non cadent capilli, immo multiplicantur, & vallis eius cōseruat p̄prī ab Anthrace, hoc est carbone, & hinc malis pustulis, cōsumit phlegma, & melancholiā, & cōsortat propriè substantiā cordis, & ex hoc faciet acquirere aut consequi iuuenientiam, & foris qui eo assiduauerit, nō putrefiet corpus eius, & si sapientia os lauetur, ex eo continuè odoriferū reddit. Cōsortat dētes, & gingivias, & cancrū ex eo sapientia sanat, & fistulas, & huiusmodi vulnera ex eo sapientia sanat, & fistulas, & relaxantur. Et quando quis ex longa infirmitate agret, siue debilitatus panē assūm in eo vino madidum frequentauerit comedere, rectificat appetitum, & confortat eius membrum debilitati. Et ipsum quidem vinū temperatū, cum aqua pluviali, & propriè decoctionis florum eius herbe, & assiduatū bibere rectificat P̄thisicos, & Erycos, & est probatū, & secretū: vt ibi dicit Arnal. Valet etiam dictū vinum in quotidiana liturgia, & quartana, in cardiacis, & gritudinib. cordis, naufēa, & dissenterijs fluxibus. Itē, & quod de excellentiorib. operibus eius est, quod est vicarius tyriacæ contra venenū, & venenosos cibos, & est potus propriè para lyticis, & tremulos, & relaxatis nervis: confert potage perambulatiu, & mulieribus propriè humidā complexionis, & rectificat earum matres, & prodebat ad conceptum.

Fit & electuarium ex floribus eius, & melledispumato secundum quod fit rostatum, & est mirabilis vallis eius ad omnia prædicta: & fiant frusta ex illa herba, & floribus eius, & fiat Balneum vaporosum mediante calidorum, & est Balneum vita, & mors seneccutus: quoniam assiduatio eius facit renouari (sicut Aquilam) iuuentutem vtentium eo, & est secrētissimum, vt dicit ipse Arnaldus.

Fit & ex floribus eius oculum, quod gerit vicem Balsami, & est res areana. Cuius magisterium, hoc est. Impletur amphora vitri floribus eius, & clauditur cum panno duplicato cerato, aut cum cera & cooperi orio, ita quod non respiret, & sepeliat in arena vallis ad mediū, & maneat sic per mensum vñ vel plus: & flores dissoluantur in aquam, & separetur aqua illa pura ab impura, & ponatur ad solem per 40. dies, & insipillabitur aqua illa ad

## D V O D E C I M A P A R S

modum olei siue Balsami, confortat cor & cerebrum, & ad totum corpus valet, confortat debilitatem neruorum, remouet sordes & maculas faciei, seruat iuuentutem, & patitur experientiam Balsami, quoniam gutta cius super aquam posita petet fundum & stabit. Et si ponatur in sero in oculum ieiuno, non tantum maculam & telam, sed omne malum sanat, si tribus vicibus iteretur. Amplius res expetta est ab eo (vt dicit Arnal.) & visa, quod aqua vita siue ardor facta de vino, in quo remollita fuerit dicta herba, curat phlegma salsum, tibiacem, cancrum, & fistulam, quae aliter sanari non possunt: & si resederit dicta herba & flores, & ex ea inungantur manus, vel membrum paralyticum frequenter ad calorem, restituicabitur, & quandoque sanatur.

De Rosa vero, quae ex florib. odoriferis primaria est, scribit Plin. lib. 21. ca. 4. Nascitur a spina siue rubo, & est iucundi odoris. Vetus eius in coronis prope minus est, oleo maceratur & in vnguentu translat, per se medicas artes praeber. Emplastris atq; collyriis imponitur mordaci subtilitate. Mensarum etiam in delitis inungendis minimè noxia inter rosas. Plinius celebrat Prænestinam, Campanam, Milesiam (cuius color ardētissimus sit) Trachiniam minus rubentem. Alabandica viliorem albicantrib. foliis. Vilissimam vero pallidis non pluribus, vel minutissimam spinoflam, quae differunt multitudine foliorum, asperite, leuore, colore, odore. Et ad minus habent quina folia vel numeroflora. Cyrenis vero odorifera est Rosa. Et in Gallia in opido Pronin. dicta in partib. circumstantib. prope Parisium, Bria, scilicet, vbi nascitur Rosa mirabiliter odoratissima longe quam in tota Gallia, adeo quod venduntur satis caro pretio: & dominæ Parisienses, quae sunt magistræ politiarum, eas seruant ficas in sacculis cù certis alijs odontaincentis, & portant in scrinij & cofbris vbi sunt linteamina, mantilia, & similia: quae postea redduntur mirabilis odoris, boni, & suauissimi. Imo etiam portatur dicta rosa ad longinas partes, & vt scribit Panthaleon de Confluentia in sua sum. laetitiorum. c. 1. secundum tractatus. Ipse portauit ad partes Pedemontanas, vbi videbatur pretiosa. Ad bonitatem istarum rostarum etiam influxus super celestis concurrere potest. Carthagine, Hispanie, hyeme quoque tota pœx refert & coeli tēperies. Quibusdam enim annis minus odorara, puenit ita: præterea magis omnibus locis siccis quam humidis odoratior, teste Pli. li. 21. c. 7. Idcirco odoratoria in oriente confurgunt: quia teste Cælio. lib. 12. lectionum antiquarum c. 21. post philosophum, terra cum seruet arcti iniritur, qd ediderit principio, bene olet. Etenim quae parce humido quendam in modum recaluerint odorata redduntur, humor enim calore concoqui potest.

Laudatur & rosa ex effectu eius magno, cum ex ea fiat vinum magni effectus, vt scribit Plin. lib. 14. ca. 16. vbi dicit, Inter flores sit vinum è Rose foliis

tus, in linteoloque in mustum collatis cum portu disculo, vt sislat 40. pondere denariorum in sextarios vicenos musti, nec ante tres menses vase aperito. Et de eo etiam facit mentionem Arnal. de Villa noua in tracta. suo de vino. vbi in vnum a stivis dicit esse proprios latuni, quod potest fieri cum muslo de hincrosis, sicut sit vinum Boraginatum, & fit leuus, citius & melius, & sufficit secundum eum talis modus, scilicet, vt vino potissimum rubeo supermittantur in amphora hora comeditionis cum aqua rosata quantum placet in sapore & odore, & bibatur. Refrigerat enim cor, membra principalia confortat, custodit in sebra, ne dissoluantur eorum virtutes à calore, & dissolinta restaurat: valet contra putrefactionem in febribus pestilentialib. Ipsum etiam medicinalis est, quoniam valet contra yenteriam, disenteriam, & defecatum contentiuam. & temperatum cum aqua pluiali consert vomitum & syncopi ex fumo colericico, & contra cardiacam quae fit ex calefactione spiritualium: valet etiam contra diaphoresim, & assiduatio lauationis dentium cum eo confortat gingivias, & os redolere facit, & bonum anhelitum: & lauatio facie cum eo facit carnem solidam & coloratam: & si dissiletur gutta eius in oculis, acuit aciem oculorum: quoniam mundificat ratione vini, & confortat substantiam oculorum ratione rosarum.

Vetus vero succirrosa (teste Pli. li. 21. c. 19.) fit ad ares, oris vlcera, gingivias, tōsillas, gargarizatus: Stomachū, vlvulas, sedis vitia, capitis dolores. In sebre per se vel cū acetō somnos, naureas. Folia vprungit in calliblephatū (qd medicamentū est accommodatum vitiis oculorū, præsertim cum palpebra cohærent, & vlcera oculorū mala sunt curata) Et sic quis femina asperguntur. Epiphoras quoq; (hoc est morbus oculorum, quem vulgo lachrymā vocat) aridis leniunt, flos somnū facit: inhibet fluxiones mulierū, maximè albas in posca. i. vino in tortulari aquato posus. Et sanguinis excretione. Stomachī quoq; dolores quātū in vni cyathis. Semerīs optimū crocinum, ne anniculo verutius, & in umbra siccatur. Nigrum inutile, dentū dolor illinitur, vrinam ciet, stomacho imponitur. Itē igni facro non veteri, narib. subductū caput purgat, capita pota ventrem & sanguinem sistit, vngues rotas epiphoris salubres sunt. Vlcera. n. oculorum rotas portantur, & præterquam in iutiis epiphora: ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi, rosinib. & vitiis ventris & intestinorū, & præcordiis vilissima vel illata. Cibo quoque lapati modo conditūtur. Caudendus quoq; in iis situs celeriter insidet. Et aridis & p̄siliis aliquis v̄sus: Diapasmata, hoc est, inspergimina, inde siunt ad sudores coercendos, ita vt à balneis inareſant, corpora diu frigida abluantur. Silvestris cum adipere v̄sino alopecias mirificè emendat. Est aut̄ Alopecia morbus in capite ex vito humorum, qui fit, cum profluuo capillorum. Et vnumquodque per

per se ex suo effectu sufficit ad laudandam rosam, & ad collaudandum illos qui habent rosam in armis, ut sunt illi de domo Vrsina, & in Anglia Reges, & in Burg. illi de domo de Vergy. Ideo non minus, si domus Vrsina Rosam accepit, cum sanet dolorem capitum cum adipe Vrsino. vnde Macer his versibus Rosam laudat:

*Dicilos florum nobis Rosam iure videatur,  
Quod specie cunctos praedat, odoreque flores.  
Non tamen haec specie tantum nec odore inuare  
Non valet, ac varijs nos adiuuat illa fidelis.  
Eius siccata gradu vis est & frigidaprimo.  
Laudat & Gario filiatum ex sua aromaticitate,  
quia si olfacit, aperit opilations accidentes in  
cerebro, & naribus: ori stomachi confortat: corroborat enim ipsum, atque cordi auxiliatur, & valet  
ad aemorrhoidas. Vnde Serapio in e. de berengemis. dixit de eo, quod calidum est in fine secundi gradus, conferens stomacho frigido, epati, &  
cordi, auferit cardiacam, qua sit a melancholia, &  
phlegmate, tristitia, & sollicitudinem, odoriferat  
que facit exultationes: qui vero eo delectantur, i-  
psum potius olfasciant quam manducent. Repe-  
riuntur & diuerfi coloris: quadam enim rubea, quā  
dam alba, & quadam violacea, quā vulgo grisea  
dicuntur, & forte cineritia.*

Laudanda est etiam Maiorana, quia secundum Rasina in p. 3. Almansoris c. 21. propter aromaticitatem suam, caliditatem, & subtilitatem, conuenit omnibus aegritudinibus frigidis, confortat cerebrum, & omnia membra, & ex qualitatib. suis vir-  
tutem habet dissoluendi, consumendi, & mundificandi. Et secundum Auic. in z. can. c. 48. est subtilis, resolutua, aperitua cum fortitudine aperiens opilations cerebri, & cōferens hemicerane, humi-  
ditat, & ventositatibus grossis, & doloris auris.

Lauendula etiam laudari debet, licet sit herba omnibus nota, calida & sicea complexionis. Cuius flores etiam odorem suauem & bonum habent.

Violis honor est proximus (teste Plinio li. 21. c. 6.) scilicet, rosa & lilio. eorum tria sunt genera, purpurea, alba, & lutea, seu mellina, quae est pallidula coloris. Et quādam sunt sativa, & aliae sylvestres, codem teste. c. 19. Omnes satva & folios, proxima sunt plantis. Ex iis vero, quae sponte opacis & macris locis proueniunt, purpurea latiore folio statim ab radice carnosè excent, solaque genera-  
li vocabulo violæ flores vocantur. Sed sativis ma-  
xima auctoritas luteis. vnde Barthol. li. de proprietatis rerum. Viola propter violentiam odoris sic est nominata, ut dicunt Istd. Herba quidem modica est viola in substantia. Cuius nō maximus est odoris: vnde odor eius cerebri calorem mitigat, & spiritus animales recreat, & confortat. Flores vernalēs prius oriuntur, sive cunctis manifestant: paruitatem eius in substantia, magnitudo odoris pariter, & virtus notabiliter recompensat. Et dicitur, quod flos proprieate eius est in eo

quando bibitur cum aqua, confert squinantia, & Epilepsia quae accedit pueris: & est illa, quae vulgariter dicitur mater puerorum, ut scribit Plin. d. e. 19. vbi ample de proprietate eius, & in horto sanitatis, tractatu de herbis. c. 492.

Omnium vero odoramentorum atque herbarum differentia est in colore & odore & succo. Odorato sapor raro vilius non amarus. E contrario dulcia raro odorata. Itaque & vina (ait Plin. li. 21. c. 7.) odoratoria in usus, Silvestria magis omnia sativis. Quorundam odor suauior est longinquus olet, cum in propinquuo admotus hebetatur, ut violæ, rosa recens est longinquus olet, sicea proprius. Et de illis ambiguitatis in odorum ratione. Cur floribus odores seu suffumentorum suauius est longius olet, eum in propinquuo alia herbam potius doleant, alia fumum, dicit Cælius libr. 13. lect. antiqu. c. 24. ex hac ratione procedere: quia natura odorum calor vi constat, cum odorata omnia calida sint, & ut vnumquodque calidissimum est, i. ira & maximè leue. Proinde prouchi longius potest, ac fincirem subiectare odorem suum a ceteris, cum folliorum odoribus, rum fumi: id est, vaporis aquei depuratum, adiunctumque, qui odorem affectari videtur, cum quo terrestris quoque prouchatur portiuncula, quae odore celerius sensum afficiat. Nam in isto crassamento calidum inibi potenter agit, verum in recessu longiore vixta flaccescit, calore diminuto, quamobrem sensus ingeritur odor materia defecatione. Quod vero amplius agitata odoramenta plenius afficiant, ratio evidens: quoniam mota plus aeris, quam quietientia replent. Quo nomine celerius odoris potest sensum perstringit. Aceris autem frigoris vi infestante, minus minusque odoramenta persentientur: quoniam hebetur, retunditurque; tunc aeris motus, quo inueniuntur. Etenim frigus consistere facit, & contrahit, de quo plene Cælius co. lib. 13. ca. 19. & ibi querit, cur præcipue odoribus capiantur, & delectentur homines. Odor vero teste Istd. lib. 18. Etymol. cap. 8. in priu. nihil aliud est quam aer contractus, vel fumosa exhalatio, vel vapor, ut veteribus placuit. Et odorum & florum generi magnus est usus in medicina, ut ait Plin. d. libr. 21. cap. 18. Imo odor maximus est nutrimenti. Cum, ut ait Hippo. in suis aphorismis, bona conseruatio generis humani est in humido, melior in vino, optima in odore, & scribitur Proverb. 27. Vnguento & varijs odoribus delectatur eorū. Propterea Cælius lib. lectione antiqua. 13. cap. 21. querit an odoribus suffici alimentum queat, vbi allegat Hippo. in lib. de alimento, dicente: Quicunque cirrissima indigent adiectione, humidum remedium resumendis viribus optimum est, vbi au- rem adhuc ocio per odoratum: Pythagoricorum etiam sententia fuit, odores ad nutrationem cōferre, veluti etiam alamur qualitatem eiusmo-  
di attrahendo. Odores etiam sanitati plurimū cō- ferre

## D V O D E C I M A P A R S

ferre sensus perdocet. Nam Plin.lib.7.ca.2.scribit ad extremos Indie fines ab Oriente, circa Gangis fontem esse Astomatum gentem sine ore, corpore roto hirtam, que frondium vestiatur lanugine, viuatque halitus tantum, & odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullum esse potum. Tantum radicum, florumq; odores varios silvestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Et ibi scribitur in calidis quibusdam Regionibus, ac plurimo passim odore fragrantibus multos gracili corpore, & imbecillo stomacho, quasi solis odoribus ali. Forte quoniam ipsa naturali loci, tum herbarum, & frumentorum, atque pomorum succos ferme totos redigit in odores, tum corporum humanorum humores illie resoluti in spiritum. Cum igitur vterque odor videlicet ac spiritus sit vapor quidam, & simile simili nutritiatur: Nimirum, & spiritus, & spiritualis homo plurimum odoribus accipit alimento. Spirum vero odoribus nutriti argumento est: quod vinum odore plenum subito spirum recreat, quem cetera vix randem possunt reficere, vnde Ouid.i.de Ponto sic ait:

*Et iam deficens sic ad tua verbare uixi,  
Vt solet infuso rena redire mero.*

Et in confessu est, ex se vinum fomenti plurimum suggestere. ideo Auicen. dictum probatur, cum ait: Corpusquidem dulcedine, Spiritum verò quadam aromaricitate nutriti. Tria vero spiritus animalis fomenta traduntur præcipua, Aë purus & luminosus. Odorum delectus, & Musice. & idem Cælius co.lib.13.c.22. scribit miram utilitatem suffusionis, & ignes odoratus pestilentia occurrere. Siquidem cum Aër, quo vtimur plurimum, & in quo maximè versamur, non eadem semper stirratione dispositus, nec idem seruer cōtemperamentum: sed nocturna dense at humectatione, & proinde corpus premat & animæ tristitiam inferat, veluti nebula circumfusam grauiore. Nam & mediceæ artis scientissimi pestilenti affectione grauius graffante ignium crebritate malo occurunt, quod ijs rarefcere credatur aër. Id q; consequtitur largius, si odoratoria vrantur ligna. Cuiusmodi est cupressus, juniperus, picea. Sed & Agrona nobilem medendi scientia summe laudatum ferunt, quod Athenas magna pestilentia vi saeuia infestante, affectorum plerisque salutem intulisset operi, accentis in proximo ignib.

**N**onagesima quinta consid. quod metallorum sive excellentius alio. Et videretur quod metalla debuissent præponi lapidibus & lignis: quoniam, vt habetur Esaiæ 60. Deus qui est remunerator in centuplo pro ære promittit Ecclesiæ dñe. aurum, pro ferro argentum, pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: Sed hic interserui propter connexitatem ad præcedentia, Isid.verò libr.Etymo.16.c.16.dicit septem esse species metallorum.

aurum, scilicet, argentum, electrum, æs, stannum, plumbum, & quod domat omnia ferrum, exquisitus auren, argentum, vt dicit Luc.de Pen.in rub. de metallarijs & metallis.lib.ii. allegat textum in authen.de consuli. lib.5.hæc itaque. verf.spargere autem ibi, argentum verò quod mox post aurum preciosissimum fieri. & ibi glossa in verbo, post aurum. colla.4. Et de auro & argento fit mentio in pluribus locis in iure. Nam est titulus de auro & argento legaro. in infortia.

Aurum vero quod nascitur & inuenitur in fluvio Phison, qui & Ganges dicitur in Regionem terræ Euilath, hoc est, Indie, est optimum. vt habetur Gen.2. Quia, vt Plin.scribit lib.23.c.4. in prin. Nullum absolutius est aurum, quam innuentum fluminum ramentis, vtpote cetsu ipso trituque perpolitum.

Aurum enim octo habet virtutes, quas describit Guilliel.Bened.in repet.c.Rayn.in verbo, duashabens filias.nu.100. de testamentis. post Ioan. Lud.Vina.de monte regali in suo tracta. de pugna partis sensitiva art.de laudib.ac triumphis trium illiorum Franciæ. q. 3.

Addo, quod etiam aurum denotat sapientiam. vt ait Cælius lib.antiq.lect.4.c.24. & argentum rerum naturalium notitiam. Et de his virtutibus videtur in s.part.in 31. consid.vbi scripsi de excellētia armorum seu insigniorum Regum Franciæ, quæ sunt tria lilia aurea in campo azureo, & sufficiat, quod de iure ciuii aurum dicitur preciosissimum metallorum, deinde argentum. vt est text. in authentica. de consulis, hic ante allegatus. Et de excellentia auri, & eius laude amplissime quam per alium videoas per Matthæum Vegium in sua elegantissima & iucundissima disputatione, quam fecit de excellentia terræ, solis, & auri, & quod illorum sit excellentius, vbi concludit aurum excellere. dicit tamen Textor in suo cornucopie lib.in lit.P.in laude cinitatis Parisien. Adrianum Imperatorem dixisse plus esse auri in rerum natura, quam reliquorum metallorum. Et quia Plin. amplissime tractat de metallis, & iam sim tñatio affectus ex prolixitate huius operis, te remitto ad eundem Plinium in lib.33.naturalis historiæ, vbi de omnibus scribit, maximè de auro & argento, & eorum excellentijs.

De argento tamen vnum hic non omissum ferre, quod scribit Textor in loco ante citato. in verbo, aurum. quod in Augustudunorum, seu Hec duorum diœcensi pagus est Chiriacum nomine, frequentibus argentofodinis clarus, cuius rei testis est (vt ait) non auritus, sed oculatus. Cum in Corbigniaco oppido (quod vnico millari tantum distat) primaliter arum biberet rudimenta, iuit ibilisum & spaciatum (vidit loca, in quibus est non parua fossarum multitudo.) Ego etiam accepi in diœcio oppido prima literarum principia circa annum domini 1488. & tunc fuerunt inuenta illæ argenti-

argentifodinæ, & plures causa recreationis me contulit ad dicta loca cum dominis Iacobò & Ger mano Peregrino socijs meis, de quibus etiam memoratur Textor: sed tunc eramus iuuenes, & etiam nobiscum aderant collegæ nobiles viri, domini lac. & Claudius de Môte acuto fratres, sub seru la magistri Vincentij Gaigandi, qui fuit Gymnasi archa antecessor illius Veturelli, quem Textor dicit suo tempore fuisse præceptorum seu rectorem scholiarum dicti oppidi Corbigniaci, vulgo San. Leonardi nuncupati, qua pro certo toga (teste Textore) si haberet Italia, magis tumesceret, ac superbiere, quam sua Cerere glorierur Sicilia.

**N**onagesima sexta confidit ex excellentia a liquarum vestiū, cōdō, quia vestes sunt ad gloriam & decorum. vt habetur Exod. 28. & ad ornatum hominis. & vt dicit Luc. de Pen. in l. 2. C. de vestib. oloberis. lib. II. licet scientia præclarissima sit in vi ro, nullus tam in sibi apud vulgus & optimates in doctos defertur honor sine vestium ornamento. iuxta illud:

*Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus*

*Creditur à milie, quamvis idiota sit ille.*

*Sic careas veste, nec sis vestitus honeste,*

*Nullius es laudis, quamvis sis omne quod audiū.*

Et non solum vestis est ornatum hominis, sed etiam est necessaria ad vitam, vnde habetur Ecclesiastici 29. Initium necessaria rei vita hominum est aqua, & panis, & vestimentum protegens turpiditudinem. Vnde vestis, virtus, & requies equi pollent. l. fi. §. 1. C. de his qui ad Ecclesiastis configuntur. Et paria sunt aliquem esse in vinculis & sine vestibus, vt in publicum nndus exeat, aut exire cogatur. l. in eadem. §. 1. cum ibi notatis, in glo. vltima. ff. ex quibus causis maiores. Ex quo optimè trahitur in argumentum, quod sicut non possunt pro executione sententia capi servi aratorij, boues, & instrumenta aratoria. l. executores. Co. quæ res signiori obligari possint, vel non, vt dixi in prædicti par. in 33. confidit. Ita nec etiam vestimenta, ne alias videatur ipse debitor quodammodo in vinculis pro debito poni, quod non licet. l. ob as. C. de exacto. tributorum. lib. 10. l. 2. & vt dicit Lucas in rub. de militari vesti. libr. 12. Hoc est verum in vestibus necessariis, secus in his, quæ sunt ad ornatum & delectationem, vt enim ait Tullius lib. de oratore: Vestis depellendi frigoris causa primo reperta fuit, postea ad ornatum & corporis dignitatem habeti copta est. & vide quæ dicta sunt ante in secundapar. in 32. confidit. & in 7. par. & in 44. considerat. Et quia ante ista parte scripti de pluribus rebus necessariis ad vitam hominis iuxta ordinem positum in dicto loco Ecclesiastici 29. Sequitur & restat nunc dicere de vestibus, quæ etiam sunt necessaria, vt dictum est. Et pro intellectu hu iusplura sunt genera vestium, vt scribit Cælius. antiqua. lectionum 19. ca. 10. vbi ponit plura (qua Græcis vocabulis appellantur) Textor vero claris-

us nomina vestium exprimit in sua officina, in ca vstimentorum genera. vbi 140. vstimentorum genera, vel circa declarat, & plura laudat quæ dicit excellentia. vt de Abolla veste tragica, & grauium personarum, qua vtebantur externi Reges. erat enim magni splendoris & precij.

Et dc pluribus vestibus per Textorem declaratis, etiam meminit & scribit Lucas de Pen. in l. vnicā. col. 3. C. nulli licere in strenis & equestrib. lib. 11. vbi ait, Quod saccus est vestis penitentium. & etiam Cilicum. c. in capite. 50. d. Et stola dicitur cappa, vcl superpellicium. c. nullus. 21. q. 4. dicitur autem stola à stolon, quod est longum secundum Archid. & vulgo cotta fortè dicitur. Et talis vocatur alijs vestis talaris, id est, talos cooperiens. c. p. 23. d. & ibi Archi. & c. Episcopi. 21. q. 4. & est tunica, qua matronæ vtebantur.

Et teste codem Luca in d. le. vnicā. Pallium est vestis preciosa, & birrus vestis vilis. c. si quis viro rum. 30. d. de quo Pallio fit etiam mentio in le. itē queritur. §. si fullo. & in l. in stratum. in fi. ff. locati. & dicit Textor in dicto loco, quod vestimentum erat Græcis peculiare, & erat vestimentum Philosphicum.

De Penula etiam ibi facit mentionem Luc. & secundum eum est vestis vilis. l. Labeo. in medio. ff. dc suppellecili legata. & est, vt ait gl. in l. pe. ff. de præscriptis verbis. gcnus vestis. & de ea notatur in c. si in adiutorium. 10. d. & ibi Archi. & Text. in loco ante dicto.

Est etiam vestis scenica, & citharoedica. dc quib. in l. vestis. ff. de verb. sign. & scenica & funcbris, dc quib. in l. sed & si quod. §. 2. ff. de vſiſt. dc quib. non meminit Text. Item est vestis ancillaris, metreticia, & matrimonialis, quæ vocantur habitus. l. item apud. §. si quis virginis. ff. de iniurijs. dc quib. non meminit Textor.

Item est vestis Interpolia, id est, vſitata, vt in le. Labeo. la. 2. ff. de contrahen. c. mptio.

De vestibus Sacerdoti talibus vide Exodi 28. & a te in l. pat. in 38. confid. in 3. concl.

Item Paludamentum est vestis consularis, qua vtebatur Rex vel Imperator ad ostendendum bellum in proximo esse futurum, vt resert Lucas ibi. & autore Textore, Palindaniūm hodie Cottam armorum vocamus, secundum Budaeum in l. 1. §. 1. ff. depositi. Et dixi in d. 38. consider. in 7. conclusione.

Item prætexta est genns vestis, qua vtebantur pueri nobiliores Romani, vt notatur in §. 1. in glo. prætextatum inst. de iniurijs. & l. 3. §. pen. ff. de libris exhibendis. & de his & pluribus alijs, de quibus meminit Text. scribit ut in l. vestis. ff. de auro & argento legato.

Item chlamis vestis est militaris facit text. in le. fortissimis. Co. de militari veste. libr. 12. & in cap. si quis post. l. 1. d. & vulgo mantellus dicitur, feucap. pa. dixi in d. 38. consider. in 8. conclusio. Et videtur hodie

## D V O D E C I M A P A R S

hodie esse dignior vestis. Cum in Rego per eam Regia potestas designatur, ut est tex. in c. plerunq; hos etiam versi. item per Saulem 2. q. 7. & in ea. vt cognoverunt. versi. quomodo etiam charitatem non habebat, qui querenti animam &c. de poen. d. 2. de quibus Luc. in d. l. fortissimis (vbitamen est corruptus in aliquibus allegationibus à me cmen datis.) Et ibi dicit, secundum diuersitatem personarum vestes esse distinguendas. c. adeo. 23. q. 5. ca. fi. 41. d. & 21. q. 4. in summa. l. sed si accepto. ff. dc Iur. fisci. Et qualis vestis, talia corde gerit, ca. accipisti post de poenitentia, d. 4. vt cultui vestium actionis quoque ornamenta conueniant. c. rationis ordo. c. dist.

De Toga etiam fit mentio in d. i. sed si accepto. ff. de iure fisci. qua olim soli Romani vtebantur. & de caper Texto. nu. 129. Et toga vestis dicitur lōga, qua honorabilior est quam breuis, vt dicit laetus Rebuffi in d. l. i. C. de vestibus oloberis. lib. 11. Hinc quia Aduocati longas vestes deferunt, Togati dicuntur. si quis de togatis. & l. ne quis. Co. de Aduocatis diuerorum iudiciorum.

Et quomodo Phryges inueniunt vestes acu facere. Et aurum in eis intexere inuenit Attalus rex Pergami in Asia. Et coloris diuersos intexere Babylon celebravit. Plurimi sibi texere (qua polynita appellant) Alexandria instituit, Scutulis dividere Gallia. author Plin. lib. 8. c. 48. Vestimento rum sunt omnia lana, velline, vel sericea, vel bombicinia. Omnia item, aut virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia. vt in l. vestis. de auro & argento lega.

Fuerunt & priuatae quorundam vestes: Adam & Eva priusquam peccasset, degabant nudi: post peccatum texere folijs verenda. crudis pellibus humeros amicti, vt scribitur Gen. 3. & dixi alibi in praecedenti parte. Iohannes Bapt. in eremo vtebatur ueste Camelorum fetis contexta, scorteaque eingebat zona. Vnica fuit Christo uestis inconsutilis, qua nullo vnu derrita est: de qua dicitur Ioh. 19. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Pallium Bartholomai per annos viginti, neque sordes villas, neque vetustatem sensit. Iacobus Apostolus (qui à corporis similitudine frater Christi dictus est) linco vtebatur anicillo. Paulus primus cremita uestem habuit palmaeis contextam folijs. Mortui exuuias induit Antonius Abbas diebus solium Festis. Maria Aegyptia consumptis uestibus nuda egit in eremo. & amplè de pluribus generibus vestimentorum scribit Textor in d. c. vestimentorum genera. & in ca. seq. vestes gētium proprias describit, cum ait: Pallium, Gabinium, Casiana Græcorum, Toga & prætexta Romanorum, Mastruga Sardorū, Bræca & Bardocuculus Gallorum, Rheneones Germanorum, Aulæa Britannorum, Strigium Hispanorum, Arsineum, Tyara, Cádys & Capiris Persarū, Cortheus Masiliensium, Myoton Armeniorum,

Dalmatica Dalmatarum, Peplum Troadum, & Cannaces Babyloniorum. & in c. seq. vestes quadam memorabiles enumerat, s. vestem Antisthenis Sybaritæ, qua vestem elaborauit, in qua varie Deorum effigies erant depictæ. Hęc quotannis in Liciniæ lunonis templo suspendi miraculi causa solebat. Atheniensis magno precio eandem sibi comparauit.

Lollia Paulina tunican habuit ex margaritis æstimatam quadrangulis festertijs.

Tarquinius Priscus aurea triumphauit tunica, testis Verrius apud Plinium.

Habuit Nero triclinaria Babylonica 400. milib. empta. Ho est, in appas & lectos triclinarios.

Sylofon vestem habuit, quam cùm Dario Hystrapi filio dono dedisset, totam ab eo, & vrbem & iniulam Samiorum in hostimentum minoris accepit, hoc est, aquamentum seu compensationem. Author Valerius de gratitudine.

Saxo grammaticus scribit Frontoni cuidam vestem fuisse, qua circumambiat, nullo telorum acuinice ladi poterat.

Et mirum est quod referam. Nam vidi Mediolani Matronam, qua singulis diebus anni nouam & diuersam vestem inducbat, & sic 365. vestes habebat.

Vestes digniores & excellentiores testimonio Iurisconsultorum sunt illæ, qua dicuntur olobera, aurata, paragayda, sericeæ, & murice tintæ. Cum tales sint Principum, & prohibentur deferri a priuatis. l. 2. & 4. C. de vestibus oloberis & auratis. lib. 11. Niū ex concessione illius quibusdam ei ministratibus permisum sit, vt ornatiore sint coram Principe, vt dicit Ioan. de Platea in d. leg. 2. post text. & glo. Si tamen vestes prohibitas eis deferre concesserit, potest auferre cum recedunt, vt refert ibi Luc. de Pen. argumento le. id vestimentum. ff. de peculio.

Et dicitur vestis olobera, vestis texta tota de optimo auro, quod in vulgari dicitur aurum soliatum, seu frisiatum, & in iure obrizatum, vt in le. fi. C. de veteris numismatis potestate. co. lib. 11. dicta ab olon, quod est totum, & beris, quod est aurum. Deaurata vero vestis est etiam totaliter de auro, sed non de soliato, sed alio modo deaurata, vt recamata vestis teste Jo. de Pla. Paragayda, vestis deaurata solium in gaydis, hoc est, fimbrijs. Paraganda, (vt aliqui dicunt) est ornamentum Pallij, vel vestis, quod vulgo friseum dicitur, & proprie apud nos vestis est ex serico alicuius coloris, in quo mixtum est in tinctura aurum, vt videtur hodie de panniis velutis, seu ex serico, in quibus sunt aliquas signa mixta ex auro. Vestis vero tintæ murice est sine auro: sed tintæ colore muricis, vel cœchilij, qui color preciosus est, vt aurum. d. l. 3. & 4. C. de vesti. oloberis. Et sunt Murices pisces, qui appellantur conchæ marinae, a iō nomine conchilia dicuntur, & si ferro præscindantur lachrymas purpu-

# CATALOGI GLORIAE MUNDI.

389

purpurei coloris emittunt, ex quo coloris tingitur purpura, & est tincta a valde preciosa: qua sol⁹ Princ⁹ vti debet, & nullus alius, vt dicit lo. de Pla. in l. si quis nauiculam C. de murilegulis. lib. 11. & ibi Bar. dicit idem esse dictinēs alijs, qui illi assimilantur, vt est color qui fit de grano, seu cocco, qui sipanno laneo apponatur, Scarlata in vulgari nostro appellatur. Et sic de iure non licet priuato talia vestimenta deferre, absq; licentia Principis. Cum sint Principibus reseruata, vt dictum est. Et tales vestes ex huiusmodi coloribus tinctae dicuntur purpura, ex quo sunt ad decorum dignitatis Regalis. Cum, vt dicit Lucas de Penna in d. leg. 4. sed sunt in signia, quibus excellenter regalis ordinis ostenditur, & Sacramentum iustum figuratur, puta annulus, pcr quem designatur fides, Armilla per quam bona operatio. Sceptrum quo iustitia. Gladius quo vindicta. Purpura per quam reuerentia, & Diademata pcr quod gloria.

Lazarus Bayfius in sua repet. dicta. 1. vestis. ff. de auro & argento legato. scribit plures vestes excellentes, vt de toga picta, tunica, prætexta, & alijs. cap. 2. 3. & 10. & in cap. 7. ponit de vestibus aureis, maxine de paludamento aureo. dc quo ante dixi: sed Lazarum videre poteris in locis ante citatis, & in cap. 11. vbi amplè. Inter alias vestes triumphales quam alia, & inter alia ornamenta triumphatiū reperitur toga picta, & palmata tunica, vt Lilius in 10. secundi belli Punici doceris verbis. ibi: Massinissam primum Regem appellatum, cxi- mijisque ornatum laudibus, aurca corona, atrea patra, sella Curuli eburnea, & Scipione eburneo. toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem, neque magnificentius quicquam. Triumpho apud Romanos, neque triumphantes ampliorem eo ornatus esse. quibus verbis numerantur ea, quibus ornabantur Triumphantēs, vt declarat Lazarus in dicto capit. 10. ante finem.

Et quia hic ante dictum est, Omnia vestimenta esse, aut ex lano, lino, serico, aut bombycina, De singulis aliquid dicendum est. Et primo delana, q; dicitur prius vellus, quoniam prius lana ante tonurā vsum vellerentur, vt habetur in d. 1. 3. Cod. de vestibus oloberis. Et quid veniat appellatione lanæ. vide in l. si cui. §. lana. & §. 1. vbi Alber. & §. 3. & l. lana. in prin. ff. de leg. 3. Et an veniat sericum. l. 1. C. quæ res vendi non possunt. Sed ad rem, plures sunt lanæ alijs præstantiores autore Textore. Nam Milesia sicut ciuitas, præstantia lanarum (que ibidem inficiebantur) memorabilis. Virg. libr. 3. Georgicorum.

Quamvis Milesia magno

Vellera mutentur Tyros imitata colores.

Et lib. 4.

Eam circum Milesia vellera Nymphae. Carpebant.

In Canufio Apulia oppido, & Caledonia, seu Britannia fuit eximia lanarum bonitas.

Lingonicas lanas probat Martialis libro 2. dicens:

*Lingonicus agendum tumeat tibi culcitralanis.*

Et etiam hodie in dioecesi Lingonensi maxime in territorio Montis, vulgo *la montaigne*, abundant optima lanæ, quibus lanificant & Campani, & Trecenses, & Parisenses, & sunt excellenter, quibus proximæ sunt lanæ illius nostra Provinciæ, quæ vulgo Alcetum dicitur. Etiam in Gallia reperiuntur lanæ Bituricenses, quæ in nihil discrepant, nec sunt inferioris ab Anglicis.

Luceria vetus fuit Dauniorum oppidum, eius lanas probat Horat. lib. 3. carminum:

*Telana propenobilem tonsa Luceriam,  
Non citraria decent.*

Plin. li. 26. commendat Galaticas, Tarentinas, Atticas, & Milicias, & lib. 8. de lanis, & ouibus loquens. Hispania, inquit, nigri velleris præcipuas habet Pollentia iuxta Alpes, Canusia rutili, quas Erythreas vocant. Item Bætica, vt Canusium, fulvas Tarentum. Et de his etiam meminit Lazarus in d. repetitio. leg. vestis cap. 2. in princip. vbi, & lanarum colores nativi ab eo memorantur quatuor præcipui: Albus in Apulia nobilis, vt ait Martialis:

*Velleribus primis Apulia, Parma secundis:  
Nobilis Altinum, tercia landat opus.*

Niger in Hisp. Pollentia, vt dixi: Rutilus, qui & à Martiale ruffus: Fuluus, & suæ puliginis Taræ. Et de his colorib. & alijs ante ista parte, in 93. consideratione.

Delinis verò & excellētia illorum videndum est, & mirabilia de lino scribit Plin. libr. 19. capit. 1. Sed prius sc̄itu dignum est, quid lini appellatione veniat: pro quo recurre ad textum iuris in lege si cui lana. §. linum. ff. de leg. 3. & vt scribit Textor, abundat Aegyptus lino tenuissimo. vnde Silius libro 3.

*Et Pelusaco filum componere lino.*

Argumentum maxime tenuitatis est, quod sin gula filia 365. filii constare dicuntur. cuius finis divisa sunt in Thorace Amasi Regis, qui Rhodi visebatur, autore Plinio.

Aethiopes, & Indi ex malis, Arabes ex cucurbitis, Afatici ex genista lina demetunt. Est & sua gloria Cumano in Campania, quo ad pīscium capturam vtuntur eius verbis incola.

Carbasinum linum apud Tarraconom repetitum est, ex quo nautica vela conficiuntur, ex quo & Carbasus nomen habet.

Nascitur linum in desertis Indiæ apud Cary-

FFff stum

## D V O D E C I M A P A R S

**A**non insulam tanta bonitate, & excellētia, vt magis tā adēquet precium. Setabis vrbs Hispaniē agrum habet nōmine Spartariū à Sparto lini genrē. Pli. quoq; scribit citeriorem Hispaniam habere splendorem lini p̄cipuum.

Nos verò Hedui lina habemus excellentissima, quæ ad nos vēhūntur à Regione Parisiana, ex quibus fiunt tela subtilissima, & splendidissimæ in hac ciuitate, & quæ sunt magna astimationis, optimoq; precio venduntur, & in his multum vacant mulieres nostræ ciuitatis, cuiuscunq; ordinis sint, vt norunt Lugdunen. quanta abundantia huiusmodi telarum ex nostra ciuitate singulis annis ad eos deferatur. Et inter telas Gallie laudantur tela huius nostræ ciuitatis. Etiam laudatur preciosissimum relæ genus Rhemense, communicata alijs quoque Galliarum populis textrinæ gloria. Asonius telam commendat Persicam, dum ait:

*Laudes Achaemenias orientis gloriatales,  
Molle aurum palij Graciatex euis.*

Commendatur Aegyptia ob p̄cipuum lini bonitatem, vt dixi, vel quod multis licijs (quæ polymita dicuntur) texere docuerint. Lucanus. lib. io.

*Vt mos est Pharij s̄ miscendi licit telis.*

Silius lib. 14.

*Quæ radio calat Babylon, vel nurice pilo,  
Lata Tyros, quæq; Aetatico variata per artem,  
Aulaeis scribuntur acu, aut Memphis tela.  
Setabis, vt dixi, vrbs Hispania tela claruit.*

Silius lib. 3.

*Atque altrix cel's amictus bat Setabis aree,  
Setabis, & telas Arabum sp̄re uisse superbas,  
Et Pelusiacum filum componere Nilo.*

Vt declarat Tex. in d. Cornucopia lib. in verb. tela. De serico verò dicit Luc. de Pen. in d. i. 3. C. de vestibus oloberis, quod sericum dicitur, quia Seres populi Asiae Scythicæ primi miserū. vermiculi enim ibi nasei perhibentur, quib. nafci circum arbores fila dicuntur tenuissima. Virg.

*Velleraq; vñ folijs depestante p̄pua Seres.*

Et Sidonius:

*Affyrus gemmas, Ser vellera, thura Sabæus.*

Et hic vernis bombyx dicitur. Et solent mulieres huius ciuitatis habere tales vermes in domib. quos ab initio veris eniuntur, primò ex paruis lactucis, deinde folijs mori, vt nutrītō potius eis conuenienti. Et in illis est mirabile argumentum resurrectionis, cum eti moriantur, tamen ex semetipsis iterum renascuntur. Nam cum ad longitudinem comparentem decuenerint, & ad albedinem conspicuam, tanquam saturati, amplius non comedunt, sed ore filum emittunt, quo se inuolunt, & satis brevi tempore tollēdum est ab eis aqua persusum, alijs comedunt, & rodunt, donec fecerint foramē, vt extre possint. Serico remoto, reperitur vermis corrugatus, & aliquod dics

non se mouet, deinde pellem emittit rugosam: & appetit papilio, coēunt simul, mas moritur, parter & stemella: sed pri⁹ emitit parua grana ad modum sinapis super folijs papiri ad hęc extensis, quę solent referuari in loco frido, & cum instat ver, incipitque calescere, emitunt in loco desiuncto paruos vermes, qui modo prius declarato tunc nutritantur, & ita bombyx regeneratur ex suo semine, & noui hęc experimenta. cūm mea cōiunx, & filiæ singulis annis huiusmodi vermes educant, ex quibus habent sericum, quod mixtum cum lino tenuissimo faciunt texere mappas & mantilia multum excellentissima, līnum quippe orditū, sericum verò restitut. Vel bombyx dici potest auctore Textore, subtilissima tela, quam eiusdem p̄o minis vermes in India conficiunt aranearium more. Reperitur autem apud Orōtem fluvium iuxta Antiochiam laudatissima.

Plin. laudat bombycem Assyriam, qua viri formis cesserunt, cum viros etiam nō pudiceret has vestes induere propter onera æstiuia. Instantis (inquit ille) à lorica gestanda discesserunt mores, vt oneri sint vestes.

Arabia, quam ab omnīn delitiatur vberante felicem vocamus, bombyce quoque abundat. Propriet. lib. ii.

*Nec si quæ Arabicæ lucet bombyce puelta.*

Hinc bombycinæ vestes vocantur mollissimæ.

Iuuinalis:

*Cuius delicias & panniculus bombycinus virie.*

Italia etiam abundat optima bombyce, qua Florentini, Veneti, Genueses, Mediolan. & Brixiiani optima & laudabilia conficiunt serica, vt videlicet alijs, cum assiderem Capitanco iustitiae Mediolani, & etiam Bononienses, & habent magnas roras multum singulares ad extrahendum filum ex globo, & quib. neutr.

In Gallia etiam est prouincia Turonenſis, quæ huiusmodi bombyce abundat, & ibi texuntur telæ serica. Et de his etiam scriptis Lazarus Bayf in d. repet. l. vestis. ff. de auro & argento legato c. 5. & 6. vbi multa ex p̄dictis ponit, quæ ab ante allegatis excerpit.

**N**Onagesima septima consideratione tractatur de paruis rebus, que non sunt spernēdæ, imò etiam extollendæ. Multæ enim sunt res parui corporis, quæ r̄bus magnis proculdubio anteponuntur, vt ait Beroaldus in oratione sua habita in enarratione Persij Poëta Satyrici. hoc in prius gemmæ lapilliisque testantur. Quid enim est minutus Carbunculus? Quid breuius Adamante? Quid Hyacintho magis pusilluim? Et nihil tamen his nobilius, preciosiusue reperitur. Scribit enim Homerius Tydeum paruo suffic corpulelo, in quo tamen anima esset maxima, & vires amplissimæ. vnde decenter in Priapis scriptum est:

Vtilior

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

390

*Vivilis Tidens qui si quid credit Homero,  
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.  
Et à Papinio veridice scribitur:  
Maior in exiguo regnabat corpore virtus.  
Et Xantippus Lacedamoniūs, quib[us] statu-  
ra erat, ita laudatur à Silio:  
Exiguus vigor admirabile membris  
Vividus, & magnos n[ost]ri qui vincerent artus.*

Et ut inquit Beroaldus, licet curiosissimè circumspicerit, & diligentissimè pensauerit, omnēs ferē res mundi magis virtute quam magnitudine estimandā sunt. Nec qua rendum est, quātus sit quisque, sed qualis: neque quam procerus, sed quam probus, discretus, prouidus, & magnani mus. Accedit historia quam refert Baptista Fulgosus in sua collectanea de dictis factisque memorabilib. lib. 3. c. de suis ipsius confidentia. vbi ait: Egda rus Rex Britannorum, cum Reges omnines, qui ei parebant, in conuiuūm adhibuissent, cīque esset relatum Rinandum Scotorum Regem, cum eum statura pusillūm inspexisset cum alijs, dixisse non mediocriter se mirari, quod ipse alijque Reges vi risortes procerōque corpore, tam partio homini subiectos se esse fateretur. Nulla prorsus re dicta, venantia deduxit eum, dataque opera, vt solus cū eo ab alijs separatus esset, Rinando alterum ē quo bus gladijs, quos secum tulerat, obtulit, dixitque fortitudinis eius perticulūm sacre velle, vt sciret an verbis in eo factare p[ro]ponderet. Quare Rinād. vehementer teritus, erroris veniam petens, tandem eam imperauit, cum Egdrus generoso facto, singularisque virtutis suae fiducia ostendisset, virtute se & non sorte electum regnare, ei vt hoc experiri posset, potestate facta. Hinc dicit Bar. in l. 1. ff. de iuri dictione omnium iud. quare est, quod Iureconfultus non dicit, quod officium ius dicentis sit longissimum, & non lauissimum: quia sapientia non consistit in longitudine, & raro longus inuenitur sapiens, quod non placuit Cyno, cum esset longa & grandis stature, & in ore vulgi est: minor magis magnos sapientes. Legitur Prover. 20. antefinem: Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora Sapientibus. Formicæ, populus infirmus, qui præparati in messē cibum suum. Lepusculus, plebs inuidia, qui collocat in petra cibile suum. Regem locuta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nimirur, & moratur in adibus Regis. Et dicit Luc. de Pen. in l. chartulas. in prin. C. de conuenientiis debitoribus. lib. 10. quod breues dicuntur cauti, id est, cum eaucta scripti, raro tamē vidi breves humiles. Et v[er]a t[er]t[ia] Beroaldus loco antedicto, nunquam quis laudauit librum ob id tantummodo, quod magnus foret accopiosus, nec orationem quis v[er]a quam duxit luculentam, propterea quod copiola esset aut verboſa, & enotimis: nec quis Poëma ob magnitudinem v[er]a quam celebravit: Imò contra laudatur libelli, qui sunt diserti, eruditii, & doctissimi

simi compositi, eosq[ue] absq[ue] dubio anteponimus maximis voluminibus, in quibus nulla sit eruditio, vt de Persio ait, qui quanto minor est, tanto elegantior est: quanto minus haber ponderis, tanto plus habet autoritatis.

Vnde Martialis ait:

*Sepinus in libro memoratur Persius uno,  
Quām leuis in tota Marfus Amazonide.*

Et de codem Quintil. dixit: Multum & vere gloriet quām vno libro Persius meruit.

Et plures res modicæ & paruae à pluribus laudatæ fuerunt, & plures de modicis rebus opera scripserunt. vt Synefius Cyrenensis de laudibus Caluitijs scripsit. Dion cognomento Chrysost. librum de Comæ laudibus, & multi alij de paruis rebus scripserunt, quos numer. 28. ponit Textor in sua off. e. qui de modicis rebus opera scripsierunt. Sed Caius lib. anti. leet. 9. c. 56. taxare videtur ex lenitatis Platonis homines plerosq[ue], qui solent interā nimirum quām leuiculis rebus stulte operam impendere scriamu.

**N** Onagelisimo & tau conside. erit de Plautis sibi obuiantibus multis modis, & inuicem inter se repugnantibus, cui est credendum in retrocedendo vel dando locum, & alijs: & illa habet magnam sequelam. Nam data paritate, Pedester deber dare locum equestri, Quoniam facilius mouetur Pedester, nisi esset in loco vbi facilis equester transire, putasi in loco arcto, & parua via, & esset retrocedendum in aqua, aut luo, aptius & commodius est tunc, quod equester deserat pedestri. Cum non sit sibi incommodi transire per aquam, quod esset pedestri. Itē equester debet deferre quadriga, cū facilis deserat, & retrocedat. Et quadriga curvit, quia vt plurimum quadriga facilis & potius se voluit, quam currus, & ita de huiusmodi. Intellige tamen semper (vt dixi) data paritate. Etiam nou oneratus deferre debet onerato, hac ratione: quia facilis retrocedere potest, & utilius & honestius est sic fieri: & sit scriptum ab Apostolo ad Galat. 6. Alterius onera portate, vt utilitas vniuersiisque considerat, quæ multum attendenda est: Quoniam licet omnia subiecta legibus, ita quod etiam Principes secundū leges vivere debet, vrl. digna vox. C. de leg. Tamē utilitati omnia parent & etiam leges, vt dicit Valerius Maximus lib. 3. tit. de fiducia sui. c. sicut & ille, ibi, legem utilitati cedere coegit.

Si vero duo plautra sibi obuiauerint in aliquo vico, vterq[ue] habet ius: & tantum vnum, quātum alter, vi dicit gl. in l. 2. §. 1. si ne quid in loco publico vel itinere fiat, si tamen vnu præueniat siue preoccupet locum intraudo primo in via, potest acclamare primio, & hoc e[st] aliis retrocedere debet, quia posuit & in necessitate, cum videret alium, vt dicit gl. magna ita, & Batt. Alias, vt dicit gl. est locus gratificationi argl. si. si. dereligiosis & sumptibus funerum, vel torti. arg. le. in tribus.

## D V O D E C I M A P A R S

tribus. ff. de iudicijis. Ita etiam dicit Bald. & post eum Sali. in l. per agrum. Co. de seruit. & aqua. Et idem Bar. iul. quo minus. in 5. q. ff. de fluminibus. Angelus etiam in l. fluminum. per illū tex. in prin. ff. de dāmno infēctō. dicit, quod illi deferendum est, qui prior dincepit in via venire. Ereum ante dictum est, quod est locus sorti, an per hoc videatur fors præmissa? die quod non, vr amplè notata per do. meum laſonem in l. si duobus. C. communia. de legatis. & Fely. in cap. capitulum sancte Crucis. in fin. extra de rescriptis. vbi ponit de concursu duorum simul impetrantinum, qui illorum præfatur: & de clauſila. anteferrī, quæ ſolet apponi per ſummos Pontifices in gratijs expectatiuis: quia aliā literā priores in data præſeruntur. vt ibi amplè per enī declaratur, in alijs locis in diſt. cap. allegatis. Et quomodo etiam quandoque fors laudatur, ſcribit Lucas de Penna in leg. 2. Cod. quando & quibus quarta pars debetur. libr. 10.

Et etiam ſcribit Fely. in eo loco de duabus collationibus eadem die ſactis per Papam de codem beneficio, vel à Papa ſeu eius legato & ordinario ſecundum e. ſi à ſede, de praben. in 6. vel ab Epifeo po & eius ordinario. Sed vnum dicit ſingulare do. meus laſ. in leg. 1. in 2. & 3. col. ff. fol. matr. quod instrumentum habens magis determinatum tempus, præſertur alteri. Ideo ſi in collatione facta per ordinarium ſit appoſita hora: In collatione verò facta per Papam, aut eius legatum non ſit appoſita hora, præſerenda eft collatio ordinaria, quia continent magis determinatum tempus: & ibi in diſtis locis videtur potest de duobus instrumentis codem die conſectis, quod illorum ſit præferendum.

Etidem Fely. in d. c. capitulum. col. 17. ponit de duobus ad brabium pariter peruenientibus, & de duobus caſtrum intranribus, ſtante ſtatuto, quod qui primò intrauerit, habeat tale præmium: & de duobus ſimul codem tempore natis, quis dicatur primogenitus. Et de duobus ſimul morientib. & de duobus ſimul pacem ſtaugentibus. Et ſie quando eft quæſtio de concurſu in caſu, in quo concurſus eft dubius, & dubitatur quis præcedere debeat, vide Fely. in diſt. loco. Quandoverò ſunt tres ſimul incedunt, vnuſ præcedere debet, & nō duo ſimul: quia communiter dicitur: quando tres incedunt, vnuſ præcedere debet.

**N**Onagelima nona conſid. huius parti erit de prioritate temporis, videlicet, An qui prior eft tempore, potior ſit in iure. de qua amplè declarat Dynus & Ioan. Andr. in regula iuris. qui prior eft tempore. de reg. iur. in 6. notatur in le. quoties vtriusque. ff. cod. titu. de regu. iur. Et in hac mate- ria dico, quod illa prioritas dicitur operatur in mul- tis caſibus.

Operatur enim primò in hypotheca, ita quod qui prior eft tempore, potior eft in iure. le. potior.

& l. creditor. ff. qui potiores in pignore habeantur. & l. ſi fundum. C. cod.

Quod extende primò, nō ſolum habere locum in hypotheca expreſſa, ſed etiam in tacita: unde ſicut habens expreſſam hypothecam anteriorem præfatur posterioribus creditoribus habentibus tacitam vel expreſſam, ita etiam habens tacitam hypothecam anteriorem realiter præfatur posterioribus creditoribus, non ſolum habentibus tacitam, ſed etiam expreſſam: ita tenet Dynus in diſta regula iuris, qui prior. per l. i. ſ. & vt plenius. C. de rei vxorice actione. & ibi hoc etiam ſentit glossa: pro qua etiam opinione facit tex. in leg. 1. Cod. de precario. Nam tex. ibi loquitur de tacita hypotheca, & tamen ibi dicit, quod tranſit res in alii cum onere iuræ obligationis. Facit in lege, vſu capio. & lege, pignori. C. de remiſſio. pigno. & l. ſi debitor. C. de diſtract. pignor. & l. ſi. C. debitore in venditionem pignorum non debere, & lege, debitor. C. de pignor. & lege, ſiquidem. Co. de donationibus inter virum & vxorem. & lege, ſi prædi- um. C. de cuiusq. Per quos tex. ita tenet Maria So- zzi. in ſuo traſtatu oblationum. lib. 12. Licet Bar. in l. i. C. de priui. dotis. versici. quaro primò. videatur tenere cōtrarium. Sed vide dominum meum laſon. in ſ. item Seruiana. nu. 7. cum duob. ſequen- tib. inſtitu. de actionibus. vbi etiam ponit poſt An gelum ibi, in quibus caſibus conſiſtat tacita hypotheca.

Secundò extende, quod non ſolum habet locum prædicta Regula in bonis iam quæſitis tēpore hy- pothecæ, ſed etiam habet locum in bonis poſt hy- pothecam quæſitiis, vt dicit Bar. in le. ſi qui. col. vlt. versi. vltimò quærō. ff. de iure fisci. singulariter Bald. in lege, hac edict. ſ. his illud versi. ibi, vt ſig. C. de ſecund. mup. & idem Bar. in confi. ſuo incip. Florētinus quidam doct. idem Bal. confi. ſuo 364. in 5. par. confi. & eft caſus in l. fi. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Tertiò extende, vt non ſolum procedat ſi habeat ius ab illo qui prætendit ius in re ſecondo, ſed etiam ſi habeat ius ſolum à re: quoniam ex tempore præfatur ſecondo prætententi ab codem ius in re. tex. eft & ibi Bal. in l. 3. cum ex cauſa. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Quartò extende, etiam habere locum in guarentigia, quoniam etiam licet ipsa principalis prior in tempore ſit potior alijs, ita etiam guarentigia, quæ eft in ipſo contracitu ſecondum Bart. in l. cum vnuſ. in fi. princei. ff. de bonis aurorita. iudicū poſi- dendis. & in l. ſi & iure. ff. qui potiores in pignore habeantur. Ang. in l. fi. C. cod.

Quinto extende, vt non ſolum habeat locum in principali, ſed etiam in acesſorijs. facit tex. in leg. potior. ſ. ſi. de futura. ff. qui potiores in pignore habeantur. & quod acesſorium ſequitur na- turam ſui principalis, facit regula principalis,

de qua in regula accessorium . de regulis iur. in 6.  
ibi per Dymum.

Sexto, extende etiam habere locū in hypotheca generali, quæ si sit prior tempore, præfertur etiam speciali. tex. & ibi Barto. in lege, generaliter. ff. qui potiores in pignore habeantur. & l. si generaliter. C. eo. vbi Bal. Salic. & alij. Ideo dicit Luc. de Pen. in l. prædia. col. 5. versi. 10. inducitur. C. de locatione prædiorum ciuilium, libr. 11. quod in obli- gatione generali potior est ille qui primò ad rem peruenit. si verò. ff. de peculio. l. inter eos, in princ. ff. de re iud.

Septimo, extende etiam habere locum non solum in principali, sed etiam in omnibus aretagijs, quæ hodie sunt loco viaturarum. ita est text. in l. Lui- cius. & ibi Bar. ff. qui potiores in pignore habeantur. & Bald. in l. si generaliter. C. qui potiores in pi gnore habeantur.

Ottavo, extende etiam si fieri nouatio obligatio- nis cum expressa repetitione pignorum, quia, etiam prior in tempore, est potior iuri. l. 3. in prin. & ibi Barr. ff. qui potiores in pignore habeantur. elatius dicitur infra versi. 21.

Nono, extende habere tantum locū in pignore conuentionali & nō prætorio. Bar. in l. cum vnu. in prin. vers. venio ad secundum. ff. de bonis auto- ritate iudicium possidens.

Decimo, extende etiam in pignore prætorio, si concurrat cum conuentionali. l. 3. & ibi Batt. C. vt in possessionem legatorum. Ludo. Bologninus in J. fundus. ff. de annuis legis. in interpretationib. & Bal. consilio suo 466. libr. 4. Et quomodo diffe- rat prætorium à conuentionali, vide Bar. Bal. Pau. & Alex. in l. ff. de pig. actio. Fel. in c. cum aliquib. in prin. de re iudicata. do. meus Iason. in d. §. item Seruiana. nu. 7. instit. de act.

Vndeclimo, extende etiam in pignore judiciali capio in causam iudicati, vt dicit Bar. in l. cū vnu. in fine principij. col. 5. versi. quid in pignore. ff. de bonis auto. iudicū possiden. vbi tenet, quod idem in judiciali, quod in conuentionali, & in hoc po- nit differentiam inter prætorium & judiciali: & de judiciali est text. in l. si & iure. ff. qui potiores in pigno. habeantur.

Duodecimo, extende etiam si prior in tempo- re habeat priuatam scripturam cōtra creditorem habentem publicam. Bal. & Ang. in l. scripturas. C. qui potio. in pig. habean. Lanfranchus in c. quo niam contra in pe. col. extra de probationib. dummodo illa scriptura priuata sit munita subscriptio ne testium, vel probetur per testes, qui fuerint pre- sentes, quando talis debitor scripsit talem scri- pturam.

Decimotertiò, extende etiam in priuato, qui est prior tempore, quia preferrur Recipub. posterio ri. ita est rex. in l. si fundum pignori. C. qui potio. in pig. hab. & ideo dicendum est in Ecclesia, cum Respub. & Ecclesia pari passu ambulant. text.

in l. fi. C. de sacros. Eccles. faciunt ea quæ dicit do. meus Ias. in §. ex maleficis. col. 9. insti. de actio. vbi etiam aquipara. Ecclesiam minori & pupillo.

Decimoquarto, extende etiam in priuato prio- ri tempore qui præfertur fīco. tex. in l. si pignus. ff. qui potiores in pig. habae. & in l. fin. §. fin. ff. cod. & in l. si fundum. C. cod. & Bal. in l. 3. C. de remissio. pigno.

Decimoquinto, extende etiam si posterior pri- mo posse derit rem hypothecatā, dummodo alius habeat anteriorem contractum. quia hoc causa dicitur prior in data. Ita tener Philippus Francus in consil. suo 126. col. 2. in litera D. in 4. vol. Et sic hoc causa nō habet locum in hypotheca l. quoties. C. de revendi. & ibi do. meus Ias. in 3. limit. quod intellige verum, quando à non domino datur pi gnus duobus: sed si à diuersis nō dominis, tunc le- cuss. l. si non dominus. ff. qui potior. in pigno. ha- bean. dicam infra in 6. limitatione.

Decimosexto, extende, vt nō solum habeat lo- cum in principali, sed etiam in re augmentata per allusionem. text. est clarus in l. si fundus hypothecæ datus sit, deinde allusione maior factus est, to- tus obligatur. ff. de pigno.

Decimoseptimo, extende, quod sicut prior tem- pore præfertur in hypotheca in reprincipali, ita etiam in melioramentis, ex. est. in d. l. si fundus. §. 2. de pigno. quod intellige verum quando ille qui hypothecauit rem, est ille, qui fecit melioramen- ta. ita loquitur dictus §. 2. sed si alius fecit meliora- menta, fortè alius ad quem res peruenit, non au- tem ille qui hypothecauit, tunc res non esset obli- gata cum melioramentis. lege in his C. de prædijs & omnibus rebus maniculariū lib. 11. & ibi Bart. & cum sequitur Paul. in lege si conuerterit. 2. ff. de pign. actio. do. meus Ias. in l. creditor. i. ff. si cer. pe. Credetrem hoc esse verum, si ipsa res hypothecata melioraretur, fecis si addatur aut adiungatur, puta quia de parua domo fieri magna per adiunctionem loci, aut de parua manso in quo sunt certe res pri- mo obligata; quia si alia addentur manso, nō sunt hypothecata cum primis.

Decimoctauo, extende, quod non solum ha- beat locū prædicta regula in principali hypotheca, in vñis seu arreragijs & melioramentis, sed etiam in expensis factis in prosecutione hypothecæ principalis: Quoniam, cum expensa fini accessio- nia ad rem principalem, sequuntur naturam sui principali: quoniam accessorium sequitur natu- ram sui principali. vulgata regula iuris in 6. facit lex eum principali. ff. de regulis iuris. Credetrem in hoc, quod expensa impetrantis, quo ad manda- ta & expleta decreti seu subhaftationis, præferan- tur omnibus quando sit executio in immobili- bus per viam decreti, sed quo ad expensas proce- fuis quæ sunt postea, donec omnes sint collocati pro hypotheca, secundum prioritatem & posterio- ritatem temporis, videntur tales expensæ non ha- berentur.

## D V O D E C I M A P A R S

ber naturam sui principalis nisi post omnes hypothecas reales priores in data, & hoc factō videtur, quod expensē omium sint collocandæ, secundum quod collocata fuerūt principalia, & ita seruat in practica.

Diccionono, extenditur etiam si secundus in data sit rex vel Imperator, quoniam, ut dicit Bald. in l. si fundum. in princ. C. qui potiores in pignore habeantur, etiam priuatus, qui est prior in data, cedem præfertur in pignore conventionali.

Vigesimō, extende etiam habere locū in duab. dotib. quia prior debet præferri. l. assiduis. §. fin. C. codem. qui potiores in pig. hab. & Dynus in dicta regula, qui prior.

Vigesimoprimō, extendit, quod non solum habet locū illa regula in prima obligatione & conventione hypothecæ, sed etiam in obligatione noante cum secundo creditore, cuius hypothecæ nouatæ prioritas iungitur cum prima, ut est tex. in l. 3. ff. qui potiores in pignore habeantur. dictum est ante, versi. 8.

Hæc Regula superius posita & extensa, limitatur in pluribus casibus: quoniam, ut dicit textus in lege interdum. posterior creditor, porior est prior. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Primo, non habet quando secundus seu posterior est priuilegiatus, quia tunc etiam præfertur antiquiori & priori in hypotheca. l. Titius in prin. & ibi Bar. ff. codem tit. qui potiores, &c. quod quidem ex pluribus limitationibus sequentib. declarabitur.

Secundo ergo, limitatur principaliter dicta regula in creditore, qui in rem cōseruandam credit, veluti si nauis fuit, & ad armādām eam vel reficiendam quis crediderit, ut dicit tex. in d.l. interdum. ff. qui potiores in pignore habeantur. & ibi gl. fi. in vcrbo, credidero. ponit tria priuilegia, quæ in hoc liabet creditor.

Primum, quia creditor talis in personalibus præfertur. l. creditor. i. & ibi doctores. ff. si cert. pet. l. si ventri. §. l. qui naucm. ff. de priuilegijs creditorum.

Secondum priuilegium est, quare sic refecta videtur tacitè hypothecata. d. l. interdum. & l. ff. in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Tertium, quia præfertur talis in hypotheca ilius, etiam alij creditori anteriori tempore, ut est tex. in d.l. interdum. & ratio assignatur in l. seq. quæ incipit, huius. in prin.

Aducere tamē, quia ad hoc, ut prædicta habent locum, duo copulatiū requituntur. Vnum, quod pecunia exp̄r̄sē fuerit mutuata ad refactionem rei. Aliud, quod res effectualiter fuerit refecta, quoniam hoc caū si non est refecta, cessaret ratio. l. interdum. supra allegata. Et si fuerit refecta, & non ad hoc exp̄r̄sē mutuata, non habet locum prædicta lex. ut dicit dominus meus Ias. in d.l. creditor.

l. ff. si cert. pet. qui ibi limitat d.l. interdum. in vno casu, scilicet, si domus extat, alias non gl. est ad hoc, quæ est ultima & minima in l. l. ff. de cessione bonorum. Ita limitatio non mihi bene videtur sonare ad prædictam legem, cum non Entis, nullæ sint qualitates. Ideo non est amplius questio de prælatione in melioramentis. Sublimitatur ergo illa lex, ut procedat quarencus pecunia mutuata necessaria fuit pro refactione adificij, fecus autem in eo pluri, quod fuit mutuatum ultra quam necessitas refactionis exigeret, quia in illo pluri cessat istud priuilegium, ut est optimum argumentum in l. si ad fin. ff. de exercitoria. Sublimitatur tertio, nisi fuerit mutuatum heretico in refactione seu restitutione, quia non habet priuilegium hypothecæ, ut in simili dicit tex. iv. auth. item priuilegium. C. de hereticis. Pau. in c. quia gaudemus de hereticis. Quid autē de pecunia mutuata, ut fiat adficij de nouo, scribit dominus meus Ias. in d. l. c. d. ut ideo cum ibi vide.

Tertio, principaliter limitatur prædicta principalis regula non habere locum, quando mutuatum esset alicui ad effectum rerum conservandarum, & in casu in quo alias res conseruari non potest, veluti si in cibaria nautarum fuerit creditum, sine quib. nauis salua venire non poterat. & idem si in merces obligatas crediderit, vel ut saluē fiant, vel ut nauis exoluatur, porior erit, licet posterior sit, ita dicit tex. in d.l. huius. ff. qui potiores in pignore habeantur. Intellige prædicta, dummodo exp̄r̄sē in hanc causam fuerit mutuatum, ut ante dictū est, & ideo dicit do. meus Ias. in d.l. creditor, quod si mercator vendidit merces suas alij mercatori, & transserat dominium, & ille mercator promittit solvere in certis mīndiis, postea ausigit, & exteat merces venditæ, comparent alij creditors, mercator qui vēdidiit istas merces nullum habet priuilegium in illis mercibus, nec præfertur alijs creditorib. quanvis exteat dictæ merces. textum habemus in l. quidā fundū. ff. dc in rem verso, per quem textum ita determinat. Dinus. Bar. & communiter doctores in lege, si cum dōtem. §. fi. ff. sol. mat. Bal. in l. fi. C. cōmodati, & in l. cum cui. C. de actionibus & obligationib. & in legi. in reb. col. 2. C. de iure dotium. Quamvis contarium, & male, tenuerit idem Bal. in legi, pro debito. C. de bonis autoritatē iudicis possidēdis. Sed do. meus Ias. in d.l. creditor. saluat Bald. vno casu, scilicet, quādō pecunia suislet exp̄r̄sē, & nominatim mutuata ad emendū tales merces, quæ suislet emptæ, & tūc tales merces cōsentur obligatæ, & in illis præfertur omnibus creditoribus prioribus text. in l. qui in naucm extit uendam. & ibi glo. magna approbata. ff. dc priuilegijs creditorū. Imo plus mutuans exp̄r̄sē ad emendū tales merces, habet tacitam hypothecam in illis mercibus. ita gl. magna in authen. quo iure. C. qui potiores in pign. habeantur.

Quartò, principaliter prædicta regula principali limitatur non habere locum in pignore prætorio, quia in tali prior tempore non est potior in iure, sed habens tale pignus præfertur alijs, etiam priorem datam habentib. ut ample declarat Bar. in legge, cuin vnu. in prin. col. vltim. versic. venio ad secundum. ff. de bonis auto. iudicium possidendi.

Quintò, limita in pœna in contractu apposita, quoniam licet prior in data quo ad hypothecam principalem præferatur, non tamen præfertur quo ad penam. Ita etenit Paulus in l. ideo condemnatus per illum tex. ff. de compensatio. quæ quidem decisio facit ad plures questiones. Nam multi habent hypothecam in pluribus rebus in patria Burgundie ratione cœsus, qui importat emendam, seu pœnam ob defectum solutionis certo tempore refienda. An sicut tales præferuntur ceteris creditoribus prioribus, in data principali & arreagijs, ut ante dictum est, etiam præferri debeat in emenda, dæ quod videtur ex illa decisione, quod non. Et ibi etiam Paulus ponit aliam decisionem quæ est, quod licet fiscus habeat raciam hypothecam in suis contractibus, vt fiscus. ff. de iure fisci. Tamē non habet in pœnis. C. de pœnis fiscalibus creditores præferri. lib. decimo, & notarii in l. præscriptum, in verbo, hypothecas. ff. de pactis. Et sic licet receptores regi in balliuaribus aut fiscallis uti ve-  
lant hac potestate, quod dicant Denarios regios esse priuilegiatos in regno, ita quod exequi faciunt debitores realiter per captionem & detentionem obligatorum in carceribus: quod tamē illud non debet habere locum in pœniis seu emendis adiudicatis fisco. Ex ordinatione tamen Regio si pœna pecuniaria seu mulcta, vulgo emenda, adiudicata fuerit per balliuos aut alios iudices immedia-  
tè subiectos supremis curijs, nō excedat summa-  
25. librarum Turonen. poterit executioni demandari, dando cautionem per receptorem Regium, non obstante appellatione ad superiorum interposita. Pœna tamē seu Emendæ inferiorum iudici-  
cium, etiam si sint Castellani aut præpositi regi, non possunt executioni demandari & exigiri, si ab eis fuerit appellatum ad superiores iudices: prout nec etiam emendæ dominorum subiectorum: & istud pluries dixi, icet s' a receptoribus castellani-  
rum regiarum voluerint facere contrarium, sed eis fuit denegatum, quoniam licet tales pecunia sint Regia seu regales, non tamē sunt priuilegiatae.

Sextò limita nō habere locum in eo qui habet solum conuentioneum de hypothecâdo: quoniam non præfert illi qui haber hypothecam post promissionem factam, & autem ad implementum promissionis: quoniam præfertur qui credit pecuniam, & accepit hypothecâ, ita est text. in l. potior. ff. qui potio. in pigno. habeantur.

Septimo limitatur, quando res aliqua datur in pignus à dîneris non dominis, quia præfertur ille, qui est possessor. text. est ad literam in l. si non do-

minus. & ibi Bart. ff. qui potiores in pignore ha-  
beantur.

Octauò limita, non habere locum, quando secundus creditor offert priori debitum suum. text. est in l. i. & ibi Bald. C. qui potiores in pignore ha-  
beantur. l. fin. & plene notatur in glo. magna, quæ est ad hoc magistralis. C. de his qui in priorum cre-  
ditorum loco succedunt.

Nonò, fallit in casu quo prior negat rem fuisse in bonis debitoris, quia coniunctus de mendacio, posterior eidem præfertur, ut est rex. authen. item possessor. C. qui potiores in pignore habeantur. Et hoc in odium mendacij, de quo plura per domum meū lafo. in l. quod te. in l. & 12. col. ff. si cer-  
pet. per Felinum in c. cæterum. in 6. & 7. col. extra de iudicis.

Decimò, fallit in rempta ex pecunia secundi creditoris: quia ille secundus præfertur, quādō ei-  
dem est specialiter obligatū, ut est text. ad literam in l. licet. C. qui potio. in signo. habe.

Vndecimò, limitatur non habere locum in a-  
ctione personali. Bald. in l. i. C. pœnis fiscalibus  
crediores præferri. lib. io.

Duodecimò, fallit in creditoribus Chirograp-  
harijs, quiclicet sine priores in data, non præferun-  
tur creditoribus posterioribus habentibus publi-  
cam scripturam. l. cum tibi. & l. scripturas. vbi no-  
tatur. C. qui potior. in pign. habeantur.

Decimotertio, fallit in creditoribus banchi, quoniam inter tales non inspicitur prioritas tem-  
poris in data, ita q̄ si sint plures qui deposuerint plures pecunias apud Banchum, & vnu exegerit suum debitum, non est inter alios communican-  
dum, etiā si sint priores in data, nisi in casu in quo per violentiam exegerit, vel nisi debitor ei gratifi-  
catus fuerit, vel nisi bona tunc cum exigit, si fuissent iam possessa aut impedita autoritate iustitia, vel  
nisi superueniat priuilegiatus: quia tunc habenda est ratio eius. Et in casu, in quo nū adhuc est exactū præfertur is, qui ex deponentibus repperit depositum suum non est consumptum, & ille ceteris præfertur propter ius dominij. Et si inuenierit con-  
sumptum, præferuntur depositarij creditorib. nisi aliquis ex eis suras acceperit. Quoniam hoc casu perdit priuilegiū, & ceteris alijs creditoribus est si-  
milis. quod adhuc intellige verū, nisi sit alius qui sit magis priuilegiatus depositario. Et si sint inter-  
pare, cuiilibet est satisfaciendum pro rata, priori-  
tate temporis non attenta. Ita tenent & dicūt Bal.  
& Sali. in l. supervacuum. C. depositi. vbi pro vno-  
quoq; casu allegant iura: & vide Bar. in l. pup. ff. de his quæ in fraud. credit.

Decimoquarto, limitatur prædicta regula principali non habere locum in mobilib. quo ad nos, secundum consuetudinem patriæ ducatus Burgundie descriptam in libro consuetudinū illius, in titulo, Des rentes vendues à rechar. articul. 3. Maxi-  
mè, quando sunt posita & euacuata extra manum debitoris.

## D V O D E C I M A P A R S

debitoris. Et istud ferè obseruatur in tota Gallia, de quo plenè ibi scripti. ideo non insisto.

Decimoquinto, fallit in re empta ex pecunia pupilli per tutorem: quia hoc casu etiam si non sint specialiter obligata & hypothecata, tamen pupillus est in hoc priuilegiatus, & præfertur priorib. creditoribus, vt dicit text. & gl. in l. idemque est. ff. qui potiores in pignore habeantur. Er' ideo videtur idem dicendum in ecclesiæ, cum minor seu pupillus & ecclesiæ pari passu ambulent, vt dicit & tenet dominus meus Iaso. in §. ex maleficijs. col. mihi 9. & secundum alios. num. 32. institut. de actiobus.

Decimosexto, fallit in expensis funeralibus, que sunt ita priuilegiatae, quod ante omnes creditores debent deduci, non habendo respectum ad prioritatem temporis. L. ff. de priuilegijs creditorum. & faciunt notata in l. scimus. §. in computatione. C. de iure delibera. vbi per doctores dixi in commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundia: ti. Des droitz & appartenances à gens mariez. §. 9. in glo. & failz funeraux. & facit l. impenia funeralis semper ex parte credite deducitur, quæ etiam omne creditum solet precedere, cum bona soluendo non sint. quæ est l. pen. ff. dereligiosis & sumpt. funeralium.

Decimoseptimo, fallit in casu in quo sunt creditores habentes hypothecam, etiam in priori quam expensa facta in infirmitate defunctorum: quia illa expensa præferrur creditoribus, etiam habentibus priorem datum, tex. est in l. restituenda hereditate. Compensatio eius habebitur quod te in mortui infirmitatem, in sumptumq; funeralis bona fide ex proprio tuo matrimonio erogasse probaueris. C. de petitione hereditaris. & illum textum ad hoc ibi notat Bal. & facit tex. in l. legatum. C. de religio. & sumptibus funeralium. & dixi in consuetudinibus. ducatus Burgundiæ in glossa allegata in precedentem limitatione.

Decimooctauo, fallit etiam & limitatur in creditore qui est creditor confessione testamenti defunctorum: quia præfertur omnibus alijs creditorib. anterioribus, etiam priorem hypothecam habentibus, & illa expensa ante omnium est deducenda, Bar. in leg. nō ignorat. C. de fructibus & litium expens. Anton. de Butr. in c. i. col. i. dc probationib. dixi in dictis consuetudinib. loco ante allegato.

Decimonono, fallit in muliere, quæ præfertur omnibus habentib. tacitam hypothecam, etiam in data priorib. tex. est in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Nunquid autem mulier sit potior fisco creditore, ponunt Bart. Bal. & Salyc. & ibi Alexan. in apostolis ad Bart. C. de priuileg. fisci. & in l. fatis. C. in quibus causis pignus tacite contrahitur. Et Angelus de Imola, & dom. meus Iason in l. si marito. ff. solut. matrimonio.

Vigesimo, fallit in eo, de cuius pecunia militia emititur, l. fin. & in authen. quod obtinet. C. depig.

& hypoth. & gl. in l. idemq; est. ff. qui potiores in pignore habeantur. Quod facit pro nostris aduocatis & practicis huius patriæ, qui emūt officia & capiunt pecunias mutuo, ex quibus ut plurimū constituant redditus: quia creditores deberent facere apponere in instrumentis, quod mutuat tales pecunias pro tali officio emendo: quia per hoc præferrunt ceteris creditorib. etiam anterioribus: & non asfirmo pro constanti, ideo cogita.

Vigesimoprimo, fallit in fisco agente ex causa primipili, quia præfertur omnib. creditoribus etiam habentibus exprestam hypothecam in priori data. Imo etiam bona mulieris in subsidium sunt tacite obligata. text. & ibi notatur. in l. satis. C. in quib. causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. Dinus in regula. qui prior. de regulis iuris. in 6.

Vigesimoscundo, limitatur, nisi quando hypothecatur secundo creditori per debitorum de voluntate primi creditoris: quoniam in hoc casu secundus præfertur primo, text. est in l. creditor. la 2. ff. si Titiū. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Pro 23. limitatione. Aduerte ad textum in l. potior. ff. si hoc colonus. ff. qui potiores in pignore habeantur. quod in hoc nō inspicitur prioritas temporis ex obligatione rei ad effectū inducendi post hypothecam, sed ad tempus constitutionis hypothecæ: Quoniam, vt dicit textus, non ex conventione priori obligatur, sed ex eo, quod inducta res est, quod posterius factum est.

Pro 24. fallentia. Aduerte etiā, quod hæc prioritas non habet locum, nisi inter contractus validos, quia, si unus sit validus & alius inuidans, qui habet titulum validum, non tam potior quam etiam solus, vt est text. in l. 2. in fin. ff. qui potiores in pignore habentur. Et facit regula, quoniam id p nullum est, nullum operatur effectum. De qua amplè per do. meum l. in l. 2. ff. quod si in patris possessione. ff. sol. mat. & in l. causas. in fi. C. dc transact. ff. in c. ex tenore. col. 3. 4. & 5. extra de rescrip. & dicam aliquid infra.

Pro 25. limitatione. Aduerte ad l. 2. C. de pigno. quæ vult, quod specialis hypotheca prius est discutienda, quam generalis, quod habet specialem secundo, præfertur habenti specialem & generalem primo, quo ad illam generalem.

Sed aduerte, nunquid clausula quæ quotidie in instrumentis notariorum apponitur, quæ est, videlicet quod specialitas generalitati non deroget, nece contra, tollat effectum illius legis. Ita p hoc casu etiam habens generalem primo, præferatur secundo habenti tantum specialem. Credo p sic: quoniam vt dicit Bar. in l. sed & si adjiciatur. ff. pro socio. Species restringit genus ex præsumpta voluntate contrahentium. quod sequitur Alexan. consilio suo 8. colum. l. in 3. volum. vbi ait, quod unum verbum speciale, alteri verbo generali iunctū, alterat illud genus. Cum ergo, ex expressa voluntate contrahentium, sit expressè declaratum, quod

quod generalitas non derogat specialitati: Ideo seruanda est eorum voluntas, quoniam cōtractus ex conventione partium, legem accipiunt. l.i. §. si conueniat. ff. depositi. c. contractus. de reg. i.u.t. in 6. & facit regula iuris, in toto iure generi per speciem derogatur. ff. de reg. i.u.lib. 6. Ex quo licet apponatur generalitas, ramen quia ex voluntate contrahentium expressis disponitur, quod species derogat illi: Ideo seruanda est illa conuenientio, cum illa regula habeat locum in contractibus, ut dicit Decius in dicta regula, in toto iure. & Dinus in dicta regula, generi. per l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. Et dicit istud tuncere Ang. in consil. 160. & Fulgosum in consil. 215. per l. doli clausula. s. t. o. d. de verb. oblig.

Et si dicatur, quod isto modo patres tollerent legem superioris, & connenirent contra leges & decreta principum, scilicet, circa d.l. 2. C. de pign. quod non est dicendum, vt dicit textus in lege iuris gentium. §. prator ait, paetia conuenita quæ neq; dolo malo, neq; aduersus leges, &c. facta erit, seruabo. ff. de paetis. Ideo non videtur valere talis conuenientio in casu, scilicet, in quo tertius haberet specialiter non specialiter ante hypothecatam. Ita, quod prima generalitas non discussa, prima specialiter praefert secundæ specialitati in vim contrahentium in præjudicium tertii.

Ad hoc posset responderi, quod illud non habet locum in hoc casu, ex quo anteius acquisitum tertio ex voluntate contrahentium ista generalitas alteratur per adjunctionem specialitatis, & illi generi derogatur, per illam specialitatem subsequenter, quæ magis clarè continetur in hac clausula, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, quæm si fuisset adjunctum aliquod verbum speciale generali, quo casu genus alteratur, multo fortius hoc casu. Et hoc maximè etiam quia talis clausula importat, quod generalitas faltem sit conditionalis, scilicet, eo casu quo specialis non sufficeret: quo casu primus ex vi illius clausula præseretur in illo casu in illa generalitate secundo creditori habenti specialem hypothecam contra d.l. 2. vt dicit Bart. ibi perl. qui generaliter, in fin. ff. qui potiores in pigno. hab. vbi videtur esse tex. ad literam pro hac clausula, ex qua decidit ille textus, quod ex conventione potest fieri, quod habent generali præferatur. Ideo multo magis hoc casu. Et aduerte, quia illa l. 2. C. de pignoribus, habet tantum locum in casu, in quo quis habet specialem in aliqua re, & generali postmodum pro eodem debiro, quoniam hoc casu habens secundam specialem illi alia comprehendens sub generali præferitur in generalitatique, quod intellige vbi non est illa clausula, secus verò, vbi primus haberet tantum generali in omnib. quia illa præferetur speciali posteriori, vt est textus, ad literam in l. signallerit. C. qui porio. in pign. hab. Et nota ista, quæ quotidie eueniunt in practica.

Aduette tamen ad vnum, an dici possit, quod hec hyporeheca generalis in emptione reddituum non sit bona, inquit videtur reddicre contractum vñfurarium, quādo emuntur annui redditus, si non sint expressæ pro illo certa bona particularia obligata, prout videtur facere tex. in extrauaganti. regimini. l. & 2. de emptione, vbi expresse consultus Papa Martinus V. & Calixtus 3. super huiusmodi contractibus. an essent validi, illos approbat in casu ibi proposto, scilicet, quando expresse in ipso contractu sunt certa bona vendorum obligata pro solutione dictorum reddituum, cum dicit tex. extrauagantis Martini, bonis in ipso contractu tunc expressis pro ipsis annui censu et solutione in perpetuum obligata. Et tex. Calixti dicit. Recipere solita suere illa lex domib. terris, agris, prædijs, possessionibus, & hereditatibus prædictis, qui in huiusmodi contractibus expressi suerint prædictorum solutione reddituum, & censuum efficaciter obligantes in illorum vendentium fauorem: vbi videtur approbare contractus huiusmodi secundum expositionem eis factam, quæ erat tatum in casu in quo bona erant specialiter, & expressæ certa ad hoc obligata. Et ideo cum iste casus tangat animam, & non sit eadem ratio in generalitate quæ in specialitate, eo, quia in generalitate videntur solum partes habere respectum ad lucrum pecuniarium, & illa assignatio generalis sit tantum pro securitate debiri. Ideo videtur, quod sapiary furariam prauitatem, hoc est, lucrum ex pecunia, quod est reprobatur: & quia vt videri potest ex illo textu in d. extrauaganti. regimini. illud, quod dispossuit summus Pontifex, tuit: quoniā ita inuenit ex consilio peritorum qui decidebant contractus huiusmodi licitos: ideo cū tales dicar validos, intelligendum est tamen sanè secundum formam in principio illius extrauagantis datam, & secundum qualitates in præfatione appositis, quæ sunt tales, videlicet, quod sunt expressa certa bona in contractu, quæ sint obligata pro solutione dictorum reddituum aut censuum: quia dictio huiusmodi, denotat similitudinem. l. denique ff. de pignoribus, & etiam, vt sua dispositio sit conformis conclusioni doctrorū, & Canonicistarum, & Theologorum tenenda est in suo casu, scilicet, quando est certa res expresse obligata, prout ita tenent prædicti doctores maxime in redditibus de novo constitutis, vt per omnes in c. ciuitate, extra de vñfuris, & per Ambrosium de Vignate in repe. ca. salubriter. nu. 73. vñq; ad nū. 81. cod. titu. de vñfuris. Laurentius de Rodulphis in tracta. de vñfuris. in 12. q. 1. par. vt etiam videtur tenere Ber. de Buft. in suo Rofario in 1. par. term. 27. in 2. par. illius. in litera B. 2. vbi ponit c. atum tantum in illo qui constituir redditum super aliquibus bonis, & dicit Henricus Gandensis in quolibetis, quolibet 8. q. 12. quod emptio redditus perpetui sive ad vitam non est emptio, licet sic soleat appellari: quia extrema hu-

## D V O D E C I M A P A R S

ius contractus per se sunt pecunia simul data, & per quotas recipienda, sed est purum mutuum. Si enim esset emptio & venditio, sed verè posset dici, quod pro pecunia emeretur redditus, oportet interuenire alium contractum, immo duos contractus circarem aliam, qua per se nata est esse extremum emptionis, & venditionis, vt res illa sicut fundus, vel mensura terrae contenta, primo pro pecunia ematur, & deinde pro aliqua quota pecuniae annuatim, vel ad vitam, vel in perpetuum reuendatur, vel hereditariè concedatur, vel quota huiusmodi tali ematur, cui debetur iure venditionis: puta ei, qui fundum vel mensuram vendidit, &c. Et huic opinioni videtur concordare Ponor. in disputa. 5. & Inno. in d.c. in ciuitate. vbividetur tenere talem contractum esse illicitum, si fiat relatio in personam vendentis, & non super bonis illius. qui semper ponunt, quod fiat super certio fundo, vel super certa re. Et quoniam, vt dicit Angelus de Clauasio in sua summâ. in verbo, vsura, versi. 78. quod ad hoc, vt talis contractus nosapiat usura: requiritur, quod redditus fiat de bonis, & super bonis: ideo non est bonum si fieret relatio tantum ad personam, nec esset licitus contractus, immo usurarius.

Ex quo dixi in casu emergenti, quod non habet immobilia si constitutus redditum annum, videatur fieri relatio redditus ad personam; unde luerū pecuniarium procedat, ex quo dicitur visutarius. In quo etiam casu erat queritio, de muro, ex quo dicebatur in contractu constitutionis redditus, & fuerit constitutus, & venditus pro summa certum librarum Turonen. ex quibus receperat realiter vendes triginta, alias vero 70. libras foluerat emptori ad dictam summam ex mutuo eisdem facto: Ex quo cum constet de mutuo in parte, ille contractus dicitur visutari<sup>p</sup>, saltem pro illa parte pro qua constat de muro, secundum quod in simili videatur tenere Io. de Turrecr. in c. i. 14. q. 3. & etiam ea redditus erat excessius, sed cum nihil ad propositionem, aliter non insisto. Sed ad propositionem unde digressi sumus, quod ubi non est expressa certares obligata prosolutione, sed generalis, quod talis contractus dicitur visutarius: quia non est secundum dispositionem iuris approbatem tales contractus, quando, scilicet, habent certa bona expressa, hoc est, certitudinari ad hoc obligata, quoniam generalitas reddit in certitudinem rei, secundum Bar. in l. 1. col. 2. de exceptio. ubi dicit, quod exceptio, quae est generalis propter incertitudinem nihil relevat, quem sequitur do. meus las. in l. Titia textores. s. de leg. 1. & ista generalitas non videtur habuisse respectum ad expressionem certorum bonorum, in modo potius ad lucrum pecuniarium, & ad personam, & in illo maximè, qui nulla immobilia possidebat, ex quo videtur fieri relatio ad

personam, quæ magis reddunt contactum virtutarium, ut videtur tenere Panormitanus in d. disputatione, in 22. col. Quoniam hoc casu pecunia facit pecuniam, & etiam hoc casu constat, quod emptor vult pecuniam suam (quam mutuo dede sat) afferre lucrum. Ideo indubitanter, cum sorti succedit, visura est. ca. plerique. & f. q. 14. qu. 3. & in plerisque locis vulgaribus post gl. & doct. in l. roga sibi. si tibi. f. si cer. pet.

Operatur, & secundo prioritas temporis, seu  
data in titulis, quia prioritas tituli facit pra sum-  
ptionem in possessorio. Bal. in l. i. col. 3. versi. & sic  
nota. Co. de dedicatio domini Adrianit toll. faciunt dicta  
per gl. & doct in e. licet caufam. extra de probatio.  
Quod intellige, quando est traditio passionis in  
primo, & esset in secundo prioritas temporis, ni-  
hil operaretur. tex. est vulgatus in l. quoties. Cod.  
derci vendic. & quia illam legem plenissime legit  
domin. meus Iago. ideo in hae materia aliter non  
infisito.

Si tamen sit dubium, præsumitur pro illo qui  
habet titulum à maiore, vt est rex. in e. si à fide. de  
præbendis, in e. quod intellige, si in collatione sa-  
cta ab inferiori fit apposita hora, quoniā facit præ-  
sumere prioritatem, vt amplè tenet do. meus lac-  
in l. col. 2. ff. solu. matri. & dixi in præcedenti con-  
fid. in fin.

Tertiò, operatur temporis prioritas in operatum promissione: quoniam ille debet prius seruire, cui prīs promisit, ita dicit textus in le. in operis duobus suis locatis, conuenit priori condonari ante factis fieri sibi locatis. & ibi ampla ad quam re eurre, & ad doctores.

Quārō, operatur in p̄fstantijs faciendis, sed reddendis, quoniam reddēdā sunt secundum ordinem quo facta sunt, ut priori mutuatori prior redditur, ut dicit Bal. in Lvnica. sed ut manifestetur. C. de cād. tollen.

Quintò, operatur in literis: quia literæ priores in data regulariter prævalent. notatur in c. capitulo. lum. extra de scriptis. vbi Fely. col. 3. facit regu. à quā amplissimè ampliat, & lunitar. Ideo ad eam recurrit in materia beneficiorum, vbi feendum est q̄s præferatur, an habens priorēn titulum, an priorēs literas in data, an qui primo adeptus est possessionem.

Sexto, habet locum in electione, quia qui prior est in electione, debet primo poni. Bal. in 1. constitutione C. 6. quibus col. vlt. versi. not. hic de ordine.

Septimò, haber locum in appellatione: quia, q  
primo appellat, primò agat. Spec. iii tit. de re cor-  
uentione. §.4. paulo post principium, & de incidē-  
ti quæsto. §.1. versi. videns, & c. 2. de ordine co-  
gnitionum:

Octauo, habet locum in sessione, subscrip-  
tione, & responsione, est & ibi lo. de Turrec. in cap. E-  
piscoporum. 74. d. & dixi autem in pluribus locis, &

quomodo illud sit intelligendum, maximè in 4. par. in 23. & 76. consid.

Nonò, habet locum in promotione, quia prior tempore præfertur. c. episcopus. 18. d. & in d. 23. dist. dictum est.

Decimo, habet locum in possessione primò accepta inter duos habentes eundem titulum codem tempore in beneficiis, vi est textus in c. si à sede, de præbendis. in 6. Et etiam in duobus habentib. diuersos titulos. Quia præfetur cui primo tradita est, tex. est in l. quoties. C. de rei vendi. dicam in sequenti consid. versi. 14. habet locum.

Vndecimò, habet locum in prioritate scripturar. seu literar. qui primo scriptus præferendus est, vt est rex in l. quoties. ff. de vsl. & in l. generaliter. §. quis ergo. ff. de fidicommunia. liberta. & faciunt, quæ dicit dom. meus Ias. in l. 2. §. prius. col. penul. ff. de vulg. & pupil. substitut. & Fel. in c. cum dilecta. extra de re scriptr. & consului in casu emergenti, quod ex quo in contractu erat scriptum, quod aliquis dabat rem ad censum in emphyteosim, ex quo primo dicebatur ad censum, talis contractus erat iudicandus censualis, & non emphyteoticus. Cum etiam, vt dicit do. mucus Ias. in l. 2. ibi, osta quoq. C. de iure emphyteotico. Ita hoc facit ordo literar. & hoc multis rationibus comprobauit. in consilio meo incip. ex processu moto, & etiam de ordinibus literar. ante dixi in 1. part. 17. consid.

Duodecimò, habet locum in concessione principis, quia prima præfertur: quoniam in principe variatio, & in constantia reprobatur, cū in eo tanquam in fonte iustitia debet esse constans voluntas, & principibus conuenient illud verbum. Semel locutus est Deus. Iob. 23. & quod scripsi, scripsi. Iob. 19. Ideo Princeps debet habere unum calamus, & vnam lingua; quia, vt scribitur Psalm. 38. Quæ procedunt de labijs meis, non faciām irrita. vnde debet esse immobiles, sicut lapis angularis, & sicut polus in celo. verba sunt Bal. consi. 279. incip. pridie enim consului libr. 3. Et tibi conccludit; quod quando princeps, etiam motu proprio, reuocat illud, quod primus fecit, singitur circumuentus, adeo quod contrarium probari non potest, & ita ampliare videatur, quod dicitur in c. cum olim, de re iudicata, & idco renet Romanus in consi. 218. incip. circa primam, q. secunda concessio Principis alteri facta contra primam, nō valet. Ita etiam tenet Paul. in consi. 156. incip. vsl. & examinato puncto. & in simili casu scribit Alex. consi. 3. in 5. vol. incip. ex his quæ in themate, & in consi. 23. incip. vsl. processu. col. 3. volum. 5. Luc. de Pen. ample tractat in l. prædia. C. de locat. præd. ciui. vel fisc. lib. 11. ex multis rationibus positis. Alias vidi quod præfetur qui est magis diligens, qui dicitur, aut quod est possidor, aut quod habet literas concessionis sigillatas: alius non: quoniam sigillum in talibus multum operatur, dixi in comment.

nostris super consuetudinibus ducat. Burg. in conclusione, in gloss. *Nous auons fait*, &c. Etsi casus tibi occurrat, semper recurras ad Luc. de Pen. in eo loco, vbi arguit ad utramque partem, & pro qualibet adducit triginta motiu, & tandem concludit.

Decimotertiò, habet locum in præstatione iuramenti, quoniam primum iuramentum tollit secundum, vt est glo. notabilis in c. licet mulieres. de confessi. in 6. dicam infra in seq. consid. versi. 10. procedit. vbi scribitur secundum iuramentum præferri primo.

Decimaquartò, habet locum in sponsalib. per verba de præsenti: quoniam prima derogant posteriorib. etiam copula carnali subsecuta in secundis, vt est tex. in c. si inter virum, & mulierem, extra de sponsalib. & matrimonij, quod intellige verū, si prima spousalia sint legitima, & debitè sacra, alias non, utante hac par. in 36. consid.

C

Entsima, & vltima consid. huius partis, vt à leipsiā denominetur, scilicet, de posteriorib. est talis, quod etiam quandoq. posteriora derogat prioribus: quæ regula habet locum in multis, vt dicit do. meus Ias. in l. pæta nouissima. C. de pæt. & in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legatis. 1. & in l. duobus. §. idem Pomponius. in 1. & 5. col. ff. de iure iurand. & in l. si quis conductionis. in l. notab. ff. de acqui. possess. in quibus locis plenè declarat vbi posteriora derogant primis, & hoc in multis casibus.

Primi, In pætis, vt est textus in dicta l. pæta nouissima, & in l. 1. §. fin. ff. de stipulat. seruorum, & in l. clari. & ibi Bal. C. de fidicommis. 1.

Secundò, Procedit in vltima voluntate. l. 3. §. pe. ff. de adiumentis legatis, & hoc in gloss. in verb. nuda. & in l. 4. illius tituli est tex. & l. hac consultissima. §. si quis autem, & l. sancimus. §. fin autem: C. de testamen. ca. cum Mari hæ. extra, de celebratio. missiarum. cap. fin. 12. qua st. 2. glo. notabilis in verbo, reuocare, in c. i. de constit. in 6. Adeo, quod in vltimo testamento semper inest tacitè clausula, cassana & irritans omne aliud testamētum præcedens, & sic superflue ponitur illa clausula à notariis, secundum Bal. in l. 1. in 5. q. C. de edicto diuini Adriani tollendo, probat tex. in d. l. sancimus. in verbo, ipso iure, & in §. pen. insitu. quibus modis testamentum infirmatur.

Tertio, Procedit in codicillis, quia vltimi tollunt priores contrarios. l. cum proponatur. vbi gl. fi. & Bar. C. de codicillis.

Quarto, Adde idem esse in legatis, quia per secundum actum alienationis tollitur legatum prius factum. tex. sunt, in l. nihil prohibet. & in l. rem legatum. ff. de adiumentis vel transfer. legat. Imo etiam per actum secundum nullū, tollitur primum legatum validum, quod est singulare, vt de hoc est text. multum notabilis & singularis in l. legatum 2. §. pater hortos. ff. cod. quem non vidit usq. nunc

## D V O D E C I M A P A R S

ponderatum: licet sit tex: quā facit contrarium in  
l. si iure. ff. de legat. quem allegat pro contrario do.  
meus Iaf. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 9.  
ff. de acquir. vel amittit. poss. cogita de solutione,  
& concordia illorum textuum.

Quinto, Procedit prædicta regula in contractibus. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. & d.l. i. §. f. ff. de stipula. seruorū. & l. clari. C. de fidei-commissio. Adeo, vt dicit idem Dom. meus Iaf. in dictis locis, quod in contractibus non est necesse apponere illa verba, cessantes & irritantes omnem alium contratum præcedentem. Quia hoc tacite intelligitur. textus est quem Bald. ad hoc ibi teputat singularem in capit. primo, de transactiōnibus.

Sexto, Habet locum in sententia interlocutoria. l. quod iussit. ff. de re iudi. securus tamē est in definitiua, vt l. i. C. quando prouocare non est necesse, intelligendo, vt per Bart. & alios in l. nam & postea. §. si damnatur. ff. de iuricitt. & per canonistas in c. cum inter monasterium. de re iudicata.

Septimo, Habet locum in constitutione procuratorū. l. si quis cum procuratorio. in fi. ff. de procuratoribus noratur in ca. non iniuste. & ibi Abb. in 4. notab. extra de procurat. facit text. in l. si quis cum. §. f. ff. eo. de procuratorib.

Octavo, Habet locum in constitutione vicariorum: quia per constitutionem secundi reuocatur primus, vt tenet Ioan. And. & post eum alij in capsula. de officio Vicarij. & in capit. primo. de officio Vicarij. in 6. & illa fuit opinio Calc. in cap. volentes. de officio legat. & ibi dom. Abba. in 3. notabili. vbi insert. quod per dationem secundi vicarij censetur primus reuocatus. Subdit tamen, quod contrarium credit de iure verius. de qua materia amplè per Joannem de Selua in suo tractatu de beneficio in 2. par. in q. 14. vbi amplè: & ibi tenet conclusiō, quod per dationem secundi non censetur primus reuocatus.

Nono, Procedit in rescriptis. capit. ceterum. & ibi notatur per Feli. & in capit. primo, de rescriptis.

Dicimo, Procedit & habet locum in iuramento. l. duob. §. fi. cum l. seq. ff. de iure iuri. & facit tex. in c. tua nos. extra. de iure iuri. Hinc Do. meus Iaf. in d. §. fi. querit de validitate glo. in e. licet mulieres de iure iuri. in 6. quā, cum sīratis declarata per eum ibi. & in l. non solum. §. morte. in 7. col. ff. de no. oper. nunc. & in §. irēm. si quis postulante. col. 2. inst. de auct. & in authen. sacramenta puberuni. coll. 14. C. si aduersus venditionem. & per Fel. amplè. in c. cum M. Fer. col. pen. extra de consti. & dixi in consuetudinibus ducatus Burg. in tit. Des droitz & appartenances à gens mariez. §. 16. in glo. ne peult mettre hors, ideo ad eos vos remitto.

Vndecimo, Procedit & habet locum in legib. lege, sed & posteriores. ff. de legi. tex. & glo. in ca. in verbo, reuocare, de constit. in 6. Alexan. in consi.

222. in 4. vol. statim allegando.

Duodecimò, Procedit in statutis secundum Bar. in l. si certarum. §. fin. ff. de testamen. & in Louines populi. in vlti. q. tertia & q. prī. ff. de iusti. & iur. Alexan. in consi. §. incip. in praesenti causa. col. 1. in 4. vol. & d. consi. incip. viso puncto. col. 1. in 4. volum. vbi videtur dom. meus ab Alexan. accepisse ea que dicit in d. l. pacta nouissima, quem tamē tacuit, & Romanum consi. 57. incipiente, in causa præposita.

Decimotertio, Habet locum in consuetudine, nam ultima consuetudo si sit perfecta seu prescripta, derogat præcedentibus glo. in l. nemo alieno nomine. §. temporalis. & ibi Decius. ff. de reg. iur. quam glo. sequitur. Ant. de But. & Panor. in c. fin. extra de consuetudine. vbi ide in tenet Barbatia. col. 29. extollens illam gloss. & pro ea allegat textum. singularem in l. fin. C. dc scribit. & aqua.

Decimoquarto, Habet locum in possessione, quia ultima possessio simpliciter attenditur, vt dicit Bal. in c. i. de feudi cognizione. col. 1. alle. notata per Ioan. And. in c. cum Ecclesia. de cle. & Oldr. in consi. 313. incip. Thēma questionis. circa finem vbi allegat tex. in c. cum Ecclesia sutrina. de causa possessionis. & proprietati. & Feder. consi. 234. incip. super primo. in primo dubio. Cald. consi. 12. in tit. de iur. patt. Pan. in consi. 54. incip. videtur primo. col. 2. in 1. volum. & per Decium in duob. cōsilijs, quæ allegar in d. §. temporalis. Quod tamen non habet locum in casu ca. si à scde. de præb. in 6. & in casu leg. quoties. C. de rei vendica. vt dixi in præcedenti consi. in vcrsi. 10. habet locum in possessione.

Dicimoquinto, Habet locum in fama; quia ultima fama tollit priorem. l. si mater. & ibi glo. ultima. C. ne de statu defunctorum. Bar. in l. fin. C. si seruus, aut liberus ad decurionatum aspirauerit. lib. 10. & in l. is potest. col. 10. ff. de acquirē. hære. Bal. in l. sacrofæcta. in fi. C. de sacrofæcta. eccl. & in l. fi. ff. de ferijs. & in c. cum inter R. seniorem. de electio. Fel. in c. cum contingat. col. 2. extra dēscriptis.

Dicimosexto, Procedit quantum ad moram. Mora enim ultima nocet. l. illud. cum concordanția. in glo. ultima allegatis. ff. de periculo & commode rei venditæ. l. scrum. §. è quæitur. ff. de verb. oblig.

Dicimoseptimo, Habet locum, & procedit quando plures opiniones refertuntur à lego, vel à glo. vlt. in dubio censetur approbari, alijs reiectis. Ita no. Bart. in l. bona fides. per illum text. ff. depositi. glo. vlti. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellianum. Do. meus Iaf. in d. l. pacta. plura alia ad hoc calle. vbi tamē dicit esse limitandū, nisi primo fas erit æquitatē, secunda vero rigorē: quia tūc primū standum est alleg. Francis. Areti. in consi. 163. quod incipit, diligenter, & mature discussis. Hanc

etiam

Hanc etiam limitationem sequitur idcm do. me<sup>o</sup>  
las in le. placuit. Cod. de iudicij. & de hac materia  
sunt infinita consilia, & infinita dec. doctorum,  
quas apostoli ad Bar. meū in d.l. bona fides.

18. Erit de clausulis. Nam do. meus las. in d.l. pa-  
cta. in s. 2. col. quārēt. quid de clausula, an vltima  
derogat primā, an verō prima declarer sequen-  
tia. & in sequendo regulam antepositam crederē  
vbi essent due clausulae contrariae, quae non pos-  
sent simul concordari, quod vltima derogat  
primā: sed vbi per primam pōret secunda decla-  
rari, tunc attendenda est illa declaratio, vt satis fa-  
ciunt ea, quae dicit idem do. meus las. in d.l. pacta.  
Et in hoc cōsider etiam attendenda illa regula, quod  
quae in prefationibus dicuntur, & sequen. repetita  
intelliguntur, de qua per Bar. in l. Titia. §. idem re-  
spondit. ff. de verbo. oblig. & in l. item quia. §. ff. de  
pactis. & a amplē habetur per lo. Rym. in dicta l. pa-  
cta nouissima. C. de pactis. vbi magis amplē tracta-  
tur, quām peralium.

Hinc sumpta occasione: quia materia se offert  
in casu contingente, quārēt, An si inter iuuenē  
& iuuenclam fuerint verbade matrimonio con-  
trahendo inter se, & iuuenis dixerit bis puellæ: pri-  
mò, videlicet, quod nullatenus faceret promissio-  
nes matrimoniales secum, nisi de consensu suo-  
rum parentum, scilicet, patris, & matris, propter-  
ea, quod alloquerentur parreū & matrem: deinde  
verò, & secundò dixit eidem filia, quod non  
tractaret cum ea matrimonium, nisi de consensu  
suum patris & matris, si postea faciunt inter se  
promissiones absque repetitione illorum verbo-  
rum in præsenti testium, sub his verbis: Nōnne  
verum sit quae mihi promisisti: & dicat filia, quod  
sic, & in quantum opus est, adhuc de nouo promit-  
to, & vos in maritum accipio, & viceversa: an illa  
verba præcedentia censurā repetita in promis-  
sionib. postea p verba de præsenti inter eos factis,  
an verò abfij: alia expressione & declaratioне vi-  
deantur ab illa prima intentione inter eos decla-  
rata, seu ab illis primis verbis recessisse.

Istam questionem tetigit do. meus las. in d. leg.  
pacta. col. vlt. vbi dixit, quod quando fit protesta-  
tio aut declaratio ante promissiones, quae reficit  
de non contrahendo, in præsenti mulieris non  
contradicentis, quod talis protestatio seu declaratio  
impedit matrimonium futurum (nisi secura  
fuerit copula carnalis, post dictas promissiones: ex  
quo etiam dicendum est, quod si ante nihil opera-  
tur) & dixit ita tenere doctores in ca. tua nos. extra  
de sponsalib. & matrimonij. do. Auto. de Bur. in  
c. veniens. le secund. eod. tit. de sponsalib. Panor.  
in c. per tuas. ad finem. extra de conditionib. appo-  
sit. vbi etiam dixit procedere in foro conscientia.  
Ita etiam tenet idem do. meus las. in l. non solum.  
§. morte. col. 7. ff. de noui operis nūciatione. alle-  
gans prædictos ita tenentes. Et ita etiam tenet am-  
plissime do. Cardi. Alex. in d.c. tua nos. in s. 4. col.

Ex quo illa protestatio seu declaratio fit antequā  
aliqua obligatio esset inter partes, ex quib. declara-  
uit illam obligationem velle esse in tali casu, s. sub  
consensu suorum patris & matris, hoc operatur,  
quod si postulant promissiones, & sic contractus,  
quod intelligitur factus sub prima protestatione,  
seu declaratione, cum protestatio seu declaratio  
præcedens facta ex mutuo consensu partium eu-  
cuat omnem effectum obligationis. I.e. obligatio-  
num substantia. ff. de actionib. & obligationib. Ed  
etiam, quia clausula præcedens determinat, & de-  
clarat sequentia, vt dixit do. meus las. in d.l. pacta.  
col. 5. C. de pactis. Ex quo etiam conditio adiecta  
in præambulis, & præcedentibus, censetur, quod  
intelligitur repetita in sequentibus. facit d.l. item  
quia. §. fi. (qui incipit) idem Julianus placuit. ff. de  
pactis. & d. leg. Titia. §. idem respondit. ff. de verb.  
oblig. vbi plus dixit Bar. quod si dictum in præpa-  
ratorijs fuit omissum in sequen. presumit error  
per l. si liberum. ff. de actionibus empti. & le. si  
binarum. ff. de seruitutib. urbanorū prædiorum. q  
probatur co, quod constat illud, quod dictum &  
declaratum fuit in præcedentibus, & præpara-  
torijs, seu prefationibus esse omissum in sequen-  
tibus. facit tex. in l. duos. & in l. auia. & ibi Bar. ff. de  
cond. & demon. & dixit Ang. in l. pacta. Co. de pa-  
ctis. allegando Innoc. in cap. innotuit. de arbitris.  
quod contractus sequens declaratur ex contractu  
præambulo. & idem voluit Angel. in l. si quis cum  
aliter. ff. de verb. oblig. Et probatur per gl. primam  
in l. ff. de iudicij. Faciunt quae dixit Barbatia in  
confilio 12. colum. 4. & 6. in secundo volumine, v-  
bi ait, quod præambula declarant sequentia, & eis  
insunt, & quae dicunt Bal. & Salice. in l. per retatio-  
nem. C. de viris. vbi inquit. maximē Salic. quod  
quando fuit aliqd præambulū ad actū, si factus  
sequens erit ex interallo, intelligitur præambu-  
lum repetitū, & sic actus præambuli presumitur re-  
petitus in actu sequente prædictum, (vtait) cum &  
dictū est in præcedentibus, fuit dictum ad præfa-  
tionem actus, & maximē etiam quando continua-  
tiu, vel coniunctiu, est actus: & est identitas p-  
sonarum, & rerum. Maximē etiam: quia protesta-  
tio facta fuit ex iusta causa fundata super iure diu-  
ino, vt habetur Numeri 30. vbi ex præcepto domi-  
ni requiritur consensus patris, & matris in matri-  
monio puella. Si per iure canonico. ca. aliter. 30.  
quest. 5. cap. non omnis. ca. honorantur. & e. mu-  
lier. 32. qu. 2. Superiore ciuili. §. primo. inst. de nu-  
ptijs. & vtait ibi tex. Hoc etiam ratio naturalis sua  
det, ex quo de honestate talis consensus, saltem re-  
quiritur, vt tenent omnes. quae quideam honestas  
non pōret infringi, cum sit vnum ex substantiali-  
bus legis, cum dicat textus in capit. erit autem lex.  
4. distinctio. Quae quidem causa etiam durat tem-  
pore actus, ex quo iuuat protestatio, & impedita-  
ctum sequentem, vt dicit Felyn. in capit. cum M.  
Ferrarien. in 26. colum. versic. fallit quinto. extra  
GGG 3 de

## D V O D E C I M A P A R S

de constitutio. & intelligitux repetitio facta dicta lauia. & I. Julius Paulus. ff. de conditio. & demonstra. l. Sciae. §. Caio. ff. de fundo instructo. & etiam maxime, quando verba sunt prolatæ per verba residentia ad futurum tempus, de consensu vtriusq; partis, vt tenet dominus meus Iason in dicta lege, pœta. Cum ergo ex confessione dicti iuuensis constet, quod bis, & reiteratis vicibus dixerit eidem, quod intendebat, quod dicta iuuacula alloquetur patrem suum, & matrem, & quod non intendebat aliâs eidem facere promissiones. Cui pœfationis non contradixit dicta iuuacula, sed exprefse confitit, eo q; responderit, q; eos alloqui faceret, & sic acceptando factum acceptauit, & qualitatem, & sic mens vtriusq; fuit declarata. Et licet postea in præsentia certorum testimoniis dixerit eidem iuuacula, n' est il pas vray que vous m' ayez promis, & ne promettez vous pas encoires de nouuel, quod etiâ si proberetur, quod filia dixerit, quod sic, illud tamē intelligendum est, & intelligi debet sub repetitione præambulorum, quæ fuerunt cum beneplacito, & volūtate suorum patris, & matris: & hoc indubitanter credo esse verum, quod dicta filia parte contradicente, non tenetur ulterius contraherere matrimonii cù dicto iuuencie, ex quo maximè est alteri matrimonialiter coniuncta, copula carnali secura, ita etiam quod ex sua confessione est repellendus ab actione, & prosecutione, quam facit contra eam, absque eo, quod expectet q; possit repelli excipiendo. Quoniam vt dicit Bal. in l. mercalem. Co. de cond. ob tur. cau. qui excludit se ipsum proponendo, non est necesse, quod excludatur excipiendo, quia ex suo officio iudex debet eum excludere. Et facit, quoniam ex quo, ex istis declarationibus & his, quæ proponendo allegavit, constat eum experiri sine actione, & sic debuit per Iudicem à limine Iudicij repelli, etiam parte non potente, vt tenet dominus Iacobinus de S. Georg. in l. lesta. col. 13. ff. si cer. pet. & in le. vbi patrum. in 11. & 12. col. C. de pacl. & in le. si vnu. §. patrus ne peteret. ff. de paclis. Et dom. meus Iason in in d. l. vbi patrum. & in le. generaliter. ff. de verbo. oblig. Aliastenetur patri ad intereste, vt ibi per eos consuluit in contingentia facti, vbi amplè dixi.

19. Erit de appellationibus, an per secundam videatur recessum à prima. vide Bar. & post eum do-

meum Ias in le. cum procurator. §. si dominus. ff. de noui ope. nunciatio. & ibi etiam, quid de nunciatione noui operis, quid de interpellatione, & quid de stipulatione. Et per eundem domin. meum Ias in l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. vbi faciunt distinctionem, An secunda fieri animo nouadi primam, An verò ex secunda sicutur idem effectus qui ex prima, Et etiam an fiat prosecutio primæ, an secundæ: Quoniam prosequendo secundam videtur recessum à prima. Et cum matre ibi amplè declararentur, non insisto. & aliâs amplè consilii in casu cimergenti de duabus obligationibus pro vna & eadem re, cum clausula, ab illo, derogando primæ. Et de duabus præceptis factis in vim mandati importantis in se clausulam, & in casu oppositionis, refutationis aut dilatationis, seu resumptionis facta post priuum præceptum. Sed ex refutatione facta post secundum præceptum dedicentio, licet dictum furit, quod illud faciebat renouando prium, tamen quia sumpli causam citationis à refutatione facta post secundum præceptum, non exprimo præcepto, dixi in contingenitia facti, quod talc prium præceptum n' erit interrumpere præscriptionem, cō, quia evenilon non suit secura citatio, & aliter in his nō erit morandum: quia amplè in casu cimergenti consilii.

20. Habet locum in præsentatione facta per laicum habentem ius patronatus in beneficio, quia etiam ultimum præsentatus præferendus est, cum patronus laicus variare possit accumulando, & secunda præsentatio præfertur primæ. tcxi. est. & ibi docto. in cap. curi autem. extra de iure patr. & notatur in c. quod autem. in glo. i. cod. titu. & per gl. & doct. in clem. plures. de iure patro. Ita tenet Rochus de Curte, Præceptor meus in suo tracta. de iure patron. in verb. honorificum. in 9. q. vbi ponit differentiam inter parronum laicum, & Ecclesiasticum, & rationem diuersitatis, & ibi cōcludit Clericum in præsentatione variare non posse, laicum verò sic.

21. Habet locum in postulatione, vbi licitum est variare etiam Clerico: Quoniam in postulatione Clericus potest variare, & valet secunda postulatio, quæ derogat primæ. text. in cap. bonæ. le. secun. de postulatione Prælat. & ita tenet Rochus in dicto loco. versi. secunda suboritur quartio. vbi allegat etiam glossa. hoc tenentem in cap. cum eau fis. de elecio. & ibi Abb. dicit hanc esse communem.

22. Habet Regulam, Quid vbiunque licitum est variare, semper ultimus actus ducrogat priori, & est primo validior & excellenter, vt habemus in leg. prætor a. t. §. si aliquando. ff. deno. op. nunc. vbi qui primo recusauit satiationem, potest illam acceptare, ita quod illa acceptatio secunda habet effectum. quod pluries dixi in casu, qui quotidianie in practica apud nos euenire solet in materia tecreden-

## CATALOGI GLORIAE MVNDI.

393

recredentia, vbi plures iusticiarij inferiores, primo denegant recipere satisfationē & cautionem: quo casu remittitur causa coram Balliuo & iudice superiorc, alias non debet remitti: sed causa coram iudice loci terminari: quod licet fuerit recusata satisfatio, & sic videtur ius esse quæsitum parti, quod eam reuocari coram Balliuo, tamen si secundo acceptauerit cautionem, videtur quod causa debet remitti coram iudice ordinario.

Et de huiusmodi variatione, quod quandoque admittatur, & quando sit permisla, vide Bar. in l. si sterilis. §. qui domū ff. de a&t. cmp. & do. meus. laf. in d.l. prætorait. §. si aliquādo. ff. de noui ope. nun.

vbi dicit, q̄ quotiescumq; variatio permittitur, intelligitur, quod sc̄mel permittatur tantum, & non plus.

Et aduerte, quod in consilijs necessarijs, non est honestum, nec licitum variare: In consilijs vero voluntarijs fecus, vt dicit Philippus Decius in Regula Iuris. Nemo potest mutare consiliū suum in anteriori iniuriam. ff. dc regu. iur. Et vt huic operi finem imponam, dicam cum Judith. 8. Orate pro me (lectores benevoli) vt firmum faciat Deus consilium meum in ijs quæ scripsi, in quib. si quid boni dixerim, Deo omnipotenti sit laus, honor, & gloria, in secula sc̄cu'orum, Amen.

Duodecima & ultima partis Catalogi Gloriæ mundi, Finis.





IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD  
MOENVM, APVD GEORGIVM CORVINVM,  
impensis Sigismundi Feyerabendi.

M. D. LXXIX.

THE HISTORY OF  
THE CONQUEST OF  
MEXICO

BY FRANCIS PARKER





Brunet I, 1918

L'archéologue de CHASSENEUX  
ou CHASSANEE.

Juriste et magistrat français  
(1480-1541)

Président du Parlement  
de Provence en 1532. Il suspendit  
en cette qualité, les effets de  
l'arrêt fameux rendu en 1540  
contre les Vandois de Cabrières  
et de Vérinod.

② Le "catalogus glorie mundi"  
contenant des recherches sur les  
rangs, les prééminences, les offices,  
dignités et charges de la Couronne  
La première édition est de Lyon, 1521.

③ Complet des 12 tables gravées  
montées sur onglets

Special  
Folio

92.B  
2532

